PARADISVS
CARMELITICI
DECORIS.

PARADISVS CARMELITICI DECORIS.

IN QVO ARCHETYPICÆ RELIGIONIS MAGNI PATRIS HELIÆ PROPHETÆ ORIGO, & Trophæa monstrantur: & Heliades ab ortu suo, ad vsque hæc tempora, sapientia, & mirabili virtute clarentes, per anacephalæosin perstringuntur.

Aduersùs huius sæculi Nouatores Hæreticos Religiosum statum sugillantes.

[illegible]

[illegible]

Ad fidem Indicis expurgatorij à sacro Fidei Solio supremo editi nuperrimè.

AVCTORE R. P. F. MARCO ANTONIO ALEGRE DE CASANATE
Carmelita, Hispano Celtibero Turiasonensi, S. Theologiæ Doctore, &c.

Opus sex Indicibus vtrinque ordinatis distinctum.



LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi & Petri Prost.
M. DC. XXXIX.

D. O. M.

CATHOLICO MAGNO PHILIPPO IV.

NOVI ORBIS IMPERATORI,

REGI MAXIMO HISPANICO,
AMERICO, INDICO, LIBYCO, SICVLO,
HIEROSOLYMITANO:
BALEARICO, SARDICO, CYRINICO, BELGICO,
POST HOMINVM MEMORIAM
AMPLISSIMI DOMINO IMPERII.
RELIGIONIS, PACIS, IVSTITIÆ PROPVGNATORI:
HÆRETICORVM OMNIVM DEBELLATORI STRENVO:
BONARVM ARTIVM, OPTIMO PARENTI:
PATERNARVM VIRTVTVM, ET MAXIMÆ DOMINATIONIS
DIGNISSIMO HÆREDI.

F. P. I. C. E. D.

F. Marcus Antonius Alegre de Casanate Carmelita Turiasonensis

T. S. M.

ARMAMENTARIA solùm (Potentissime PHILIPPE REX) Regibus esse dicanda: lauros tantùm sanguine tinctas: Paludamentum, & hastas: non Musæa βιβλίων, non Caducæum, qui credidit, nec vel à limine scopum infixit, nec quid Regiam deceat Maiestatem sufficienter agnouit. Herculem aiunt Musagetis, id est, Musarum Ducis agnomine gloriatum esse, Eumenio referente: Clauam illius ex Olea fuisse, quæ

ſapientiæ arbor eſt,dedit Pauſanias. Vnam,eandémque litterarum,armorúmque Mineruam, Silius docuit Italicus. Litteratorum armatorúmque præmia, lauros agnouit vniuerſus orbis. Armorum equites, & litterarum Produces iiſdem inſignibus donatos eſſe, habetur in Iure: & tandem neminem eſſe qui plura, melioráve ſcire debeat quàm Rex, Vegetius affirmauit. Bellè Plato feliciſſimam, beatiſſimámque dixit facere Rempublicam Philoſophum Regem; & Iuſtinianus Imperator: *Imperatoriam Maieſtatem non ſolum armis decoratam; ſed etiam legibus oportere eſſe armatam, vt vtrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè poſſit gubernari, & Princeps Romanus non ſolùm in hoſtilibus prælus victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniarum iniquitates expellat, & fiat tam iuris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triumphator magnificus.* Proinde (ſi litterarum ſcientia in Plebeiis argentum eſt, aurum in Nobilibus, vt in Principibus gemma) gemmea ſæcula cenſeantur, in quibus tot Proceres ſceptri, excitandorum Muſæorum, & Panathenæorum, condendarum Bibliothecarum & comparandorum librorum ſtudioſiſſimi certant. Hæc ſunt tua MAGNE PHILIPPE.

Quæ cùm apud animum reputaſſem meum (CATHOLICE REX) non fui veritus Auguſtiſſimo tuo Nomini dare hunc PARADISVM CARMELITICI DECORIS, virtutum floribus innumeris, fructibúſque ſanctitatis, & ſapientiæ luxuriantem, tot in Viris Marianæ Religionis, qui ſi ſcientiam addiſcere nouêre ſalutis æternæ, & ſapientiam à Deo datam; arma ad fidei quoque bella, & Catholicæ defenſionem Eccleſiæ cataphracti, & vndique tecti ſtrenuiſſimi ciuêre, ſic bellantes, & fidei, & Eccleſiæ debellantes hoſtes, vt mugiret terra, & aſtra Heliadum fragore armato concuſſa boarent: Hoc igitur in omnigenæ artis ſacræ Paradiſo, qui tibi paret, Dei, viſum par eſt PHILIPPE REX, vt, ſi quando per otia immenſi tui gubernaculi liceat, deliciêre, & mente reuoluas immenſam Diuinæ Dei bonitatis largitatem, quâ tot ditare gloriis, tot coronare trophæis Sacram hanc, Virginis Matris, Prototypicam Carmeli Religionem, dignatus eſt.

Sed vereor, ne quod de meo in opere iſto molitus ſum indignum prodeat, quod tanto Regi dicetur. Vt tamen illud tibi vouerem Regalis tua fecit humanitas: ſic ergo vt in lucis volitet auras ſub Catholiciſſimi tui nominis vmbra, annuat ipſa Tua Sacra Maieſtas, celsáque Regij Tui ſereniſſimi cordis nota Benignitas.

Dat minimus minimum munus tibi MAGNE PHILIPPE.
Sume animum dantis, materiémque dati.

Iudicium

Iudicium, & istius Operis Censura.

Reuerendissimi P.M.& Domini D.F.Michaëlis à Sada, perpetui Abbatis Regalis Cœnobij S.Mariæ de la Oliua, Illustrissimi Ordinis Cisterciensis in Regno Nauarræ: nunc Generalis in dicto Regno; quondam autem in tota Lusitania Reformator: & à Consiliis Serenissimæ Maiestatis Philippi IV. Hispaniarum Catholici Regis.

Per epistolam ad Auctorem libri R.P.M.F. Marcum Antonium Alegere de Casanate Antiquæ Obseruantiæ Carmeli alumnum.

EXCVLTVS vndique (amantissime Pater M gaudio afficior ingenti) quod aperiatur formosus tuus Orbi *Paradisus Carmelitici decoris*: quem nimia mentis, & animi mei dulcedine, & suauitate semel,& iterum perlustraui,& legi,vt censeam inter formosas eius amœnitates, omnes spatiantes te

Horat. *Syluas inter reptare salubres*

Iamdiu opus hoc tuum ad auram,& Orbis vsuram prodire cupiueram,ex quo primo,carptim,gratia tua illud remiseras ad me,vt acceptum perlustrare possem. Lætitiâ ergo nunc iam maiori magnâ effundor dum audio,quod propediem iam Lugdunensibus prelis illud emittere pares, sic vt vidi perpolitum, vt si quod de opere sentiam tuo, & ingenio grandi generosè tibi designem,hoc nunc denuo (præasserta mea antiqua confirmans) iudicium exhibebo.

Quod,scilicet,non hominis manu,studio,ingenio,sed quasi cælestis satoris, & insitoris æterni consertus operâ,& consitus industriâ videatur: tantùm in eo florent,& nitent pulchritudines,amœnitates, variorum pinguedines fructuum Carmelitici multiiugi decoris (diuite,& eleganti dicendi studio tuo, ac fœcundo eruditionis sinu) & admirabilium filiorum Heliæ, tot germina sacra Paradisus tanti Carmelitici digna. Verè igitur conterminum iudico istum non modo Paradiso, quem plantauerat Deus in Eden,sed,suo modo, cœlesti illi, quò translata ad Deum iam gloriantur germina hæc illustria Carmeli,hoc tuo,& à te composito Carmelitici decoris inserta Paradiso.

Quocirca oro te amicissimè,ne moreris opus in lucem,& hominum vsum pandere Orbi, vt prosit vniuersis,& delicientur ex eo omnes,ab eóque quod imitentur accipiant: imò & adhuc quod ad vlteriora,quæ scio iam te propediem parare,procedas,vsque dum *Quadrigam tuam militantis Israel* celeri gloriâ currere facias ad Dei & Virginis eius Matris honorem, decoremque illustrissimarum in ea deductarum Religionum. Viue felix vt gloriosus corones iugi studio, ingenio, labore, & spiritu tuo verticem nobilem antiquissimi Carmeli Mariæ. Ex hoc regali Cœnobio Cisterciensi de la Oliua,&c.

F. MICHAEL A SADA ABBAS.

R.Patris Fratris Ioannis Iribarne, Seraphici Ordinis Minorum Sanctæ Theologiæ emeriti Lectoris: à Calificationibus Supremi Senatus Fidei: Prouinciæ suæ in Regno Aragonum Patris: & Serenissimæ Infantis Margaritæ Austriacæ,à Cruce, à sacra Exomologesi.

Censura & Operis iudicium.

PARADISVM hunc omnem Carmelitici decoris, à R.P.M.Fr.Marco Antonio Alegre de Casanate,antiquæ Carmeli Obseruantiæ fideli alumno,sedulus percurri, & oculis, & animo: gratus Auctori suo,quod me tanti laboris, & structuræ sapientis participem fecerit ante prela. Omnigenam in eo fructuum gloriæ,& honoris, in tam illustrissima Mariana Religione eruditionem, & varietatem cum admirabili elegantia admiratus sum. Vtinam huc conuolent reliqua volatilium Carmeli examina illustria,vt collectis fructibus à tam mirabilibus arboribus,natis,& insitis in hoc glorioso Paradiso Carmeli,ad similia producenda concitentur. Auctorem censeo ex labore suo,& gloriosa hac suscepta difficili Prouincia perenni marmore dignum,& honore nobilissimo,qui studio,& ingenuo suo Portio fecit digna,quæcumque illustria de Carmelo (quæ multa sunt, & nobilissima quidem suo improbo studio,& labore; quibus multa superauit difficilia,& grandia: tanquam qui conficere nouit opus, dignum plane ex quo omnis Religiosa & Christiana Respublica solemne poterit virtutum,& gloriæ facere florilegium sine vlla prorsus fidei, & optimorum morum iniuria Ergo typis mandandum quis non censeat? Censeo,iudico,& hortor, ex hoc nostro S.Francisci de Obseruantia Minorum Cæsaraugustano Cœnobio,die 3.mensis Martij, anno 1637.

FR. IOANNES IRIBARNE.

Elogium

Elogium Doctoris D. Didaci Antony Frances de Vrrutigoyti Decani & Canonici Sanctæ Ecclesiæ Tirasonensis quondam Episcopatus eiusdem Vicary Generalis, nunc Protonotary & Apostolici Subcollectoris in Auctorem, & opus.

EN diuersa rerum vicissitudo: Heliadæ amœnitati, vaginâ vacuo, acuto mucrone munitus, luctuosamque cunctis ingredi conantibus, stragem minitans custos aptatur Cherubin: felici sidere nouus è vertice Carmeli dilapsus ianitor adest, cui haud Siculis incudibus ab Sterope, ac Bronte contusus fulmineus incaluit ensis, quin potius è Trinacriis Heliæ ignitis fornacibus compactos, decoctosque extraxit, quos sacræ eruditionis, perpolitæque Historiæ rotat ignes: Valuas Paradisęæ Religionis vertit cardine: Stratus iam rosarum aulæis patet aditus: dum hoc hypæthrum textili palmite opacatum gressibus teritis, lilia cana optimi Chronographi mente libate. Ille orbi cœtus exponitur, cui albo calculo septem, nempe Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. Pontificiæ infulæ subscripsere. Dędali sanè auctoris opus, in quo, omni huius Ordinis depilata antiquitate, sedulò sudauit industria. Illius filo labyrinthicam molem, tot temporum tractibus, ac sæculorum mæandris irretitam valebimus peterrare: Religiosi est in vnû, quasi Mercurij acrruum, si mensuram complet nominis, maiorum egregia facinora coagmentare, & regio orationis plaustro inuectus ingenij radiante face, ea, solis instar velocissimi, perlustrare: ideo ex sententia Ciceronis, Religiosus quia suorum trabeas ac triumphos sæpe oculis, ac scripto relegit: Qui autem (inquit Cicero) omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent diligenter retractarent, & tanquam relegerent dicti sunt Religiosi, à relegendo. Helias in almo Viridario Carmeli vitam agens, merito queritur affixum libro de Religione nomen Paradisi: & iure, sic Patres. Diui Bernardi sunt hæc aurea verba de conuers. ad Cler. c. 21. Nec terrenarum ibi commendatur arborum copia, sed virtutum vbique spiritualium iucunda decoraque plantatio, Hortus conclusus, vbi fons signatus in quatuor capita deriuatur, & ex vna sapientiæ vena virtus quadripartita procedit: Adonidis horti, Hesperidum, Alcinoi pometum, Midæque roseta, cum hoc, à *Fratre Marco Antonio Alegre de Casanate*, Theologiæ Magistro, & totius Ordinis Carmelitani generali Chronographo mille pigmentis, ac coloribus depicto coæquata sordescunt, cui illud canit Martialis:

> *Si mihi Nausica patrios concederet hortos:*
> *Alcinoo possem dicere; malo meos.*

Dum huius fastigium montis ascendo, vbique (vt adhæream Fulgentio) auicularum vernalitas fragili quadam dulcedine, crispantes sibilos, corneis edit organulis: quod de Liuio Hieronymus aptandum nostro, nostro esse Historico iudico, ipsum lacteo eloquentiæ flumine manare: in cuius orationē quoties incido, toties in florem nectaris, in medullam mellis, in Attica bellaria videor incidisse. Iterum reputo Paradisum, in quo nihil horridum spinis, nihil humili dictione languidum, nihil impexum, ac impolitum, nihil vetustate obscurum, ac rubigine obsoletum, nihil nimio meretricio cultu, ac monilibus ornatum, non dictio insuauis, nec crepitaculis peregrinæ vocis ferrea, nec Ægide structa, ac Gorgoneo clypeo munita, cæca verborum tempestas rauco murmure ingruens, procul: Non hic vlla immani barbaroque strepitu dura inter sese dictio, ad asperitatem aucupandam per prærupta militari fragore præcipitata collidit: Martiæ styli tubæ haud perstrepunt; reperiet nemo nostri Historici (vt cum Sidonio loquar) orationem salebrosas passam iuncturas, per cameram, volutatam balbutire: Hæc gemmis ditescit elocutio omni suauitate leniter affluens, irriguoque Musarum amne, madidata, illustratur stellis sententiarum, depinguntur areolæ historiæ flosculis, quos ad corollam construendam, ex meliori Latinitatis texuit prato: nec mirum, cum tot dies noctesque in efformando fœtu consumpserit auctor, cui arrisit illud semper Homeri:

> *Et male tornatos incudi reddere versus.*

Et illa,

> *—— Carmen reprehendite quod non*
> *Multa dies, & multa litura coërcuit.*

Quam carmina efflagitant lucem, candem illis simillimæ expetunt Historiæ: sic Fabius: Historia proxima est poësis, & quodammodo solutum carmen: hæc pedibus numerosa concinnitate ligata, luxuriante decurrens poesim reddit: nec vermiculatæ elegantiæ emblemata, aut aliqualis fucatus splendor ab Historico alienus qui purpurissam, ac stibium omnésque Thessalicos scriptorum lepores admittit: de Græcis Homerus:

> *——Graiis dedit ore rotundo*
> *Musa loqui. ——*

Phalerata oratio aliquando, ac Campanico peristromate induta, valet in dicendo pompam suę pulchritudinis facere; sic Plutarchus: Atqui rerum Scriptores nunquam sunt gestorum canori, orationéque per nitorem & facundiam, rem attingunt, quibus præmium debent illi qui in scripta inciderunt: dum ab ouo vsque ad mala, Theologiæ Magister, facta domesticorum, ac Heroum huius Paradisi complectitur, ei omnia quæ volumine continentur, laudem, gratia, ac honorem maximum debent. In quo veluti speculo illorum radiat dulcis imago virtutis (teste Plutarcho) refultat enim ab rerum auctoribus ad Scriptores, reluceréque decoris effigies aliena, dum tanquam in speculo actiones per scripta repræsentantur.

Cicero de nat. Deorū.

Bernard.

Fulgent. in Præfat.

Hieronym.

Sidon. Apol. lib 9.

Homerus.

Fabius lib. 10 cap. 1.

Plutarchus de glor. Athen.

Idem ibid.

Interim

Intermicantium istud, mira varietate rerum distinctum viridarium lustraui, vbi argenteis aquarum doctrinæ vorticibus ebulliens, sinuositique flexibus eruditionis aberrans Phison noster, ac pellucidos bullantium riuulorum sapientiæ liquores ostentans, arenulas styli aureas in liberos aggeres proiecturus abluit superantes. Nihil hic non candidum reperiet Momus, cuncta exhalant fidem, sapiunt pietatem, ridet hortus, ac CARMELI vertex, auctoris nomine, & omine, & præ nimio gaudio alacer ab ALEGRE, suum totus exultat Paradisus: dignus sanè quidem, qui, non solum nostro, pro eo ac debeo, sed omnium doctorum albo calculo comprobetur. Vale.

D. DIDACVS ANTONIVS FRANCES
DE VRRVTIGOYTI.

Adm. Illustriss. & R R. Domini, D. Stephani Esmir, I.V.D. in Illerdensi Musæo eorumdem quondam publici Interpretis, in Metropolitana Ecclesia Cæsaraugustæ Canonici, & Archiepiscopatus eiusdem Vicarij Generalis nunc iam Episcopi Oscensis electi, Operis iudicium & Censura.

PERVENIT quidem, ac solemne opus hoc, cui titulus: *Paradisus Carmelitici decoris*, &c. à R. P. F. Marco Antonio Alegre, sanctæ Theologiæ Doctore elaboratum, nobili eruditionis multæ animatum cælatura, & pietatis aucturis titulo satis inscriptum, satisque laudabile, vidi: & qua mentis, & oculorum attentione, non animæ dulcedine breui, lustraui, in eo enim me auribus, & animus repetisse, Carmeliticæ dignitatis opes ingentes, pignora maiori celebritate subliniori, & diuersiarum pulchritudinum supellectilem ditem, è paradiso tanto accurate delectam, quæ quidem viriles animos mulcere grauiter, ac mollire valeat honestè, non diffiteor: &, vt compendio vtar, opus est arte nobile, grande rebus, vnico compositionis elogio satis elegans, qui materiam laudi facilius dare, quàm accipere potest: imò legentium mentes ad tantæ Religionis amorem aduocare, ex admiratione celsitudinis miræ, quâ tot Heroes Heroinasque meruit habere sapientia, & sanctitate celeberrimas, tot facinorum insignium lauris vt coronaretur, & tanto decoraretur cuiusque optimæ vertice gloriæ. Demum opus iudico, nec à fide Catholica, nec à moribus sanctis, nec à Religioso, pio, & fideli alienum auctore: ideoque de meo iudicio, & vt edatur typis, & vt posteritati linetur strictè cogendus, à maioribus suis, & honestè ab amicis, & sapientibus rogandus. Datum Cæsaraugustæ, die 26. mensis Nouembris 1636.

DOCTOR STEPHANVS ESMIR
EPISCOPVS OSCENSIS ELECTVS.

Approbatio Patris Magistri Fratris Ioannis Baptistæ Palacio, Ordinis Sanctiss. Trinitatis, ingenuarum Artium Magistri, Sacræ Theologiæ Doctoris, & propositionum fidei Censoris, ex commissione sibi facta, à per Illustri Domino Dom Martino Dolz del Castellar, Presbytero vtriusque Iuris Doctore, Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Canonico dignissimo, & in Valentino Archiepiscopatu pro Illustrissimo & Reuerendissimo Domino, D. Fratre Isidoro Aliaga Archiepiscopo ac fide vigilantissimo, Hispaniarum Regis Synedrio præsidentissimo, &c. Officiali & Vicario Generali.

PERVENVSTVM hunc Carmelitici decoris Paradisum (à R. P. Fratre Marco Antonio Alegre de Cassanate elaboratum) libenti animo, inoffenso deambulam pede, nihilque in eo lustraui non amœnum, nihil non vide, ac volupe, scatent omnia cælestibus delicijs, diuinis plena sunt voluptatibus. Feci mihi Salomon hortos, atque paradisos: sic enim præpotens de se scribebat Rex Ecclesiastæ 2. vers. 5. *Feci hortos & pomaria & conseui ea cunctis generis arboribus*, vbi noster *pomaria* habet, in originibus est *Pardesim*, vox autem *Pardes* etiam paradisum significat: vnde Cantic. 4. v. 13. vbi vox hæc habetur, vulgatus vertit *paradisus malorum granatorum*; fecit ille, facit & auctor hic: sed quisnam pulchrior, quis vtilior, quis amœnior? ne quære, nec comparari quidem debent, quantum terræ cælum, tantum terrestri Salomonis Paradiso præstat hic. Nam hic suauiter redolent veluti sacra plantaria: quorum Patrum virtutes, quorum odor toto Orbe diffunditur: non marcescunt hîc flores, non arescunt: Heliæ, Eliseique vita, candidique mores velut arbores implent Paradisum hunc, or-

** nant,

nant, & locupletant, aliaque diuinissima Heliæ facta eum nobilitant, bonisque omnibus vestiunt, omni venustate decorant, suauissimisque fructibus ditant. Prodeat ergo in lucem tam pulcher, tam elegans tam excultus, tam amœnus, feraxque Paradisus, vt ex eo virtutum germina, flores, fructúsque legere, decerpereque assiduè valeamus. Valentiæ in Conuentu Beatæ Virginis de Remedio dicti Ordinis, anni 1637. die Maij nona.

MAGISTER FR. IOANNES BAPTISTA
PALACIO APVD FIDEI QVÆSITORES CENSOR.

NOs Dom Martinus Dolz del Castellar Presbyter, [illegible] torum Doctor, Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Canonicus, ac pro Illustrissimo & Reuerendissimo Domino, D. Fratre Isidoro Aliaga, Dei & Sanctæ Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Valentino, Regióque Consiliario, & in spiritualibus & temporalibus in præterita Ciuitate & Diœcesi Valentina Officiali & Vicarius Generalis. Quia ex Commissione nostra Magister Ioannes Baptista Palacio Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Sacræ Theologiæ Doctor, & propositus in [illegible] Fidei Censor, Librum hunc, *Paradisus Carmelitici Decoris*, à R. A. P. Magistro Fr. Marco Antonio Alegre de Casanate, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmeli Regularis & antiquæ Obseruantiæ, nuncupatum, sedulo perlegisse, & nihil in eo Catholicæ fidei, & bonis moribus contrarium animaduertisse affirmet: ideo præsentium tenore licentiam concedimus, & facultatem vt typis mandari possit. Datum in Palatio Archiepiscopali Valentiæ die 9. mensis Maij, anno à natiuitate Domini 1637.

D. DOLZ VIC. GENERALIS.

R. Domini Doctoris S. Theologiæ Eminentissimi D. Ioannis Baptistæ Frances d'Vrrutigoyti Archidiaconi & Domini loci de Valpuesta, Canonici Ecclesiæ Metropolitanæ Burgensis in Regno Veteris Castellæ, & Diuini Verbi Declamatoris nostro sæculo celeberrimi Operis istius Iudicium & Censura.

EX relatione Decani Tirasonensis Fratris mei cognoui te in Paradiso Carmelitici decoris totum [illegible]. Cum vero pro antiqua in me beneuolentia mihi ex speciali gratia copiam prædicti libri feceris, subito cognoui te a Virgine Deipara nouum Adam in Paradiso Carmelitico vt custodires, & laborares, positum diuina Prouidentia. Ingenuè fateor omnia ita ad amussim esse, ex pensa, vt inueni in contiq [illegible] concludendis diligentiam, in eligendo iudicium, in stylo puritatem, in enarrandis vitis Sanctorum, & [illegible] illustrium virorum elogiis pietatem, & deuotionem, in zelo verum Heliæ filium, omnia [illegible] non luxurians, [illegible] id quod dixit Ambrosius: qui tamen lectori, similis est mulieri, quæ dum compta apparet *prior de se ipsa pronuntiat, quæ cupit mutare, quod nata est, ita dum [illegible] placere [illegible] displicet*. lib. 1. de Virg. & addit maximè ad rem nostram: *Quem igitur iudicem veriorem [illegible] requirimus deformitatis tuæ quam teipsam quæ videri times. Si pulchra es cur [illegible]? si deformis cur te formosam esse mentiris, nec tua conscientia, nec aliena gratiam habitura.* Hoc vellem omnibus nostræ ætatis scriptoribus esse compertum. Sed finem facio quid tentiam tacens, agnosco enim tuæ modestiæ molestissimum, etsi à vero amico quidquid huiusmodi pronuntiatum fuerit. Totus hic liber integrum Carmeli decorem adeò in Scriptura sancta decantatum continet in se, vt sacræ Carmelitanæ familiæ nulla maior laus, quàm talem genuisse filium. Vale Reuerende Pater, nostrorum temporum & tuæ Religionis decus. Cæsaraugustæ primo die Octobris, anni 1637.

D. IOANNES BAPTISTA FRANCES
DE VRRVTIGOYTI

R.P. Jacobi Pinto ex Societate Iesu Doctoris ingenui pro Opere isto, cui titulus Paradisus Carmelitici decoris, &c. *à R.P. Fratre Marco Antonio Alegre de Casanate eiusdem Ordinis Theologiæ sanctæ Magistro elaboratum.*

IVDICIVM.

LEGI, quâ potui curâ, & animi delectatione non exiguâ, hoc Paradisi Carmelitici decoris Opus à R.P.M. Fratre Marco Antonio Alegre de Casanate elaboratum. Vidique in eo tot, eaque tam grauia, & illustria, & digna sacratissimo Ordine sanctæ Mariæ semper Virginis de monte Carmelo, vt mulcere possint animos, & honeste mollire, difficilioresque mentes ad amorem tantæ Religionis certe viuaciter aduocare. Opus est arte nobile, rebus grande, & dignum verè vt Auctori suo impertiantur grates ingentes, pro tam indefesso suscepto labore, iugique studio, & immensis honoris, & decoris huc campi latis gazis illustribus dandis in lucem & auram orbis improbo sane illustris huius Carmelitæ labore & industriâ grandi; propterea dignum censeo Opus, quod immunem inueni ab omni prorsus labe, aduersus fidem, & optimos mores, vt prodeat in lucem, & manibus omnium circumferatur, quò in orbe, noti fiant gloriosissimi decores, & heroes nobilissimæ Religionis tantæ. Sic sentio & iudico, in hoc nostro Valentino Societatis Iesu Collegio, die octauo Maij, anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo.

IACOBVS PINTO
E SOCIET. IESV.

A.A. RR. PP. MM. Fratris Martini Ximenez de Embun, Conuentus Carmelitarum Cæsaraugustæ Prioris, Sacræ Scripturæ in Cæsaraugustano Musæo Publici Interpretis, & studiorum Carmeli eiusdem Magistri Regentis:

Et Fratris Michaelis Ripol de Atienza in eodem Musæo Primariæ Sanctæ Theologiæ Cathedræ emeriti Præceptoris: à sacris Senatus Fidei Consultationibus & Qualificationibus, & quondam præfati Carmelitarum Ordinis in Prouincia Aragoniæ Prouincialis.

LEGIMVS, & incredibili dulcedine mentis, & oculorum obtutu seuero, seduli percurrimus, graue hoc Opus, cui titulus *Paradisus Carmelitici decoris* (à R.P. Fratre Marco Antonio Alegre de Casanate S. Theologiæ Magistro mirificè contextum) ex speciali commissione R. A. Diffinitorij Capituli Prouincialis Bilbili, pro Prouincia Aragoniæ, die septima Maij, anni millesimi sexcentesimi trigesimi quarti, celebrati, & voluptati sanè mirabiliter indulgentes ex visura lustrati tanti Paradisi Carmelæi, hærens animus, cum Statio sciscitabatur:

Cælone peractum
Fluxit opus?

In quo facillima dexteritate, id quod grandibus difficillimum est, auctor annectit, vetustis nouitatem, authoritatem nouis, nitorem obsoletis, lucem obscuris, & fastiditis exhibens gratiam, tam mira & summa Carmeli magnalia, tantorumque Heroum, & Heroinarum insignium celebria nomina, & facinora egregia, ab obliuionis baratro vindicata rediuiua, nouis sæculis edens? Fluxisse sine dubio videtur, & iam non archetypicus Heliæ Ordo noster Paradisus terræ, sed quasi cælestis Paradisus apparuit immensis fructibus, floribusque sanctitatis, & sapientiæ dexterà supremi opificis manu cœlo demissus ab alto, quando sic illustratus, & excultus hominum contuendus oculis obiicitur. Igitur in eo studij fœcunditas, veritatis nitor, varietatis dulcedo, eloquij elegantia, & spectabilis immensæ Carmeli glo-

tiæ plexus, verè apparent, quibus Alcinoi damnosa pomaria ingenuè cedunt. Quare iam non

Elysios miretur Græcia campos:

Siquidem hic

Zephyris melioribus halant

Perpetui flores.

Quapropter iudicium nostrum esto, scripta non solùm typis mandanda, (crescent enim in Carmeli ingentem gloriæ gentem) sed

Linenda cedro, & leui seruanda Cupresso.

Cogendúmque Auctorem, tale, tantumque Opus in lucem edere, ipsúmque omni honore ab Ordine afficiendum, quo stimulos semper maioribus, à se elaboratis, addat edendis. Ex Carmelo nostro Cæsaraugustano, die 20. mensis Aprilis, anni 1636.

FR. MARTINVS XIMENEZ D'ENBVN
PRIOR CÆSARAVGVSTÆ.

FR. MICHAEL RIPOL

R.P.M.F. Petri Hieronymi Sobrino primi Carmelitarum Aragonum Prouinciæ Diffinitoris, & sacri Senatus Fidei in eodem Aragonum Regno Qualificatoris, Censura & Approbatio Operis.

IVDEX datus, & huius præclari Operis, cui titulus *Paradisus Carmelitici decoris*, &c. à R.P.F. Marco Antonio Alegre de Casanate S. Theologiæ Doctore iugi, longo, & diligenti lectionis, & meditationis variæ, elaboratum interuallo, Censor adhibitus ex commissione R. admodum Diffinitorij Capituli Prouincialis in eadem Prouincia celebrati die septima Maij, anni millesimi sexcentesimi trigesimi quarti, Peruidi illud, & oculis & animo qua potui Sedulitate; inueníque in eo omnigenam pulcherrimorum Carmeli nostri præstantiam, Heliadúmque sexus vtriusque & nomina & acta præcelsa, apis in morem in vnum collecta, & arte eloquentiæ multâ in saporis, & odoris aluearı miro composita, quæ ex omni penè gente quæ sub cœlo est sedulâ inquisitione ab auctore eodem fuêre petita. In Opere igitur

Elucet grauitas fastu iucunda remoto,

ornatus oblectans, veritas in historia concupita, consonans & connexus fidissimus tantorum temporum relatus, florum, fructuúmque Carmeli nostri mira varietas, fœcundus immensæ lectionis sinus: nec desunt documenta, & ornamenta quæ doceant & oblectent: videbis enim auctorem sæpe

Curantem quidquid dignum sapiente, bonóque est.

Et vt Basilij Magni verba desumam: *Flores non ad breuitatem fulgentes, sed durabilem iucunditatem habentes, gratos aspectu, indesinentem delectationem præbentes, insatiabilem fragrantiam reddentes & colorum præstantiam insigniter coruscantes.* Est in Paradiso hoc lucis sapientiæ melioris, quà Heliades orbem illuminarunt à Christo, & ante eum signatus tantum exortus, & adumbrata titulis pulcritudo virtutum quæ à multiplici & vetustissima Carmeli sapientia sumpsit exordia. Hæc omnia neque à fide Catholica, neque à sanis moribus abhorrere iudico palam; imo qua pietate, qua eruditione qua dictionis elegantia; quo maximo equidem auctoris de suo ordine zelo vniuersa conspergi: quò legentibus vtile & iucundum fiet opus Ordini tanto gloriosum & gratum. Eapropter censeo dignum, quod mandetur in perennia æua opus, quodque illius auctor maximo ab Ordine afficiatur honore, fulciatur gratitudine, & obedientiâ cogatur similia quæ elaborata sub puluere premit, vel æneis si fas esset addere typis, hæc mea mens. Ex Carmelo nostro Cæsaraugustano, die 30. mensis Aprilis, anni 1636.

MAGISTER FR. PETRVS
HIERONYMVS SOBRINO.

Censura

Censura operis & approbatio R. P. Magistri F. Iuliani Castelui & Ladron, Prioris Conuentus Valentiæ Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, antiquæ Regularis Obseruantiæ, & in Vniuersitate Ciuitatis eiusdem Primariæ S. Theologiæ Cathedræ publici Professoris: Ex commissione A. R. P. Magistri F. Martini Roman Commissarij Generalis & Præsidis Apostolici in Prouincia Carmelitarum Aragoniæ.

QVOD mihi Opus, cui titulus, *Paradisus Carmelitici decoris*, &c. à R.P.F. Marco Antonio Alegre de Casanate, Theologiæ Sacræ Doctore Ordinis, & Prouinciæ nostræ compositum, ex præcepto, & commissione R.A.P. nostri Magistri Fr. Martini Roman, Commissarij Generalis, & Præsidis Apostolici Prouinciæ Carmelitarum de antiqua Obseruantia Aragoniæ, lustrare sedule incubuit, euolui sedulus, legi iocundus, & gratus admiratus sum, vt censerem tanti Doctoris & Patris dignas sane lucubrationes: validum opus, sublime, varium, & elegans, & toti Carmelitarum Ordini nostro gloriosissimum futurum. Preterea, necnon ab omni prorsus, in fidei Catholicæ, optimorumque morum re, labe immunem, & præiudicio, vt dignum iudicem etiam ad æternum Marianæ Religionis nostræ splendorem, quod perennatum tantum opus prelis quantocius in lucem communem emulgetur, imò vt cogatur Auctor, ne sinat tantorum Heliadum, & Religionis nostræ glorias ingentes sub puluere obnubilari. Sic censeo, in hoc nostro Regal. Valentino Carmelo, die trigesima Aprilis, anni 1637.

FR. IVLIANVS CASTELVI
ET LADRON.

APPROBATIO.

EGO Fr. Stephanus Molin Carmelita, Doctor Almæ facultatis Parisiensis, vidi & accuratè perlegi hunc Paradisum Carmelitici decoris compositum à R. P. M. Fratre Marco Antonio Alegre de Casanate Carmelita, in quo mirà eruditione, & doctrina incunabula Carmelitarum recensentur, omnia demum quæ ad hunc sanctissimum & antiquissimum Ordinem spectant, iusto veritatis pondere traduntur, cquum igitur mihi videtur vt hic Ordo quasi sopitus, excellentia tantorum virorum qui in hoc vere Catholico Paradiso numerantur reuiuiscat. Datum Lugduni die sexta Ianuarij, anni 1639.

FR. STEPHANVS MOLIN
CARMELITA.

Approbatio & facultas Vicarij Generalis substituti.

PARADISVM hunc Carmelitici decoris à præfato R. Patre Molin Carmelita, Parisiensi Doctore approbatum, etiam lustrare & expendere voluimus: quem pereleganti stylo elucubratum, improbo labore collectum, variâ lectione peramœnum; nihi à fide Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ dissonum continentem, etiam probauimus: atque ad Christianam fidem alendam, moresque ad sanctitatem informandos, vt sub prelum mittatur, vltrò concessimus. Lugduni 5. Id. Iulias 1639.

DE VILLE DOCTOR THEOLOGVS
ET VICARIVS GENERALIS SVBSTITVTVS.

FACVLTAS RELIGIONIS.

FR. Martinus Roman S. Theologiæ Magister, Prior Conuentus Barchinonensis, Sacri Ordinis S. Mariæ semper Virginis de Monte Carmelo Antiquæ regularis Obseruantiæ Visitator, Reformator, & Commissarius Apostolicus Aragoniæ Prouinciæ Ordinis eiusdem, potestate ad id nobis factâ, a Reuerendissimo Patre nostro Generali Magistro Theodoro Stratio: visis approbationibus suprà positis factis à Reuerendis Patribus Magistris eis subscriptis, licentiam concedimus, & obedientiam damus mandandi typis Opus hoc cui titulus: *Paradisus Carmelitici decoris*, &c. à Reuerendo Patre Fratre Marco Antonio Alegre de Casanate, Ordinis eiusdem Theologiæ sanctæ Doctore. In quorum fidem has nostras litteras manu nostrâ subscriptas, munerisque nostri sigillo munitas exhibemus. Datum in nostro Conuentu Valentino, die tertia Maij anni Domini Iesu 1637.

FR. MARTINVS ROMAN COMMISSARIVS
GENERALIS ORDINIS CARM. ARAGONIÆ,
PRÆSES APOSTOLICVS.

DOM

DOM VICTORIANI IOSEPHI ESMIR ET CASANATE AVCTORIS MATRVELIS FRATRIS.

DISTICHA.

ICarus in liquidas audax se sustulit auras,
Attamen excussus nomina fecit aquis.

Namque peregrinis tentabat sidera pennis,
Quid mirum rueret lapsus ab æthre puer?

Te tua penna vehit, propriis tu viribus astra
Tentas: & nitidum praripis inde iubar.

Non refugis ALEGRE *Poli commercia: terris,*
Das iterum cælum, quod tulit antè sibi.

Heliadum sacrata cohors, generosa propago,
Quam dederat cœlo purpura Martyrij.

Quam pietas, quam castus amor, ieiunia longa,
Quam lacerum corpus fronde virente premunt.

Ingeniosa Virûm per te praconia viuunt,
Per te Carmeli Religiosus honos.

Quod viret in syluis tacita quod fulget eremo,
Ecce tuo felix viuit ab eloquio.

Hinc tibi cum superis haud dispar gloria surget,
Præmia Sanctorum, cùm sua dextra notet.

Candida nam virtus hos cæli fecerat astra,
Sidera sed pennis, hos tua penna facit.

R. LICENTIATI MARTINI DE MARTES

S. ECCLESIÆ METROPOLITANÆ S. SALVATORIS CIVITATIS CÆSARAVGVSTÆ PORTIONARII, ERECTORIS PIENTISSIMI TEMPLI, ET RELIGIOSISSIMI COENOBII MONIALIVM CAPVCINARVM EIVSDEM CIVITATIS CÆSARAVGVSTÆ:

IN LAVDEM AVCTORIS.

EPIGRAMMA.

INgentem, terris, animum dum claudere spernit
Icarus impatiens, æthera mente premit.
Sed quo carpat iter, nunc huc, nunc fluctuat illuc,
Cùm nulla humano sit via trita pede.
Dum rapit in varias animum, hæc sententia vicit,
Dant plumas Aquilæ: subiicit ille humeros.
Fœnore sic tandem sumptis se credidit alis,
Deuius absque viis peruolat ille vias.
At quorsum tendit? quibus applicat, inuius, oris?
Fertur in astra, volans corruit in pelagum.
Sic cui terra parum; nimium Cœlum: est satis vnda,
Sic quem pluma leuis tollit ad astra, ruit.
Æquora sunt remis istis sulcanda: quid Æther?
Mirum, si cœlo pluma locare potest.
Hoc tantum facinus, tantum est ALEGRE, *triumphus,*
Vt valeat pluma ad sydera ferre viros.
Viden' quot Proceres PARADISO *hoc sacra* DECORIS
Vnica CARMELI *nectere pluma potest?*
Dum ergo alios pluma Cœlis ANTONIVS *effert,*
Addit eam Fama, quâ vehit, & vehitur.

ERVDI

ERVDITISSIMI PATRIS F. PETRI DVCASII GALLI TARBIENSIS CARMELITÆ,

Poëtarum, Rhetorúmque sæculi nostri facilè Principis, Græci, Latinîque dilemmatis eruditissimi Præceptoris, & in Sertoriano quondam Hoscensi, Dertusensi nunc Pethocio Primarij Rhetorices Professoris: In Auctoris, & Libri *Paradisus Carmelitici decoris* laudem.

EPIGRAMMA.

INclyta Saturni proles, Heliconis alumnæ,
Quis nouus in vestrum venit Apollo chorum?
Dicite: cur veteres oderunt Carmina palmæ?
Cur refugit Lyricos laurus opaca sonos?
Cur radians opifex, cui seruit Delphica tellus,
Creditur auratam deposuisse chelyn?
Venit Appollo nouus, per quem non carmina neruis
Concordant: fundit, sed mage dulce melos.
Et maiora canit, quàm quæ cecinistis in antris:
Non opus est vestrum quæ noua ALEGRE *serit.*
Diuinúmne, vel est humanum? si quid opinor,
Humanum non est sola quod astra sapit.
Non hoc Didonis furias, Amaryllidis ignes
Continet, aut aliquid pagina turpe trahit.
Nec celsi ficto Parnaßi culmine rupis
Ducitur: alterius culmina Montis *habet.*
Carmeli iuga sacra refert Sacra Germina *Montis,*
Ore sacro dici, non nisi sacra solent.
O Præco diuine! tua tu laude trophæum
Erigis, Heliadum *queis datus* Ordo *Patrum.*
Tu quos lethæis tempus tumulauerat vndis,
In lucem, famâ te comitante, vocas.
Et debebuntur tibi quas sibi vendicat Ordo
Pro natis laudes, quasque tegebat humus.
Tu Matrem, Fratres, tu venturósque Nepotes
Exornas: orbis præmia nulla dabit?
Non potis est: si quod cælo est quod talia curet
Numen: pro meritis sydera clara dabit.
Quid quod, materiæ tantæ non deficis? impar
Materiæ non est ingenium artificis.
Tu lepidè, cultè, doctè blandéque loquutus,
Scriptores calamo vincis & ore Pylos.

PATRES

PATRES CARMELITARVM LVGDVNENSIVM AVTHORI.

QVid tibi pro meritis concedat Iberia nutrix?
Non habet ingenio præmia digna tuo:
Namque Patres doctè referens longo ordine nostros,
Condis opus, quod non destruet ira Iouis.
Docta tibi Clio monumenta dicabit, & omnis
Ambiet effigiem Bibliotheca tuam.
Te Sequana & Ligeris, magnúsque Garumna loquentur,
Te Tagus & si quæ flumina mundus habet.
Latius Arionem non vexit in æquore Delphin
Quàm tua scripta ferent littora nostra diu.
Ergo omnes colite hoc constanti pectore pignus
Splendidius numquam terra videbit opus.
Et cùm sæua volet mors tantum extinguere lumen,
Dicite: non possunt numina tanta mori.
Hæc etiam foliis inscripta & sicta virenti
Cortice perpetuo carmina facta ferant.
O quàm felices quorum sacer ignis & ossa
Non possunt vrnâ nobiliore tegi.
Te quoque felicem merito cui gloria viuo
Contigit, extinctis sera relicta viris.

AD EVNDEM.

SI facis extinctum scribendo viuere tempus,
Ingratum (haud doleas) non tibi tempus erit.
Præteritis vitam sæclis (ô MARCE*) parasti,*
Ast tibi nunc vitam sæcla futura parant.

F. S. MOLIN CARMEL.

PETRI

PETRI ANTONII ALEGRE Turiasonensis, pueri vndecim annorum Auctoris ex Fratre Nepotis,

IN LAVDEM PATRVI SVI

EPIGRAMMA.

Heliadum decus exoritur, noua gloria surgit,
Nomen magnum, ingens fama, perennis honos.
Concaua Carmelus *cæli laquearia tangit*
Culmine, verticibus, maior Olympe, tuis.
Chrysologon taceat Ciceronem Roma triumphans:
Nec sonet argutos Gracia mille viros.
Fama vetus taceat, taceant monumenta priorum,
Et stellæ, auricomo sole oriente, cadant.
Dicite & ANTONII memorabile sæculis opus
Pieridum dignum, Castalidumque Choris.
Estque adeo præstans vt ære perennius omni
Pyramidas vincat monstráque vestra Rhodos.
Caria, Achaia Pharos, Babylon, Ephesusque superba,
Ob mirum maius, iam sine honore iacent.
In hoc grata suas, pleno quoque prouida cornu
Omnigenas fudit copia diues opes.
Huic neque tempus edax nocebit: & nomen ALEGRE
Operis ingenio nobile cunctis erit.
Nam cùm summa dies rapiat, cùm spiritus eius
Desinat, incipiet viuere in orbe magis.
Delphica, circundes pia tempora, tempora ramis
Digna, magis Phœbo, Daphne decora tuis.

CATALOGVS
SIVE
REGESTVM OPERIS ISTIVS.

Quæ continentur in hoc PARADISO CARMELITICI DECORIS *sunt quæ sequuntur.*

I. PRæloquia Lectoribus dignissima lectu, & pro operis luce opportuna.

II. Præambulationes nonnullæ in quibus illustrissima multa pro Religione Carmelæa describuntur, hoc est, ad viros & feminas insignes contentos in illo & descriptos Elogiis suis per plus mille capita, satis opportunę vt inoffenso pede eos perlustret Lector amicus.

III. Plus mille capita virorum illustrium cum eorum Elogiis.

IV. Notæ inter eos insertæ nonnullæ, satis aptæ viris pro quibus apponuntur,

V. Apologema siue Murus defensionis pro Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani XLIV. à S. Iacobo & huius nominis II. innocentia: Monachismo in Carmelo: & pro eo quod auctor fuerit genuinus libri *De Institutione Monachorum in lege veteri exortorum*, &c.

VI. Encomiastica vna Declamatio fœcunda satis vel pro Comitiis Generalibus, vel Prouincialibus satis vtilis & iocunda.

VII. Tandem Ioannis Trithemij Abbatis Hispanheimensis *Liber de laudibus Carmelitarum:* cum Apologetico Petri Lucij Belgæ pro eo.

ALPHABETICA
GERMINVM PARADISI CARMELITICI DECORIS SERIES

Literæ A. O. C. *ſignificant*, Anno Orbis Conditi: *Litera* a. *ſignificat* Annum Chriſti: p. paginam.

A.

Paradisi huius Series.

G.

H.

S. Martha

Paradisi huius Series.

M.

N

O.

P.

Q.

Theremon

FINIS.

NONNVLLORVM CARMELITARVM QVI RES GESTAS SVI ORDINIS SCRIPSERE, ANACEPHALÆOTICA COLLECTIO.

LEGENTI.

CREDIDERE nonnulli gesta Carmelitarum à maioribus haud fuisse conscripta temporibus elapsis eo ducti, quod vix de antiquitatibus illorum monumenta vetusta videantur, & libri plurimi, vel temporis elapsu natiuo, vel multa maximè in Hispania, & Europa ditionibus calamitate, & infestatione suborta, disparuerint: quapropter desides iactitant, & incuriosos Carmelitas, quibus potius incuria industriæ relaxata, si quæ in eis fuisset, fides magis, quam negligentia vertenda esset. Proinde hic huius aliquorum breuem Amanuensi collectionis manipulum tibi dare decreuimus (Serenissime lustrans hæc, & candide legens) compositum tantum ex his quorum hæc nostra Paradisi Carmelitici decoris parte secunda nonnulla virtutum egregia facinora delineantur: vt scias in omni saltem genere inscriptionis, & litteraria Palæstra [illegible] Carmelitas [illegible] Iesuita celebri Harpsfel dio dicente) in omni sæculo, vitos cæteros Religionum aliarum superasse. Antiquum enim fuit eis, vt aiebat S. Cyrillus, libro de perelustribus gestis Carmelitarum, & Epistola ad Abbatem Ioachimum, diuersos profundæ sapientiæ de lucere tractatus. E quibus, hos nunc hic ad minus tibi collectos viros, qui res gestas Ordinis Heliadum scripsere, exhibere perplacuit, quo videas, non [illegible] incuriosos Heliades, & desides fuisse in hoc vel adhuc genere scriptionis, & studij melioris.

Harpsf. de [illegible] Angl. [illegible] 15 Io. nob. 1640

RICHARDVS Blyctonius Anglus anno 1334 scripsit *Compendium priuilegiorum Ordinis sui*, & [illegible] Mendicantium. St. 4. Ætate 15. Capite 77. pag. 187.

Ioannes [illegible] Anglus annis 1346 scripsit librum de historia Ordinis Carmeli: & alium cui titulus *Speculum Carmelitarum*, alter est ab eo qui communiter sub hoc titulo habetur, per Philippum Ribbotum Stat. 4. Æt. 16. Cap. [illegible]

Ioannes de Vinneta, Brito, annis 1348. scripsit *Chronicon Ordinis Carm.* St. 4. Æt. 16. Cap. 100. pag. 295.

Guillielmus Conuentriensis Anglus, Laicus, quos vocamus de [illegible], annis 1360. scripsit libros II. de laudibus sui Ordinis. Item *Scutum Carmelitarum* lib. III. St. 4. Æt. 15. C. 117. p. [illegible]

Nicolaus de [illegible] Anglus, anno 1370. scripsit Defensorium Ordinis sui. St. 4. Æt. 15. Cap. 134. p. [illegible]

Ioannes [illegible] Anglus, annis 1374. scripsit item Defensorium sui Ordinis, contra Ioannem Stok Dominicanum. Item de Antiquitate sui Ordinis, lib. I. St. 4. Æt. 16. Cap. 140. pag. 310.

[illegible] Catalanus Prior Generalis anno 1375 scripsit lib. I. *De Origine Carmelitarum* St. 4. Æt. 15. C. 143. p. 311

Ioannes Gluclus Teutonicus, annis 1378. scripsit *Speculum Carmelitarum*: alterum ab adductis in Bachonio, St. 4. Æt. 15. C. 145. p. 311.

Nicolaus de Luca Italus, anno 1378. scripsit lib. cui inscriptio *Vallerale Carmelitarum*, vbi de [illegible] nominis Mariæ eis concessi tractat antiquitatem Ordinis sui, & Originem ab Helia, & [illegible] parentibus probat acute. St. 4. Æt. 15. Cap. 146. p. 312

Ioannes Borubius Anglus, annis 1380 scripsit de fundatione Ordinis sui lib. in quo probat duxisse originem ab Helia Propheta, contra obtrectatores veritatis [illegible] St. 4. Æt. 15. C. 151. pag. 313

Richardus Lavenhamus Anglus, Waldensis nostri Præceptor, annis 1381. scripsit lib. de fundatione Ordinis. St. 4. Æt. 15. C. 158. p. 314

Robertus Ormechiscus Anglus, annis 1382. scripsit *Defensionem Ordinis sui.* St. 4. Æt. 15. Cap. 160. p. 316

Franciscus Martini Catalanus, annis 139[illegible] scripsit lib. cui titulus *Compendium Gloriæ Carmelitarum.* St. 4. Æt. 15. C. 164. p. [illegible]

Paulus Benetus Gallus, annis 1410. scripsit *Paradisum Mundi*, vbi de origine, fundatoribus, & [illegible] Religionis Magni P. Heliæ tractat. [illegible] Stat. 4.

Stat.4 Æt.16. Cap.202. pag 327

Ioannes Grossus Ordinis Generalis Magister Gallus annis 1411. scripsit *Viridarium Carmeli* lib.III vbi de Ordinis sui institutione, & progressibus agit. Item *de Viris illustribus*. & Sanctis Ordinis eiusdem lib.II. St.4. Æt.16. Cap.205. p.328

Ioannes Greessus Lesmorensis, & Vvaterfordiensis Episcopus in Hibernia, Anglus natione, annis 1413 scripsit lib.cui titulus *Gloria Carmelitarum*, vbi Ordinis sui acta recenset. St.4. Æt 16.C 216. p.328

Conradus Tremonius, annis 1419. scripsit *Catalogum de viris illustribus Carmeli*, St.4. Æt.16. Cap.216. p 331

Alphonsus ab Alfama Lusitanus annis 1438. scripsit lib de progressibus sui Ordinis. St 4 Æt. 16.C.248. p 343

Henricus Mationowiensis Episcopus, Germanus, annis 1444. scripsit lib.de historia sui Ordinis Carm. Stat 4. Ætat.16.Cap.253. p.344

Nicolaus Kentonus Anglus, annis 1468. scripsit historiam S.P.Elisæi: Officia antiqua Sanctorum Ordinis sui: de Commemorationis solemnis V.M. de Monte Carmeli officio lectiones 2. nocturni postea à Paulo V. confirmatas: vitam S.Cyrilli,& aliorum Sanctorum Ordinis eiusdem. St 4. Æt 16.C.30.. p.357

Hieronymus Berghamus Lombardus, an.1470. scripsit vitam S.Alberti Drepanitæ St 4. Æt. 16. C 303. p.358

Michaël Ciminerus Gallus, annis 1479 scripsit *Speculum institutionum Carmelitarum* lib. I. St 4. Æt.16.C.320. p.363

Ioannes Oudemius, Alemannus, annis 1479. scripsit grande volumen, quod *Fasciculum tripartitum Ordinis Carmelitici* intitulauit & in eo specialiter agit de sanctioribus Ordinis viris: initia apetit, & progressus eiusdem: necnon Patrum Generalium acta à primo, vsque ad Pontium Raynadum, lib.VI. St.4. Æt.16. Cap. 321. p.363

Ioannes de Malinis, Eboracensis Gallus, annis 1488. scripsit *Speculum historiale Ordinis*. St. 4. Æt.16.C.322. p.365

V.Thomas Seropus, Anglus Dromorensis Episcopus, & Apostolicus Legatus, annis 1491. transtulit de Latio in Anglicum X lib. Philippi Ribbotti *De peculiaribus gestis Carmelitarum*. scripsit lib. *De antiquitate dignitate & variis encomiis Carmelitarum*, titulauit eum, *Carmelitarum Institutum*. Item de eodem Ordine ad Eugenium IV.lib.I. Item *Catalogum Sanctorum* Ordinis sui, lib.I. St.4 Æt.16. Cap 338. p 368

Guilhelmus de Sannico Anglus, annis 1280. scripsit Ordinis sui Chronicon. St.4. Æt.14.C.32. pag.270

Raymundus de Insulis, Prior Generalis Gallus, annis 1297. scripsit *Defensorium Ordinis sui*. St.4.Æt.14.Cap.41. p.275

Baptista Pannecius Italus, annis 1494. scripsit Ordinis sui Chronicon. St.4.Æt.16.Cap.340. pag 369

Laurentius Burelius Gallus, annis 1494. scripsit lib.de laudibus M.Patris Heliæ, & de viris illustribus Ordinis. St 4 Æt 16.C.343. p 370

Ioannes Paleonidorus Belga, annis 1495. scripsit lib.Trimericum antiquitatis, & sanctimoniæ Eremitarum Montis Carmeli. Item *Propugnaculum Carmelitarum* lib.I. Item vitas Sanctorum Ordinis sui lib.I. St.4. Æt.16.C.344. pag. 370

Ioannes de Veteriaquâ Hollandus, annis 1495. scripsit lib.IV. sub titulo *Fasciculum temporum Ordinis Carmelitarum*: In eo de Patribus Helia & Elisæo, sanctis Canonizatis Ordinis illorum,& Generalibus vsque ad sua tempora tractat. St.4. Æt.16.C.346. p.371

Nicolaus Simonis, Batauus, annis 1495. scripsit sui Ordinis Historiam lib I. Necnon Vitam S. Cyrilli. St 4. Æt 16.Cap.350. p.372

Ioannes Gerbrandus de Leydis, Hlander, an.1495. scripsit Chronicon Ordinis sui lib. X. quod opus insigne à Trithemio vocatur. St.4. Æt.16. Cap.351. p.372

Ioannes Maria Pollicianus siue de Grandiis Italus, annis 1499. scripsit Vexillum Carmelitarum lib.I *Mare magnum Ordinis sui* lib. I. in quibus Magnalia Carmeliticæ Religionis præcinxit multa. St.4. Æt 16 C.360. p.374

Guilhelmus Greneus Anglus, annis 1499. scripsit lib. de Sanctis Ordinis Carmelitarum, cui componendo omnes Angliæ Bibliothecas visitasse dicit Pitsæus. Illi titulus *Hagiologum Carmelitarum* siue de Sanctis Ordinis Carmeli, vt vocat eum Posseuinus. St.4. Æt.16. Cap.364. p 375

Petrus Garnengius, Brito, annis 1499. scripsit de rebus Ordinis sui lib. St.4. Æt.16. Cap.366. pag.376

Arnoldus Bostius, Teutonicus, annis 1401. scripsit *De patronatu V.M. de monte Carmelo* erga Religionem suam, metro, & prosa elegantious lib.I. St.4. Æt.17.C.371. p.377

Robertus Balæus Anglus, annis 1503. scripsit historiam Magni P.Heliæ lib.I. Officium S. Simeonis Stokij lib. I. Ordinis sui Annales ab anno Orbis conditi 4186. vsque ad sæculum suum lib pluribus, Pit.20 teste. St.4. Æt. 17. Cap 376. p.379

Ægidius Fabri, Brabantinus Belga, annis 1506. scripsit Ordinis sui Chronicon. St 4. Æt 17. Cap.3.. p.38.

Monaldus de Ro..is Aquitanus, annis 1509. scripsit Vitam S. Simonis Stokij. St.4. Æt 17. Cap.372 pag 383

Iulianus Hurtaus Hannonius, Agginensis, annis 1521 composuit *[illegible] Ordinis Carmeli* lib I Fontem Patris [illegible] ed, de origine & progressu Religionis Carmel. cum tractatu de viris illustribus eiusdem lib I St.4. Æt 17. Cap 422. pag.389

Ioannes Diophylacius Belga, annis 1525. scripsit Carmine *Eroteum Religionis Heliæ*. St.4. Æt. 17. Cap.415. p.390

Thomas Bradleyus Episcopus Norvvicensis Anglus, annis 1542. scripsit lib.I. *De Origine Religionis Carmelitarum*. St.4. Æt.17. Cap.430. pag.393

Martinus Italus natione, annis 1548. scripsit de Sanctis & Doctoribus Ordinis lib. I. Stat.4 Æt.17 C.442. p.396

Petrus Brunius Celtiber, annis 1565. scripsit librum de institutione Ordinis sui. St.4. Æt.17. Cap.479. p 406.

Ioannes

Ioannes de Cimineto Gallus Cœnobij Metensis, annis 1575. scripsit *Speculum Ordinis sui.* alterum à primis Stat. 4. Ætat. 17. Cap. 505. pag. 413

Philippus Ribbotus Cathalanus, anno 1391. scripsit *De peculiaribus gestis Carmel.* lib. I. in quo multa de suo Ordine tractat. Item Trithemio teste, *De viris illustribus Carmel.* lib. I. St. 4. Æt. 16. Cap. 177. p. 119

Simon Goëllus, Lussiadus, annis 1581. scripsit *Compendium historiale Ordinis sui.* St. 4. Æt. 17. Cap. 123. p. 418

Petrus Rojuela Castellanus, annis 1585. scripsit Tractatus IV. De quatuor prærogatiuis Ordinis B.V. Mariæ de Monte Carmeli. St. 5. Æt. 17. Cap. 6. p. 427

Iosephus à Falconibus Gallus Cisalpinus; Lombardiæ Prouinciæ, annis 1591. scripsit grande Ordinis sui Chronicon Italicâ lingua ab Origine Carmelitarum, vsque ad sua tempora illustria eorum acta perstringens. St. 5. Æt. 17. Cap. 18. p. 436

Nicolaus Aurificus, Italus Senensis, annis 1592. scripsit sup. Regulam Carmelitarum lib. I. cui titulus *Institutio Carmelitica.* Item Ordinis sui historiam. Item Vitam S. Elisæi Latinè. Item Summarium Indulgentiarum, & Gratiarum Ordini Virgineo concessarum à Pontificibus Summis, & alia. Stat. 5. Ætate 17. Cap. 43. pag. 437

Philippus à S. Iacobo, Hispanus Carpetanus, scripsit annis 1549. Chronicon Ordinis sui. Item Catalogum de viris illustribus eiusdem St. 5. Æt. 17. C. 57. p. 441

Hieronymus Tonstatus Hispanus, Wandalus, annis 1597. scripsit de viris fœminisque Carmeli lib. I. Statu 5. Ætate 17. Cap. 62. pag. 443

Franciscus à S. Angelo, Hispanus Castellanus, annis 1599. scripsit Ordinis sui Chronicon. De Sanctis Ordinis lib. I. Compendium Indulgentiarum Ordini suo concessarum. Stat. 5. Æt. 17 C. 71. p. 446

Didacus Coria Maldonatus, Hispanus Castellanus annis 1600. *Dilucidarium Ordinis sui* libro XI. De viris illustribus eiusdem lib. I. Compendium Indulgentiarum: & pro Tertiariis & Pizocoris Ordinis Regulam & institutionem lib. II. Stat. 5. Ætate 18. Cap. 84. p. 449

V. Pater Hieronymus Gratianus, Hispanus Pinticus, annis 1614. scripsit De fundatione sui Ordinis, & de antiquitate, & successione ab Helia Patre metricè cum Commentario *Chronographiam Carmelitanam.* Vitas S. Angeli, & S. Andreæ Fesulani Carmelitanorum. Altare Heliæ. Aratrum Elisei. Antrum Heliæ & alia. St. 5. Æt. 18. C. 121. p. 468

Alphonsus Nauarro Hispanus, annis 1615. scripsit de priuilegio singulari gratiæ Sabbatinæ lib. St. 5. Æt. 18 C. 128. p. 473

Petrus Wastelius, Flander, annis 1617. scripsit De Ordinis sui antiquitate lib. II. Apologiam pro Ioanne Hierosolymitano Patriarcha XLIV libro I. Promontorium Carmeli lib. I. vbi de Origine, &c. Ord. eiusdem multa. St. 5. Æt. 18. Cap. 134. p. 476

Franciscus Boetius, Italus, annis 1618. scripsit Ordinis sui Chronicon; vulgo Chronicon Chetasci. Item Vitam G. P. Henrici Silvij. Tractatum de sacris V. Mariæ imaginibus miraculis notis in Conuentibus Carmelitarum cum Catalogo Generali Ordinis & alia ad eundem attinentia. Item lib. Italice cum inscriptio, *Giardino de Tesori spirituali della Religione dell' gloriosa Vergine Maria del Carmine.* St. 5. Æt. 18. C. 136. p. 477

Blasius Palucius, Polonus, annis 1623. scripsit de Ordinis sui antiquitate, &c. lib. I. St. 5. Æt. 18. Cap. 158. p. 480

Albertus Czepelius, Polonus, annis 1631. scripsit metro & eleganti prosa vitam S. Mariæ Magdalenæ à Pazzis. Stat. 5. Ætate 18. Cap. 189. pag. 501

Petrus Lucius Belga, annis 1593. scripsit Commentarium Carmelitarum lib. I. Compendium historiarum Carmeli, Latinè, cum Indulgentiis, & priuilegiis Ordini concessis suo. De laudibus Carmelitarum opusculum. Compendium Apostolicorum concessionum pro Carmelitis lib. I. Bibliothecam Carmelitanam libro I. & alia. Statu 5. Ætate 17. Cap. 52. pag. 440

Camillus Auxilius, Italus ann. 1601. scripsit Summarium antiquitatis Carmeli lib. I. Priuilegiorum & Indulgentiarum Ordinis eiusdem, lib. I. St. 5. Æt. 18. C. 35. p. 450

Franciscus à Paze, Hispanus Castellanus, annis 1612. scripsit Chronicon Ordinis sui, De Helia Thesbita, & alia. Stat. 5. Æt. 18. Cap. 113. pag. 465

Michaël à Fonte, Hispanus Castellanus, an. 1626. scripsit Compendium historiarum Ordinis sui lib. I. De miranda B. V. Mariæ de Monte Carmelo. De illustribus viris & fœminis Carmeli. De Regula & modo viuendi Fratrum Tertij Ordinis B. V. Mariæ, & alia. Item de Bulla Sabbatina Carmelitis concessa. St. 5. Æt. 18. Cap. 170. p. 492

Marcus Guadalaxara, Hispanus Cæsaraugustanus Celtiber, annis 1610. scripsit *Catalogum Sanctorum Carmelitarum.* Item *Thesaurum spiritualem Carmeli,* in quo Ordinis sui originem progressus, &c. tractat. St. 5. Æt. 18. C. 186. pag. 497

Ludouicus Mertola, Lusitanus, annis 1630. scripsit inter alia latè vitam V. P. Stephani à Purificatione. St 5 Æt. 18. C. 191. p. 501

Antonius Olivan, & Maldonatus, Hispanus Cæsaraugustanus Celtiber, annis 1630 scripsit Discursus elegantes & eruditos de rebus & excellentiis Ordinis sui. Item de priuilegio Bullæ Sabbatinæ. Stat. 5. Ætate 18. Cap. 188. pag. 500.

Ioannes Pintus à Victoria, natione Lusitanus, sed professione Monastica Valentinus, ann. 1630. scripsit Monarchiam Carmelitanam vbi multa eaque de Ordine suo egregia pertractat. St. 5. Æt. 18. C. 184. p. 497

Valerius Ximinus ab Embun, Hispanus, Celtiber Cæsaraugustanus, annis 1630. & infra scripsit Stimulum deuotionis pro Carmelitica Religione. Item Catalogum satis elegantis voluminis de viris & fœminis Carmeli, quo nos sæpè hic sumus vsi. St. 5. Æt. 18. Cap. 200. pag. 506

Emmanuel Romanus, Hispanus Castellæ ex Regno, anno millesimo sexcentesimo trigesimo scripsit Elucidationes varias pro antiquitate, dignitate, & illustribus sacræ Marianæ Religionis scriptoribus, vbi multa lectu dignissima adducit. Stat.5. Æt.18. Cap.194. pag.502

Angelus Sagarro, Hispanus Cathalanus, annis 1620. scripsit lib. I. De viris illustribus Ordinis sui. Stat.5. Æt.18. Cap.149. p.484.

Hi sunt selecti nonnulli viri Patres, & Scriptores illustres, qui ex nostra antiqua Carmelitica Obseruantia prodière, vt res gestas Carmelitarum illustri typo scriptòve prosequerentur; alij adducant alios, non enim omnia noscimus, & adducimus omnes: hæc, vel hi, sufficiant vt noscas non desides, & incuriosos arguere Carmelitas de Obseruantia priori in conscribendis rebus suis, cùm ex hac breui tabula scriptorum tibi constet, candide legens, omni pene sæculo, saltem ex nouissimis, omni penè natione, saltem ex notissimis nobis, Viros protulisse Carmelum, qui sui memores officij, Ordinis egregia facinora posteritati litarent, & acta describerent: quò non opus fuisse credas nostra (quæ quidem veterrima nonnulla sunt, ex quo eis tarda solet nonnullis inesse fides) sine auctoritatis multæ vallo edere in lucem. In qualitacumque sint quantuncumque & quomodocumque quæ tibi referimus & damus. si non satis bene digesto hoc labore nostro.

Dum pipit, implumen pietate fouere Paterna.

ALIQVORVM VIRORVM
EX ANTIQVA OBSERVANTIA CARMELI,
nomina, ex iis qui notâ vitæ sanctitate suæ Numinis instar à Catholica fidelium pietate reculti sunt à tempore factæ in Regula Alberti mitigationis: etsi à Pontificibus Summis non fuerint eorum multi in Sanctorum albo descripti, & adnumerati.

LEGENTI.

SENSV suo, & iniuriâ certe non leui nostri, fuit asserens quondam quidam: à factæ mitigationis tempore in Regula Alberti Patriarchæ (sub Sanctissimo Eugenio IV. & Reuerendissimo Priore Generali Carmelitarum Obseruantiæ Ioanne Facco quod contigit annis datæ salutis à Christo Iesu 1431.) nihil laude, & memoriâ dignum reperiri, quod scriberetur: nullumque in obseruantia prædicta Carmeli virum sanctitate, & sapientiâ singulari suâ notum adinuentum esse; eo quod, vt visum fuit illi Doctori præpostero sensu suo, simul iuissent, præfatæ Regulæ mitigatio, & Carmelitani spiritus extinctio. At vt is, & qualiscumque alius ei similis fuerit, videat, nondum fuisse Carmeli verticem exsiccatum, nec adhuc diuinam exhaustam diuinæ Dei voluntatis munificentiam in fæcundis donorum, & gratiarum suarum pignoribus antiquis Carmelitis suis exhibendis: vt nec effœtam & lassam vineam florigeri Carmeli sacram Mariæ in progignendis botris, rore semper è cælo cadente, fertilibus, viris inquam egregiâ sanè virtute conspicuis, & sapientia simul diuinâ consertis; sed quod semper, & vbique gloriosos acceptæ gratiæ, & fertiles fœtus in lucem felicissimam ediderit, edatque in orbis splendores, & decores Ecclesiæ Christi: Hunc ergo hic exilem manipulum, breuémque corollam ex viris sapientiâ, & sanctitate notissimâ insignioribus, qui hanc secundam Tomi primi Paradisi nostri Carmelitici decoris partem decorant, datis solummodo hac serie nominibus, locis, & annis eorum, lectori placido placuit exhibere. His igitur ex multis aliis insignibus viris (versantibus Carmelidæ monumenta pernotis) pro tertia Tomi secundi nostri Paradisi parte repositis, hunc Capitis Sponsæ perpulchrum plexum attexuimus, auidum volentes lectorem esse, peruolare ad alios, tum & ad Corpus Paradisi huius, si scire velit latius, horum egregia facinora virtutum, & præclara eorumdem opera sanctitatis, quibus cælo digni, & terris sunt mirabiles effecti. Genitrice Religione manente, antiqua in nouis, noua in veteribus semper.

S, Statum. Æ, Ætatem. C, Caput aperte demonstrant.

B. Angelus Agostini, annis 1438. Florentiæ in Italia miraculis claret. Stat.4. Æt.16. Cap 249. pag.345

V. Nunius Aluarus Pereira Lusitanus, in Conuentu Vlyssiponensi iacet insigni sanctitatis cultu veneratus huc vsque; florebat annis Christi 1443. St.4 Æt.16 Cap.260. p.346

B. Francisca de Ambosia Britanna Britanniæ Ducis quondam sponsa, postea Regis Regum, & Domini dominantium in Conuentu Nazaret erecto a se in Britannica Prouincia anno 1448. [illegible] mundi luxit. St.4 Æt.16. Cap.263 pag.345

B. Ioannes Soreth, Nortmannus Cadomensis, atque Cœnobij in Gallia alumnus, Prior Generalis Carmelitarum de Obseruantia [illegible] an. 1451 [illegible] 14[illegible] [illegible], & obiens, Martyr penè pro virtute, & Religionis obseruantia mori. St.4. Æt.16. Cap. 279. [illegible] p.311

V. Ioannes Sebastianus, Lusitanus [illegible] Cœnobij decus, imò & omnis Religionis, &

Ecclesiæ Christi candor, Martyr, & multâ sanctimoniæ vita celebratus hucusque. Obiit Mediolani anno 1475. St. 4. Æt. 16. Cap. 3[illegible]1. p.360

V. Thomas Scropus, Episcopus Dromorensis, Anglus, Norvvicensis Cœnobij in Anglia alumnus, annis 1491. clarissima sanctitatis fama viuus claruit, & obiens enituit. Stat. 4. Æt. 17. Cap. 3[illegible]8 p.368

B. Iacobinus à Crattacorio Lombardus, Loubinensis Cœnobij erector, clarus miraculis in vita, & in morte, à S. Carolo Borromæo multum dilectus, & veneratus, obiit in Vercellensi Cœnobio, annis 1508. vbi summa populi veneratione hucvsque recolitur, cuius beatificationem solemnem Sanctus præfatus Carolus Borromæus expensis, & amore multo curauit. St. 4. Æt. 17. C. 38[illegible]. p.382

V. Bartholomæus à Mantua, Gallus Cisalpinus, B. Baptistæ Mantuani Collega, pietatis, eruditionisque eius indus æmulator. Huius corpus Mantuæ in Carmelo seruatur honore venerationum sancti. Obiit annis 1520. St. 4. Æt. 17. Cap. 406. p.388

V. Ludouicus Rabida, Siculus, virtutibus maximis clarus, & miraculis illustris in vita, & in morte, tandem Christi Martyr effectus annis 1524. volauit ad astra. St. 4. Æt. 27. Cap. 408. pag. 388

V. Bartholomæus Caltabalotus, Siculus miraculorum gloria per omnem notus Italiam, clarebat annis 1541. Stat. 4. Æt. 17. Cap. 427. pag. 391

V. Bartholomæus Bassias, Lusitanus, vir ab omnibus viuus, & mortuus, ob insigne maximarum virtutum ostentum vt sanctus veneratus, effloruit, nunquam ex humilitate sui grandi ad sacerdotij gradum prouehi passus, annis 1542. St. 4. Æt. 17. Cap. 419. p.392

V. Soror Catharina à Texada, Valentini Cœnobij de Incarnatione filia, clarissimo sanctitatis specimine nota, vixit, & obiit sanctimoniæ rutila veneratione annis 1520. St. 4. Æt. 17. Cap. 411. p.393

V. Onufrius Gilbertus, Valentinus filius Regij Ondensis Cœnobij, vir clarâ sanctimoniæ, & vniuersæ virtutis voce concelebratus à cunctis: Ondæ florebat annis 1542. St. 4. Ætate 17. Cap. 412. p.393

V. Ludouicus à Randazzo, Siculus. Iacet Randacensi in Cœnobio, clarus tam miraculis in vita, & in morte Christi martyr illustris, vexillum fidei in Carmelo vexillauit. Annis Christi 1544. St. 4 Æt. 17 C. 436. p.394

V. Hieronymus Linares, Valentinus, Villajoazensis, sed Ondensis Cœnobij decus, vbi sanctissimi viri voce intonatus spiritum misit in astra, vt singulari veneratione eius corpus, hucvsque, vt sanctissimæ animæ spolium recoleretur, ibi sepultus ab annis 1548. Stat. 4. Æt. 17. C. 441. p.395

V. Elisæus de Panormo, Siculus, miraculis clarus: & sic potens in nomine augustissimo IESV vt eo solo suo ore prolato, Energumenos liberaret. Florebat annis 1553. St. 4. Æt. 17. Cap. 44[illegible]. p.397

V. Angela de Arena, quam credimus virginem Hispanam, & floridam per egregie virtutibus insignibus, & admirandis vitam, floruisseque annis 1550. St. 4. Æt. 17. C. 45[illegible] p.399

V. Laurentius Paschalis, natione Celtiber, professione Valentinus, Setabitanus, magnus solitudinis dilector, vt in solo, Deus gratiarum, & donorum singularium poneret tabernaculum illustrissimum suum, ingenua sanctimoniæ voce Setabis obiit, annis 1559. St. 4. Æt. 17. C. p. 4[illegible]2 p.401

B. Angela de Trino, Itala, Congregationis Mantuanæ decor: miraculis in vita, & morte refulgens magna hucvsque veneratione recolitur à populo vniuerso, Trini, vbi corpus iacet Virgo cum eius. Hinc eius canonizationis honor Mantuanos Patres sollicitat. Florebat annis 1561. St. 4. Æt. 13. C. 468. p.402

V. Bartholomæus Grao, Catalanus, Barchinonensis Cœnobij filius, Christi Martyr inclytus pro fide occubuit in Algerio, annis Christi 1564. St. 4. Æt. 17. C. 478. p.406

VV. Inclyti Martyres (vt plurimos alios aliunde omittamus) qui passi sunt in Cœnobio Lunellensi pro fide ab Hæreticis in Gallia annis 1566. de quibus Gratianus tractat Dominicanus, in præterque omnibus suis Catholicis. St. 4. Æt. 17. C. 481. p.407

V. Bartholomæus Carranca Maioricensis Martyr, qui occubuit pro fide in Algerio, annis item 1566. St. 4. Æt. 17. C. 483. p.407

V. Simon à S. Alberto Laïcus sanctitate sua maximè notus, & veneratus in Mantuæ Carpenta ex Cœnobio, annis 1567. Stat. 4. Ætate 17. Cap. 484. p.405

V. Ioannes Stephanus Faccinus, Italus, Cremonensis clarus sua sanctitate, & virtutibus veneratus excelsis per Italiam ferè omnem. Florebat annis 1570. Stat. 4. Ætate 17. Cap. 49[illegible] pag. 409

V. Hieronymus Cassetus, Valentinus, Cœnobij decus Ondensis, spiritu Prophetico & miraculorum gloria clarus. Floruit admirabilis, & floret hucvsque sua sanctimonia venerationis annis 1572. St. 4 Æt. 17. C. 498. p.411

V. Eleonora à Zepeda Hispana ex Regno Castellæ, in Conuentu Abulæ de Incarnatione relucit notissimo virtutum, & sanctimoniæ rutilo decore, ab omnibus vt sancta Virgo reculta, annis 1573. St. 4. Æt. 17. C. 501. p.412

V. Ioannes Stephanus Lusitanus, Conuentu Vlyssipponensi insignibus virtutum ostentis grandibus reatum, magni habitus ab omni Lusitaniæ Regno, annis 1575. Stat. 4. Ætate 17. Cap. 502. p.412

V. Catharina à Cardona Hispana, ex Ordine tertio Carmelitarum, cuius sanctitas, & singulares vitæ mores in admirationem, vel Sanctos etiam attrahunt. Floruit Castellæ annis 1577. St. 4. Ætat. C. 508. p.413

V. Maria Baguesi Florentina Conuentus S. Fridiani de Angelis celeberrima, ad cuius sepulchrum sæpe S. Maria à Pazzis preces, vel genis madidis, & flexo genibus effundebat: cui aliquando visum contigit super excelsum gloriæ solium incomparabili pretiosam luce in signum Angelicæ Virgineæ puritatis, Baguesim ornatam, pretiosaque serta margaritis composita, redimiti mitum annuentibus spiritibus, quot Baguesi suo hortatu, & exemplo ad astra dedu-

duxerat. Florebat annis 1578. St. 4. Æt. 17. C.512. p.414

V. Petrus Lupus, Germanus, Martyr in Belgio, adhuc ab Hæreticis Sanctus Fr. Petrus vocatus. Florebat virtutibus clarissimus annis ibidem 1581 St.4 Æt.17.C.524. p.418

V. Petrus Angelus Cernouichius, Macedoniæ Princeps, clarus miraculis, cuius corpus in Regali Valentino Cœnobio iacet. Florebat annis 1581. St.4. Æt.17. C.527. p.419

S. Teresia à Iesu satis suo solo nomine toto celeberrima orbe. St.5. Æt 17. C.1. p.423

V. Ioannes Venegas Complutensis, Hispanus, Tolerani Cœnobij filius Martyr inclytus Christi in Algerio factus, annis 1588. Stat. 5. Æt.17 C.18. p.430

V. Sebastianus à Conceptione Lusitanus Cœnobij filius Eborensis, ob fidei defensionem Catholicæ, gloriosus Christi Martyr factus in Algerio. annis 1591. St.5. Æt.17. C 33. p.434

B. Ioannes a Cruce sanctissimæ V. Teresiæ sodalitio notus; celebrior sua sanctitate, & mirandis scriptionibus effectus est: Florebat annis 1590 St 5 Æt 17. C.15. p.434

V. Felix Zuccolius, Italus, Venetæ Prouinciæ Prouincialis, Paduanus patriâ, nunc ciuis Cælicus, clarissimâ qui obiit voce sanctitatis, & floruit crebrâ à Virgine sanctissima Maria illustris alloquutione. an.1591 Stat.5. Æt.17. Cap 36 p.435

V. Gabriel à Cos Laicus Madritensis Hispanus, Cœnobij eiusdem decus, clara in Curia Philippi Regia sanctitate pernotus, & veneratus, annis 1591. St. 5. Æt. 17. Cap. 59

Vir fuit Ecstaticus iste, & multis visionibus Dei Virginis & Sanctorum, maximè, & frequentissimè visibili Custodis Angeli sui alloquutione illustratus, & consolatus p.436

V. Eleonora Ortiz. Maioricensis, Ordinis Tertij, clara vt Lampas in Ecclesia Dei singularibus, multisque virtutibus suis irradians orbem annis 1594 St 5. Æt 17. C 56. p 441

V. Cyrillus Maguntia adolescens 18. annorum Clarissimum factus in breui virtutum archetypon, cum notissimæ sanctitatis voce, ætatis suæ tenellæ flosculo fragranti consummatus, in breui qui expleuerat tempora multa, in conuentu Vallium Catalonicæ nobilissimæ Prouinciæ, annis Christi, altis virtutibus insignitus, laude maior omni, extremum communis huius actis egit haustum, vt spiritus eius tenderet ad astra, annis 1594 Stat.5 Æt.17. C 58. pag 441

V. Monialis Florentina quædam, cuius animam anno 1598. egredientem è corpore S. Maria Magdalena, innumera Angelorum circumdatam acie, togâ ex auro amictam obrizo, & lapidibus pretiosis intersertâ vidit: id quod Moniali contigit post refectionem ei à Christo factam, cibo ambrosiæ ab ore ipso Christi egressæ, & in os Virginis immissæ, Florentinæ. St.5. Æt.17. C 66. p 445

V. Vincentius Ferrerius, Hispanus, Valentini Cœnobij filius, in Carmelo, notissima clarus sanctitate refulserat ibi, annis 1598. Vitus similis alteri Vincentio Dominicano, Iudicij Dei Apostolo illustri. Stat. 5. Ætat. 17. Cap. 67. pag 441

V. Petrus à Matre Dei, Italus, Romanus, Conuentus S. Martini in Montibus lumen lucidissimum, vbi obiit R. P. vniuersa acclamatus sanctimoniæ voce clarissima, alij eum *B. Petre*, alij *S. Petre* in frequentia Romæ, vocantes, annis 1600. Stat.5. Æt.18. Cap.78. pag.448

V. Cyrillus Cadena, Catalanus, Vicensis, gloriosâ vir sanctitate veneratus, qua eadem Perpiniani decessit in astra iturus, annis 1601. St. 5. Æt. 18. Cap.83. p.449

V. V Virgines Raphaëla Ibarra, & Paula Villafranca, vtræque Valentinæ, & ambæ ex Ordine Carmelitarum Tertio discipulæ, & spiritus clientes V.P.N. Ioannis Sanz, quæque toto illo Regno notissimæ, & celebratissimæ, & veneratæ fuère, ex sublimibus suæ sanctitatis splendoribus, annis 1604. Stat. 5. Æt.18 C.90. & 91. pag. 452 Vltima fuit mirandæ V. Sanctitatis, vt videre habes in capite 91. cit. pag. 452

V. P. Ioannes Sanz Valentinus Setabitani Cœnobij filius totius huius Nostræ Prouinciæ Aragoniæ Prior, & Pater, florida virtutum vir candidus clarescat mira, vt crebra ab eo facta miracula testantur. Obiit Valentiæ ann. 1608. St 5. Æt.18 C.101. p.459

V. Antonium Izquierdo Valentinum Hispanum non patimur hîc silentio, etsi pro Paradisi nostri parte secunda maneat adseruatus, eius publica sanctimoniæ, vt notissimarum virtutum eiusdem vox, populi in eum quantus iugis frequentia, & occultas, & multa alia, laude in viro digna, Virum iure hoc loco reponunt, vt pote qui viuus, & obiens Valentiæ ab omnibus est veneratus vt sanctus Floruit vsque ad an.1635

V. Theodora Piquera Celebera V. illustrissimarum virtutum perlucida, quæque sub disciplina V.P.N. Ioannis Sanz profecit mirificos fragrantis sanctimoniæ, & virtutis semper pandens fructus & halens diuinum sui odorem in Ordine Tertio. Floruit annis 1610. St 5. Æt 18. C.109 Obiit Valentiæ, ibique ad pedes dilecti Magistri tumulata est. p.464

V. Petrus Cornejo Salmantinus, cuius encomia laude, & sanctæ vitæ viri, odores prosequutus est Episcopus Placentinus Florebat Salmanticæ Hispanus, annis 1618. St. 5. Æt. 18. Cap. 138. pag 478

V. Stephanus à Purificatione Lusitanus mortui suscitator, & in virtute nominis Iesu vir potens, in opere, & sermone. Florebat annis Christi 1617 St. 5 Æt. 18. C.113. p.474

V. Maria Iosepha Nauarro de Iesu, Conuentus Incarnationis Cæsaraugustani decus Floruit inter suas, adhuc, & in remoto populo, celebri sanctitatis voce coronata & veneratà, vel in Regali Curia Philippi: obiit eadem veneratione in suo Cœnobio, annis 1625. St.5 Æt 18. Cap 166. p.490

V. Augustinus Nunius à Delgadillo, Beticus, Hispanus, excellens floruit virtutum segmine notus, & obiit in Regia Curia Philippi, apud Madritum vniuersa populi voce tota sanctimoniæ veneratus, & intonatus, non Regis concionator, sed Concionatorum, & strenuorum Christi Præconum effectus Rex, annis 1631. St 5 Æt.18. C 187. p.498

Præter virorum, & feminarum ſingularia capita, eorum, quæ huic ſubduntur Paradiſo præmiſſa, & ſuperaddita

PERIOCHA.

Notæ inter Viros.

Notarum Periocha.

CRONO

CHRONOLOGICVS OMNIVM HELIADVM IN HOC PARADISO CARMELITICI DECORIS COMPREHENSORVM INDEX:

Per Status, Ætatesque eius descriptus, & designatus.

Ætates ante Christi Domini JESV natale: Ab anno primo suscitatæ Religionis Magni Patris, & Prophetæ Dei Heliæ.

Religionis magni Patris & Prophetæ Dei Heliæ

STATVS I. ÆTAS I.

Religionis Beatissimæ semper Virginis Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli. STATVS II.

ÆTAS II.

Quæ est prima post Christum Iesum.

Ætas

ÆTAS III.

Quæ est ab anno Christi Domini Iesu centesimo vsque ad ducentesimum eiusdem II.

Fundatæ Religionis anno 1034.

ÆTAS IV.

Quæ est ab anno Christi Domini Iesu ducentesimo vsque ad trecentesimum eiusdem III.

Fundatæ Religionis anno 1134. *p.*148.

ÆTAS V.

Quæ est ab anno trecentesimo Christi Domini Iesu vsque ad quadringentesimum eiusdem IV.

Fundatæ Religionis anno 1234. *p.*157

De

ÆTAS IX.

Quæ est ab anno Christi D. Iesu septingentesimo vsque ad octingentesimum eiusdem VIII.

ÆTAS X.

Quæ est ab anno Christi D. Iesu octingentesimo vsque ad nongentesimum eiusdem IX.

ÆTAS XI.

Quæ est ab anno Christi D. Iesu nongentesimo vsque ad millesimum eiusdem X.

ÆTAS XII.

Quæ est ab anno Christi D. Iesu millesimo vsq; ad millesimum centesimum eiusdem XI.

Religionis Beatissimæ sempérque V. Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli

STATVS IV. ÆTAS XIII.

Quæ est ab anno Christi Domini Iesu millesimo centesimo vsque ad millesimum ducentesimum eiusdem XII.

ÆTAS XIV.

Quæ est ab anno Christi Domini Iesu millesimo ducentesimo, vsque ad millesimum trecentesimum eiusdem XIII.

De

ÆTAS XV.

Quæ est ab anno Christi D. Iesu millesimo trecentesimo vsque ad millesimum quadringentesimum eiusdem XIV.

ÆTAS XVI.

Quæ est ab anno Christi Domini Iesu millesimo quadringentesimo vsque ad millesimum quingentesimum eiusdem XV.

De

ÆTAS XVII.

Quæ est ab anno Christi Domini Iesu millesimo quingentesimo, vsque ad millesimum sexcentesimum eiusdem XVI.

Religionis Beatissimæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo

STATVS V. & nouissimus.

ÆTAS eadem VII. *pag.* 422.

ÆTAS XVIII.

Quæ est vltima operis istius: quæ est ab anno millesimo sexcentesimo Christi Domini Iesu, vsque ad millesimum trigesimum tertium eiusdem XVII.

Fundata Religionis anno 2534. p.448.

Chronologicus Index.

SYLLABVS FONTIVM
E QVIBVS PARADISVS NOSTRI LIBAVIMVS AQVAS.

A.

ABACVC Propheta.
Abdias Babylonicus.
Abbas Stadensis.
Abram Bzouius.
Academia Complutensis.
Achaiæ Presbyteri.
Achilles Byzantinus.
Achilles Statius.
Acta Apostolorum.
Acta Aragon. Prouinc. Carm.
Acta Concilij Constantinopol.
Adamus Sasboutus.
Adamus Vitalis Carm.
Ado Viennensis
Adrianus II. Pontifex O. M.
Ægidius Camartus.
Ægid. Gundisaluus Dauila.
Æneas Syluius.
Alanus Cisterciensis.
Alanus Copus.
Alanus à Limna.
Alanus à Rupe.
Alardus Gazæus.
Albertinus
Aldelmus Episcop. Saxon.
Alexander III. Pontifex O.M.
Alexand. IV. Pontifex O.M.
Alexand. V. Pontifex O M.
Alexander Capochi.
Alexander Ferrinus.
Alexander Forliuiensis.
Alexander Rebuffus.
Alcimus Auitus.
Aluarus Pelagius.
Albertus Czepelius Carmel
S. Albertus Magnus.
Alfonsus à Castro.
Alfonsus Fernandius.
Alfonsus Gomez à Roxas.
Alfonsus à Matre Dei.
Alfonsus Morgadus.
Alfonsus Salmeron.
Alfonsus Tostatus.
Aloysius Lippomanus.
Amarus Centenus.
S. Ambrosius.
Ambrosius Calepinus.
Ambrosius Gazæus.
Ammianus Alexandrinus.
Amphilochius.
Annales Venetiæ.
Anastasius Pontifex O M
Ancarranus I. C.
Andreas Alciatus.
Andreas Bolufesius.
Andreas Cornelius.
Andreas Cretensis.
Andreas Christianus.
Andreas Hierosolymitan.
Andreas Madeira.
Andreas à Marmore.
Andreas Schotus.
Andreas Torrellanus.
Andreas Valerius Taxand.
Andreas à Vega.
Angelus Manrique.
Angelus de Paz.
Angelus Policianus.
Anonymus Benedictinus.
Anonymus Carmelita.
Anonymus Cisterciens.
Anonymus Poeta.
S. Anselmus.
S. Antiochus.
Anophilus Græcus.
S. Antoninus.
Antonius Vercellensis Ab.
Antonius Benterus.
Antonius Bordinus.
Antonius Carraciolus.
Antonius Democares.
Antonius Diua.
Antonius Ferrandius.
Antonius Foxhamus.
Antonius Geofredus.
Antonius Goueanus.
Antonius Herrera.
Antonius Kerberkius
Antonius Medina.
Antonius Oliuanus.
Antonius Posseuinus.
Antonius Sabellicus.
Antonius Spinelius.
Antonius Vasconcellius.
Apocalypsis liber.
Archangelus Ianus.
Archæum Carmel. Bilbilitani.
Archæum Carmelit. Cæsaraugust.
Archæum Ouden. Cœnob.
Archæum Oteens. Carmel.
Archæum Carmel. Minoricens.
Archæum Carmel. Pompelon.
Archæum Carmel. Sangosen.
Archæum Carmel Setabiten.
Archæum Carmel. Transpontinia.
Archæum Carmel. Tuerensis.
Aristides.
Aristoteles.
Arnobius.
Arnolfus Bostius.
Arnoldus Wion.
Assartus.
Ascensius Badius.
Athenagoras.
S. Athanasius.
Aubertus à Colonia.
Aubertus Miræus.
S. Augustinus E.D.
Augustinus Barbosa.
Augustinus Eugubinus.
Augustinus Tornellus.
Aurelianus Lemouicen.
Aurelius Frias.

B.

BAldus Perusinus.
Balsamonius.
Baptista Cacialupis.
Baptista Confectius.
Baptista Egnatius.
Baptista Fulgosius.
Baptista Glinus.
Baptista Pius.
Baptista Plastinus.
Baptista de la Nuza.
Baptista Venetus.
Bartholocius.
Bartholus.
Bartholemæus Pisanus.
Bartholemęus Leonardus Argẽsola.
S Basilius Magnus.
Basilius Angusola.
Basilius Pontius à Leone.
Basilius Santorus.
Becanus Martinus, Iesuita.
Beda Venerabilis.
Bellarminus Cardin.
Benedictus Genonius.
Benedictus Pererius.
Berbius Anglicus.
Berengarius Cardinalis.
Bernardinus de Bustis.
Bernardinus insulanus.
S. Bernardus.
Bernardus Bostius.
Biuarius.
Bibliotheca Carthusiana Cæsar.
Bibliotheca Carm. Lucij Belgæ.
Bibliotheca Cisterc. Monast. Onuæ.
Bibliotheca Græca Photij.
Bibliotheca magna Veter. Patrum.
Bibliotheca Marciana.
Bibliotheca Tigurina.
Bibliotheca Vaticana.
Bibliotheca Veterum Patrum.
Bizcarretus Carm.

Catalogus Auctorum.

Fuluius Cardulus.
Flauius Iosephus.
Franciscus à S. Angelo.
Franciscus Warius Cisterc.
Franciscus Boetius.
Franciscus Bordinus.
Franciscus Boucranus.
Franciscus Catanæ à Parma.
Franciscus Cataneus Diacetus.
Franciscus Freire.
Franciscus Longus Coriolanus.
Franciscus Lucas Burg.
Franciscus Lucius.
Franciscus Lopius Teranus.
Franciscus Maurolycus.
Franciscus à Mendoça.
Franciscus Minutius à Rada.
Franciscus Paz.
Franciscus Ribera
Franciscus Rui-puerta.
Franciscus Suarius.
Franciscus Beneuentus.

G

Gabriel Flamma Episc.
Gabriel Prateolus.
Gabriel Vasquez.
Gagninus Robertus.
Galatinus.
Galenus.
Garibaius.
Gaspar Sanctius.
Gaspard Hasfachius.
Gaspard Scholanus.
Gellius seu Agellius.
Gennadius.
Geneseos liber.
Genesius Rossanus.
Germanus Episcop. Altisiodor.
Germanus Constantinopolitan.
Germanus Hierosolymit.
Gesperus.
Georgius Alexandrin.
Georgius Nicomedien.
Georgius Cedrenus.
Gilbertus Anglicus.
Gilbertus Chezze.
Gilbertus Genebrard.
Gorionides.
Guilielmus Benedict.
Guilielmus Candenus.
Guilielmus Conuentriensis.
Guilliel. Eisengrenius.
Guilliel. Pepinus.
Guiliel. Postelus.
Guilliel. Sannicus.
Guilliel Spiera.
Guilliel. Tyrius.
Gobelinus Alemannus.
Gandisaluus Lucero.
Glycas Michaël.
Glossa finalis.
Glossa Ordinaria.
Grassidius Rubertus.
Gramajus Brabantinus.
Gratianus Thomas.
Gregorius Canalius.
Gregorius Lombardelus.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Nyssenus.
S. Gregorius IX Pontifex M.
Gregorius XIII Pontifex M.
Gregorius XIV. Pontifex M.
Gregorius XV. Pontifex M.
S. Gregorius Turonensis.
Gregorius à Valentia.

H

S. Hamos Propheta.
S. Habacuch Propheta.
Habedus.
Hector Boëtius.
Helias Capreolus.
Helinandus.
Henoch Patriarcha.
Henricus Canisius.
Henricus Villotus.
Henricus Zebertus.
Heraclides.
Herbenus Bethusius.
Heribertus Rosvveydus.
Hermes Trismegistus.
Herodotus.
Hesychius
Hieremias Propheta.
S. Hieronymus. Ecclesiæ Doctor.
Hieronymus Aznarius.
Hieronymus Blancas.
Hieronymus Gratianus.
Hieronymus Plati.
Hieronymus à S. Fide.
Hieronymus Ripalda.
Hieronymus Roman.
Hieronymus Sorbus.
Hieronymus Tiedra.
Hieronymus Tonstatus Carm.
S. Hilarius.
S. Hildegardis.
S. Hippolytus.
Historia Ecclesiastica Hispaniæ.
Historia Gallica.
Historia Granatensis.
Historia Hierosolymitana.
Historia Pontific. Babiæ.
Historia Pontific. Illescæ.
Historia Prophetica.
Historia Stanefeldiensis.
Historia Tripartita.
Homerus.
Honorius III. Pontifex M.
Honorius IV. Pontifex M.
Honorius Augustodunensis.
Horatius Pancirolas.
Horatius Tursellinus.
Hugo Cardinalis.
Hugo Floriacensis.
Hugo Portucalensis.
Hugo Victorinus.

I

Idacius.
Idiota.
S. Ignatius Episcop.
Ignatius Neriti.
S. Ildephonsus Archiepisc.
Innocentius III. Pontifex M.
Ildephonsus Vaz à Mirada.
Innocentius IV. Pontifex M.
Innocentius VIII. Pontifex M.
S. Irenæus
Isaias Propheta.
S. Isidorus Hispal. Episcop.
Isidorus Pelusiota.
Iacobus Bolducus.
Iacobus Billius.
Iacobus Conkilius.
Iacobus Chrysopolitan.
Iacobus Diaconus.
Iacobus Eremitanus.
Iacobus Granados.
Iacobus Gualterus.
Iacobus Iannensis.
Iacobus Midendorp.
Iacobus Philippi.
Iacobus à Plebe.
Iacobus VVimphelingus.
Iacobus à Vitriaco Card.
Iacobus Rebullosa.
Iacobus Salianus.
Iacobus Tyrius.
Ianus Vitalis.
Iacobus Bosius.
Ioachimus Abbas.
Ioannes Abbas Raitu.
Ioannes Andreas I. V. Doctor.
Ioannes Andreas à Marmore.
Ioannes Antonius Bordinus.
Ioannes Azorius.
Ioannes Billæus.
Ioannes Balistarius.
Ioannes Baptista Ierigurus.
Ioannes Baptista à Leçana.
Ioannes Baptista Rubæus.
Ioannes Bassæus.
Ioannes Belledenus.
Ioannes Bonifacius Abbas.
Ioannes Bucus Abbas.
Ioannes Carthagena.
Ioannes Castaniça.
Ioannes Chenu.
Ioannes Cheronus.
Ioannes Chimmetus.
Ioannes Climax.
Ioannes Coclæus.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes Duseldorpius.
S. Ioannes Euangelista.
Ioannes Eremita.
Ioannes Fauentinus.
Ioannes Gazzus.
Ioannes Gersonius.
Ioannes Grodezzius.
Ioannes Grossus.
Ioannes à S. Hieronymo.
Ioannes à Iesu Maria.
Ioannes Lelandus Senior.
Ioannes Lelandus Iunior.
Ioannes Magnus.
Ioannes Maldonatus.
Ioannes Maria Pollicianus.
Ioannes Marieta.

Ioannes

Ioannes Marcus.
Ioannes Martyr.
Ioann. Mechlin. dict. Ouden Wat.
Ioannes Meursius.
Ioannes Molanus.
Ioannes à Monte Carmelita.
Ioannes Moreus.
Ioannes à Nigraualle.
Ioannes Oieda.
Ioannes Oudemus.
Ioannes Paleonydorus.
Ioannes Patriarcha 44 Hierosolym.
Ioannes Perez à Moya.
Ioannes Pontanus.
Ioannes X. P. O. M.
Ioannes XI. P. O. M.
Ioannes XXII. P. O. M.
Ioannes Pintus à Victoria.
Ioannes Pineda Franciscan.
Ioannes Pitlæus.
Ioannes Quintanaduenas.
Ioannes Roelas.
Ioannes Roche seu Roches Carm.
Ioannes Ribera Patri. Anti.
Ioannes Salazar Vbeten. Archid.
B. Ioannes Soreth.
Ioannes Trissi.
Ioannes Tritonius.
Ioannes Trithemius.
Ioannes Speed.
Ioannes Venetus.
Ioannes de Vinnes.
Ioannes Steph. Chizzola.
Iob liber.
Ioel Propheta.
Iodocus Clichtoueus.
Ionas Propheta.
Ionius.
Iosephus Antiochen.
Iosephus à Falconibus Carm.
Iosephus Gonsaldes.
Iosephus à Iesu Carm.
Iosephus Pamphilus.
Iosephus Siguença.
Iosephus Stephanus.
Iosephus Velasquez Carm.
Iosue liber.
Isaias Propheta.
Iudicum liber.
Iudith liber.
Iulianus Gislarius.
Iulianus Petri Archipresb.
Iulius Cæsar.
Iulius secundus Pontifex M.
Iulius III. Pontifex M.
Iulius Roscius.
Iulius Solinus.
Ius Canonicum.
Iustinianus Imperator.
Ius Ciuile.
Iustinianus I. Confulent.
Iustinianus Antist.
Iustinus Martyr.

L.

LActantius Firmianus.
Lactantius Damaninus Carm.
Lactius Cherubinus.
Lampridius.
Landulphus à Saxonia.
Landulphus Carthusianus.
Latomus.
Laurentius Bartholoccius.
Laurentius Cupærus Carm.
Laurentius à Ponte.
Laurentius Surius.
Leander Albertus.
Leander Granatensis.
Lelius Zechius.
Leo IV. Pontifex M.
Leo X Pontifex M.
Leo Imperator.
Leo Episcop. Ostiensis.
Leodius.
Leonardus Priolus.
Leo à S. Ioanne.
Leuitici liber.
Lilius Greg. Giraldus.
Liturgia S. Iacobi.
Lorinus.
S. Lucas Euangelista.
Lucas Tudensis.
Lucas Waddingus.
Lucianus.
Lucius Dexter.
Lucius Marinæus.
Lucretius Poëta.
Luisius ab Alcasar.
Luisius Bibia.
Luisius Guicciardinus.
Luisius Granatensis.
Luisius à Leone.
Luisius Mertola Carm.
Luitprandus.

M

MAchabæorum lib. I. & II.
S. Macharius Abbas.
Machutus Pinnensis.
Macrobius.
Maerus.
Maioranus Salentinus.
Mamertinus.
Manuscrip. Bibliothecæ Cœn. Aulæ Dei Cæsaraug.
Manuscrip. vet. BB. Cæsar. Car.
Manuscrip. Archiepisc. Cæsaraug.
Manuscrip. vetus Conuentum Moræ.
Manuscrip. Ducis Villæ formosæ.
Manuscrip. vetus militum S. Ioan.
Marantinus Carm.
S. Martialis Episc. & Mart.
Martialis Poëta.
Marcus Anton. Sabellicus.
S. Marcus Euangelista.
Marcus Guazzonius.
Marcus à Lisboa.
Marcus Maximus.
Marcus Michael.
Mariale Anonym. Cisterc.
S. Maria Magdalena à Pazzis.
Marianæ historia.
Marianus Scotus.
Marianus Victor.
Marganinus la-Bignæus.
Marquez Augustinianus.
Martinus Del-Rio.
Martinus V. Pontifex M.
Martinus Italus Carm.
Martinus Peraza Carm.
Martinus Polonus Epis. Consent.
Martyrolog. Carmelit.
S. Matthæus Euangel.
Matthæus Galenus.
Matthæus Philomates.
Maturinus Pignoronus.
Maurolycus Abbas.
S. Maximus.
Melchior Bandinus.
Mennenius.
Menochius.
Menologium Carmelit.
Menologium Græcorum.
Menolog. Petri Thomæ.
Metamorus.
S. Metaphrastes.
S. Methodius.
Michaël Carranza Carm.
Michaël Fernandius.
Michael de la Fuente.
Michael Galbinus.
Michaël Hieronymus.
Michael Studita.
Michæas Propheta.
Midras Teilin.
Minutius à Rada Carm.
Monaldus Rollarius.
Montanus.
Moyses Bucephas.
Moralius Ambrosius.

N.

NAtalis Comes.
Nauclerus.
Necrologium Carm.
Necrologium Florentinum Carm.
Nauarrus Azpizcueta.
Nicephorus Calixtus.
Nicolaus Aurifex.
Nicolaus Bertrandus.
Nicolaus Coeletanus.
Nicolaus Fabrus.
Nicolaus Gallus.
Nicolaus Harlemius.
Nicolaus Harpsfeldius.
Nicolaus à Lyra.
Nicolaus Serarius.
Nicolaus Zegerus.
S. Nilus.
Nizetas.
Notherus.
Numerorum liber.

O.

S. Odilo.
S. Officium S. Augustini.
Officium S. Basilij.
Officium S. Bertoldi.
Officium S. Cyrilli.
Officium S. Euphrosynæ.

Officium

Suffridus

PARADISVS CARMELITICI DECORIS.

PROLOQVIA.

Optimo Paradiſi Carmelitici decoris luſtratori, & lectori candido ſalutem, in eo, qui mandat ſalutes Iacob, ſubiecti precamur, Proloquia dantes digniſſima lectu.

Perlege quidquid id eſt; quid epiſtola lecta nocebit?
Te quoque in hac aliquid quod iuuet eſſe poteſt.

Ouid. de art. amat. Herodum epiſt.

§. I.

1. *Doctorũ virorum memoriam nũquam intermorituram, nec eorum virtute laborem obliterandum, oſtendit.*

TVBICINEM Tritonem, Marinũ Deum, Neptuníque filium (ſereniſſime luſtrás, & candide legens) ſchemate ſerpentis gyro complexum, &, pro Saturnicæ ædis faſtigiis, buccinis ſuperpoſitum, innuere ab eius commemoratione ad noſtram ætatem, elatam prætéritorum hiſtoriam, & quaſi vocalem eſſe, antè verò incognitam, obſcuram & mutam (id quod Tritonum humi merſæ, & abſconditæ caudæ teſtarentur) mens fuit firma Pindari [a], & Macrobij [b], meditantium, ſchemate innuendum, nunquam intermorituram doctorum virorum memoriam, nec obliterandum in virtute laborem egregium. Tuba enim commendationis, & famæ nota fuit, tamquam exaudibilis ab vniuerſis: in ſe reuolutus ſerpens, æternitatem à Diis, iis debitam, per quos præconio Heroës celebrantur inſignes, oſtentat, Oro Niliaco teſtante [a], quò Tibullus accinens reſpexit [b],

Quem referent Muſa viuet, dum robora tellus,
Dum cælum ſtellas, dum vehet amnis aquas.

& Ouidius,

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis, ingeniique bonis.

& Eudamidas [c], qui, rogatus, cur Lacedæmonij ad bella ituri litarent Muſis, cùm nullum hæ cum Marte commercium haberent, dixit: *Vt poſt præclara facta memoria poſteris hæreat.* & Alciatus, & Claudius,

Fama viros animo inſignes, præclaraq; geſta
Proſequitur, mandat & ore loqui.

a Iſth. 5.
b Satur. l. cap. 8.

a init. Hieroglyphic. ſuorum.
b lib. 1. eleg. 4.

c apud Claudium Minoem in comment. ad emblem. 132. Alciati.

Immortale sed heu nomen delere vetustas
Heroïs, Musa vindice, nulla potest.

§. II.

1. *Id de Carmel. ... egregie ... eorum nomina ... temporis promeretur, dixit.*

EApropter, acri nos perspiciētes mentis obtutu, quòd (præter corporum, animorumq; liba diua, perēnis gloriæ digna, quæ in obseruantia religiosi iugi, Heroës Heliades ij, sanctitate insignes emisere) diuina quoque sapientia ordinauerint Dei testamenta, alij partim sacram ipsam Scripturam componentes, alij nouis editis libris vniuersam illam interpretantes, verbo eam, & opere docentes, pro fide eius, fidei vniuersæ Catholicæ facti pugiles famosi, intrepidi stantes calamis, & linguis, & libris, vt spiculis, & telis confodientes hæreticos in Concilijs in eos, imò in compitis, & plateis, & vbiuis agentes, ex quibus immortale Carmelitis istis, iure, nomen promerebatur, ne temporis elapsus rudi illos silentio, iniuria grandi, obtenebraret; (nam

Tabida consumit ferrū, lapidémque vetustas, (Ouid. lib. 4. ad Saulam.)
Nullaque res maius tempore robur habet.

Et Sophocle testante [a] (a in Aiace.): *Longum est, & immensum tempus, & occulta profert, & manifesta abscondit.*) Tritonum quasi gyro eorum complexam memoriam scripturæ huius buccina intonatam ad seræ posteritatis ædes, tubicine typo, præfixisse decreuimus, vt vires viris his Carmeli, ingeniúmque daremus, eorum vocali facta memoria, qua nomine suo perennem semper æternitatem peruolitarent, eis à Diis datam, per quos præconio sanctitatis, & sapientiæ insignes viri celebrati venere tubicine eorum Tritonico acta modulante, & Orbi egregia facinora sua halitu inconcusso remittente.

§. III.

1. *Nihil Deo gratius quā ad iustitiam alios erudire, & erudituri & erudientiū memoriae tempori mandare propenit.*

ET adhuc, cùm inter cætera Religioso statui decentissima exercitamenta, vix sit Deo gratius vllum, vel hominibus illustrius, quam ad iustitiam erudisse multos: quanto erit Deo ipso iocundius, hominibúsque nobilius, eorum nomina, & acta, qui multorum scriptis suis ignorantias erudiere scripto, & typo, litasse posteritati, vt plurimi in posterum erudiantur tranlactis sapientū doctrinis, & exemplis, iuxta Danielis illud [b] (b c. 12. v. 3.), *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* &, quòd Doctores sacri sint ad iustitiam multos erudientes, qui scripto simul, & verbo populos doceāt, cui fuit dubium hucusque? Namque qui voce solummodo docent, non multos quidem respectiuè, sed paucos erudiunt: propter quod S. Augustinus [a] gratiores credit Angelos Deo fuisse, qui cantantes Canticum Mosis serui Dei, habebant citharas Dei, quàm qui diuinas laudes alijs musicis personabant instrumētis; eo quod cithara præ alijs instrumentis, vt plectro, calamo vtatur, non humano halitu, vel manu tenus, sed & manu simul, & calamo personet icta. Et quis non maiorem nouit scribentis esse vtilitatem, officio prædicantis, & argumentātis in lyceis, siue templis; iste enim præsentes solùm breui, ille futuros etiam longo tempore docet: imò mortuus, adhuc in volumine, ad mores scriptor adarmat. Belle quidem Cicero [b], Romani Princeps eloquij: *Docti, probique viri* (quorum scripta præclara, *munus quidem Apolline dignum*, vt Horatius [c] dicebat) *non solùm præsentes, & viui discendi studiosos erudiunt; sed vel post mortem monimentis id litterarum assequuntur.* Cùm ergo peruigilijs, & lucubrationibus Scriptorum illustrium tantam sibi sit promeritus laudem Carmeliticus Ordo Mariæ V. Matris, quid tam rationi assonum, quid virtuti decentius, gratius Deo, hominibúsve fore posset vtilius (vt eo magis tantæ Religionis gloria attolleretur, quo auidiùs hæretici illam conspurcare, & obnubilare, vel insignium etiam Bibliothecarum suarum sacrarum ambustione dira, in variis Orbis ditionibus nixi sunt, & conantur hucusque) quàm si quos excellēti viros rerum diuinarum, humanarúmque cognitione, sapientia eis à Superis emissa, ditatos habuit, vel nominibus, operibúsq; illorum vno congestis volumine, quantum fas nobis, vel factibile fuit, omni in eo solicitudine impensa, in clara versari Orbis vniuersi notitia conaremur?

a homil. in Apoc. Ticho nio forsan auctore. Vide. Trith. de lau. Scrip. c. 1. & 6.

b Offic. 1.

c epist. 2.

1. *Quòd alius fuerit imitatus Auctor, qui opus & prominentiū ... opere eadem.*

§. IV.

PRopterea, id quod M. Tullius Cicero [d], non est dedignatus facere in Bruto, Oratorum linguæ Latinæ Catalogum attexens: quod Suetonius, de illustribus Grammaticis, & claris Rhetoribus scribens: quod Diuus Hieronymus, Sophronius [e], Cassiodorus, Gonnadius, Honorius; Sigibertus, Pamelius: Benedictini VVion [f], & Trithemius [g], Gratianus [h], Pamphilus [i], Augustiniani: ex Canonicis Regularibus Nigravallis, & Nouariēsis [k]: S. Antoninus [l], Sixtus, Leander [m], Gazæus,

d de Orator.
e qui Catalog. Scriptorum illust. Hieros. fecit Græcis accommodū.
f lig. vitæ.
g de Scrip. & vir. Eccl.
h in Anastas. August. manasi. Templo Eremitarū S. Aug. leabrè.
i Ep. Signinus.
k de aucto. ib. Ordin. S. August.
l in hist.
m de vir. ill.

zæus,& cum aliis Gersonius, Dominicani: Rodulphus, VVaddingus, & Villotus [a], Franciscani: Petreius, Carthusianus: Manricus [b], Cisterciensis, cùm aliis: ex Seruitis à Plebe [c], & Ferrarius: ex sacra Societatè IESV, Bellarminus [d], Possevinus [e], & Ribadeneira [f]: Pocciancius, de Florentinis scriptoribus: Miræus, de Belgicis: de Anglis Lelandus, & Pitsæus: Claudius Robertus [g], de Gallis Episcopis: de viris sapiétibus Cæsaraugustanis Murilius [h]: &, vt omittamus alios varij status multos, quos seduli euoluimus, vt tibi, dante Deo, exhibeamus aliquando *Quadrigam Regularem militantis Israel*, quatuor compactam tomis, quorum duo priores illustrissima quæque, quæ ad Carmeli Religionem vniuersam pertinere poterunt, recitabunt: & duo alij posteriores, quæ ad nobilissimas S. Augustini, S. Benedicti, S. Dominici, & S. Francisci Religiones tibi ostendent, quatuor partibus ij duo tomi nouissimi distributi. opus quod ad calamos aduocamus seduli laborantes ex nostris, præter Ioannem Mechlinensem [i], dictũ Ouden VVater, Carmelitam, qui composuit, Trithemio teste, anno Christi 1479. Chronico de Ordine nostro, cum fasciculo tripartito, in quibus tot sanctissimos viros Heliades præstrinxit, *vt de ceteris Ordinibus Ecclesia Dei paucos similes habuerit*. innumeri penè, quorum ad calcem operis ditem tibi, forsan ex in isto saltim Paradiso comprehensis compactam dabimus catenam. Ergo id quod præmisi, fecere nos de viris his, ad minus sapientia, & sanctitate conspicuis in Ordine Carmelitano, facere constituimus, ne graui iniuria silentio nostro Carmelei amatores, & sectatores afficerentur; & vt posteri quique, quæ à maioribus in re doctrinæ, & sapientiæ saltim gesta sunt Carmelitis, inuenirent vno volumine complicata, & omnimodæ veritatis firmata relatu; néve tandem ex hoc labore qualicumque nostro omisso, viris illis immortalitas, & cunctis posteris lucidissimum, quod imitentur, multiplicatum exemplar eriperetur; nam, Horatio docente [k],

Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus.

Opus, quod futurum, qualecumque sit, credemus, etiamsi ex pauperis ingenij nostri penu deductum, gloriosum Deo, & V. Matri Magnæ Mariæ eius, vt hominibus proficuum, & vtile, faxit, fiat, fiat.

[a] lib. cui tit. *Orthodoxorũ sodalitij Franciscaní. Athenæ*, notatus.
[b] in sua laurea Euang.
[c] in indice Carmelitano.
[d] in de Scriptorib.
[e] in appar. sacr.
[f] de Scr. Soc.
[g] in sua Gallia.
[h] Lerecti S. Mariæ de colum. in magnal. ciu. Cæsar.
Totius operis distributio.
[i] in fasc. tripart.
[k] lib. 4. car.

§. V.

AD hæc, si grande fuit trophæum, si hæc illustris Marianæ Religionis gloria (cuius clarum nomen, & genus, & vetustate nobile, & nouitate felix, & propagine ferax) tot viros, vera lumina Orbis, fideique pugiles semper Ecclesiæ dedisse: qui, (nec iugi orandi, vel canendi in Choris præpediti studio, nec indeficienti illa catenati operatione proximorum procurandæ salutis, velut Aodes dexterrimi, doctis manibus vtrisque ad orationis, & dandæ salutis prælia, digitisque adaptatis ad in hæreticos bella vtroque verbi, vel operis ense) sanctitate summa florerent, & præ multis aliis doctrina cælitus emissa micarent: adeò vt mirum, & illustrissimum sit, quod illustrissimus, & selectissimus Ordo Marianus, tot tribulationum zappis attritus, tot exulationibus, in Regna longinqua, & populos exteros amandatus: tot hæreticorum, & inimicorum fidei insultationibus, &, diro furore ferè semper oppressus (etiam grandibus exustis Cœnobiis, & sacris Bibliothecis, in quibus pretiosissima monumẽta sanctitatis, & sapientiæ multæ, velut in ærariis cælestibus seruabantur) ab hostili humanæ defectionis delinentia, & acerbo temporum elapsu corrosiuo, has breues reliquias, ex pignoribus ingenuis gloriæ suæ, & supellectilibus pulchris immensi sanctitatis, & antiquæ sapientiæ Carmelitici thesauri, vendicatas reseruârit: æquũ opus omni tempore, & iure erit eorum perennare memoriam, cùm in diuinis moneamur Scripturis recordari *operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis* [a]; & quòd non prætereat *narratio seniorum* [b]. Imo *singulas generationes* cogitare [c], vt scribantur hæc *in generatione altera*, quia *filij qui nascentur & exurgent, narrent eadem filiis suis* [d]. Quid enim Carmeli filiis dignius, quàm priscorum Patrum eius mores, artes, studia, per quæ parta est, & aucta gloria maior illius, iteratis libris, composita dare, & attexta remittere venturis? quo sic nota, & ita relata Carmelitæ tyrones, animo repetentes exempla maiorum, ad eorum excitentur vestigia terenda, & *max. imitanda legant*, vt Claudianus aiebat in Gellio [e].

Zenonem illum Citticum Stoicæ assertorem sapientiæ ferunt, consuluisse Deos, vt indicarent qua ratione beatam vitam sibi optimè institueret? Respondisseque Apollinem, Suida teste [f], *si concolor fieret mortuis.*

1. *Decuit Auctori nõ præterire Patrũ Carmeli opera quæ fecerit in generationibus suis, & narrationem facere seniorum Heliadum, vt alios prouocaret ad eorum imitationem.*

[a] 1. Macha. 2. v. 51.
[b] Eccli. 8. 11.
[c] Deuter. 32. v. 7.
[d] Ps. 77. v. 6 & 7.
[e] li. 10. c. 24. 2.
[f] in Lat.

mortuus. Quod vt intellexisset, ad veterum se monumenta contulisse Laertius [a] asseruit; censebat enim, se mortuis concolorem futurum, si defunctorum laudabili, & docta consuetudine vteretur: vnde & mores formarentur, & præcepta virtutis desumerentur. Nec obiiciatur his Augustus Princeps Antiquarios fastidiens, vt Suetonius [b] affirmat. Præter hæc compertum est vere (nisi tanta nos fallat Matris amor innatus) quod nulla vnquam Religio in Ecclesia Christi sanctior, nulla optimis ditior exemplis, nulla tanta sapientia fœcundior, nulla tam celebri sanctitate nobilior; ex qua salubriora, quæ imitere, & colligas præcepta, reperias: & in qua tot viros Atlanteósque sanctitatis, & sapientiæ cultores, quam in hoc vniuersæ Catholicæ Ecclesiæ Religiosi status prototypico Carmeli primigenio videas.

a lib. 2. in limine

b li. 10. c. 24. *Carmelitanam Religionem inter cæteras Ecclesiæ Dei in omni bono facile Principem esse memorat.*

§. VI.

1. *Authoris animus, & studium insinuatur.*

HOrum intuitu seuero, in hoc suscepto opere, certè quâ fide debuimus, qua nobis fuit sedulitate concessum, pro viribus agere, in dicendo ad delectationem, veritatem, & fidem, quas, iuxta Lipsium [c], vocat historia, à pluribus annis (penè viginti) amore solummodo Religionis Matris innato deducti, vt maximorum Heroum Carmeli, celebriúmque facinorum eorum memorias illustres inuestigaremus (quamquam ex mente Seueri Sulpitij [d], *Christiani magis sit hominis officium, perennem potius vitam quàm perennem quærere memoriam.*) seduli nostrum deduximus studium, quô has primitias nunc iam serotina spicilegia grata daremus posteritati.

c ep. ad Cor. Tacit.

d In vit. S. Mar.

2. Id quod nobis arduum, & insuperabile obiectum est opus. (cui sæpe graui quasi in eo pondere pressi succubuissemus, *nisi Deus dedisset nobis sapientiam, & misisset Spiritum sanctum suum de altissimis*, grauissimos euincere tricarum scopulos, in hac oblatos suscepta prouincia: libros namque tam ardui studii scribere, non tam sapientum est labor, & studium, quam Dei verè spirantis gratia. Deus est solùm qui sapientes in Orbem mandat scribas.) Tamen quod à summo Ordinis vertice iterato nobis vidimus imperari, operari nos censuimus posse, memores Ausonij illius, qui sic ad suum Augustum Cæsarem aiebat [e],

Sap. 7. v. 17.

Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit,
Penè rogans, blando vis latet imperio.
Non habeo id genu, Cæsar sed iubet, habebo.
Cur me posse negem, posse quod ille putat?

e ep. ad August. Cæs.

Et certè in hoc, solatium aliquale fuit Mantuani nostri [a] illud,

Non ego me ingessi, processi à iudice iussus.

a Eclog. 7.

Et sanè sine iteratæ obedientiæ auspicio felici, quæ tantum opus mens inchoare ausa fuisset?

§. VII.

1. *Propter inuidos suscepimus hoc opus & labor iste inpugnatur.*

POst hæc, suscepimus opus, vt inuidorum maximè, sciolorúmque quorundam (qui nobis non sic prodesse potuissent obsequio, quantum & profuere odio suo) obtruderemus ora inanè iactitantia, Carmelitarum obseruantiam antiquam, nullos à mitigatione, quam vocat, à Summis Pontificibus factam, viros, résve dignas habuisse memoria: paucósque ab ortu Doctores, & scriptores (ô vtinam tot fuissent, síntque nostrarum antiquitatum lustratores, & amatores, philolidori perirent, & philologi assurgerent!) qui præpete penna, super omnem sapientiam; & eruditionem scripsissent.

2. Vt ergo hi inuidi, & scioli, nisi sint fastuosi prophetantes, & mendacia diuinantes, videant, quantos, qualésque viros sapientia, & sanctitate lucentes omni tēpore Carmeliticus produxerit Paradisus, tot in eo germina sacra, nedum per annos singulos, sed per singulos menses procreata: & (suam prius inanem cribrantes tumiditatem, & iactantiam) desinant rusticę solùm simplicitatis, & bonæ vitæ, quasi otiosam in Ecclesia Dei (dum ferax duplicatis partubus prodiit in ea semper in lucem gemellis fœtibus gloriosa) nostram illustrissimam Matrem, caput Carmeli vniuersi, Obseruantiam antiquam, inquam, coarguere, adhuc & suggillare, difficilem istam sumus aggressi prouinciam.

3. *Non hoc vno in volumine viros omnes Carmeli egregios congessisse dicit.*

Id hic tamen monitum Lectorem candidum Paradisíque nostri lustratorem optimum optamus, non nos omnes, & quotquot ex nostris, ab Religionis ortu, ad hæc vsque tempora floruerunt, ad vnguem huic nostro inseruisse Paradiso, sed eorum virorum nonnullos, ad mille capita, quasi plantationes, decem & octo ætatibus complexa, velut ad totidem distinctas pulcherrimas areolas, Carmelitici illius Paradisi reuocasse, vt his, vel iis, quos libera nobis inserere placuit optione, *vnguem tantum Phidia, & Prothogeni lineam polliceremur.* ad additiones, & latiores in-

Lucian. in Icaromen. Plin. lib. 35. cap. 10.

sertiones

sermones nouas, sapientiores nobis prouocantes, vt ad maiora desideria venturos allicientes.

4. *Etenim innumeros fuisse viros, & eorum egregia facta indicibilia.*

Ecquidē hæc sola quæ damus hîc, sapientiæ, & sanctimoniæ Carmeliticæ monumenta, virosque, & germina sacra ista, quæ noster nunc iste tibi exiguus Paradisus offert, tãtummodo, credes, ex pascuis, hortisque melioribus erupisse Carmeli? si cuncta dinumeraremus, super sydera Carmeleam pulchritudinem augmentatam inspexisses, & super arenas quæ sunt in littore Maris Magni Patris Heliæ egregij seminis trophæa multiplicata cõtemplasses. Etenim viros omnes egregios, & excelsa cuncta Carmeli facinora gloriæ censere, cæli sydera tangere, & adducere illa ad calculos esset: nam eorum numerus tantus est, vt narrationis fidissimæ fidem excedat.

Vide Lucam Tuden. lib. 1. Chronici. & Trith. c. 12. de lau. Carmelitarum.

§. VIII.

1. *Quòd multa Carmelitarum acta famigeratissima ignorentur apparet, & quæ rei causa.*

a Ep. 119. ad Ianuar. c. 21.
b De laud. Carm. li. vn. cap. 11. & toto hoc lib. vidend. maxi. c. 11. pro Carm. encomiis.

CÆterùm, non summa illa tibi cuncta de viris his, vt nec viros referimus omnes, qui totum Ordinem Carmeliticum adaugentinam, vt Augustinus S.[a] loquens de Scripturis sacris dixit, de Carmeli magnalijs *plura nescimus, quàm scimus.* & Trithemius [b] de Carmeli viris peragens dixit: *Tot sancti Fratres in Ordine isto* (loquitur de Carmelitano) *fuere, vt penitus numerari nequeant, etenim si quis stellas cæli dinumeret & Sanctos huius Ordinis numerare poterit.* Et post pauca: *Sanctos etenim, & sapientes, & multos, & præstantissimos habuit.* Quòd si ex his innumeris, hos breues viros, & acta noster tibi Paradisus exhibet, in re sit vna, quòd cùm maxima pars Ordinis ante transmigrationem in Europam (quæ contigit annis mille ducentis, & triginta, plus minúsve) in Iudæa, Syria, & Palæstina claruisset, vbi palmites suos ab ortu suo primo, à mari mirabiliter extenderat, vsque ad mare, tot auctus viris, tot germinibus sacris Paradisus iste diffusus, vt eos vix caperet terra, multorum abs dubio nomina, & acta opus fuit humasset obliuio. Compertum enim est ex antiquissimis Carmelitarum monumentis, plures illustrissimos sacræ verusque nobilitatis hunc Ordinem habuisse trans mare viros, insigniorũ, & illustrium facinorum patratores egregios, quorum ad hanc Europæam plagam nulla vnquam notitia aduentitauit. Neque id sane mirum, cùm & temporum intercapedine, & locorum tam distita vastitate, necnon aduersantium incursione hostili, necessum fuerit multos ab hominum excidisse cognitione, etiamsi sapientia simul, & sanctitate præcellentes, quibus certe, vt Bergomensis[a], & Horatius Tursellinus[b] affirmant, vel post eiectionem à Syria, vt ante plantationem in Europam factam, Marianus, & Helianus semper mirum in modum Ordo refulsit.

a in Chron.
b In histor. Lauretana.

2. *Datur alia causa.*

Et, nulli dubium est, quòd post accessionem factam ad has Solis occidui partes, tot viros habuerit etiam insignes Ordo iste, vt si vniuersorum nomina, & acta exarata essent, ad numerum immensum pene volumina iam multiplicata venissent. Sed cùm antiquorum fuisset Patrum potissima cura (sit hæc ratio, & causa secunda) virtutum plus lucris insudare, quam in edendis illustrium gestorũ suorum insignibus monumentis, illisque posthumæ perẽnis famæ Mausoleis suscitandis, multorum periisse memorias necessum fuit: maxime cùm, vt Panormitanus[c] affirmat, per quingentos, & eo amplius annos Hispani scriptores, vitioso se silentio ab scribendis temporum notabilibus abstinuerint. Et Trithemius, grauissimus auctor[d], testatur sic: *Non consueuerunt vetusti Ordines de multitudine Sanctorum suorum gloriari: dum vnusquisque magis in se sanctitatem studuit amare, quàm in alios ad ostentationem suæ Religionis attollere.* Et post pauca: *Scimus autem, quòd Fratres Carmelitæ sanctos suos in ad venerationem populi non consueuerunt exponere.* Quocirca, vt dixit Hilarius, *in vna indagine ...[illegible] negligentiæ, sed fidei fuit.* quia sinceræ illorum veterum mentes Deum sibi promisere, fidissimum bonorum operum, & illustrium meritorum in suis electis propagatorem, & renunciatorem ...[illegible] ante oculos suos, quòd labente tempore obnubilarentur ea, quæ tunc ipsi clariora sole tamquam præsentia conspiciebantur. Hæc fuit equidem ratio potissima, quòd multa præclara Carmelitarum facinora, & nomina illustri ortu suo ipso fuerint suffocata. Heu luctus, ô mœror! *quia in virtutum laude* (verba summus Origenis[e] de Iobo loquentis) *omnis pius se exercet sic, sicut* Ordo Marianus, vel in parturiendis sanctissimis, & sapientissimis viris, vel in sanguineis Martyrum sudoribus offerendis cælo, vel in iugibus virtutum omnium acquirendarum incrementis addendis.

c De gestis reb. Alphonsi.
d De lau. Car. c. 11.
e Ad illud c. 1. Iob: *Sic faciebat Iob cunctis diebus.*

3. *Datur alia tertia ratio.*

His addas, quod si tam lachrymabilem sunt passa iacturam nascentis Ecclesiæ primis sæculis illis, veterum Sanctorum

acta, grauissima solicitudine conquisita, & monumentis iam perenni consignata memoriæ (vt habes in libris de Romanis Pontificibus, qui sub Damasi nomine deducantur, qui fecit septem Regiones diuidi fidelibus Ecclesiç amanuensibus Notariis, qui Martyrum gesta sedulò, vnusquisque per Regionem suam distributus, perquirerent, & Pontifici Summo facerent nota: id quod vel aliæ etiam nobiles Ecclesiæ, vt videre est in dypticis vnarumquarumque haud segniter, adnotante Baronio [a], elaborauere) vt horribili malignitate inimicus homo, qui fuit homicida ab initio, lucis & veritatis osor, superseminata zizania, vel in ipsis iam surgentis primordiis Ecclesiæ, falsis veris immixtis, solida constantibus veritate, fucatis, & cauillosis respersis, non modò per hæreticos, Catholicæ perduelles fidei, perque Manichæos, vt scribit S. Augustinus [b]; sed & per Catholicos ipsos vitiauerit, de quibus est videndus Baronius [c], & graui affecerit ignominia, vt eos, qui ea essent audituri, ad infidelitatem lacesseret: quapropter sexta Synodus [d] eorum lectionem prouidè inhibuit, Græcos monens Episcopos, vt exactiorem, de SS. Martyrum conscribendis actis, solertiam adhiberent, & subtiliùs inquirerent illa.

[a] c. 1 præfa. [illegible] Martyr. Roman.
[b] cōtra Adimant.
[c] Not. ad Mart. [illegible] & c. 2. præfa. [illegible] Mar. Rom.
[d] can. 63.

4. Quòd si, nec non sæuissimum Diocletiani Imperatoris edictum de comburendis orthodoxæ Religionis codicibus (vt referunt Eusebius, Arnobius, Optatus, & S. Augustinus, quotiens agit de schismate Donatistarum, occasione traditionis sacrorum librorum conflato) naufragium facere, vt flebilem Scripturarum iacturam tanto custoditarum studio, & tanta comprobatarū cognitione, cōpulit, vt quamquam non funditus perierint, collapsæ tamen, & in maxima parte adulteratæ sint; quid ergo mirum, quòd Carmeliticæ Religionis peculiaria monumenta, & innumerabilium virorum nomina, & illustria facinora gloriæ tanto orbis Christiani in Hispania, & alibi impugnata terræmotu, diuersa ætate, (Gothos constat, Hunnos, Alanos, Sueuos, VVandalos, aliasque nationes Septentrionales, vt scribit oculatus testis Idacius [e], & adnotat Lucius Dexter [f], miserandis cædibus, & incendiis Hispaniam deuastasse, multas incendisse vrbes, & millia hominum magna peremisse gladio, flamma, fame, peste, ferro, & incursionibus aliis, omnia penitus non vna adgressione tantùm, sed irruptione multa euertisse, maximè ad annos quadringentos & quindecim, vt Prosper [a] affirmat) ante, & post Christum perierint, & tam hostilibus inuasionibus obruta fuerint: Et quid quoque nouum, quòd tantorum longo annorum prolapsu fuerint obtenebrata, adeò vt ex his diris temporum pyris, vniuersa glutientibus, miraculum sit, quòd hæ illustrium Carmelitarum memoriæ breues, superstites euaserint, & ab obliuionis barathro fuerint vendicatæ. His adiice id quod Biuarius adnotauit, in Hispania Sarracenicæ cladis tempore Catholicos libros ad alia fuisse loca translatos, vt securi à barbarica rabie remanerent, & quod de S. Donato legitur apud S. Ildefonsum, tempore VVandalicæ persecutionis in Hispaniam multam librorum supellectilem nauigio datam adduxisse: quod idem Carmelitarum monumentis, & libris antiquissimis etiam contigisse manifestum est. Videndus ad hæc Paleonydorus [b], in quo alia inuenies quare è Carmelitarum gestis breuissima appareāt scripta. Desunt ideo multa, fatemur; sed succurrit nobis solatio Philosophi Romani illud, *alium alio inuenire posse plura, neminem omnia.* ex notis, optione nobis libera selegimus ista. nam, vt Genocrates cecinit aptè,

Hæc tibi [illegible], [illegible] mihi.

[illegible] [e] in Chron. [illegible]
[f] ad an. 4[illegible] in Chronic.
[a] in Chron. ad an. 415.
[b] lib. 1. c. 6.

5. Ea ergo qualiacumque, & quantacumque sint, tibi nos hic grati referimus, seræ litata posteritati, tota innixi veritate, & multa testium firmitudine roborata, adeò vt *ipsa aliquando esse possit*, Cicerone dicēte, *veritas auctoritas*. Ridiculum enim quis non contemneret ridiculi meritò studiu auctoris, si per annos ferme viginti, in scribendis hic ementitis, cauillosis, & falsa fide respersis, oleum impendisset, & operam multam.

§. IX.

1. *Quis dicendorum stylus & narrandi modus.*

FAcili hæc, quæ hic tibi damus, vt potuimus, disposuimus stylo, non compto, aut nimis eleganti: (*volumus intelligi, nam si nollemus, tacuissemus*, dixit Apollonius [c].) quia non sumus Ciceronem, qui in Romanæ eloquentiæ arce extitit, assequuti. Puritati similiter, & breuitati studuimus historiæ, sine ostentione, quòd sciamus, vllius; Roberti illud Pontani memores nostri [d]: *Historia*, aientis, *quo purior est, & illustrior, eo breuitate dulcius nihil habet, nihil veritate charius, nihil fraude, & garrulitate, mordacitateque indignius.*

[c] in Tyaneo.
[d] Car. lib. 1. de reb. memorab. orb. in [illegible]

Et

Et sanè tanto studentes compendio omisimus multa, vix enim illa, si dilata sint, breui qui comprehenderit inuenietur papyro; nam difficile est

Gilb. Ciezar epigr.

——— complecti plurima paucis,

Et promptu in tabula pingere sic breui.

S. Hieron. in de Script.

Apparent qui id esti tant rari nantes in gurgite vasto. Et verè, si placida nobis fuit veritas in dictis, non iniocunda breuitas in modo dicendi.

2\. Inter loquendum de his, qui vita lapsi nunc iam, scripsere multa, quæ prælis adhuc emissa non sunt, ex quo & incognita nobis, post immensam solicitudinem impensam in perquirendis relationibus ex omnibus Prouinciis, & Cœnobiis, omissiones contigere nonnullæ; sed aliis magis, quam nobis silentium imputetur. quæ enim ipsi exteri relatores celauere, nec nos nouisse, aut nobis de nostro adinuenire licebat. Præterquam quod non nobis in proposito fuit ad amussim singulorum scriptisse vitam, sed qualitatem conuersationis cuiusque compendio monstrasse, quantum satis esset, vt ex vngue leonem lector adnosceret. Qui horum gesta pleniùs cupiet scire, vetera Ordinis monumenta pertractabit: nobis anacephalæosim seligere placuit, ne fastidium lectoribus pareremus longa nimis relatorum exercitatione. Nec lectorem moueat, quòd breuiùs hos, quàm alios percurrerimus, non enim, vt dictum est, omnium acta, aut cõuersationes accepimus, quia aliquando fontes, aut relata vnde scita manarunt, & guttatim præclariora nobis de viris facinora dederunt, vt deplorabat VVastelius noster[a].

a Apol. contra Baron. c. 21.

3\. Quod si eadem aliis fuere forsitan nota, nobis ignota fuisse à tam dissitis ventura Regionibus, & Regnis, piaculum non sit, dum certè multis epistolis repetitis, non destiterimus Prouincias, Cœnobiorúmque Chorarchas prouocare, vt nobis relationes subministrarent de notandis, quæ ad manus aliter haberi haud poterant nostras. Hoc tamen cuique solatio sit, quòd si scriptis suis viri vtrique Heliades claruere, *non est cur magnopere silentij nostri dispendio suspirent.* &, vt aiebat Arnobius[b], *non omnia conscribi, aut in aures omnium peruenire possunt gesta gentibus ignotis aliquando; & vsum nescientibus litterarum.*

S. Hieron. in de Script. in Prooem. b datus à Claudio Rob. in pro. Gal. Christianæ.

4\. Nonnullorum scripta multa non inueniuntur in multis Ordinis Bibliothecis insignibus (vt nobis nuntiatum est) quibus adiicienda sint viris, quia non ad ambitionem nominis sui, (vt rectè Parisiensis Prior quidam[a] scribebat, Carmelitæ humiles laborabant, sed pro gloria Dei, animarum salute, & temporis lucro meliore: ideo hic de his, quæ erant omni digna relatu, multa à Carmelitis in litterario puluere certantibus contexta opera illustria omisimus consultò titulis nuntiare, quia non habuimus cui, quibusve singulariter adaptentur, nisi in genere Carmelitis, ideóque, heu dolor! silentio obnubilabuntur, hoc solummodo nuntiãtes, quod multas, ingentésque componere possent Ecclesiæ Bibliothecas, maximamque Orthodoxis lucem præbere, si typis adipiscerentur.

a In relatione à se. Parisiis n.

§. X.

1\. SI quis mordicè asserto adhærens suo, multos nos hic asserat inter dicẽdum congessisse librorum titulos, & opera, e quibus nunc vel nec vna sola pagina extat, sicque suspectos, & suspecta venires perinde neget etiam oportet, artis poëticę inexpertes fuisse Orpheum, Musæum, Linum, Amphionem, Epimenidem, & alios, quorum hodie nulla carmina habẽtur, id quod à veritate longissimo abest interuallo: præterquam quòd multa veterum, adhuc & nouissimorum auctorum eruditionis vtriusque vsque hodie sub obliuionis puluere opera latent. Vbi maior Liuiani operis pars? Vbi sex Fastorum ab Ouidio compositi libri? Vbi illi de Republica à Cicerone editi? Vbi, vt ad noua tempora deueniamus, celeberrimi Alphonsi Tostati, qui heri floruit, nudiusve tertius abhinc, viginti duo libri de diuersis? quorum catalogum inter deperditos adducit, excusis extantibus numeratis, Paulinus Bertus Augustinianus[b]. Et certè mirum, & flebile fit, quod viri tanti, tam egregia peruigilia tam paucis tẽporum arcis triuerit, & euentilarit misera temporum labilitas. Vbi ergo demum plurimorum Scriptorum monumenta, quę nobis aut edax tempus, aut inuida vetustas abstulit, vel Barbarorum vesania strabam depopulantium, vt signabamus, absumpsit: inter quæ periisse nec non habetur ter mille Salomonis Parabolas illas, & quinque mille discursus, quos sacer textus vocat *Cantica quinquies mille*, in quibus disputauerat *mundi creationem, elemẽtorum operationes*, &c. *animalium naturas, plantarum differentias, & radicum virtutes*[c], & egerat *de pecoribus, & volucribus, &*

Nullos libr. ... fal... ...

b Addit. 1. [illegible]

c Sap. 7. v. 17.

piscibus, & de omnibus quæ sunt super terram [a], vt adnotauit, ex Pamphilo, Martyr Hippolytus: quósque S. Rex combussit Ezechias, remanentibus solùm libris quatuor tantū sapientis Prouerbia, scilicet, Sapientiam, Cantica, & Ecclesiasten. Itaque sicut hos, & innumeros huius, & varij generis alios libros, & opera, tempus absorpsit, sic etiam multas, & magnas Carmelitarum lucubrationes, Cedro dignas, ab oculis, & manibus eliminauit: quapropter non est, quòd inuidus laborem nostrum iactitet inanem, eo quòd de operibus adductis vel tituli nunc solùm appareant, dum certum sit, id quod scitissimus antiquitatum Carmelitarum indagator Paleonydorus [b] dicebat: *Innumeri sunt libri, quos ad Catholicam fidem illustrandam, in vniuerso terrarum Orbe Carmelitæ confecerūt.*

a 3. Reg. 4. v. 33. Euseb. Pam. lib. de pr[...] histor.

b lib. 3. c. 15.

Scimus aliqua hîc de operibus DD. nostrorum desiderari, ex eorum lucubrationibus MStis., vt dicebamus, vel prælo missis. Tu candide lector illa supple, ex Bibliothecis adductis ab Antonio Posseuino Iesuita [c], viro eximiæ diligentiæ in inquirendis Auctorum antehac operibus, in Orbe toto; quę enim ipsi hoc in studij genere præteruolauere, nullus adeptus est hucusque.

2. *Hic aliqua de operibus DD. Carmelit. desiderari fatetur.*

c tom. 3. apparat. sacr.

§. XI.

NVlla equidem ex his, quæ toto hoc ponuntur Paradiso, e leuibus asserta tibi damus; non enim, vt aiunt, Sodomæa pomaria nostro Paradiso plantamus; fœdum enim vel à principio suscepti operis nostri visum est nobis, tam pulchram virorum varietatem, & tam varium pulchrorum sacrorum splendorem, quibus Carmelus omnis abundat, furtiua, & ementita nonnulla pulchritudine vana conspurcare, & sordescere. Classicos primos quosque Auctores in assertis nostris sumus sequuti; blatteæ fidei omisimus alios: & etsi non nobis domestici nostri suspecti, vel in minimo, sint, iuxta regulas iuris, vbi de illorum singulari commodo non agitur; tamen, quantum licuit, eorum accipere testimonia refugimus, morem vt solum male complexionatis lectoribus gereremus.

1. *Firmissima hic veritate munita damus.*

Infrà dand. §. 16.

Et quia *ingenui est cordis*, Plinio docente [d], *per quos fateri profeceris*, ne pudori sit turpiter in furto deprehendi: nobiliter concedimus multa nos vel viua aliquando voce, ratione, vel scripto, firmatis tamen (præter nostram in inquirendis Bibliothecis variis sedulitatem) accepisse. Sanè Sigibertum [a] audimus Gemblacensem historicum insignem, tamquam rem memoratu dignam, imitandámque referre, præclarum virum Hincmarum illum Rhemorum Archiepiscopum, in vita S. Remigij, secundùm leges historiæ, nec illa prætermisisse, quæ vulgata didicerat ratione, aut relatione. & similiter à senioribus, grauioribusque Patribus, & Magistris, variísque Archaeotum monumētis typo, calamóve expressis, vel per nos, vel per amicos sedulè perquisitis, alia nō pauca aucupatos esse; vt notæ multæ in margine adpositæ dabunt; & mille, vel eo amplius, fontium nomina, e quibus Paradisi nostri libauimus aquas, ad finem operis designata testabuntur apertè: ex his verba multa, & pulchra argumentosi nostra collegimus,

2. *Fontes ingenuè fatetur Auctor, e quibus ista.*

d ep. ad Vespas.

a c. 100. de scr. illust.

Florifer is vt apes in saltibus omnia libant.

Sic Paradisi huius melleos fauos composuimus, sic calatha illis pulchris, floribusque odoriferis plena, vt sic cōpositis quasi manipulis, & fasciculis variis, ad videndū, & odorandū, floribus candidis exhiberemus, quod ad manus haberēt ex aluearibus, & hortis Carmelitarum, quos *apes Domini, dulcedinem mellificantes*, non dubitauit appellare eminentissimus Ecclesiæ Cardinalis Vitriacus [b].

Lucr. Poet. lib. 3.

b Memorial. lib. [...]

Scimus aliquando lectorem ad librum, nondum prælis datum, vel ad varias relationes manu tenus extractas, quæ nostris in scriniis, & Bibliotheca seruantur, remittere, nostramque aliquando stabilire conscriptionem in eis, id quod casu sciolus inficietur, sed ex iniuria; nam prætereaquam quod, Pithæum in hoc, Ioannem Meursiu [c], & alios grauissimæ notæ DD. imitati sumus; fortè multa, quæ nunc verbo tenus & calamo tenemus, in lucem typis omnino eo orata præsidio conspicienda aliquando prodibunt, satis sit nos fideliter traduxisse, (ne pro certis incerta daremus) omisisse plures, & quidem egregios, qui à Sixto, Trithemio, Gennadio, Posseuino, & aliis, ante annos Christi 362. plus minúsve (in quibus S. Basilius, vt D. loquitur Amphilochius, & historia Tripartita, & Religionē suscitauit suam, & primus duriorem illum antiquiorum Monachorum Heliadum ritum, ad meliorem formam redegit, magisque religioni congruentem. Non sane ex hoc primus constitutus Religiosi status Antesignanus, & Archipatriarcha, cùm ante hanc legislationem suam iam Monachus

3. *Ad manuscripta & lectorem remittere [...]*

c in [...] Auctor.
d in Lexico Græco-barbar.

Vide de hoc S. Hieron. in [...] ad ann. 3[...]

fuisset

fuiſſet Helianus, vt Amphilochius idem, & Tripartita, vt miſſos faciamus alios, aſſignant,) Monachorum nomine prænotantur, nulla illis Religionis ſuæ claſſe ſignata, ſub qua in ſpecie militarint; quia notum erat Heliades fuiſſe, dum illuc vſque, nulla in Eccleſia Dei Religioſorum claſſis exorta, præter Carmelitanam fuiſſet, ſi omittamus hic loqui de perfectiſſima omnium Apoſtolorum Religione, à Chriſto cum Eccleſia Catholica conſtructa, tamquam omnis perfectionis, & ſanctitatis maximæ fonte & initio nobiliſſimo.

§. XII.

1. In adnumerandis DD. ſcriptis quid.

VBi in adnumerandis Doctorum ſcriptis dicimus hos, vel illos ſcripſiſſe epiſtolarum, ſermonum, epigrammatum, poëmatum, ſimiliúmve, librum, vel libros, lector intelligat, libro, librîſve ſufficere aptandis; in vno ſi volumine congererentur, quæ ſparſim vbiuis gentium circunferuntur, & reperta ſunt. Non enim antiquitus, nedum modò, tanta opportunitas, aut cura fuit ante annos maxime 1440. quibus eſt Typographiæ reperta nobiliſſima & vtiliſſima ars, vt omnia Scriptorũ, & auctorũ peruigilia litteraria complexa in volumina redigi poſſent: ſic vt ordine diſpoſita poſteritati exacte manu tenus ſcripta, prælis exarata darentur; Typographia enim ante prædictos annos paucis, & parcius, imò nullis innotuit. Quare ante tempora illa, libros ſcribere, vel edere in lucem, nihil aliud, quam Superiorum erat auctoritate comprobari, eorum iuſſu, & Principum fauoribus, queis dedicabantur, plura tranſcribi tranſſumpta; & in variis, eorundem ordine, Bibliothecis apponi, de quo S. Hieronymus[a] videndus, & alij.

Quid fuit antiquitus in lucẽ edere libros, aut etiam ſcribere, notat.

a in deſcrip. de S. Marco.

2. Multo ex variis ſudore iſta Auctorem collegiſſe.

Non nobis improperet alius, nihil, aut parum de noſtro in hoc opere præſtitiſſe, ſed aliena tantum coaceruata propinaſſe. *Es este donoſo aſſumpto para inuentar y fingirſe las coſas.* & certè (ô Deus immortalis, & verus, tu ſcis nos vera affirmare!) multo ſudore collegimus, quæ ſparſim apud diuerſos habebantur, apis in mores, ſic minutiſſima aliquando deſumentes, & in ordinem ad claram infractamque annorum redigentes ſeriem iſtam, vt ordine Chronologo, datis viris, cõſtet apertè, nullo non tempore Carmeleum Paradiſum viros illuſtres, & nobiliſſima germina produxiſſe: & certè ad id multo fuit opus labore, & arte, vt ſic illa diſponerentur, & Latino darentur axiomate, quæ varijs linguis referebantur, & circumferebantur gentem inter multam.

3. Quòd tempora aliquando viris tribuerit alia quàm tradita, ſequendo Auctores dederit Auctor.

Forſan contigit in viris adnumerandis, quem præceſſerat aliquando facere ſucceſſorem; non tamen longo annorum interuallo. Sed nec hoc nobis vitio vertatur, at potiùs primis Chronologiſtis, eo quòd ij in temporibus ſupputandis, tot ſententias ſæpe, quot capita ponant. Et ad rem noſtram intereſt parum, quòd is præcedat vir, aut ille ſequatur, dum plus, minúſve, viris tempora conſignemus ſua, vt fieri poteſt. Curioſi nimij, tempora, nõ facta requirunt; nos verumque, & facta dare fideliter, & tempora amamus, ſed merita temporibus præferentes; quia qui ſine fine regnant in cœlis, non ſic curant ſupputationes noſtras in terris. Data opera nos ad docendum, & delectandum, ſtatus, tempora, ætates, Pontifices, & Imperatores deſignare curauimus viris.

4. Lectori fuiſſe vtile, hic diſperſa, collecta dediſſe ſtudio grandi.

Ex eo, non parum vtilitatis Lectori placido videndum, imò ſummæ difficultatis, quæ ingenium pariter, laborémque ſupponat, tanta, támque diſſita in vno collecta volumine dediſſe: quo attentè legat, perpendat accuratè, & imitetur ſedule induſtriam, labores, & vigilias Apoſtolicorum virorum, & Agonothetarum Doctorum Carmeli, qui totis ſui animi neruis per maximam vitæ partem impendere non dubitarunt, vel ab Eccleſia veri facti Coadiutores Apoſtolorum, vt Dei verbum exponerent, populos erudirent, conuerterent gentes, refellerent errores, tuerentur veritatem, Eccleſiam Chriſti ſacram ſponſam, integram, illibatam, & illæſam ab hæreticis, hæreſibuſque cuſtodirent, pro fide vel ab incunabulis ſtantes nullam non notantes fidei doctrinam aduerſam; nullum huc vſque errorem exortum non confodientes, vel agitantes libris illum (tot tela in hæreſes conflata) vel in Concilijs in hæreticos diſputantes, ſiue pro roſtris eos impingentes: ita vt, de Carmeli noſtri Sanctis & Doctoribus, quibus formoſus iſte componitur Paradiſus, dici queat illud,

Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?

5. Cur hic multorum nomina referre omiſerit Auctor proponit.

Horum quorumdã nomina omittimus hic conſulto quę ad titulare forſan ſineſtretim, ſiue parergon amandauimus (niſi pro parte ſecunda Paradiſi noſtri ſupplẽda ſeruentur) eo quòd tam breuem de eis huc vſque relatũ adinuenerimus; quoad nomen patriæ, tempus, & acta, vt conſi-

lium fuerit eruditiorum (ô vtinam gratũ habeatur!) eos tamquam gemmantia virgulta nondum apta, propter ignorantiam nostram, ad nostri consitionem Paradisi, reponere omnino, quoad vsque veniat Propheta, & respondeat de his, vel agricola industrior, qui melioris dexteritate insitionis accretos in grandes flores, frondes, & fructus, nostris lustratoribus exhibeat, noua librorum lectione, vel quauis alia solertiori industria, si quæ maior adhiberi valet nostra.

5\. Et quis non doleat, quòd nos vrserit necessitas summatim sic aliquando nimis istorum acta describere: eo quòd, vt VVastelius [a] admonet noster; *summatim multorum virorum acta celebrium longo lapso annorum circulo ab obitu suo scripta teneantur. quo factum sit, vt ex hominum memoria diuturnitate temporum multa perierint, & notabiliores aliquando circumstantiæ vitæ, & actorum eius sub atramentario delituerint.*

[a] Apol.contra Baron. c.21.

6\. O Deus bone! quando suscitabis tanti laboris, & industriæ virum, qui vniuersorum nobilissimorum Carmelitarum nomina, virtutes, peruigilia litteraria, volumina, tractatus, orationes, disputationes, concertationes cum hæreticis per vniuersum terrarum Orbem, ab initio Religionis sparsas, in vnum colligat, & nota faciat Orbi volumen?

Optat Auctor suscitari virum industriæ meliorem ab etc.

§. XIII.

1\. INnumeri sũt libri, vt ex Paleonydoro [b] referebamus, quos ad Catholicam illustrandam Ecclesiam, & fidem in vniuerso Orbe confecere Carmelitæ: nam quãtæ in Carmelo antiquitatis extiterit litterarum, & sapientiæ professio, satis ostendit (vt multa faciamus missa alibi danda) grauissimi Patris Petri de Herrera [c], ex Ordine Prædicatorum S. Thomæ, Primarij Salmantini Professoris, in de Tuicensis Episcopi selecti sententia asserentis, ab initio Carmelitas omnium bonarum litterarum, & diuinæ Scripturæ, & fidei defensionis studiis apprime deditos fuisse, id quod innumeræ sanctorum DD. Carmeli acies ostentant. Nec longè abest, pergit Auctor insignis, ab hoc sensu sacra Scriptura, asserens, Prophetarum filios, huius Carmelei Paradisi fœcundissimæ plãtæ, ligneam domum expostulasse ab Elisæo suo, ibi: [d] *Tollant singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis locum ad habitandum.* quam iuxta Iustinum Martyrem [e] optabant, non solùm vt habitarent eam, sed vt diuinæ in ea Scripturæ sacræ sapientia, quam addiscerent, docerentur; quò Carmelus, cuius est etymon *scientia circumcisionis*, vel ab initio Religionis Heliæ in eo suscitatæ sedes esset, & domus doctrinæ melioris Dei, septenis fulta priùs sophiæ virtutum columnis, vt maxima illa, & antiqua sapientia nossent Carmelitæ vsque ad postremas Orbis, & Ecclesiæ Dei strages, hostes eius confligere, & ad tartara amandare, & vel euincere. Id idem credit grauissimus ipse Auctor adumbrasse gladium Elisæi [a], cuius sacra meminit Scriptura, à manibus discipulorum eius in Carmelo vibrati, minitantisque infidos Idolothitas.

AgitCarmelitarum sapientiam & laborem in studiis indefessum.
[b] supra §.12.
[c] serm. de S. Teresia.
[d] 4. Reg. 6. v.2.
[e] Dial. in Iudæos.
[a] 3. Reg. 19. v.17.

2\. Post hæc, clarè ex hoc nostro labore constabit, nullum artis genus fuisse; nullum litterarij, vel ingeniosi pulueris argumentum, in quo ab origine Carmelitæ non fuerint exculti, à maioribus scientiis, vsque ad maiorum litterarum rudimenta disputantes: ab Æsopi humilitate, vsque ad altitudines Cedri: nullis omissis, quæ tum ad scientias omnes illustrandas, tum ad augendos nobiliores Ecclesiæ famulatus pertinere iudicarent. Ita vt compertum sit, per seueriores disciplinas, per scientiarum studia, ad culmen nostros vniuersæ sapientiæ cum eminentia conscendisse, nuncque etiam conscendere laborare: clari vtraque Philosophia semper, Platonica, & Peripatetica, Iurisprudentia, Medicina, Mathematicis disciplinis, Musica, Architectura, Geographia, Historia vulgari, & Latina, Poësi, pictura, Oratoria, concionandi ratione, Homiliis, sermonibus, Epistolis scriptis, & vel præstantissimorum Auctorum varij axiomatis traductionibus, (ne multum decoris, multumque doctrinæ deesset Ecclesiæ Dei, dum non adfuisset multorum labor, qui sapientiam Græcam, Hebraicam, & alias latinitati donassent, vt sic exhauribilis per Carmelitas esset ab omnibus, quidquid singulari vno axiomate cõscriptum est: vt pateat strenuum etiam nostrorum fuisse laborem, qui nobis Chrysostomos, Basilios, Cyrillos, Anastasios, & alios his similes, Latino, siue materno cuiusque axiomate loqui fecerunt,) scriptionibus asceticorum, siue spiritualium librorum, Catechismorum, exemplorum, de Eucharistia, Missæ sacrificio, de vitis, mirandis, & laudibus Sanctorũ, & almæ V. Matris Magnæ Mariæ Carmeli, déque virorum illustrium encomiis, orationum in Conciliis, & congregationibus habitarũ,

In omni ingenioso sapientia puluere excultos Carmelitas probat Auctor.

&

& tandem aliorum diuerſorum. Etenim apud Carmelitas ſtudium fuit ſemper omnis ſapientiæ, & omnis in pretio doctrina fuit: qua manu ſuperauit Carmelus Athenas ingenijs, quâ ſorte, & ſtudio Lacedæmona, & Argos geſtis rebus, quâque vel ab initio cura illis fuit & familiare ſcire multa, etſi non tot edere in lucem; virtus illud eſt, hoc æs, & induſtria ſolum.

3\. Pro his ſtat id quod ſapientiſſimus Peraza noſter[a] ſcripſit, primum Orbis Muſeum, tam pro Gentilibus, quàm Hebræis extitiſſe Carmelum, cuiúſque cultores naturalis Philoſophiæ primos fuiſſe Magiſtros, & Anteſignanos, vt meminere Suetonius[b], quem ſequutus eſt Genebrardus[c], Tacitus[d], Nazianzenus[e], Cedrenus[f], Paleonydorus[g], Auguſtinus, Eugubinus, cum Lippomano[h], ad hęc ab Auendanio[i] dati. Adeò vt accommodum Carmelo ſit illud, quod cecinit quidam,

Muſarum generoſa parens Academia Princeps,
Orbis & excelſi gloria prima ſoli.

Et etiam propterea non ſolùm Theologos, & Eccleſiaſtes diuinos, ſed etiam Iuriſconſultos Doctores, Medicos, Philoſophos, Mathematicos, inſigniorésque Grammatiſtas; imò ſi quando pictores, cantores, oeconomíque ſcriſſores, & adinuentores machinarum duxiſſemus hic adhibendos ad noſtri Paradiſi ſapientiæ pulchritudinem, ex varietate pulchra compoſitam: Tullium ſequuti[k], qui Oratorum Latinæ linguæ Catalogum edere nõ dubitauit: Suetonium, Tranquillum de illuſtribus Grammaticis, clariſque Rhetoribus, Pamphilum que quendam genere Sicyonium, qui, Suida teſte[l], de Grammatica, pictura, & pictoribus egregius opus in lucem dare non erubuit. Ex hoc, cum his quoque modernos inter veteres compoſuimus, qui ſcripſere pauca, eaque cõmunia; eo quòd cum calamitoſis temporum anguſtiis, aliiſque pluribus incommodis ſuperatis, aliquid in lucem edidiſſe glorioſum zeli, & induſtriæ ſuæ egregium facinus cenſuerimus, cùm iugis ſit Carmelitis, & prima finis ſui detentio, diuinas potiùs in choris laudes canere, & meditari, vt à Regula ipſis diſtrictè, ſicut finis præſcribitur Religionis ſuæ præcipuus, & ab hoc iugi exercitamento, breues litterariis ſtudiis ſuperſint morulæ, & horæ, glorioſum quis non cenſeret, paucíſſima quamquam in calamos, typóſque addidiſſe poſteritati; tum etiam, quia, vt Origenes dixit[m], *neceſſe eſt omnia habere Tabernaculum Dei, & nihil deeſſe Domui de eſſe.* Ideo, ſenſu noſtro, dedecus ducendum eſſet, ſi ſuæ quemque virtutis, & induſtriæ laude, celaro nomine, priuaſſemus; cùm maximè, aliquando paruo ſapientis, & ſcientis ſcriptoris, & artificis labore magna interſit, & Eccleſiæ vtilitas, & Religioni auctoritas; *neceſſe eſt omnia habere Tabernaculum Dei.*

a ſer. fer. 6. Cin.
b in Veſp. c. 5.
c li. 1. Chronic. ad ann. mũdi 3382.
d li. 1. c. 18.
e epig.
f in comp.
g li. 1. antiq. Carm
h ad ill. Pſal. Iraſcimini, & nolite peccare.
i tom. 2. de Sãctis, ſerm. de S. Cyrill. diſc. v. it.
k in Bruto.
l cit. à Ribaden. in de Script. Soc. in proœm.
Quis ſit ſcopus veteres & ſiue Carmelitica Religione mõſtrat Auctor. Reg. Alb. Patr. c. 8.
m homil. 13. in Exod.

§. XIV.

1\. VOs ergo, ô egregij, & nobiliſſimi Carmelei cultores, audientes Ioëlem de his quoque tenebimini *filiis veſtris narrare, & filij veſtri filiis ſuis, & filij eorum generationi alteræ*[a]. ne tantorum ſapientum, & Sanctorum acta, & nomina, nunc famigeratiſſima, pereant ignota aliquando: ſed *reſi reſcant*, & hæc ediscentur à generatione in generationem, vt ædificentur *deſerta ſeculorum* Carmeli, ſicque Carmelus *ſicut hortus irriguus, ſicut fons cui non defuerunt aquæ, & in quo germinauerunt campi eremi germen odoris Iſrael.* Ad hoc, aiebat Eucherius, *armantur filiorum animi dum patrum recenſentur triumphi.* & S. Maximus[b], *Præteritorum vita cæteris debet eſſe norma viuendi: & hi ſpecialiter ſunt à nobis ſequela veſtigiorum honorandi, quorum pretioſa ſapientiæ, & virtutis pignora poſſidemus.* Diligat vnuſquiſque decorẽ domus ſuæ, & locum habitationis gloriæ Dei, & Matris Virginis ſuæ, & tamquam illuſtris huius Carmelitici Paradiſi colonus, iuſtitiam amans, ſequutúſque pietatem fœcundis nouis incumbat operibus; agros hos Carmelidos aſſiduo laboris ſui vomere verſans, *in iuſtitia, & ſanctitate coram Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.* Prouocent nos ad æmulationem Maiorum exempla, qui Marianum Ordinem ſapientia & virtutibus illuſtrauere mirandis; nam bonorum glorioſus operum fructus, numquam deficiet nobis. Non ſimus deſertores filij, qui floccipendamus Maiorum opera inſignia; ſi enim eorum ſancta deſpexerimus veſtigia ſequi, de eorum ſanctitate gloriabimur inane. Nihil nobis aliena virtus ad ſalutem conducet, & gloriam, dum ſeſe animus ad imitationem non extenderit. Verecundum eſt inopi progenitorum iactare diuitias, ſi dotes ad eas accedere non feſtinet. Non facit ſanctum alterius meriti commendatio, neque felicem notitia felicitatis alienæ: attendamus priſtinum Religionis noſtræ decorem, quem horum vita venerabilè fecit, reddat que

Hortatur ſuos Auctor præteritorum ſtrare veſtigia & perennare memoriam
a Ioel. c. 1.
Iſai. c. 58. v. 12. & ſeq.
Eccleſia in off. Adu. fer. 4. 4. temp. in reſp. Matut.
b In natali Tauri, qui erat ... ap. S. Amb.
Ex Cantic. Zachar. Luc. 1. v. 75.

sapientia venustum: & vt laus illa Carmelitarum proficiat nobis, studeamus eorum opera saltim sectari pro modulo nostro, ad quod Trithemiano illo lacessimus vos, ô nobiles Heliades,

Trith. lib. de script. Eccl. in pro.

Hortor, & admoneo vestigia nostra sequaris
Post me venturus, qui mea tecta coles.

§. XV.

I. *Quòd debita connectet singulis viros iuxta Ecclesiæ decreta tenet Author.*

a to. 3. sacr. app. in Seuc. Sulp.

ETiamsi S. Gregorio Turonensi, & alijs candidioris notæ Doctoribus, vt Possevinus [a] affirmat, de eo, fuerit satis familiare omnes viros pietate insignes Sanctorum, vel Beatorum cognomentis aliquando notare; nullum tamen ex nostris *Beati* adhuc cognomento, qui vel solemni Ecclesiæ ritu ad calculum beatificationis non sit adductus, ausi sumus, sed *Venerabilis* tantummodo, prænotare: cùm compertum nobis sit, ex his viris multis, multa multos sanctitate, & miraculorum gloria fuisse, esseve coruscos: ne nos (qui ex toto corde de subiectione humillima S. Matris Ecclesiæ, fideique senatus humillimi gloriamur, & in minimis adhuc obedientes eis volumus esse) contra Gregorij XV. constitutionem [b], Rotæ sacræ de Ritibus recentissima edicta, & senatus supremi fidei nouissima decreta faceremus.

b const. 57. quæ incipit: S. noster solicitè, &c. vnde splendoribus app. Fidelis senat. prohib. Beatorum tit. Vide Bellar. lib. 1. de San. c. 10. Et Sancium lib. 2. Sim. ing. c. 41.

2. *Quòd de aliquibus Tertij Ordinis, paucis tamen, Carmelitanis scribat.*

Addidimus quoque nostris aliquando, eorum qui in Tertij Ordinis (vel paucos quidem) Carmeleis castris militarunt: eo quòd iure optimo, & hos, his adscribẽdos percensuerimus, quia etiamsi non solemni votorum professione Carmelitæ sint, tamquam tales similes alios nomenclaturet Ecclesia: id quod est tibi conspicere in Martyrologio Romano [c], vbi inter Sanctos Ordinis Prædicatorum S. adscribitur Catherina Senensis, quæ quidem sub Regula tantùm tertia illustrissimi illius Ordinis militauit, & his similia alia multa adinuenies.

c 29. April.

3. *Quòd non propter auctoritatē solummodo multa & multos congesserit, sed probatioria Author dicit.*

Certè nobis cura fuit grauis, non multa hic propter grauitatem solummodo coacervasse, (id enim leuium est Scriptorum, & eorum qui à vespere vsque ad manè libros effingunt, prælisque remittunt) nam nouitatem ex se dedecuisse doctos inutilem, docti in hac parte docemus: vt & quæ grauia sunt decere quidem prius præmeditari, exinde describere, deinde, iuxta Horatium [d], sub puluere ad decennium premere, & ad limam antequam ad linguam iterum, iterúmque vocata, Elephantino more, decennio efformata partu perfecto, prodere in lucem: ne indigestis, vel immediatis, & informibus, in tam feraci sapientiæ hinc orum genesi librorum, ridiculis, & inanibus chalcographos detineremus, & quæ risui sint emitteret in lucem obstetricans manus humilis ingenij paruuli nostri. Mos quidem is pessimus aliquibus infantit, quos belle Mantuanus Baptista carpebat noster [a],

d de ar. Poetica.

a Eclog. 7.

Fingis inaudita, & vis nouus auctor haberi.
Cura viris leuibus rerum solet esse nouarum.

Scrutari ergo nobis semper fuit sedula cura, & dicenda præmeditari, adhuc in minimis rebus, vt nouitas nostra, non nouitas, sed vera vetustas, & maturitas reputetur, quantum peruigilus his nostris decet, viginti ferè comparatis annorum spatiis.

4. *Atque certe ego & docere Author ingenuè.*

Hoc factum est, vt nulla nos hic nisi probata, & comprobata subminist remus. Non tamen pigebit, nos sicubi hæsitamus, quærere, nec pudebit, sicubi erramus (filij enim Adami sumus) à minimo doceri. *Proinde* (vt S. Augustinus [b] aiebat) *quisquis hæc legerit, vbi pariter certus est nobiscum pergat: vbi hæsitat, pariter quærit et nobiscum: vbi errorem suum agnoscet, ad nos redeat; vbi nostrum, nos reuocet* Præclare Iustinianus [c], *Omnium memoriam habere, & in nullo penitus errare, diuinitatis potius est, quam mortalitatis. Qui ergo,* pergunt S. Augustinus, & Polybius, *nos errare existimant, etiam, atque etiam quæ sunt dicta considerent, ne fortasse & ipsi in celeri iudicio errent, censentes ex more male, & ex sola inuidia, & consuetudine, absque alio discursu in nostrum laborem obstrantes.*

b lib. 1. de Trin. cap. 2. & 3.

c cod. 1. vet. iure enucl.

§. XVI.

1. *Nouitas [illegible] probat [illegible] Author.*

GRauia sunt verè quæ dicimus de Ordine tanto; & non modò noua, sed vetera, quibus tarda solet fides inesse, referimus: sed cur quia grauia, vel quia vetera Carmelo illustria neganda? *Est enim,* vt Philosophus [d] aiebat, *manifesta negare irreuerentia summa.* Hæc si aliquando non magnis, iteratisque rationibus, & auctorum suorum testimoniis, datis nominibus, probantur, ideo fit, quia non semper repetitis probationibus in hoc scripturæ genere paginas replere liceat: nam antiqua quæque satis est si probabili coniectura, vel Ordinis eiusdem immensa sæculi traditione firmentur. Equidem,

d Arist. Rhet. [illegible]

dem, vt Lactantius [a] aiebat, *apud bonos iudices satu habent firmamentum testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimoniis.* Ideoque, vt supra signatum est, non infidum erit haberi oris testimonium Patrum nostrorum, qui quæ vidère è proximo tempore & loco, quæque audière, vel traditione firmâ, cuius est ingens auctoritas, & vis, tenuerunt, grato nobis relatu nota fecère iuxta communem illam Regulam iuris, quam Baldus [b], Felinus [c], Butrius [d], Conradus [e], & alij Iurisperiti D D. tradidere. *Testes de Vniuersitate pro illa admittuntur testimonium dicere, cum de illorum singulari commodo non agitur.* Nobis sane haud licuit, vt de Deo dixerat Theodoretus [f], longa præpeditionum serie deuicti adesse vbique, & interesse vniuersis. In aliquibus, auctorum à quibus nostra dicta recepimus, subticuimus aliquando nomina, & sanè operâ datâ, quia, vt Trithemius [g] docebat nos: *stultum est aliquando tempus allegationibus insumere nimiis, cum ea quæ dicuntur, nemo doctus debeat ignorare.*

a lib. 4. de instit. c. 12.

b L. si quis in l. c lib. n. 11. v. Item in re ... l. ... de ... d ... e In prax. §. 2. de test. tabula Personæ, testium aggredi ... f ... g De Lau. Carm. c. 1.

2. *Ne auidâ videamur duci cupidine gloriæ, ab ... Carmelitas ... ab aliis.*

Aliquos consilium fuit hîc omittere, ex iis, qui iuxta aliquorum, (etiam qui ex nostris non sunt) sententiam, Classi sunt Carmeleæ adnumerati: quia vix, & difficulter adduci potuimus ad sensum, quo ab aliis inter nostros adscribuntur (sic assertionum nostrarum firmitudini & veritati vacamus, sentiant aliter in vtroque libere alij, nos sequimur ista) & ne auidâ videamur duci cupidine gloriæ, neque de alienis hortis nostras furtim velle corollas composuisse.

3. *Discipul... Heliæ discipulos patris ... omittimus, quia, &c.*

Identidem, multos ex his, qui discipulorum Magni Patris Heliæ discipuli fuère, consultò simul omittere placet: ex vno, ne accresceret in immensum opus, foret namque vndantes maris guttas, & arenas littoris eius vno digito recensuisse velle: & ex altero, placuit ex immensa segete Heliadum spicas quasque, si forsitan dubias, relinquere amicis. Ideo igitur, Magni Patris, Heliæ magnos, & illustrissimos, quos ad suos aduocant nobilissimi Basiliani Monachatus Concionatores, & Historiographi quidam, datâ operâ illis generosè relinquimus: fuerint etsi potiori iure Carmelitæ potiùs, quàm Basiliani dicendi (vt puta: vnus Arethas, Oecumenius, Euthymius, Matthæus Cantacuzenus Monachus, & Rex, Nicephorus Nyssenus Cardinalis, Nicephorus Constantinopolitanus, Psellus, S. Simeon Metaphrastes, Theodorus Abucara, Nicetas, Theodoretus, Theophylactus, Zonaras, vt alios omittamus, quos omnes, & quotquot, saltem eorum potiorem partem nescimus quo sibi tantus Ordo gloriosus in millibus viris illustribus suis, iure conscribat) ne cornicis in morem, dubia saltem, si non aliena volitare nos, & furtiua iactent compositione; quibus haud latet, turpissimâ esse laudem, quæ mendacio, vel furto comparata sit. Quòd si ius suum forsitan quis esse hos, quàm nostrum intendat, quisque sua iura tueatur. Nos verò, vt cum S. Pasciano Barchinonési Episcopo [a] loquamur, securi de nostri firmitudine iuris in recensendis inter Heliades istis: *Nulla discordia didicimus studia, nulla certaminis argumenta quæsiuimus, sed nostrum propositum fuit, vt sacerdotes decet, & Religiosos, obesse nulli, imò omnibus, in omnibus seruire, & prodesse.* Placuit poëticum illud,

Res malè tuta, viros linguâ irritare caninâ.

Et optimè Trithemius [b]: *Nemo in Ecclesia Dei de Ordinis sui excellentia contendat: nemo æmulationis studio, alium prouocet: nemo alteri detrahat, nemo famam alterius, either ... malo corrumpat.* Id quod iam nunc cauent noua senatus fidei decreta [c].

a Epist. 2.

Incerti.

b C. 1. de lau. Carm.

c ...

4. *De ... auctor*

Contingit aliquando viros ex nostris cognomentis eisdem conuenire cum aliis Religionis alterius, sed seduli studuimus, & fideles, vt non alieni, pro nostris adscriberentur in hoc Paradiso: (nec indiget enim nec auet ornari alienis Carmeleus Paradisus iste.) Fraterni nominis communionem scimus, vt notauit grauissimus Societatis illustrissimæ Doctor [d] ingenuus, & nominum similitudinem magnos interdum viros in errorem induxisse, qui tamen, ait auctor [e] improbati non sunt, & variis ista probat exemplis. Quid ergo mirum si id nobis aliquando in tanta temporum annosáque serie contigisset, quod haud scimus hucusque; sed volumus doceri. Id dictum est pro duplici Ioanne Damasceno, triplici Cyrillo, Angela duplici duobusque Titobosciis, & aliis eiusmodi datis, certi saltem ex maxima discussione, quod duplices isti vel triplices sint, sentiant aliter alij à nobis: nos ista rectiori fide, & abundo studio sequamur.

d Gasp. Sanctius.

e Tract. de ... S. ... Apost. in Hisp. c. 16. ...

sapientia venustum: & vt laus illa Carmelitarum proficiat nobis, studeamus eorum opera saltem sectari pro modulo nostro, ad quod Trithemiano illo lacessimus vos, ô nobiles Heliades,

Hortor, & admoneo vestigia nostra sequaris
Post me venturus, qui mea tecta coles.

§. XV.

ETiamsi S. Gregorio Turonensi, & alijs candidioris notæ Doctoribus, vt Posseuinus [a] affirmat, de eo, fuerit satis familiare omnes viros pietate insignes Sanctorum, vel Beatorum cognomentis aliquando notare; nullum tamen ex nostris *Beati* adhuc cognomento, qui vel solemni Ecclesiæ ritu ad calculum beatificationis non sit adductus, ausi sumus, sed *Venerabilis* tantummodo, prænotare: cùm compertum nobis sit, ex his viris multis, multa multos sanctitate, & miraculorum gloria fuisse, esseve coruscos; ne nos (qui ex toto corde de subiectione humillissima S. Matris Ecclesiæ, fideique senatus humillimi gloriamur, & in minimis adhuc obedientes eis volumus esse) contra Gregorij XV. constitutionem [b], Rotæ sacræ de Ritibus recentissima edicta, & senatus supremi fidei nouissima decreta facere remus.

Addidimus quoque nostris aliquando, eorum qui in Tertij Ordinis (vel paucos quidem) Carmeleis castris militarunt, eo quòd iure optimo, & hos, his adscribendos percensuerimus, quia etiamsi non solemni votorum professione Carmelitæ sint, tamquam tales similes alios nomenclaturet Ecclesia: id quod est tibi conspicere in Martyrologio Romano [c], vbi inter Sanctos Ordinis Prædicatorum S. adscribitur Catherina Senensis, quæ quidem sub Regula tantùm tertia illustrissimi illius Ordinis militauit, & his similia alia multa adinuenies.

Certè nobis cura fuit grauis, non multa hic propter grauitatem solummodo coaceruasse, (id enim leuium est Scriptorum, & eorum qui à vespere vsque ad manè libros effingunt, prælisque remittunt) nam nouitatem ex se dedecuisse doctos inutilem, doch in hac parte docemus; vt & quæ grauia sunt decere quidem priùs præmeditari, exinde describere, deinde, iuxta Horatium [d], sub puluere ad decennium premere, & ad limam antequam ad linguam iterum, iterúmque vocata, Elephantino more, decennio efformata partu perfecto, prodere in lucem: ne indigestis, vel immeditatis, & informibus, in tam feraci sapientissimorum genesi librorum, ridiculis, & inanibus chalcographos detineremus, & quæ risui sint emitteret in lucem obstetricans manus humilis ingenij paruuli nostri. Mos quidem is pessimus aliquibus insuit, quos bellè Mantuanus Baptista carpebat noster [a],

Fingis inauditos, & vis nouus auctor haberi.
Cura viris leuibus rerum solet esse nouarum.

Scrutari ergo nobis semper fuit sedula cura, & dicenda præmeditari, adhuc in minimis rebus, vt nouitas nostra, non nouitas, sed vera vetustas, & maturitas reputetur, quantum peruigiliis his nostris decet, viginti ferè comparatis annorum spatiis.

Hoc factum est, vt nulla nos hîc nisi probata, & comprobata submministremus. Non tamen pigebit, nos sicubi hæsitamus, quærere, nec pudebit, sicubi erramus (filij enim Adami sumus) à minimo doceri. *Proinde* (vt S. Augustinus [b] aiebat) *quisquis hæc legerit, vbi pariter certus est nobiscum pergat. vbi hæsitat, pariter quæritet nobiscum: vbi errorem suum agnoscet, ad nos redeat; vbi nostrum, nos reuocet.* Præclarè Iustinianus [c], *Omnium memoriam habere, & in nullo penitus errare, diuinitatis potius est, quàm mortalitatis. Qui ergo*, pergunt S. Augustinus, & Polybius, *nos errare existimant, etiam, atque etiam quæ sunt dicta considerent, ne fortasse & ipsi in .... iudicio errent, censentes ex more male, & ex sola inuidia, & consuetudine, absque alio discursu in nostrum laborem oblatrantes.*

§. XVI.

GRauia sunt verè quæ dicimus de Ordine tanto; & non modò noua, sed vetera, quibus tarda solet fides inesse, referimus; sed cur quia grauia, vel quia vetera Carmelo illustria neganda? *Esset enim*, vt Philosophus [d] aiebat, *manifesta negare irreuerentia summa.* Hæc si aliquando non magnis, iteratisque rationibus, & auctorum suorum testimoniis, datis nominibus, probantur, ideo fit, quia non semper repetitis probationibus in hoc scripturæ genere paginas replere liceat; nam antiqua quæque satis est si probabili coniectura, vel Ordinis eiusdem immensa sæculi traditione firmentur. Equidem,

Margin notes (left): a Trith. lib. de ... Eccl. ... 1. Quòd debitè connectet ... viros ... Ecclesiæ decreta ... Auctor. b to. 1. sacr. ... in Seue. ... const. ... D. noster ... de splen... ... Bellar. ... de San. ... Sanctum ... 2. Sum... c. 41. 2. Quòd de aliis ... Tertij Ordinis ... c 29. April. 3. Quòd non ... multos ... probatio... Auctor. d ... ar. Poe.

Margin notes (right): a Eclog. 7. 4. Amat certi... & doceri Auctor ingenuè. b lib. 1. de Trin. cap. 2. & 3. c ... od. de vet. iur. enucl. 1. Dicenda ... prodit ... Auctor. d Arist. 2. Rhet.

a lib. 4. de in- stit. c. 22.

dem, vt Lactantius [a] aiebat, *apud bonos iudices satis habent firmamentum testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimoniis.* Ideoque, vt supra signatum est, non infidum erit haberi oris testimonium Patrum nostrorum, qui quæ vidêre è proximo tempore & loco, quæque audiêre, vel traditione firmâ, cuius est ingens auctoritas, & vis, tenuerunt, grato nobis relatu nota fecere iuxta communem illam Regulam iuris, quam Baldus [b], Felinus [c], Butrius [d], Conradus [e], & alij Iurisperiti DD. tradidere. *Testes de Vniuersitate pro illa admittuntur testimonium dicere, cum de illorum singulari commodo non agitur.* Nobis sanè haud licuit, vt de Deo dixerat Theodoretus [f], longa præpeditionum serie deuicti adesse vbique, & interesse vniuersis. In aliquibus, auctorum à quibus nostra dicta recepimus, subticuimus aliquando nomina, & sanè operâ datâ, quia, vt Trithemius [g] docebat nos: *stultum est aliquando tempus allegationibus insumere* (nimiis,) *cùm ea quæ dicuntur, nemo doctus debeat ignorare.*

b In Specul. [illegible] c lib. [illegible] d [illegible] regula [illegible] & [illegible] e In prax. §. 2. de test. [illegible] Pers. testium aggrede. f lib. c. 43 Ezech. g De Lau. Car. c. 2.

2. *Ne auidâ videantur duci cupidine gloriæ, aliquos omittit hic auctor Carmelitas etsi vocatos ab aliis.*

Aliquos consilium fuit hîc omittere, ex iis, qui iuxta aliquorum, (etiam qui ex nostris non sunt) sententiam, Classi sunt Carmeleæ adnumerati; quia vix, & difficulter adduci potuimus ad sensum, quo ab aliis inter nostros adscribuntur (sic assertionum nostrarum firmitudini & veritati vacamus, sentiant aliter in vtroque liberè alij, nos sequimur ista) & ne auidâ videamur duci cupidine gloriæ, neque de alienis hortis nostras furtim velle corollas composuisse.

3. *Discipulorum Heliæ discipulos patrum [illegible] omittit, quia, &c.*

Identidem, multos ex his, qui discipulorum Magni Patris Heliæ discipuli fuêre, consultò simul omittere placet: ex vno, ne accresceret in immensum opus, foret namque vndantes maris guttas, & arenas littoris eius vno digito recensuisse velle: & ex altero, placuit ex immensa segete Heliadum spicas quasque, si forsitan dubias, relinquere amicis. Ideo igitur, Magni Patris, Heliæ magnos, & illustrissimos, quos ad suos aduocant nobilissimi Basiliani Monachatus Concionatores, & Historiographi quidam, datâ operâ illis generosè relinquimus: fuerint etsi potiori iure Carmelitæ potiùs, quàm Basiliani dicendi. (vt puta vnus Aretas, Oecumenius, Euthymius, Matthæus Cantacuzenus Monachus, & Rex, Nicephorus Nyssenus Cardinalis, Nicephorus Constantinopolitanus, Psellus, S. Simeon Metaphrastes, Theodorus Abucara, Nicetas, Theodoretus, Theophylactus, Zonaras, vt alios omittamus, quos omnes, & quotquot, saltem eorum potiorem partem nescimus quo sibi tantus Ordo gloriosus in millibus viris illustribus suis, iure conscribat) ne cornicis in morem, dubia saltem, si non aliena volitare nos, & furtiua iactent compositione; quibus haud latet, turpissimâ esse laudem, quæ mendacio, vel furto comparata sit. Quòd si ius suum forsitan quis esse hos, quàm nostrum intendat, quisque sua iura tueatur. Nos verò, vt cum S. Pasciano Barchinonensi Episcopo [a] loquamur, securi de nostri firmitudine iuris in recensendis inter Heliades istis: *Nulla discordia didicimus studia, nulla certaminis argumenta quæsiuimus, sed nostrum propositum fuit, vt (sacerdotes decet, & Religiosos, obesse nulli, imò omnibus, in omnibus seruire, & prodesse.* Placuit poëticum illud,

a Epist. 2.

> *Res malè tuta, viros linguâ irritare caninâ.*

Incerti.

Et optimè Trithemius [b]: *Nemo in Ecclesia Dei de Ordinis sui excellentia contendat: nemo æmulationis studio, alium prouocet: nemo alteri detrahat: nemo famam alterius, elatione malo corrumpat.* Id quod iam nunc cauent noua senatus fidei decreta [c].

b C. 1. de lau [illegible]

c Decreta se[illegible]

Contingit aliquando viros ex nostris cognomentis eisdem conuenire cum aliis Religionis alterius, sed seduli studuimus, & fideles, vt non alieni, pro nostris adscriberentur in hoc Paradiso: (nec indiget enim nec auet ornari alienis Carmeleus Paradisus iste.) Fraterni nominis communionem scimus, vt notauit grauissimus Societatis illustrissimæ Doctor [d] ingenuus, & nominum similitudinem magnos interdum viros in errorem induxisse, qui tamen, ait auctor [e] improbati non sunt, & variis ista probat exemplis. Quid ergo mirum si id nobis aliquando in tanta temporum annosaque serie contigisset, quod haud scimus hucusque, sed volumus doceri. Id dictum erat pro duplici Ioanne Damasceno, triplici Cyrillo, Angela duplici duobusque Titobolsis, & aliis eiusmodi datis, certis tamen ex maxima discussione, quod duplices isti vel triplices sint; sentiant aliter alij à nobis: nos ista rectiori fide, & abundo studio sequamur.

4. *De [illegible] auctor.*

d Gasp. Sanctius.

e Tract. 3. de [illegible] S. [illegible] Apost. in Hisp. c. 16. [illegible]

§. XVII.

1. *Quòd consulto de Carmelitis omittas scribere discalceatis.*

EX florentissima Discalceatorum Carmelitarum Congregatione, Asceticæ certè militiæ vexillaria inuicta, inter Obseruantiæ nostræ viros, nullum consultò ponere decreuimus: sed quotquot reperti sunt multi ad singularem Sinestrésim reiicimus in fine totius operis reponendá forsan: iis tamen exceptis, qui cùm in Carmelitica Obseruantia antiqua cœpissent(quę radix, basísque firmissima est Heliani, & Carmelitici instituti) feruore spiritus crescentes, extremos vitæ fines, ad Discalceatos nostros, graui iam fulciti virtute, vltronei se vt liberi reuocauère. Duximus id fecisse tum eo quòd(cùm mos sit in vtroque Carmelo sanguinis, generísque sui nomenclatura celata, sanctorum nominibus renascentes in Religione fratres cognominare) ne fortè temporum prolapsu contingeret, quòd Paradisus noster ab ignaris diiudicaretur ex integro, vel in parte palmitibus, vel germinibus à Discalceatorum Carmelitarum familia mutuatis, compositus vel attextus: essétque contrauertendum, cuinam ex vtraque Carmelitica classe his, illísve gloria danda foret. Tùm & maximè, quia prodit hic Paradisus, eo ipso tempore, quo properanter diuersa currunt ad Hispanica prœla variorum libri, & opera Scriptorum, in quibus exactissimè ortus, & progressus felicissimus nobilis huius congregationis describuntur: item & simul egregia facinora virtutum, & sapientiæ multæ nobilissimorum Discalceatorum Carmelitarum, sexus vtriusque, elegantibus, scripto, penicillis delineantur. Inter ea ergo auidum te volumus lectorem, vt lustres eas, legas & videas, lucubrationes, quas sub titulo *Prophetica historia*, tomis multis, clarissimus scriptor R.P. Frater Franciscus à S. Maria posteritati remisit, & remittere pergit: & similiter, quas Illustris Dominus D. Michaël Baptista de La-nuca, Ciuis Cæsaraugustanus, & Regni nostri nobilis vndique Eques, sanguine clarus, moribúsque melioribus compositissimus vir, describens vitam, & virtutes egregias Venerandæ Matris Elisabethæ à S. Dominico ex Ordine Carmelitarum Discalceatarum, hoc nostro sæculo exortum inter pulchriora sydera sydus, & huius S. Iosephi Sanctissimi Cœnobij Sacrimonialium Fundatricis nobilissimæ, quatuor libris distributus, in quibus clarissimus multarum filiarum tantæ spiritualis Matris virtutes prosequitur, cum initiis, & progressibus felicissimis huius sanctissimi Cœnobij, Carmelitarum VV. ex florenti Discalceata familia, quod certè nobilissimum meritò habetur, & veneratur virtutum omnium, & perfectissimæ obseruantiæ quasi ærarium.

Et qua de causa.

Carmelitarum Obseruantiū strenuus decores.

Sufficit ergo nobis Obseruantibus Carmelitis, bellorum Dei Triariis robustissimis, insignis honos tot sæculis, & ætatibus, sedula virtute, iugi obseruantia, & grandi sapientia comparatus. Sufficit tot habuisse viros, qui penè innumeri sunt, quíque acri spiritus, & zeli fidei vigore in litterarum, virtutúmque arenam iugi certamine descendentes, cælesti virtutis huius & dexteritate sapientiæ firmati sint: vt cum Hæreticis omnis ætatis, in Conciliis, & extra Concilia verbo, & scripto in defensionem orthodoxæ fidei, & doctrinæ à Christo, & Apostolis datæ strenuissimas consererent manus: vel à primo Ordinis nostri natali, doctis illis ad prælia Catholica, & digitis adaptatis ad Ecclesiæ orthodoxa bella: quando vbique, & semper sæuos è latebris suis colubros in ferali perfidia in Ecclesia Dei viderunt capita attollere, & de serpentinis suis euomere venena pectoribus. Adeò strenuo fidei operi vacantes, vt vix vllum Hæreticorum genus haud decapitatum (victrici inter conserendum lauro nostri redimiti tempora semper) reliquerint: importunissimos, cruentissimosque sponsæ diuinæ à Deo paratæ, ornatæque Deo, hostes indefesso vbiuis gentiū certamine calcitrantes: dignissimi effecti in Hæreticorum phalanges Primipili: & magnitudine sanctitatis, & argumentorum vi labentem humeris Ecclesiam suis excipientes: fideles populos verbo, & exemplo in Catholica erudientes iustitia, supremâque tandem eos pietate signantes.

2. *Discalceatorum Carmelitarum gloriosa familia nobilissima laus.*

Sufficiat etiam illis, tam breuī temporum area, grandis eorum sanctitatis, & sapientiæ illustris comparatus candor. Est enim huc vsque tam illustris ista nouissima Carmeli Discalceati cōgregata Phalanx (quid sæculis aduenientibus erit?) vna sine dubio ex nobilioribus Ecclesiæ Dei insuperata huc vsque portio præstantior: vel ex innu-

meris

meris viris, qui vix iam præ multitudine supputari possunt, vel ex sapientia simul, & clara sua sanctitate composita. Hi certè sine iniuria, & inuidia loquimur,) vt Angeli veloces, ad saluandas multorum animas, in Orbem sunt à superis elapsi. qui non contenti intra domesticos lares sibi solis incumbere, vt veri Heliades feruore igniti spiritus supremi, quo lucrentur nouas Christo Iesu suo nationes, & Regna in verbo virtutis Dei, roseo eorum vel impenso pro Ecclesia, & fide eius cruore multo, innumera diuini dedêre semina fructus. Domestici facti fideles Ecclesiæ, Magnę V. Matris alumni, ciuésque Sanctorum, ædificati super fundamẽtum illud Prophetarum, & Apostolorum primum; nouissimè autem superædificati ipso primo illis velut angulari lapide spiritus supremi, Seraphica sua V. Matre Teresia, clarissima in primis Obseruantiæ Carmeliticæ prioris filia, in Matrem illis à prima hac Carmeli Matre creata: & sacro subsellio spiritus Empyrei, mysticíque feruoris magni illius eorum Patris (post Heliam, & Baptistam Ioannem) Ioannis à Cruce, nostri quondam Salmantini de Obseruantia Carmeli cultoris nobilissimi) vt accensi, non sub modio abditi, arderent sed super candelabrum Ecclesiæ sanctorum, tamquam erectæ in summis montium terræ ciuitates illustres superextollerent super Libanum in Carmelo veteres Carmeleos fructus, florenténtque de Obseruantiæ eiusdem maxima ciuitate, eleuantes in omni terra dulcissimos Christi sonos, & in fines orbis terræ dantes indefessi diuini semina verbi: quo florida nimis effecta est in generationem, & generationem, ad instar Carmelidæ pulchritudinis, nouissima hæc Magni Patris Heliæ filia, quæ vel exteris iam gentibus plantata, remotissimisque nationibus pascens iterum Carmelum, *extendit palmites verè suos à mari, vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum*, cuius vt altitudinem prospectet Ecclesia in multitudine virorum, & fœminarum illustrium suarum, vniuersum Christo subiugatum orbem, & gentium omnium vel durissima colla fidei iugo remissa libenter.

3. *Protestatur auctor mente sua circa Ecclesiæ decreta &c.*

Quæ dixerimus, ex relatis aliorum maximè huius nostri Paradisi parte secunda, in elogiis Virorum scea fœminarum, quos, quasve Venerabilium titulo insigniuerimus, illa littera V. *circa gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta*. Cum animus noster in eo tantùm sit, vt nobiles memoriæ, & eorum illustria acta, quæ communi ex fama, sæculo iam euulgata accepimus nostro, non deperirent; sed quod ad posteros de manu in manum pro Dei gloria, & eius seruorum honore traducantur, saltem hoc nostro breui relatu: ne nobis deinde dicatur cum Zacharia Propheta: *Patres vestri vbi sunt?* &, *Propheta nunquid in sempiternum viuent?* Protestamur, & declaramus, quod nolumus ea tanquam iam approbatissima, & certissima affirmare, aut proponere credenda, vsque dum ea à suprema Ecclesiæ Sede, vt approbata & credenda cõcessa sint. Idemque asserimus de his, quos, quasve Heliades insignes, sanctitatis, siue Martyrij famâ, aut opinione celebres è vita migrasse affirmauerimus. Scimus enim, quod si è contra fecerimus diiudicandos nos esse, tamquam dissentientes, discrepantésque à mente (quod absit) SS. in Christo Patris, & Domini N. Vrbani Papæ VIII. (quam Orbe toto patefecit dato Diplomate, & suæ voluntatis iuridico decreto, sub die 13. Martij anni 1625. in quo, vt ex eo liquet, sub pœnis in exemplari contentis prohibet aliter asserere ista, & similia eis) cui, omnino prouoluti humiliter ad eius pedes sanctissimos, volumus toto nos ex corde præstare obedientiam. Si autem hæc nostra protestatio fuerit insufficiens, exhibere nos obedientissimos filios Apostolicæ sedi, & contraisse diiudicabimur forsan Apostolico in prædictis, & dicendis à nobis Decreto: ex nunc, pro tunc omnia dicta in hac parte, & in quauis alia, quæ sese moribus optimis, & Catholicæ fidei opponere videatur quoquo modo annullamus, hoc nostro opere vniuerso, & irrita, & inualida volumus esse omni modo meliori, stantes ab eis, vt & pro sanctissimi Patris nostri Vrbani & Vniuersæ Christi Ecclesiæ decretis, subiecti legibus, & pœnis; nam planè animus noster est, vera pro veris, & pro certis certa dedisse, hoc toto opere, & quouis alio laboris nostri, verbo, vel scripto vulgato. Ex quo Correctioni, & emendationi sapientium orthodoxorum subiecti manere volumus semper.

Zach. c. 1. v.

§. XVIII.

1. *Cur opus hoc Paradisus vocatum sit*

PLacuit, *Paradisum Carmelitici decoris.* opus nostræ solicitudinis, & vigiliarum multarum inscripsisse, in primis propter S. Athanasium[a], qui de Religioso statu verba miscens illum, *nemora obumbrantia, & Paradisum super fluuios* appellauit: & propter Petrum Damiani[b], qui Monasticæ excellentias vitæ, mirâ verborum grauitate, & solicitâ eloquentiâ percelebrans, nihil illâ præstantiùs inter homines inueniendum decreuit: & inter alia multa dignissima lectu *Claustrum esse Paradisum* affirmauit: & Religionem Monachorum, *Paradisum Claustralem*, vbi *prata virentia scripturarum, præterfluens lachrymarum vndositas, quam de purissimis affectibus amor ille calestis eliquat, ostenduntur:* vbi sunt pro plantis *arbores erectissimæ, Chori sanctorum: nullaque est quæ non multâ fructus gaudeat vbertate.* Tum & propter incredibilem in Carmelo, quam conspicimus, virorum, fœminarumque illustrium varietatem perenni insigni gestorum insignium virore augescentem eum: Tum vel etiam propter floridam immensissimæ sapientiæ librorum deambulationem, cum ingeniosis variæ doctrinæ puluinis, quibus tamquam floribus, corollis, & sertis Carmeleus vertex de Obseruantia sua singulariter coronatus, & decoratus apparet.

a Li. vita S. Antonij.

b Petr. Damiani datus à Malu. de Parad. citan.

2. Vide Thom. Malacn. de Parad. c. 4.

Non inuenustè quidem, & inappositè tantam Heliadum sanctitatem, & sapientiam Paradiso cōponimus; quando in sacris hæc vox resumitur vniuersè posita pro quouis amœno, & delicioso horto separato, & selecto, arboribúsque frugiferis consito, iuxta rigorem vocis Hebrææ פרד *parad*, & פרדה *parah*, siue pro cælo empyreo, seu supremâ Sanctorum sede, cui satis, vt facilè videre est, terreni assimilatur pulchritudo Carmeli: vbi per similitudinem magnam omnis boni, aut pulchri, omniúmque spiritualium deliciarum, & opum thesaurus congestus selectis Dei reseruatur amicis. Quando Basilius[c], cælum ipsum syderibus ornatum, & tamquam floribus picturatum, ornatúmque fructibus considerat: Quando Ambrosius[d] ex cælo stellas, velut ex viridario, seu paradiso rosas congregat in fasciculos, & cælestibus zonis adnectit, quasi potius à floribus sydera, quã à syderibus flores mutuari videantur.

c Exhaem. ho. 4.

d L. Exaem. lib. 4. c. 1.

Nec morem improbabit vtriusque eruditionis castissimus ille Professor Hieronymus[a]. Et quidem Carmeleus Ordo Mariæ cæli syderibus fulgentis instar, sapientibus, sanctisque viris affulget, vt vides, qui tamquam *stellæ in perpetuas æternitates* habentur: veréque in eo tamquam in illo cælico Paradiso, Sanctorum supremâ sede, omnis boni, & pulchri, omnium deliciarum, & opũ, quæ florum, fructuúmque sublimiorum vicem habent, diues selectis Mariç filiis thesaurus adseruatur congestus empyreè.

a Li. 2. con. Iouinian.

3.

Decebat enim magno huic Heliadũ Ordini, (qui initium in orbe isto est omnis Regularis sanctitatis, sedes clara, & prima perfectionis sub Religioso iugo via) tantus decor, támque singularis in cunctis pulchritudo cælesti similis, quæ est à nobis pro nostro fieri hìc vno volumine congregata,

--- *Apis Matina*
More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum.

Horat. li. 4. Ode 2.

Hinc inde nunc rem, nunc verba carpentes aliquando; vt ex cunctis, non sine ingenio, ita collectis, hunc alterum Carmeleum Paradisum componeremus, tot floribus, & fructibus, vel recentissimis aliquando, totve pellucidis, & felicissimis germinibus, viris, omnibus naturæ, & vel gratiæ donis ornatis conferentes, vt orbi cuncto prospectandos obiiceremus tanti Carmelitici nitoris excelsos: quo sacris stimulis istis ad maius desiderium lustratores inuitaremus, vt Basilius Magnus[b] aiebat.

b Exaem. ho. 5.

4. *Cur Latinè sit compositus Paradisus iste.*

Latinè decreuimus conficere hoc opus, imitati Romanos, qui rerum, & orbis domini effecti, id vnum intenderunt, vt vno hoc idiomate, toto noscerentur in orbe, Hispaniásque & Gallias prorsus Latinas redderent. At cùm toto diffusus agat Carmelus in orbe, gratissimum diiudicauimus, si vniuersos homines vna cunctis frequentissima lingua alloqueremur. Et quamquam eloquentiæ flumina non nouerimus concinnæque nos prætereant orationes, & eloquentiam, vt S. docebat Augustinus, peritiam esse bene dicendi sciamus, debere similiter eloquentem dicere vt doceat, vt delectet, vt suadeat; ad hoc tamen consilium adduximus mentem, quantum ruditati nostræ fuit fas, & tactibile curãtes, quã-

quam

quam eloquentia, vt diximus præditi breui, vt verborum lenociniis lectores delectaremus, seruatâ, iuxta Apostoli consilium, *formâ sanorum verborum*, ampullas, & sesquipedalia refugientes verba.

§. XIX.

I. Cur fœminas nonnullas huic Paradiso inserat.

NOnnullas etiam inter viros, fœminas virtute nobiles, & sapientiâ illustres, ad operis decorem placuit Paradiso inserere huic. Enimverò cũ noster sit finis, Carmeli in eo meliora dare nonnulla magnalia: & longè commẽdabile sit excellentia quoque ex genere fœmineo, vel ab ortu suo Carmelum arbusta protulisse, nefas esset tanta illum pulchritudine orbare. Opus est hoc in quo multi Ecclesiæ Coloni nobiles laborarunt, inter quos videndus Baptista Fulgosus [a] Cæsar Carpasius [b], Thomas Garzonius [c], Martinus Carrillus [d] & alij. Igitur, si ex eis, de quibus in libris eorum peractum est, aliæ Virgines, nuptæque multæ fuère, adhuc & peccatrices insignes aliæ; cur nostras in admiranda sanctitate, & sapientia Carmeli ablactatas, quarum longè clarissima nobilitas patet, ab hoc nostro exploderemus Paradiso? Cur tantus decor Carmelo denegaretur? Qui tanta ex eis sapientiæ gloria relucet, vt repletus aliunde *scientiâ Domini*, velut aquæ maris operientis, non solùm viros geminatis doctrinæ lauris producat, sed, id quod magis est, fœminis abundet, tanta nitidis sapientia, vt Apostoli illud [e]: *Mulierem in Ecclesia docere non permitto*, per celsitudinis exceptionem in fœminea sapientia, locum in Carmelo haud habere iudicetur: In tantum, vt ab illo non absit (missas agemus alias plures, de quibus consultum est latissimam texere in secunda nostri Paradisi parte memoriam, ideo hæc prima breuiorem tibi parauit istam) vna Febronia, S. Hieronymi vestigia in doctrina, & sanctitate terens: Angela vna Bohemiæ Regis filia, S. Ambrosij pedissequa fidelis: vna Theresia Magni æmulatrix Gregorij firma: & vnica Maria Magdalena de Pazzis, omnium penè illustrium nouissima, Augustini S. indiuidua Discipula. Etenim prima, vt S. Hieronymus [f] scribit, tantâ sapientiâ refulsit, vt omnia penitus Biblia sacra, & Dauidæum maxime Psalterium linguis tribus, trilinguis nobilis ipsa, tenaci memoria teneret, publicéque multos ad se confluentes, in suo Constantinopolitano Cœnobio ad cancellos, velo opertâ facie, reclusa, doceret. Secunda *Angelica* antonomasticè vocata *Magistra* anagogicâ eruditione versatissima, Ambrosij Ecclesiæ Doctoris ingenui in morem libros de mystica sapientia conscripsit. Tertia meritò *Seraphica* vocata *Virago* (cuius sapientiã clarissimi omnium Ordinum Theologi mirantur, in facili mysticarum passionum eius obstupefacti explanatione; adeò vt rarum genus sapientiæ vniuersis eius appareat, quod de mystica Theologia Patres sparsim obscurè tradidêre, à Virgine sola ista in tam perspicuam methodum, & concinnum ordinem fuisse redactum: meritòque eam quasi *spiritualis Doctrinæ Magistram Ecclesiæ à Deo datam*, vt sacra de ritibus Rota [a] testatur agnoscunt) Gregorius XV. P. O. M. viua voce *Doctricem* seu *Magistram Ecclesiæ* declarans, æmulam merito fidelem S. Gregorij Magni in Ethologica doctrina, (is enim tantus est doctor cui omni huc vsque iure maiori Ethologiæ maiores attribuuntur à Concilio Toletano VIII. [b] quibus spiritus ad astra dirigatur) reputauit, eiusque doctrinam cælestem aperto vocauit decreto. Quarta tandem, omni Theologico theoremate clara, sublimissima de mysteriis Trinitatis, & Incarnationis Verbi Dei, aliisque cælestibus altissimo perfusa lumine callens, vt alter Augustinus enodauit. De iis vide in suis elogiis alia.

Memorãtur quatuor insignes Doctrices è Carmelo, extra Apostoli præscriptum inhibentis mulieres in Ecclesia docere.

[a] Elog. illust. mulier.
[b] Cæs. Carp. de nob. fœ.
[c] Lib. Le vite delle donne illustre della scrittura sacra.
[d] Elog. mulier.
[e] 1. ad Tim. c. 2. v. 12.
[f] In Vita S.
[a] In Relatio sub. ad Paul. V. ad solem. Canoniza.
[b] tom. 2. Concilior.

§. XX.

I. Cur ordine Chronologo procedat.

CVm tot fuerint, támque seueri Religionis nostræ refractarij, qui solidissimam eius basim, imperturbatámque successionem continua virorum, fœminarúmque serie propagatam, & ad vsque tempora nostra, temporum infracto deducta in filo, peruertere, & infringere conati sunt, fraude argumentorum, & rationum inanium ariete diro, multisque falsis, & inuidis auctoritatum telis iniectis: id in animo, vel à primo laboris limine induximus nostri, vt sub inconcussis temporum ætatibus, à Tempore Magni Principis Heliæ nostri, vsque huc, eorum qui Paradisum fœcundauere Carmeleum seriem summo indagatam labore demonstraremus.

mus. Non enim firmiori credimus nos potuisse argumenti præsidio, inuiolatum Archetypici Ordinis Carmeli cursum probare, quàm datis suo quæque sæculo, seu ætate viris, qui à caduco temporum lapsu, sua infracta professione, vt in manuum volis integram semper successionem Ordinis ostendissent; namque iuxta Magni Patris Augustini [a] sententiam de Ecclesia vniuersa loquentis : *Numerare Sacerdotes, & ab ipsa Sede Petri, & in ordine illo Patrum quis cui successerit videre, ipsa est petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.* Quo fecimus vt Ordinem ab Helia Magno Religiosi status Protoparente, Antesignano, & nobilissimo Coryphæo, in Carmelo cœptum, & vsque ad tempus præsens per traducem horum sibi inuiolabiliter succedentium Patrum adseruatum, qui perturbare, defectione aliquâ illius somniatâ contenderint, impossibilem prouinciam assumant, & sit illis opus, sine capite corpus, vel sine membris vllis, bimonstrum, vt Hircotaurum, & fœdum caput ostendere: Hac ergo gratissima arte:

Pontifices sanctos, sapientes sedulo damus.
Ordine monstrantes aurea sæcla Patrum.
His ego nec metas rerum nec tempora pono,

Vt apud Minoë Virgilius dixit; non enim licuit, vel res nobis vel tempora effingere, sed multâ sane librorum euolutione, & studio iugi, veritate, cum fidelioribus Chronographistis comprobatâ, sua pro posse plus minusve cuique viro tempora dare. Indignam verò ex hac vel sola parte nomine crederemus & fide enarrationem, quæ securitate labentis temporis non nixa produceretur in lucem: & quidem bellè Sandouatius dixit : *Titubat rerum gestarum historia nisi distincta tempore pateat.* Hoc illa efficit, vt quæ in tempore fuêre, nisi scias quando fuerint, nec fuisse quidem propter confusionem videantur; itáque nihil in historia, & hac re nostra magè necessum erat, quàm temporum ista fidelissima designatio.

a In Psal. contra par. Donati.

Gilb. Cunæo. epigr. ... à Claud. Rob. ... Aurati. 114.

D. Prud. Sand. in epi. scopis ... Pompei. ... ad lector.

§. XXI.

PORrò de viuis, & operibus eorum, sequuti Miræum altum nobis placuit fuisse silentium, ne quid nimis, minúsve quosdam laudasse, vel eorum captasse gratiam nobis vitio verteretur, tum quoque quia hi ingenij sui monimenta idencidem augeant, mutent, & perpoliant: & certè facetiâ graui cecinit id Miræus:

--- Felix, dicique Beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.

Sed tamen bonâ veniâ candidi lectoris ex scriptoribus per pauculos viuentes addidimus, tanquam scriptores publicos, nostro illos inserendo Paradiso, eorum virtutibus aliis celatis, ne saltem librorum operúmque eorum vulgatorum hucvsque nomina pereant.

1. Quod de viuis haud scribat

Rub. Miræi Elog. ...

Et quis dubitet nos è contra facientes contemptus ansam inuidis exhibituros, qui mirantes antiquos, viuentia ingenia despiciunt. Eò (ô dolor! ô Insania!) est quorundam homuncionum cæca inuidentia prolapsa, & opinio falsa deducta, vt noua pene omnia etiamsi sapientissimorum commendata iudicio, quantumuis præstantissima sint, non modò fastidiant, sed & rudi suo calamo damnent, *quasi si in gignendis ingeniis bonis, lassa esset* aiebat Plinius, *& effœta natura.* Id quod, haud temere, cóquestus est suo sæculo quidam, qui nobiscum iam sic miseram hanc studiosorum Philologorum sortem efflebat, vbi dixit:

2.

Plin. ... ep. ...

Esse quid hoc dicam viuis quòd fama negatur,
Et sua quod rarus sæcula lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum, Regule, mores.
Præferat antiquos semper vt illa nouis.
Sic veterem ingrati Pompei quærimus vmbrā,
Et laudant Catuli Iulia Templa senes.
Ennius est lectus, saluo tibi Roma Marone:
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.
Rara coronato plausère theatra Menandro.
Norat Nasonem sola Corynna suum.
Vos tamen, ô nostri, ne festinate libelli;
Si post fata venit gloria non propero.

V. Martial. ... ad Regul.

Scinimus, quod non se facilè nouitas nouique auctores apud inuidos alienæ famæ insinuent, honorificum quamquam vtrosque nouerint aliquando (*viuit enim post funera virtus*) locum habituros; sed nec mirum sit si benè canebat Ouidius:

3.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemque tuetur honos.

Ouid.

Adeo solemne fuit liuidis conciuium opera fastidiuisse, vt nisi quæ semota terris, suísque temporibus disiuncta, vniuersa alia pessundent. Ex quo fit, quòd nostri sæculi auctores, vetustioribus grauissimi, minoris habeantur: quodque antiquis maior (immeritò ali

Inuidi noua nouosque auctores fasti diunt ... & ... antiquos ... ant.

quando)

quando, fides adhibeatur; eò quòd, ex multorum sola seculorum diuturnitate, conflatam gratiam, & auctoritatem consequuntur, Cicerone [a] dicente: *Habet, vt in ætatibus auctoritatem senectus, sic & in exemplis antiquitas*. & Ouidius [b] ad idem:

Sic vbi mortales Tirynthius exuit artus,
Parte suâ meliore viget, maiórque videri
Cæpit: & augustâ fit maiestate verendus.

Quod si rei rem quæras, serenissime lustrans, & candide legens, vnam hanc esse iudicio capies nostro; quod inuidus ægrè patiatur conciues suos studij, litterarúmque amatores, excelso si videat eos loco reponi, & virtuoso literarum suo exercitamento perennari, suæ sapientiæ voce, & suæ virtutis sonis (serpentis gyro quasi complexos, & ad Saturni ædis fastigium superpositos eorũ intonante Tritone: Tibíne gloriam? quia vt Trithemius [c] aiebat, *quanto crescunt bonorum studia; tantum & inuidia prauorum sæuitura crescit.*) dum ex aduerso, oblatrantis, vecordis, morosi, & castigatoris inuidi famam videt obliuionis barathro (digna sanè suæ desidiæ merces) obrui, & sepeliri. Audirent hi Lyricorum Pindarum Principem, qui non solum vinum vetus laudandum, sed recentiorum etiam nomina ingeniique fructus virorum, suam etiam promeruisse laudem, grauiter testatus est illa ratione:

Nam si tam Græcis nouitas inuisa fuisset
Quàm nobis, quid nunc esset vetus? aut quid haberet
Vsus quod legeret publicus?

Et facetè quidem ad rem Lusitanus quidam Poëta [d] conquestus est:

Esse nouum si te quisquam perstuure libelle
Clamitet: ætatem despiciátque tuam.
Si licet, & fas est, illi tu dicito; lector
Heus bone, quid? veteres nonne fuère noui?

Et quis nouam, floridámque virorũ sæculi istius memoriam, & scriptionum suarum pignora meliora, & quasi tenellas Musarum corollas, breues quamquam, in quibus recensendis, sine inuidia notæ melioris, non hæsitauimus auctorum insignium sectari vestigia clara) labore tamen, & studio concinnatas non aliquando dignas censebit honore? non clara laude coronandas debita credet? *Qui pulcherrimè decertarit*, Aristides [e] loquebatur, *hic coronandus, & primo Victor clamandus; etsi postremus descenderit in arenam*. Nam Cicerone [f] teste, *Recentissima quaque emendatissima*. Et sic, post hæc, illis, & nobis scribentibus, & vigilantibus bene terere tempus, pro Dei V. Matre, & genitrice Maria, Religionisque eius solummodo amore cum Iuda [a] Apostolo, & Persio sit paraclesis: *Hi autem quæcunque quidem ignorant blasphemant*. Et Persius [b]:

Mordent quod præstare non valent.

At Diis meliora precêtur dum non nos equidem ista terruère quominus ancipitis subiturum opus pericula sensus, & sæpè telis linguæ petendum, susciperemus, quamquam alienis satis edocti periculis, & de nobis grauissimè diffisis, (omnium enim è Carmelo minimi sumus ingenio, industriâ, sapientiâ; non voluntate;) Tu candide lector, corde tuo sincero: *Si minus opus placet* hoc tibi, *solam animi propensionem, quâ tibi gratum facere cupimus, approbabis.*

§. XXII.

SVper hæc tandem (nam iam demittere vela tempus,) communium quorumdam æmulorum dictis occurrere liceat, qui tamquàm assidui, & infatigabiles Philolidori; non quid ipsi possint, & sciant, sed quid nos non potuerimus, & ignorauerimus obtutu intuentur seuero, & dum iudicant aliena, sua nunquam exhibent iudicanda, in agone aliquando saltem litterario decertantes, sed de pugnantibus (etiamsi strenuis) otioso semper, & tumido spiritu censent, de alieno sanguine facti irrisores (imperiti, lanistarum more, qui vbi vulnus infigi debeat dicere solum, & addiscere norunt.) Hi solatij vice sui aliorum semper scripta conspurcare contendunt, & antequàm probatores, & lectores fiant, alienæ fiunt despectores virtutis: in eo se solum arbitrantes scire, si sine exceptione detrahant vniuersis. His certè nihili factis, nullo modo caussati sumus; nam, vt cum S. Hieronymo [e] loquamur: *Nos petentibus scripsimus, non fastidiosis: gratis, non inuidis: studiosis, non oscitantibus; si enim fastidiosis & inuidis scripsissemus, quid boni suo confectum esset iudicio? si oscitantibus, vt quid scripsissemus quod numquam legendum esset?* Noscant ergo nosse nos cum Sacro Doctore Maximo [d]: *Aut nihil scribendum fuisse, aut scribentes nosse cunctorum aduersum nos maledictorum esse retorquenda tela.* Si ergo sapientissimi quique, & eruditissimi imò San-

---

[a] In Orat.
[b] Lib. 9. Metam.
4. Inuidorum & desidum naturam & artem ponit auctor.
[c] De laud. Car. c. 6.
Pindar. a Minor in embl. Alcia. datus.
[d] Anto. Gouean. in epigram. lib. suo
5. Nouam æstimanda opera suadet auctor.
[e] Oratio. de Rhetor. c.
[f] Acade mic. qq.
[a] Ep. Can. c. vnico. v. 1[illegible]
[b] Satyr. 5.
S. Greg. Nys. [illegible] ad Hier. [illegible] amici [illegible] mortem [illegible]
1. Inuehit in maledicos reprehensores auctor.
[c] Apolog. contra Ruf.
[d] S. Idem. Hiero. ep. ad Nepo. in pr.

ctissimi Doctores Lectoribus contigit aliquando displicuisse, quid ignaris nobis, omniúmque minimis euenturum esse credidissemus? *Non ignoramus multos fore*, aiebat D. Hieronymus [a], *qui solitâ libidine detrahendi omnibus (quod vitare non potest nisi qui omnino nihil scribit) huic volumini geminum dentem infigant.*

a Prol. ad Chron. Euseb. Prou. 15. v. 23.

2. *Latius aliis in hoc scripsisse credet author operis.*

Certè hoc vnum saltem, haud cum vero, iactitabunt *latatos nos non fuisse in sententia oris nostri.* Sic vt credamus selecta, & summa Marianæ Carmeliticæ Religionis, summè, & selectissimè sciuisse disponere: etiamsi latissimè præ multis: Quis enim hucvsque tantorum Heroum illustrium, vel & Heroinarum Carmeli, de quibus hîc actum est, & agendum manet secundæ parti seruatum, nomina, & acta compilauit in vnum? Quis tot egregia Carmelitarum facinora inuestigauit, & inuestigata sic vt in vulgus emitterẽtur disposuit hucvsque?

Val. Mar. Epig. lib.

Sunt bona, sunt quadam mediocria, sunt mala plura
Qua legis hic: aliter non fit Auite liber.

3. *Corrigi vult & doceri.*

Itaque, si quid incautiùs est hîc dictum a nobis, non solùm doceri amamus, sed ingenuè nos ipsi si nosceremus id correxissemus: Quis fuit tam stupidus ille, qui, Cicerone [b] teste, iactauit insolidus de se: *se nunquam verbum quod reuocare vellet, emisisse.* Certè hunc non tantùm insolitum, sed insolidum censuimus. Fatui scimus potius, quàm sapientis esse consilium emittere, quod nunquam, si expediat, reuocetur: & vtique cordatissimi scriptoris mentem esse, dicti stultè vel malè pœnituisse: etenim in aliquo non errare, eorum est solùm qui *Spiritu sancto acti, loquuti sunt verbum Dei* Satius ergo sit nobis secundas partes habuisse, si primæ denegatæ sunt.

b Cic. de Orat.

4. *Veniam precatur auctor humiliter.*

Quapropter par sit candido lectori nobiscum habere veniam in eis, in quibus videmur in imagine defecisse sapientiæ, in verborum, rerúmque compositione. In opere certè isto conficiendo, noster animus collimasse, & scopos fixisse dexterrimè, fuit, non errasse, aut triuisse erratis tempus inane, sed apposite in omnib. his nostris operatum esse propter Apostoli magisterium illud, & Regulæ nostræ [c] præscriptum. *Ne ex otiositate nostra aliquem intrandi aditum ad animas nostras valeat Diabolus inuenire.* In quo credidimus nos fore, & futuros esse Regulæ eiusdem obtemperatores fidelissimos, vbi [a] monemur, & præcipimur sic: *Maneant singuli in cellulis vel iuxta eas die, ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes. Et quidem omnis obedientiæ actus, & omne honestum studium* (iuxta doctrinam nostræ Dei insignis Amatiæ S. Mariæ Magdalenæ à Pazzis) *perfectissima est meditatio, & oratio coram Christo nostro, & omnipotenti Deo.* Id quod ipsa Regula [b] insinuat cõcludens quod iusserat in eodem capite septimo: *Nisi aliis iustis occasionibus occupentur.* Quæ quidem nobis in assiduo hucvsque per annos plus quàm viginti sex prædicationis, siue lectionis, & disputationis, & Regiminum publico munere non defuère.

c Reg. Alb. Can. c. 16. *Rationem agit imitandi in hoc opere studij sui.*

a Reg. cit. c. 7.

Mar. ... à Paz. b Reg. citad ... Tho. à Iesu De expositione Reg. c. 7. ad ... dub. 1.

5.

Hac ergo solâ præfatâ mente deducti dulci temporis impendio, quantum à præfatis, & aliis studiis vacabamus nocte, & die laboribus, industriis, & vigiliis huic, & aliis libris iam prælo partim datis, & dandis, superis disponentibus, accubuimus conficiendis: Tam auidi studio laborandi pro Deo, & Religione, & Ecclesia Christi, & magni vitæ tempora habendi nostræ: vt si certissime nouissemus, eo temporis momento, quo vniuersæ nostræ lucubrationes, & peruigilia perficerentur, clausuros nos vitæ, letho agitante, diem, statimque Quaterniones lacerandos, ignive tradendos, eadem animi dulcedine seduli absque dubio, huic tanto simili incubuissemus labori: de brauio securi, quod solum sese nobis obtulit in eo, quod gratum quid superis, & Virgini Mariæ Matri, pro beneficiis acceptis, operaremur; non inanis hominum gloriæ laudisve lucro; hi namque pro laude derisum, pro gratitudine honesti laboris contumelias reddunt. Ex quo nobis maior animus accessit in labore & opere isto sciẽtes notũ illud in c. *plurimi*, 6. q. 1. vbi docemur, quod *Deus aliquãdo permittit malos in bonorũ obtrectationẽ, & obiurgationem prorumpere, vt si qua gloria ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur.*

c *plurimi* 6. q. 1.

6.

Ex hoc te demum lectorem candidum, lustratorémque serenissimum nostri Paradisi Carmelitici decoris precamur, piissimum habere, piissimi voti nostri acceptatorem:

Dans veniam noxis, præstans moderamina dictis

Vallafrid. Strabo ap. ...

Quod

in ſua Galla. christiana.

Quod nocet auellens, quod iuuat amplificans.

Ita te Deus Pater omnipotens amet agentem: ita te Deus Filius, Patris altiſſimi Sapientia, doceat, & dirigat ſtudentem bonis: ita te Deus Spiritus Sanctus lux beatiſſima cœli, illuminet ambulantem in fide, & amore: Ita te Deipara ſine labe Virgo concepta Maria, Carmelitarum ſingulariſſima Mater, & tutiſſima Protectrix te protegat ſuper terram in Vinea Eccleſiæ Dei laborantem, & pro te oret Deum diligentem in ſecula, vt & in cælum poſt ſæcula ouantem aſſumant. Viue, vt valeas: Vale, vt viuas.

Feliciſſima lectoribus optat.

LECTORI CANDIDO PRÆLOQVVTIO SINGVLARIS.

Cicero, datus à Ioachum citand.

PLATO ingenij, & Doctrinæ Princeps, (vt eum M. Tullius Cicero appellat) quibuſlibet libris, ſiue diſciplinis exordia, & quaſi quædam præludia, quæ artificioſam, & vtilem ad rem dicendam tractationem haberent, præponendam cenſuit eſſe. Et ex Caij I.C. ſententia in l. 1. ff. de origine iuris. Inciuile, atque indecorum eſſet, illotis (quod dicitur) manibus legitimam, & non ſimulatam aggredi Philoſophiam: omiſsòque proœmio ſtatim excellentiſſimam Iuris expoſitionem tractare. *Idque idem ſentit, & refert Ioachimus ille ſapientiſſimus I.V.D. Mynſingerius à Frundeck. Ideo nos, tantos ſequuti ſapientes, præmiſſa præloquia dilatata ſatis, ſed neceſſaria, & ſequentes lectoribus, & luſtratoribus Paradiſi noſtri ſtatuimus Præambulationes diſponere; non modò, vt ex omnibus eis quæ de Carmelitarum Religione referuntur illuſtria, recipiat, & ſciat; ſed & vt inoffenſo pede Paradiſi areas (ætates inquam) & arbores (dixerimus viros inſignes) attentâ ſiue expeditâ deambulatione percurrat: præcautionibus ad omnia factis, quæ gradum illi celerem, inter legendum, præpedire valerent. Ex hoc item quorumdam virorum elogia illuſtria, & narrationes notabiles, notis placuit illuſtraſſe, in corpore Paradiſi Carmelitici decoris. Tu Candide legens hæc, & cætera dicta, & dicenda, æqui boniqui conſule gratus, vt nos ſuſcites ad maiora, ſereniſſimi tui cordis, & iudicij beneuolentia grata tua.*

Ioach. in Proœm ad apotheſ.

Ex Esdræ lib.4.cap.7.num.53.

Oſtendetur Paradiſus, cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas, & medela.

Quia *ex Sap.cap.6.num.26.*

Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum.

PARADISVS CARMELITICI DECORIS.

TOMI PRIMI

PARS PRIMA.

In qua dum nobilissima multa de Carmelitica Religione proponuntur, via lectoribus præparatur, quà pede inoffenso Carmelitici Paradisi germina illustrissima posita in Parte secunda Tomi istius perlustrare possit.

AVCTORE R.P. F. MARCO ANTONIO ALEGRE DE CASANATE CARMELITA HISPANO, CELTIBERO TVRIASONENSE, ET S. THEOLOGIÆ DOCTORE.

Compositio terreni Paradisi Adamæi, cum Carmelæo mystico Prototypicæ Religionis Magni Patris Heliæ Paradiso: quales vtrique fuerint.

PRÆAMBVLATIO PRIMA.

I.

MIRIFICVM diuinum in terris, & quasi cælestem in Ecclesia Sanctorum spiritualis vitæ, & Religiosi status, ad sui gloriam, Matris Virginis MARIÆ sine labe originalis culpæ conceptæ decorem, & honorem, necnon incrementum Catholicæ Ecclesiæ, PARADISVM constituturus prouidentissimus diuinæ Sapientiæ Pater Deus, typo, *Plantauerat in Eden Paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem, quem formauerat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio Paradisi. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Hunc ergo primum corporeum Paradisum tam pulchrâ varietate, & tam variâ deliciarum omnium pulchritudine contexuit,

Tirthem. de laud. Carm. c. 1.

Gen. 2. v. 8. vsque ad v. 11.

xuit, vt nec amplissima sanctorum Patrum verba, eas delicias, & amœnitates celebrantia, rem satis pro dignitate exprimere valeant. Fuère etenim multi opinantes Paradisum hunc selectum, quemdam, ac pulcher imum deliciarum hortum fuisse, positum in Oriente, perenni temperie, amœnitate multiuaga, fructuum vbertate, & demum omnigena floridam varietate: vbi nunquam æstas, aut hyems, sed ver æternum: nulla nox, aut tenebræ, sed lux perpetua, & lucidissima affulget.

2. Abul. q. 8. in Gen. De Parad. vide Prob. Falco in in Ezquiocen. Marian. Vic. lib. 1. Carm. in Gen. S. Alcim lib. 1. de iud. m.ini. S. Isid. Hispal. Etym. lib. 14. c. 13. S. Io. Damasce. lib. 2. c. 11. Orthod. fidei. Thom. Malum. c. 11. de Parad. & alios. Alb. Magn. p. 2. Theologiæ tract. 13. Tertull. lib. de iudicio Domini. c. 8. Gen. 2. v. 8.

Abulensis sic de eo fatur: *Iste locus amœnissimus est, quia omnium deliciarum plenus, in quo arbores omnium generum sunt, & delectabiles auium cantus.* Erat præstantissima loci sedes, in editissimo omnium totius orbis Monte, quo nec aquæ diluuij, præ altitudine pertigère, nec mortalis quispiam penetrare valuit; eo quòd vsque ad lunarem globum ascendat, vt auctor primus huius sententiæ testatur, qui, iuxta Magnum Albertum, fuit S. Apostolus Thomas.

Tertullianus sic sparsim inter carmina multa graphicè delineans delicias, & eius amœnitatem ait:

Est locus Eois Domino dilectus in oris:
Æternum qui dies atque immutabile tempus.

Et post pauca:

Et roseis nitea crispantur floribus arua.

Et paucis interiectis:

Talia floriferis nusquam nascuntur in hortis.

Et subiectis alijs:

Virentesque grauant vberrima germina campos.

De fonte verò, siue fluuio Paradisi in medio constituto, vt terram irriget omnem, in quatuor riuos diuisus vndantes. Lactantius Firmianus, siue si quis est alius illius libri *de Phœnice* auctor, describens Paradisi delicias sic pergit:

Lactan. l. de Phœnice.

Sed Fons in medio est quem viuum nomine dicunt.
Perspicuus lenis dulcibus vber aquis.
Qui semel erumpens per singula tempora Mensium,
Duodecies vndis irrigat omne nemus.

Alcim. lib. 1. in Genes. De Fonte ist. ... vide Ferrall. ... Cyprian. in gen. c. 2. Marian V. ... Mal ... cit. c. 1. & 48. Moys. Barc. ... tom. BB VV. PP. Cōmentario de Parad. & alij.

S. Alcimus Auitus Viennensis:

Hic fons perpetuo perdere is surgit e surgit,
Qui mox in largos quatuor scinditur amnes.

Hæc breuiter de Paradiso Adami terrestri inter alia Patres.

Vt ergo constituto iam tempore à Deo, corpus sese, & vmbra respicerent, spiritualem, illòque terreno sublimiorem mysticum Paradisum, ad Orientem in CARMELO Religiosæ profitendæ Monasticæ, Eremiticæ & Anachoreticæ vitæ, medio Maximo HELIA, suscitauit Deus; in quo Colonos viros, qui quasi illius plantæ, & arbores sunt: & virtutes, quæ sunt flores & fructus; vt operarentur, & custodirent mandata, sanctiones, & leges, legibus subiectos sub voto, operibus assiduis obedientiæ, paupertatis, & castitatis ab initio, quasi initium omnis Ecclesiæ Dei Religiosi status constituit, & plantauit. *Dei enim plantatio ad glorificandum* Religio Carmelitana est, vt ex Isaia Trithemius dixit: à qua, velut ab origine primos virtutum Regularis vitæ ritos duxere, delitiarum suarum pulchritudinem cæteri Ecclesiæ Ordines acciperent, & speciem agri participarent Carmelæi, cui singulariter benedixit Deus.

3.

Isa. 61. v. 3. Trith. de lau. Carm.

Ad id in primis, vt in illo Adami Paradiso, in hoc Carmelito potuit Deus nomen ... quem formauerat, scilicet Heliam, qui antonomasticè in sacris vocatus est *homo*, & quidem *homo Dei*, quasi hominum excellentissimus, quem formauerat Deus ad omnem zeli sui diuinum ardorem, singularem famulatum, & sublimiorum operum illustre exercitamentum, quo Dei Ecclesiam, idémque eius, cum fuit sæpe zelando, fidei opera maiora operaretur, & custodiret diuina mandata. Propterea, ad modum quo in terrestri illo Paradiso arbores omnis generis multas, & varietate, & pulchritudine admirabiles, quarum fructus sui cupiditatem excitarent maximam, in omnibus qui adspicerent eas, amœnissimo loco positas plantauit; sic nostrum Carmelæum Paradisum, vario non modò naturæ, sed & gratiæ cœlicæ, & sapientiæ diuinæ decore mirum in modum variando venustauit, & composuit: cuius

4. 1. Reg. 1. v. 9. Iacobi ep. c. 5. v. 17.

Et roseis nitea crispantur floribus arua,
Virentesque grauant vberrima germina ramos.

Sic vt exprimat appprimè in se delicias diuitias, & amœnitates omnes, non modò terreni illius Paradisi Adamæi, sed & cælestis: cuius pulchritudine, & excellentiâ variâ allecti varij generis Doctores, in eis tedulò recensendis, amplissimis verbis, & libris insudarunt, cum tanta prouincia ne quiuerint parabile.

5. S. Basil. ep. ad Chil. Naz apolog. post red. à fuga: & orat. de fru. paup. Nyssen. orat. de S. Baptismo. Io. Carthag. lib. 1. hom. 3. de aud. Ca. Bap. Man. ... Parthenic. Marianæ.

Enimverò, tanta est Carmeli vbertas, & fœcundita, vt Hieronymo S. testante *Sacræ Scripturæ idioma, sit optimum quumque nemorosum Montem Syriæ, fertilitati, & abundantiæ comparare.* Propter quæ, tantopere illius habitacula concupiuère S. Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, & Nyssenus, qui sic de illo: *Clarus autem mons propter virtutem habitantis,* (Heliæ) *& famâ celebratus est.* Ioannes Carthagena Minorita: *Carmelus Mons propter altitudinem, & viriditatem contemplationi erat aptissimus.* Mantuanus noster:

Mons Patrum pietate sacer latéque piorum
Elysius auspicio Vatum

Nicephor. lib. 3. hist. Eccl. ...

Talem reputauit Helena Constantini Mater Imperatoris, quando, Nicephoro teste, perpulchram ædem, ac sacras Iordanis oras erexit in loco, vbi domicilium quondam habuerat Baptista Ioannes: & aliam ad accliuitatem, id est in promontorio Carmeli vt explicat Adrichomius, in honorem Heliæ P. quarum cura demandata fuit Monachis Carmelitis, vt Vvastelius ait. Imò credendum gratia, & postulatu Monachorum Magni Heliæ, ædes eas Helenam construxisse: vt de Imperatore Valentiniano narrat Procopius. Sed quæ multus alibi de Carmeli magnalia sermo redibit illustris hic ista sufficiant.

Adrich ... Theatr ... Terr. Vvast apol. contra Baro. pro Io. Pan. ... Procop ... ædificij Imp. Vide Orationem nostra ad ... operis ... nem

6.

Mons est ille Carmeli, Carmelida Religio, ab Helia Protoparte, & primo in hac Ecclesia Religiosi Prophetici dicti status plantatore, & Colono consita. Ad quam instituendam, & constituendam, ad Eoi Solis partes, Carmelum Deus à Mundi initio constituit, tanti spiritualis Paradisi sedem, solum, & præparationem factum insignem, & tam insigni illum tempestie ditauit, & amœnitate, vt qualia in eo,

Talia floriferis nusquam nascantur in hortis.

Et ad hoc vt commodior venturis Heliæ filiis habitatio esset, arborum, fructuum, florum, & herbarum vbertate pinguissimus effectus est, vt omnifariis voluptatum amœnitate floridus, illius

ad instar

ad instar Adamæi Paradisi, imo cælestis. Quia cùm Religio Heliæ in illo plantanda esset, æterno, & sublimiori, in dies fauorum cælestium perfruitura donis, clarissima diuinorum semper effulsura luce sapientiæ perennis, altorum gemini num meditationis, & contemplationis assiduæ fœcunda progenitate, vtque ad cælos altitudinē suam eleuatura supra vertices omnes, & sublimitates terræ, locum sic originis suæ in sublimissima Carmeli excellentia, Diuinæ sapientiæ Pater Deus sublimare voluit, & omnes omnium aliorum montium pulchritudines disposuit excedere. Et hæc sit causa ob quam mysticū hunc Carmeli Paradisum, Religionem Carmelitarum, *Montem Dei* vocamus; quia vere ea

Est locus Eois Domino dilectus in oris.

Et in quo Dominus habitabit in finem, quia elegit Ordinem Carmeli specialiter in habitationem sibi, eo quod ipsa præparata fuerit ad eminentissimum iustorum domicilium: *Montem pinguem* ab abundantia gratiarum, & donorum Spiritus sancti, cuius septiformis spiritus gratia semper eluxit in eo: *Coagulatum Monte*, eo quod diuinæ gratiæ lac istius non effluxerit sed quasi *coagulatum* in hac dilecta à se, & Religione sibi selecta semper mansurum esset. Quę palam omnia lustratoribus nostri Carmelæi Paradisi fient, è Monte, & in Monte consitus Dei coagulato, & pingui,

Et Maiestate loci sacra,
Et Mariæ Magnæ V. Matris cultu primo,
Et Patrocinio eius singulari,
Et Tutela forti,
Et priuilegiis magnis,
Et Archipatriarchali nobili decore.
Et Prophetarum gloriâ sublimi,
Et Apostolorum Christi coadiutorio grandi,
Et Martyrum insignibus Tropheis,
Et Pontificum vigilantia solerti,
Et Doctorum fulgentissima luce,
Et Confessorum ab initio firmissimâ fide,
Et Virginum candore nitidissimo,
Et cælibatorum continentiâ illustri,
Et Primicerio Virginitatis firmatis supremo voto,
Et Orthodoxâ professione sapientia,
Et assiduâ Angelicâ oratione.

Quæ sunt vltima Carmelitanæ Religionis clarissima trophæa, (quorum omnium epilogus, & gloriæ summus apex, sacra est ipsa Mater Dei & Virgo MARIA Carmeli decor & altrix) toto hoc nostro Paradiso Carmelitici decoris permonstranda, vtinam aptè! dum Numina prosint sydereo ex vertice missa.

Venustissima item damus Paradisi vtriusque, omnem arborem componimus: & vitæ ligna naturalis, & mysticæ comparamus.

PRÆAMBVLATIO II.

1. Gen. 2. v. 9.

PRoduxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Non poterant à Carmelo abesse omnis generis meliora mystica ligna, & arbores venustiores; etenim diuini sacra Religio eius supremi altitudinis continuo manu, medio illustrissimo illo Colono HELIA quo in electa vinea istis cæteris aliis germina sicient in illo plantandi, & vt feraciores fructus in dies, pulchros visu, & ad vescendum per imitationem Coloni primi, & Paradisi Principis operatoris suaues, & halantes omnis dulcedinis meliores sapores, & odores.

2.

Sed velimus nunc, iuxta Diuinæ phrasim Scripturæ, per *lignum omne* Christum accipere, ad cuius, vt præmissum est gloriam Paradisus Carmelæus est consitus ille: ipse se enim in scripturis *lignum viride* siue *vitæ* vocauit, id est pœnæ nullius, perindeque nec culpæ, nec mali reum, sed pulchrum omnino visu, & ad vescendum suaue: totus qui tinctus est, perfectus totus, & purus, totus vita perennis hominibus; totus initium gratiæ perfectionis, & gloriæ grandis. Cuius delectabili fructuum visu & esu, cæteri Paradisi Ecclesiæ omnis, & in ea, maximè qui Carmelæum Paradisum ingrederentur plantatæ arbores perfruerētur. Ad id, omne hoc lignum Christus, productus ex humo, hoc est Spiritus sancti opere, homo factus, de Virginis vtero Matris, virginalique apparuit habitu inuentus vt homo, in medio Paradisi Catholicæ Ecclesiæ, cuius Caput Carmelo assimulatum habetur in sacris, eam omnino suæ carnis, & sanguinis alturus cibo, & potu, saporis, & odoris mirabilis, qui vitam animæ perennarent, ne quis ex edentibus, intra Carmeli pascua maximè plantatis, fide verâ, & mente degustans purâ pariter, vel in æternum moreretur, vt promissum habent Heliades omnes à Christo, & Virgine Matre. Ideo primus fructus huius ligni omnis, iam forsan in figura ab Helia Principe Carmelitarum degustatus est, cùm sub Iunipero dormiens, est excitatus ab Angelo, & comedere iussus, comedit, vt sic in eo totus eius comederet Ordo, & ex tanti ligni pinguis fieret esu, excelsâ iugi sanctitate, fide meliori, & propagatione gloriosâ omni fine fine percipienda: qui fructus absque dubio sunt illius excelsi fructus corporis, & sanguinis Christi, in fide, & mente pura ab Ordine Heliano, hoc est à filiis Heliæ Magni, percepti, vt Trithemius affirmat, & visum fuit in noua Carmeli restauratione, à Teresia D. suscepta, ex spiritu producto in ea dum hoc Eucharistico, die quadam præ aliis, ligno pasta esset. Sic de eo tanto Ordine ad litteram potest intelligi Euangelici Isaiæ Prophetæ vaticinium illud: *Dies ligni erunt dies populi mei* Carmelitici subaudias.

Prou. 3. v. 18
Deut. 20. v. 19.
Parab. Salo. 11. v. 31.
Luc. 23. v. 31.
Ioan. 10. & 14. & alibi sæpe.

Cant. 7. v. 5.

Vide Præambul. 6. & 11.
Ibi constat [illegible] veritas [illegible] 22. *Sacratissimo vt in culmine.* Dat. Anno Pontific. an [illegible] Christi 1322.
Iunipero. 3. Reg. 19. v. 5. 6. & 7.
Trith. lib. de Mirac. in Vrticeto Hel. prim. c. 8. Episc. Tirason. in vita S. Teresiæ. 20. lib. 1.
Isa. c. 65. v. 22.

3.

Lignum etiam vitæ in medio Paradisi produxit, idest, nasci, & crescere fecit Mariam Dei Virginem Matrem, & Carmelitarum singularem altricem (in Carmelo enim eam natam, & educatam probabimus citò:) sed quàm verè per vitæ lignum plantatum in Paradiso intelligenda veniat mirabiliter præseruata ab Originali labe, & sanctificata Magna Mater, & Virgo MARIA in medio Paradiso Carmelæo; ex hoc patet quòd per materni amoris opera in filios Heliæ, plantata, Religionem hanc vt Sixtus Pontifex Max. loquitur, nedum produxit, aluit nutriuit, & crescere fecit in vita hac per virtu-

Gen. 2. v. 9.

Sixtus 4. in Bull. *dum attenta* Dat. Rom ann. 1477.

tum ostenta maiora, procul dilectum Ordinem ducens ab omni fastu terreno, per obseruatæ paupertatis amorem, per obędientiæ amplexatæ humilitatem, & per amatæ Virgineæ puritatis dilectionem (quibus Deo, & hominibus est factus amabilis,& ascendit vsque ad sedentem in throno, sublimiori maiestate donandus in cælis, & excelso in terris Primatu Religiosę vitę à summis Pontificibus, & Principibus Ecclesiæ attestatus: ditatus donis,& sublimatus verbis, quia singularis est ligni vitæ Mariæ fructus Ordo Carmeli,ex eius patrocinij,amoris,& tutelæ fertili vitore perceptus.) At etiam, facta ipsa Virgo Maria Mater inter Christum, & suos Carmelitas media semper, & dilecti populi Parens, per adoptationis gratiam perpetua donatione amoris, & pacti sempiterni donauit eum & Paradisum Heliæ innumerabili lignorum pulchrorum, & ad vescendum suauissimorum multitudine decorauit, hoc est sanctorum & virorum illustrium qui vberrimos & admirandos in Ecclesia Dei protulêre sanctimoniæ & sapientiæ diuinæ fructus imò quidquid pulchrum est & excellens in ipso vidêre mira pulchritudinis fecit varietate. Par ergo erat, vt ipsa selectis filiis esset *lignum vitæ, his qui apprehendissent eam*, qua dáducti, perfectiùs operarentur, vtràque scilicet manu operis in proximos, & amoris in Deum, cuius fidissimè semper mandata seruarent mediâ Matre Virgine vitæ veræ ligno.

Prou. 3. v. 18.

4.

Gen. 2. v. 10. Barceph. cit.

Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Hunc Barcephas ingentem monstrat fluuium fuisse, lateque peramplum; sed limpidiorem, latiorémque in nostro habemus Paradiso Religionis Eliæ (quam Fluuium vocauit Philippus Hieropolitanus) fontem irrigantem fœcundo gurgite omnem Ecclesiæ Christi terram.

Philipp. Ab. Hierop.10 lit. Vide præambulatonem 14.

Hic fons perpetuo resplendens gurgite surgit. Moyses ille Barcephas Christum in hoc meditatus est fonte, qui sua doctrina limpidissima rigauit Ecclesiam, hoc est Apostolici Collegij mysticum Paradisum: qui diuisus fons in capita quatuor, totidem Euangelistas, profluit vniuersum habitabilem Orbem; quando *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sed nos Eliam Parentem Magnum, Christum figura exprimentem meditemur in fluuio, seu fonte Paradisi Carmelitici. Fuit enim maximus Dei ille Propheta Religiosorum Primus,& Optimus Carmelita, fons quidem vberrimus, perpetuo gurgite surgens; qui è medio scaturiens Carmelo, suum primum irrigat Religionis Paradisum, deinde

Barceph. p. 1. c. 7. cit. lib. com. de Paradiso.

Quatuor in largos confestim scinditur amnes. Scilicet in Regulas quatuor, à Sancto Basilio, Benedicto, Augustino, & Francisco conscriptas ab Euangelio & doctrina Christi, & ab Eliæ, omnium Patris exemplo & forma Monasticæ vitæ, deductas, vt terram irrigent omnem, doctrinâ illâ scilicet Christi, & sapientiâ à superis acceptâ, sitimque extinguât Ecclesiæ opere charitatis, & studio doctrinæ, in fide illâ Iesu firmissimè solidantes, iugi Cælestium contemplatione detenti. Hi sunt è fonte Eliæ fructus vberrimi in Ecclesia Dei adeò noti, vt Trithemius dixerit: *Quàm vberes fructus quàm suaues in Ecclesia Dei odores Carmeliticus Ordo protulerit nemo creditur ignorare.* Etenim in Carmelo, Carmelitus Ordo plantatus, & fluuius ab illo semper erumpens, in dies multarum gramina virtutum, vitisque germina fœcundæ sanctitatis,& sapientiæ dedit: & non solùm ante Diuini Verbi incarnationem, per vniuersam Syriam, & Assyriam, Samariam, & Palæstinam fructificauit: verùm ab Incarnato Verbo (Christo auctore maximo,& fonte perenni) per vniuersam Europam, Asiam & Africam longè, latéque suos fructibus fœtos palmites pinguescentes effudit, medio fontis Eliæ gurgite, Carmelæas plantas semper irrigante.

Const. Canalis 1. c. 17. §. 11.

Trithem. de laud. Car. c. 12.

Sit etiam fons seu fluuius iste Paradisi dilecta Mater,& illibata Virgo Maria, cui omni iure damus vltro sublimiora Carmeli, tanquam illius fluuio, & perenniori quoque fonti, à quo decor omnis deriuatur & defluit. Est fons namque caput aquæ nascentis, quasi aquas effundens: ideo Maria iure in fonte signatur Paradisi nostri ascendente de terra, irrigaturo omnem superficiem terræ: & certè de terra dicitur ascendere, quia tota Mariæ vita fuit quidam ascensus, & à terrenis elongatio. Ascendit ergo irrigatura Maria Mater omnem terræ Carmeli superficiem (imò orbis,) in qua decor eius, & pulchritudo excellior apparet, designans innumeros Carmelæi Paradisi Colonos virtute sublimiores,& operum fructibus, qui de abundantia Mariani fontis illius hauriunt, & hausêre iustitiam, perfectiones, & decores, & glorias in cessanter; est enim Maria Mater. & decor Carmeli, fons profluens sine fine gratiarum, & donorum riuos: est piscina, quæ altissimo Deo dante, extruxit sibi *piscinas aquarum ad irrigandam syluam lignorum germinantium* hoc est sapientia, & sanctitate præclucidos Carmeli viros, germinantium namque lignorum silua meritò Carmelus appellabitur item, nulla enim Ecclesiæ sylua tot ligna, támque pulchra produxit, quàm sylua Carmeli irrigata fœcundiùs claris Puteiæ Mariæ & limpidissimis aquis: adeò vt nulla sylua talia protulerit fronde, flore, germine: ideo vberes illius productos,& producendos à lignis germinantibus fructus, Sixtus in quadam Bulla miris verbis ad sidera exaltat.

5.

Fons Carmeli Maria Mater & Virgo.

Eccles. c. 2. v. 6.

Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta.*

Iuxta quod si à fonte tanto hos iustitiæ & sanctitatis fructus Carmelæus iste recipit Paradisus, de quo per Oseam loquens ipsa Virgo dicit optimè: *A me omnis fructus eius.* non solùm in Fonte Carmeli Mariam Virginem iure optimo veneramur, sed eam abyssum,& mare aquarum omnium, ex quo omnes fontes Carmeli, & flumina deriuantur profitemur: & ab eius immensitate gratiarum, & donorum pulchritudine Paradisi nostri gratias omnes promanasse, & scaturiisse dona fructuum,& iustificationum tâquam ab alio Paradiso deliciis omnibus vndante concedimus. Idque suffecit, quo librum hunc, continentem decores, fructus & glorias, ex tantę Matris amore & merito participatas *Carmelæum Paradisum* cognominaremus.

Osee c. 14.

Tandem. *Tulit ergo Dominus Deus hominem & posuit eum in paradiso voluptatis.* Posuit etiam & Euam, quam cùm extra formasset Paradisi septa, adduxit ad Adam. Purissimos vtrosque Deus Virgines constituit: sed quia de merito grandi

6.

Gen. 2. v. 15.

Gen. 2. v. 22.

vernantem illum hortum, deliciisque plenum, & decoram virginitatem, repulsi, amisère, caput effectus omnis culpæ & pœnæ Adam, sicut Eua mœroris & doloris initium. Sed prouidentissimus diuinæ sapientiæ Pater Deus in duorum aliorum vtriusque sexus Virginum, culpam, pœnam, mœrorem, & dolorem aliquo modo reparare constituit. Etenim de eadem Adami, & Euę stirpe masculum suscitauit Eliam, & fœminam & Virginem Matrem Mariam, qui primi, seruatâ voto virginitate, Verbum Dei Christum præeuntes nasciturum, Virgineum Saluatorem de cælo cælestem hominem plantati vtrique in hoc Carmeli Paradiso præsignarent. Ad hoc primum tanti cælestis horti colonum posuit Heliam, qui quodammodo zelando pro Domino honorem diuinum, Adami lapsum vendicaret: & post illum, sicut Euam doloris, & mœroris matrem in terrestri illo Paradiso posuerat, sic in hoc Carmeleo Mariam Virginem Dei Matrem quoque constituit: Matrem, inquam, gratiæ, decoris, honoris & lætitiæ, quam specialiter firmissimum istius diuini Paradisi murum, patrocinium & tutelam assiduam cunctis orbis sæculis constituit: sicut Eliam in Protoparentem omnis Religiosi status, Principem, Coryphęum (cedentem tamen Christo omnis sanctimoniæ & perfectionis primas, vt gratiæ omnis capiti primo) & Antesignanum Monasticæ, Propheticæ, & Anachoriticæ vitæ, ab eo sub votis tribus in vera Religionis forma, non vmbra, in hoc instituta Paradiso, quem formauit omni diuitem pulchritudine, & fructibus & plantis cælestibus ornatissimum: Huncque tantum Dei hominem condidit ipse Deus, vt nedum Carmelum Montem, hoc est, Religionem suam, pinguem redderet, in mirabilibus suis, & coagulatam gratiis in zelo suo; sed & omnem Christi Ecclesiam, terræ gyrum, & altitudines cælorum, diuina illi fauente gratia, illustrare posset, cum spiritu Elisæi socij sui.

Quis, & qualis fuerit omnium Monachorum maximus & primus auctor, S. Elias Propheta.

PRÆAMBVL. III.

1\. Acturi sublimia Religionis Marianæ, ab illo differendi erat opus sumere exordia, qui Religionis tantæ primum obtinuit principatū: etenim *iocunda nimis*, dixit Trithemius Abbas, *lectori poterit esse sacratissimi Ordinis cognitio si instituentis non lateat celsitudo*. Eapropter nobis igitur acturo de primo Paradisi nostri Colono (licet semel, & iterum ex amoris vinculo filialis reditura sit de tanto Principe oratio) quis fuerit, & qualis hic noster Pater Elias, nunc illico libare decet.

Trithem. li. de laud. Car. cap. 1.

2\. Fuit ergo Thesbi natus Arabiæ in regione Galaad, Leuita de Tribu Aaron, & Maximus Dei Propheta: ante natiuitatem in vtero sanctificatus[a], & in gratia confirmatus. Eius anima nulli in naturæ dignitate[b] (Christi, & Virg. Mariæ Dei Matris animabus exceptis) cedit: electa ad ea gratiæ munia, & destinata, vt neque Baptistæ Ioanni in gratuitis sit inferior. Eius mortale corpus à Sabacha[c] productum. (Mater siletur in sacris, vt sit similis Christo, qui in his quæ Patris erant[d] visus est Sacerdotum etiam Matrem haud agnouisse) vnà cum anima à Deo per creationem producta, Dei [illegible] amplificatum[e] in mirabilibus suis, & durat eorum vsque ad Antichristi tempora eadem carne, & membris[f], & vita, quibus anno ante Christi Natiuitatem 932. qui igneo fuerat animo in Dei honore zelando, igneo curru flammiferis equis euecto (cùm floruisset regnante Iosaphat in Ierusalem, & Achab in Samaria) assumptum & translatum est ad Paradisum[g] Adam (post bellorum fatigationes, post victorias illustres, opima de mundo referens spolia, triumphali fulgidus gloriâ, currus Israël, & militia eius, imò vniuersi bonum sistit, vbi non ægrotat, nec senectute marcescit, etsi *similis nobis passibilis* fuerit *homo*: Elias ab Angelo iure vocatus (vel quia tantæ particeps dignitatis, vt nihil proterreret, quod Angelico non tribueret [illegible]: vel quia tantum diuini is vt nomen eius propriâ periphrasi, *Dominus*[h] *Dei*, siue *fortis Dominus* signet, quasi viri nihil humanitatis habentis, altioris[i] mundo, proximioris cælo, Dei colloquio gaudentis assiduè: cuius lingua cæli clauis effecta, cælestes moderabatur habenas, & cuius in Reges cor, vt in catulos insurgebat, qui forti & rigido flagrabat ingenio, & qui natus *ad alligandos Reges in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis*. Is fuit qui tanti à superis habitus, vt retentus fuerit aliquando Deus ipse Prophetæ sententiam, quo honorem eius interim [illegible] præstaret, imo [illegible]. Is qui ea semper virtute, & dexteritate [illegible] vt potentia nemo vicerit illum; inermis [illegible] cuneos effuderit, & præsentibus militum castris, populo, Rege, eos omnes vnus Dei homo Religiosus pauper in mundo, & Religiosorum Parens vniuersorum reprehenderit. Ex quo S. Cyprianus[k]: *Nouimus*, dixit, *Heliam Iudæis deficientibus, atque à Religione diuina recedentibus fleuisse, & certasse sublimiter*.

3\. Sed mirum minus sit, virum fuisse tantum, cui quodammodo non dubitarit Deus cedere potentia, vt Chrysostomus[l] annotauit; imò per ambages quasdam egerit, vt pluuiam daret ac si ipse id per semetipsum præstare non posset. At inter hæc non illud de Patre tanto memorabile, imò & admirabile dictu prætereundum: virum fuisse cui scilicet in Horeb [illegible] specu, post quadragenarium ieiunium Dominus apparens loquutus fuerit; tanquam paris ad parem Tertulliano[m] notante in illo: *Quid hic agis Elia?* Effeceritque magni miraculi [illegible] spectatorem, & videntem Deum, quatenus homini videre permittitur in via, cùm zelo quasi effuso, & duplici zelatus esset diuinum honorem: qui tanto semper Dei amore refulsit, & fulgebit, vt vel Antichristi tempore, post præfata ignito prædicationis eius verbo quasi facula ardente, per tres annos cum dimidio, viginti eo minus diebus, cum in eum, tum in perduelles fidei hostes Catholicæ, quasi primus orbis terreni fidei constiturus in prauitates hæreticas vindex, censor, & Iudex decertabit, vt certet, occidendus à filio perditionis, sed resurrecturus glorioso corpore post tres dies cum dimidio, & nube in lucida

a Tert. lib. 6. de Resurr. carn. c. 8. Ægid. Camar. G. M[illegible]

[illegible] nimorum de Elia [illegible] c. 3. sect. 16. & 17. multis probat allata.

b Et Paz Cur. Concl. 4. de esse supernali Heliæ.

Paz conc. 1. ex S. Aug. qq. vtriusque testam. q. 16.

c Paz concl. ead. ex eod. Aug. ibid.

c. S. Doroth. in Synop. & S. Epiphan. de vit. & mort. Proph.

d Luc. 2. v. 48. & Mat. 12. v. 48.

e Eccli. c. 48.

f Paz concl. 4. ex Aug. li. 1. de gloria Christi c. 28. & Beda in c. 9. Lucæ.

g Theolog. schola 3. p.

h Iacob. ep. c. 1. v. 17.

S. [illegible] de Patr. vet. Testam.

i S. Isidor. de Patr. vet. Testam.

k S. Isidor. de Pat. vet. Test.

l S. Chrysost. [illegible] Elia, & signatur in eo Eccli 48. v. [illegible] non [illegible] Prin. [illegible]

m Epist. ad Cæc. Hisp.

n Chrysost. cit.

o Tertullian. contra Psychicos.

visibiliter, Tyranno deuicto, & proprij ſanguinis effuſione facta pro Christo, ſuperato, impaſſibilis aſcendet ad aſtra triplici donandus lauro Virginis [a], Martyris [b], & Doctoris [c].

a Greg. Nyſſ. homil. 7. in Cantic.
b Beda hom. 1. in c. 9. Lucæ.
c Chryſoſt. lib. 2. ſerm. de S. Elia. Vidend. de S. Elia S. Chryſoſt. cit. & Ant. Fernandius de viſion. vet. Teſtam. vit. 9. in Præfatione, ante ex Commentariis multa ex dictis de Helia cópeſſit elegáter.

Quo tempore & occaſione primus fuit Carmelæi Paradiſi Colonus, & operariorum illius conſtitutus Auctor S. P. N. Helias.

PRÆAMBVL. IV.

1.

Rem iam proſequamur de institutione Carmelitici Paradiſus. Zelo diuini honoris quaſi effuſo, & duplici, diuinum ſemper zelatus honorem tantus iſte Propheta, Monachorum Princeps, & Pater Elias, tunc tamen vehementiùs accenſus apparuit, cùm Iſraëlitico populo, ad omne idololatriæ procliuiſſimo genus, præſidebat Achabus: cum paulò ante Magni ortum Patris, extremis videlicet Salomonici [a] temporibus Imperij validiores, altioréſque radices in idolorum firmauerat cultu: Cùm noua ſcelera, Ieroboamo regnante, poſt Iſraelitici regni ab Hebræo ſeparationem, fuerant [b] introducta, in peius ſemper prolabentibus Idolothytis Iſraël: Cum Achab, ſeu ſingularis, infenſiſſimus, & importuniſſimus antagoniſta, ortus erat Elias ſuperiores Reges in impietate [d] vincebat, vnáque cum eo in deteriora populus prolabebatur: Cùm ſceleſtiſſimum ipſe iniiſſet cum Iezabela audace cónubium [e], cuius ſceleris rationes dabimus parte [f] noſtri Paradiſus ſecunda: cùm templum aramq; ſtupendam Baali erexiſſet, iniquo [g] Deo; cuius cultum totis viribus introducendum vniuerſo indixerat Regno, & Nationi Iſraël: qui fuit quaſi primus ſceleſti coniugij fructus populo oblatus, totus vt ille, vno ſuo in Rege peccaret, qui nihil magis quàm in ſceleribus committendis morem geſſiſſe dilectæ Iezabelæ ſuæ cupiebat: leuis enim erat infeliciſſimus Rex, ait Theodoretus [h], adnotauit Ambroſius [i], & pluribus Camartus [k] Minimitarum Generalis meritiſſimus probat: cùm irritans Dominum, addidiſſet in operibus ſuis plátare Baali [l] lucum: (quod, quàm grande ſceleris fuerit genus corá Deo, Moyſes [m] firmauit:) cum Hielo cuidam auxilio, conſilio, & totis viribus occurriſſet, in reædificatione ciuitatis Hierico, contra vulgatam [n] à Domino maledictionem in eos, qui denuò eam ſuſcitarent. & ædificarent: &, cùm tandem Iſraëlitica gens lethali morbo laboraret *à planta pedis vſq; ad verticem capitis*, vt dixerat Iſaias [o].

a 3. Reg. 11. v. 4.
b 3. Reg. 11. v. 37. 38.
c 3. Reg. 15. v. 15.
d 3. Reg. 16. v. 30. 31. 32.
e 3. Reg. 16. 3.
f In vita S. P. N. Heliæ fuſius acta inter ea vide Camartum ſect. 1. c. 8. de Helia Teſbite.
g 3. Reg. 16.
h In 3. Reg. q. 60.
i lib. de Nab. & Iezab. c. 17.
k de Teſbite Helia ſect. 8. c. 8.
l 3. Reg. 16. 33.
m Exod. 34. 13. & Deut. 12. 1. & 7.
n Ioſue. 6. 26.
o Iſa. 1. v. 6.

2.

Tunc, diuinâ occurrente clementia, tantus medicus Helias, tot ægris deſperatæ valetudinis opitulator effectus, emittitur: vnus ipſe, vno Religionis in Carmelo ſuſcitatæ, congruentiore cunctis medicamine malis deſtinatur à Cælo vt zelo, & Religioſa ſua cohorte ad Iſraelides miſſus, eo tempore, quo fœdis, abominandiſque libidinibus dediti omnes, caſtiſſimum diuinæ bonitatis cubile violabant, caſtus cum ſuis Helias, Iſraëli appareret: vt eo inquam tempore, quo vnus auarus Achab rapiebat vniuerſa, mundi diuitium omnium generoſus Propheta deſpector effectus, cum ipſis de gente ſua, ſe mundo manifeſtaret: eo tempore, quo ſine lege, legem Dei in cunctis, nequam cum populo Reges diuinam legem perfringebant, vnus ipſus Helias, cum Clauſtro Religioſo ſuo, ſeſe oſtenderet orbi, non modò diuinis legibus alligatus, Addit ſed conſiliis voto [p] vinctus Euangelicis, quæ iam; cæleſti prænouerat ſpiritu afflatus, vt ea ſeruaret ſub Religionis forma perfectæ.

p Patrat. Io varius in locis lib. de inſtitut. Monachor. Tho. a Ieſu, Tract. de voto caſtit. & paup. & de variis Reg. Cat. c. 1. §. 1.

3.

Ad id eo tempore, & occaſione ſuſcitauit illam in Carmelo quam inchoarat in Carith torrente, Religionem Carmelitarum plantauit Paradiſum hunc, in quo Coloni Heliades cuſtodirent mandata, legem, & votis vincti, cooperarentur, intima ſemper contemplationis neceſſitudine Deo connexi; cuius honoris diuini vindices ſe ſemper in hoſtes exhiberent, & perfectionibus ſtudiis ſemper intenti, caſtitatem, paupertatem, obedientiam, cæteraſque colerent virtutes, quò æternis æterni in cælis poſiti Paradiſi deliciis gaudere mererentur. Etenim ſi nouæ Christi Eccleſiæ tribulationes, tot exortarum in illa Religionum ſacrarum claſſes excitarunt (prouidente Deo in opportunitatibus, qui adiutor eſt in tribulatione, medicinam) & quid non in veteri ſynagoga illa opportuno hoc medicamine occurſurum ipſum crediderimus, quando illam tantis oppreſſam vidit anguſtiis, & neceſſitatibus vallatam? verbo ergo, & opere, & doctrinâ, & exemplis, & miraculis Heliæ, Eliſæi, & ſuorum, quæ quaſi potentiora magis, ad bonum animos inflectere valent, neceſſitatibus Iſraelis, imò orbis occurrit, propulſauit hoſtes, inimicorũ veræ fidei arma diremit, confregit vires, & ſcuta igne combuſſit: Heliæ, qui (Regularis vitæ propoſitum primus in Carmelo condens, inſpirante Deo, diuini honoris ſectatores exſuſcitans, & fidei vindices diuinique cultus pugiles parans, nouoſque dans operatores, & hortatores æternos quinó reſpicientes carné, & ſanguinem ſed deſpicientes vniuerſa, ſibi primò denegati, crucifixi mundo, & viuidi Deo ſpiritu inconcuſſi famularentur) vindicauit iniurias vero illatas Deo, ab iniquo Iſraëlitarum populo (illegitimis, & ſpuriis ſacerdotibus, factis abominationum cunctarum cloaca, & receptaculo) pleno.

4.

Eapropter vbi Eccleſiaſticus dixerat: *Ieroboam filium Nabat*, [*] *qui peccare fecit Iſrael, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipſorum; valde auerterunt illos à terra ſua, & quæſiuit omnes nequitias vſque dum perueniret ad illos defenſio: & ab omnibus peccatis liberauit eos.* Addit: *Surrexit Helias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat, qui induxit in populos famem, & irritantes eum inuidia ſua* (Græcus legit, *Zelo ſuo*) *pauci facti ſunt.* Ac ſi dixiſſet: *Surrexit Elias quaſi ignis*, ſordes vt conſumat Iſraël, *facula*, vt illuminet tenebras eius, *zelus* vt conſulat facinoribus euellendis: ſurrexit tandem (vno dicere verbo) vt plantet firmiſſimus diuinum cultum, & Dei reuerentiam, *qui inſcriptus eſt in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium & reſtituere tribus Iacob.* Vnam hanc inſignem in Carmelo Religionem plantare ſurrexit, & in Orbe toto paradiſum, cuius coloni, & operatores recederent à caducis, contrairent ori-

Eccli. 47. v. 27.
Eccli. 48. 1.

ginalis cupidini carnis, propter Deum summissi semper: abscônderentur in torrente Carith, ne corruerent in multiloquio ex commercio hominum familiari: *quia bonum est homini præstolari cum silentio salutare Dei*: sed perfecti, & puri tenderent ad Deum, castrati pro regno Dei, per charitatem à turbis semoti, & à delictis secessi, quia *Charit*, qui est *charitas*, *operit vniuersa delicta*.

Thren. 3.26.

Prou. 10. v. 12.

5\.

Ad id ergo occasione tanta Prophetam tantum Religiosi Coryphæum status, constituit & elegit Heliam in illis verbis: *Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in torrente Charit, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes: coruisque præcepi, vt pascant te ibi: Abiit ergo & fecit iuxta verbum Domini.* Vt ex tunc iam aduersus Ecclesiæ, & Catholicæ fidei hostes, cum suis semper pro fide vsque ad nouissima tempora mundi firmâ nixi fide perstarent, gladio certantes spiritus, quod est Verbum Dei: euincerentque perditionis filium cum assectis suis. Ideo non in Iuda, vbi Iosaphat regnabat Rex sanctus, & gratus Deo, & altare Idolis non erat erectum, nec altas adhuc emiserat nequitia radices; sed in Israel ortum sumpsit Heliæ Prophetalis Ordo: eâ satis occasione, pari satis & simili illi, in qua Dei filium redempturum orbem à Satanæ tyrannide, & planta turum fidelem Ecclesiam, habitu inuentus apparuit vt homo. Cùm, vt Poëta cecinit,

De his vide P. Ioan. li. de institut. in specie agentem c. 3. 4. 5. & 6.
3\. Reg. 17. 3. 4. & 5.
Vide Ioan. Patr. c. 1. & Hier. Gratianum serm. de diu. Cœnobiorũ coram Serenissimis Princ. Alberto & Elisab Bruxellis 28. Augusti. 1611. extat inter opera eius Madriti excusa, anno 1616.
Philoth. Cister. carm. de S. Bern.
Io. Bacho. ante 2. sent.

Omnibus occiderat superûm reuerentia terris,
Et decus, & prisca Religionis amor.

Vt classicum in Synagoga & Ecclesia canens in Virginis honorem parituræ, & Dei gloriam, suo iugiter Deo famulaturus, & duraturus in sæcula exultaret Ordo Carmeli.

Quomodo hunc Religionis Prototypicæ Carmeli Paradisum plantauerit S. P. Helias, palàm facimus ex mente Patriarchæ Ioannis Ierosolymitani 44.

PRÆAMBVL. V.

1\.

CVm omnium Monachorum orbis Pater futurus esset Propheta magnus Helias, semenque eorum post se relicturus in secula mundi, commodiori illa, quam diximus, occasione, vbi audiuit à Deo modum, & finem signatum accepit, quo tam illustre opus esset incipiendũ, vt sese ad illius colophonem accingeret imponendum, quosdam viros deuotos (ex his qui ad eum in solitudine *Charit*, ad speluncam montis Oreb latentem, quémque quodam viderant verbo Domini continentem cælum, tamquam fidissimum Dei veri cultorem & amicum, confugerant, tum vt fugerent adorationem Baal, ad quam terroribus & minis Achabus & Iezabela totum populum compellebant: tum vt sub Heliæ Patris disciplina prophetica, & cultu veri Dei persistere posset,) elegit primos sui propositi Religiosi sectatores, eósque edocuit prophetare, quod est in Canticis, Psalmis, & Hymnis ad musica instrumenta colere Deum, id quod Sapiens dixit in illis: *Prophetas facis successores post te.*

Eccli. 48. 8.

2\.

Erant ergo isti Prophetæ Domini centum, de quibus meminit Scriptura diuina dicens per Abdiam fuisse seruatos à nece, & ita Iezabel, cùm cæteros eorum interemisset, de quibus his verbis conquestus est Pater Helias: *Prophetas tuos occiderunt gladio.* Et cùm in Orebæa spelunca latitasset, iussus est à Deo in terram reuerti Israël, vt narrat Patriarcha Ioann. 44. collectisque in vnum discipulis illis, quibus antea non licuerat securè in regno Israël manere in Montem eos Carmeli assumpsit, vt ibi denuò, tamquam in commodiori loco, contemplationique aptissimo (cuius celsitudo quamdam cum celsitudine diuinæ Maiestatis cognationem habebat) ad obseruantiam Monasticæ vitæ induceret sollicitéque doceret; (siccato namque torrente, Charit ineptus redditus erat ad ista locus) cui studio antè vacare haud poterant propter sæuas Achabi, Iezabelisque persequutiones, quibus sedatis, Monasticis illis, & prophetalibus studiis, apertus est locus in vertice Carmeli. Ex tunc quosdam, ex Monachis illis; viros excellentiores virtute, perfectiùs cæteris Deo in musicis instrumentis iubilantes, Deus Prophetas constituit, qui ad morem Patris Heliæ prophetarẽt, immittente Deo, qui penetralia mentium aperuerat eorum, in eorum corda propheticum spiritum frequenter. Eapropter cùm de occultis certiores fieri volebant, ad iubilum hunc confluebant alacres, id quod ostendit Elisæus in illo: *Adducite Psaltem.*

3\. Reg. 18. 3. 13.
3\. Reg. 18. 4. 13.
3\. Reg. 19. 10. & 14.
Patr. lib. de instit. Mon. c. 18. per tot.
4\. Reg. 3. v. 15.

3\.

Diuinâ itaque sic Sapientiâ disponente, ex tunc contigit, quòd Elias, multiplicatis illis Monachis per eum institutis, quosdam ex eis excellentes Prophetas, qui futura præuidebant, assumeret ad hoc officium, vt cum eo, & post eum, dictos Monachos solicitè in vita Monastica secundùm formam ei traditam à Deo eruditent: & in disciplina Prophetica, & in Psalmis Psalterio canendis eos instituerent: sicque diligentem eorum gererent curam ac si filij eorum essent. Et ideò ij qui priùs Monachi Prophetæ vocabantur, postea Prophetarum filij sunt appellati, quia dictorum præexcellentium Prophetarum Religionis huius erant discipuli, & in prophetica, & monastica disciplina sub ipsorum regimine, tanquam sub sinu Patrum suorum erant educati: ob idq; in sacris, maximè in Regũ libris fit iugiter mentio de illis Monachis sub nomine filiorum Prophetarum. Igitur cum eorum Religio esset sic aucta, vt tam in eremis, quàm in populorum suburbiis eorum Cunei non pauci essent: opus fuit, vt, præter Magnum Patrem Heliam, ex eis quidam Prophetæ ex excellentioribus illius discipulis eos regerent, & gubernarent: hos præfati Monachi Patres vocabant suos, & ipsi dicebantur Prophetarum filij, inter quos, vt prætereamus cæteros à nobis prima recensendos ætate Patriarcha Ioannes memorat, tamquam cæteris præstantiores, Ionam Prophetam, Elisæum, quem supra cæteros constituit Helias primum spiritus dupli, & muneris sui hæredem, à raptu suo in aëra siue Paradisum, Michæam Hyempsitam, & Sichimitam Abdiam.

4\. Reg. 4. & alibi.

Io. Patr. lib. cit. c. 12. 13. 14. & 15.

4\.

Cùm Helias ergo, & Elisæus, cum his & cæteris propositi sui Monastici Religiosis præcipuè

manerent in eremis; tamen præcipiente Deo, propter populi bonum interdum ciuitates, & oppida frequentabant patrantes mirabilia, futura prædicentes, omnesque vocantes ad Deum; imo, vitiis castigatis, plures ad Propheticam aduocabant Religionem. vnde in suburbiis ciuitatum, & villarum terræ promissionis, maximè in Galgala, Bethel, Iericho, & Samaria cuneos habuere Religiosorum de filiis Prophetarum, cum quibus manebant dum oppida frequentabant: & quos de populo ad suam religionem adducebant, prius in Conuentibus istis Monasticis rudimentis eos formabant, vt postea ex nutu Rectorum suorum, ad solitudines aduocarent, vt patet ex libro Regum in illis verbis ad Eliseum: *Ecce locus in quo habitamus coram te angustus est nobis; eamus vsque Iordanem, & tollat singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum.* Ex quo patet adeo fuisse multiplicatos Elisæi tempore, vt Carmeli solitudines eos haud capere possent, propter quod ad alia præter Carmeli montem, loca eremitica, suæ maximè deuotioni & studio commoda migrarunt, & ad ea in primis, quæ miraculis Heliæ Patris, & Elisæi Præceptoris fuerant decorata, & sacrata pedibus eorum, sicut fluenta, ripæque Iordanis. id quod nonnullis præcepit ipse Elisæus in illis: *Ite* (ad Iordanem) *& ait vnus ex illis, veni ergo, & tu cum seruis tuis. Respondit Ego veniam. Et abiit cum eis. Cúmque venissent ad Iordanem, cædebant ligna.* Ex quibus sibi tabernacula in deserto parabant. Alij etiam ne inficerentur in vitulo aureo in Bethel à Ieroboamo posito, in monte Ephraim mansionem elegerant, vt signant Giezi Elisæi seruus, in illis: *Dominus meus misit me ad te dicens, modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filiis Prophetarum.* Hinc inter Carmelitas mos percrebruit vel ingrata lege, Heliades in diuersis solitudinibus terræ promissionis degere, imo [illegible] annis per orbem vniuersum Monasticam protendere disciplinam, & ad filiorum Prophetarum similitudinem varia eremi inter secessus commorari. Inde fuère à multis Heliades Anachoritæ vocati, quia ad instar Patris Heliæ non timuère inedias, nec corporis seueriores [illegible], vt nec vastos Carmeli, & terræ promissionis penetrare secessus. Vbi muniti fide, iugi oratione, & contemplatione (quæ erant præcipui propositi Heliani fines & scopi) cæterisque armis iustitiæ detenti lucrandis, non modò vicerunt Diaboli insidias, Dæmonum calcauère conflictus sed velut dexterrimi Athletes stetere [illegible] armorum genere, vt Carmelitæ veri pro Ecclesia Christi, vel à Synagogæ tempore firmi; tali conatu mentes ad supera eleuantes, ad exemplar Patris Heliæ, vt ad cœlestes meritò putarentur choros translati, reuelatâque facie gloriam Dei speculari, eius assiduis colloquiis perfruentes, cui iuges puris mentibus, vsque ad miraculum inhærebant. Hoc fuit nobile Carmelitarum exordium, is Religiosi status felicissimus auspex hoc Laconismo breui complexus.

4. Reg. 6. 2.

4. Reg. 6. 3.

4. Reg. 5. 22.

Veritas de Religioso Magni Patris Heliæ Patriarchatu nobilissimis testibus obfirmatur.

PRÆAMBVL. VI.

1. COncors est adeò omnium illustrissimorum famus sententium sententia, vt nullus nisi temerarij nota iustè notetur, ei aduersari hoc iam nostro tempore ausit: Thesbitem Magnum Heliam Protoparentem & Archipatriarcham fuisse omnis Religiosi Monastici status in Ecclesia Dei & Christi: perindéque non nouum quoddam inuentum esse Monachorum studiú illustrissimum, eiúsque clarissimos sectatores, non deuotos pis, sed otij pigros, desidiæque pedissequas esse: vt charitatis æmuli, religionis tyranni, incentores proteruiæ, innocentiæ carnifices, culpæ suasores, repressores gratiæ, sanctimoniæ [illegible], Apostatarum fautores, & [illegible] claustralis pietatis [illegible] predores, vltionem [illegible] vrgentes, insultantes cachinnis, & sibilis improperanter oblatrarunt, eo magis in [illegible] Matris Ecclesiæ prolem [illegible] ipsa anhelat ad [illegible] virtutum cacumina peruolare. Tot ergo vt telis improperiorum, & improperantium obsistamus, maledicta retundentes [illegible], vna in gloria tam præclari Parentis, & vetustissimi exordij non incassum ducemus, pro initio Monastici status in tanto auspicato Principe, multo teste adducendo protendere lineam. Namque Carmeli trophæa maiora, hinc sane sublimiora sua capita attollunt nomenque perennant suum, vt in austo hoc institutorum decore Carmelæo, piè nobis lubeat sæpe gloriari: non quin credamus ex maiorum nomine solùm, & nobilitate, gloriam nobis si quando accessuram, nisi eorum fuerimus fideles vestigia sectati: namque tum paternæ nobilitatis participes efficimur, quando genitorum animum, & strenuitatem induimus, & eorum fidelissimi vestigia sectamur. Quid prodest nobis Heliam, & Eliseum Patres habere, viros secundum cor Dei, si nos fuerimus eorum filij secundum carnem, & mundiale cor: Stultum est de illorum sancta virtute, & nobilitate quærere decorem, si potiùs de eo, quàm de nostro in virtutibus studio præmia spectamus. Verum quia firmissime speramus illos nos in Patronos (vt sunt Sanctissimi Patres meritis illustres nostri) habituros, vt semen eorum permaneat in æternum, diuina propter eos misericordia fauente, quia, quantum est nobis agere, eorum vestigia sectari conati sumus, imò continuo in dies: eorum credimus preces non absuturas sed profuturos iuges Paternos amores: cumque hac in re, res quoque agatur Ecclesiæ Christi in eos qui contendunt Religionis statum esse quid nouum in ea figmentum, fas erit de tanto contendere Patre, & gloriari in Christo dicentes: *Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephæ:* nos autem Heliæ.

1. Cor. 1. v. 12.

2. Prodeat igitur in primis (dum ad testes est

aduocanda

aduocanda contentio, & in hanc auream deſcendat arenam, aſſertum probatura noſtrum in Sectarios, & malè de Religioſo ſtatu ſentientes quæ ſola hæreſes omnes valens fuit in vniuerſo interimere Orbe ſereniſſima Carmelitarum altrix, & protectrix in cunctis Dei Mater digniſſima Virgo Maria, tam ſuprema fidei auctoritate refulgens vt a ſumma ſola veritate eius aſſerta ſuperari poſſint. Hæc ergo (vt aſſerit auctoritas Eccleſiæ, conceſſione ſubnixa Vrbani VIII. P. O. M. Ex Philippo Macerio, Cyprici Cancellario Regis, Ioanne Fauentino Moguntiæ Decano, & his omnibus, inclyti qui ſunt Martyris acta proſequuti, de quibus videas partem Paradiſi noſtri ſecundam) cùm nocte vna Pentecoſtes inſtantiſſimè, de more, S. Petrus Thomas pro ſui Ordinis conſeruatione perpetua, & augmento, frequentes ad Deum, & Beatiſſimam Virginem preces effunderet, ab ea mirabili hoc reſponſo dignatus eſt: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem, vſque ſæculi eſt perſeueratura. Helias namque eius inſtitutor, iam olim etiam hoc à filio meo impetrauit.* ſcilicet in nocte Transfigurationis in vertice Taboris, vbi cum Chriſto transfigurato, Moyſes apparuère & Helias: ille pro populi Iſraëlitici liberatione exorans: iſte pro ſui Ordinis duratione perpetua. Id quod multis teſtibus ſuadibile habemus quos dabimus Paradiſus noſtri parte ſecunda de hac reuelatione fusè peragentes, interim conſulito ad marginem datos hic auctores[a], qui vitam S. Martyris Petri Thomæ conſignauère ſcriptis egregiis.

Eccl. in Off. S. Petri Tho. Mart. Carm. lect. 5. ſub die 29. Ian.

a Coua li. 11. c. 11. Coello in comp. n. hist. Iacob. Heremitanus lib. 13. c. 14. ſuppl. Lucio. BB. Carm. Trith. de viris ill. Car. Vorrio. in Promptis, & alij.

3. Teſtis ſit Eccleſia ſecundus, quo maius eſſe non poteſt teſtimonium; Trithemio dicente: *Quidquid approbauerit illa, alterius teſtimonio non amplius indigebit.* Hæc ergo in feſto S. Spiridionis, ſub orationis Officij ſancti tenore, eandem veritatem & probat & firmat his verbis: *Sancti Spiridionis Confeſſoris tui, atque Pontificis nos Domine, feſta tueantur, vt ſicut ille Religionis à Propheta Helia inſtituta, orationibus, & operibus fuit fidelis imitator, &c.*

Trith. li. 1. de laud. Carm. Die 14. Decembris in orat. feſti.

4. A Summis Eccleſiæ Pontificibus validiſſimã tertiam veritatis noſtræ firmitudinem aucupemur, quorum oracula multa eam ſolidè ſtabiliunt. Nam Sixtus IV. ſic loquitur: *Ordinem ipſum, ac illius perſonas ſub Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Romanæ protectione immediatè exiſtentes & inter cæteros Regularium Ordinum Profeſſores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tamquam religionis ſpeculum, & exemplar ſpeciali charitate fulgentes, ſanctorúmque Prophetarum Heliæ & Eliſæi, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem habitarunt ſucceſſione hæreditaria tenentes.* Eandem iiſdem fere verbis (ne repetitis illis importunè faſtidio lectori ſimus) exiſtimauère Iulius II. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. qui in bulla confirmationis conſtitutionũ nouæ Congregationis Diſcalceatorum Carmelitarum, & in Epiſtola ad Sciabam Perſiæ Regem declarauit, nos ſucceſſionem hæreditariam ab Elia Propheta tenêre. Et quaſi nec iſta ſufficerent Paulum his addemus V. qui reſtituens ſummarium Indulgentiarum Ordini noſtro cõceſſarum à prædeceſſoribus ſuis, (nempe Leone IV. qui ſedit anno 847. Chriſti Ieſu. Adriano II. qui anno 867. Stephano V. qui anno 885. Sergio III. qui anno 904. Ioanne X. qui anno 913. Ioanne XI. qui ann. 930. Gregorio V. qui anno 996. Sergio IV. qui anno 1009. Alexandro II. qui anno 1061. Gregor. VII. qui anno 1073. Clemente III. qui anno 1188. Innocentio IV. qui anno 1243. & aliis, quarum concessiones (vt ipſe Paulus V. affirmat,)refert, & confirmat Gregorius Papa XIII. ſuo Apoſtolico diplomate, mutata tamen, &c.) eorum omnium oris noſtrum confirmans aſſertum: & poſt alia ſubdit ille Paulus Benedictum XI. qui ſedit ann. 1304. Ioanne XXII dictum XXIII. qui ſedit ann. 1410. Nicolaum V. qui 1447. Sixtum IV. qui ann. 1471. omnes Indulgẽtias à prædeceſſoribus elargitas confirmaſſe, atque in vigore antiquo ſuo ſtabiliſſe. Horum ergo, inquam, omnium conceſſione repetitã Paulus noſtrum confirmat aſſertum; namque ſi eorum Bullæ paulò legantur attentiùs, non modò declarare conceſſionum nobis Indulgentiarum antiquitatem, ſed & primã Ordinis Carmelitarum inſtitutionem à Magno Propheta Helia produſſe comperietur. Sic Sixtus IV. Imò in litteris Pauli teſtimonium adeſt euidenter oſtendens Ordini olim Heliæ multas Indulgentias fuiſſe conceſſas, ſæculis ante Aymericum (qui floruit anno Chriſti 1226. plus minuſve Patriarcha Antiochenus,) multis, ad quem nimis ignari veritatis, Carmelitarum aduocant exordia. Vt videantur conuicti quaſi nouatorum pediſſequæ, in falſo aſſerto ſuo de nouitate Religioſi ſtatus, & Religionis Heliæ ex teſtimoniis auctoritatis omnium maximæ, quæ etſi non ſit quaſi ex fide diuina tenenda, at inſra limites humani teſtimonij quod maius minusve adducere poterit, quod ſpeciem tantorum etiam teſtium, horum & dignitatem euincat?

Paul. V. cit. Bull. Greg. XIII. ſuo . . . Romæ die 18. S. . . anno 1577.

Ex Prophetæ Danielis, & Sanctorum Patrum aſſertis; aſſertum ſtabilimus.

PRÆAMBVL. VII.

1. VNicis, & tantis re in iſta pro dignitate teſtibus datis, inane nonnullis duceret plures adſcire, & ad alia peruolare; verùm ne in poſterum in hoc argumenti genere vlla vel ſupercilioſis, & mundi ſuperſit ambigẽdi ratio, rem notiſſimam ab ipſa Dei Virgine Matre teſtatã, (cui ſubſcribit Eccleſiæ ſanctæ acceptio, Apoſtolica ſuaſio, diuerſa traditionum, imò aſſertionum monumenta confirmant, ſapientiſſimi quique fatentur, & veriores narrant hiſtoriæ, ſequentibus teſtibus non dedignabimur obfirmare.

2. Ioannes Iuſtinianus, ex Prædicatorij Ordinis ſacro, ac nobiliſſimo fonte, refert, cuidam Carmelitæ Epiſcopo dubitanti, an liceret celebrare feſtum cuiuſdam fœminæ honeſtæ, cui Suſanna nomen, apparuiſſe Danielem Prophetam vt eum de probata Suſannæ ſanctitate certiorem efficeret. Poſt hæc, ait Iuſtinianus idem, quod miratus Epiſcopus (Danielem videns antiquã Monachorum Carmeli veſte indutum) ab eo cauſam ob quam Heliandum habitu ſe ie oſtendiſſet cerrom

Nicol. Bertrandus in Chronic. Toloſano.

sciscitatum esse, respondisseque hæc verba Danielem: *Omnes fere Prophetæ huius Religionis filij, fuimus a tempore Samuelis.* Visionem referunt, & probant (cùm acceptioni Ecclesiæ, & doctrinæ non obstet) plures tum domestici tum exteri auctores. Ex qua conficimus Propheticum testimonium de Monachorum exordio in Magno Propheta Helia Tesbite diuo.

Videndus Franc. à S. Maria in histor. Prophetica lib. 2. c. 41. a n. 6.

3. S. Hieron. epist. 13. ad.

S. Hieronymus, *Noster*, ait *Princeps Helias, noster Elisæus, nostri Duces filij Prophetarum*, &c. Hos autem fuisse Monachos sub institutore Elia assertor est

4. S. Isid. lib. 8. offic. c. 9.

S. Isidorus iis verbis: *Vnde ad Monachos studium finxerit paupertatis, vel quis huius conuersationis extitit auctor, cuius habitum imitantur*, &c. *Quantum attinet ad auctoritatem scripturarum huius propositi Princeps Helias, & discipulus eius Elisæus fuerunt, siue filij Prophetarum.* Conspirat ad idem assertum

5. S. Io. Cass. li. 1. instit. Monach. c. 2.

S. Ioannes Cassianus: *Monachum*, aiens, *vt militem Christi accinctis lumbis iugiter oportet inceaere; hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis huius fundauère primordia, Heliam scilicet, & Elisæum, diuinarum scripturarum auctoritate monstratur.*

6. S. Cyril. li. ad Eusebiũ Eremitarũ Mõtis Neroi Priorem.

S. Cyrillus Constantinopolitan. Presbyter & tertius ab Aymerici reformatione Prior Generalis in Carmelo, Sic: *Illo itaque tempore, quamuis pauci, verumtamen probatissimi Monachi nostræ Religionis dimissis mansionibus, quas habebant in vrbibus, & villis, hunc Carmelum Montem non deserentes, iugiter in eo, & quibusdam aliis Eremis terræ sanctæ permanserunt sub disciplina Monasticæ vitæ per Heliam Prophetam instituta.* His similia verba refert sæpè Heliam nuncupans Carmelitarum Patriarcham.

7. S. Bernard. in expos. cap. 1. Regulæ S. Bened. ch. Vval. tom. 3 de Sacram. c. 89.

S. Bernardus ad hæc: *Attende benè quod in veteri Testamento Helias & Elisæus; in Nouo verò S. Ioannes Baptista, postea tandem tempore Apostolorum horum Monachorum inuentores extiterunt.* Vide testimonium aliud eiusdem S Doctoris apud Waldensem nostrum.

[illegible] S. Mach. ser. ad Monach.

S. Macharius sic: *Duos viros magnificos exordium Monastici Ordinis protulisse credimus, quorum vnus igneis equis in cælos raptus legitur; alter verò prophetasse antequam natus sit. Primus, Helias Pater noster extitit*, &c. *alter verò Ioannes Baptista*, &c.

9. S. Anto. 2. p. Summæ tit. 16. c. 1. §. 4.

S. Antoninus memorans duorum fratrum genera approbata, Cœnobitarum vnum, Anachoretarum alterum, qui vitam Eremiticam ducunt: de illis ait: *Hi sub Elisæo sumpserunt initium.* De istis verò: *Isti ab Helia exordium habent, cuius imitator Ioannes Baptista erat.*

Cætera ad rem sanctorum Patrum testimonia & loca, vide vbi de Patriarchatu Magni Heliæ ad omnem Religionem Ecclesiæ egerimus.

* *
*

Probamus idem ex Patriarcha Ioanne 44. Abbate Trithemio Vniuersitate Cantabricensi, & Doctoribus nobilissimis.

PRÆAMBVL. VIII.

1. Ioan. 44. lib. de institut. Monach.

IOannes Patriarcha Hierosolymitanus 44. numero à S. Iacobo, toto libro suo de institutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium nihil aliud penè contendit, quàm sanctissimum Heliam Carmelitanæ Religionis ostendere Ducem. Etenim sic capite secundo fatur: *Hic Propheta Dei Helias, Monachorum Princeps primus extitit, à quo sancta eorum primæua institutio sumpsit exordium: ipse enim obtentu contemplationis diuinæ, longè ab vrbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis exuens, Religiosam, & Prophetalem vitam Eremiticam, primus hominum à proposito ducere cœpit, quam Sancto dictante, & mandante Spiritu, inchoauit, & instituit.* Porrò hanc Monasticam vitam ipsum instituisse idem Patriarcha Ioannes cap. 10. eruditè colligit, ex illis Ecclesiastici verbis: *Prophetas facis successores post te.* Nam etsi, vt ait ipse Ioannes, verba hæc facta fuissent, eo quod Dei præcepto vnxisset Elisæum, & sui hæredem reliquisset Spiritus, vt nonnulli declarant; tamen eorum germaniorem vult esse sensum, ipse Patriarcha, Prophetarum nomine accipiendum, nõ futura vaticinantes; sed eos qui tunc in Canticis, & Hymnis sacris, ac musicis instrumentis, Deum laudabant: id quod vt ait idem Auctor, non obscurè colligitur ex verbis illis Paralipomenon: *Dauid & Magistratus exercitus, segregauerunt in ministerium filios Asaph, & Eman, & Idithun, qui prophetarent cum citharis, & psalteriis, & cymbalis, secundùm numerum suum, dedicato sibi officio seruientes.* Et post pauca: *Idithun in cithara prophetabat super omnes confitentes, & laudantes Deum. Monachos ergo*, concludit Patriarcha, *laudantes Deum vocat Heliæ successores.* Quid apertius in rem nostram?

Io. Patr. c. 2.

Eccli. 48. v. 9.

3. Reg. 19. 17

Vidend. c. 1. per totum.

1. Paralip. 25. 1.

v. 3.

2. Trithem. de laud. Carm. c. 2.

Trithemius Abbas Spanheimẽsis Benedictinus celeberrimæ notæ auctor, rem fusè toto suo de laudibus Carmelitarum singulari libro enodans, notissimè monstrat nostri Ordinis ortum, & successiuum ab Helia Propheta Magno decursu illius, vsque ad annos Christi Iesu 1220. sed capite 2. in hæc verba prorumpit. *Helias Propheta Domini eximius rectè, & Catholicè fundator Carmelitanæ Religionis dicitur, si eius facta ex libris Regum, absque inuidia, discutiantur* &c. *Triplici autem ratione ostenditur quod istius obseruantiæ Princeps habeatur Helias, à loco videlicet, ab habitu, & conuersatione. Cùm ergo nomen Ordinis a loco sumitur, meritò Carmelitarum Princeps Helias memoratur; quia mons Carmelus cuius ille habitator extitit, huic Ordini vocabulum dedit.* Hæc, & his similia multa sparsim ad rem adducit iste auctor ingenuus toto suo de laudibus Carmelitarum libro, maximè capite 2. & 3.

3.

Deinde, iam olim, anno Christi videlicet 1374. indictione 3. Pontificatu Gregorij XI. ce-

lebre fuit vulgatum decretum in fauorem huius veritatis publico de re instrumento Notarij manu contexto, ad instantiam florentissimi Cantabrigensis Petheorij præsente eiusdem R. Cancellario Io. de Donhelico, cum Doctoribus multis Ordinis varij, præsertim Rogero Falestey Augustiniano, Io. Barnebaco Minorita, & plurimis aliis, artium S. Theologiæ, V. I. & Philosophiæ Magistris, qui scripto, assensu, & vnanimi consilio discretorum, & Iurisperitorum nobilissimæ illius vniuersitatis subscripsére. Ex occasione, quod temporibus Pontificis præfati Gregorij, Marianæ Religionis æmuli quidam, antiquitati eius detrahere conantes (& quidem tam tum cauta non tam verbis agebatur quam pugnis, & manibus, quod fœdum est dictu, vt vsurpare possimus Ennij illud:

Ennius à Lezana nostro cit. lib. de immacul. V. Concept. in Pro.

Tollitur è medio sapientia, vi geritur res.
Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetant.

Et sanè inter Lycei celebris scholares classicum sæpè super negotio cum scandalis, person. bat) irridebant ergo nos Heliæ successores, & hæredes appellandos. Qua super re ex prouidentia debita Cancellarij, & Doctorum cognita & discussa veritate, nobilissima Academia decreuit, Wastelio teste, *Non solum Carmelitas, Heliæ & Elisæi imitatores esse, sed veros potius eorum successores, & legitimos hæredes appellandos fore.* Confirmauit Pontifex Summus decretum, sed tamen fœtidissimus, & dissolutissimus Witclephus, antiquorum denuo fictionem reuocans, audacibus verbis, in Carmelitanum Patriarchatum, & vetustatem inuexit, sed stetit in eum validus Waldensis ensis, calamusque Cherubici illius Thomæ latè, validéque defendens, nos ab Elia, & Elisæo originem, infracta successione deduxisse semper, firmitérque probans Monasticam professionem in Helia, & Elisæo Prophetis, in Lege veteri exordia sumpsisse: eandémque esse hanc Carmelitanam Religionem cum illa, quæ quondam in monte Carmeli ab his Patribus initia sua cepit. Omnia Triumphalis huius Doctoris opera probauit Martinus V. P. O. M. & Cardinalium obsfixit decreto, post solemnium virorum examen exactum.

Petr. Wast. quæst. 41. sup. Apol. in Baton. exemplar instru mentı fideliter adfert.

Wald. Cat. vetend. to. 1. c. 9. de Sacramentalib. c. 89. per tot. contra contumelias Wycleffi.

Martin. V. in Bull. *Placuit* dat. Rom. Pontif. an. 8.

At vt ad Doctorum aliorum testimonia deueniamus, plura omissuri, primum sibi vendicet locum Ioannes Molanus, sic aiens: *In Arabia raptus S. Helia Propheta Domini, & Carmelitanæ Religionis Patriarcha*; & eadem sæpè verba repetit. Vide loca ad marginem data.

4. Io. Molan. in Martyrol. 20. 17. Iulij, & 1. Octob. in S. Eutychio, & 12. Ian. in S. Io. Hierosol. Patriarch.

Adijt post eum Philippus Hieropolitanus Abbas, datus à Paleonidoro: *O Carmelitarum,* ait ille, *Religio, quam magna facta es in domo Domini! Numquid olim à modico Fonte Heliæ Dei Prophetæ principium non habuisti? sed nunc in magnum fluuium excreuisti. Tu olim plantata in eremo, facta es ciuitas plena populo.*

5. Philip. ad illud Io. 1. *misereri Iudas.* [illegible]

Stet Gilbertus Genebrardus Benedictinus, qui reiiciens Polydori sententiam tempore Aymerici Carmelitis exordia dantis, hæc verba subtexit: *Sed eorum* (aiens, & tu subaudi Carmelitarum) *origo altius repetenda est, nempe à Propheta Helia, & Elisæo, qui Carmelum montem terra sancta primi consecrarunt, & discipulos ibi reliquerũt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat: in Europam eum postea adduxit Albertus Patriarcha Hierosolymitanus: primi sunt Mendicantium.* hæc Genebrardus.

6. Genebr. lib. 4. Chro. ad an. 1180. Polyd. Virg. lib. 7. c. 3. de inuentor.

Iodocus insit Clicthouæus, sic: *Memoria proditum est, vt Scholastica refert Historia, Heliam Thesbiten de Tribu Aaron progenitum, primum Religionis huius fuisse auctorem*: Et infrà: *Et hi qui primum Carmelitano Ordini præstiterunt originem, vt Helias, & Elisæus, ex Iudæis nati sunt, &c. constat itaque antiquiorem Carmelitanæ Religionis, quam aliorum Ordinum esse originem, & ratione exorali cæteris præstare.*

7. Clicthou. to. concion. de Sanctis, ser. in comitiis Prou. Carm.

Eraldus Carthusianus accedat: *Helias Propheta auriga Israel, & origo Religionis Carmelitanæ, Elisæo viuente, rapitur.* Hæc Eraldus ex Sigiberto Gemblacensi.

8. Erald. Fasc. tép. in ann. à Christo 390. & 450. & ab orbe condito 1494.

Ægidius Camartus de Helia Thesbite loquens, sic ait: *Fuit Religiosorum omnium Patriarcha, & Carmelitarum Parens.* Et ad finem sectionis subiungit: *Adde sanctissimam Monasticæ vitæ disciplinam, quâ innumeros discipulorum greges erudiuit, vt ex eo ortum fuerit quidquid vnquam posteriora sæcula per vniuersam Christi Ecclesiam frequentarunt.* Hæc Minimitarum Generalis sapientiâ insignis, & religione ingenuus, meritò videndus toto suo de Gestis Heliæ Thesbites opere.

9. Camart. lib. cit. c. 9. sec. 2.

Ad hæc tandem, nunc vt alios sileamus, Io. Carthagena, ex Franciscana Minorum familia sancta: *Certè quemadmodum in scientiis edocendis prima eorum principia non probantur, sed supponuntur, tamquam lumine naturæ per se nota; ita Prophetam Heliam primum sacræ huius Carmelitanæ Religionis institutorem fuisse (B. V. ad eius conseruationem speciali[ter] cooperante, primitione eius, instar perit[issimi] architecti fundamenta iecisse, probat[ur] e[x] [illegible], cum tam quam rem [illegible] sancti Patres teſtentur, Summi Pontifices subscribant, ac diuersarum nationũ monumenta contineant.* Et passim auctor idem vt eamdem stabiliat propositionem eadem repetit ferè verba; at sequentia non omittamus: *Neminem quempiam in dubium vertat huius sacræ Religionis alumnos, Heliæ & Elisæi successores & descendentes esse, quamuis plures Sedis Apostolicæ mihi suffragantes in medium testes producere possem, vt Sixtum V. concedentem priuilegium huic Religioni ob cultum de Helia, tamquam de vero eius Patrono recitare, Iulium II. Gregorium XIII necnon Ioannem XXII. qui omnes ab Helia, & Elisæo, iure hæreditario, hanc sacram Religionem originem ducere constanter affirmant: solius Sixti IV. P. O. M. recitabo.* Ex dabimus vbi de singulari V. Matris tutela sermo misceatur.

10. Io. Cart. to. 4. Hom. [illegible] l. Carm. lib. 17.

Hom. 1. 2. & [illegible]

Iul. II. Bul. ad *sacr. Ord. B. M. de Monte Carm.* Greg. XIII. Bul. *vt laudes*, cuius [illegible] Ioan. XXII. Bul. [illegible] IV. Bul. *dum attenta.*

Demum non abstat ab istis Hispaniæ decus, & Augustinianæ familiæ lucidum sydus, Basilius Poncius à Leone, sic fans: *Ad Heliam, & Elisæum, & filios Prophetarum Carmelitanæ Religionis primordia, & immobilia fundamenta refert meritò Hieronymus.* Ecce tantus Doctor testem asserti nostri dat D. Hieronymum, illique adhæret. Et omnibus istis Maturinus Pignoronæus sic canens:

Incola Carmeli primus fuit Ordinis Auctor
Helias.

Quid nunc & adhuc latiora videbis.

11. Basil. [illegible] de Matrim. lib. 7. c. 1. Pignoron. in anagraph. Cat.

Prosequimur eandem probationem facere ex Doctoribus Societatis Iesu.

PRÆAMBVL. IX.

1.

AMori, & reuerentiæ erga hanc illustrissimam Iesu Societatem innatis & iure debitis à nobis hîc meritò debebamus (quasi qui primarum litterarum, & morum rudimenta in sæculo,velut à pectore tantę matris exuxerimus) lectorem,hoc in Paradisi ingressu nostri singulari detinere præambulatione, ad probationem asserti nostri, ex Auctoribus è Societate tanta petitam: quasi equidem ex iis, qui tum inter sapientiæ melioris, & eruditionis omnimodæ aquileges omnes,tum etiam inter pręstantes Ecclesiæ operarios sacros, ad Euangelij vocem, & opus nouissimè diebus nostris adscitos, sublimiorem sibi omni iure vendicant principatum: quique in studiis optimarum literarum viriliores effecti strenui sunt Catholicæ omnis veritatis indigitatores, veterúmque Doctorum indagatores, & euolutores incócussi & infatigabiles.

Ex his ergo Doctoribus tantis ex hac diuinissima Societate,pro re nostra fidelissimos opus est producere testes: primúsque inter omnes pulset arenam sicut Sapiens sanctus,sicut pietate,sic eruditione refertus Eminentissimus ille Cardinalis Bellarminus, suo solo nomine sat celebratus. Is, de vitæ genere, quod Magnus ille Propheta, & primus Monachorum Princeps Helias sectatus est agens,sic ait: *At vitam Eremiticam, sanctam, & perfectam, & Deo placentem esse probatur primo,testimonio Scripturæ, quæ vehementer laudat Heliam, & Ioannem, qui Eremitarũ Principes fuère.* Quódq; ea vita huiusmodi ad Religiosum Monachorum pertineat statum, iis verbis affirmat: *Vita Eremitica est culmen,& fastigium status Religiosi.* Vt autem probet (in sectarios hæreticos dicentes Religionis statum, nouum quid esse adinuentum in Ecclesia Christi) antiquissimum illius ortum, sic ait: *Habemus deinde in eodem Testamento veteri Heliam & Elisæum, & filios Prophetarum, sine vxoribus, & diuitiis in hoc mundo vixisse.* Quod vt confirmet, dat S. Hieronymi verba affirmantia, hos Monachos fuisse,sic: *Filij Prophetarum,quos Monachos in veteri Testamento legimus.*

Rob.Bell. li. 2.de Monac. c.5. & c.29. §. *at vitam.*

§.2.ratio.

Cap. 5. cit. lib.

S. Hier. ep. ad Rusticum ordine 4.

2.

Franciscus nunc,post eum, Suarius prodeat, tanquam clarissimum cæli Theologici lumen: *Multorum sententia est,* is ait, *statum Religiosum, antiquiorem esse statu legis gratiæ.* Et à paucis sic pergit: *Præcipue in Helia,& Elisæo,& aliis Prophetarum,qui in collegiis habitabant.* Idem Suarez tamquam ex aliis inductus, alibi huic sententiæ opitulatur. At verò & alibi eruditior Angelicus iste Doctor effectus, eandem ex mente propria sic confirmat: *Est autem valde recepta, & fatis antiqua traditio Religionē hanc* (de Carmelitica fatur) *à temporibus Prophetarum, & signatim ab Elia institutione suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit. Quam traditionem suscipimus vt veram* (pergit ipse) *præcipue quia septem Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregor. XIII. Sixtus V. & Clemens VIII.* (his iam adde Paulum V.& Vrbanum VIII.) *in Bullis huic Ordini concessis de Professoribus sacri instituti ita loquuntur: Tanquam Religionis speculum, & exemplar magna charitate fulgentes, sanctorúmque Prophetarum Heliæ & Elisæi, & aliorum Patrum, qui Montem sanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem habitarunt, successionem hæreditariam tenentes,*&c. *Vnde* (nunc Suarius) *Sixtus V. huic Religioni concessit quod Heliam & Elisæum tamquam suæ institutionis Patronos colerent, dies festos in honorem eorum celebrando, propriaque officia in eorum memoriam recitando, quod ipsa Religio studiosè seruat, & in ipso Officio nomen,& solemnitatem Patroni Heliæ tribuunt.* Et pergens vlterius Doctor idem ait §. 13. *Nam ex quo Elisæus iussu Dei vocatus est ab Helia, & illum sequi cœpit, & perpetuò ministrauit,* &c. Et post pauca: *Heliæ ministerio successit, vnde in huius rei signum filij Prophetarum venerunt in occursum eius cùmque adorauerunt.* Hæc ad fidem citati loci verba,Suarius.

Suar. tom. 3. de Relig. li. 1.c.1.

Lib.3.c.3.

Alibi tomo videlicet 4. de Relig.po-[illegible]

Verba sunt Lamenticum, [illegible] S. [illegible] IV.

[illegible] §.13.

4 Reg.3.

3.

Iacobus Salianus, postquam in suis Annalibus plurima de Ordinis Carmelitici institutione ab Helia,Elisæi vocatione, vnctione in Prophetam,vt Heliæ Patris muneri,& prælaturæ succederet: (non equidem spiritu prophetandi,quia non est hominis, sed Dei Prophetas efficere, id est,absconditorum Dei conscios, qualis Elisæus: *Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.*) postquam de inuectione pallij,quã deinceps, (vt est Salianus interpres)habitum, statúmque vitæ commutandum esse ab eo præsignabat: de commendatione Patris Heliæ pro obedientia Elisæo præstanda à suis celsioribus illo audiendo tamquam omnium Præposito, & Religiosæ disciplinæ Magistro ab eodem Helia signato: & demum postquam peregerat, quod illo tempore floruisset in Monte Carmelo Helias, cum Religioso suorum discipulorum choro, & aliis, in Cœnobio quod ad ipsum suncam affixit Heliæ tamquam viuentis, inter alia §.44 sic ait: *Per medios vt qui tanti torrentes delectos Prophetarum, & Religiosorum in Carmelo, totáque Cananitide manipulos, sui æmulos, atque imitatores proposito ad cælestem vitam monasticam,ac contemptam traducendam adduxit.* Et §. 45. addit *Ne quis nostrũm hoc beneuolentia potius gratiâ, erga Religiosissimum Carmelitarum Ordinem, quam veritatis testimonium putet, quod eos sanctissimi Heliæ discipulos,atque institutores agnoscamus,audiamus Sixti IV. RR.Pontificis constitutionem, anno à sacrosancto Christi Natali 1477. editam.* Est hæc testimonium illud Pontificium relatum iam retrò in asserto Suarij Patris. Post quod subiungit confirmationem Clementis VIII. & Sixti V.in quibus præcipitur, nos tanquam de Patronis colere debere Heliæ, & Elisæi Patris memorias, dies agere festos, eósque propriis officiis honorare.

Salian. Annalium [illegible] mũdi 3119. [illegible] 3139.n.8. & [illegible]

2.Petr.2.21.

Anno sedecimo Orbis 3135.

§.44.

Clem. VIII. [illegible] bull. [illegible] confirm. [illegible] Carm.

4.

Ludouicus Alcazar loquens de Helia,post alia sic ait: *Quippe non virginalis pudicitiæ, sed vita etiam Religiosæ fuit,* [illegible] Paucissimisque interiectis addit: *In Helia vitæ Apostolicæ exemplum enitescit,& vita puritas.*

In Apoc. c. 11.§.3. Nota [illegible] illud [illegible]

Gregorius

5. Gregor. t. 1. to. 3. disp. 10. q. 4. punct. 1.

Gregorius de Valentia, contra hæreticos sectarios (nouum quoddam in Ecclesia Dei figmentum esse Religiosorum statum, dicentes: & non a Christo, & Apostolis eius subliniorem sui perfectionem accepisse) probans, in veteri lege huius excelsi propositi, & vitæ primæuam institutionem, sic ait. *Nazaræos peculiaribus votis Deum coluisse, in Numerorum libro proditum est: atque etiam in libris Regum cum laude commemorantur Cœtus Prophetarum, qui in locis desertis singulari quadam vitæ seueritate Deo seruiebant, ex quorū numero Elisæus, relictis parentibus, ac cæteris rebus omnibus, cum Helia secessit in Eremum: ac ipse etiam Helias peculiari habitu succinctus, eius modi institutum profitebatur.* Ibi Gregorius qui in confirmationem adducit Hieronymi locum; *Noster Princeps Helias* &c. & repetit eadem lib. de rebus fidei hoc tempore controuersis, controuersiâ de statu, & votis Religiosorum c. 1.

Num. 6. à v. 4.

S. Hierony. epist. 13.

6. Sanct. in lib. 3. Reg. c. 17. n. 12.

Gaspar Sanctius sic: *Hinc* (è Carmelo) *opinor ortum habuerunt antiquum, & nobilem, qui nostro æuo Carmelitæ dicuntur, viri Religionis gloriâ, & sanctitate conspicui. Quod vt credam facit, non solum illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans, & perpetua traditio,* &c. *Sed præter traditionem, sunt alia multa, quæ ad hanc cogitationem plurimum adferunt momenti: Doctorum nimirum, non tantum ex illa religiosa familia, quorum numerus ingens; sed externorum, quos longum esset numerare, grauis auctoritas: & tam veteres, quàm recentes Historiæ, & Ordinis antiqua monumenta. Accedit ad hæc PP. summorum iudicij grauissimum pondus, qui sacrū hunc Ordinem ab Heliæ disciplina, atque instituto exordium habuisse testantur.* Et annumeratis singulatim quos adduximus in Suario concludit eos omnes affirmare, nos *ab Helia, atque Elisæo hereditariam successionem tenere.*

7. Fern. de vision. vet. test. vil. 9.

4. Reg. 1.

Antonius Fernandius sic: *Ab eo tempore quo in Monte Carmelo accepit cælitus ignem Helias pro sacrificio, sedem sibi in eo posuisse,* &c. *Religiosam ibi duxisse vitam, cui plures alij adhærebant, qui dicti sunt Filij Prophetarum. Post raptum vero Heliæ accepisse Elisæum Religiosam Præfecturam illam, indicio est, quod assumpto Helia reuersus fuerit in Montem Carmelum, & ibi à Filiis Prophetarum adoratus, vt Pater cui deinceps obedientiam essent præstituri. Hinc est quod hos duos, Heliam scilicet, & Elisæum agnoscant plurimi Patres, appelléntque Principes, ac primos Parentes Religiosæ vitæ.* Et adducit ad confirmandum quæ dixerat, locum S. Hieronymi epistola 13. cum de se, & cæteris Monachis loqueretur dicens: *Noster Princeps est Helias,* &c. & locum S. Cassiani lib. 1. *de Cœnobiorum institutis*, asserentis Heliam, & Elisæum Religiosæ vitæ fundauisse primordia. Ioan Bonifacius, sic: *Hanc autem Carmeli recessus antiquissimam esse familiam eiusque primum Patrem Heliam, Virginem autem Mariam Patronam singularem facile sibi persuadebit qui illius libri auctorem leget, quem ipse fratri suo Caprasio nuncupauit.*

4. Reg. 2.

S. Hieron.

S. Cassian.

8. Bonifac. in Mariali l. 2. cap. 1.

Adductis istis, nequimus ad rem nostram aliorum nomina saltem non adducere, & loca Doctorum ex eadem illustrissima Societate, qui horum mentem imbiberunt, nostrúmque assertum stabiliunt, vt constet quantum iure suo tantis Patribus & Doctoribus è Societate Iesu debeat Ordo Carmeli Marianus. Landem ergo sunt vt multos alios omittamus, effugiendo vt consulamus fastidio, veritatem contestati ex Sacra hac Societate Petrus Canisius *cap. 2. de corruptelis verbi Dei in hæreticos agens.* Heribertus Rosvueidus *in notis ad vitam S. Pauli n. 4. & 5.* Serarius *in Tribæresi lib. 3. c. 9. & 10.* Ioannes Bulæus *opere de statibus, agens de Eremitis.* Cornelius à Petra *Gen. 5. v. 24.* Gualterus *in Chronologia sæculo 3. Tabula 6.* Possevinus *lib. 5. BB. Selecta cap. 49.* Petrus Oxeda *in informatione Hispan. pro Concept. Virg. immacul.* Christophorus Castro *in prologomenis ad 12. Prophet. lib. 4. c. 5.* Maldonatus *in cap. 8. Matthæi,* & alij plures, cum quibus tandem Tirinus egregius, *in Comm. ad 3. Reg. capit. 17.*

Canisius. Heribertus. Serarius. Bulæus. Cornelius. Gualterus. Possevinus. Oxeda. Castro. Maldonat. Iac. Tirinus.

Testes alios damus subscribentes asserto, vt fixiùs veritas roboretur.

PRÆAMBVL. X.

1.

OBruebamur equidem graui, etsi nobilissimo auctoritatum pondere pressi, & grauissimorum testimoniorum nos iam copia superabat, quia dum quæ ad illustrandum nostrum opus inquireremus, tanta rei auctoritatum frequentia, & tantus sese nobis testium vltroneus numerus offerebat, vt nimis diffusi cùm hac in parte nobis ipsis visi essemus, excreuitséque sine fine latiùs longam nobiscum asserentiū de institutore Helia phalangem, dum vrceum facere cogitabamus, finxisse amphoram manus inueniebat. Quocirca, ne in tot recensendis auctorum verbis, post tam graues allatas auctoritates nimis morosi effecti, lectoribus oneri essemus, ab opere supersedisse fuit opus. At enim ne vlla supersit deinceps hostibus ambigendi vel rimula breuis, nonnulla hic Doctorum nomina dabimus, loca, ad quæ insaturabilem malignantis affectus sui sitim expleturus ingenio hebes si quis fuerit asserti nostri inimicus aufugiat. Vt ergo illius fides ex numero, & testium maiestate concrescat, & ne pauculorum calculo eruncatur (summa enim vanitas esset, ex aliquorum testimonio, vel nihil dicentium, vel ex ignorantia aut fabulositatis, seu nouitatis sibi testantium, certi erroris conuincere velle ingentem, & illustrissimam Doctorum phalangem, & aciem, non tantum ex Carmeli classe deductam, sed maiori ex parte, ex nobilissimis aliis diuersi status in Ecclesia Sanctorum, quæ Carmelitarum antiquitatem, & infractam ab Helia, & Elisæo Patribus nostris, & Monastici instituti Principibus successionem aperto, vt aiunt, Marte propugnauêre.) Super eandémque veritatem subscribentes, præter adductos, videnda in primis varia Pontificum summorum diplomata ab allatis, Generaliū cōciliorū acta. Chronicon Romanum: Eminentissimus Cardinalis Sedis Apostolicæ Legatus ex Episcopo Anconensi, & Canonico Regulari Iacobus à Vitriaco Memoriali suo: S. Petrus Thomas datus à Carthagena hom. 2. de laudib. Carmelitarum lib. 17

obiectione

obiectione 5. Polydorus Virgilius Vrbinas, de inuentoribus rerum lib. 7. c. 3. B. Ioan. Sorethus Carmelita Commentariis in Regulam Alberti, Michaël & Galbinus in epistolis. Vvernerus Rolelineus Carthusianus lib. 7. c. 13. Vincentius Rouelinchus Carthusianus etiam in Fasc. temp. qui extat inter antiquitates Germaniæ, Carolus Fernandius Benedictin. lib. de laud. Car. Guillel. Eitengrenius centuria 1. Tract. de cœlibatu, & Monachis. Antonius Abbas Vercellens. com. ad c. 7. Cantic. Timotheus Bottoni in vita S. Hugon. Cardin. cuius verba fusiùs noster Italico axiomate refert, in apolog. pro lib. Trithe. de laud. Car. Iodocus, & Ascensius Badius Commen. in Parthenices Mantuani nostri lib. 2. Paleonydorus Bataauus lib. 1. c. 6. & toto (passim lib. Trimetrico de antiquit. Car. Fernandus Castillus Dominicanus 1. p. Chronic. Ordin. Prædicator. lib. 6. c. 65. Guillel. Posthelus lib. de vniuersitate, titulo de Syria. Paulus Morigia Iesuatus de origin. Religion. lib. 1. c. 30. Baptista Glanus, Augustinian. in hist. Pontific. in vita Deodati I. ad an. 615. & in vita Honorij III. ad ann. 1216. Ioan Baptista Confectius in tum. Priuilegiorum Mendicantium c. 7. Iacob. Middendorpius Procancellarius Coloniensis Lycei in hist. Aromatica, c. 1. Oliuerius Bonartius Iesuita. Com. in Ecclesiastic. ad c. 48. v. 1. ad illud *Surrexit Helias*, & de eo plura, vtque ad Com. vers. 18. vbi comparat cum Ioanne Baptista Heliam 21. similitudinibus egregiis & de Eliseo præclara enodat. Petrus Wastelius apolog. pro Io. Patriar. 44. contra Baronium, in epist. Dedica. & ad Lectorem, & toto sæpe (passim libro Sed videndus c. 47. Matthæus Galenus, & Ferreolus Locreus in Mariali. Maturinus Pignoroneus in Anagraphe Carm. & in commendatione Ordin. Aubertus Miræus in prologomenis ad lib. de orig. Ord. S. Augustini. Sibertus de Beka. Philip. Ribbotus. Ioan. Grossus ibi vbi à Trithemio dantur de laud. Car. c. 2. Augustinus Torniellus Congreg. S. Pauli Cleric. Tom. 2. Annal. Sacror. ab orbe condito ad an. 3139. 5. Mundi ætatis ann. 117. n. 2. qui non audet traditionem, imo quam vocat assertionem hanc firmam Carmelitarum de Helia eorum institutore negare. Augustin. Barbosa adstipulare videtur, lib. 1. Iuris Ecclesiæ vniuersi, c. 41. de Religiosorum Ordinib. n. 24. Montis Aragonij Abbas Carilhus in Chronologia lib. 6. ad ann. 1582. in Elogio S. Theresiæ. Ioan Gazus Franciscanus ser. S. Theresiæ. Iacob. Rebullosa Dominicanus ser. S. Theresiæ. Angelus Manriquius Cisterciensis Ordinis Generalis Magister in vita V. Annæ à Iesu lib. 1. c. 1.

2. Et quidem præter adductos testes (quorum rescula pars à Carmelitis consultò recepta est, quosque tantos & tales ab omni æuo, ab omni orbe litterario qui non audit indignus est vt à nobis audiatur,) circa Auctorem, originem & successionem ab Helia, & Eliseo & alia ad res nostras pertinentia, non defuêre innumeri alij, imò Vniuersitates, & Religionum statuúmque diuersorum alumni, qui non modò suis sæculis defenderunt cursim, & comprobarunt id quod contendimus istic, sed & ingenij sui monumenta, libros integros, & plures post se posteritati typis datos reliquerunt. Ita vt nulla sit in Ecclesia Dei Religio, nullus Ordo conspicuus; qui res gestas originem, & progressus Carmelitarum cū viris & testibus suis ingenuis non commendarint. Huc eos aduoca quoque omnes, quos dibimus, dante Deo, cùm de Monachatu Baptistæ Ioannis agemus. *Præamb. 21.*

Rationibus item asserta probamus.

PRÆAMBVL. XI.

1. NOn satis nobiscum egissemus, si rationibus etiam rem, etsi notam multis non contendissemus solidasse. Paucas tamen ex innumeris, breuitati gerere morem cupientes referendas eligemus: Nam, Cicerone teste: *Nil est in historia pura, & illustri breuitate dulcius.* Et certe cùm in referendis Heliadum gestis, quæ est prima illius operis mens anacephalæosi vti decreuerimus, stultum esset in iis Præambulationibus (quæ quasi vestibula sunt ad nostri Paradisus ingressum necessaria) nimis effundi: vel Spiritu sancto dicente: *stultum est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.* Sed tamen coacti fuimus, hoc de Religiosi status Archipatriarchatu Heliæ Patris asserto, insolito multum effluxisse, propter importunam oblatrantium hæreticorum vocem, qui nouellam garriunt esse Ecclesiæ plantationem in Ecclesia Dei Religiosorum statum. *Cic. lib. 1. de Orat.* *2. Machab. 2. 33.*

Sint ergo rationes primæ ex Carthagena extero auctore desumptæ. Is tantus Doctor Seraphicæ familiæ lumen excelsum, iure nostro deuinctus, vt rem probet sequentes adducit: *Eremum, ait, S. Hieronymus habet vnumquodque propositum, seu institutum Principes suos* Satis vtique cunctis exploratum est nullam esse Religionē, quæ non recognoscat aliquem suum auctorem à quo primordia sua deducat: Carthusiensis S. Brunonem, Benedictina S. Benedictum &c. Sed vniuersa Carmelitarum Religio semper venerata est, tamquam primos sui institutores Thesbitē Heliam, & Abelmeulit an Elisæum nec alium aliquem tamquam primum recepta est Patronum, ergo nemo nisi nemo sit, & cum ipsa velit pugnare ratione id poterit denegare. *Carthag. lib. 17. homil. 1. de laud. Car. homil. 5. S. Hier. ep. ad Paulinum.*

2. Eiusdem est auctoris hæc ratio secunda. Antiquus in Religionibus inoleuit mos sæpe appellationes suas à sede sui desumere ortus, in qua primitùs fuit obseruatum propositum vitæ; vt inde ad cæteras mundi partes effluesceret, vt à Cluniaco Cluniacensis, à Cistercio Cisterciensis, &c. Cùm ergo diua hæc Religio, Carmelitana nuncupetur, manifestum est à Carmelo Phœniciæ monte, in quo sumpsit initium, & à quo in alias orbis est deriuata partes nomen accepisse eam.

3. Deinde, qui ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano primam Carmelitici Ordinis fundationem esse volunt, ipsimet fatentur, Albertum Ordinem iam quasi prolabentem sua tantum Regula coercuisse. Qui verò ab Aymerico Ordinis istius primordia putant, ipsi liberè concedunt, hunc tempore Alexandri III. Carmelitas per nemora & Carmeli eremos dispersos, in vnum Cœnobium congregasse, & ad commodiorem vnam viuendi normam redegisse. Quique à

Ioanne

Ioanne Hierosolymitano Patriarcha, circa annū Domini 400. Regulam accepisse docent, ipsi quoque admittunt, illum antequam Carmelitis Regulam traderet, eorum institutum fuisse amplexatum, imo & auctor ipse satis apertè id ad initium libri sui, in illis ad Caprasium verbis demonstrat: *Nequaquam posset hac ratio plenè verborum doctrinà nisi ab experto tradi: neque etiam à te totaliter percipi, nisi eam pari studio, ac sudore per experientiam apprehendere laboraueris.* Ac si diceret propria periphrasi: sicut ego expertus, sudore, & studio Monastico, sub disciplina hac ab Heliæ vita, & sacra scriptura deducta, apprehendere, vt perciperem, laboraui. Alij tandem qui Carmelitici Ordinis initia ad Apostolorum tempora referunt, nullum certum auctorem assignant, nec explicant, quando, & quomodo id contigerit: ergo ex dictis manifestum est, fuisse Heliam huius propositi Carmelitici Coryphæum, & Antesignanum & Principem.

Cap. 1 lib. de instit. Monachorum.

4. Ad hæc, si B. Virgo Maria (vt constat ex auctoribus vitæ S. Petri,) reuelauit B. Petro Thomæ, vt in eius vita legitur, Ordinem istum Carmeli duraturum vsque in sæcula mundi nouissima, manifestum est, hoc non posse verificari de alia Religione, quàm de ea, quæ nunc nuncupatur S. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quę eadem totaliter est cum illa, quæ ab Heliano Carmelo initium sumpsit, vt multi allati testes probant, ex Ioanne 44. & communi modo loquendi Summorum Pontificum apparet.

Ioan. 44. lib. de institut. c. 28. Summ. PP. in Bullis suis.

5. Accedit, extare Apostolicæ Sedis decretum, cum Cardinalium consilio, à Sixto V. editum, in quo cautum est, quod Carmelitarum Religio Heliam, & Elisæum sui instituti vt Patronos, veneretur, vt dictum est suprà, & in eorum memoriam dies agat festos, propria eorum recitet officia: nunc ergo, inter alia quæ in Heliæ Patris festiuitate per Sedem Apostolicam approbatā decantantur, ille insonat hymnus:

Præamb. 9. in testimonio Suari.

Hic sacri est ductor columen, decúsque
Ordinis nostri, superísque gratus,
O Pater salue, placidusque charos
Excipe alumnos.

6. Fit etiam de eodem Helia in toto Ordine Carmelitano commemoratio qualis soli Patrono, ac Ordinis auctori debetur: de ipso prætereà Missæ sacrificium, tamquam Patrono celebratur. Concessio equidem, cùm sit viuus adhuc Helias, vnica & in Orbe singularissima, & quæ non sine grauissima vndique consideratione, & discussione in re maturè facta à Pontifice Summo ex proprio motu id decerneret, statueretur cum Cardinalium consilio; nam Spiritus sanctus dixit: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*, siue vt Græca Lectio habet: *Ante mortem no beatifices quemquam.* Quis ergo nisi temerè dicat, Pontificem, vt sic, errare posse in approbando pro Patrono, & fundatore alicuius Religionis eum, qui re vera, nec fundator, vnquam nec extitit Patronus? Certe in rebus Ecclesiæ decernendis Orthodoxorum Doctorum paræmia est, Pontificem Summum haud errare posse. Nec quidquam dicere refert (etsi verum esset, hæc non aliâ nixa esse firmitudine, quàm eâ quam accipiunt à Carmelitarum auctoritate, & attestatis, nam certè 14. q. 2. *sup. prudent.* habetur Monachos posse testificari in causa sui Monasterij,

Eccli. c. 11. v. 30. Lectio Græca.

Quia illi, vt textus rationem rei reddens, ait, *potissimum in testes sunt assumendi: qui eadem negotia tractauerunt.* Maximè quòd cùm de hac antiquitate immemoriali sit in toto Carmelitarum Ordine traditio, prudenter est standum ei, vt rationes multæ præscribunt; nam si cùm quis possidet rem aliquam, bona dumtaxat fide, per triennium perpetuo illius præsidio gaudet, vt habetur 16. quæst. 6. cap. *præscriptionum*: multo rationabilius, Religio habens præscriptionem à prædecessoribus suis, de antiquitate fundatoris, & fundationis illius per sæcula multa præsidio talis antiquitatis gaudere debet. Consultò nulla facimus repetere hic, quę ex Ioanne 44. c. 2. diximus, & quæ ex aliis capitibus adducere ad rem possemus; sufficiat capitis hîc 28. titulum adducere, sic: *Monachi Carmelitani Christiani, eiusdem Religionis sunt cum Monachis in veteri Lege ab Heliano Carmelo institutis.* Huc usque Carthagena eisdem penè verbis, nil tamen de substantia mentis detractum illius est.

V. d. Bald. l. sup. n. 3. Felin. ibi n. 1 v. *est enim regula de testib.* Butriū n. 3. Conradū, & alios in præam. 9. 2. de testib. 6. Rubrica *Personam* l. *etiam aggrediendo.*

7. Hinc educ, quàm falso antiquitatum Carmeli oppugnatores Aymerico Antiocheno adscripserint Patriarchæ Carmelitarum institutionem, cùm tantum fuerit illorum restitutor, & reformator, vt Onufrius Panuinius affirmauit, id quod & alij grauissimi Doctores tradidère, vt Polydorus, Sabellicus, Genebrardus, Guillielm. Tyrius, Auctor Theatri vitæ humanæ, & alij à nobis suo iam loco relati, & inferiùs referendi. At inter eos apertè D. Cyrillus Constantinopolitanus, cuius verba habes in Carthagena famigeratissimo auctore. Educ etiam quàm sine fundamento Baronius Monachatus, & Cœnobiticæ vitæ primas tribuat Antonio Magno Abbati, & non Heliæ Magno Prophetæ (cui omni iure aliati Doctores non solum Monachū fuisse concedunt, sed & diuino inspirante spiritu, adeò firma Monasticæ viæ fundamenta iecisse, vt nulla vnquam temporum iniuria, illa sit ausa diruere; sed conseruatam esse inconcussa successione, Deo dante in dies incrementa maiora & meliora vsque in præsentem horam) cùm sit manifestum ante Antonium, qui anno floruit Christi 300. plures in Ecclesia Dei Monachos fuisse: pateàtque Diuum Damascenum quinquaginta annis antè asseruisse, Dionysium Monachum fuisse, primumque ex Monachis Summum Pontificem assumptum, & electum anno 267. vt etiam tradit Eusebius, id quod Genebrardus, & Baronius, in seipsum iste militans, testari sunt. Et tradit Eusebius idem, eisdem temporibus nō paucos Cœnobitas dispersos in speluncis & cauernis terræ, ob Tyrannorum persequutiones latitasse. Prætereà, quod inter opera Dionysij Areopagitæ, qui floruit Apostolorum sæculo, legitur epistola ad Demophilum Monachum: & in libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ ipse ex professo explicet formam, & modum obseruari solitum in habitu Religioso tradendo, & ad professionem acceptando in Cœnobiis. Et quod Cassianus, & Genebrardus affirmant, à tempore primitiuæ Ecclesiæ fuisse varia Monasteria Cœnobitarum, qui in communitate degebant, quæ perstitère vsque ad tempora Antonij, & Pauli. Vnde S. Athanasius refert, ipsum Antonium à quodam illorum Monasteriorum Sene petiisse, vt sub eius illum disciplina cooptaret. Accedit

Pan. in Chron. Eccl. ad an. 1141. Polyd. Virg. de inuent. l. 7. c. 3. Sabel. lib. 6. Ænead. 9. Genebr. lib. 4. Chronic. ad ann. 1185. Tyrius lib. 5. c. 4. contin. belli sacr. Theatrū vitæ humanæ vol. 21 f. 411. S. Cyril. ep. ad Abb. Ioachim. Carthag. lib. 17. ho. 2. obiect. 5.

S. Damascen. in vita S. Dion. Papæ. Eusebius in Chronic. ad ann. 267. Geneb. ann. 267. Baron. to. 2. an. 261. Euseb. cit. loc. Vide S. Dionys. de cælest. Hierarch. c. 6. part. 1. 2. & 3. vbi sermo de Monachis. Cassian. coll. 18. c. 5. & in Prolog. ad Cast. Genebr. lib. 3. ad an. 139. S. Athanas. in vita S. Antonij Abb.

us, quod de Eugenia S. affirmant S. Hieronym. & alij, fæmineo scilicet mentito in virilem habitu, prope Alexandriam Monasterium fuisse Cœnobitatu ingressam, quod contigit, iuxta computa Baronij, anno Christi 188. & insuper addit idem, Monachos illos Essenorum fuisse successores: quos multo antiquiores Antonio fuisse Baronius ipse testatur. Antoniumque per quemdam ex Essenis successorem Monachum instructu in Monasticis fuisse. Itaque idem auctor non audens firmiter Antonium primũ Cœnobitarum *institutorem* vocare addidit, *vel restitutorem*.

S. Hier. in vitis Patr.

Baron. to. 3. ad an. 328.

Audiant ergo nunc Carmeleæ antiquitatis osores D. Bernardum, à nostro Waldense Diuo in hæreticos agente, datum, dicentémque, *Quosdam esse qui cum manifestum lumen veritatis obnubilare non queant, de solo nouitatis nomine cauillantur.* Et paucis additis: *sileant ergo qui in tenebris lucem iudicantes vos arguunt nouitatis ex abundantia malæ voluntatis.* Hæc Bernardus.

S. Bern. ep. ad Fratr. Monte Dei Car. Waid. to. 3. de sacramẽtalib. tit. 9. c. 39. n. 2. & 3.

8.

Caueant igitur nouitatum dilectores in foueas ne incidant, & hæreticorum laqueis ne irretiantur asserentes, nouum quoddam esse in Ecclesia Dei inuentum Religiosæ propositum vitæ. Nos equidem, qua licuit diligentia, insudauimus eorum, & inuidorum ora obstruxisse: satis in adducendis testibus (præter stylum) hac nimis in parte diffusi, queis detrahere vanum, & temerarium sine dubio esset. Nam si duorum hominum testimonium verum, iure recipiendum est vt ex lege patenter habetur; quanto magis id quod tot illustrissimis testibus constabilitur? tot summorum Pontificum testimonio roboratur? tot firmatur sæculis? & non solum in Ecclesia Dei, sed & apud Barbaras gentes traditione imò, & assertione comprobatur firma: Numquid fictum, & inane esset, quod tot diuinis testibus, & humanis Doctoribus vetustis, & recẽtioribus habetur? Nunquid suspecti habendi, qui rem in Hæreticos, & Ecclesiæ perduelles hostes agentes, istam sunt tutati sententiam, quæ quidem pro gloria per se sine dubio militat Ecclesiæ Christi? Nunquid tot varij Ordinis grauissimi viri in scribendis his, si vera haud essent, libris integris defatigarentur? Tot Pontifices errarent, aut in constantibus decretis suis decepti essent? Absit. Nunquid veris reuelationibus tot retrò sæculis in Ordine receptis, gratis deneganda fides? Nunquid sanctissimam, immaculatam, & sine labe conceptã Mariã Dei genitricem labis mendacij quis vel insolentissimus, vel impudentissimus hæreticus arguere tentauit? Horreat animus cogitare hoc. Ipsa, ipsa veritatem de Patriarchali Heliæ gloria contestata est: ipsa sufficiebat: sufficerint ergo cum illa tot nobilissimi, & ingenui testes, vt sileant noui, & veteres nostri Ordinis antagonistæ, & digladiatores, nisi digito leui velint omnem solis lucem obtenebrare.

L. de testib. c. in omni negotio. & c. licet vniuersis. tit. cod. & l. vbi numerus. ff. de testib.

Obiicimus contra asserta, & obiecta extricantur.

PRÆAMBVL. XII.

1.

INstabit quis in assertũ de Fundatore, & Protoprincipe Carmelitarum Helia, tot, tantisque testibus, omni maioribus exceptione fulcitum. Quod ex testimonio quodam S. Cyrilli Constantinopolitani, Tertij Prioris G. Latinorum Carmelitarum de Aymerico loquentis facile conuincatur: Religionem Carmelitarum exordia sua accepisse non in Helia, sed in Aymerico Antiocheno Patriarcha. Verba hæc sunt Magni Patris Cyrilli. *Statuit enim* Aymericus, *quod ex ipsis* (Carmelitis) *vnus, qui diceretur Prior, deinceps eis ita præesset, vt quilibet aliorum obedientiam ei voueret, sub cura cuius, & regimine omnes viuerent, quibus, antea licet semper vnus ex eis præesset, quem Abba lingua Syra, & Patrem Latina appellabant, sub regimine cuius manebant, & cui etiam tanquam Patri secundum institutionem obediebant: non tamẽ se alicui voto speciali prius obligauerãt, donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primo ad hoc adstrinxit.* Ita Cyrillus. Ex his facile nonnulli cõuincere tentãt: quod ante institutionẽ Aymerici, non fuerit vera Carmelitana Religio, cũ Cyrilli S. verba insinuent, ipsum Aymericum primordia dedisse in ea, emissioni voti obedientiæ: & cum nulla possit esse vera Religio sine huiusmodi voto, in quo, & duobus alijs, paupertatis scilicet, & castitatis solemniter emissis formalis stat, & essentialis Religionis ratio veræ: iuxta id ergo merito sibi videntur asserere Aymerici tẽpore primordia sumpsisse veram Carmeleã Religionem Heliæ. Et quidẽ cùm sit Cyrillus vnus ex illustrissimis Carmeli Doctoribus fidelis amicus Dei, vt eum vocat Molanus, doctrinâ præcellentissimus, vt eum vocat Waldensis, Sanctus, & apprimè in litterarũ antiquioribus monumẽtis exercitatus, magni sane testimonium eius videtur habendum, & ab eius assertis abesse non nisi temeritatis periculo fieri videtur, sed tamen Cyrilli verba ad rigidam sunt trutinam aduocanda eorumque sensus in causam nostram, iusque aperiendum iure.

Cyrill. epist. ad Euseb.

Molanus in Martyr. 6. Martij. Waldel. cap. 22. ep.

2.

Ne tamẽ hac re labia nostra à nobis sint, nodũ eorum extricet sapientissimus Doctor, è Seraphica familia, Carthagena. Is, illa verba discutiẽs: *Fateor, ait, tamen ex hoc D. Cyrilli testimonio non colligi ante Aymericum non fuisse solitum votum obedientiæ emitti à Monachis Carmeli: solum enim illi quos improbos vocat Aymericus in prædicto testimonio D. Cyrilli) vt liberius viuerent renuebãt obedientiæ emittere votum, reliqui tamen verè ex antiqua Ordinis consuetudine, & iure illud emittebant, cum veri cuperent esse Religiosi. Aymericus vero constrinxit omnes quotquot boni erant, siue improbi Monachi, illud votũ emittere, cum antea permissi fuissent nonnulli non emittere votum: idque solum indicant verba Cyrilli si syncerè perpendantur. Nec mihi persuasit Carthagena vlla ratione persuadere possem, antiquos illos Monachos ab Helia institutos, tria vota substantialia Religionis non emisisse. Namque præter quam in lege veteri receptum, vsque firmatum fuit vouisse Deo, vt tradit Waldensis, & constat clarè ex Genesi, Psalmis, Leuitico, & Deuteronomio, certè Religionis vota obseruata fuisse in veteri lege testatur Origenes, Isidorus, & copiosius Caiet. ius* Hæc Carthagena. His adde, vt ab iisdem Cyrilli verbis rem claudamus nobis, perpendentibus verba Cyrilli, satis firmatam visam esse Carthagenæ sententiam. Etenim loquens S. Doctor de improbis illis, & filiis nequam (de quibus certè nescimus quã ra-

Carth. lib. 1. ho. 1. ob. 7. de laud. Car.

Wal. doctr. lib. 3. ar. 3. c. 21.

Gen. 28. v. 2.

Psal. 131. v. 2. Leuitic. 27. v. 2. v. 16.

Deut. 12. & 23. v. 21.

Orig. ho. 11. in c. 2. Leu. Isidor. lib. 2. offic. c. 4. Caiet. de conuers. Dei. c. 21.

tione

[illegible] obedientiæ voto sese abdicarent, cum castitatis & paupertatis sese duobus aliis adstringerent, [illegible] libertatis forent amatores nimij, & difficiles ad Religionis aratra venire possent, propter [illegible], vel propter sibi [illegible] & humilitatem. O quitos nunc videmus tribus votis adstrictos, qui cum facillimo negotio castitatis, & paupertatis Religiosi [illegible], nec dum in minimis Maioribus parêre, nisi difficilè flectuntur! Sic ait *Intelligens autem* subaudium Aymericus, *quosdam eorum, qui ex Occidente venerant, spretis seniorum monitis, non rectè ambulare*: Et paucis adiectis: *Ipsis omnes per obedientiæ vinculum colligauit*. Hæc sunt in Cyrillo verba notanda: *quosdam qui ex Occidente venerant*, forsan iam [illegible] longæui, qui [illegible] quodam Religionis desiderio permoti, vt paupertatē profiterentur, [illegible] de cibo, & potu, & vestibus à Religione suppeditatis: & castitatem aliquantulum colerent, saltem carne, & [illegible] fatigati, nescimus quo genere forsan vt Religiosi apparerent inter Religiosos quodammodo degentes, non obedientiæ voto subiecti, sed votis simplicibus forsan castitatis, & paupertatis: [illegible] omnes, improbos, inquit, & bonos [illegible] *Obedientiæ* [illegible] vt cum cæteris bonis, ipsi quoque perfectionem Religiosæ vitæ profiterentur *per obedientiæ vinculum colligauit*. Vt vniformes omnes vitam [illegible] Religionis viuerent professione.

3. Præterea, vt rem [illegible] concludamus apertam, qualis est Aymericus, qui Carmelitas collegialiter viuere instituit, normamque eis viuendi normā præscripsit anno 1120 sub Pontificatibus Calixti II. vt testes sunt Paleonidorus, & Thomas a Iesu, nō dedisse primordia huius Ordini sacro: cōstituet illam apertum, quod ante eum Leo IV. anno Christi 848. Adrian. II. an. 867. Stephan V. an. 885. Sergius III. an. 902. Ioan. X & Ioan. XI. qui sederūt an. 913. & an. 931. & Sergius IV. qui sedit an. 1009. varia Ordini Mariano concesserāt priuilegia. Nec aītē quis in dubia vertat, tē probet Greg. XIII. qui sedit ann. 1572. In sua Bulla *Vt laudes* cuius authenticū exēplar habes in Archiuo nostro Cæsaraugust. [illegible] illa omnia quæ omnes prædecessores eius cōcesserāt cōpendio claudit, & confirmat: de quo meminit [illegible] Carmelitarum hostis quondā Hier. Rom. Imò qui veritatē antiquitatis nostræ requirere & exquirere velint ab Aymerico maiorē esse, inclytos Senatus ciuitatis Etruriæ perscrutent Annales, a quibus accipient Carmelitas anno Christi Iesu 797. Sacellum S. Nicolai quod colunt hunc vsque ad diem, priorum ciuium [illegible] possidendum accepisse, Lucio teste.

4. Sed forsan iterū alter insurget inquiens Monastricæ vitæ Coryphæos, & [illegible] haud fuisse Heliā, & Elisæum, quia nullā Carmelitis tunc cōscripsēre regulā, & ex [illegible] nec vocē Religiosorum formā habuisse [illegible] fidissimi pedissequi, qui floruēre vsq. ad tē. [illegible] Ioannis XLIV. qui primus scripto regulam Carmelitis porrexit. Hanc facile occurrimus in eo, quod nō sit specialis Regula de essentia perfectæ Religionis status, vt Doctores asserunt. Ad primā ergo oppositi partē nil obstat Heliā Prophetā non exhibuisse scripto regulā suis, præter eam, quā S. Cyrillus Carmeli Prior affirmat eos ex virtute sua accepisse: dū ait:

Sacri huius Ordinis Professores institutionē suam in diuinis Script. [illegible] *Religionis* [illegible] *Prophetis cōmendatam, & multis sacrorū voluminū testimoniis approbatam.* Quæ [illegible], & [illegible]: Certè Principem fuisse [illegible] religionis Carmelitanæ nihil prohibet, regulam [illegible] si non dederit illis. *Quid enim, ait Trithem. si regula eorū nō habuit, qui ante regula fuit.* Videmus B. Dominicum Ordinē Prædicatorum instituisse, & regulam illi nō suā, sed August. Patris dedisse, sic Cistercienses, Carthusiani, & alij multi, qui alios habuēre in Principes insignis propositi sui, alios verò in legislatores. Nec plures desūnt in Ecclesia Dei, qui sine regula certa Ordinis extitēre, successu tēporis acceperunt regulam. Quot annis in Ecclesia viguit S. Hieron. religiosus Ordo, qui à S. Hieron. suo regulā non acceperit, vsquedū Lupus quidā Oliuet. Hispanus eiusdē Ordinis Generalis, sub Martino Papa V. ex variis sanct. Patris doctrinis [illegible] regulā [illegible] quot sunt Ordines, qui [illegible] Sanctorū titulis insigniti, a quibus regulā non habēt. Ratione nō absimili, etsi Helias Carmelitis suis scriptā regulā non exhibuit, eis tamē profundo [illegible] exēplo regula fuit, quem locū, & habitum, & nomē cōcessisset, vt prius ipsi quā regula extiterent, & ad exēplar Heliæ, & filiorū Prophetarum, ipsi sibi regulā [illegible]. *Inde* ait Trithem. *vitā Heliæ, ac filiorū Prophetarum* [illegible] *regulam regulariter* [illegible] *Religionum Patrē, pro posse suo sequātur: solitamen Carmelitæ* [illegible] te Trithem. *S. Religionis Carmeliticæ reticulū mōstrat, in qua capiuntur multi saluandi.* Vt in Bulla Ioannis XXII. quam Sabbatinam vocamus, a Virgine promissam habetur in illis verbis: Virgineis ad Ioannem: *Quod qui in sancta perpetuo* [illegible] *obedientia paupertate, & castitate, vel qui sanctum hunc intrauerint Ordinem saluabuntur.*

5. Præterea Basilius Orientaliū, & Benedictus Occidentaliū Euangelicorum Monachorū, post Eliam, PP. Franciscus & Augustinus sub quo militat S. Dominicus, non aliam quā Euangeliū Christi Iesu regulā habuēre, ex quo vitæ suæ [illegible] te normā [illegible] Christi Euangeliū fuit regula perfectissima, ergo Heliæ, & Elisæo, sequacibúsq; suis Carmelitis, a Christo lex illa Euāgelica data, [illegible] potuit esse Lydius, ad quē omnē vitæ suæ acta dirigerent, quia vt Trithem. de illis loquens dixit: *Erāt viri in multarū virtutū* [illegible]. Et à quo tanti Principes Religionis [illegible] [illegible] quæ norma fuit vitæ Carmelitis, Christi præcedētibus [illegible] traditione a senioribus communicata [illegible] memoriæ explorare, id quod nos Trith. me docuit, vt fusius de hac re loquamur vbi cōcessū fuerit de variis regulis Carmelitarū.

Paleonid. lib. 3. c. Thom. de [illegible] Iesu. F. P. O. M.

Adrian II. Stephan. V. Sergius III. Ioan. X. Ioan. XI. Sergius IV. Greg. XIII.

Roman. in Rep. [illegible] 6. c. 10.

Lucius in [illegible] à Trith. contexto.

In 2. 2. q. 9 & sup. 2. 2. q. 187. S. Cyril. lib. de perf. [illegible] Car. & [illegible] Abb. Ioachinum.

Trith. c. de [illegible] Car.

Trith. c. [illegible] Car.

Trith. c. [illegible]

Trith. c. 3. Carm.

Trith. c. 4. [illegible]

Religionem ab Helia S. P. N. in Carmelo plantatam: constitutam fuisse in obseruantia trium votorum essentialium asserimus.

PRÆAMBVL. XIII.

1\. VIrtutū, sanctitatis & perfectionis vniuersæ emporium, Magnū fuisse Propheta, Patrē & Principem nostrum Heliam, palàm fit innumera legentibus, quæ a sacra Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus de eius virtutum insignibus referuntur, de quibus vidēda loca & auctores ab Ægidio Camatto citata pro his qui res gestas Heliæ Prophetæ scripserunt vel tractarunt. Ex quo non modo eum, cum Elisæo suo, & filiis Prophetarū (quos vocauit vetusta illa ætas) paupertatem, & obedientiam, vtcumq; seruasse credendum, qui sic sublimiorem perfectionis verticem pertingere æstuabant, sed & voto sibi, & suis illas firmasse compertum [illegible] Deo. Docet S. Thomas sic: *Perfectionis opera magis sunt laudabilia si ex voto celebrentur*. Nunc quamquā in Sacris hæc Patris Heliæ suorumque vota expressa non extent, constabit tamen ex sequentibus ab illis voto professa firmissimè fuisse.

2\. Sanctorum est concors assensus, & docetur ab Ang. Doctore, Christū Regē Deum Religionē suam longo interuallo Heliana & cæteris omnibus perfectiorē & sine dubio omniū lineam primam in illis instituisse verbis: *Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me.* Vbi nulla certè fit votorū expressio tamen SS Doctores fatētur vnanimes ibi fuisse substrata vota: Imò expressum est Sanctorū Patrū dogma, quod Helias, & Elisæus, & Prophetarum filij illa promiserint & emiserint in primis S. Hieron. sic fatur. *Helias igneo curru raptus ad cælum, melotem reliquit in terris; Elisæus boues, & iuga [illegible] in vota.*

3\. Ioannes Hierosolym. nihil aliud probat apertiùs, quàm quod Helias Propheta per abrenūtiationem diuitiarū, castitatis puritatem, & voluntatis propriæ abnegationē ad perfectionem vitæ Eremiticæ peruenerit, voto firmatis virtutibus istis. [illegible] Patribus, qui de firmata paupertate, castitate, & obediētia ab Helia & Elisæo, [illegible] vota [illegible], tamē id ex [illegible] manifestū.

4\. [illegible] S. Lucæ: *Nemo mittens manū ad aratrum. Aratrum* [illegible] *boues ad est. Religionis vota fecit.* Et idē auctor affirmat: *Nazaræos castitatis votum* [illegible] *quidā* [illegible] ibidē Lyra, & Abul.

5\. Bellarm. fatetur Nazaræorū vota: & quod hos Patr. Ioann. vocauerit Monachos, sicut S. Hieron. Helia & Elisæū vocauit Monachorū Duces, quā omnē doctrina teretur libro cōtro. [illegible] Vbi Rechabitas inter Monachos ponit, de quibus nō habet affirmare peculiari vitæ ratione diuino se cultui mancipasse, præter cōmunē obseruantiā legis.

6\. Dum Suarius, vir equidē sapientiæ & Grauitate [illegible] factus, qui fama [illegible] laudibitur: sic scribit: *Ante legē nouā in vsu fuisse tria illa vota in quibus substantia Religiosi status cōsistit, verisimile videtur.* Et vidēdus, & [illegible] inferius c. 3. & tom. 4. vbi apertiùs sententiā nostrā [illegible] amplectitur, priorē tomi 3. de [illegible] explicans ad rem de fundatione veteris Religionis ab Elia: & tomo 3. de S. Ioanne Bapt. affirmat, esse valde credibile, quòd votum castitatis emisisset: ergo valde quoque debet idē esse credibile de Helia Propheta, in cuius spiritu & virtute præcursor Angelus ad vitæ, & lucis auras accessit.

7\. Iacob. Salianus introducens Heliā cū discipulis loquentē, eósq; ad obediendū, post raptū suū, Elisæo, adhortantē, sic: *Hunc tamquam è cathedra Moysis loquentem audietis, & in eius manibus vota vestra offeretis Deo.* Et ad annum 3127. n. 2[illegible] de Elisæo loquitur sic: *Et quidē Patre, & Matre, cæterisque necessarijs derelictis, in signum Religiosorū Christi Dominum [illegible] sequentium, & Deo sese sub Prælati obedientia consecrantium* [illegible] *& bobus omissis, & c parētibus, & mundo valere iussis*, &c. Et n. 39. *Animas cum corporibus suis obtulerunt Deo* loquitur de Helia & Elisæo ibiq; vota expressè designat; nā non nisi per castitatis votū, ex Angelici Doctoris doctrina, corpus offertur Deo: sicut anima per votū obedientiæ. En verba Angelici Thomæ *Habet homo bonum corporis quod aliquis præcipuè offert Deo per votum continentiæ.*

8\. Gregorius a Valentia, vbi dixerat de Nazaræis, Deū peculiariter coluisse votis, vt prædicat Num. 6. subiungit: *Atque etiam Heliam peculiari habitu succinctus, zona pelliceā einsmodi vitæ institutum profitebatur.* Quasi diceret, vouit Deo sicut Nazaræi, deuinctus. Huc se iungat [illegible] Nazaræorū votis firmasse. Mēdoza adnotans Nazaræorū vota antonomasticè vocari grādia, [illegible] *in diuinum cultum mancipabant* [illegible], quod qui iē corpore fiebat, [illegible] D. Tho. doctrina adducta.

9\. At nunc in specie de Helia, & Elisæo nostris agentes, rem ex eodem Angelico Doctore firmare liceat argumento quodam: *Virginitas*, ait, *secundum quod [illegible] propositum voto firmatum* [illegible]. Quis ergo dubitabit virginitates Heliæ & Elisæi, quas Patres vt nitas ad [illegible] virtutes fuisse: ergo voto firmatæ fuerunt ab eis.

10\. Quarto: Salus Valentinus Secunda de Helia, & Elisæo, & filiis Prophetarum [illegible] mittens eos Monachos veros votis Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis vocat adstrictos, his verbis: *Frayle fue Elias, y el primero que entre los hombres hizo voto de castidad*, &c.

11\. Sed iam ratione probetur, & quidē sit prima. Quòd cum sic in lege veteri fuerit venerata cōtinentiæ virtus, vt videre est apud Chrysost. ho. 79. in Matth. incredibile suasione videtur, nullum tot inter summam functionis gloriam, fulgētia sydera, Patres, votis eam veneratum fuisse. Et quid sine dubio ex his fuit primus Helias, vt vnanimes Doctores affirmant, tanquā de eo, quē S. Chrysost. *Prophetarū primū*, id est, sanctitate celsiorē & Theodoret. *Maximum Prophetarum* appellarū: hoc est, virtutibus omnibus præstātiorē præstantissimo ex hominibus puris, Virgine dēpta.

12\. Præterea, si Helias, & qui eius vitæ propositū religiosum, ab eo tamquā Patre, & fontali omnium Religionum, qui futurus erat, origine receperit, in Castitate, Paupertate, & Obediētia se Deo dicauit, cū omnes illi nō ignorarent gratissima fore Deo, & latè meriti magni propositum suum voto

Camatt. vita de [illegible] lect. 1. & 2 de Tesbit. Helia.

S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 4.

Matth. 19. 21.

Ep. 11. 28. ad Lucinum.

Ioan. [illegible] cap. 9.

[illegible] Num. [illegible] Lyra. [illegible]

Bellar. [illegible] de Monach. c. 5.

Io. 44 lib. cir. c. 4. Hiero. epist. [illegible] Contro. de statu & votis Religiosorum.

Suar. li. 3. de Relig. to. 3. & c. [illegible] Suar. tom. 4. [illegible]

Suar. tom. 3. [illegible] de [illegible] cast. cap. 1. [illegible]

Salian. to. 4. [illegible] 3139. n. 11.

S. Thom. 2. 2. q. 86. ar. 2.

Greg. a Valen. [illegible] Num. 6. v. 21.

Mend. [illegible]

S. Thom. 2. 2. q. 152. art. 4.

Salus. in vita S. Onufr. Reg. c. 18.

S. Chrysost. homil. 59. in Math.

Chrys. serm. de Helia. Theodor. or. 9. in c. 4. Daniel.

firmasse: cumque apertè scirent, hanc votorum emissionem, multum intersuturam ad continendam lubricam nostram voluntatem, in prauum omne natura procliuissima, in omni recto: quis dubitat tantos viros selectos de gente Hebræa, sapientia, & ingenij acumine, cæteram exuperantes plebem, queis non latuit hoc grauius bonum, ad hos cælestes fines votorum fulcris & paxillis non se obfirmasse? maximè Monasticæ Duces vitæ Heliam, & Elisæum, qui certè ex iugibus cum Deo alloquiis, & lectione Sacræ Scripturæ, diuitias, vberrimásque gazas in votis Monasticis imbibitas apertè norunt. Quare credimus valde rationi, & Diuinæ paginæ consonum esse diuinos illos viros cælesti ductos lumine, votis tribus Monasticum institutum cōstabilisse; maximè cum Helias Monasticæ professioni speciali Dei reuelatione dederit initia, vt testatur S. Isid. Sozom. Niceph. Carthag. & multi alij grauissimæ notæ Doctores retrò vocati.

Nec id vel in minimo quidquam detrahit de gloria V. Matris Dei Mariæ, cùm sit ipsa inter fœminas prima, quæ Virginitatis votum emisit, vt est concors SS. Patrum mens; etenim S. Isidorus sic fatur: Virorum Virginum caput est Christus: fœminarum Virginum caput est Maria. S. Thomas: *Consiliorum* (ait) *obseruatio quæ per gratiam Dei fit, etsi perfectè quidem incepit in Christo* in gratiæ lege; *aliquo tamen modo fuit initiata in Virgine Matre eius.* Num ergo fuisse Virgines ante Christum derogat aliquid ab excellentia virginitatis suæ? in qua primatias tulit Christus vt fatur Origenes qui verus, maximus, & certus fuit Dominus, Sanctorum Sanctus, & omnis perfectissimę Religionis, & virtutis Coryphæus, per quem, cum quo, & à quo, qui fuerāt ante eius aduētum: qui fuere in eo, & qui futuri sunt vsque in omnis sæculi fines, facti sunt sancti, Virgines, obedientes, pauperes, casti, & perfectissimi Religiosi. Ergo nec vouisse Heliam ante V. Matrem, derogabit de excellentia sublimissimæ virginitatis suæ, voto firmatæ, & vel post partum seruatæ, in qua, vt ex Alberto Magno S. docet Antoninus: *Nec solum hominum viatorum, sed etiā Angelorum castitatē excessit. Est enim primo multiplicior, quia Angeli solū eam habent in Spiritu nō in corpore, quo carent: sed B. Maria, in vtrisque est Virgo. Est secundò nobilior, & vtilior, quia angelis est naturalis, vnde nec meritoria; in B. Maria est gratuita, & meritoria. Est tertiò gloriosior, quia in Angelis, quasi necessaria in Maria voluntaria, & cū victoria.* hęc S. Antoninus. Queis addimus, quod etsi virgo Maria non habuerit in hac parte pugnam per tentationem à carne, habuit tamen eam ab hoste quo sæpe deuicto palmam meruit Virginitatis sublimissimā pręhominibus, & Angelis. Et quidem, quia tam sublimior, præ cæteris, futura erat Mariana Virginitas, figurata fuit in multis, id quod notarunt S. Ambrosius, & S. Irenæus: de quibus videndus est Martini Simi Mariale, & Antonius Spinellus.

Adhæc, cum singulariter apud Nazaræos inter viros, & fœminas, vota fuisse Virginitatis constet ex Num. c. 6. in eo *Vir siue mulier cum fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare.* Quę quidem etsi ante Virginis ortū emissa Marię Virgini non detraxère, similiter nec vouisse Heliam, ante eā. Nec ex hoc sequatur, quod inter homines Helias & inter fœminas Mater & V. Maria non fuerint Principes vouentiū Virginitatē, non side Virgine loquamur: quemadmodū Christus Dominus Princeps fuit sapientiæ, & omnis generis virtutis & sanctitatis perfectissimę, vt diximus supra, etiāsi ea multi sapientes, sancti, & virtute pollentes viri præcellerint, sic V. Maria in Virginitatis voto prim[illegible] tenuit vt in cæteris virtutibus; etsi præcesserint eam alij, & aliæ multæ emittētes idem, vt Helias, & Elisæus, & quiquis eos, vsq. ad Virginis Mariæ tēpora, in Prophetica professione, in Carmelo ab eis instituta, sequutus est. Nā cū donis Spiritus S. abundè prędita esset, & sapientiâ interea illustrata meliore, ab initio vsus rationis propositum habuit Virginitatis seruandæ, efficaci, & absolutā voluntate, vt rectè S. Thom. & Suar. probat: cumque virginitatē nosset sibi esse meliorem, Spiritu sancto eam ad id mouente, vel prævîâ reuelatione (licèt edocta de futuris veris sponsalibus cum Iosepho) propositum suum non dubitauit firmare voto, vt S. Bernardus satis apertè demonstrat.

Merito ergo ex hoc, eius Virginitatē excelsam sancti Patres mirabilibus encomiis ad astra tollunt. Etenim Ecclesia Dei eam *Virginem virginū vocat* S. Iacob. Liturgia, *Virginum gloriam.* S. Ambros. *Magistram Virginitatis:* & alibi *Imaginem Virginum, & speculum castitatis.* S. Epiphanius, *Principem Virginitatis.* S. Ioann. Damasc. *Thesaurū.* S. Cyrill. Alex. *Virginitatis coronā.* S. Ildephōs. *Fastigium omnium Virginum* & alibi, *Caput* & antè, *Exēplar perfectæ Virginitatis.* S. Petr. Chrysol. *Regina totius castitatis, quia Virginitatis decus, & Matris pertulit dignitatem.* S. Ephrem, *Coronam Virginum & Sanctorū omnium.* Idiota, *Virginitatis principia.* S. Anselm. *Matrē Virginitatis.* S. Bern. *Signum magnū* & alibi, *Primiceria.* Albert. Magn. *Virginū Matrē.* S. Bonauent. *Signiferam, florē & decus Virginū,* & alibi, *Primitiuam Virginū.* Alan. *Sigillū* & alij innumeris aliis titulis eam coronāt. De quo videndus Ioann. Carthagena, in Syllabo Epithetorū Virg. Mariæ, cōpacto ex Patribus, & sanctis Doctoribus. Nos iā redeamus ad nostra.

Prosequimur probare votorum essentialium emissionem ab Helia, & Elisæo, specificè deflectentes ad ea.

PRÆAMBVL. XIV.

SAnctus Isidorus de paupertate Heliæ alloquens, sic interrogat: *Vnde ad Monachos studiū fluxerit paupertatis; vel quis huius cōuersationis extitit auctor; vel cuius isti* (Carmelitæ) *habitū imitantur? Quantum attinet ad auctoritatem veterum Sanctorū, huius propositi Princeps est Helias, & discipuli eius, qui habitabant in solitudine, & faciebant sibi domunculas iuxta fluenta Iordanis.*

Ioan. Carthag. postquā (vt rē de Helię paupertate firmata voto probaret, S. Isido. locū adduxerat, cū antea dixisset: *Paupertatē eius* (Heliæ) *præterea, cū sacra eloquia testentur à facie Iezabel peregrinatū fuisse, quousque obtinuit, vt cælitus sibi cibus ministraretur,* sic locutus est: *Elisæus etiā ab eo edoctus, & in paupertatis doctrina bene instructus, ita virtutē hanc paupertatis coluit, vt famulū suum Giezi diuitiarū Naaman leprosi cupiditate possesū, propter proprietatis culpā leprā miraculosè puniuerit.*

S. Isidor. 1. de diuin. Offic. c. 15. Sozom. hist. Eccl. lib. 1. c. 12. Niceph. li. 8. c. 39. Carthag. lib. 17. ho. 2. obiect. 7.

13. S. Isid. 2. Off. c. 18. S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 4. ad 1. Preamb. 6. 7. 8. 9. & 10. Orig. in cap. 13. Math. S. Ant. 4. p. tit. 15. c. 17. §. 4. S. Ambr. ser. 37. Quadrages.

14. S. Iren. lib. 3. cōtra hæres. c. 31. & li. 4. c. 38. Mariale Simi Cisterciens. auctore.

Spinellus c. 32. à n. 13. [illegible] Virgin. Ma[illegible] loca S. Scripturæ, quæ à PP. [illegible] circa eam [illegible]. Num. 6. v. 2. S. Thom. cit. supra. Suar. tom. 2. in 3. p. [illegible] S. Bern. hom. 3. sup. *Missus est.* Vide. Spinell. c. 3[illegible] n. 14. S. Iacob. Liturg. S. Ambr. de instit. Virg. c. 5. & lib. 2. de Virg.

15. S. Epiph. [illegible] S. Damasc. Orat. 1. de Natiu. Virg. Cyrill. lib. 6 contra Nest. S. Ildef. serm. 1. de Ass. Chrysol. ser. [illegible] Chrysol. ser. 143. S. Ephrem. [illegible] S. Anselm. de excell. Virg. [illegible] S. Bern. hom. 2. & [illegible] & [illegible] p. [illegible] 31. & ser. *Signum magnū* Alb. Magn. [illegible] Alan. in c. 1. Cant.

1. Carthag. to. 4. hom. Sacrar. lib. 18. hom. 1. quę est syllabus epithetorū V. Marię cōpactus ex Patribus.

2. S. Isid. lib. 2 de Off. c. 9. Carthag. lib. 17. hom. de laud. Carm.

3\. Carthus. lib. ... de Carmelo, object. 7.

Auctor idem, in specie de votis agens Heliæ (vt probet eum Religiosi principem status fuisse, cum dixisset, *Nec in his vlla ratione persuadere possum, antiquos illos Monachos ab Helia institutos, tria vota substantialia Religionis non emisisse.* Ioannis 44 locum adducit, quo in specie approbat obedientiæ votum, his verbis, in Helia Patre: *Anni Helias vbi eum ferebat voluntas Dei, & fecit iuxta verbum Dei. Ipse Elisæum obedientiam docuit, nam vocem eius audiens aratro, bobus, paternaque domo relictis, præceptorem suum sequutus est.*

4\. Hom. 1. lib. 17. cit.

Porrò virginitatem Heliæ probare in specie pergens famigeratissimus ille idē auctor, sic ait: *Certe in præmium virginitatis Heliæ, vt habetur 3. Reg. 18 in Montis Carmeli fastigio magnus Pater Helias septies orans, oratione septimâ absolutâ, nubem quamdam exiguam intuitus est, quasi vestigium hominis in qua nube a Domino ostensa fuit B. V. Maria, quæ septimâ ætate approximante nascitura erat in mundo, ac incorrupta, & inuiolata perseuerans paritura erat Saluatorem mundi.* His dictis in confirmationem adducit Patriarchæ locum sic dicentis: *Congregauit & nūc Helias filios Prophetarum terra sancta ... in voluntaria paupertate, obedientia, & castitate eos viuere instituit.* Ad hæc autē idem Patriar. Ioannes dixit: *Fuerunt docti huius Religionis professores à Summo Templi Pontifice, quòd B. Maria virginitatem Deo proposuerat ad exemplum Heliæ, &c. quæ ideo visa fuit quasi vestigium hominis ascendere in Carmelum, quia in hoc suo speciali ascensu more fœminam, quam imitaretur, eā homine habuit in exemplum.*

Patr. Io. c. 34.

Et mirabiliter adducetur hic Hieronymus dicens: *In veteri lege sola erat benedictio liberorum, quia vacaui erat mundus: paulatim vero, crescente segete maior messis virgines. Virgo namque Helias, virgo Elisæus, virgines multi filij Prophetarum.*

S. Hier. ep. ad Eustoch.

5\. Camart. de gest. Heliæ ... anno 1631.

Ægidius Camartus Minimitarum Generalis amplissimus & vir virtute & multa sapientiâ notus, comparans Heliam cū cæteris Prophetis veteris Testamenti, & inquirens, an eos virtutibus superarit, sic ait: *At Helias id habet præminentiæ supra illos, quod non solum virginitatem excoluit, sed & præterea auctor fuit, cur plurimi discipulorum eius penitus addixerint, Collegia enim quæ instituit, viris in cælibatu degentibus referti erant: (quo fit vt Hieronymus, Io. Ierosolymitanus, Cassianus, & alij, quotquot de Monasticis rebus scripsêre, asseruerint Heliam omnium Monachorum parentem fuisse:) essentialia Religionis vota primus ipse opere adimpleuit.* Ista Camartus, qui videndus, & ponderandus ibi, vbi cōparat cum Samuele Heliam.

S. Hieron. in vita S. Paul. Heremitæ. Io. ... Cassian. l. 1. de instit. renunc. c. 1. 2. 3

6\.

Iosephus Siguença Hieronymianus, agens in Erasmum (quem Cardinalis Bellarminus semichristianum vocauit) vota negantem, sic ait: *Ni de los hijos de los Profetas, que en la escuela de Elias y Eliseo viuian, sin mugeres y sin haciendas, donde tan claramente estan calificados los tres votos, de quienes Origenes, y nuestro Geronymo dizen, que a su exemplo hauia muchos en la Iglesia.*

Siguen. l. 2. disc. 2. de la castid.

7\. Io. Pat. 44. c. 34. de instit. Monach.

Sed rem iam mirificè Ioannes ille Patriarcha, sæpè venerandus à nobis monstret apertam, his verbis: *Interpretatur autem Carmelus scientia circumcisionis, ad quam scientiam ille præcipuè ascendit, qui ita scit præputium impudicitiæ à sua carne, & mente circumcidere, vt non solum se ab illicito carnalis contagionis cœno alienū per castitatē reddat, verū ab omni impudica voluntatis experimento se immunem per virginitatem custodiat.* Et post hæc aliquantulum: *Nemo autem vnquam ad hanc ascendit circumcisionis scientiam, priusquam Helias, & puer suus (id est, cœtus filiorum Prophetarum, & discipulorum eius.) Ipsi namque primi virorum, seipsos Deo per virginitate perpetuam forte dedicantes, castè meruerūt prorsus venereis voluptatibus suas mentes. & propterea appellati sunt Carmelitæ, quod est interpretatum scientia Circumcisionis.* hucvsque Ioannes.

8\. Bellar. li. 2. c. 1. de Monachis. Salia. annal. to. 4. ad ann. 3139. n. 39. Suar. tom. 3. de Relig. c. 2. n. 6. S. Hier. ... contra Iouin. 2. S. Ignat. S. Ambros. S. Damasc. S. Chrysost. contra Iud. & hæreticos toto 5. lib. de Virgin. c. 34. S. Isidor. 2. de Eccl. offic. c. 18. S. Thom. in 4. dist. 49. q. ... ad 3. Sanctius in 3. Reg. c. 19 n. 6. Præamb. 13.

Et quidem castitatē seruasse Heliam, Elisæum, & successores eius sensêre Bellarminus, Salianus, Suarius, qui S. Hieronymū pro sua sententia vocat S. Ignatiū, Ambrosium, & Damascenū, præter quos eandem fuerant amplexati, S. Chrysostomus, S. Isidorus, S. Thomas, & Gaspar Sanctius affirmat esse communē veterum Patrū sentētiam. Et certè cùm fuerit, vt latius infra videbimus, ab Helia instituta Carmelitarū vera Religio, nō potuit non tribus his, voto firmatis virtutibus, cōponi. De Paupertate ab eo seruata, sacra Scriptura testatur in eo quod Heliam tantū referat possedisse melotem, & saccum. De Obedientia in illo Reg. 3. 18. v. 36. *Ego seruus tuus, & iuxta præceptum tuū feci omnia verba hæc.* De Elisæo in illo, quod sine Magistri licētia noluit à Patribus discedere, propter quod 3. Reg 19. v. 20. dixit: *Osculer, oro, patrem meum,* &c. Et de paupertate eiusdē in eo, quod patrē, matrem, boues, & familiam reliquerit, vt sequeretur Heliam. Porrò Elisæū has tres virtutes quoque seruasse sensêre Bellarminus, & alij, qui certe licèt de voto nil euidēter affirmēt, tamen ex rationibus Præambulatione præmissâ allatis, & aliis, quas nunc non vacat exprimere, alibi dandas, suadibile fit satis, præter multorum Doctorum assertionē apertam de voto virtutes illas voto etiam excultas fuisse ab Helia, & suis.

9\. Orig. homil. 11. in c. 20. Leuit. S. Isid. li. 2. de Offic. 4. Canis. decor. Virgin. c. 1. Isai. c. 56. in illo *non dicat eunuchus.* S. Hier. & S. Cyrill. cōm. in eun. Isai. S. August. de Virgin. c. 14. S. Basil. de Virgin. S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 6. Deut. c. 25. 2. S. Io. Damasc. lib. 4 Orth. fidei c. 25. Sap. 3. n. 14.

Ad hæc cōtinentiæ & Religionis votū in lege veteri fuisse, vidēdi affirmant Origen. S. Isidor. & Canisius copiosiùs in Nazaræis. De voto Castitatis in veteri lege clare loquitur Isaias, vt docēt SS. Hieronym. Cyrill. August. & Basil. & colligitur ex doctrina Angelici Doctoris. Nec obstet his lex Deuteronomij, maledicens eos, qui semen post se nō relinquūt, quæ ibi iuxta S. Ioann. Damasc. de spirituali semine loquitur ad modum quo accipiendū est illud: *Beatus est qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem.* Qui, vt ostendat, non vtcunq; à multis Patribus veteris Testam. virginitatem seruatā, sed medio voto, sic ait: *Nonne lex magnū votum appellauit?* Est etiam præter locū Isaiæ, alius Sapientiæ libro apertè indicans, fuisse continentiæ votū in veteri lege, in illis: *Felix spado,* &c. toto vers. 14. cōtenta. Præterea ex Iosepho colligitur, inter Monachos legis antiquæ vota Continentiæ fuisse, id quod in Essenis aperte demonstrat.

10\. Ioseph. lib. 2. de bell. c. 7. Io. Patr. c. 3. 4. 5. 6. 7.

Tandem rē iam concludere totam, Patriarcha vidēdus Ioannes XLIV. qui de quatuor gradibus, per quos ad perfectionem sublimamur, scilicet Paupertate Obedientiā, Castitate, & Charitate, quæ initium perfectionis, & sanctitatis basis est firma, agit elegantissimè: De Paupertate c. 3. De Obedientia cap. 4. De Castitate c. 5. De perfecta Charitate & fuga vitiorum c. 6. & c. 7. probat, ad perfectionē charitatis maximè cōducere Monachis paupertatē, castitatem, & obedientiā, & Eremi solitudinē, in quibus omnibus sublimissimè

edoctus

eductus à Deo, & instructus fuerat Helias, cū ei apparens præcepit communem fugere habitationem cum hominibus, vt se absconderet à turbis in deserto, vt deinceps in Eremo monasticè viueret Religiosam Prophetalem vitam, Eremiticamque, & Monasticam, quam primus hominum Spiritu sancto dictante instituturus erat, forma factus infiniti gregis, in vtraque lege, secundùm illam illi præscriptam in verbis iam suprà relatis ex 3. Regum cap. 17. à numero 2. vsque 5. exclusiuè. Et hæc dicta sufficiant. Videatur Thomas à Iesu lib. de varijs Reg. Car. cap. 1. §. 1.

Præamb. 4. n. 5.

Tho. à Iesu.

Veram & formalem Religiosi status rationem sortitam esse Religionem ab Helia P. institutam in Carmelo.

PRÆAMBVL. XV.

1.

AD fortitudinis, & patientiæ lacessimur scuta sumenda, dum aduersarios audimus contendentes (euicti de primo) non fuisse veram Religionem, sed Religionis vmbram illam, quàm probauimus in Carmelo Heliam Prophetam erexisse: Et quidem vmbram fuisse, si respexerint ad Religionem institutam à Christo quam respiciebat Nazianzenus inter alios, cùm cecinit de Virginitate loquens:

Nazianzen. Carm. de Virginitate.

Sic quoque virginitas magni pars inclyta Christi:

Ante quidem vmbroso in paucis splendore micabat.

libentissime concedimus. Quis enim hominum aliquid tam perfectè operatus est, qui cum Christi operibus, & diuinis institutionibus in perfectione, & sublimissima earum sanctitate parallellos nisi temerè, & oscitanter contendere possit? Attamen ex eo, non fuisse veram, & nec formalem Religionis rationem induisse, quam in Charith incepit, & in Carmelo perfecit & instituit Magnus P. Helias, inane, & gratiosum assertum censemus, iure negandum. Non enim, ex eo quod obedientia Isaac, obedientiæ Christi lineam dedit, & vmbra fuit eius, non vera obedientia fuit, vt fatentur Sancti Patres, qui de ea loquuntur: nec eo quod circumcisio in lege veteri vmbra fuit sacri à Christo Domino Baptismatis instituendi, Sacramentum verum non fuit: Similiter ergo, non eo quod quasi vmbra, & linea fuisset perfectioris diuus Religionis à Christo (qui omnimodus fuit omnimodæ virtutis auctor & caput auctoritatiuum,) in gratiæ lege constituendæ Carmelitana Religio, vera Religio non fuit. Quocirca alias adducti Doctores, cùm de institutione Religiosi status ab Helia auctore eius primo loquuntur, certè in sensu proprio Religiosi status (non vmbræ) accipiendi sunt iuxta D. Augustini doctrinam. Propter quod Rodericus, de Carmelitana Religione loquens, dixit, ab Helia originem ducere, suumque nomen à Carmelo, sicut à Carthusio Carthusiana, aucupate. Ergo si hæc, ratione pari, vera, & non tantum figuratiua fuit, vt traheret nomen

Eman. Rod. in qq. reg.

ab origine verum, quid prohibet, quin Carmelitana Religio, non figuratiuum tantum nomen, & esse, sed verum acceperit, quamquam in Carmelo ad primam auroram orientis sui, perfectioris Christi Religionis fuerit vmbra, non sine sui gloria grandi.

2.

Id Suarius Doctor cælitus alibi datus ostendebat, dum Carmeli Religionem *statum* vocabat: eo quod propria Religio *status* sit dicendus, non tamen quæ sola sit Religionis vmbra. Ideò Enoch, & Samuëlis Religiones, non sibi *status* nomen promeruere, quia solum vmbræ, & figuræ normam adeptæ sunt. Idem confirmat dum Religionem Heliæ principium vocat Religiosi status, huiusmet, quem habemus ipsi, qui quidem, vt probarunt Patriarcha Ioannes, & Trithemius, idem est cum eo, qui veteri cœpit in lege, ergo illa vera erat Religio. Hoc vlteriùs confirmat Doctor idem cùm ait *esse valde receptam, & antiquam traditionem.* Et Gaspar Sanctius, dum ait *Traditio est non tantum ordinis, sed & omnium penè gentium constans, & perpetua.* Eandem confirmat Suarij mentem, quam antea docere contenderat, vt illicò dicemus. Et certè vt S. Hieronymus dixit: *Quæ in Ecclesiis per traditionem obseruantur, auctoritatem legis vsurparunt.*

Ioan. Patr. cap. 18.
Trithem. de laud. Carm. sæpe.
Suar. cit. supra Sanctius cit. sup.
S. Hieron. contra Luciferian. de Ecclesi. traditionibus.

3.

Ad hæc, etsi verè speciali quodam modo Enoch cœperit colere Deum, quem sublimi alio Samuel adauxit, Cœtus, siue Cuneos Prophetarum aggregando, vt diuinas in templis canerent laudes, sed hic nec adhuc erat verus perfectæ Religionis status; quia isti vxores ducebant, vsquequo à Virginibus Helia, & Elisæo ad formam veram veræ Religionis, sub votis tribus, Religiosus status adductus est: quod vt ostenderet Magnus P. Helias vt adnotat Patriarcha Ioannes, & ex eo alij multi posuit in signum nouæ professionis pallium super Elisæum: construxit Cœnobia (quæ ipse tamquam veræ Religionis Coryphæus inuisit scilicet in Carmelo quod caput Ordinis erat: in Galgala de Tribu Ephraim, quod fuit centum Monachorum tempore Heliæ: in Iericho de Tribu Benjamin: in Bethel de Tribu Ephraim, intra eandem ciuitatem, tamquam fidei arcem, veræ Religionis Dei præsidium, & hostilis idolum vituli: in Monte Ephraim, siue Ramatha sapientium: in Samaria, quæ omnia intra Ciuitates erant, vt commodiùs Prophetarum Filij à tantis instructi Parentibus, & Magistris, saluti consulerent proximorum: His addes, vt alia omittamus de quibus videndus est Iacobus Boulducus temporibus iam Heliæ, ex Coria nostro, in Cariathiarim Naioth, Ramatha, Silo, Masphat, quæ à tempore Samuëlis erecta Monasticam vitam, post Heliam ab Elisæo suscepêre, cui vltrò submisêre se. In his innumeros discipulorum enutriuit choros, à quibus castitas, paupertas, & obedientia, vt præmisimus sublimissimè custodiebantur & profitebantur firmatæ votis: & tandem discessurus à suis Præfectum illis Generalem assignauit Elisæum, quem omnes Filij Prophetarum, venientes è Cœnobiis varijs in occursum, *adorauerunt pronique terram:* quæ omnia à Patriarcha sic adnotata; verum indigitant Religionis statum.

Ioan. c. 3.

Patr. Io. c. 23.

Boulduc. de Eccles. ante legem.
Coria lib. 1. cap. 8.

4. Reg. 2. v. 15.

4.

In sensu quoque proprio loquutus est Sanctius, concedens nobis (*ex omni penè gentium constante perpetua communi conspiranteque tra-*

Sanct. supra vbi da...

ditione, & consensu nullo tempore interruptis, quas nulla nisi magna fides conuellere, & infirmare potest. verba sunt eius.) ab Helia, & Elisæo successionem, & hæreditatem Religiosi status, tanquam veram, & propriam à tanto Patre participatam, vt fatentur tot Ecclesiæ Pontifices Summi: & non negans nos tanquam Patronum; ex Apostolico indulto colere Heliam, id quod Sixtus V. non præcepisset, nisi eum, & Elisæum institutores, & Professores fuisse, compertum haberet veri status Religiosi. Id apertissimis verbis professus est auctor iste ingenuus, cum de discipulis Heliæ loqueretur sic: *Hos vero aperte fuisse Domino consecratos, & Religionis vera certum aliquod insigne præ se tulisse ex eo constat, quia in eos præsertim grassabatur Iezabel, quæ vt patriis Diis honores impendebat diuinos, sic eos, qui contrà facerent, ad exitium quærebat, quare in eos animo verè hostili vacata est, qui Religionem veram profiterentur exterius.* Et loquitur de Regulari, non de communi. In eodem propriæ Religionis proprio sensu, loquuntur SS. Patres agentes de hac re. Cassianus, S. Hieronymus, & alij quos sparsim adduximus in Præambulationibus præmissis, & præmittendis. In eumdem conspirauère Bellarminus, & qui adducuntur ab eo SS. Basilius, Gregorius Nazianzenus, Cassianus, Sozomenus, Theophylactus, S. Isidorus: Et quidem verum non esset asserere, culmen, & fastigium vitæ Religiosæ sequutos fuisse, essèque primos illis lapides ædificiis, Heliam, & Elisæum, si propriam, & veram ipsi non fuissent professi Religionem, cum Prophetarum filiis.

Sanctus cit. loco n. 2.

Cassian. lib. 1. de institut. Monac. c. 1. S. Hier. ep. 4. ad Rustic. & ep. 3. ad Paulin. Bellar. lib. 2. de Monach. c. 14. cit. S Basilius ep. ad Chilon. Nazianz. ep. ad Paulin. de instit. Monachi. Cassian. coll. 18. c. 6. Sozo. lib. 1. hist. c. 12. Theoph. in c. 1. Lucæ. S. Isidor. l. 2. c. 15. de offic Ecclesiasticis.

5. Ad idem ineste sentum supra dati Salianus, Alcazar, & Valentia, cùm non solum tempore Christi, & Apostolorum, sed in veteri lege statum Religionis, exordia cœpisse testati sunt, in Wicklephum, Caluinum, Oecolampadium, Philippum Melancthonem, & alios nigræ farinæ similes sectarios asserentes, verá Religionem nouum quoddam figmentum esse in Ecclesia Sanctorum, non à Christo, sed multò post eum tempore institutam.

6. Et sanè doctrinam eandem ab vberrimo diuinæ Theologiæ fonte bibère illi, & bibere possunt alij, qui audient Angelicum Doctorem, Heliam, & Ioannem Baptistam in Religiosorum exemplar coram omnibus adducentem, cum de Monachis ageret, quod non dixisset ad horam, nec in consequentiam eos aduocasset, nisi veros fuisse Monachos sua mente, cælestis abundans sapientiæ Doctor, affixisset.

S. Tho. 2. 2. 8. q. 14. a. 2. solu. ad 3.

7. Post hæc, ridicula forent in sectarios, aliósque hæreticos argumenta, quæ probant in Helia, & Elisæo in lege veteri: & in Christo Seruatore Religiosi veri status antiquitatem, nisi vera, & formalis Religio fuisset ab Helia, Spiritu dictata cælesti, tribus contexta votis, in Carmelo plantata. Nam idem de Religione à Christo Domino Instituta, vt sunt impudentes, & audaces auderent fortan affirmare sectarij, cùm paupertatis, continentiæ, & obedientiæ illius expressa in sacro textu non videant testimonia, maximè in verbis Matthæi adductis. Quocirca causa est honoris Ecclesiæ (quam subuertere nituntur hanc petentes illustriorem gregis Christi portionem, scitum Religiosum, quem vituperant portentosa mendacia de Monachis fingentes, & inuehentes in eos quacumque oblata occasione non eo solum fine, vt Ordines hominum Religiosorum discutiant, Monasticen de medio tollant, & Religiosos in odium vulgi rapiant, primarios Antichristi satellites inclamitando; sed notante Bellarmino, vt Ecclesiam totam hac ratione perturbent. *Intelligunt enim*, ait sapientissimus Pater Bellarminus Cardinalis. *Si contra Monachos causam obtinuerint, id est si populo Christiano persuaserint, non à Christo institutos, sed à malo Dæmone, vt ipsi latrant excogitatos Religiosorum Ordines fuisse, continuo id effecturos, vt vniuersa Ecclesia, quæ vna voce, & consensu, tot iam sæculis Monasticen approbauit vano errore delusa pro Christo Antichristum coluerit, & à recta fidei veraque doctrinæ tramite quam longissimè aberrauerit*; ó nefas!) Causa inquam est honoris Ecclesiæ, in Helia, & Elisæo veram Religionis institutionem defendere, & fateri: Etenim cum ab eis Pontifices Summi loquuntur, nos hæreditariam successionem tenere, certè non de Spiritu prophetico fari eos compertum est, cū illis non licuerit illum concedere nobis, quia *Spiritu sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines*, sed de Religiosæ veræ hæreditatis successione nō imitatione tātùm, quia si hoc sensu Pontifices loquerērur, cùm certè sit improprius, & metaphoricus, dedecet summos Christi arbitros, in Apostolicis declarandis Indultis, in sensu propriori non loqui: & certè hæreditatem imitationis ab Helia, & Elisæo, quis Religiosus Ordo in Ecclesia Christi, & Dei non habuit: Nullus, vt illico videbis.

Bellar. [illegible] de Monachis [illegible]

Heliam Prophetam Archipatriarcham omnium Religionum Regularium Ecclesiæ Dei fuisse. palàm damus ex Doctorum assertis in Hæreticos.

PRÆAMBVL. XVI.

1. Latissimo decoris, & honestæ pulchritudinis huic Carmelæo Paradiso, parum gloriæ, & speciei addidissemus, si eius tantumdem Religionis Carmelidæ Principem, & antesignanum Magnum Heliam constituissemus, sed imò omnium Religionum Patriarcham, Principem, & Patrem ex Doctorum assertis prædicaremus.

2. Polydorus Virgilius, non solum dedisse primordia Magnum Patrem Heliam Religioni Carmelææ; sed omnis sanctitatis Religiosæ, quam omnia, & singula Ecclesiæ Christi instituta Regularia, Monasticáque profitentur in qua clarent, & clarebunt, indubitatum fuisse Magistrum affirmat. En Polydori verba dicentis: *Quidquid virtutis & perfectionis est, in quolibet Monastico Ordine à castissimo Propheta & Patre Helia tanquam à Primordiali Eremitarum, Monachorum, & etiam vniuersorum Ordinum institutore, velut à fontali principio emanauit.* Quid clarius dictum?

Polyd. lib. de inuentorib. rerum.

3. Egregium primo loco S. Brocardi testimonium Inserendum erat, nisi fuisset ex nostris, at secundum erat. Secundus ergo ab Aymerici reformatione in Carmelo, Prior Generalis S. iste

Brocardus, cùm B. Cyrillum Hierofolymitanum in montem adduceret Carmeli fibi alumnum, fpiritu exultans de tanto viro, fic, Walfcho tefte, loquutus eft: *Ex hoc monte omnis Monachorum Religio duxit originem.* Breue vere, fed gloriis teftimonium abundans.

Vvalf. c. 18 Apol. contra Bazomani.

4. Trithem. de laud. Car.

Ad rem Trithemius: *Antiquiffimus, ait, ergo omnium Ordinum in Ecclefia Dei Carmelitarus eft, à quo cæteri Ordines principium, & formam quæ in ftitutionis acceperunt. Quemadmodum enim Beatiffima V. Maria Paradifi nobis aditum prima omnium aperuit, ita Carmelitarum Religio principium & formam cæteris Ordinibus dedit.*

5. Vercellenfis Abb. in c. Cantic. ad ill. *Caput tuum ut Carmelus.*

Abbas Vercellenfis fic: *Carmelus mons eft pafcuofus, atque vberrimus, idcirco propter eius eminentiam, vbertatémque, & nominis interpretationem, ordo iste ex eo ceptus dicitur, qui cæteris Ordinibus præftantior eft, de cuius plenitudine alij acceperunt.*

6. Caffan. Catalog. glor. mun. [illegible] Iodoc. & Afcen. Badius com. in le. [illegible] Mant. [illegible]

Bartholomæus Caffaneus Burgundus, apud Aquas fextias in Senatu Dicuriæ Præfes, clariffimo rem teftimonio firmat: in cuius robur ag[illegible] re poteft Iodocus cum Afcenfio Badius, & alij quorum verba confultò, quia præfatis fimillima, miffa damus, ne faftidio lectori fimus.

7. Carthag. [illegible] Car. Item in [illegible] Patriarchis [illegible]

Ioannes Carthagena cuius verba latiùs dein infra reddimus, poftquam dixerit Ecclefiam Dei multum debere Sanctis Patriarchis Religionum fanctiſſ. Dominico, Francifco, Bafilio, Auguftino, & aliis ob inftitutiones à fe factas fubdit: *Igitur, fi tot Sanctis Patribus tantum debemus quid [illegible] huius Religionis* Carmelitanæ *Fundatoribus* Heliæ & Elifeo fubaudias, *deberi iudicabimus? Cùm non folùm bonorum operum fructus, quos facra hæc Religiò dedit, fed omnes etiam [illegible] Religiones hucufque pepererunt [illegible] tanquam fontalibus primordiis [illegible] debeant.* Et paulo poft illuminans [illegible], auctores eandem habuiffe fententiam fubdit: *Helias, & Elifeus non tantum huius Ordinis, verum etiam omnium Fundatores fuêre.* Et alibi *Omnes Ecclefiæ Dei Ordines, velut riuuli funt ab Helia virtutum omnium fonte emanantes: [illegible] ficut Abraham,* Pater multarum gentium: *meritò veteres Doctores S. P. Heliam appellarunt, totius vitæ Monafticæ Patrem, vniuerforum Ordinum exordium, omnis Religionis exemplum, ac Cœnobiticæ difciplinæ antefignanum.* Hæc Carthagena, qui pro fe citat S. Hieronymum.

Lib. & loc. eadem cit.

Gen. 17. v. 5.

S. Hieron. in vita S. Pauli Eremitæ [illegible]

Inter elegantiffimos, & Doctor fapientiffimus, & Canonicus illuftris Hifpalienfis Alphonfus Gomezius à Roxa qui de hac re elegantiffime differens, inter alia Religionis noftræ, hæc decoris & fublimitatis elegantia verba reponit. *Voluit* (fubaudias Deum, & Virginem Matrem eius) *Ecclefia antiquiorem [illegible] hanc Carmeli, & Heliæ Religionem, quam nongentis triginta tribus ante Chriftum annis in Carmelo conftruxit, originem conftituere, & adaptare initium cæterarum omnium Regularium Religionum facrarum cui antiquitati, initio, & origini, cederent Bafilius, Auguftinus, Benedictus, Francifcus, & Ignatius fuarum egregij Religionum Conditores, qui [illegible] limpido [illegible] Religionis fonte primæuæ Religionis traxêre normam, & effe à quo quique trahentes quotquot, & omnes in Ecclefia Sanctarum Religiones erigerentur, Heliam huius Religionis Principem, tanquam Archipatriarcham expectaturæ.* Ita Gomezius infignis, licet fparfim, ad litteram dedit, & fidem.

8. Tripart. cap. 11. Carthag. ib. & notar.

Eandem, eifdem penè verbis mentem imbiberat auctor hiftoriæ Tripartitæ: fed rem conftituat à dictis Carthagena idem fic fcribens: *Hinc collige quanta fit Carmelitanæ Religionis celfitudo, cuius Fundator omnes aliarum Religionum inftitutores, velut Nouitios habuit, qui ab eo prima Religiofæ difciplinæ elementa didicerunt, quæ labentibus annis poftea aliis tradiderunt.*

9. Bap. Mantu. in Eloguis.

Rem iam demum dulciffimam, dulciffimè firmet, Apollinis ad Lyram tempet fuauiter modulans Mantuanus nofter infignis.

Paftores alij quotquot per rura vagantur
Omnes funt vini Carmeli è fontibus orti.
Nos dedimus leges, pafcendi oftendimus artem.
Nos radix, alij rami, fed nos quoque rami:
A veteri radice Patrum iam extat ea lux,
Tradidit Helias certam paftoribus artem.

Idem alibi de Carmelo, & Heliæ Patris Religione, Carmina mifcens fic rem firmat ad idem:

Mantu. l. 3. Parth. [illegible] Marianæ.

Quidquid habent aliæ Montes pietatis, ab ifto
Ducitur: hac vna plures è vite racemi
Diffufi latè terras, atque æquora complent.
Hinc Cartufiaci [illegible] fuccincta Clauftris.
Hinc varias Benedictinus opes confequitur ab ifto
[illegible] docti [illegible] arcere furentes
Ligni pedi didicêre viri: quique arua colebant
Inma, & affiduo terras ardore colentes;
Et quos Cyriacus ¶ de litore vexit Ibero
Hinc orti, fanctum & fummo genus Ordine dignum
Hinc noftri venêre Patres, &c.

¶ *Hoc eft S.* Dominicus.

Ad rem, iam ifta fuperfint; Quod fi hominum duorum teftimonium verum, ex iure recipiendum eft, [illegible] principalis viri perfona [illegible], veritatem de re fibi nota rectiffimè [illegible] pro tefte, vt dictum eft fupra, qu[illegible] quæ per tot teftes, ac tam illuftres confirmata manet. Nunc iam tranfeamus ad alia.

Præambul. [illegible] [illegible] *omnis neg. &* [illegible] *tus. ffalo teftis.*

Quotquot ab Heliæ, & Elifæi temporibus fub Monaftica Prophetica difciplina militarunt, ex illis qui vocati funt Prophetæ fiue Prophetarum filij, vfque ad tempora Chrifti Iefu, noftri Carmelæi Paradifi plantas fuiffe duplici ftabilimus ratione.

PRÆAMBVL. XVII.

1.

Eft à nobis hactenus probatum, Magnum P. Heliam Principem fuiffe Monafticæ vitæ, quæ quondam *Prophetica* dicta fuit eum in Carmelo veram Religionem inftituiffe: nos ab illo hæreditariam, & inconcuffam huc vfque duxiffe fucceffionem: & omnis Religiofi ftatus fuiffe Chorarcham. Nunc autem primum vt euidentiùs appareat Ordini Heliæ ab eo femper infracta fucceffio, non folùm à felicibus illis temporibus Chrifti ad hæc vfque tempora noftra; fed ab Helia vfque ad natale mundi Saluatori factû

deductam probabimus, in illis vnctis Prophetis, quos extraordinarios vocant, & Prophetarum quondam filij appellati ſunt: imò in eiſdem immobilia domus Heliæ fundamenta manſiſſe, Propheticamque vitam eos (quam poſtea, Waſtelio teſte, Monaſticam dixere SS. Auguſtinus, & Ambroſius) eſſe profeſſos, à quibus vſque ad Eſſenos deductus Ordo Carmeli, indéque, vſque ad tempora Ioannis Baptiſtæ eundem inter durâſſe, notum dabimus dante Deo: vt optimo iure, Veritatis ſchola, fidei Magiſtra, & via ſalutis dicatur Heliæ Religio, in eo quod Mater fieri ſit digna tantorum filiorum, queis abſcondita, & coopertiora pectoris, & ſapientiæ ſuæ Deus manifeſtauit, tanquam iis in quibus dolus inuentus non eſt, ſed ſtabili vi, omnis à priori veritas veritate deducta.

Vvaſtel. in apol. contra Baron.

2. Iam ergo ſtabilire aſſumptum, tum rationibus diuinæ paginæ nixis auctoritate: tum Doctorum ſententiis deueniamus: quod ſi, probabilibus illum, non euidentibus aliquando id perfecerimus, antiquitatis penè immenſæ caducitati volubili vertatur, (nam vt Sophocles, in Ajace ſuo dixit *longum eſt, & immenſum tempus, & occulta profert, & manifeſta abſcondit*) cuius probabilitas illi certitudini debet æquiualere, quæ ſolet haberi de nouiſſimis.

Sophocles in Ajace ſuo.

3. Ratio, qua ergo deducimur, prima, vt eos, qui vſque ad Chriſti tempora referuntur Prophetas, Claſſi Carmeliticæ addamus. Teſtimonio nititur Scripturæ diuinæ, ex illo educto, quod à Deo Heliæ dictum eſt Prophetæ, & Patri: *Vade & reuertere in terram tuam per deſertum in Damaſcum, & cùm perueneris illuc, vnges Hazaelem Regem ſuper Syriam: & Iehu filium Namſi vnges Regem ſuper Iſraël: Eliſæum autem filium Saphat, qui eſt de Abelmeula, vnges Prophetam pro te.* Ex quibus, iuxta Doctorum genuinas magis interpretationes, manifeſtè videtur, ad eam magnæ poteſtatis amplitudinem aſſumptum Heliam fuiſſe, vt nullus lege in veteri fuerit inuentus ſimilis illi, nec primus ante illum. A quo ſolo, dante Deo auctoritatem, proceſſiſſe videntur vncti Prophetæ, qui vno in corpore, & Principatu vnica connexi, & compacti ſucceſſione coiere. Itaque quemadmodum Moyſes, Sacerdotum Princeps fuit in veteri lege; & in eadem Samuëli, vt Reges vngeret, fuit conceſſa facultas: ſic Heliæ, vt Prophetas vngeret, & Reges, quem præ aliis omnibus accepit, vt ſucceſſorem in Prophetam Eliſæum vngeret pro ſe. Ideo illi dictū, *Eliſæum autem vnges Prophetam pro te*, in quo, hac viſibili vnctione à Deo ſuo Heliæ conſecratus aſſignatur, non ſecus ac alij, qui abinde vngendi eſſent ad hanc Prophetalem dignitatem, quæ non pro Eliſæo tantum conceſſa Heliæ credenda eſt, cum pateat aliorum expreſſa in textu ſucceſſio: & conſtet apertiùs ſole, quod ſucceſſorem miniſterij ſui Helias inter alios ſelegerit Eliſæum: præterquam quod, tanta poteſtas ad Prophetas vngendos, ſucceſſionem proculdubio præſagit eorum apertiſsimam. Nam tam ingens beneficium, multorum dono conducens, vix vni ſine ſucceſsione conceditur. Vt apparet in Petro Eccleſiæ Chriſti capite, eiúſque Vicario, cuius poteſtas non in eo ſolo remanſit, vt hæretici inſaniſſimè grunniunt, ſed ad omnes huc vſque peruenit Romanos ritè Pontifices electos.

3. Reg. 19. n. 15. & 16.

4. Id confirmat ſecundo, diuinæ paginæ locus ab Eccleſiaſtici limpido fonte ſitè deductus; In quo de Helia, & Prophetis noſtris eſt dictum: *Et Prophetas facis ſucceſſores poſt te.* Vbi faciendi plures pro ſe ſucceſſores ad Propheticum miniſterium obeundum poteſtas datur Heliæ Patri non vni tantum & ſoli. Et nec certè in his exponendis figura vtendum erit enallage ſiue Archaiſmo dicas, qua numerum pro numero aliquando Grammatici vſurpant: illa enim interpretibus non licet vti, niſi diuinæ paginæ loca inter ſe diſſona appareant, vel moueat eos vrgentiſſima ratio, quæ nunc certè non extat.

Eccl. 48. 5.

5. Eapropter, vel velit Eccleſiaſticus, quod Helias acceperit poteſtatem conſtituendi in Prophetis ſucceſſores, vel in ſucceſſores Prophetas idem reſonat, ac ſi in primo diceret ſenſu, quod ex ſucceſſoribus in vita Monaſtica, extraordinarij qui vocantur Prophetæ, orirentur: vel in ſecundo: quod omnes huius ſtatus Monaſtici filij fuerunt hæredes Heliæ, & ſpiritus eius, quo Eliſæus ſacra eſt in vnctione donatus.

6. Ab Oſea poſſemus nunc aliud rei noſtræ accipere fulcrum, ſed ne longius quam par eſt ſermo diſtendi videatur, omittimus alio, vt ij [illegible] ducta ex veteri textu ſufficiant teſtimonia. Et, vt ad nouum recurramus teſtamentum, obſcuro non nimis pro nobis militat Marte, Pauli locus ad Hebræos ſcribentis. Vbi longum Patrum, ab Abel, priſcorum ſeriem adducens, eorum ſcilicet, qui in velamine fidei clariſſimum operum ſplendorem monſtrant: cùm poſt multi muris ſe protractum fuiſſe ſermonem diiudicaret: *Deficiet*, inquit, *me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis.* Vbi ſingulare multis viſum eſt ſemper, Magnos hic tituli Prophetas Heliam, & Eliſæum, adnumeratis aliis chori minoris. Sed quid? Ideo ſine dubio fecit, quod coniicimus, datâ Apoſtolus operâ, vt omnes eos in vno corpore, & familia, conueniſſe commonſtraret: ideo omnes comprehenſos placuit habuiſſe ſub nomine vno, in quo vel famoſiores continerentur. Id quod nobis fit apertum, adnotaſſe quod facinora venuſta quę poſtea dantur à Paulo, à ſolis filiis Heliç Prophetæ ſine dubio peracta ad vnguem inueniantur, ſenſum niſi inuerſo textu accipere placeat.

Oſeæ cap. 5. num. 1.

Hebr. 11. [illegible]

7. Quis enim alius, tot ingentes victorias reportauit à finitimis Regnis, quàm populus Iſraël orationibus fotus ab Eliſæo? Quis, vt ille, operatus eſt iuſtitiam, cuius opera tanquam Patris aliorum primo loco meritò reponit Paulus? Qui [illegible] Eliſæo repromiſſiones (quibus poſtea gauiſus eſt Ioannes Baptiſtes, ſecundus Helias, cæterique tanti præceptoris alumni potiti ſunt) accipere meruerunt? Quis vt Daniel Leonum concluſerat ora? Qui extinxerant impetum ignis? effugarant aciem gladij, conualuerant de infirmitatibus? fortes facti fuerant in bello? verterant exterorum caſtra? ſicut Heliæ filij vocati Aſſidæi? Hæc enim omnia, eorum ſunt primo inter facinora Carmelidum. Similiter accepiſſe mulieres de reſurrectione mortuos ſuos, Heliæ, & Eliſæo, nam nullus in illa lege vſque ad Chriſtum ſimilibus laudandas apparet. Quibus adaptabitur æquius, quòd diſtenti fuerant, non ſuſcepiunt redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem, quam inſignibus Machabæis

ſpiritu,

ſpiritus, & propoſiti Heliæ Patris hæredibus? Cuius ſunt triumphorum trophæa illa, ludibria, & verbera experti: inſuper & vincula, & carceres? Qui lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, in pellibus caprinis incedentes, egentes, anguſtiati, afflicti? Qui in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ Helia Patre priores, in ſpelunca Oreb cum ſuis qui à facie Iezabelis diræ celati, fame penè, & ſiti enecti, & è quibus centum pauit, vt Ioannes narrat Patriarcha, in aqua, & pane vnus Abdias? Qui teſtimonio fidei probati? Vt Eſaias, ligneâ, dirâ ſerrâ diſſectus: Ieremias lapidatus: decapitatus Michæas Iemla filius: raptatus Ezechiel? Quis in Melotis primus niſi Magnus Helias, quem ſui ſequuti ſunt iſti Heliades, & alij, & de quo locum accipiunt Pauli Doctores pelliceo Paſtoris amictu illum cum ſuis deſignantes. Pro eo, certe & ſuis, Patres adducta Pauli verba reponunt, Clemens ſcilicet Romanus, S. Baſilius, S. Ambroſius, S. Chryſoſtomus, Ioan. Ieroſolymitanus, Theodoretus, S. Ioan. Caſſianus: auctor vitæ S. Pachomij, & alij.

Ioan. c. 15. qui locum Pauli ad rem noſtram exponit.
Clem. in fragm. epiſt. ad Corinth.
S. Baſil. c. 22. de Regulis fuſius.
S. Ambr. epiſt. ad Vercellenſ.
S. Chryſoſt. hom. 38. ad Hebr.
Ioã. Ieroſol. c. 18. & 38.
Theodor. hiſt. luſt.
Caſſian. li. 1. coll.
Auctor. in prolog.

8.

Sit iam rei huius ratio ſecunda, quæ ſiſtit in hoc, quod in ſpiritu prophetico, quo futura prædixêre, tam ſingulariter eluxerint illi omnes penè, quos antiquitas, Prophetarum appellauit filios. Id viſum fuit in Prophetis diſcipulis Heliæ de Cœnobiis Bethel, & Iericho, qui Patris raptum ſpiritu prophetico norunt, vt conſtat ex libro Regum, de Eſſenis Palæſtinis narrat Flauius Ioſephus, & Philo de Alexandrinis, qui omnes ab Helia originem duxêre. Et certò credendum Religionem eam (quam in principio, & fine legis antiquæ, rore hoc cæleſti prophetici ſpiritus fœcundiſſimam contemplamur) mediis incurſibus ſuis haud ſterilem manſiſſe: imò Paradiſum, ſiue ſeminarium fuiſſe quoddam à quo ad cæleſtes hortos, tam proceras arbores, fructibus fertiles tranſtulit Deus. Namque ad talem virtutis, & ſpiritus fœcunditatem, qualem iuge propheticum ſupponit donum, inuia, & inaquoſa, & ſterilis area ſæculum erat.

4. Reg. 2. v. 3.
Ioſeph. 15. Antiq. c. 13.
Phil. de vita contemp. ſupplicum.

9.

Id ſatis confirmant Eliſæum primum Heliæ ſucceſſorem, & Ioannem ferè in illa nouiſſimum lege, quæ præceſsit Chriſtum in ſpiritu, & virtute Heliæ, tam fœcundo hoc Prophetici ſpiritus rore madidos fuiſſe. Vt ex eo intelligeremus apertè ſpiritum illum, qui Eliſæum in principio Religionis præ cæteris ſublimauit: & Ioannem Baptiſtam inter natos mulierum, maiorem effecit in Synagogæ extremis temporibus, nunquam otioſum, ſed parturientem, multos ſemper fuiſſe Prophetas, Deique ſeruos, in quibus velut in vaſibus electis, ſucceſsio Monaſtica ab Helia infracta durauit, vſque dum ad Ioannem acceſsit, vt dignè Ioannes præcurreret altiſsimum, & primum perfectionis, ſanctitatis, & omnis optimi ſpiritus fontem Chriſtum Ieſum, à quo tanquam à capite biberant Helias, & Eliſæus, cum cæteris, qui eos fuerant in Monaſtica, Anachoritica, & Eremitica diſciplina, tanquam Magiſtros, & Patres ſequuti: Ideo, etſi ſpiritus Eliſæo conceſſus, toti fuerit proficuus Eccleſiæ: commiſſus tamen fuit Heliæ Patri, primi Religionis ſuæ capiti egregio, vt faceret Prophetas pro ſe, qui illo eodem ſpiritu participantes cæteri ab eo procederent, tanquam à fontali principio Monaſticæ viæ, ex Chriſti virtute, & gratia, dum rectè ipſe in Paradiſo terreſtri viuus, & hucvſque detentus perſiſteret, relictis tamen ſpiritus illius Vicariis, qui tam diu ſeſe ſuccedendo alios progignerent, & procrearent, vice Patris vtentes, quamdiù is in Paradiſo detineretur, venturus in nouiſſimo tempore mundi, in eadem ſpiritus virtute, vt Antichriſtum ſanguine ſuo (cum ſuis dimicaturus in eum, eiúſque pediſſequas) extinguat, & laurealibus Martyrij redimitus glorioſus, & Triumphator iterum, ad ſydera volet.

Patrum auctoritatibus, & Doctorum ſententiis ſtabilitur item aſſertum.

PRÆAMBVL. XVIII.

1.

GRauiſſimorum Patrum, & Doctorum ſententiis fundamentum pro re noſtra deſumere liceat tertium, vt Prophetas iſtos ad Carmeli claſſem Heliadum aduocemus. Pro quo in primis Theodoretus audiendus, qui (ad illud Oſeæ: *Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi*. Vbi de Regibus, & Sacerdotibus Propheta loquitur, in quos Dei vltio præparabatur, eò quod aduerſus Doctores, ſiue populi Prophetas agerent ex vi Hebræa ſic agens de Doctoribus ſiue Prophetis exponit ipſe verba: *Speculationem Prophetarum Collegium, & concilium vocat*. In his certè Theodoretus ſignat Prophetas fuiſſe illos, Monaſtico vinculo ſub vno myſtico corpore colligatam gentem: id quod ad rem noſtram apertum videtur præſtare teſtimonium. Quod vt percipiatur apertiùs, legatur auctor quæſtione 14. in 1. librum Regum, & in vita S. Marciani Monachi, vbi Heliam, & Ioannem Baptiſtam, bis Principes agnoſcit Monaſticæ vitæ. In eandem incidit mentem Clemens Romanus, libro 1. Recognitionum, ſi ad eum eſt referendum opus. S. Ioannes Chryſoſtomus eandem ſententiam meditatus eſt, dum apertè auctoritatem vngendi Prophetas, in Prophetis concedit, ſeruato inter eos ab Helia vnctionum cornu. Imò multis in locis vocat Heliam *Primum Monaſticæ vitæ principium*: & dum eum vocauit *Maximum Prophetarum*, id forſan ſignare voluit, quaſi diceret *caput*, in eo quod primus fuerit, qui vngendi Prophetas pro ſe acceperit à Deo poteſtatem, in quo verè Maximus fuit Helias. Ex his Patrum verbis patet notè, ſi perpendantur, illos extraordinarios Prophetas ſucceſſores Heliæ, prima morum Monaſtica rudimenta, in Monaſteriis, ſiue Cuneis illius, ſub Monaſtica militantes diſciplina percepiſſe. Inſinuauit rem S. Auguſtinus, pro Prophetis quoque vnctionem cõcedens fuiſſe, præter illas duas, quas primò pro Sacerdotibus, & Regibus præmiſerat. Et forſan, dum aſſeruit in Helia ſignificari Prophetas, idem oſtendere voluit, quaſi qui fuerit eorum caput, in poteſtate illos vngendi pro ſe. S. Cyrillus Alexandrinus expreſsè affirmat Prophetas fuiſſe vnctos *ſenſibiliter*. Innocentius Papa III. hæc quoque ac. epiſtle nos docuit ab eo in illis verbis: *In veteri Teſtamento non ſolùm vngebatur Sacerdos*,

Theodor. in c. 5. Oſeæ.
Oſeæ 5. v. 1.
Clem. lib. 1. Recogn.
S. Chryſoſt. tom. 4. hom. in illud Apoſt. ad Cor. *Cùm autẽ ſubiecta fuerint illi omnia*, ad finem.
S. Aug. lib. 1. retract. c. 26. Idem lib. 83. qq. q. 61. Idem tr. 4. 17. in Ioan.
S. Cyrill. in ſchol.
Innoc. c. vnico de ſacra Vnct.

ſed

sed etiam Rex, & Propheta, sicut praeceperat Deus Heliæ. Vbi apertè dicit in Helia principium accepisse Propheticam vnctionem. Doctores hos sequitur Doctor Angelicus; etenim cùm de ornatu Prophetico fatur, in quo collocat motum probitatem) fatetur: Prophetas simul cum Eliseo vixisse vitam solitariam, ne mundialibus immundis præpedirentur ad prophetiæ donum. Verba eius sunt digna vt ponderentur.

S. Thom. in Ps. 44. c. 1. in Matth. & 2. 2. q. 172. art. 4. in corpor. & vidend. li. 3. c. 29. epist. ad Hebr.

2.

Erunt ad rem manifesta probatio, varia, præter adducta, Patrum alia testimonia, quorum alij, singulum ex Prophetis nostris, pro quibus certamus, familiæ adiiciunt Helianæ; istum ij, alium alij, ex quo infractam reperies successionem Religionis ab Helia Patre, vsque ad Ioannem Baptistam. Nam S. Epiphanius, & S. Hieronymus Ionam, & Abdiam discipulos signant Heliæ fuisse: S. Ignatius Ieremiam monstrat Heliadem: S. Clemens Romanus Ezechielem: & Danielem cū socijs suis: S. Ambrosius, cui S. Augustinus adstipulatur. Hebræorum traditiones, de Aggæo, Zacharia, & Esdra similia dicunt. De Ioanne Baptista illi omnes à nobis illicò in testimonium de discipulatu eius sub Heliana disciplina in medium proferendi, vbi de Ioanne Baptista loquemur in specie: sed tandem horum omnium Doctorum verba infra habebis in aliquorum elogiis relata. Eadem militant fundamenta, & rationes pro illis de quibus expresè Patres non meminère, nec quidquam id detrahat pro illis, quorum nomina silentio conteguntur, quominus optimo iure Heliæ quoque filij censeantur. Nam id consultò est à Patribus omissum, quòd non sese eis specialis obtulerit de illis agendi occasio. Et cùm Chrysostomus, Theodoretus, & adducti vniuersaliter de Prophetis, extraordinariis fuerint loquuti, notæ iniustitiæ vertatur, si à Carmeli castris hi furtiuè surripiantur, quia sub Heliæ vexillo in Monastica disciplina verè militarunt. Nec dubium sit, pro nobis aperto Marte militaturos suo tempore Patres, si in mentem venisset illis, quòd quos ipsi splendores veritatis illius sunt adepti, nostro in re historiæ tempore, elapsu temporum vario, obnubilandi essent. Et certe, vt ad rem similem Tertullianus dixit in eis, *Incuria industria relaxata,* (vel memoriæ relictæ) *non negligentiæ, sed fidei est.*

Tertull. de testim. animæ c. 5.

3.

Producamus iam pro asserto, nostrorum sæculorum, inter Doctores Doctorem clarissimum, qualem nec sæcula transacta maiorem, nec ventura conspicient æqualem, Alphonsum Tostatum Episcopum Abulensem. Is ergo tantus sapiens clarè fatetur in veteri Testamento floruisse quosdam Dei amore, & contemplationis studio feruidos viros, qui meditationibus dediti sacris, diuinisque laudibus mancipati collegium agebant, in quo congregati, & ab hominibus amoti, ad formam Religiosorum nostri temporis, maioris perfectionis operibus insudabant. Nec quidem de Prophetis illis ordinariis tantùm sermonem immiscet, qui spiritu prophetico caruère, sed de iis etiam, qui eo spiritu illustrabantur à Deo, vt Helias, Elisæus, Ioannes Baptistes, & alij, de quo videndus, & ponderandus immensæ penè sapientiæ Doctor ille celeberrimus.

Tostat. in 1. Reg. 19. q. 31.

4.

Eiusdem fuit sententiæ Genebrardus qui de Propheticis Collegiis tempore Samuelis agens, duas Prophetarum classes ostendit: aliam communium, qui de futuris prophetandi spiritu carebant: aliam singularium, eorum scilicet, qui præuidebant futura: sed has duas classes, vnam compertum est tantùmodo Religionem composuisse: enim verò à primis Prophetis, secūdi duxère ortū, non relictà Monasticà & Propheticà disciplinâ, iique toto tempore Synagogæ perdurarunt, vt ex eiusdem Genebrardi Chronologia constat. Itaque nō solùm hoc de Heliæ tempore accipiendum, sed etiam de tempore Samuëlis, in quo in Collegia fuisse non diffitemur, sicut extraordinarium donum prophetiæ (non illud quod ad successionem, mediâ vnctione diuino iniuncta præcepto, vt vidimus, concedebatur, hoc enim à sæculo non est auditum, ante Heliam vlli alij fuisse concessum) & cuiusdam Religionis Professores, sed non formalis illius, quam sub votis tribus fundauit diuino mandante spiritu Helias, fa ctus superædificator, & perfector imperfectæ Religionis à Samuële, quondam inceptæ.

Genebr. li. 1. Chron. ann. 2060. f. 122.

Augustinus Torniellus, vbi in ... personas sacras, & egisset de Sacerdotibus, Leuitis, & Nathinæis qui inseruiebant templo, de Religiosis personis quæ se liberè Deo dicauerant in Collegiis, & Cœnobiis tractauit, & eas duabus, in Genebrardi morem, classibus diuisit, vt perpendenti auctoris verba constabit illius. In eorum prima, eorum scilicet qui futura cælesti ... spiritu præuidebant, Moysen, Iosue, Samuelem, Heliam, Elisæum, Danielem reponit, & alios.

5.

Torn. ann. 3545. n. 13. & 14.

Gaspar Sanchus, vbi producit in medium Chaldæum, Abulensem, Lyram, Caietanum, Hugonem, & Ecclesiasticæ auctorem historiæ qui omnes Samuelis tempore Religiosorum fuisse Collegia cedunt) adnotat, quod (quamquam frequentior viuendi modus domorum illarum, diuinis esset laudibus ad musica instrumenta intonatis detineri, & aliis Religiosorum vacare officiis) nonnulli eorum, qui in Collegiis viuebant spiritu illustrati prophetiæ altiora mysteria, imo futura vidissent. Id quod probat, in eo quod à filiis Heliæ, de Cœnobiis Bethel, & Iericho vsitum fuerit, ante euentum Magni Patris Heliæ raptum prophetasse illum. Ad id firmandum Augustini, & Theodoreti loca conuocat, cum iis quæ suprà accepimus ab Angelico Doctore. Doctoris Iesuitæ singulatim verba non damus, sicut nec aliorum, hac adductorum præmissione, ne longiùs quàm par est à proposito nostro aberremus, nimis effusi: & vt cupidiorem reddamus lectorem operis nostri, vt peruolet ad fontes, è quibus mirabilibus potatus aquis sapientiæ, & eruditionis maioris, gloriosam suam sitim extinguat.

6.

Sanch. 1. Reg. ... ad vers. 5.

Post hæc, ad rem legatur istam sapientissimus Pater Iacobus Boulducus (clarissimum lumen, & decus veræ Seraphicæ Capucinorum familiæ, nunquam satis pro meritis laudatæ, tamquam quæ velut alter rediuiuus Franciscus, in lucis orbisque theatrum supernis oraculis prophetata, ingentia Ecclesiæ protensura incrementa produxit, & antiquam Ordinis paupertatem, simplicitatem, seueritatem, & perfectionem omnem instauratura, reassumpto Capucio pyramidalis figuræ, quod Seraphicus institutor Franciscus, vir vere diuinus, socij eius, Ordoque totus, per multa

7.

Bould. lib. de Eccl. ante legem sparsim sed maximè lib. 1. 4.

Religionis Capucinorum commendatio, & laus.

annorum

annorum sæcula gestauêre, vt ex ipsis antiquis Maiorum Patrum monumentis, quondam constabat apertè.) Is ergo tantus Doctor qui Ecclesiam vtramque Dei ante legem, & post legem, sapientibus editis libris, fuit illustrare potens, nostro quoque Carmelo Paradiso detulit splédores, Propheticum Ordinem, & verè Monasticum institutum concedens ante tempora Christi. *In quibus*, ait ille, *inter alia Congregatio erat instituta ad ædificationem Ecclesiæ hominum Sanctorum, de quibus S. Paulus, & Apostolorum Acta loqui videntur qui docendo, scribendo, & prædicando sacras Scripturas interpretabantur, Propheta siue Prophetarum filij vocati, & quos Deus dedit de spiritu suo munifica dona, diuisa in singulis prout placuit ei. Ab his ortum duxêre diuersa donorum gratiæ, & charismata multa, quæ referuntur à Paulo.* Ita Bolducus egregius.

Videndi Marc. à Lisbona lib. 9. Chronici sui c. 15. & 36. Io Cassiano Benedictin. in vita S. Romualdi c. Bo- nitus Combassionus Monoru. in explicatione status Reg. Serapeon. 1618. edita. & in eo quis sit quod de Franciscana cuditum Capucinorum ta ...maximus Zacharias Boverius Tractat. de vera habitus S. Franc. forma per varias demonstrationes ad ... to. 1. Annal. Capucinor. ad ... probauit egregie.

1. Cor. 14.3. Act. 13.1. 1. Corinth. 12.2 n. usque 11.

A communi filiorum Prophetarum habitu, & nomenclaturis prosequimur sententiam nostram obfirmare.

PRÆAMBVL. XIX.

1\.

Trid. sess. 14. cap. 6. Conc. Gangren II. Celestin. II. epist. ad Galliæ Episco. S. Ephr. ad v. virtute vinentes. S. Greg. Nazianz.

REcte communi inuenimus iactatum paræmia: *Vestimenta bonum non faciunt Monachum:* & à Concilio Tridentino dictum: *Habitus non facit Monachum.* Et bellè quidem, si de Monacho illo accipienda sententia foret, qui ex solo putat habitu, iustitiam habere, vt loquitur Gangrense Concilium. Sed certe optimè Celestinus II. *Discernendi à plebe vel cæteris sumus doctrina non veste: conuersatione, non habitu: mentis puritate, non cultu.* Et præclarè monet S. Ephræm: *Non putetis in cingulo, aut veste longa consistere perfectionem Monachi*, &c. *nam habitus absque operibus, nihil est.* Verùm si parœmia de illis intelligatur, qui (vt Græcæ Theologiæ, & prioris Eloquentiæ Coryphæus asseruit: *Externam speciem, ac veluti picturam parum admodum curant, in homine interno plus opera, & studij ponunt*, cogitantes *pietatem, non in exiguis rebus, nec sapientiam in tristitia vultus, verum in animi firmitudine consistere*), inane certè iactatum est id.

2\.

Eccl. cap. 19. v. 27. 1. de Anima.

Nihilominus, cùm Diuini sit spiritus præloquium, qui nec falli, nec fallere potest *Amictus hominis & risus dentium enunciant de illo.* Et ex Philosophorum disciplina, non parum conferant accidentia, *ad cognoscendum quod quid est*, scilicet substantiam, naturam, essentiam quæ omnia occultissima nostris oculis perspici nequeunt: sic vestes, cùm accidentia Monacho sint, multùm valent ad dignoscendam vitæ, quæ nos latet, interioris puritatem, sinceritatem, & innocentiam.

3\.

Vvald. Tit. 9. c. 8. de Sacramental.

Ideò noster Vualdensis, reuincens impudentissimi Vuiclefi sententiam asserentis: *singularitatem Monasticæ vestis, qua vtuntur Religiosi, meram esse superstitionem, & ioculariam Comœdia nec quidquam conferre ad Religiosi status dignitatem, seu comparandam interioris vitæ sanctimoniam*, sic loquitur in illum: *Hoc ergo nouerit iste Vuiclef, semper fuisse Christiana congruum honestius, vt in vestitu & signis extrinsecis, diuersæ professionis, & status fiat agnitio.* Id quod Vualdensis à Senonensis Concilij, & Clementis Alexandrini doctrinis, accepit. Nam Clemens ait: *Noster amictus indicat, qualis sit morum nostrorum constitutio.* Et Senonensis præcipit, *vt consecrati Deo professionem suam probent habitu, scilicet vt per decentiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatem ostendant.* Et sanè de Monachorum veste, quam Tertullianus *errorum renunciatricem* vocauit, dare possumus illud Lactantij de virtute dicentis: *non esse ipsam summum bonum, sed effectricem, & parentem summi boni.* Quia eius consideratio, reuera calcar est ad virtutem; frenúmque potentius, vt à sæculi vanitate, & mundi delicijs ... mentis abstractione, quanto vestis interuallo distinguimur. Ideò Abbas ille Simeon celeberrimus, de quo Surius, spirituali quadam effusus lætitia totus, exclamabat: *Aliam vitam cerno, & res alienas in hoc habitu*, &c. *ex quo enim Dei seruus esse videor, ... inflammor, nescio vnde, & quærit anima mea neminem videre, neminem aliquid, & audire neminem.* Retinet eumdem considerata nostræ humilitas vestis à fastu, & elatione: & perpensa dignitas Monastici pallij à præcipitiis, ingerit diuinos sensus, in virtute vel tardiori, suggeritque pios motus. Ideò à multis vocatus est habitus Monasticus *Angelicus*, quasi à sanctimonia, & puritate, quam tegens significat & nostri nos Angelici status admonet semper. Magnus ille Monachorum redactor, ac mystagoga Basilius habitum Monachi dixit, *veluti pædagogi disciplinam quandam esse, quâ vel inuiti à rebus flagitiosis prohibentur: Ergo grande pallij beneficium est, sub cuius cogitatu improbi mores vel erubescunt*, dixit Tertullianus. Iam igitur ad ea, quæ de habitu retulimus optimè dixit nouus quidam, sed Religiosus versificator:

Senon. Con. can. 23. Clem. lib. 3. Pædag. c. 11.

Tertull. c. 4. de palio.

Lactant. lib. 3. instit. c. 8.

Surius Men. Iulio.

S. Basil. c. 11. Reg. fus. disputatis.

Tertull. lib. 4. de Claustro animæ.

Poeta datus à Leone de S. Ioan. in ... vestis Religiosæ.

> *Garrula quid falsò iactat prouerbia vulgus,*
> *Vestimenta bonum non faciunt Monachum?*

Si enim tot bona à veste percipere valemus, Monachum vestis componit egregium.

4\.

Eapropter (rem iam deuenire ad nostram) fundamentum aliud, pro sententia nostra, ponimus in habitu antiquissimo Prophetico, quem vnum, eundémque forma ab Helia Patre, vsque ad Baptistam Ioannem cognoscimus ab illis Angelicis gestatum hominibus filiis eius, qui ad Patris imitationem, cum tot ex habitu bona se percepturos sperarent; & in indumenti sui simplicitate validissimam contra vitia cautionem adhibere vellent, hoc vno in habitu Monastico, ab Helia Monachorum Principe, iuxta formam resumpto se inuenisse, competiisséque habuêre pro certo: & certè eadem in illo tu, quisquis es, bona percipies, si non ad luxum, sed ad virtutis stimulum eo homo Religiosus vtaris.

5. Illo igitur eodem, quoad carnis solummodò macerationem, hirsuto, piloso, & rigido, est vsus Pater Helias, vsi fuêre omnes Prophetarum filij, vsque ad tempora Ioannis Baptistæ, qui veniens in spiritu, & virtute Heliæ formâ habitus eiusdem indutus incedere voluit.

6. Ne ergo de hac ieiunus Lector abscedat, liceat nobis opportunâ digressione laconismo quamquam, ex iis quæ nobis tradidêre Patriarcha Ioannes, & alij, capite multo, hîc, Heliæ, & filiorum eius vsque ad tempora Christi Habitus formam Prophetici siue Monastici delineare, nonnihil de mystica significatione illius prælibando.

Io. Pa. li. de institut. c. 37. 38. 39. 40. & 41.

De Tunica Heliæ Patris & suorum.

§. I.

1. HAbitum, vitæ modum sine dubio sequi debere, non secus ac vmbra corpus, & solem lux, nisi dissoni, & deformes videri gestiant induti, & vestis, nulli dubium adest. Cúmque Heliæ vitæ institutum omni rigidiori asperitate connexum decreuisset Deus, quem semini suo post se relinqueret, hanc in illo Deus Heliæ quem virum pilosum, vel ex prolixo capillo, vel hispida, & pilosa veste, Scriptura consignat, ostendere voluit vt ex corporis, & indumenti seuera forma, & rigido modo, animæ puritas non solùm in Magno Propheta, sed & in eius filiis colluceret. Ideo inquam illum tam hirsuto tegmine Meli constrictú ire disposuit, ad id vt qui vel Herculeâ eum mente imitarentur, non paruam de spiritu grandi suo, quem profitebantur, ostentionem exhiberent. Nihil fuit in eo, quod sentosum non esset, & pungens, vt Nyssenus assignat, & nos ex eo dabimus in Elogio Heliæ. Tandem vir pilosus erat, & zonâ pelliceâ pro speciali signo perpetuò renibus accinctus vt ad cingendos lumbos, in quibus luxuriæ semina insistunt, suos prouocaret: & membrorum mortificationem iugem circumferre doceret, accinctos semper exterius emortuæ pellis hispida zona. Ex hoc in sacris primum, quem hac recinctum inuenimus ad lumbos, Helias est. Vnde ab Ochozia Rege indicio hirsuti, inculti que corporis hominis viri Dei zonâ pelliceâ accincti renibus notus demonstratur.

Reg. 4. c. 1. v. 8.

Nyssenus citand.

4. Reg. 1. v. 8.

2. Meloten, quæ tunica erat, portasse in primis Heliam, inter Regum oculos, & ad Aulicorum faciem agentem, ad decentiam quidem, ex Ioanne Patriarcha discimus: & ad eius imitationem, vt colligit Abulensis, Elisæum, & cæteros illius pedissequas, qui Prophetarum filij dicti sunt, eandem gestasse non dubitamus: cúmque non textrino confectam opere fuisse, sed alia seuerioris formæ arte, nodosa scilicet, quæ posset acriùs comprimere corpus. Color natiuus erat, vicissim albus, grisæus si quando, nunc de Capræ pilis, nunc Cameli, siue Meli: at Meloten frequentiùs albam fuisse sine dubio decernimus: ad cuius instar tunicas albas interiores, quæ indusij siue Camisiæ gerere vicem possent, nunc ferre iubemur: sicut exteriùs grisæas quas *Sayas* Hispanice vocamus. Hanc eandem Essenis Alexandrinis in vsu fuisse Philo demonstrat Hebræus, de eis aiens, in veste animæ simplicitatem ostendisse.

Io. Pa. c. 39. Abul. 4. Reg. 14. q. 6.

Constitut. Ord. p. 1. c. 12. n. 1. Philo de vita contemp.

Et quod, vt à Solis ardoribus protegerentur in vere, vsi fuissent pellium vice tunica seuerâ, & exomiis, siue colobriis, quæ tunicæ erant sine manicis, pro indusio: adeoque puritatem animæ ostendendam in veste curasse, vt certis quibusque diebus solemnitatum eorum, *candidatos* eos *& latos* incessisse demonstret. Idem de Palæstinis Iosephus scribit, & credimus illos Propheticas vsos fuisse Melotis in more in Heliæ, in eo quod Christus signauit, de falsis Prophetis agens, eósque incedentes depingens in *vestimentis ouium* cum intus essent *lupi rapaces*.

Ioseph. l. 2. de bello c. 7.

Matth. c. 7. v. 15.

3. Hanc quoque gestasse fundatores primos huius Religionis Elisæum, & filios Prophetarum, cũ Apostolo probat Ioannes Patriarcha, esseque ex pellibus Meli quidem hirsutis, Taxum sic vocant Tacitus, & Zegerus: nam *Taxus habet pellem hirsutam de qua fit vestis*, ait Zegerus, *quæ dicitur Melota*: etsi quæque vestis, dum hispida sit, Melota vocetur, facta etiam de Caprarum, vel Camelorum pilis. Hanc pilosam vestem successu temporis, vt Ioannes assignat, cùm derisum potiùs quam venerationem comparare viderent nostri Patres, qui Heliæ fuêre successores in veteri lege, & nulla, ex hoc vulgi derisu, ad spiritum eorum emolumenta afferre notarent, concordi illam assensu refutarunt, loco cuius lanæ tunicam non pretiosam, subtus scapulare, quam Hispani *Saya* vocant, sed mediocriter asperæ contrahentis corpus, coloris grisæi natiui, gestare assumpserunt.

Io. Pat. c. 38. 1. Cor. Tacit. ab Vvalt. dat. c. 50. Apud Nit. n. Zeg. in Scholiis ad c. 11. ep. ad Hebr. Vide Vvalt. c. 1c. cit. de Melote Heliæ, & Patriar. Io. c. 38.

De Superhumerali.

§. II.

4. SVperhumeralibus quæ nunc ab Epoide sacra supplentur, vsos fuisse, in Patris Heliæ more tempore Religionis nostræ professores, Ioannes Patriarcha demonstrat. *Vestis erat*, ait, *nari in nigri, seu grisæi coloris sine manicis, vsque ad renes descendens, in vtroque latere aperta, brachiis etiam ea nudatis, cuius posterior pars in humeris copulabatur, parte anteriore*: in similitudinem nostri Scapularis diuini, sicd ẽti, quia scapulas latè cooperiat Cui primitiuo nouæ tempore legis in colli foramine adiuncta fuisse capucia capita tegentia quæ nunc *capillo* vocamus Hispanè.

Io. Patriar. c. 39.

De Pallio.

§. III.

5. PAllium ex diuinæ paginæ auctoritate, gestasse monstratur Heliam; nam hoc operuit vultum suum, cùm Horebæo in Monte, ante illum transiret Deus: & cùm misit illud super Elisæum vocationis tempore in viam Damasci, & dum raperetur in aëra curru. Album hoc omnino erat, vt ostẽdêre a bæ vestes, quibus induti visi sunt à Sabacha Patre viri illi candidati incedentes, Heliæ imitatores, in Monastica disciplina constituendi, qui putionem Propheticum ante ortú salutabant, & reuerebantur. *Primus que fuit quoque Helias*, ait Ioãnes Patriarcha, *qui pallium hoc genere est vsus* Non desunt qui crediderint, hûc Propheticum palliũ,

3. Reg. c. 19. v. 13. & v. 19. & 4. Reg. c. 2. v. 11.

Ioan. Patr. cap. 40.

quem

quem in Cassiano, & Ioanne Patriarcha diuersum aperte inuenimus à Melote, de qua egerat iste capite 38.) non fuisse diuersum amiculi genus. Id probant ex eo quod ferè vbicumq; vulgatus noster loquitur de pallio, *Meloten* Septuaginta vertant; & vbi Latina lectio, pallium nominat Heliæ in libro Regum, Græca legat Meloten. Et alibi sæpe. Et ideo Paulus, de Prophetis agens, pallij non meminit, sed de Melote (quod autem ibi de Helia, & Elisæo Apostolus loqueretur, sensère Clemens Romanus, qui ab eius ore audire potuit. S. Basilius, S. Ambrosius, S. Chrysostomus, Theodoretus, Metaphrastes, Petrus Cluniacensis, Rupertus, S. Thomas, Glossa Ordinaria, & Waldensis noster, & colligitur ex illo, *acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos*, quod dictum est, vt solis Heliæ, & Elisæo in lege veteri conuenire possit. Sed certè verisimilius est diuersum esse pallium à Melote: etsi genus simplicis indumenti ad pœnitentiæ seueriorem formam, & puriorem paupertatis spiritum confectū, quo vti licebat Heliæ Patri, saltem ad aliqualem decentiam, Prophetæ tanto, & viro insigni debitam, tamquam ei, qui ex iussu cœlesti inter Reges, & Principes passim erat acturus ad quod, non obstante summæ paupertatis professione sua, dedecens sanè erat, quod omni tempore ad Aulicos nobilis Dei legatus appareret, vt quidam bajulus, vel miles, vel vt Hispanicè dicatur honestiùs, *Como gentilhombre en cuerpo*, cùm esset Religiosus honestatem & decentiam amans, sicut & cæteras virtutes ostendens. Et quamquam in illam sententiam de simplici, & vnica veste declinare visum sit alicui, S. Gregorium Nazianzenum, S. Ioan. Chrysostomum, S. Isidorum, S. Ambrosium, S. Epiphaniū, & Theodoretum, tamen eorum humiliter veniā obtentā hac in parte propter multas rationes, Cassianum, & Patriarcham Ioannem sequi decernemus. Nec quæ tam necessaria erant indumenta duplicia quidquam credimus de paupertate summa Heliæ Patris detrahere. Huius pallij, siue Melotæ refert Sebastianus, Episcopus Salmantinus, qui floruit anno Christi 900. fructum hucvsque, siue centonem seruare Ouetensem Ecclesiam in capsa multis pretiosissimis Sanctorum pignoribus plenā quam S. Fulgentius detulit in Hispanias. Formam pallij istius Ioan. Patriarcha designat, his verbis: *Pallium istud fuit vestis rotunda, à collo, vsque ad medias tibias totum corpus operiens, anterius aperta, sed alibi vndique clausa, superius angusta, inferius amplitudine expansa.*

De Capucio.

§. IV.

DE isto capitis tegmine, nullum hucvsque in Helia Patre adinuenimus ornatum; imò capillis nudis discoopertum caput depingit cum Gregorius Nazianzenus, tantum de toto corpore suo tegentē, quantùm abscondi decorum erat, vt in Elogio dicemus, adeò vt, nec adhuc sandalia pedibus adhibuisse crediderimus, sed membra cuncta ad aera perdurantia, discooperta, & nuda duxisse, tandem, vt hominem repræsentaret pœnitentiæ, & duritiei manibus elaboratum, & natum quasi ad corporis seueritatem solummodo profitendam, & edocendam.

De Zona.

§. V.

ZOnā pelliceā renibus accinctum nuncij Ochoziæ Regi Heliam signarunt, ex qua, & hirsuto corpore, vt diximus, Rex nouit Heliam. Ea vsum fuisse diximus, vt & constringere lumbos discipulos doceret in se, seuerissimè ipse quoque constrictus. Materia Zonæ ex pelle siue corio non apparato, sed adhuc piloso vt Nicolaus Serarius demonstrat, in initio libri vbi de Helia: addens, ex R. Eliezer, fuisse *ex pelle illius arietis, quem pro Isaac immolauit Abraham.* Insigne hanc fuisse puritatis multi Patres adnotauère. Hæc nunc de vestibus Heliæ, & filiorum Prophetarū sic cursim dicta sufficiant, vt ad fundamenta pro re nostra adducenda deueniamus.

In hoc ergo verè vno indumenti genere, & habitus forma in Patribus antiquis, successio, & vnitas Helianæ familiæ conspicitur, ea euidentia, qua nunc in aliis Ecclesiæ Christi Religionibus, quæ professionem suam in habitu ostendunt, dignoscitur. Iste enim ex Paulo in Helia, Elisæo, & filiis Prophetarum ex pellibus caprinis hirsutus, & setosus, qui carnis lenocinia comprimebat, vnus, idémque monstratur. Confirmat Isaias, in eo quod iussus est à Deo doloris saccum, & pœnitentiæ deponere signum. Ad hæc Adamus, Forerius, Cornelius à Lapide, & Gaspar Sanctius, & Castrius, Prophetarum indumentum, saccum pœnitentiæ, delictis carnis designant hostem, id quod ex Zacharia probare nituntur.

Ad rem nostram nobis etiam fundamentū sit, quod saccorum, pelliumque vsus, nec ante Heliam vnquam visus est, à quo vsque ad Baptisten Ioannem, tanta constantia in viris Religiosis, & Propheticis perdurauit, vt nedum hucvsque pictura aliter quam hoc hirsuto, prophetico tegmine taxi, capræ, vel ouis, siue meli, Ioannem Baptistam, qui secundus Helias est, & filiorum, & propositi eius Propagator, & Coryphæus in gratiæ lege, sit ausa delineare.

Sunt quoque rei eiusdem quasi paxillum, cognomina sacra, quibus Heliada Prophetica familia appellata fuit. Ea namque inuenta videntur ad signandos cœtus seu congregationes eorum, qui in vnum quasi collecti viuebant, comprehensis vel illis, qui suis in donibus morabantur. Nomen enim *Propheta* qui primas inter antiquiora nomina refert, vt Bolducus toto suo libro demonstrat, id ostendit apertè, nam iuxta Angelici Doctoris sententiam, ea omnia opera, quæ munus, & nomen Prophetæ decent, Religiosorum sunt propria, & eorum operationes, qui collegialiter viuebant ostendunt: qualia futurorum præuisio, interpretatio sermonum, Scripturæ Sacræ meditatio, iugis cantus, & Psalmodia: & tandem sanctitatis significatio in ipso *Propheta* nomine imbibita: cui nomini vel homini data est omnis occupatio rectis, quæ non sic impiis, non sic sectatoribus sæculi, sed Religiosis ad omnem perfectionis pulchritudinem, toto pectore, & viribus anhelantibus.

Fuère quoque *speculatores* aliquando vocati huius familiæ Propheticæ viri, qui vt diximus, in Cœnobiis agebant: & certe non ad paucos annos hac fuère in Ordine Heliæ nomenclaturā

4. Reg. c. 1. Hebr. 11. Clem. Rom. frag. epist. ad Cor. S. Basil. in reg. fusi. S. Ambr. ep. ad Vercel. S. Chrysost. hom. 3. ad Hebr. S. Ioan. Cassian. lib. 1. institut. c. 8. Theodoret. ubi sup. Metaph. in vita Pachō. Petrus Clun. adu. Iud. lib. 1. epist. c. 22. Rupert. in Cant. S. Th. ad Hebr. 11. Vvald. doctrinali lib. 3 c. 8. Glossa Ordi. Hebr. 11.

Nazianz. orat. funeb. in pro S. Basilio. Chrysosto. tom. 4. serm. de virtut. & vitiis. & ad Hebr. expos. 18. parte morali. S. Isidor. de Patr. vet. Test. S. Ambr. de Leob. lib. 1. cap. 8. S. Epiphan. hæres. 64. Theodoret. 4. Reg. c. 1.

6.

7. 4. Reg. 1. v. 8.

Nota. Serar. ad 4. lib. Reg. q. 175. vb. de Helia. Rabb. Eliezer c. 31. Vide Cassiā. lib. 1. c. 1. n. sitter. Beda c. 12. Act. S. Hieron. lect. 1. & Ezechie. lis 10.

8. Hebr. c. 11. v. 37. Isa. c. 20. v. 2. Adamus. Forerius. Cornelius. Sanct. ad c. 20. Isa. Christoph. Castrus in 2. Prophet. lib. 4. proœmiali c. 5. Zach. c. 14. v. 4.

9.

Bolducus lib. cit. supra. S. Tho. 2. 2. q. 13. To. P. c. 40.

10.

donati: quamquam *Prophetarum filij* agnomen illud, euidentiùs omnibus probet nostrum assertum, eo quòd constet ex Sacris temporibus Heliæ, & Elisæi fuisse congregationes in Bethel, Galgala, & alibi hoc cognomine insignes, idque perdurasse in illis per tempora multa, constat ex Hamos, qui de variis, ab Amasia Sacerdote Idoli Bethel alloquutus, respondit: *Non sum Propheta, nec filius Propheta*, quod sonuit dicere, non sum conductitius Propheta ab hominibus, ita vt comedam panem meum ex officio prophetandi: nec filius hominis Prophetæ conductitij, & irrisorij (Cæcorum in morem, qui solo recitant ære, & Concionatorum sine spiritu, & zelo, qui ad fastum & vulgi auram inanem aucupandam solùm prædicant, vt dicant; dicunt, vt non faciant) vt prophetare desistam cùm audierint à Deo: *Vade Propheta ad populum meum Israël.* Vel sonuit dicere: non sum Propheta, qui prophetico cilicino vtar pallio, quo communiter vtuntur alij Prophetæ. Ex quo apertè patet, tunc fuisse Propheticum quoddam institutum hominum aliorum, à quo Prædicatores, ad populos descendebant arguere, docere, obsecrare, vel increpare homines. Et quidem inter illos fuisse classem aliquorum, qui nec prophetico, reuerèndo, & magnificato habitu vtebantur, sed communi cum sæculi statibus: nec in Collegiis viuebant, ex quibus crederemus vnum Hamos fuisse, ad Heliades sed tamen pertinendo. At demum constat, tempore illo, illud adhuc cognomen *Propheta* durare (hoc est annis ab Orbis ortu 3151. iuxta computa nostra, in quibus ab Helia Religionem instituente, præcesserant saltem 128. anni plus minúsve) & prophetantes, & qui populo prædicabant, vt Hamos, omnes Prophetici Ordinis fuisse filios.

Hamos 7. v. 10.

Hamos c. 7. v. 15.

Zach. 13. v. 4

Secundò constat cognomen *Filiorum Prophetarum*, vt Bolducus sæpe testatur, cognomini filiorum Dei successisse, quo sunt antè signati Prophetæ: & Ioannes Patriarcha signare videtur ante Heliam, & Elisæum auditum hoc non fuisse, sed illorum tempore inuentum (forsan ab ipso Helia vt filiis Religionis suæ nomina data et specifica) quo significaretur in eo noua quædam spiritualis cognatio inter illos diuinos Heliæ, & Elisæi discipulos, & tãtos cõgenitã Patres à nouo sui esse quod ab illis accepêre in illo spirituali, & illustrissimo Propheticæ vitæ Monasticæ instituto: adeò vt nomen meruerint filiorum, sicut Præceptores Parentum nomen aucupati sunt, vt vocarentur illi Prophetarum filij (non deperdito primo Filiorum Dei nomine, quia Helias, & Elisæus Deum in suis nominibus expressère, vt sonat illius nomen *Deus Dominus*, & illius *Dei salus*, vel *Deus saluans* propter quod dum filij vocabantur Prophetarum filij Heliæ, & Elisæi, filiorum Dei quoque nomen in illis imbibitum portendebant) à fideli tantorum Patrum imitatione, ab innato amore, & operum similitudine, & vitæ sequela: in quibus omnibus sic sapiebant Heliam, vt fidissimè patrizantes, Patres exhibecent in se, quos spiritu & moribus imitabantur, vt illi in filiis multiplicati commonstrarentur.

II. Bolducus de Ecclesia ante legem. Ioan. Patr. c. 11.

Præter has, pluribus ad id coniecturis vti possemus; sed ne nimis simus legentibus morosi, alibi cætera ad rem hanc fundamenta aduocanda relinquimus. Nunc ista sufficiant.

Innumeram in partibus Orientis Monachorum Heliadum maximè post Christum Saluatorem multitudinem fuisse demonstratur.

PRÆAMBVL. XX.

EGerimus cùm retrò iam, præmissâ proximâ Præambulatione hac de re generatim de filiis Heliæ, vsque ad tempora Christi, consultò omittendum ducimus, innumero in specie peragere de numero eorum, tum quia id sanè in prouerbij illius esset incidere scopum: *Atlanticum mare cotyla exsorbere.* nam quidem cùm sic multiplicatus fuerit Ordo Carmeli, vel à primis nascentiæ suæ crepundiis, non modò immensâ virorum prole, sed & fœcundissimâ virtutum sobole cælesti, quam sola suprema supremi Numinis scientia comprehendere valet ita vt de Heliana Religione loquutum fuisse ad litteram temporibus illis ante Christũ per Ezechielem suum, Deum crediderint nonnulli in verbis illis: *Multiplicatam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta)* rem in hoc aggredi si studeremus humano certè dissimilem, & imparem captui, impossibile prosequi foret. Quapropter, nunc iam de immensa multitudine discipulorum Ordinis Prophetici sit sermo, quibus Carmelæus insignis Ordo, in partibus Orientis post Christum, & propagatus & distentus est.

I.

Ezech. c. 16. v. 7.

Prodit rem in primis daturus apertam Philo Iudæorum disertissimus auctor, de quo Hieronymus ait, sub Claudio Imperatore, anno Christi 43. magnam cum Apostolo Petro familiaritatem iniisse. Is, in libro de vita contemplatiua Supplicum, hoc est Religiosorum, qui orando, ac supplicando tempus insumebant latè declarat, tanquam oculatus testis, conuersationem Monachorum sexus vtriusque, qui Alexandriæ, & Ægypto sub Marco Euangelista floruère Doctore: de eisque affirmat, pene innumeros fuisse, variis illos, & mirabilibus virtutibus exaltans. Quæ autem, de Ascetis, siue Monachis (sic dictis à iugi virtutum operatione, qui Christiani effecti per Ioannis, & Petri prædicationem, ad Christi tunc nouam peruolarant Ecclesiam) à Philone dicta sunt intelligenda, egregiè probant de filiis Heliæ Eusebius Cæsariensis, S. Epiphanius S. Hieronymus, & alij. Quodque hi omnes ex Ordine fuerint Heliano, vnum id probat satis apertè; nullum tunc in Ecclesia Dei Monachorum fuisse genus, nisi eorum, qui è Carmelo descendentes, vt terram implerent omnem in Helia, & Elisæo sæculis ante Christum multis ortum, & originem habuère. Et adeò diffusum fuisse hoc hominum genus, apud Eusebium Philo idem affirmat: passimque in vniuersum Orbem terrarum, tum apud Græcos, tum apud Barbaras gentes, tum & in Ægyptiis agris (ex quibus S. Basilius de Religiosis agens addit etiam multos fuisse Sanctos, & Beatos in Palæstina, & Mesopotamia) & præcipuè circiter Alexandriam, maximam fuisse cernere horum homi-

2.

S. Hier. in descrip. in Philone.

Philo. de vita contemp. supplic.

Euseb. lib. 2. hist. c. 16.

Epiph. hæres. 29.

S. Hier. in catal. scrip. in Marco, & Philo.

Basil. ep. 63.

num multitudinem dicens, in loco commodiſſimo, qui eſt ad Lacum S. Mariæ. Imò addit ex fœminis maximè, id verum eſſe: ex quibus plures vſque ad ſenectutem extremam permanſiſſe Virgines caſtitatemque ſeruauiſſe propter ſapientiæ deſiderium, compertum eſt. Inſuper, Euſebio teſte, frequentes illorum congreſſus eſſe & exercitationes, ac ſeueram diſciplinæ rationem; virorum quidem in vno, mulierum autem in altero loco ſeparatim congregatarum. Hæc Euſebius, & Hieronymus, ex Philone citatis locis.

3. Theodoret. poſt hæc citand.

Theodoretus de fœminis agens, ſic ait: *In Ægypto autem dicunt etiam plus quam quinque millia virorum habere Monaſteria, qui operantur, & interim Dominum laudant, hymniſque celebrant.*

4. Euag. in vit. SS. Patr. c. 5.

Euagrius in vna ciuitate Thebaidæ, *Oxinirchum* dicta, ſe vidiſſe teſtatur innumerabiles Religioſos, in qua vrbe multò plura Monaſteria videbantur quam domus: & ab eius loci Epiſcopo intellexiſſe viginti millia Virginum, & decem millia Monachorum ibi eſſe, quorum plurimi diuerſis Dei donis fulgebant.

5. S. Athan. in vita S. Antonij.

S. Athanaſius agens de Monachis, qui ſub S. Antonij Magiſterio viuebant, ſic ſcribit: *Erant igitur in Monte Monaſteria, tanquam tabernacula plena diuinis choris pſallentium, legentium, orantium, tantùmque ieiunandi, & vigiliarum ardor, cum cunctorum mentibus ſermo eius afflauerat, vt futuræ ſpei auiditate ad charitatem mutuam, & miſericordias indigentibus exhibendas ingi ſtudio laborarent.* & poſt pauca: *Quis tantum Monachorum agmen adſpiciens,* &c. *non in hanc ſtatim erumperet vocem? Quam bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Iſrael!* Hæc Athanaſius.

Num. 24. v. 5.

6. S. Chryſoſt. hom. 8. in c. 2. Matth.

S. Ioannes Chryſoſtomus, de Ægypti Monachis ſic. *Si quis nunc ad Ægypti veniat ſolitudines, Paradiſo prorſus omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus, & populos Martyrum, & choros Virginum & omnem quidem tyrannidem Diaboli diſſolutam; Chriſti autem Regnum coruſcans.* Et mox: *Et cernere tota illa regione diffuſum exercitum Chriſti, & admirabilem illum regium gregem, virtutúmque cœleſtium conuerſationem in terris micantem: atque hæc non in viris ſolùm, verùm etiam in fœminis ſplendore conſpicias: nam illæ quoque non minori quam viri virtute decorantur.* Et infrà: *Non ita variis aſtrorum choris, cælum refulget, vt Ægyptus innumeris Monachorum, ac Virginum diſtinguitur, atque illuſtratur tabernaculis.* Hæc Chryſoſtomus, qui pluribus proſequitur eorum omnium Heliadum virtutes, & encomia laudum.

7. S. Hieron. in vita S. Hilarion.

S. Hieronymus in vita S. Hilarionis (quem Monaſticæ conuerſationis, & ſtudij in Syria fundatorē, & eruditorem appellat) exemplo eius per totam Palæſtinam innumerabilia Monaſteria eſſe cœpiſſe, omnéſque ad eum Monachos certatim currere dicit. Et cùm interdum cellulas luſtraret Monachorum, Fratres, qui eum comitabantur ad duo millia, aliquando ad tria millia extitiſſe affirmat. Idem Sanctus de eorum multitudine, & Barbaris regionibus ad ſancta Hieroſolymæ loca viſenda accedentibus, ſic ait: *De India, Perſide, Æthiopia, Monachorum quotidie turmas ſuſcipimus.* Et epiſtola tertiâ: *Indus, Gothus,*

S. Hier. ep. 7.

Idem ep. 3.

Ægyptus, philoſophant; id eſt vitam Monaſticam agunt, ad imitationem Heliæ, & Eliſæi; nam vitam Religioſam colere, idem eſt quod philoſophare, vt declarat Spinellus. Et idem S. Hieronymus ait: In oppido Ægypti Nytria S. Iſidorum Epiſcopum, cum turbis innumerabilibus Monachorum, è quibus multos Sacerdotalis, & Leuiticus ſublimabat gradus, occurriſſe S. Paulæ Romanæ quæ Monachos in deſertis illis viſitabat; eámque ſexus oblitam, inter tot millia Monachorum habitare cœpiſſe, niſi Bethleem deſiderium traxiſſet affirmat. Iſta Hieronymus.

Anton. Spin. tract. de vtriuſque ſexus VV. n. 6.

8. Ioan. Eremit. lib. 4. cap. 1.

S. Ioannes Caſſianus dictus Eremita de vno Cœnobio Thabeneſiotarum in Thebaide, ſic ait: *In eo plus quam quinque millia fratrum ſub vno Abbate reguntur: Tantáque obedientia hic, tam prolixus Monachorum numerus omni auo ſeniori ſubditur, quanta poteſt apud nos vnus vni, vel obedire pro modico tempore, vel præeſſe.* Huic ſubſcribit Theodoretus Caſſiani dicto.

Theodor. in hiſt. Theophil. c. 30.

9. Pallad. in Lauſiaca, c. 6

Palladius de Religioſis Cœnobitis, & Eremitis, quos ipſe viſitauit, plurimos refert, quos hic nos ſummatim adiiciemus. In primis in capite ſexto ſic: *In monte Nytria habitant ad quinque millia virorum.* Et poſt pauca: *In intima vero ſolitudine erant Anachoretæ viri perfecti, numero ſexcenti:* In cap. 8. *In hoc monte Nytria Abbas Or habebat Monaſteria mille fratrum:* Capite 35. *Monaſteria, quæ Regulam habent S. Pachomij, ab Angelo acceptam, ſeptem millia virorum habent. Primum verò, vt magnum, quod alia peperit, 1400. continet.* Capite 36. *Trans flumium eſt Monaſterium mulierum circiter quadrigentarum, quod eandem habet viuendi formam & inſtitutum. Hoc Monaſterium eſt fundatum a ſorore S. Pachomij.* Capite 44. Vidit Amonem in Thebaide Patrem ter mille Monachorum, quos etiam vocabat Thabenneoſitas. Capite 48. In Thebaide in finibus Hermipolis, vbi Deipara cum Chriſtò manſit, vidiſſe ſe ſcribit *in ſolitudine, Apollo qui Monaſteria habebat ſupra montem, erátque Pater Monachorum circiter quingentorum: cùm autem eſſet Apollo octogenarius, ſibi magnum congregauerat Monaſterium virorum perfectorum, qui poterant ferè omnes ſigna facere.* Capite 65. *Monaſterium Magiſtri Iſidori erat mille Monachorum, tantæ ſanctitatis, vt omnes ſigna facere poſſent: & cùm mors immineret, eius diem prædicebant, & abſque morbo decedebant.* Capite 63. *Dioſcorus Pater erat centum Monachorum.* Capite 67. *Chronius trecentorum.* Capite 70. *In partibus Arſenoitæ Presbyter Serapion Pater erat Monaſteriorum, in quibus decies mille numerantur, quod confirmat Sozomenus.* Capitulo 81. *In Antinoi ciuitate Thebaidis circiter bis mille ſunt in Monaſteriis, & in his ſunt etiam Anachoritæ.* Capite 150. *In Thebaide, quæ eſt per Syenem* dicit *viros eſſe valde admirabiles, & multitudinem Monachorum infinitam, quorum tanta eſt ſanctitas, vt mortuos vſque in hodiernum diem ſuſcitent, ſuper aquas ambulent, & quæ Chriſtus per Apoſtolos Sanctos ſuos, ea quoque nunc per eos efficiat.* Hæc ex Palladio.

Sur. 14. Maij in vita S. Pachom.

Sozom. lib. 6. c. 28.

10. Damaſc. in hiſt. de Barlaam. & Ioſa. c. 1.

S. Ioannes Damaſcenus ſcribit: *In India regione ingenti, ac frequentiſſima, quæ ab Ægypti mari abluitur, & à Continenti ad Perſidis fines accedit. Cùm Chriſti fidem Indi ſuſcepiſſent*

& audissent in Ægypto Monasteria constitui, ac Monachorum, qui Angelorum instar viuebant agmina ingentia cumulari, ipsos quoque ad virtutis studium excitatos adeo vt plures, relictis omnibus rebus, in solitudines concederent, atque in mortali corpore eorum, qui corporis expertes sunt, vitæ rationem susciperent. Ex his Abener Rex, plures pro Christi fide diuersis afflictos suppliciis cædi iussit, vt Martyrologium habet Romanum.

Baron. in Mart. die 3. Aug. & 27. Ioan. in Ruffin. li. 11. hist.

11. Ad hæc tandem, Ruffini illud de Lucio Episcopo Arriano loquentis, & immensam, tum virorum, tum sanctitatis eorum dignitatem assignantis: *Inde*, inquit, *ad Monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Ter mille aut eo amplius viros per totam solitudinem secretâ, & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur, &c. Qui cum venissent nouam belli speciem vident, hostes suos gladiis obiectare ceruices, & nihil aliud dicere nisi: Amice ad quid venisti?*

Matth. 26. v. 50.

Prosequimur de fœminis idem; sed imprimis Heliani fuisse propositi vitæ Matrem, & Sororem Carmelitarum immaculatam Virginem Mariam, ab eâque Religiosas Virgines tanquam Virginitatis Primipilâ ortum habuisse probamus.

PRÆAMBVL. XXI.

1. INter imitanda, quæ in Deipara Maria præfulgent, vnum esse expressum, & absolutissimum Religiosæ exẽplar vitę, nulli latuit, vel modicè in Ecclesiasticis historiis diuersato. Nam cum Religiosus quisque Ordo, ad perfectionem acquirendam fuerit inuentus sub tribus potissime à Christo consiliis datis paupertatis, castitatis, & obedientiæ, voto firmatis; cumque Religiosi viri à mundi illecebris auulsi, in suis se domiciliis, & claustris contineant: par erat eam sanè viuendi viam, ductore Deo, Deiparam iniisse, vt præclarissima eorum omnium posteritati daret exempli, quæ Angelorum cœtibus, virtutibus sublimior omnibus erat; ne Religiosæ deditis studio vitæ, quod hac vnâ in Virgine Matre abunde imitari possent, deesset. Quapropter, vt ex multis probat Spinellus capite illo de Deipara imitanda, non modò perfectissimè fuisse tria illa Christi Iesu consilia à Virgine obseruata Maria, sed confirmata voto defendimus hac prima subnixi ratione. Si Apostolos, quos ore suo diuino erudite, & sacrâ doctrinâ suâ instituere dignatus est Christus tria Religionis consilia substantialia complexos esse, eâque voto nuncupato obtulisse Deo exploratum est; quanto magis de Deipara sanctitatis omnis, ac perfectionis Magistra idem affirmare debemus?

Spin. cap. 30. num. 10.

2. Ad vitæ quidem Religiosæ professionem à Virgine Deipara susceptam attinet Dionysij Carthusiani assertum, in quo de Virginis Mariæ sapientia, & scientia, quibus superstes adhuc, mortales multos instruebat agens, sic fatur: *Quotidie quoque, seu tempore opportuno conuenit felicissimum illud Collegium* (Virginum scilicet, quæ Hierosolymis sub peculiari Deiparæ institutione degebant, addit Spinellus.) *Centum viginti Virginum eius obsequio, atque regimini deputatarum.* Id quod Guilielmus Eisengrenius, Philippus Bergomensis, Guilielmus Spira, & alij sequuti sunt, verisimileque visum est Spinello. Quid ergo dicendum Euangelicæ prædicationis sub initiis, Hierosolymis complures in vnum Virgines, quæ Christi fidem susceperant, conuenisse vt simul degerent, & Deiparam, superstitem adhuc in terris, non modò vt Dominam, & Domini Matrem, sed & morum etiam Magistram, quæ eas informaret, ac dirigeret agnouisse. Nam & Apostolorum, Euangelistarum, ac fidelium fuisse Magistram, communiter à Patribus affirmatur. Quodque si in veteri lege fœminas plures ad templum excubasse ex Exodo, Regum libris, & Euangelio Lucæ compertum est, vt patet ex libro Machabæorum, Virgines educari in templo, & quidem iuxta Ambrosium, Hierosolymitano vt probat communis Patrum assertio. Imò S. Hieronymus dixit, apud Gentiles Virginitatem semper pudicitiæ principatum obtinuisse Vestalibusque Virginibus inclusis in Virginitatis præmium datum fuisse a Deo spiritum prophetandi: & de Hebræis Sacer Machabæorum textus scribit. Quid prohibet in gratiæ lege, quando Virginitatis consilium a Christo iam promulgatum erat, vnum in locum, affirmare, sub Deiparæ Magisterio Virgines conuenisse, si præfiguratum credunt Patres in Exodi, c. 55. *Mihi Virginitas* aiebat S. Hieronymus *certè in Maria dedicatur, & Christo.*

Carth. in 1. sent. dist. 16. q. 1.

Eisen. 3. 1. p. centur. 1. & 3. part. 4. Bergo. l. 8. 1. ... ul. sermo. 5.

Spira centu. de actibus Christi, & Apost.

Spin. cit. n. 15.

Viden. Spin. Lusc. 19.

Exod. 38. v. 1.

1. Reg. 1.

Luc. 2. v. 35. seq.

S. Ambr. l. 1. de Virginit.

S. Hier. lib. 1. contra Ioui.

1. Machab. c. 3. v. 9.

Matth. c. 19. v. 11. & seq.

Vide Spin. c. 3. ... 20.

3. Ad hæc (hæreticis Centuriatoribus exclusis, qui cum Caluino absolutè negant B. V. Mariam votum Virginitatis emisisse, vt palàm communi Patrum assensu merito repellantur licet lege in veteri fœminæ multæ pluris virginitatem, quàm vitam fecerint, de quibus late S. Hieronymus; imò in sacra Scriptura, tam in lege naturali, quàm scripta multi fuère Virgines vt Abel Melchisedech, Iosue, Ieremias, Helias, Elisæus, Danielis, & socij eius, Enoch, Maria Mosis soror, filia Iephte, & alij vt probant auctores à Mendoça dati: concors est Patrum sententia tamen, & Theologorum assensus omnino verus fuisse Virginem Mariam omnium primam ex fœminis quæ voto se castitatis adstrinxit in orbe. Et est Angelici Doctoris ratio; quia votum Virginitatis pertinet ad statum perfectionis, ergo debuit in Beatissima Virgine Matre, quæ post Christum est totius perfectionis inchoari. Et cùm, olim virtutis istius non modò votum, sed propositum exularet, & laudata nimis fœcunditas esset, sterilitate contemptâ; cùm verò venit plenitudo temporis in Ecclesia Christi, ait S. Bernardus: *Vox turturis audita est, hoc est prædicatio castitatis, cùm B. Virgo illud insonuit: Quoniam virum non cognosco: Sonuit vox, & splenduit flos.* Vt ab hoc illustrissimo exordio, tam multa, & pulchra castitatis germina prodirent. Ex quo S. Epiphanius morem olim fuisse dicit nascentis Ecclesiæ, ad honorem, & imitationem Mariæ Deo virginitatem suam litare multos, vt eam primum virtutis huius prototypon sibi proponerent

S. Hier. lib. 1. in Iouin.

Franc. Mendoça libr. 1. de ... tit. probl. 6.

S. Th. 3. p. q. 28. a. 4.

S. Ber. ser. 59.

S. Epiphan. hær. 78.

Pſal. 44. v. 16.

nerent & ductricem ſequerentur, quod præuiderat Vates in illo *Adducentur Regi Virgines poſt eam*, &c. Id reſpicıebat S. Hieron. ſignás Virginũ vbertatem, ex Virginis Maximæ exemplo Mariæ, quod Deus propoſuit in terris. *Vt quæ ab Angelis adorabatur in cælo, haberet Angelos in terris*, nempe Virgines, Mariam Virginem ſequentes, per quam Virginitatis pulchritudo latiſſimè ſeſe in gratiæ lege diffudit, vt dixit Damaſcenus. Fuit Chriſtus Dominus virginitatis Dux ac Imperator inuictus: Virgo verò ſignifera Maria, quæ, vt loquitur S. Ambroſius, *ſignum ſancta Virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Chriſto leuauit vexillum*. Ideo *ab æterno ordinata*, ſiue *vexillata* fuit, vt ex virtute, quæ ſine exemplo à Virgine exerceretur, multò maiorem, & illuſtrioř victoriam reportaret, quæ ſine exemplo placuit Domino Ieſu Chriſto.

S. Hier. Ep. 22. ad Euſtochium.

S. Io. Dam. or. 2. de Natiu. V.

S. Ambroſ. de inſtit. VV. c. 5.

Prou. 8. v. 23.

4.

Et ſanè quod B. Virgo de facto Virginitatis nũcupauerit votũ, ex irrefragabilibus multorum SS. Patrum teſtimonijs patere compertum eſt. Vnus ſit omnium inſtar Auguſtinus (ne nimis in hoc à propoſito aberrantes noſtro diffundamur) qui argutè ex S. Luca colligit, & probat, indecens fuiſſe, tãtæ Matri ad Angelum reſpondiſſe: *Quomodo fiet iſtud*, &c. niſi ſe Deo Virginem antè vouiſſet. Sicque ex dictis palam fit Virginitatis primatum, & coronam tantam Virginem detuliſſe, ſine vllius exemplo nuncupato voto.

S. Aug. li. de S. Virginit. c. 4.

5.

Sed ſcimus Ioannem Patriarcham Hieroſolymitanum XLIV. ab Vvaldenſe noſtro in hæreticos, datum, affirmaſſe; B. Virginẽ in virginitatis emiſſione voti, Heliam Magnum illum prophetam Dei, & Parentem Carmelitarum, omniſque Religioſi ſtatus Principem, vt eum S. Hieronymus, datus ad hoc alibi, nuncupauit, in exemplar habuiſſe, ideoque ab eo viſam fuiſſe, iuxta communem Patrum intelligentiam, in ſpecie nubeculæ paruæ aſcendentis de mari, quaſi veſtigium hominis. *Quia in hoc*, ait Patriarcha vt eum dat Vvaldenſis, *ſuo ſpirituali aſcenſu, non fœminam quam imitaretur, ſed hominem habiturã fore in exemplum*. Subditque: *nullum ante Heliam ad hanc circumciſionis ſcientiam, quæ in obſeruatione caſtitatis tota eſt, præter Heliam, & puerum eius (ſcilicet cœtus filiorum Prophetarum, & diſcipulorum eius) aſcendiſſe*, Verba ſunt Ioannis.

Vvald. to. 3. de Sacramẽtalib. tit. 9. c. 89.

Ex cap. lib. to. 32. & 34.

(Nos alibi forſan, ſcilicet in Apologia pro Ioãne Tractatu 2. ſpeciali capite ad litteram ex c. 32. c. 34 dabimus ea, fuſiùs pro V. Mariæ gloria expoſita.)

Sed certè eam virtutem, ex voto, primum hominum Heliam ſeruaſſe antequam Virgo naſceretur in orbe, nihil credimus, vt ſupra probatum eſt iam, de Virginis derogare altiſſima perfectione, quà altiores cæli Angelicas ſubſtantias, virtutibus cunctis, ab humero vincit, & ſurſum: quantò ergo magis excederet ipſa Heliæ puritatem, quam ſatagens fuit imitari, non eum tanquam ſibi Magiſtrum, motiuumque exemplar proponens, (tantæ enim Virgini ſolum decebat eſſe Magiſtrum Spiritum Sanctum) ſed in eo virginitatem ſeruatam, & admirata contemplans, & laudans affectuoſa: vt ſicut ille Virginum hominum, in illa lege veteri, fuerat anteſignanus in voto caſtitatis, ſublimiſſimã, ſpiritu, Mariæ Virginis Matris Virginitatem admirans contemplans & imitans: ipſa fœminarum eſſet hac in gratiæ lege primipila, ſignifera, & ductrix innumerabilis chori, multò illuſtriori & excellentiori iure quam Helias, quia iſte qui futurus erat Virginum, pauperum, & obedientium, inſtitutor Maximus, & auctor ſtrenuus in veteri lege, typum ſibi præſtituit Mariam V. Matrem in nubecula viſam non modò Virginitatis, ſed & paupertatis, & obedientiæ, à qua edoctus, & motus vota nouit emittere ſua: Virgo V. Dei Mater non tanquam motiuum exemplar, à quo doceretur reſpexit Heliam; ſed cuius laudaret, probaretque virtutes, quæ forent quaſi vmbræ ſublimiſſimarum virtutum, & nobiliſſimæ Marianæ Virginitatis, & pudicitiæ eminentioris inter filios Adæ. Sic enim verba Patriarchæ Ioannis credimus interpretanda: at de iis forſan alibi fuſior ſermo redibit.

Præamb. 19. n. 14. Vide eam.

De cæteris obedientiæ, & paupertatis virtutibus voto firmatis, breuiter aſſerimus, ſufficiens tantæ Virgini teſtimonium eſſe, raram, & ipſis Angelis admirandam perfectamque earum obſeruantiam: cui rationi adſtipulari poſſunt quas pro Monachatu Ioannis, & Apoſtolorum infrà referemus.

Præamb. 25. numeris.

6.

Porrò Deiparam, eáſque omnes 130. (alij centum quinquaginta numerant) Monaſterij Virgines Sion in Ieruſalem, non modò iuxta magiſterium à Chriſto perfectioris Religioſi ſtatus abſolutiſſimo Principe, capite primo & auctore (qui iſta illa Religionis vota ſtatim ac Spiritus Sanctus ad Apoſtolos, reliquoſque diſcipulos, & Heliades in Sion cœnaculo congregatos deſcẽdit, in mores inducere, ac exercere incipere fecit) ſed & iuxta propoſitum vitæ ab Helia, vixiſſe affirmant S. Cyrillus Alexandrinus, Paleonydorus, qui ſororem Carmelitarum vocatam fuiſſe Virginem Deiparam ferunt. & affirmat Carthagena, ex Ordine Carmelitarum fuiſſe cœnobium illud: ſubſcribit Leo à S. Ioanne, in eo quod Virginem monſtrant indutã inceſſiſſe, & apparuiſſe ſæpè Carmelitanorum more, & habitu; etenim Paleonydorus ſic ait: *Ipſa etiam volens per omnia fratribus aſſimilari pallio candido ſuperamicta perhibetur*. Et Leo à S. Ioanne affirmat, Carmelitarũ omni habitu amictã Ioanni XXII. Virginem puriſſimam apparuiſſe. Guilielmus Spira teſtatur Virginem inſtituiſſe cœnobium illud Virginum Sion, iuxta formam propoſiti Carmelitani ab Helia inſtituti, vt cum illis eundem, omnis ipſa perfectionis Magiſtra, profiteretur. Paulus Zamora de hoc cœnobio, & Maria Virgine tractans, ſic ait: *Quarum ipſa Monialem filiam agens erat Ductrix, Rectrix Mater & Magiſtra*. Ioãnes Roëlas, ex Damaſceno, & Nicephoro teſtatur, griſæo colore Virginem Mariam, Carmelitarum ad morem, amictã inceſſiſſe, id addens, nos Carmelitas, ad imitationem tantæ Matris hoc griſæo in tunicis exterioribus vti colore. Inſuper, id hęc Spira ſubnectit, quadam ſuas Virgines Regulà Virginem inſtruxiſſe. cuius meminit, & refert ad vnguem ſpeculum Carmelitarum, analogica expoſitione, in qua præcipua capita Regulæ Carmelitarum, cum ſanctiſſimæ V. Mariæ vita, ac virtutibus deuota ſimul, & ſubtili collatione cõparantur. Eandem repetit Cœnobium Rhedonenſe ad finem libri vitæ B. Ioann. Soreth. & expoſitionis Paræneticæ ſup. Reg. Alberti ab eodem D. Io. confectam. Ad id, Beatiſſimam Virginem

S. Cyr. lib. de lau. & ortu V. ad Cæleſt. I.P. O.M.

Carth. to. ho. 3. cit.

Nota.

Leo à S. Io. de typo veſtis relig. ſec. 9. fol. nobis, 9c.

Paleonid. l. 3. c. 9.

Leo à S. Io. cit.

Spir. cent. 1. de actib. Chriſti & Apoſt.

Zamor. ſer. de S. Thereſ.

Roël. lib. de pulchr. exteriori Mariæ.

Speculum Ordi. Carm. Tráct. ſup. Regulã Ordinis Car. à Io. de Chimineto, ad. cit. fol. 51. & 52. Impreſſionis ann. 1507.

ginem Mariam caput, & originem Virginum fuisse, vitæque earum religiosæ initiũ, & auctricem immensi numeri earum, quæ sunt eam sequutæ sub diuersis statibus Ecclesiæ: S. Isidorus his verbis docuit apertè: *Fœminarum Virginum caput est Maria, ipsa earum auctrix, inde agmina puellarum sanctarum, inde sectatrices perpetuæ continentiæ pullularunt.* De earum numero erant Virgines illæ, de quibus Armachanus apud Waldensem ait, eas à Virgine Maria fuisse nutritas, & meminit S. Vincentius Ferrarius.

S. Isid. Off. li. 1. c. 18.

Vvald. citat. sup.
S. Vinc. ser. de Natiuit. Virg. Matris.

7.

Immensum, & infinibile esset numeris explere, innumeras fœminei Virgines sexus, quæ in nostro Carmelidum choro pullulauêre, ex hac tanta ductrice, ex hac insigni Magistra Maria Virgine Matre. S. Cyprianus inquit, impletum esse Orbem earum multitudine. S. Ambrosius Orientem, & Africam earumdem ingentem habuisse multitudinem. Et alibi ait sic excreuisse, vt neutiquam Imperij opes sufficere potuissent ad Virgines Deo sacratas alendas. Et multis, de eadem multitudine Virginum sanctus Augustinus. Harum etiam meminêre S. Ignatius Martyr, S. Iustinus in Apologia, quæ est ad Antoninum Pium Imperatorem, Athenagoras oratione pro Christianis, habetur inter opera Iustini de pudicitia agentis Christianorum. Sed Theodoretus in sua historia Theophili de mõsteris agens, vbi Domninæ Virginis sanctissimam vitam exposuisset, addit: *Multæ aliæ partim quidem vitam amplexæ solitariam, partim autem viuere amarunt cum pluribus: adeò vt ducentæ, & quinquaginta, & plures, & pauciores simul viuant, vno cibo vescentes: super solas storeas ex instituto dormientes, & manus quidem lanæ attribuentes, hymnis vero linguas consecrantes. Sunt autem eiusmodi innumerabilia gymnasia, non solum in nostra regione, sed etiam per totum Orientem, his autem plena est Palæstina, Ægyptus, & Asia, & Pontus, & tota Europa.* Imò addit postea: *Ciliciam, & Mesopotamiam.* Harum vitas, & admirandas virtutes Palladius refert, qui etiam postquam dedit quarumdam nomina, quas Romæ viderat, testatur in Ancyra ciuitate Galatiæ repertas fuisse plus quàm decem millia Monialium, quæ in omni virtutis institutione exercebãtur (& quidem Heliades esse certissimum habemus) inter quas quędam nomine Magna, de qua nos suo loco dicemus, heroica virtutis opera exercuerat in ciuitate Autrai. Et licèt non exprimant isti Doctores singulatim, cùm loquantur hîc de iis, quæ in professione Monastica Carmeli Heliam sequutæ sunt, tamen compertum est plurimam partem earum, & eorum Virginum de quibus agunt, ad Heliades pertinere.

S. Cypria. de habit. Virg.
S. Ambr. li. 3. de VV. & li. ad Valentin. Imp. contra Symmach. li. 2. ep. 12.
S. Aug. lib. de morib. Eccl. c. 30. contra Faustum, li. 3. c. 4. lib. 8. confess. c. 1. & li. de S. Virginit. c. 36.
S. Ign. ep. 5. ad Philadel.
S. Iustin. Philosophus & Martyr.
Theod. sect. 3c.

Pallad. in histo. SS. Patr. in vita Opiani. & in Lausia. c. 24.

In elogiis ad an. 411.

8.

His omnibus addes, (præter innumeras eas, quas virtutibus illustres nostra quotidie obseruantia gignit) innumeras magnâ sanctitate florentes, quæ ætatibus istis B. Virginem Teresiam sequutæ, sic ad virtutis, & perfectionis nobilioris exultant currere viam, vt sydera numeris si diu ventura sæcula durent, esse euicturas non dubitetur, in illis enim verus Matris spiritus, vt in Elisæo Patris Heliæ, dupliciter iure relictus est, & quotidie reflorct. Nec omittas ex tertio Carmeli Ordine Piçocoras multas, quæ charitate, & puritate vitæ clarentes toto diffusæ turmatim in orbe, excelso virtutum segmine suarum, Carmeleis splendoribus quotidie Ecclesiam Sanctorum adaugent.

9.

Quid plura? Horum, harúmque possemus copiosissima alia agmina, in medio dare, præter assignata; nam certè in illis primis nascentis Religionis auroris, mediis, & præsentibus, imò, in Mariana Religione Heliadum infinita pullularunt, & innúmera apparent, omni ingenua sanctitate, & maximo virtutum numero clara, sed hanc Virginum, & Sanctorum promiscui generis Carmeleam classem (sicut & alias eorum, earumque videlicet, qui inter Patriarchas, & Prophetas antiquos, firmissima subnixi fide, & spe excelsi sunt facti: Inter Apostolos, Apostolorũ coadiutores strenui: Inter Martyres stetêre in magna cõstãtia pro fide certãtes: Inter Pontifices cælo celsiores vt esset eis Sacerdotij dignitas in æternum. Inter Doctores, vt sal terræ, sol mundi, ciuitas supra montem, & lux in candelabro relucentes, aquâ potati sapientiæ vt scientiam toto in orbe salutis effunderent nunciantes in Prophetis, pulchritudinis studium habentes, & narrantes carmina scripturarum. Inter Confessores sine macula inuenti. Inter Virgines non solùm immarcessibili puritatis suæ flore seruato, sed effuso pro fide sacro cruore. Inter Matronas nobiles, quarum decor, & fortitudo indumentum fuit Mariæ Virginis Matris, quibus omnibus adstat excelsa Carmelitarum Religio, Religionum omnium Regina quasi coronata, ad dextram Ecclesiæ Dei circumdata varietate) liceat hoc vno omnes trancurrisse Laconismo, & hoc breuitatis contexuisse velo. Nã certum est, ait Carthagena Franciscanæ familię decus, quòd. *Quotquot ab Helia in speluncis, cauernis, montibus, & desertis Ægypti, & Thebaide, & aliarum Regionum, Monasticam vita professi sunt, Heliani instituti fuisse cultores, ac huius sacræ Religionis alũ-ni.* Vnde illud Trithemij Abbatis Benedictini solemne, repetitum est: *Tot sancti fratres suo gratia in Ordine isto fuerunt, vt penitus numerari nequeant, enimvero si quis stellas cæli dinumeret, & huius Ordinis sanctos numerare poterit.* Et Leandri item Benedictini Præsidis insignis Collegij S. Vincentij Salmanticensis, qui postquam multis fusè probarat, ab Helia & Elisæo nostram Ordinem originem ducere; eundémque hunc hodie esse, qui in Ecclesia Christi viget cum illo qui in Carmelo ab Helia Patre erectus est: de multitudine Sanctorũm Ordinis Carmelitani immensa, & Cœnobiorum incremento mirabili sermonem adtexens, sic pergit & his verba repetit ista: *Pienso que todos los conuentos, y modos de viuir del Oriente y todos los varones illustres en santidad, y letras, que dellos salieron, todos los Patriarchas, Arçobispos, Obispos, que gouernaron aquella Iglesia, que casi todos fueron Religiosos se pueden con gran verdad reducir à esta Religion.* Ista Leander qui in fine §. eiusdem, vbi fundamenta asserti posuerat sui nonnulla, eadem verba repetere non dubitauit. In illo imprimis innixus, quod omnes illi Monachi illius Ecclesiæ, tũ Anachoretæ, tum Cœnobitæ in communi degentes, Heliam agnouêre Patrem, vt communis iam fert Doctorum sententia: & secundò, quia etsi varij viuendi modi regulares sint inter se diuersitatione habitus, vel Regulæ, dum vnum Patrem omnes reuereantur, & in vno fine par

Carth. ho. ... de laud. Car. ho. 17.

Trithem. de laud. Carm. c. 12.

Leand. Granat. Maurq.

Leand. in vitaS. Gertru. dis. 4. 4. 2. ad init. 1. tom.

ticulari

ticulari conueniant, quem respicit vitæ suæ modus, vnam omnes sine dubio Religionem efficiunt, non diuersam. Id quod videre est in Religione Protopatriarchæ Religionum Occidentis S. Benedicti Abbatis, cuius ex Ordine primo cùm alij rami pulchri procedant, tamen ad eandem sub diuersis nominibus, & constitutionibus sine dubio S. Benedicti Religionem amplissimâ, tanquam ad caput eorum mysticum reuocantur, cùm sit omnium finis idem, & eidem omnes vni Benedicto obtemperent Patri: quapropter Pontifices, Doctores, Martyres, & cæteri insignes viri virtutibus, & sapientiâ diuinis, qui ex varijs suis Congregationibus, tanquam vnius arboris ramis, ad truncum eundem, cunctis illustriorem, iure referri debent. Et cùm omnes illius Ecclesiæ Monachi, vsque ad S. Basilij tempora solum Religiosi status Heliam Patrem agnoscere potuissent, perinde est, quod cum eodem fine, ad perfectionem suam Monasticam aduocato contenderent ad Carmelitarum Religionem iure meliori referantur: & eapropter omnes illi illustrissimi Patres Antonius, Hilarion, vterque Paphnutius, Onufrius, & alij Heliam Patrem suum appellarunt, & quotquot Religiosi illius temporis fuêre, similiter Hieronymus, Chrysostomus, Damascenus, Cyrillus, & innumeri alij. Præterea ex illis omnibus institutis, qui tanquam à radice Heliæ rami prodiêre, vt Mantuanus cecinit, sola Carmelitarum Religio hæres est rei, & nominis propria, filiationis Heliæ, vt affirmant Sixtus IV. Iulius II. Greg. XIII. & alij Pontifices alibi dati. Ex his fundamentis, assertum suum, mentémque adstruit nostram firmiter sanè, sed sine inuidia, gloriâ plenus insignis Benedictinæ familiæ Leander alumnus. Iam dicemus Præambulatione 23. & 24. immensam illam Essenorum multitudinem ad Carmelum iure optimo reuocari.

Mantua. in Eglog. & li. 3 Parthe.

Præambul.

10.

Præterea, quamquam multitudines istæ Heliadum promiscui sexus, Monasticam vitam non exercuerint sub Religione à summo Ecclesiæ Arbitro probata, vsque ad tempora Bonifacij VIII. qui floruit anno Christi 1294. tamen veros fuisse Religiosos solus negabit insipiens, cùm temporibus illis notum sit, auctoritatem approbandi Religiones omnino fuisse apud Episcopos, & Patriarchas. Et scitum est nullam aliam Religionem notam fuisse temporibus illis in Ecclesia Dei, si Apostolorum omnibus supremam, institutam à Christo, dempseris vsque ad tempora S. Basilij, (qui fundauit Religionem suam anno Domini Saluatoris 369. sub Pontificatu Felicis II. & Imperio Apostatæ Iuliani, & reformauit Monasticum institutum, & ea omnia, quæ ab Antonio Magno, Hilarione, Pachumio, & vtroque Machario, pro instruendis illius temporis Monachis, & Religiosis verbo tenùs, audierat, ac sibi tradita fuerant literis mandauit, atque quibusdam demptis, alijs verò additis, eorum omnium non minus eruditam, quam Religiosam regulam confecit, vt August. Barbosa notauit: post quam, anno Christi 390. prodiit illustrissima S. Augustini: & post eam anno Christi 510 Benedictina nobilissima) nisi quæ è Carmelo ab Helia, & Elisæo deriuata, inconcussa successione fuerat, vt fundata ante Christum Dominum ibi annis plus nongentis, vsque in finem mundi duratura, in Ioanne Baptista, post Christum in gratiæ lege propagaretur. Nec de votis horum dubium vlli poterit esse, qui in memoriam reuocet, quæ dicimus agentes de Monachatu Baptistæ, & Religione Apostolica à Christo suis Præambulationibus.

Vide Suariũ in 2. 2. S. Thom. ad q. 186. 7. 8. 9. 10. suo de Relig. 3.

S. Basilij Ordo & eius origo.

Barbo. c. 41. n. 21. de Religiosorum Ordinib. in Iure Eccl. vniuersio.

S. Augustini Ordo & eius origo.

S. Bened. Ordo & eius origo.

Præamb. 21. & seq. Præamb. 25.

At tandem rem finiat totam Wastelius sapiens his verbis: *Manet igitur omnibus ferè Monachis id persuasum fuisse ad exemplum Heliæ suos debere componere mores: adeóque eos fuisse Monachos Helianos; nam certum est pene omnes antiquos Monachos institutos fuisse S. P. Helia Propheta. Sed si dixeris iuxta Gregorium Nyssenum, & alios, non Heliam modo, sed & Ioannem Baptistam sunt imitati, concedemus, & gratum nobis id erit audire, hac nobis gloria maior, quia huic datus est decor Carmeli. Et vt S. Gregorius Nyssenus asseuerat, Vnum vtriusque fuit institutum Carmeli, nam Ioannes venit in spiritu, & virtute Heliæ.* Hæc Wastelius.

II.

Wastel. cap. 47. Apolog. contra Baro.

Greg. Nyss. orat. de S. Ioan. Bapt.

Antiquitas, origo, fides & sanctitas Essenorum, siue Assidæorum Palæstinorum demonstratur.

PRÆAMBVL. XXII.

I.

Ex fide dignioribus antiquis historiis compertum habetur, ante Babylonæam captiuitatem, vnam tantum Religiosam professionem, eámque sub vario insignitam nomine fuisse, quam filij sunt Heliæ sequuti, in Synagogæ tempore. Nazaræorum namque illa, nulla sub Religionis forma militauit, vsque ad Heliam, à cuius temporibus, prope tempora ante Christum Dominum, & post eiusdem gloriosum Orbi natalem plures falsæ Religionis sectas ortas fuisse Tertullianus, Clemens Romanus, Eusebius, Epiphanius, & alij docent. Inter multas nos ex Flauio, & Gorionide, de tribus solùm famosioribus agemus. Etenim isti de Sadducæorum, qui sunt aliquando Samaritani vocati, eo quòd in Samaria ortum habuerint: Pharisæorum, & Essenorum, siue Assidæorum specialiùs agunt, Primam docentes, nomen à Sadoc natione Hebræo, Pharisæo professione, qui iuxta Tornielliũ floruit ferè anno mundi 3720. aucupatum esse, de quo Serarius. Huius alumni, Diabolo peiores sub ementito Religionis regimine, impij in Dei Prophetas in nebulosis doctrinis incedentes, magnis erroribus inuoluti sunt; nostrique temporis hæretici plura iniqua dogmata subministrarunt, de quibus Serarius legendus.

Tert. lib. de præscriptio. c. 46. Clem. l. 1. re cognit. Euseb. 4. histor. c. 27. Epiph. l. 1. cõ. tra hæres. & alij de quib. Philast. Catalog. de hæresib. Flau. Ioseph. l. 5. c. 18. ant. ep. c. 1. & lib. 13. c. 9. Torniell. in Annal. ad an. 3720.

Secundam scilicet Pharisæorum à *Pharasch* quod dilatare, & diuidere sonat: quam Serarius ex Rabbinorum testimonio quorundam antiquiorem facit Sadducæa: Et licèt in prima sui natalitij luce, hæc in puris fuerit moribus versata, & doctrinis, quapropter eam aliquando Paulus *certissimam* vocauit, sed labentibus annis, cùm *venit plenitudo temporis*, vt mitteret Deus *Filium suum natum ex muliere factum sub lege*, legem euacuatam, erroribusque plenam hanc, vt ex Euangelica patet historia, Christus inuenit. Ex quo patet etiam ineptissimos fuisse Pharisæos

2.

Ser. l. 1. Tri. hæresi c. 19. & 20. Ser. cit. c. 2. & seq. Ser. cit. c. 11. & 12. Act. 26. 5. Galat. 4. 4.

ſæos, vt Prophetico, & puriſſimo, & fideli Deo, Ordini Heliano adderent ſucceſſionem: cùm ad conſeruationem diuinarum traditionum, & ſelectioris doctrinæ, quas à Moyſe, ſiue Scripturâ didicerant ſacrâ, fuerint inſtituti, non ad profeſſionem operis Monaſtici quidem, qui cœnobia non habuêre, nec ſub vno vnquam capite vixerunt: &, etſi eorum quidam caſtitatem coluerint, non tamen perpetuam, nec ſtabilitam voto: quapropter hæreticorum eſt cauillum aſſerere, **Monachos à Phariſæis originem aliquam ducere.**

3. Paleonid. li. 1. cap. 5. Corna. li. 1. c. 7. de Eſſen. & alibi ſæpè in ſuo dilucidando.

De Eſſenis, ſiue Aſſidæis, qui idem ſunt, & eſt claſſis tertia, de quibus nobis agendum, nonnulli, ex noſtri temporis hæreticis, Religioſos fuiſſe audacter denegant, ne Monaſticæ profeſſioni tantam arrogent antiquitatem: alij eos de hæreſi ſugillant, etſi ad oculos in eis ſanctiſſimas, Monaſticas, eáſque plures inſtitutiones obſeruatas videant. Ex Catholicis aſſerunt alij, eos prope tempora Chriſti, ortum habuiſſe: alij de eorumdem puritate in fide non obfirmantur, imò Religioſos non fuiſſe nonnulli cenſent. Sed tamen, qui curâ ſolertiori, & piâ ſinceritate, rei veritatem tamquam Catholici ſcrutari ſunt ſeriò, te iam cum Doctoribus antiquis, ſelectioribus, & ſapientioribus ex Synagoga Rabbinis collatâ, fatentur ingenuè Eſſenorum inſtitutum, præceſſiſſe origine Phariſæos, & Sadducæos: longâ annorum ſerie, magnam fuiſſe profeſſum ſanctitatem: in Synagogæ fide illos puriſſimos fuiſſe: ex inſtituto, & Regula Monachos: inter eos Baptiſtam floruiſſe: eorum fuiſſe Principem in gratiæ lege: Chriſto ſuo, & Saluatori omnium ad ædificationem Eccleſiæ ſanctæ & æternæ, æternâ veritate firmatæ, primos lapides ſubminiſtraſſe, ipſo ſummo angulari lapide à Deo conſtituto CHRISTO IESV: legitimam à Prophetis originem duxiſſe: Monachorum Euangelicorum Patres effectos: & funiculum triplicem eos fuiſſe à quo Eccleſiæ, & Synagogæ Monachatus connexus eſt, quò ille qui proceſſerat ab Helia in Carmelo, infractâ ſucceſſione procederet vltrà. Hæc omnia fuſam ſibi, fatemur, probationem exquirere, ſed cùm noſtri non ſit in his latiùs ire, ad innumeros Chronographos, & Doctores, qui rem fuſiſſimè diſcuſsère, eruditionis auidum lectorem, mittum ire peroptamus: contenti nonnihil de his omnibus aliquid attigiſſe, & ea ſaltem non omittere, quæ ad rem noſtram (quæ in probanda inconcuſſa Ordinis Heliæ ſucceſſione, vſque ad Ioannem Baptiſtam, & prima ſecula à Chriſto poſita hæret) pertinere videretur.

4. Rabanus. S. Thom. Lyran. in 1. Machab. 7. 1. Machab. 2. v. 6. Ioſeph. Stephan. Oriol. in prolog. ad lib. Machab. Lorin. ibid. Serar. Har. Mach. ſup. c. 7 lit. & c. 4. Torniel. an. 4... Ser. cit.

Eſſæos ergo, ſiue quos Aſſidæos, hoc eſt, Aſſidæos, ab aſſiduitate diuini cultus ſic vocatos (iuxta Rabanum, S. Thomam, & Lyranum) nuncupat Scriptura cæleſtis, eorúmque Ducem Iudam Machabæum demonſtrat, eoſdem fuiſſe, & ſolo vix nomine diuerſos, compertiſſimum eſt in primis ex mente Ioſephi Stephani, Orioleniſis Epiſcopi, Lorini, Serarij, Tornielli: & conſtare poteſt, ex eo quod ea omnia, quæ Ioſeph. Flauius narrat de Eſſenis, ea repetit Gorionides de Aſſidæis omnia, vt firmiſſimè notauit Serarius, & patere valet ex Pſalmo 78 *Deus venerunt gentes*, in illis verbis, *Carnes Sanctorum tuorum*, vbi Græca legit, *Aſſidæorum*, & qui Græcè ſcripſit primum librum Machabæorum legit, *Carnes Eſſæorum*, ſed de his aliquid aliud dicemus poſtea.

5. Videa in nota ad §. 1. Æ... ... Aſſidæis danda.

Gentem fuiſſe Religioſam in vnum congregatam, vt opere ſupererogatorio Deo voluntariè dicati inſeruirent: fortem viribus orationis, & omnis ſpiritualis potentiæ, vt Spiritus ſanctus docet in Machabæorum libris, vbi de Aſſidæis agens ſic fatur: *Tunc congregata eſt ad eos Synagoga Aſſidæorum, fortis viribus ex Iſraël, omnis voluntarius in lege.*

1 Macha. 2. n. 42.

6. Hen. ... de S. Thecl.

Petrus Herrera Dominicanus, Epiſcopus Tuicenſis, affirmat fuiſſe ſtudioſiſſimos diuinæ ſapientiæ, & deditiſſimos indagationi paginæ ſacræ: eoſque validiſſimos ſeſe pro fide illius temporis, & moribus ſanctis pugiles, non ſolùm verbo, ſed enſe, dum opus eſſet, oſtendiſſe.

7. Flau. lib. 2. de bell. c. ... Philo lib. *Quod omnis probus*, & lib. de vita contempl. 1. Mach. cit. Scalig. vide in Serar. Et ... Minerual. c. ...

Ad eorum antiquitatem accedendo: duplici ſub claſſe (licèt eoſdem met vtroſque credamus eſſe) Palæſtinorum ſcilicet, & Alexandrinorum, Aſſidæorum, vel Eſſenorum, ſi mauis, meminère Flauius, & Philo. Iuxta computa diligentiſſimi Tornielli conſtat, Mathatiam præceſſiſſe Euangelicā prædicationem, ducentis, & ampliùs annis in quibus iam Aſſidæos antiquos eſſe apertè conſtare poteſt, tum ex Machabæorum libro, vbi tempore Mathatiæ ſit mentio illuſtris eorū, ſub Aſſidæorum nomine, tum ex Ioſepho Scaligero, qui eorum originem ad tempora reuocat Eſdræ, ſicut inſtitutum ad Prophetas ſanctos, quos facit eorum auctores, & Eſdram amplificatorem. Idem id ex euidenti Flauij teſtimonio apertè monſtrari poteſt, imò apertiſſimè ex libro Antiquitatum 18. ita vt à tempore illo, de quo ibi Ioſephus agit, iam antiquiſſimos eſſe tātos viros doceat. Adſtipulatur Plinius de Eſſenis memorans, eoſque gentem ſuper omnes admirabilem vocans, imò æternam, ante millia ſæculorum ortam, puram & pauperem: Solinus, Plinium ſequitur, addens, vt eorum firmet antiquitatem Eſſenos Palæſtinos quondam populi Engaddi dominos fuiſſe.

Flau. lib. 13. Antiq. c. 9. & li. 18. c. 2.

Plin. li. 5. c. 17.

Solin.

8. Trad. Heb. ... 1. Paral. ... S. Nilus in aſcetic. Suidas. Serar. in Trih. lib. 3. c. 9. & in Minerual. li. 3. c. 17. Cedren. in Ca... Serar. cit.

A traditionum Hebraicarum venerabili libro, qui ſub nomine S. Hieronymi circumfertur, ab Aſcetico S. Nili ſermone, a Suida, de quo videndus Serarius, poſſemus quoque rei euidentiſſima deducere teſtimonia; nam apertè fatentur, Eſſenorum Palæſtinorum inſtitutum, & nominis eorum ius, præceſſiſſe Ionadabum Rechabitarum patrem, quanquam multò à Ionadabi tempore eorum congregationes inuentæ ſint. Et Cedrenus, imò referente Serario ex hæreticis multi Ionadabum ab Eſſenis aſcendentem cognoſcunt. Sed ne debito nimis ſermonem protendamus, pro Palæſtinorum Eſſenorum antiquitate probanda, adducta ſufficiant.

9.

De eis tamen Euangeliſtæ non meminêre ſub nomine Eſſenorum, quamquam præceſſerint Chriſtum Ieſum, ſed ideo eſt, quia breuis agendi de illis occaſio ſeſe obtulit illis, quando ſub nomine diſcipulorum Ioannis Baptiſtæ (qui Eſſeni ſine dubio erant) ad calamos venêre Euangeliſtarum: & ſatis ſit in Machabæorum libris Aſſidæos vocatos fuiſſe.

10. Ioſeph. lib. 2. de bel. c. 7. Ser. in Har. Mach. ad c. 7 li. t. & 14. li. 2.

Iſtorum tidem mille Ioſephus celebrat encomiis, & Serarius affirmat Iudam Machabæum illam firmiſſimam, quam habuit de Reſurrectione mortuorum, ab Eſſenis, cum quibus conuerſatus fuerat didiciſſe: quam quoque confirmaut

admirabiles

admirabiles sanctitatis splendores, quibus mirificè vexillarunt, quidquid aliter alij inuerso animo contendant contra Essenos, ex eorum nonnulla in lauacris ceremonia, de qua Eusebius: & altera, non sacrificandi intra templum, de qua Iosephus: & de Solis ad Orientem oratione facienda, de qua Iosephus idem. Sed cùm ex D. Hilario, de Trinitate, sensus non verba sit crimen, hæc crimini vertere in eos, crimen est; licuère enim lauacra ante Euangelium Susannæ, Iudith, Ruth, Dauidi, & aliis, absque peccato. Licuit Essenis non extra templum sacrificare (Dei enim præceptum erat sacrificia in templo peragere) sed extra commune Hebræis atrium in aliquo eiusdem Templi secessu, ne in singularibus eorum ceremoniis, fusioribus quidem, & sanctioribus, molestiam populo & obicem darent: licuit doctrinam tueri de fato, cùm per fatum, vt ex Iosepho deducitur, ipsi diuinam voluntatem, bona decernentem absoluto decreto, & mala permittentem, saluo hominis arbitrij liberi iure, intelligerent: licuit ad Orientem Solem orare, vt Christianorum fuit mos vetustissimus, referentibus Iustino, Tertulliano, Origene, Epiphanio, Basilio, Augustino, Athanasio, & aliis, cùm eum contemplarentur clarissimam Diuinitatis imaginem, in qua Deum verum de Deo vero reuerebantur, non creaturam, sed creaturarum Creatorem, vt Athanasius dixit; erat enim gens Essena sancta, plena lumine diuinarũ Scripturarum, & quæ præ manibus Prophetas, & legem semper habebat, Philone testante, à quibus didicerant, maximè à Zacharia, Orientem vocare Christum Messiam cui corda litabant, vota offerebant in Sole venerato. Itaque nec in his, neque in aliis, criminis reuincentur, qui tantâ sanctitatis, doctrinæ, & fidei luce melioris splendebant.

[Margin: Euseb. lib. 4. hist. c. 14. Ioseph. 15. Antiq. c. 8. Ioseph. idem lib. 2. de bell. c. 7. S. Hilar. de Trin. — Iustin. Mart. q. 118. Tertul. contra Valent. Orig. homil. 6. in Leuit. Epiph. hær. 19. Basil. lib. de Sacram. c. 27. Aug. lib. 1. de ser. Do. c. 9. Athan. ep. 57 ad Antioch. Zach. 3. 6.]

[11.] Multis sanctitatem istorum testimoniis palàm facere possemus nisi nos alia vocarent, sed satis illam probat ipsa *Essenorum* nomenclatura, quæ gentem sanctam, piam, beneficam sonat, ita vt à summa eorum sanctitate habuisse nomẽ illud edoceat Philo. Eusebius Cæsariensis, nomen deriuari à dictione Græca ὁσιότης, quæ *sanctitatem* significat, quasi Essenus virum magnæ sanctitatis sonaret probat. (& rectè quidem, nam Essæorum, seu Essenorum nomen, quasi Elisæorum, ab Elisæo instructore deduci, & facilem, & vltroneam, & recentem deductionem accensemus.) quod præualere potuit, idque mirabile est, successu temporum vario, super antiquum illud mysterio plenum *Prophetarum*, & nobile illud *Rechabitarum*, tam celebre apud veteres auctores. Eiusdem sanctitatis testimonium consolidat, Solinum, viros illos gentem nobilem vocasse, & Iosephum dixisse, quod eorum secta inter alias optima, & dignior erat celebritate, cuiúsque viros in semitis versatos esse iustitiæ, multis antè sæculis. Herodes Rex, eo quòd vnus ex eis Manahenius Essenus, de quo secundâ ætate loquendum, puer adhuc, omnia futura Regi, & eidem Regnum prædixisset, maximâ cæteros est prosequutus veneratione. Sed his maiora Iosephus lib. 15. Antiq. cap. 13. subnectit, de Essenis affirmans tantam esse apud eos morum probitatem, vt plures eorum sapientiâ diuinorum arcanorum fuerint à Deo facti sublimes. Ex quo patet, adhuc in eis perdurasse propheticalem illum spiritum, quem exposuimus, quémque filiis reliquerat eorum Pater Helias, vt vsque ad Euangelium permaneret in eis.

[Margin: Philo li. *quòd omnis prob. sit liber.* Euseb. Cæs. lib. de præpar. Euang. — Ioseph. 15. Antiq. c. 13.]

[12.] At, quod nobis maximè facit pro argumento sanctitatis Essenæ, illud est, quod hæc tam firma in eis, & mira pietatis sublimitas permanserit à tempore Heliæ per nongentos, & ampliùs annos, vsque ad Euangelium Christi, vt vix æqualem nouerit inter Religiosas Ecclesiæ Catholicæ classes. O rem inauditam! & quæ diuinam in Carmelitica Heliadum sorte prouidentem designat virtutem gratiæ cælestis, & singularem Dei erga Carmelum commendat amorem, dum suos tantâ virtute pollentes firmauit, & fortitudine tantâ semper clarentes effecit, vt victricem Dei manum, eò illustriùs experiretur Heliæ filia, per sæcula varia, quò diriùs fuisset diris aduersitatum ictibus vel à iuuentute sua petita.

[13.] Nec aliâ est opus probatione, vt Esseni Palæstini Religiosi censeantur, cùm pro re stent eorum castitas inaudita, ineffabilis paupertas, ratus à sæculi consortio secessus, gloriosum eorumdẽ nomen, varia de mirabili Monastica vita, quam sunt professi, testimonia, Habitus, & Regula, quæ dubium omne propellere valent. Quocirca vnica supersint hîc ad rem Hieronymi verba, qui scribens ad Eustochium Virginem, illíque virginitatis custodiam commendans, & in exẽplar huius virtutis mirandos Monachos Ægypti proponens, eorum vitam ad Essenorum normam vitæ adeò compositam delineat, vt transcripsisse videatur Iosephum & Philonem ad vnguem; in tantum vt simillimos asserat Ægyptios Monachos moribus, vitâ, professione, maioribus Essenis, à quibus originẽ illos ducere docet: & eorundem in Monasticis exercitamentis fidissimos esse imitatores apertè sanctus Doctor ostendit: non tamen illos huius Monastici propositi institutores originarios constituit, sed Ioãnem Baptistam Principem eius assignat, cuius post eum fuisse auctorem S. Paulum, & illustratorem S. Antonium affirmat: & his omnibus Coryphæum fuisse, & Antesignanum demonstrauit apertè; quapropter sæpè dicimus Essenos esse filios Heliæ Patrésque Monachorum Ægypti, ex quibus contextus est funiculus ille, quo nexum est Monasticum Synagogæ vitæ propositum, cum Euangelio, & Ecclesia sancta Christi.

[Margin: S. Hieron. Epist. 22.]

Monasticum Patris Heliæ propositum vitæ Palæstinos Essenos obseruasse probatur: Professio eorum ostenditur: Habitus describitur: & regimen eorundem insinuatur.

PRÆAMBVL. XXIII.

[1.] DElibatis Essenorum Palæstinorum origine, fide, antiquitate, & sanctitate ad rem nostram (quæ in probanda inconcussæ Religio-

nis ab Helia ſucceſſione, mediis illis veris viis Religioſis, ſita eſt) opus erat de Regula eorum, profeſſione, habitu, & regimine nonnulla, etſi per tranſennam ex propoſito noſtro breuiſſimè dare. Quapropter, cùm de Eſſenorum Palæſtinorum obſeruantiis, quæ illorum regula fuit, Philo, & Ioſephus latè peregerint, ſupererit adnotaſſe, hic ex auctoribus tantis, aperte monſtrari Palæſtinos Eſſenos, viginti quinque, inter alias, obſeruantiis ſingularibus, quarum profeſſione ad vitæ perfectionem faciliùs peruolarent, præter vota ſua, ſe vltrò cinxiſſe, & fidiſſimos omnium, & ſolertes obſeruatores exhibuiſſe propoſitu Heliadum; nam certe quæ in illis comprehénduntur, nihil aliud, ſi benè aduertitur ſapiunt, quàm totum Monaſticum Inſtitutum, quo ad perfectionem maiorem acquirendam peruolatur attentiùs. Ea namque, quæ ab Eſſenis viginti quinque illis capitibus, tum in Regula Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani XLIV. tum in Regula Alberti, tum in noſtris Conſtitutionibus, & vt ad altiora aſcendamus, in exemplis Monaſticæ vitæ, quæ Helias, & Eliſæus primi eius anteſignani, & Principes egregij, & in dogmatibus ſacræ Scripturæ, quæ pro Regula fuêre primis Carmeli Monachis, fusè, apertè & completè imbibita reperientur. Ne verò ieiunus ab illarum aliquali cognitione abeat qui legerit iſta, ſciat quòd ſatis exactè illa recipiet in nouo opere Propheticæ hiſtoriæ à Franciſco à S. Maria ad 25. capita reuocata: Philippus Bergomenſis nonnulla adducit, Coria noſter, & alij. Sed Thomas à Ieſu, omiſſis illis, quibus imbuti erant opinionibus, dogmatibúſque Catholicis de Deo, & animæ immortalitate, ſtatuta ad mores attinentia refert ad tredecim vocata capita. Videndus Euſebius, Sozomenus, Nicephorus, & alij, qui multa à Ioſepho, & Philone, de Eſſenis transſcripsêre.

Phil. li. *Quòd omnis probus ſit liber.* vbi fusè de eis. Ioſeph. lib. 2. de bell. c. 7.

Hiſt. Proph. tom. 1. lib. 3. c. 10. Berg. lib. 8. de Eſſenis. Coria lib. 1. c. 7. §. de Eſſenis. Thom. a Ieſ. 1. p. de var. Reg. Carm. §. 1.

2\.

Palæſtinos igitur Eſſenos (qui primùm fuêre in Eccleſia Chriſti Monaſticæ vitæ cultores, à quibus ad poſteros, Ægypti & Palæſtinæ Monachos, inſtitutum, & Regularis Religio manauit, vt concors eſt omnium Eccleſiæ Dei ſapientum ſenſus, & aſſenſus. veram, perpetuam, & ſolemnem vitæ Monaſticæ profeſſionem emiſiſſe, ex multis conſtare poteſt. ſed maximè, cùm ij eximio feruoris ſui ſpiritu, & toto virium conatu ſint inuenti fidiſſimi, & iuges Regulæ ſuæ obſeruatores, ſeuerique obedientiæ, paupertatis, caſtitatis, contemplationis, & ſacrarum Scripturarum meditationis, & ſtudij, ſilentij, ieiunij iugis, & tandem aſſiduarum vigiliarum, vt ponderauit Philo, profeſſores; adeò vt cenſuerit Euſebius gentem eos Euangelicam fuiſſe, & à Beato Marco Euangeliſta ad Alexandriam deductos, ante cæteros, Eſſenos ſui Cœnobij.

Philo ſingulariter in de vita contempl. ſuppl. Euſeb. lib. 2. hiſt. c. 16. & 17.

3\.

Et quidem, cùm ſancti Patres de Euangelicis Monachis agunt, fatentur eſſe ab Eſſenis progeniem ortam; in his veram ſanè profeſſionem emiſſam agnoſcunt, quam tanquam à fideliſſimo, & vero prototypo, Ægypti, & Palæſtinæ, & aliarum nationum Monachi hucvſque mutuant: nec enim, veros Monachos Eſſenos appellaſſent, niſi eos profeſſionem quæ ad verum Monachiſmum adeò neceſſaria eſt, ſolemnem votorum emiſiſſe, ſuo illo antiquo ſolemni modo credidiſſent. Nam ſicut ad verum Chriſtianiſmum, ſacra tium cæleſtis ſpiritus neceſſum eſt: & quemadmodum aſſerere de aliquo eſſe Chriſtianum, eſt tacitè, imò expreſsè diximus, affirmare in eo de ſuſcepto Baptiſmo: non ſecus de alio aſſerere Monachum eſſe, idem eſt quod dixiſſe emiſiſſe iam veram profeſſionem, cum eſſe formale veri Monachatus, in ſolemni trium votorum profeſſione conſiſtat. Id aperte Ioſephus oſtendit, cum docuit, Eſſenis in more fuiſſe, iam tribus probationis annis elapſis, à ſua receptione ad certas ſeſe obſeruantias, quas refert ipſe patenter adſtringere. Et verè, cùm hoc nihil aliud eſſet, quàm promittere Deo, ſe talia obſeruaturos, vota ſine dubio ſolemnia erant, quorum perfectum eſſe ſtabat in eo quod publicè Altiſſimo redderent illa, immolantes Deo ſacrificium laudis, & reddentes Altiſſimo vota ſua.

Ioſeph. lib. 2. de bel. c. 7. ad medium.

4\.

Nec his obſtet, quod in eis promiſſionibus voto firmatis expreſſa mentio caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ non fieret, id enim ante annos mille, & ducentos à Chriſto nullo teſtimonio auctoris claſſici, ſeu veræ conſtat hiſtoriæ, in vſu fuiſſe, profeſſionem ſcilicet publicam emittere, cum aperta votorum, & diſtincta expreſſione. Imo fuit, eſtque hucvſque Carthuſiacis in morem, ſub his ſolummodo verbis, emittere ſolemnia profeſſionis ſuæ vota: *Promitto morum emendationem* Benedictinis, *iuxta Regulam obedire.* Thabenneoſitis: *Patrum ſtatuta ſeruare.* Primitiuis Patribus Eccleſiæ: *Vitam inſtituere.* Si Eſſenis modo illo, aperitori quod conſequs) familiare fuit in illis verbis, adhuc apertiùs exprimentibus vota, profeſſionem facere, *tacite tamen quæ eis* remedio iuramento deuinctis, & toto ſe ex corde mancipantibus ad hæc, per vniuerſum tempus vitæ ſuæ, vt Philo docet de Palæſtinis Eſſenis, in eo quod teneri ſe *caſtitatem perpetuam in tota vita* promiſſos eſſe affirmet apertè; cum quo certe pugnat ſub aliqua conditione ſua vota emiſiſſe: ſed in perpetuum, & abſolutè ex profeſſione deuinctos ire, vt veram in illis non concederemus Religionem. Cumque vnus ſit concors Patrum aſſenſus, in eo quod de Monachis primitiuæ Eccleſiæ Chriſti aiunt perfectione hos non excelliſſe Monachos illos Eſſenos, cur vtrorumque profeſſio non ſimilis erit, ſed formalitate diuerſa vna ab altera diſtincta iudicabitur?

S. c. S. Bened. præcep. omnibus, & emend.

5\.

Habitus Eſſenorum. Philo de vita contempl.

Huic tantæ morum honeſtati, & celſitudini in virtutibus vitæ, habitus ſanè in Eſſenis forma reſpiciebat, vt Philo notauit. Ex craſſiſſimo enim panno, pellium vice, tunicam in hyeme induebant, & exomiis ſiue colobiis, quæ veſtes ſine manicis erant, vtebantur in æſtate, vitæ ſemper immutabilis in veſtibus ſimplicitatem oſtendentes, & omnem faſtum, & ornatum faſtidientes in amictu, vt Ioſephus oſtendit: Hoc verè vnum in Nouitiis, & Tyronibus curabant, vt certis ſolemnitatibus in veſte candida, & læta facie *candidati & læti*, vt loquitur Ioſephus, coram Domino in templis, & Cœnobiis apparerent, vt ſupra notatum eſt.

Ioſeph. lib. 2. de bell. c. 7.

6\.

Melotis propheticis quoque vſos fuiſſe hos Palæſtinos Eſſenos, in Ioanne Baptiſta monſtratur, & aliis. Zonâ, ſiue cingulo amplo, eóque piloſo, an vſi fuiſſent, vix conſtare poſſet, niſi vno ex Ioanne Baptiſta deduxiſſemus, quem Sanctus Matthæus, & Marcus, in

Matth. 3. 4. Marc. 1. 6.

zona recincta pellicea pingunt. De pallio eorum quod diuersum fuit à Melote saltem in istis, iuxta Iosephum, loquitur Philo, supra quod Meloten, si qui vtebantur eâ, adlubebant, *era esta al modo de los [illegible] que se vsan a ora en las Iglesias Cathedrales.* Erat illud formâ quadratâ, pendentibus fimbriis ex eo, à lege Leuitici, & Deuteronomij. Ex Iosepho item calceamenta sandalia ta Essenorū habemus.

Math. 23. 5. Leuit. 15. Deut. 22

7. Ioseph. [illegible] vbi de Essenis

Sed ad Assidæorum regimen adueniente Iosephum qui huc accessit legat, ne nostra instituti promissa breuitas iniuriam irroget celeberrimæ tanti Essenorum regiminis a[illegible] hoc tolum non prætereuntes, illos [illegible] et prudentissimos fuisse in suo regimine componendo: & quòd pars potior Politicæ, vel OEconomicæ, quæ hodie in omnibus Regularib. Congregationibus viget a diuinis [illegible] iuxta quæ legimus in Iosepho si[illegible] pe[illegible]datur, accepta sine dubio sit.

Essenorum genera duo ad eandem Eliæ Patris familiā Religiosam pertinere probamus. Fidem, & institutum Alexandrinorum Essenorum ostendimus: & palàm fit per Essenos Monachatum à Synagoga ad gratiæ legem transiuisse.

PRÆAMBVL. XXIV.

1. Ioseph lib. 2. de bell. c. 7. ad finem.

Aliud habemus ex Iosepho, illustre quoque Essenorum genus, videlicet Alexandrinorum, qui etsi diuerso vitæ modo in domibus suis coniugati cum vxoribus degebant, vacantes liberis, cùm moribus tamen, & legibus cum alteris vniformes essent, ad Propheticam quoque Heliadum familiam, tanquam ab illa descendentes pertinet. [illegible] fi à nonnullis Doctoribus Religionum militarium equites, v. t. Religiosi [illegible] sub connubio degentes, [illegible] non [illegible] Esseni isti tum Rechabitæ Heliæ [illegible] & de eius essentiali Religionis gremio non immeritò censendos fore credidertimus. Id probantes [illegible] ex Essenorum virorumque regula, maximè eorum qui Virgines erant, qui, præterquam ex operibus satis se ipsi Heliæ Patris [illegible] exhibuere, vnam pene penès, & [illegible] esse compertum erit conferentibus vtrasque [illegible] in illis obseruantiam [illegible] tum omittamus, ex voto [illegible] nemo non nouit. Habitus, & origo eorum, probationem aliam nobis [illegible] formâ, & ruditate materiæ, vtrique simillimis per 900 annos vsi fuère, dum vsque pro pelliceis, quibus Prophetarum filij fuerant vsi, cum Palæstinis Essenis, Esseni Alexandrini, vt Philo fatur, *crassa sunt vsi in hyeme tunicella.* Ex quo se apertè professores [illegible] Heliæ [illegible] alteri. Loco quoq; habitaculi [illegible] Prophetarum filiis Alexandrinos Essenos, vt [illegible] ex libris Regum constat, in eo quod S. Elisæus Tabernacula struxerit petentibus filiis iuxta Iordanem eodem in loco, vbi per sæcula multa Esseni quoq; Palæstini postea d[illegible] sunt, vt [illegible] le redundū Elisæu, vel in similitud[illegible] loci habitationis suç exhiberent, intra Prophetica finibus iungentes [illegible]. Tum tandem, vt illa sufficiant, Prophetici Ordinis hos esse, Propheticus spiritus probat rediuiuus apertè ab Helia, & Elisæo, in illis virorem nouum assumens, & protendens virtutem, vt probat Iosephus. Et ad finem libri secundi eiusdem ostenditur vno in Manahene adolescentulo Esseno ad Herodem prophetāte: vno in Iuda [illegible] mortem Antigoni filij Hircani, ex Aristobuli fratris supplantatione: & multis aliis, quibus, eodem Iosepho teste de Essenis agente, concessus est. Nec detrahat quicquam pro eo quod diximus, hos Essenos hære des fuisse filios Prophetici Monastici instituti quod Iosephus affirmet, eosdem magni fecisse Mosen, tanquam si eum solum reuererentur vt propositum Principem & non Eliam nam illum venerati sunt, vt communem omnium legislatorem & Nazaræorum auctorem à quibus vini ab stinentiam nunquam ipsi inter alias seuerè seruabāt, acceperant, abrogatis mortiferis, vt Canisius cū S. Epiphanio testatur in veteri lege seruatis [illegible] tum veniret plenitudo temporis, & gratiæ lex infixa erat in cordibus eorum, vt de lege illa tantum [illegible] Decalogi diuini præcepti, & institutiones propositi sui Esseni, [illegible] quorum obseruantia perman[illegible] vsque ad S. Basilij tempora, qui, vt S. Greg. Nazianz ait, antiquum illud Monachorum institutum ad meliorem sui formam temporis reuocauit, figuris omnibus, & Ceremoniis d[illegible], quidquid Antoniachi hæ[illegible] latrent. Quæ cautæ erat [illegible], vt Moysen aliquo modo reuererentur: at supra modum Heliam sunt venerati, à quo tria illa vota [illegible] cum aliis obseruantiis ad regulam [illegible] nentibus Religionem, assumpsère non scripto [illegible], quem vt Patrem, & Propositi Monastici auctorem [illegible] in posterum agnouerunt.

Ioseph. 15. Antiq. c. 13 ad fin. & lib. 13. c. 19. correction. tra luction. ex Græc. lib. 2. de bello c. [illegible] ad fin.

Can[illegible] 3. [illegible] verbo Dei. S. Epiphan[illegible] [illegible] c. 10.

S. Greg. Nazianz. [illegible] Mon[illegible] de S. B[illegible]

Vide. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 9. lib. 1. cap. 4. n. 9. & Th. Sanch. in summ. c. 16. q. 2. & alij.

2. Superest de horum Alexandrinorum Essenorum fide, & regimine aliquantulum misceret sermonem. De his ergo Georgius Cedrenus, antiquus, & veneratus auctor acta Diui Euangelistæ Marci percurrens, postquam cum Euseb[illegible]o, D. Hieronymo, & aliis, de Cœnobiis penè innumeris & admirabili perfectione florentibus, quæ Marcus erexerat apud Alexandriam, cum viris illis insignibus, quos ad Euangelium Christi ex Synagoga prædicatione sua reuocarat, & fide instruxerat sancta, sermonem perfecerat, addit: *Ab Hebræis, vt videtur, oriundos, ac Essenorum moribus, ad disciplinā præclarè prius institutos.* Quibus in verbis palàm ostendit eos ex Monachis qui multò antè fuerant Esseni, compactos fuisse & quod sub Hebræa fide propositi sui regulam, & acta seruassent. Sed ad eorundem antiquitatem properantes, à Rechabitis originem duxisse fatentur, & ex testimonio Philonis addit, hos Alexandrinos Essenos *Patrum priorum æmulasse, atque imitasse mores & vitam.* Eaque omnia ex Niceph. quoque, & Genebrardo sitadi[illegible]: & patet ex illis, vtrosque Essenos Palæstinos, & Alexandrinos eundem[illegible] Heliam propositi fuisse. vt apertè ostēditur ex Cedreni verbis de[illegible] Essenorum [illegible] Alexandrinorum

Cedren. in [illegible] S. Mar[illegible] Chr[illegible] schol. notas 163.

Niceph. [illegible]

Propheticum vocat. Et ex S. Basilio, Chrysostomus probat & alij, Euangelij Monachatum à Synagoga deriuatum fuisse, & in Prophetarum filiis exordia cœpisse felicia. Ægyptios quoque Monachos, de quibus Iosephus egit ex mente S. Hieronymi ab horum Essenorum instituto iam ante D. Marcum Monastico, originem traxisse suam.

3. Ad hæc Bolducus insignis elegāte discursu à fontibus Hebræis subtiliter, & erudite deducens Essenorum antiquitatem, iure meliori institutum fuisse Monasticum, idque infracta successione vsque ad tempora Christi perdurasse probat, diuersum tamen à Nazaræatu temporali (illorum scilicet, qui ad finibile tempus in breui se Deo dicabant,) non tamen à perpetuo (eorum videlicet qui toto vitæ tempore suæ sub Religiosorum vero vexillo militare statuebant. Et demum eiusdem fuisse generis Essenos vtrosq; Palæstinos, & Alexandrinos, hosque à Diui Marci institutione Euangelium suscepisse, vt Ægyptus Monachus ... forent Monasticæ vitæ, & ... viuus, quo medio à Synagoga ad Ecclesiam ... Monasticus ... cuius meruit esse Princeps, teste Hieronymo in lege gratiæ Ioannes, vt sua apertius dabimus præambulatione sequenti.

Essenorum Principem: Essenum instituto: Heliæ filium in spiritu, & virtute Monastica, & professione Prophetica: perpetuúmque Nazaræum fuisse S. Ioannem Baptistam, ex Patribus sanctissimis & Doctoribus probamus.

PRÆAMBVL. XXV.

1. Omni rigore iuris, & Monachatus forma meliore in comperta veritate Monachū egisse Ioannem Baptistam, (quem S. Cassianus ... veteris, nouique Testamēti limē, finem, & initium vocat) apud veteres fuit tam firmus assensus, vt nec potiori iure de Basilio, Hieronymo, Benedicto, & aliis simillimis id celebrari possit. At enim, cùm saxa cauet tempus, & ferro haud tempora parcant, opus erit, ne tam gloriosum de Carmelo Trophæum, vel obliuione deciduum, vel ignorantiā in posterum vilis sæculis delitescat, veritatem encænizare ad Patrum, & Doctorum auctoritates firmissimas referendas coaptando.

Et in primis tantùm voluit asserti firmitas huius apud Græcos Patres, à quibus Latini eundem indubitanter ebibêre, vt iam, iudicio nostro, ad Traditionis grauissimæ, firmissimæ, & antiquissimæ sine principio peruenerit fines. Etenim præterquam quod ex vitis Sanctorum Onufrij, & Pachumij id palàm patet: Docuêre veritatem istam S. Athanasius, S. Ephræm Syrus, S. Basilius, S. Gregorius Nazian. S. Ioannes Chrysostomus, qui sic de Ioanne fatur: *Ioannes est Princeps Monachorum, ipse Monachus. Considerate, Monachi, dignitatem vestram, Ioannes princeps vestri dogmatis est ... Monachus: & sicut ... tum Principes sunt Apostolis, sic Monachorū Princeps S. Ioannes Baptista.* Cuius verba Chetonæus ad caput Matth. 3. exponens, eandem Chrysostomi sententiam amplectitur libens. S. Isidorus Pelusiota, qui *Ducem illum Carmelitarum vocat*, Ioannes Hierosolymitanus, Palladius, Heraclides, Cassianus, Sozomenus, Eustatius, S. Macharius, qui sic ait: *veniam ad Monachum nouitatis, iamentis Ioannem Baptistam*, S. Antiochus Monachus, Germanus Patriarcha, Methaphrastes, Theophylactus, Theodorus Balsamon, Nicephorus. Ex Latinis eandem veritatem sunt testati S. Clemens Romanus, S. Hieronymus. *Huius vitæ Monasticæ illustrator fuit ... & ... ad superiora conscendam Princeps Ioannes Baptista.* S. Augustinus, S. Ambrosius, qui sic fatur: *Ioannes Baptista Monasticæ vitæ eremiticæ ab Elia institutæ cultor eximius.* S. Gregorius Magnus, S. Isidorus: *Huius etiam Propositi in Euangelio Ioannes Baptista extitit qui eremum incoluit iam inde progenies sunt conuersationis huius nobilissimi Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per vniuersum mundum adoleuit sancta institutio Monachorum.* S. Odilo, S. Anselmus, S. Bernardus: *Ioann ... ætate supergressus infantiam & nobilioris generis generositatem oblitus, &c. Dimmitatis factus est forma, vita Monachorum Anachoretarum principium, totiúsque Religionis ... ortio.* Hugo Victorinus, S. Thomas. *Non fuit ergo Helias in per ona, sed in spiritu, & virtute; quia scilicet similitud ... Heliæ in ... operibus ostendebat, & ...* Ex neotericis sequuntur Trithemius Abbas, Abulensis sapientiæ abyssus, qui aperte fatetur Ioannem in omnibus, & per omnia vitæ modum Heliæ esse sequutum, & habuisse habitum conformem omnino habitui Heliæ. Et alibi: Cùm Heliæ vitam Ioannes tenere vellet, voluit quoque eum in habitu imitari. Alanus Copus, Thomas Vvaldensis, qui pro se S. Bernardum citat, sermone ad Fratres de Monte Dei, Petrus Canisius, Bellarminus, Roiwverdus, Serarius, Possevinus, Pamelius, Gualterus, Maldonatus, Franciscus Lucas, Nicolaus Coeffeteau Episcopus Massiliæ, Fernandius: *Spiritum ergo Heliæ continuata serie in deserto per homines Religiosæ vitæ, denique in Ioanne transiuisse, illum quoque exhibuit mundo Monachorum Parentem.* Philippus Hieropolitan. Abbas qui Ioannem vocat *Carmelitarum fratrem.* Sic ait: *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem Baptistam habitantem cum Carmelitis confratribus suis.* Eisengrenius & Suarius, is in 3. p. S. Thomæ q. 38. art. 1. distinct. 24. sect. 6. *Neque id omnino Patres intactum reliquerunt; sed indicant potiùs cùm dicunt, Ioannem Baptistam Monasticam vitam egisse ac Monachorum Principem fuisse.* Peraza, Laurentius Aponte, Episcopus Turiasonensis. Paleonydorus apertè demonstrant, etenim iste sic: *Tempore legis gratiæ, quando Ioannes Baptista venit in spiritu, & virtute Heliæ, cum Carmelitis circa Iordanem in solitudine conuersatus est. & ab eis in eodem Conuentu in Superiorem, & Magistrum assumptus. Et his simillima illa.* Leander à Granata Benedictinus loquens de Heliæ filiis virtute, & sanctitate præclaris & ad Ioannem deueniens, sic ait: *S. Chrysostomo, Isidoro*

Pelusiota, y otros graues autores dicen, que como Elias fue principio de la vida Monastica en el testamento viejo, Ioan lo fue del nueuo, y verdadero monge, quien con raçon podra quitar a esta Madre tal hijo, a este cielo tal Sol? Matrem vocat, & Solem Carmelitanam Religionem *que en el spiritu, en el habito, en vida, en oficio, en zelo de costubres, y hasta en el lugar donde habitaua, es otro Elias: yo no me atrebere a tal, si no a estimar a tal madre por tal hijo.* Ista Leander. Ad idem Mantuanus allusisse videtur cùm Ioannem Baptistam à discipulis, Heliæ & Ioannis filiis tumulatum illum inter Carmelitas duos designat hoc cantu:

Bapt. Mātu. l. 8. de festis dieb.

Tunc caput ablatum, tunc aduenêre nepotes
Heliæ viuentis adhuc: raptumque cadauer
Adiunxère suis Patribus, tumulúmque dedère,
Atque duos inter vates posuisse feruntur:
Scilicet Abdiam Carmelicolamque Elisæum.

Io. Carthag. ho. 1. de lau. Carm. li. 17. obiect. 10.

Ioannes Carthagena Franciscanus, ex professo veritatem probat & ait: *Cum ratione ipsa valde cohæret fuisse Ioannem professorem Heliani instituti.* Sed tandem huius rei est testimonium Sole clarius à Menologio Græcorũ receptum, quod adducit Heliam, & Ioannẽ tanquam duo vitę Monasticæ exemplaria, & prototypa nobilissima.

Citatorũ omnium dare hic verba relata ad vnguẽ, in immensum esset opus augere: qui velit, ad fontes aduolet, satis nobis sit omnibus hîc viã apertè ostendisse, vt iam transeamus ad alia.

3.

Sed tamen quia hoc, sicut cætera nostri Ordinis trophæa ad gloriã, Carmeleosque decores attinentia, firmata relinquere desideramus, ad nostri firmitudinem asserti nonnulla diuinæ paginæ loca adducere placet: quibus si, & doctoribus adductis, quis fidem ausu temerario denegauerit, neque si quis certè ex mortuis resurrexerit (etiamsi Ioannes ipse testem seueritatis exhibeat) credet.

4.
Luc. 1. 17.

At opus est credat Angelo, ad Zachariam sermonem agenti, dum in hæc verba prorupit: *Ipse* (Ioannes) *præcedet in spiritu, & virtute Heliæ.* Quibus verbis S. Hieronymus colligit, & probat Monachum Ioannem fuisse. S. Gregorius Nyssenus, esse secundũ Heliam, quẽ in spiritu, virtute, & vitæ instituto sequutus est. Beda sequitur eos.

S. Hier. ep. ad Demetr. Nyss. orat. de lau. S. Basil. Beda in Luc.

5.
Matth. 11. 14

Pergere ea credat Diuinæ sapientiæ Patri, dicẽti: *Si vultis eum recipere, ipse est Helias, qui venturus est.* Quibus verbis Christus Scribas alloquens, & Pharisæos, eosque erroris de Messiæ aduentu reuincens ostendit apertè, Heliam iam venisse, hoc est, in persona Ioannis per virtutem, & spiritum, quia vterque, Ioannes scilicet, & Helias, adeò simillimi erant in vitæ instituto, moribus, veste, vitã, & aliis, vt nisi eadem anima, & eodem corpore constarent, vix vltrà assimilari valerent. Post hoc, quod aliud maius testimonium habebitur?

6.
S. Amb. li. 1. in c. 1. Luc. c. 4.

Sed interim, alias inter Heliam, & Ioannem similitudines percipiet, qui legerit S. Ambrosiũ: sed sit præcipuè notandum, eos in fidei præcursoratu tenendæ, ex vtroque Domini Saluatoris aduentu pares constitutos fuisse: in discipulorum schola, & Magisterio, quo vterque Patriarchæ, & Principes indubitati Monasticæ vitæ constituti sunt quoque; cum Ioannis discipuli non tantum ex eius penderent ore ad verba doctrinæ, hoc enim est concionantium, qui q; auditores habẽt, sed & tãquam domestici, & professores instituti, & Regulę suæ eum venerabantur, & audiebant, qui illos cęteris specialius orare, ieiunare, quę assidua Monasticæ vitæ opera sũt, & alia doceret: vt apertè constat ex Luca: Et certè breui Paleonydorus id verbo insinuauit dũ diceret: *Tempore legis gratiæ diu Ioannes Bapt. venit in spiritu & virtute Heliæ cũ Carmelitis circa Iordanem in solitudine conuersatus est, & ab eis in eodẽ Conuentu in Superiorem & Magistrum assumptus.* Vbi pẽdetę est opus illa: *& ab eis in eodem Conuentu in Superiorem & Magistrum assumptus.* Quid in rem nostram clarius proferri vnquam potuit?

Luc. c. 11. v. 1. & c. 5. v. 33. Paleon. li. 1. c. 2.

7.

At etiam quod Ioannis discipuli Esseni professione essent, ex eo apertè perhibetur, quòd illi ad Christum accederẽt, vt discipulorũ eius delicias coarguerent, in ieiunando, cum ipsi frequenter, docente Matthæo ieiunare solerent: & deducitur item, ex eo quod ad communia diuinæ ieiunia legis quæ Christi discipuli fidelissimè seruabãt, singularia illi addere, atque in instituto præscribebantur Esseno. Demonstrat Iosephus clariùs Ioannem fuisse Essenum, in eo quod honorificam mentionẽ agens de Ioanne, & doctrina eius, non ignorãs plures ad eum confluxisse discipulos ex eis non quartam scholam constituit, diuersam ab schola Sadducæorum, Pharisæorum, & Essenorum, de quibus egerat loco citato, & certè ex eo solum quod discipulos Ioannis, ad Essenorũ nouisset scholam pertinere; & forsan id colligens, ex Ioannis cap. 3. quem audiit diuidentem Iudęos, à discipulis Ioannis, cùm dixit: *Facta est quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione;* ipsumque fuisse selecti populi Principem constitutũ, & Coryphæum in lege gratię designatũ.

Matt. c. 9. 14.

Ioseph. li. 18. antiq. c. 2. & li. 2. de bell. c. 7.

Ioan. 3. 25.

8.

Nec quidquam de aperto Ioannis Monachatu quis contendat detrahere, ex eo quod de votis paupertatis, obedientiæ & castitatis eius nõ constet in sacris, namque vt supra (vbi de vera Religione ab Helia sub votis tribus instituta peregimus) demonstratum dedimus, nec id de votis Apostolorum constat ex sacris apertè, & tamẽ S. August. illa eos emisisse solẽnia colligere haud hæret, ex eo quod tã seueræ paupertatis, obediẽtiæ, & castitatis fuerint fidelissimi obseruatores. Similiter de Baptismo eorũ passiuo nec verbũ habemus, & tamẽ credunt Patres, fuisse baptizatos à Christo, nõ enim sine baptismo Christiani esse, aut vocari potuissent: quis ergo prohibet similiter plurimis probare de Ioannis Monachatus, & votorũ, licet notionẽ expressam à Sacris non habeamus, opera quidem eius, illa clamitant in plateis. Præterquã quod non fuit Gregorio Magno dubium, quòd plures solo cælestis spiritus magisterio, & doctrinã cordibus, & mẽtibus eorũ inuisibiliter infixa, absque visibili præceptore cõscenderẹ valuerint ad tantã perfectionis Monasticæ corypheum vt sublimiorum Monachorum Coryphęi cõstitui meruerint, vt probat sacer doctor in S. Honorato, quem tanquã Monachorum speculum, sine visibilis scholæ discipulatu, cõstitutum veneratur: idẽq; in Paulo primo posset Eremitã docere & in aliis quoque. *Tempora labescunt, tacitisque,* vel firmior virtus, *senescit ab annis,* & cũ deliquescat semper humana natura, lege fuit opus qua à temporibus Bonifacij VIII. sancitum esset, ne quis in posterum verus Monachus haberetur, nisi in approbata à summo Vertice Ecclesiæ Religione, vota professionis suæ solemnis non emisisset.

Præamb. 13.

S. Aug. ep. in Ps.

Greg. Magn.

Bonif. floruit anno Christi 1294.

9\. Nunc vero ad Ioannis perpetuum Nazaræismum deueniamus. Inter illa quæ ad Zachariam Ioannis patrē loquens nunciabat Angelus in téplo, solénē est quidé illud, & manifestum de Baptistę perpetuo Nazaræatu receptum à Patribus: *Erit enim magnus coram Domino: vinum & siceram non bibet*. Etenim istis in verbis S. Bernardus adnotauit, & adnotarat S. Epiphan. manifestè Ioānis Nazaręorū demonstrari Nazaręorum namq; antiqua illa, & Deo dilecta Religio, instituta inter alia, vini, siceræq; potum ex regula inhibebat in voti virtute, vt constat ex Numeris, adeóq; illustré Ioannes eorū reddidit Religioné ab vtero penè Matris susceptā ab illo trienne, & voto aptiori tépore emisso confirmatā, vt non modò ad Nazaræorū, sed ad Eremorū etiam, & Prophetarum professioné ex instituto, sua Angelica puritate, vestis seuerā duritie, eremi culturā, raro ab hominibus, & inaudito secessu, & ieiunio ingi glorias & decores nouos addiderit, tanquā qui in spiritu & virtute Heliæ operaturus (quibus deserta vel ab vtero amauit, quo seueriore in se vitę modum elegit, quo Reges tremulos effecit quo sine miraculis in sola magnitudine virtutis suæ euidentissima de Christo in verbo testimonia perhibuit, ad quæ spiritu ostéditur in sacris sacro repletus, *adhuc ex vtero matris suæ*, in quo ex Doctorum assensu communi præambulo est rationis donatus vsu, mundo fuerat ortus: secundus Helias, cuius expressam Monasticæ vitæ imaginem gessit, vt loquitur Patriarcha Ioannes.

Luc. 1. v. 15. S. Bern. ser. de Priu. S. Ioan. Bapt. S. Epiph. hær. 29. Num. c. 6. v. 3. Luc. 1. v. 15. Ioan. Patr. de instit. Mon.

10\. Iure eodé Heliæ filiu spiritus, & discipulū non modò imitatione, sed professione cèsendū esse ex dictis palam satis apparet; idque est à Græcis & Latinis Patrib. cōmuniter acceptū, vt retrò datæ remissiones ostédunt: & quidé cum illi omne, cū Religiosū instituto suo fateātur fuisse Ioannem, identidé & Heliæ filiū fuisse. Erátne Ioannis tépore Monastici instituti veri Princeps alter notus ab Helia? Hūc is certè ad moré, non secus ac ille Elisæu sui reliquit spiritus hæredem, sic Ioannes propositi religionis sui successores reliquit primos S. Ioanné Euangelistā, Nathanaelé, Agabu, Silā, Manahené, & alios, quos omnes cum S. Andrea Apostolo Cornelius noster, merito inter filios Heliæ cōnumerat: & de S. Andrea multi exteri auctores affirmāt, certè Monachū Propheticæ Religionis fuisse alumnum, a qua, vt id quod perfectius erat, profiteretur, ad perfectissimā omniū, Apostolatus Religioné Christi à Christo translatus est, vocante eum, vt latiùs in suo elogio diximus ex Paleonydoro, Coria, & Frācisco à S. Maria, & aliis. Hęc núc fat sint pro Ioanne Baptista. Huc referas nónulla testimonia ex his quæ Præambulatione 6. pro Helię Patriarchatu adduximus: Et vide nostrū Christoph. Auedanū ser. de S. Ioanne Bapt.

Initio huius Præambulationis n. 1. & 2. Vide Elogiū eius, antè post Christū 1. Iohan. & Iohann. vi dem. in Nota pro S. Andrea. Coria lib. 1. c. 12. A S. Maria oist. Propa. li. 1. c. 16. n. 4. & c. 29. n. 26. Auend. ser. de S. Io. Bapt.

Antiquitas regularis Religionis illustratur: appellationes quibus Carmeli Religio olim in vtraque lege variè signata fuit, adducuntur: eandémque sub vario licet nomine semper fuisse, ostenditur.

PRÆAMBVL. XXVI.

1\. SVmmā Coryphen, à qua Regularis Religionis omnis altiora cacumina attollūtur, vsque ad sydera penetrātia, Catholicā sine dubio Religioné esse, Christiq; schola, nullus ex Patrib. Orthodoxis denegat: cūsque axé esse firmissimū, qua cæleri Religiosi status omnia virtutum astra mouētur, fidéter tenē assueuerāt. Id multiplici ex Patrib. & sacræ Script. auctoritate probaremus nisi res notissima omnibus esset, & ad alia ex studio nostro peruolare cōtéderemus. Hoc sufficiat vnū, scil. Origenem ea sydera quæ in hoc cæiesti Religionis quasi orbe mouentur *summas* vocasse *bellatorū* tanquam eos qui semel & iterū in procinctu parati ad perfectionis acquirēdæ bella, in mundū, dæmoné & carné classicū seu per intonāt in hostes tātæ perfectionis, & arma mouent: nō modo ad obseruantiā præceptorū semper accincti, sed & ad consiliorū Christi Euāgelicorū operat... parati, supererogātes effectu, vt in Ordodorū... *be lat oru suma* iure meliori dicātur.

Orig.

2\. Horū quod modo scilicet regularis Religionis, cōpactæ ex hominibus in vnū aggregatis ad Deo feruéntis vacādū & interuiédū primus fuit Dux, & belliger Samuel in veteri Lege Elcanæ ex Anna filius, qui post Heli iudicauit populum Israel, anno Orbis cōditi 2878 ante Saluatorem Christū 1084 vt est cōcors vtriusq. Ecclesię Patrū assensus, quo mouetur à Glossa. Huius igitur diuini propositi vitæ prima lumina tātus Propheta reposuit in colle Domini apud Gabaa, vbi erat arx Aminadab in Philistæos erecta, pro Cariathiarim ciuitate, quæ ad mōtis altissimi illius pedes videbatur eleuata vt cōstat ex lib. Regum, & Glossa satis apertè demonstrat. Fons huius sacræ Religionis erigendæ à Samuele motus ... tātæ, cōmuni fuit cultus & veneratio etenim cū videret Samuel in Scripturæ lege occidere & pene ad vltimā defectioné peruenisse superū rerum cultus, Sacerdotes corruptibiles, vel à Samo coram capite fuisse ... muneris sui, qui impleuerat dies. Nazaræos sub ... quia his qui iuti qu... nō essent ... forma Religionis a Deo ... post Sacerdotij institutioné, vt cōstat ex Numeris. fuerant illis téporibus instituti, vt diximus haud ... Religionis hominis & Cineris personarum ad mulier institutionem pulsatis, quibus Deorū supremo gloriā quotidie darēt, & honoré) Sed cū seorsim degerēt isti in domib. suis, absq; Superiore & duce cui regulariter subderētur, & sine perpetui voti vinculo ordinati est ut, prædicto loco Propheta sanctus ex his, Prophetas sic enim à Samuelis tempore sunt vocati, vel quia à Samuele instituti, viuere vnā collegialiter in domo, Cuneo vocata, vt Glossæ ostendūt: vel, vt Hugo Cardin. exponit, quia ipse cōstitutus est Prophetarū Religiosus institutor, sicut eorū fuit reformator Helias & Dux, & hæres Elisæus à quibus vocati sunt *Prophetarū filij*, qui ab Helia processēre. Propter quod Actorū 3. dictū est, *Omnes Propheta à Samuele, & deinceps*: vbi Interlinearis: *vsque ad Ioannē Baptist.* exposuit: cōstituit, vt in cōmuni domo recepti cœnobialiter agentes, & à populo semoti, Deo specialius inseruirent, vt constat ex Glossa.

Glossa sup. c. 1. Reg. 1. Reg. c. 7. c. 10 & 13. Num. c. 6. Gloss. sup. c. 1 & 19. lib. 1. Reg. & sup. c. 2. n. 4. Reg. Hugo sup. c. 3. Actor. Actor. c. 3. v. 24. Gloss. ad c. 19. li. 1. Reg. 3.

Hos ergo sub certis quibusdam obseruantiis ad breue tempus, aliquos eorum ex voto deuinxit, quo expleto manerent liberi, vt connubia pro libito eligere possent. Sed cum nec ij ad gremiū perfectæ Religionis, sub obseruantia trium votorum essentialiū pertinerent, sic institutū cetiāsi aliàs

Vide Coriam lib. 1. c. 7 aa n. 9. de Nazar.

anas tantæ virtutis, & perfectionis cultores esse sent seueri, vt bene meritos sæpe eos de repetita à se memoria sacra censuerit Scriptura, ita vt ab Apostolis, qui Orbis fuêre perfectissimi Religiosi, Nazaræi vocentur aliquando. Imò adnotat Abulensis, pluris habitos aliquando fuisse, quàm sacerdotium, propter mirabilem suarum virtutum operationem, & iuge sanctitatis exemplum. Cælesti spiritu monitus Magnus Pater Helias arctioris, perfectionisque vitæ in Israel instituendæ, prout ad defensionem fidei veræ opus erat tempore illo, desiderio æstuans, Filios Prophetarum sub Prophetica Monastica, & Regulari disciplina, tribus sub essentialibus votis de Religionis essentia perfectissimæ, instruxit, & instituit, ex Nazaræis a Deo institutis, & Prophetis à Samuele, vtrosque reformans, vt Lyra, & Rabbi Salomon, à Coria dati affirmant, & cum eis Glossa testatur.

Act. 14. 5. Abulen. q. 5. sup. c. 6. Numer.

Lyra. Rabbi Sal. Coria li. 1. c. 7. Gloss. ad c. 2. l. 1. Reg. & ad c. 4. lib. 1.

4.

Isti abhinc Heliæ Magni discipuli (quos nomine *Prophetarum* Samuel insignierat, eo quod ad diuinũ cultum in Canticis, & hymnis extollendum, eos collegialiter in Cuneis agentes instituisset) variis tum in veteri tum nouâ in gratiæ lege sunt cognominibus idnotati: *Nazaræorum* scilicet, in vtraque, quod constat ex Glossis, & ex Gregorio Nazianzeno, in Monodia S. Basilij, vbi istum vocat Nazaræum, tamquam à Nazaræis, quos Helias reformauerat successor & hæres, non tamen Mosaicarum obseruantiarum obseruator: *Prophetarum*, seu *filiorum Prophetarum*, similiter in testamento vtroque, iuxta S. Heronymum, & Eusebium, sic interpretatum à Rufino. *Rechabitarum* iuxta Hieronym. eundem. *Eunuchorum*, quorum meminit Isaias, & S. Mattheus, quos S. Hieronymus vocat Ellenos, eosque ad Religionem ab Elia Propheta institutam, & Ioanne Baptista propagatam pertinere testatur. *Assidæorum*, vt constat ex libro Machabæorum. *Essæorum*, vt ex Solino, & S. Hieronymo. In gratiæ lege *Heliotarum*, vt habet Sophronius: & iuxta varias reformationes, *Essæorum*, *Antonitarum*, *Macharitarum*, *Iulianorum*, *Paulitarum*, *Basiliorum*, *Sabbaitarum*, *Bethleemitarum*, *Eноratarum*, *Theodosianorum*, *Mantuanorum*, *Oliuetarum*, *Carmelitarum*, & tandem FRATRVM BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELI quod gloriosius præ cæteris est: vnicam omnes isti Religionem tantùm Patris Heliæ, in Charit inceptam, & in Carmelo fundatam componentes, nam *modus rei*, Aristotele teste, *non mutat substantiam rei*. Hæc nomina varia in Carmelitis perdurarunt, vsque ad tempora Cælestini I. Pontificis Opt. Max. in quibus, scilicet Saluatoris Christi annis 426 vt illustrissimâ præ omnibus iam nomenclaturâ decorarentur ab immaculata Matre Virgine Maria de Monte Carmelo aliis abolitis in hanc, Religiosorum Ordinis B. Mariæ Virginis Apostolicâ auctoritate deuenerunt, ad instantiam S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini Carmelitæ, qui in Virginis tantæ Matris honorem, & tutelam validissimè contra Nestorium, (Apostolicus ipse Præses, à Pontifice pro Generali Concilio Oecumenico Ephesino ducentorum Patrum, suffectus est) dimicauit, eam à pestifero hæresiarcha defendens, & Θεοτόκον, hoc est, verè veri Dei Matrẽ appellandam propugnans, vt ex Annalibus Carmelitarum constat apertè.

Gloss. in c. 1. lib. 1. Reg. & 1. c. 1. lib. 3. Mich. S. Gregor. in Monodia S. Basilij.

S. Hieron. ad Rustic. Euseb. hist. Eccl. li. 2. c. 2. Rufin. li. 1. c. 1. hist. Eccl. Hier. ep. ad Paulin. Isai. c. 56. v. 3. Matth. c. 19. v. 12. Mach. 1. 7. v. 12. & li. 2. c. 14. v. 6. Solin. c. de Essenis. S. Hier. ep. ad Eusto. Sophron. in prato sæpè.

Aristot.

Vide Coriã in dilucid. li. 1. c. 6. & lib. 17. in vita S. Cyrill. & hũc Paradisum in Elog. Cyrill. Alex.

Tot nominibus hanc insignitam Religionem, vnam semper, & eandem fuisse, modò probandum. Et quidem continuitatis assertum ostendat, successiua scilicet virorum fideliter disposita in nostro Paradiso dispositio; libet adhuc nunc verbulum dare, vt omni, sæculis cunctis, hæc veritas firmitudine roborata, apud vniuersos innotescat.

5.

Accidentia, rei substantiam non mutare ex Philosopho diximus: nunc ex verbis Augustini probabimus assertum. *Eadem*, sacer Doctor ait, *fide antiqui credidêre fideles Christum venturum, qua Christiani veni se credunt, licet sub aliis signis & sacramentis quia accidentia rei substantiam non destruunt*; & ideo antiqui Catholici, qui Christi Iesu discipuli sũt primitùs vocati, & postea apud Antiochiam Christiani, iidem ab omnibus censiti sunt: pari ergo modo Carmelitæ, quamquam antiquitus, cognominibus variis illis, fuerint assignati, vel à [illegible] vel a [illegible] rationibus variis acceptis, eiusdem [illegible] Religionis ab Helia in Carmelo constitutæ & fundatæ. Id fiet Sole patentius in primis [illegible] Philonis doctrinam, apud Eusebium, & Nicephorum: Secundo ex summorum Patrum auctoritatibus repetitis: Tertio ex decreto Concilij Lugdunensis, apud Gregor. X. Quarto, ex auctoritate Europeorum tertiæ sanctæ: quam refert Carthagena) scilicet Illustrissimi Nicomensis Archiepiscopi, Reuerendissimi Ebroinensis Episcopi, Venerabilis Domini Patriarchæ Ierosolymitani Vicarij, Guhelmi Episcopi Tyberiadensis, ad Papam Bonifacium VIII. ad cuius præceptum, exhibebatur testimonium, vt noster Coria recenset, ex Accone, quę est Ptolemaida, testimonium dantium, anno Domini 1282. die 21. Septemb. Et similiter Patris Nicolai Lorgini Magistri domus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & Guhelmi de Belloloco, Magistri militum templi, ad eundem Pontificem, & ab eodem requisiti etiam, anno Iesu Christi D. N. 1284 die 11. Iulij: quibus ex certa scientia declarant, à tempore cuius memoria non est, in Palæstina Carmelitarũ Ordinẽ extitisse, ex quo certè satis Ordinis identitas innotescit, nã quamquã Prælati isti, grauitatem nõ assignent tẽpus inceptionis Ordinis Carmelei id manifestè est videre in Bullis a Ioan. XXII. Alexand. V. & aliis Pontificibus exhibitis & [illegible] his nostris Præambulationibus citatis, vbi declarãt, ab Helia, & Eliseo hos Monachos Carmelitas, de quibus Hierosolymis habitasse Prælati adducti testãtur, *à tẽpore cuius non est memoria* inconcussã successionẽ perduxisse. Id quod, vt visũ est, vniuersitas Cantabricensis suo decreto firmauit: confirmãt Indulgẽtiæ à Summ. Põtificibus, Ordinis Fratribus Carmelitici vel in Europa degentibus cõcessæ, à tẽpore vetustissimo, cũ adhuc Marianus Ordo Carmeli, Carmelũ suum nondũ ab eo expulsus à Mauris, & ad exteras nationes amandatus è natali suo incoleret. Id quoq; ipsum ex Patribus, & Doctoribus sæpe in hoc opere pro origine nostra adductis, manifestũ est satis: nobis ergo breuitati consulentibus dicta sufficiant. Coriam nostrum qui plura velit, legat toto opere sui Dilucidarij Carmelitici, vbi rem subtilissime tractat maximè lib. 1. c. 12. & 13. variis rem stabiliens fundamentis.

6.

Aug. contra Faustum.

Philo de vita Theorica supplic. Euseb. li. 2. c. 17. hist. Eccl. Niceph. li. 2. hist. Eccl. c. 16. Carthag. ho. de laud. Carmelit.

Coria dilucid. li. 1. c. 12.

Videntur Cor. eodem loco vbi [illegible] ad [illegible] vnguem relata.

Coria cit. li. 1. c. 12. & 13.

Ex Primigenij sui debito Maioratu, cum Dauide probamus, debitam Religioni Carmelitarum perennitatem.

PRÆAMBVL. XXVII.

1. NOn incassum, vel inane duxit Magnus, & sapientissimus Pater Helias, fundamenta Religionis suæ in Montibus ponere sanctis, firmando illam in sanctitatis coryphe, quam solidę virtutes illæ votis firmatæ tribus præsagire videntur. Semen enim in eis, Carmelæo semini præparauit Deus duraturum in æternum, vt

Dum fluat vnda maris, currásque per æthera Phœbus
Viuat Carmeli candidus Ordo.

Ideo votis tribus, vt vidimus, tanquam totidem firmissimis fulcris suorū Religiosam aciem, stabiliuit sanctus Propheta. Quocirca, dato quod Religio ista Carmeli (prima *veniēs è cælo nuptiali thalamo, præparata vt sponsata copulari Domino* suo) Religiosi status Primicerium, & primogenituram in Ecclesia Dei sortita sit, iuris necessitas exigebat vt ex primigenio suo perennitatem maioratui iure debitam haberet, in æua, & infracta illi concederetur successio, inconcussa serie ducta, à Patribus in filios vsque ad nouissima tempora, & finale exitium vniuersi Orbis; siquidem ex Tiraquello, & aliis ab eo relatis, *Ius primogenituræ introductum est, ad conseruationem domus, familiæ, & agnationis.*

Andr. Tiraq. de iure primog. q. 71. n. 2.

2. [illegible]d visum est Dauid, iuxta nonnullos Doctores, indigitasse, etsi non in litera, in spiritu tamē Psalmū octuagesimioctaui, qui iuxta Augustinū totus spiritualis est, maximè in verbis illis: *Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ Regibus terræ.* Quæ, licet notissimè de Christo Propheta loquatur, tamen in sensu accommodatitio satis à Patribus accepto, de Ordine Prophetico Helię, sine hæsitatione verba recipi possunt. Cui enim, quæ versu primo præcesserant: *Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.* Et quæ vers. 22. *Nihil proficiet inimicus in eo.* Et quæ vers. 25. *Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius*, quam Ordini Heliæ de inimicis acerrimis triumphante; tā iugi hucvsque duratione, tot sæcula elapsa vincente, & tot, ipse illibatus, inimicos profligante magis propriè accōmodabitur? Etenim præparatū in æternum quis non videt hoc sacrum semen Heliæ? Ædificatam in generationē, & generationē Religiosam illius vniuersam sedem? Et positam in mari manū eius, & in fluminibus dexteram eius, mediā data potestate, mirâ extensione Religionis Heliadæ, in omni terrarum Orbe, in mari, & in flumine, in solo, & in salo? Propterea dixit: *Et ego primogenitum*, Ordinem Carmeli, *ponam excelsum præ Regibus terræ*: in filiis siquidem Heliæ visus est primogenitus Ordo iste excelsior Regibus terræ, cū vel de vno solo sic fatus sit Spiritus sanctus: *In diebus suis non pertimuit Principem, & potentia nemo vicit illum*: Et de plurimis, quod nati sint: *Ad faciendam vindictā in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos Reges eorū in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum.* Vt sit *thronus eius sicut dies cæli.* Quod quidē ad hāc vsq; diem in iugi duratione Religionis Heliæ, & assidua in Carmelo mansionis sede suæ, ostenditur apertè. Primogenitis indubitabile est in iure, quod hæredes sint primorū bonorum, perpetuitatem deberi: ad hoc maioratus, vt diximus, instituuntur, vt perpetuò stabiliantur in eis origo, nobilitas, & bona familiaria domus. Propterea, dū hāc Heliæ Religionē primogenitā in Ecclesia Dei cōstituit ipse Deus, pignus in ea suæ perpetuæ durationis asseruit.

S. Aug. lib. 17. de ciuit. cap. 9. 10. 11. 12. & 13.
Psal. 88. v. 28.
Eccli. 48. 13.
Psal. 149. v. 7. 8. & 9.
Psal. 88. v. 30.

3. Ad hæc item, sublimior domus, & dominatus maiestas, iure Maioratui, & Primigenio datur in quo notescit apertè, cum Heliana Religione, tāquam cum Primigenia Domorum Ecclesię Dei Religiosarum, egisse Deum Opt. Max. tātam illi, tāmque mirabilem exhibens extensionis gloriā, vt dominata sit per illam à mari vsque ad mare, extenderitque ramos, & palmites suos, *à flumine vsque ad terminos Orbis terrarū; à Solis ortus cardine ad vsque terræ limitem*, nullum illi æqualem vel parallelum addens in illis ortus sui, & nascentis Ecclesiæ Christi splendentibus auroris, nec Cœnobiorum extensione, nec palmitum incremento, quia à Virgine Matre, vel etiam in veteri lege, à primo natali processit vineæ Carmeli omnis fructus (sic vt de ea Oseæ illud & in ea videatur adimpletum: *Germinabit sicut lilium & erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico & germinabunt quasi vinea.*) Sic notatur ex Guilhelmo Tyrio, cum quo Tritheimus, & Scholiorum auctor S. Antonini sensere. In tantum, vt si Solis in curru, & equis Religio Heliæ ascendere posset, vt igneo in illo, Cherubinis vecto, ascendit Magnus Pater eius Helias, vix ab obtutibus oculorum, Helianę familiæ vetustiora, & nouissima domorum eius solaria abscedere, & detinere possent. Excelsam eam potuit eam præ Regibus terræ, & spiritualem illi dominatum præstitit in omni gente. Vnde tres Pontifices Summi, Ecclesiæ & alii innumeri Patriarchæ, & Ecclesiarum vertices primas, quibus gloriantur tanquam filii, hæredibus iuris Heliæ, Carmeleus Ordo, dilucide testantur. Et à Deo diffusos habuit in omni Regum terræ ditione splendores magnitudinis, & gloriæ suæ, vt verum sit Poëticum illud quod tanquam præsagitum à Maria Matre, & Virgine alma cecinit quidam:

Non Syria, aut Solymæ est tantùm Carmelicus Ordo
Splendor: sed lumen totius Orbis erit.

Oseæ c. 14. v. 5. & seq.
Tyr. [illegible] bell. [illegible] c. 5.
Trithem. de [illegible]
Schol. auct. [illegible] S. Anto. [illegible]
Sim. Spilnat. de triumph. Relig. Carm.

4. Prætereà Primogenitis debitam diximus fuisse perpetuam durationis firmitudinem: hanc etiam Regius vates Religioni nostræ designat in illo: *Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.* Id quoq; quod idē per Esaiam eidē promiserat in illis: *Sicut cæli noui & terra noua quæ ego facio stare coram me dicit Dominus sic stabit semen vestrū, & nomen vestrū*, c. 66 v. 22. Sedes ait Dauid, durationis Heliadæ erit equidem sicut dies cæli, permanebit cum Sole in cursibus suis, etiamsi aliorū Regularium institutorum, & Ordinum curtus & dies non sint vt cæli dies, sed sicut terræ dies fuerint. Est inter cæli terræque dies is diffusus Ordo, quod vnus terræ dies, vespere cō-

Psal. 88. v. 30.
Gen. 1. v. 6. 9. 13. 20. 23. 31.

ponatur,

ponatur, & manè auroram habeat, & occaſum Solis, ideo dictus eſt dies, quaſi cõpoſitus è duobus: at cæli dies veſpere caret, nam illa *ciuitas non eget Sole, quia Agnus qui in ea eſt, illuminauit eam*, quia lux ibi perpetua lucet. Ad quod, aſſerere Pſalrem à Deo Thronum Religionis Heliæ, hoc eſt diffuſam, & ſupremam eius dominationem ex latitudine captam, in nationibus vniuerſis, & gentem innumeram, futuram ſicut dies cæli, perinde eſt, ac ſi eam in æua permanſuram cum Sole, ſæculorum duratione perenni, dum duret in terris Thronus Chriſti, qui eſt Eccleſia Sanctorum eius. Durarunt inſtituta alia, ſicut terræ dies, veſperum experta poſt auroram, ſed tandem occaſu cadentia defectionis, ſuæ clauſère limina lucis. Primogenita autem è Carmelo oriunda, renouata iuuentute ſua, & velut phœnix ex propriis cineribus, ab ardore Heliæ reincipiens, vel in vna nunc Thereſia ter ipſa mulie re (quæ tempore noſtro *confuſionem fecit in domo Nabuchodonoſor*, hoc eſt in mundo, immundis, & caducis ſemper effœto, viuet in æternum, & thronus eius erit ſicut dies cæli.

Apoc. 21. 23.

V. Iudith. c. 14. v. 16.

5\. Aliis diuinæ paginæ locis idem poſſumus apertè monſtrare, at nunc ſufficiat cum Dauide Michæas, nam in ore duorum teſtium ſtare poteſt omne hoc verbum verum. Is ergo iuxta Nyſſenum, ad litteram de Monachis agens, hæc agitat verba, quæ bellè ad rem carminat ipſe Gregorius: *Paſce Domine*, ait Propheta, *populum tuum in virga tua, gregem* (id eſt Monachos, ait Nyſſenus) *hæreditatis tuæ, habitantes ſolos*, id eſt Monachos effectos, *in ſaltu, in medio Carmeli, paſcentur Baſan, & Galaad, iuxta dies antiquos.* Vbi apertè de filiis loquens Heliæ in Carmelo degentibus quondam, præſagiit repaſcendos vt antea in origine epaſti ſunt, iuxta dies antiquos, in medio Carmeli. (Id quod etiam Iſaias vaticinatus cùm dixit: *Nonne adhuc in breui & in modico conuertetur Libanus in Carmel, & Carmel in ſaltum reputabitur?* id, quod ad litteram de Carmeli Religione accepit Minutiita quidam egregius.) Illud noſtra hac pene die compleri geſtimus, & admiramur iubilati noua Carmeli montis acquiſitione, vt vſque in finem mundi iterum ad Carmeli paſcua reuocati Carmelitæ morsu pleno Carmeli comedant bona.

S. Greg. Nyſſen. Michæas c. 7. v. 14.

Iſa. cap. 29. v. 17.

Freire ho de S. Andrea Feſil.

6\. Nec quid vnquam huic firmitudini, & inconcuſſæ hæreditati oppoſuit tranſmigratio multa de gente in gentem, tùm in Babylonica vniuerſa captiuitate Iſraëlis: tùm & de natiuo Syriæ, & Palæſtinæ ſolo Oriente in populum alterum Occiduum Europæum tranſgreſſio: non tranſmiſſio ab vna veteri, in nouam alteram gratiæ legem; namque eadem Heliada manente Religione extendit palmites ſuos vbique, vtràque porita lege, vna ſemper inciſa ſucceſſione currendo: certè enim, ait Waſtelius, *ipſi ii, Carmelitæ ſunt, qui in Carmeli Monte prima Religionis Heliæ fundamenta poſuère.* Idque ſatis totum iſtud Paradiſi noſtri opus oſtendit ſucceſſiuo in illo vi orum ordine dato in ſe ſemper propagantibus vitis abundans. Eliſæum habuit Heliæ Patris duplicis ſpiritus regiminis, & ſanctitatis digniſſimum, & primum hæredem, primúmque ſuperædificatorem, poſt eum cum Eſſenis in veteri lege: at in noua Baptiſten Chriſti Ioannem, in Iordanis, & Carmeli ſaltibus & ripis, vt probatum eſt: Marcum Euangeliſtam Chriſti, in Alexandria Antonium in Ægypto, & alibi alios, de quibus videndi Ordinis Chronici inſigniores, at demum in Orbe nunc toto Thereſiam admirabilem: Ij omnes ſoles fuère, ab ipſo & eodem cælo Carmeli, & Throno ipſo Carmelæo exorti, quibus Helias mediis, & eius Ordo ſelectus ſolem habuit in meridie ſemper, nunquam occaſum agnoſcentem, ſemper ab ortu ad ſupernū Zenith peruolare contendentem. Non emendicauit quidem lumina ab aliis, ſed mediis in fluxibus ab aſtris in Carmelo renatis, creuère illis germina, vt fructificarent, & operarentur: Sic vt in vniuerſo Carmeli Ordine impleatur illa Eliſæi ad Heliam poſtulatio, Patrem: *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus* Etenim duplex ille Heliæ ſpiritus, ſublimiſſimus inquam, ſupra omnes Patriarchas, & Prophetas veteris iuris Teſtamenti (pro quo à Chryſoſt. ſer. de Helia 3. vocatus eſt *execrum Prophetarum* Helias) multiplicatus eſt in Ordine Carmeli toto, in gratiæ lege; Dum ſere his effectus in Eccleſia Dei viſus eſt, non modò illuſtrioribus Sanctorum omnium virtutibus, ſed & Apoſtolorum gloria, quia luxit ex eis filios ſibi seligens: vt dicat Ambroſius ſer. 87. *Plus Helias gratiæ dimiſit in terris, quam ſecum portauit ad cælos: & licet ipſe ad altiora totus transferretur corpore apud filium* (hoc eſt Ordinem ſuum) *maiore manet ſanctitate.* Quia dum in aera ſublatus, diſparuit ab oculis corporis intentè viſus eſt ſemper à filiis in oculis mentis, qui patris opera ſemper imitati ſunt, & ſacra illius triuère veſtigia: Quò adimpletâ Patris conditione ab Eliſæo & filiis omnibus propoſitâ: *Si videris me quando tollar à te*, neceſſe eſt, vehemens filiorum deſiderium adimpleri & Eliſæi humilem ſupplicationem filij, nomine totius Ordinis ſibi in curam, & regimen relictum, concedi: *Erit tibi quod petiiſti.*

Præamb. 25. & alibi.

Vvaſt. in ep. dedic. Apologetici in Baron. pro Ioan. Patr.

4. Reg. 2. v. 9. 10.

7\. Vnde Eclipſim vix paſſam eſſe videtur Heliæ Religionem, etſi tot illam ſæpe multiplicibus oppreſſionum oppreſſam aeruatentus ex Chronicis latiſſimis eius, tum illis diris, quibus non modò minitatam à Tyrannis, ſed & attritam valdè depingunt eam hiſtoriarum noſtrarum indagatores egregiè ſeduli; de gente amandatam in gentem, & de regno ad populum alterum: à Synagogæ ſtatu, ad ſtatum gratiæ remiſſam: atque in aduenam à Carmelo in Europam aduocatam, & tandem temporum iniuria & hominum inſectatione indefectibili ſæpe penè demolitam: tum à Coſroa Perſarum Rege iugiter vexatam, anno Chriſti Ieſu 534. ab Humaro Arabiæ Rege, anno 636. quæ oppreſſio vſque ad tempora Caroli Magni durauit: tùm à Calo-Ioanne, Græcorum Orientalium Imperatore nequiſſimo: tùm à Saracenis tempore S. Cyrilli tertij Prioris Generalis Latinorum, & aliis de quibus latè Annales Ordinis agunt, ſed permanentem cum Sole quia thronus eius ſicut dies cæli, & quia ei vt Primigeniæ debebatur iure, vt filij eorum vſque in ſæculum ſederent ſuper Sedem ſuam.

* *
*

Incrementa Ordinis Heliæ Patris à Pontificibus Summis & Doctoribus insinuantur; duratio ostensa deducitur ex eis: ratione illa probatur, & quædam sacra Scriptura loca ad hoc, visu opposita primo, carminantur.

PRÆAMBVL. XXVIII.

1\. ANtiquorum Patrum scripta testantur, Heliam Magnum Dei Prophetam, in Testamento veteri, non tantùm Monachum fuisse, sed & diuino flante spiritu, adeò firma vitæ Monasticæ fundamenta posuisse, vt nulla vnquam temporis intercederet iniuria, quo in Carmelitis eius vitæ, & spiritus hæredibus conseruante Deo, vsque in præsentem diem Monasticum Patris propositum non perduraret, sed quid mirum si sæcula dilectus, & selectus à MARIA Virgine singulariter Ordo Carmeli vniuersa, successione sua transilijt, cùm videamus hanc eius perpetuæ durationis vitam, & hanc vitæ perpetuæ durationem. à singulari semper Matris Virginis, & vigilanti amore produci, nutriri, & ali? Cuius certè patrocinij, & amoris firmiora ostenta sunt apertissimè visa, quando diriotibus tribulationum zappis tritum adspexit; & penè discerptum Ordinem istum, sibi præ cæteris dilectum & electum

2\. Est Ordo Carmeli granum illud Euangelicum, quod cadens in terram, vt quasi moreretur, attritione multum fructum attulit in Ecclesia Sanctorum *Enimvero*, verba sunt Magni Trithemij, *granum hoc Carmelitici germinis in terra cecidit, quando expulsum de Iudæa fuit: mortuum autem extitit quando multis tribulationibus attritum, hæc transmigrationis incommoda deplorauit. Multum vero fructum attulit, quando ex æmulorum prauitatibus erumpens, per varios in Europa Conuentus multiplicatum extitit. Satiè fructum multum Carmelitarum offert Religio quæ sese totam Dei seruitio mancipat, quæ virtutum semitas deuota amplectitur per cuius exempla multi ad iustitiam conuertuntur. Verè granum mortuum est Ordo Carmeliticus, qui cadens in Iudæa perijt: sed multiplicatus in Europa surrexit. Malleo, & incude dilatauit eum Dominus; quia dum de Palæstina minor numero expellitur, crescens in Europa dilatatur* &c. & pergit: *Sicut enim ferrum malleo extenditur, sic Ordo Carmelitarum Fratrum ferro tribulationis extensus & multiplicatus est*, &c. Et inde: *Hinc factum est, vt Fratres Carmelitæ, qui pauca in terra Sancta Cœnobia amiserant, multò plura in Europa reciperent, & quemadmodum Apostoli fidem Christi prædicantes, de Iudæa expulsi, multitudinem gentium conuerterunt: sic Fratres Carmelitæ, vnius Patriarchæ termino amisso, totius Europæ locum ad mansionem receperunt. Vnius ergo montis desolatio, multarum regionum ædificatio fuit.* Et post hæc caput finiens sic gratulatur Ordini: *Gaude felix plantatio mundi triumphans illecebras, summa carpens præmia regni, quæ nomen originis tuæ conseruas, & imitaris Principes.* Ista Trithemius de incrementis, & extensione Religionis Heliæ ex quibus eius aperitur felicissima duratio, per iam plus viginti quinque sæcula peracta, & tot ætatibus decursa.

Trithem. de laud. Car. c. 1.

3\. Sed à Pontificum testimonio, ex tot gloriosis incrementis, deducta iam perennitas obfirmetur est opus. Hanc credimus quodammodo quoque insinuasse Sixtum IV. & Gregorium XIII. qui dum in Bullis, aliàs adductis, agunt de filiationis, & tituli Mariani gloria in Ordine Carmeli, postquam asseruêre Mariam Virginem Dei Matrem fuisse, filiúmque eius nominarunt sub his verbis scilicet, *Domini nostri Iesu Christi immarcescibilis floris & æterni:* subnectit illico Sixtus, id quod repetit Gregorius: *produxitque hunc sacrum Ordinem*: quasi immarcescibilem, & æternum similitudine quodammoda, hunc etiam Ordinem vsque ad finem mundi duraturum insinuans, nostro videri.

Sixtus IV. in Bul. Greg. XIII. in Bulla.

4\. At cum Doctorum testimoniis prosequamur incrementa Carmeli Philippus Hierosolymitanus Abbas à Lucio nostro datus, sic ad Ordinem Carmeli fatur: *O Carmelitarum Religio, quam magna facta es in domo Domini: Nunquid olim à modico fonte Heliæ Dei Prophetæ principium habuisti? Et ecce nunc in magnum flumium excreuisti: Tuorum plantata in Eremo facta es ciuitas plena populo.* In quibus certè aptè satis Carmelitica Religionis incrementa fœcunda depingit; Ex hac ergo liceat eiusdem durationem facile educere. Vt quid enim tam latâ progenie, & extensione tam miri, eam supremus Deus sublimasset, nisi per multa duraturam sæcula constituisset: Dum fluat, scilicet, vnda Maris, & currat per æthera Phœbus.

Luc. in Apol. o Trithe. or. de laud. Car.

5\. Eius ergo durationem Sorbus Capucinus vsque ad Ioannem Baptistam & à Ioanne ostendere parat, in eo quod secundam Religionis durationem (primâ depicta ab Helia à Ioanne Baptista deducit, his verbis: *Secunda origo cæpit* (loquitur de origine Religionis Marianæ Carmeli) *à Ioanne Baptista, & post passionem Domini à multis Apostolicis viris, qui Montem illum Carmeli, solitariam vitam ducentes, inhabitare cæperunt.*

Hier. Sorb. in compendio

6\. Ioannes Carthagena Franciscanus inconcussam retexuit Ordinis istius successionem ab Helia: *Ab Helia*, inquit, *raptu vsque ad tempora primitiuæ Ecclesiæ continuata fuit per Prophetarum filios, aut per eos Religiosos, qui Esseni, vel Elisæi ab Elisæo vocati sunt: à quo tempore, vsque ad annum 400. in quo fuit Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha eadem via nunquam fuit interrupta: à tempore verò huius Patriarchæ, vsque ad Aymericum Patriarcham Antiochenum, qui fuit anno 1120. perdurauit: quo tempore multa in Ægypto & Syria fuère Cœnobia huius Religionis, quæ à Summis Pontificibus Leone IV. Adriano II. Stephano V. Ioanne X. Ioanne XI Greg. V. Sergio VII. Alexandro II. & Gregorio VII. fuerunt maximis priuilegiis exornata, & amplificata. Iam verò ab Aymerico, qui Regulam quam tradiderat Ioannes Patriarcha, è Græco in Latinum transferre curauit, vsque ad S. Albertum Patriarcham, qui fuit anno 1171. etiam durauit. Is Regulam Religionis tradidit, breuiorem quidem, sed perfectissimam, & ar-*

Carthag. hom. 1. de laud. Carm. lib. 17. cit.

arctissimam,

Vide Episc. Alguerentem. Val. exim. in aduert. ad Regu. Car. ad v.11.

Fimam. Sic manſit Religio vſque ad Innocentium IV. qui fuit anno 1248 a quo petière Religioſi, vt in quibuſdam mitigaret Regulam, quod quidem factum eſt in quibuſdam non parui momenti rebus. & manſit tamen in ſuo rigore. Hac autem ratione perſeuerauit vſque ad Eugenium IV. anno 1431. Cum autem animaduerterent Religioſi, Regulam S. Alberti eſſe adhuc aſperrimam, & arctiſſimam, ſupplices rogarunt, vt eam temperaret: annuit ille; durauitque hæc mitigatio in tota Religione, vſque ad annum 1561. quo tempore adueniente ſingulari illo, ac ſtupendo diuinæ gratiæ prodigio incly ta ſcilicet Virgine ac Viragine B. Tereſia, ad priſtinum illam ac rigidum ſtatum omni ex parte reduxit. Hæc Carthagena. Quibus equidem, ex augmentatione ſua ſatis patet aperte Religionis Heliæ infracta permanſio ſaltem vſque ad tempora iſta.

7.

Doctores colligunt id ex Malach. c.4. v.5. Eccl. 24. & 48. vv. c. & 16. Apoc. 11. v. 3. & Matth. 17. v. 11.

Præterea, quamquam ea quæ ad hiſtorialem fidem pertinent rationibus non ſic, vt auctoritatibus debeant ſtabiliri, vnam vel alteram durationis huius aduocare liceat, quæ congruenter nimis aſſerta confirmet. Et ſit hæc prima: Diuinæ Scripturæ ſympatiam vt conſtat huius Religionis Principem, & inſtitutorem primum Heliam Thesbiten ſuperſtitem reſeruari, vſque ad nouiſſima tempora mundi, aduectu Antichriſtum, & eius pediſſequas venturum, & dimicaturum in verbi virtute Dei ad fidei & Eccleſiæ Catholicæ defenſionem, rationi ergo conſonum eſt, vt huius Religionis alumni, tanquam legitimi Heliæ Patris filij, vſque ad hunc eius aduentum cum ſeruentur, vt pariter cum eo, ſub tanti vexillo Ducis, in Antichriſtum, & ſectatores eius, fidei pugiles effecti, præliantur, fideles de more inſtruant, confirment debiles, Euangelij cæleſtia grana largiantur, Eccleſiam in fide Chriſti ſtabiliant, ac tandem Ieſu gloriam, honorémque tueantur, terrore victo ſæculi, pœniſque ſpretis corporum, mortis ſacræ compendio, perenniùs vitæ ſtabilitri gratiâ.

8.

Tiraq. de iure primog. in præfat. n. 1. & ſeqq. vſque 32. Herodot. in Polyhymnia

Herod. in Erato.

Homer. in exord. lib. 17 Iliadum.

Trith. cap. 2. et. lib. de lau. Car.

Eccl. 44. v. 11. & 12.

Eodem Eccleſiaſtici c.

Nec par quidem eſſet (ſi lex illa generalis diuerſarum nationũ comprehendit Ordinem illum primogenitum in Eccleſia Dei, qua ſeruitum eſt, teſte Tiraquello, maxime inter nobiliores, vt in ſucceſſionibus ſit longè melior conditio primogenitorũ, quàm aliorum: imò ſi Herodoto credimus, apud vniuerſum hominum genus inſtitutũ fuit, vt natu maximus liberorum, in omnibus obtineat principatum; & adhuc ipſa natura, vt probat Herodotus idem, docet magis in omnibus primogenitos honorandos; id quod vel in brutis oſtenditur etiam, quæ fœtus ſuos primigenios, chariùs amant, vt docuit Homerus) ſed ab omni diſſonum iure, alienúmque à diuina Dei prouidentia videretur, vt Religio in Eccleſia Dei tam approbata quæ in orbe pro gloria Dei, & id Virginis Matris honorem, vt loquitur Trithemius, apparuit, tamdiu non duraret, quamdiu inſtitutor durat viuus, & Pater Helias verſatur inter mortales, qui tot meritis cumulatus Eccleſiaſtici promiſſionem illam iure promeretur: Cum ſemine eius permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorum. Et quidem non modò illi, ſed & filiis eius debebatur iure eodem iſta duratio, quia viri glorioſi fuêre in generatione ſua, dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, imperantes in præſenti populo, & virtute prudentia ſanctiſſima verba dicentes. Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis, quique in generationibus gentis ſuæ gloriam ſunt adepti, & in diebus ſuis habentur in laudibus, quia viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt. Par ergo, & rationi conſonum erat, vt ſi Primogeniti parentibus ſunt coniunctiores, vt affirmat Bonatus Forolivienſis, vir aſtrorum peritiſſimus, & Hermes Triſmegiſtus; & robuſtiores, ex lege, ſi fuerit, § vltimo, ff. de rebus dubiis; & formoſiores præ cæteris: ſiue gratiores; & in hæreditate bonorum paternalium dilectiores & coniunctiores, ex eo tanti patris ſemen egregium tãtorum filiorum, quorum virtus adeò excelſa in æua duraret, & quòd ij manerent propter illum, Heliam ſcilicet in æternum: non derelinqueretur ſemen & gloria eorum, ſed viueret in generationem, & generationem. Et certè miſerum eſſet, vt qui tot narrandi laudes de ſe reliquerunt, perirent quaſi non fuiſſent, & nati eſſent, quaſi non nati, & filij Heliæ cum ipſo, viuente adhuc non durarent: hoc certè eos iure maioratus eſſet caruiſſe, cui conceditur primò duratio eius, ad quam inſtituti ſunt. Si ergo, vt notum eſt, viuit Helias Pater congruit cum eo viuere filios, tamdiuque durare Carmeleam ſuam progeniem illuſtrem, à Chriſto Deo, & Virgine, ſingulariter dilectam; quamdiu permaneat ſaltem ipſe inter mortales homines degens.

Bonatus Foroliuien. tr. 1. par. vlt. domo 11. de natura. lib. Hermes in Centiloq. c. 10.

9.

Nec quidquam in hanc agant durationem, vel infringant tam infractam perennitatem Diuinæ quædam paginæ verba: maximè illa, quæ ab aduerſariis, & inuidis gloriæ noſtræ adducuntur, primò ex Ieremiæ capite 4. Aſpexi, & ecce Carmelus deſertus: & omnes vrbes eius deſtructa ſunt a facie Domini. Secundò ex Hamos: Et exſiccatus eſt vertex Carmeli. Tertio ex Iſaia: Et ſuccidam excelſa Cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem ſummitatis eius, ſaltum Carmeli eius. Nam, vt recte Carthagena probat, & exponit, ibi Ieremias loquitur, non de Carmelo, ſed Iudæa: Hamos, de ſuppliciis infligendis populo Dei: quemadmodum in Iſaia loquitur Sennacherib minitans, ſe depredaturum Carmeli pecora pinguia. Et nec Carthuſianus obſiſtat, Carmelitas mellifluum locum ſuum, id eſt, Carmelum amiſiſſe, de, oriens, nam (præterquam in eum agunt verba Trithemij dicentis: Poſt Heliæ raptum, & mortem Eliſæi Prophetarum, per ſucceſſionem generationis Montem Carmeli habitantes, claris vacuum nunquam ſinebant eſſe cultoribus.) hyperbolicè, vt notauit Lucius, adſumendus eſt locus, & intelligendus, ſicut & illud Chriſti de templo Hieroſolymitano loquentis: Non relinquetur in te lapis ſuper lapidem. Nam anno 1383. adhuc ibidem Carmelitas habitaſſe Burcardus Alemannus ex Dominicana familia teſtatur. Imò crediderimus Carmelitæ familiæ pro ſolatio dictum, in ſua à Carmelo in Europam tranſmigratione, id quod quondam Iſraelis populo cui Deus diuinorum obſeruantiam legum commendans, quam ſi teneret populus, & eum tanquam Deum veneraretur, & coleret, promiſit coram ſe ſemper habiturum, & adfuturum in periculis), viros eius Deus ad labo es tuſerendos dixit adarmans: Cadent inimici gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum

Iere. c. 4. v. 26. Hamos c. 1. v. 2. Iſa. c. 37. v. 24.

Carthag. lib. 2. hom. 1. de la. d. Car.

Carthuſ. in Ieremiam, anno 1201. Trith. c. 2. lib. de laud. Car.

Petr. hu. in Apol. pro lib. Trith.

Matth. 24. v. 2.

Burcard. in deſcript. terræ Sanctæ 1. p. cap. 8. § 1. & 2. libelli quem typis edidit anno 1519. apud Ioan. Facutnum, de Tridino.

Leuitic. c. 26 à verſ. 8. & ſeqq.

meum vobiscum. Quæ omnia ad vnguem adimpleta videbit in Carmeli Religione, qui eius sedulus progressus, & successiones adspiciat. Vbi & inter alia competiet passim Marianæ Religionis inimicos gladio ipso malignitatis suæ confossos, morteque mulctatos: ad Heliades Dei, & Virginis semper fuisse & esse respectus assiduos, etenim de Carmeli vinea dictum est illud: *Vinea mea coram me est semper:* populum eorũ sic, à Deo multiplicatum, vt merito ille infinitus populus Sanctorum à Trithemio dictus sit, qui præ multitudine, supputabilis est solùm ab eo, qui supputet sydera poli. Et tandem firmatum pactum illud Dei de duratione perpetua, quod iniit cum filiis quondam Rechab (à quibus, vt apertè Carthagena testatur, Carmelitæ originem trahunt) quando Rechabitarum domui voluit Deus vicem rependere pro obedientia exhibita Ionadabo Patri, dicens: *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.* Et certè non defecit hucvsque stirps, & semen sanctum Heliæ; nec in posterum multiplex est eius successor defuturus, quia permansurus in sæcula promissus est à Christo in vertice & inter fulgores gloriæ Taboris Magna Matre & Virgine asserente, vt visum est suprà: & videndum in Elogio S. Petri Thomæ.

Cantic. 8. v. 12.
Trith. de laud. Carm. c. 6.
Carthagen. lib. 17. ho. 2. obs. 9.
Ier. 35. v. 19.
Præambul. 6 n. 2.

10.
S. Theresia in vita sua, c. 40.

Ad hæc, Sanctissima Virgo Theresia (in qua vna, signa illa antiqua, & mirabilia virtutis suæ, quæ ostenderat in Prophetis antiquis innouauit, & immutauit Altissimus) inter alia, quæ supra se eleuata, & admirata vidisse testatur, illud mirabile est, quòd quàm plurimos viderit Monachos albicantibus indumentis ornatos, tenentes in manibus enses & tanquam ad bella Dei paratos: Ex quo intelligere sibi concessum est, nouissimis pereuntis terræ temporibus, illos pro Christo & eius Ecclesia dimicaturos. Et etsi ipsa nec de Heliadum Religione, nec de quauis alia id singulatim intellectum ostendat; tamen sapientissimus simul, & venerabilis Religione, & pietate & sapientia multá Turrisonensis Episcopus, de Carmeli Religione solummodo intelligendum credit: & certè satis appositè, cum eandem, ante ortum Magni Patris Heliæ in viris illis albicantibus vestibus ornatis, & Heliæ suo famulantibus signatam alibi demonstrauerimus. Ex quo suadetur firmiter Helianæ Religionis firma duratio, vsque ad extrema sæcula orbis, in quibus, vt præmissum est, dimicaturi in hostes fidei, & Ecclesiæ, cum Helia Patre filij Carmelitæ prodibunt.

D. Didac. à Sepe: Hectorum ... Ser. de S. Erminigildo.

Prouinciarum Ordinis Carmeli nomina, & numerus proponuntur: & de latitudine quondam Religionis Heliæ Patris in Terræ Sanctæ ditione perpaucula vnà delineantur.

PRÆAMBVL. XXIX.

1.

SI latum Chronicon, effusósque de cunctis ad Religionis nostræ attinentibus sermones attexere constituissemus, opus inter alia erat singulatim agere de Prouinciis vniuersis, earúmque latissimo Cœnobiorum Ordine; At cum propositi nostri id solum sit, in hoc texendo Paradiso Carmelæo, his Præambulationibus ea solummodo pernarrare, quæ ad abigendam dubietatem omnem, quæ ex narratione, & descriptione germinum seu virorum eius, qui est maximus nostri operis scopus, & finis, conducere valent: post signatum germinum sexus vtriusque immensum generatim numerum, latissima, & omnigena incrementa gloriæ Religionis Heliæ, & perennem eius durationẽ, ad numeros & nomina Prouinciarũ deuenire necesse est, & speciatim aliquantulò de duabus florentissimis iam deperditis omnino heu mœror & luctus! scilicet illa quam *Terra Sancta*, vocant, & *Anglicanã*, pertractare: vt de vtriusque aliqualem hoc nostro Paradiso, breuẽ quamquam, rationem lectoribus exhibendo, earum nonnulla deperdita bona deplorent, & gloriam in eis lugeant amissam Deúmque pro recuperatione iteratis rationibus adeant.

2.
Constit. Ordin. Generales, ... Const. 1. c. 9. ...

Habet ergo Religio Carmeli, vt Ordinis sanctiones adnumerant, hodierna die Prouincias trigintaquinque. Primam: *Terra Sancta*, quæ quondam adeò latissima erat, vt triginta, & eo amplius floreret Prouinciis, vt Mantuanus à Coria datus nostro recensuit. Secundam *S. Alberti.* Siculam vocatam. Tertiam *Anglicam*, iam deperditam, & omnino ab Hæreticis deuastatam ab anno Christi 1537. in quo Henricus VIII. nequissimus alter factus Achab Christum denegauit, & vt Historici narrant maximè fusè, ab obedientia se Pontificis Summi abduxit, diràque hæresis lue totum regnum Angliæ, Catholicissimum quondam, adurens, decem millia Christo dicata templa deuastauit, mille solo Monasteria æquans, Episcopum se falsò Romæ cognominans. Quartam *Narbonensem.* Quintam *Romanam* Sextam *Gallicam.* Septimam *Alemanniæ inferioris* Octauam *Lombardicam.* Nonam *Aquitanicam* Decimam *Castellæ nouæ*, quam Hispanicam vocat Speculum Carmelitarum. Vndecimam *Hibernicam.* Duodecimam Prouinciam *Prouinciæ.* Tertiamdecimam *Scotiæ.* Quartamdecimam *Tusciam.* Decimamquintam *Venetam*, seu Bononiæ. Decimamsextam *Tolosæ.* Decimamseptimam *Cataloniæ.* Decimamoctauam *Alemanniæ superioris.* Decimamnonam *Vasconiæ.* Vigesimam *Turoniæ.* Vigesimamprimam *Saxoniæ*, Vigesimamsecundam *Aragoniæ.* Vigesimamtertiam *Venetiarum*, *Neapolis*, imò. Vigesimamquartam *Portugalliæ*, continentis sub se Brasiliensem Vicariam. Vigesimamquintam *Romandiolæ.* Vigesimamsextam *Daciæ.* Vigesimamseptimam *S. Angeli.* Vigesimamoctauam *Bethicam.* Vigesimamnonam *Bohemiæ.* Trigesimam *Poloniæ.* Trigesimamprimam *Apuliæ.* Trigesimamsecundam *Calabriæ.* Trigesimamtertiam *Belgicæ.* Trigesimamquartam *Abruciæ.* Trigesimamquintam *Veteris Castellæ.* Habet insuper Ordo Carmeli Congregationem *Mantuanam*, & *Sardiniæ* Vicariam.

Vide Anton. Herrera ... Speculum Carmelitarum ... & Bozium lib. 11. sig. 46. c. 8. Specul. Carm. ...

3.

Et habet Congregationem Discalceatorum primam regulam profitentium, sub vna mitigatione, quæ toto iam orbe diffusa latè terras, & æquora complet. Hæc pro bono pacis in Capitulo Generali Cremonæ celebrato anno 1593 à

Religionis

Religionis corpore, cum iurisdictionis renunciatione separata fuit. Habet nunc Generales duos Hispanum, & Italum: sub Hispano sunt Prouinciæ octo in quibus plusquam centum Monasteria numerantur. Sub Italo Generali sunt ad hunc vsque annum quo scribimus ista iam ad lunam adducta puriorem, Prouinciæ decem, in quibus ingens est Monasteriorum numerus, vt Augustinus Barbosa scribit.

Barbosa de Religiosorú Ordinib. ca. 41.n.34.

4.

Iam ad terræ Sanctæ relatum deueniamus, multa Chronographis pro re nostra relinquentes, apud quos videre erit immensa penè Cœnobiorum, & virorum multitudo Carmeli, maximè apud Guilielmum de Sannico, Paleonydorum, Coëllium Lusitanum, Coriam nostros, & tandem in Chronico Ordinis nouissimo per Franciscum à S. Maria breui conficiendum: Nam nobis ad nostrum properantibus assumptum paucula ex his libasse, quantum satis sit, licuit.

Sannicus. Paleonydo. Coelius. Coria. Franciscus à S. Maria ó-nes in Chronicis suis Carmeli.

5.

Tempore Constantini Magni Imperatoris (ne ad superiora tempora ascendamus) anno Christi 320. vel in circa, Carolo Tapia referente, quatuor habuit præcipuas Carmelitus Ordo in partibus surgentis Solis Prouincias, videlicet Terræ Sanctæ, Cypri, Thebaidæ, & Ægypti. At cùm anno 606. (tempore Cosroæ Persici Regis, qui Imperatore Phoca deuicto, Hierosolymam vrbem armis obtinuit, eius templa deuastauit, Crucem, & lignum redemptionis humanæ accepit, & vrbes alias Regionis illius funditus euertit) magnis fuisset terra illa calamitatibus oppetita: breui Cosroa ab Heraclio, Phocæ successore, Imperatore deuicto, in pristinam Terra Sancta Christianorum dominationem restituta est, cum Hierosolyma Ciuitate, & cæteris ab iniquo illo Rege locis acceptis. Sed heu luctus, & mœror! breui temporis elapsu huiusmodi recepta felicitas deperdita est, nam Homare Arabiæ Rege, & Mahumæ infidi in Christum hominis sectatore, salutis anno 636 partem illam denuo potentissimis armis inuadente, Terra Sancta iterum occupata est, & Solyma destructa Ciuitas, crudeli habitatoribus eius iugulo absumptis, & Carmeli filiis Martyriali trophæo in occisione gladij coronatis, paucis eorum exceptis, qui in speluncis, & terræ hiatibus abditi, diuina prouidente Clementiâ, ne omnino, iuxta quod promissum est, sacrum Heliæ semen periret in orbe, liberati sunt, vt dilectus, & selectus Ordo in multa sæcula seruatus ad Ecclesiæ maius & illustrius firmamentum, non periret (quia, Isaia dicente, Generationem cæteris Ordinibus Ecclesiæ tribuere genitus erat:) vt præfatus Tapia & Paulus Morigia Iesuatus testantur.

Tapia. c. 11. de Religio-sis.

Isa. c. 66. v. 9. Tapia citatus. Morig. hist. Religionum cap. 17.

6.

His, aliisque calamitatibus Ordo Carmelæus oppetitus, ex illis quatuor Terræ Sanctæ Prouinciis, vna sola *Terra Sancta* dicta remansit, cui fuêre aliarum aggregata Cœnobia, quæ contra diram Arabum potentiam, & cæterorum fidei hostium manum sæuam, illæsa mansère vsque ad annos Christi Iesv 1570. in quo à Mustafa Generali exercitus Selymi Turcarum Imperatoris, deuastata, & euersa, & deperdita funditus fuère. Harum quatuor Prouinciarum præcipuarum, Cœnobia quondam innumera fuisse palam reddunt innumeri domestici, & exteri auctores, qui vetustam Ordinis, & mirabilem extensionem describunt. De eis Guilielmus Tyrius Episcopus, & Sabellicus agebant, cùm affirmauère in terminis Ordinis Carmelitani inuentos fuisse simul tempore vno centum, & octoginta mille Sacerdotes, septem millia, & quingenta Cœnobia, in partibus Orientis solum. Eidem referunt Petrus Maturus, Azor, & Leander Granatensis, omnes exteri auctores, & plures alij ex Ordine nostro. Nec id mirum erit legenti, apud Ecclesiasticæ historiæ scriptores, sub vno tantum Sabba Abbate quondam fuisse duodecim millia Monachorum: sub Pauli Cœnobio Eremitæ septem millia, & similibus aliis, quorum nonnullam fecimus mentionem, cùm de ingenti filiorum Carmeli acie ageremus suprà. Datos, & alios consulat Lector, dum nos ad alia transire cogit occasio, his tantum pro re nostra, de Prouincia Terræ Sanctæ generatim prælibatis, & dictis. De Cœnobiis Terræ Sanctæ vide Coriam nostrum.

Guliel. li. 5. coarnaua. sel. &c. Sabel. Ennea de. 9. l. 5.

Petr. Matur. in a ldi... bus ad illum locum lib. 9. cap. 3. Azor. lib. 2. cap. 24. Leander. disc. 4 §. 2. li. alio citat. Præambulatione 20. & 21.

Coria lib. 1. c. 16. dilucidatio.

De Angliæ Prouincia, & eius Cœnobiis tam funditùs ab hæreticis demolitis, & euersis.

PRÆAMBVL. XXX.

1.

GLoriosum quondam dedère historici nostri, de feracissima hac virtutibus, & viris Anglicana Prouincia relatum, nunc heu dolor! flebile damus tanquam qui, ne tam illustris memoria Cœnobiorum insignium pereat, relaturi sumus nomina eorum, quæ iam miserè hæreticorum strage obuoluuntur, & sepulta in deuastationis omnimodæ puluere deplorantur. Et enimuero, cùm plus ducentos viros (tot gemmina sacra) huius quondam nobilissimi, & pulcherrimi Paradisus Carmelæi ex tam fertili area deduxerimus, non sine studio tenaci, Paradiso huic nostro Carmelitici decoris inserendos, opus est vt eum, lucè legentibus exhibentes, saltem Cœnobiorum illorum nomina duc (quæ iam, vt amissa desiderantur ab Ordine nostro, in quibus tam illustria gemmina, vt in parte terræ Carmeli producta sunt, vt tam copiosè florerent, & tam abunde fructificarent, quod videre erit in Elogiis vniuscuiusque eorum. Et certè nostri non erat huius Prouinciæ singularem de Cœnobiis mentionem adducere, cùm cæteras omittamus; at quia, vt deperditas has Terræ Sanctæ, & Angliæ duas omnino deploramus, ne lapsu temporum incerto, earum aliquando memoria ab hominibus absit illustris ex defectu notionis, gratum credimus nos facturos Lectoribus nostris, si nonnihil de eis Paradiso huic nostro inseruerimus.

2.

Difficilis verè Prouincia fuisset, Prouinciæ istius Angliæ Cœnobiorum vel nomina dare, cùm iam propter immanem hæresis flammam, & grassantem omnia luem, quæ Angliam, quondam fide insignem, totam inuasit; nisi forte ad manus accessisset Catalogus Ioannis Speed Angli, per Nicolaum Harpsfeldium Cantuariensem Archidiaconum, Latinè

Ioan. Spedius. Nicol. Harpsfeld.

Candemius.

donatus,& Catalogus Guilhelmi Candemij, itẽ Angli, cui Anglica illuſtria monumenta multum gloriæ,& gratitudinis præſtant. Ex his enim comperto educere fas fuit, inter alia quæ latent nobis, hæc olim ſaltem ibi quondam extaſſe cœnobia (tot virorum inſignium Carmeli prata virentia) quæ pulchra quidem ex variis diuerſarum virtutum calathis plenis, & immenſæ ſapientiæ limbus refertis cum quondam extitiſſent; ſed illis pereuntibus à dira Henrici VIII. iniquiſſimi Regis,& infidi Chriſto manu, cithara noſtra conuerſa eſt in luctum, & fortitudo noſtra redacta eſt in famulam, facta quaſi vidua domina gentium, & princeps Prouinciarum Occidentis, facta ſub tributo defectionis; nam dominantibus inimicis qui oderunt pacẽ Chriſti, vt omnem Eccleſiaſticæ gloriæ gazam auferrent,& amandarent, concluſus eſt in gladio populus Dei,& omnino hæreditas Catholica ſpreta eſt,& demolita. Namque hæc omnia, cum reliquis à vitæ pietatis & ſapientiæ monumentis, ad Dei honorem, fidei Chriſtianæ incrementum, bonarum litterarum propagationem, & pauperum ſuſtentationem attinentibus : (Religioſis domibus, Monaſteriis, Abbatiis, Prioratibus Ordinis noſtri & aliorum, numero 645. (quæ ante Henrici VIII. tempora extabant, ipſo iniquo irruẽte Henrico in Eccleſiaſticam Rempub. Angliæ, quaſi torrente, aggere rupto, cum maxima parte gentis Eccleſiaſticæ, ſtupente Orbe,& Angliâ quondam Catholiciſſimâ, & Sanctorum, & ſapientium virorum feraciſſimâ ingemiſcente, , etiam cum pulcherrimis ædificiis Bibliothecarum inſignium Orbis, funditus euerſa, & vſque ad fundamentum exinanita (proh mi tot in lacrymas oculi ſtillent, conſpiciuntur. Etenim iniquus ille ſecundus Achab quaſi momento diſperdidit vniuerſa, & profanauit diui na ſibi primùm ſpirituales redditus omnes abſumens, qui pertingebant vſque ad 130. 80. libras, 10. ſolidos: ex quibus in profanos vſus conuertit 161100 libras, & ſeptem nummulos, vt præfati ſedule computant auctores. ſubuertens decem millia Monaſteriorum & totidem ſaltem Eccleſias, vt communiter narrant hiſtorici veriores, anno Chriſti 1540.

Herrera lib. [illegible] hiſt. [illegible] & alij.

Igitur à tempore, quo è terra ſancta,& partibus Palæſtinæ vocata, ſiue diximus ab infidelibus amãdata fuit Religio Carmelitarum, & in Anglicanas partes adducta, (nobili viro Radulfo Fresburno ſiue, vt vult Carmelitarum ſpeculum, Richardo de Grey Domino de Codenore, & Ioanne Veſey domino de Alnelbiter, ſic Deo diſponente,& amplius pia, ipſo Deo dante, *Dilatares loca tentorij ſui pelles tabernaculorum ſuorum extenderes, longas faceres funiculos ſuos, & clauos ſuos conſolidares*, vt dixit Iſaias, quod iuxta Pitſei computa paulo ante annos 1240.) inter alia multa comperimus erecta fuiſſe ſequentia Cœnobia, de quibus in cer loquendum de rebus Angliæ, & viris illuſtribus regni illius contigit meminiſſe Harpsfeldio, Candemio, & Pitſæo, exteris inſignibus auctoribus. Et quidem, ad hũc noſtrum Catalogum attexendum, vti fuit opus etiam nobis ſpeculo noſtro Carmeli, per Philippum Ribboti noſtrum, Cataloniæ Prouinciæ Prouincialem digniſſimum.

Specul. Car. fol. [illegible] de fundationis Angliæ. Vid. Harpsfeld. ſæc. 13. c. 18. fol. nobis 480. [illegible] Ioan. Pitſ. de viris illuſt. ib. Angl. in initio Catalog. Carmelitarũ illuſt.

Ribbotus Carm.

Iam ergo ad Cœnobiorum nomina typos adducens, fuère inter alia quæ deſiderantur à nobis ſcire iuxta ordinem erectionũ ſuarum quantum fas eſt, damus adducta.

Catalogus Cœnobiorum Anglicæ Prouinciæ Carmelitarum.

PRÆAMBVL. XXXI.

1. IN primis extabat prima erectio Cœnobij *Alnelvvicenſis*, quæ nobiliſſimo debebatur in prima fundatione Equiti Domino Ioanni de Veſey, Domino de Alnelbiter: & in ſecunda Illuſtriſſimis Equitibus, & Dominis de Percy anno Domini Ieſu 1212.

2. Extabat etiam *Eyleſſordienſe* Cœnobium, Fundatore Illuſtri Equite Richardo de Grey, Domino de Codenore. Hi duo Domini Veſey, & Grey, cum Radulfo Fresburno, primi fuère Carmelitarum Ductores, e Carmelo in Angliam, anno Chriſti 1212. quibus erecta ſunt hæc duo Cœnobia.

3. Extabat *Nelbynacenſe*, ſeu vt placet Harpsfeldio, *Newendenſe*. Fundatore Domino milite nobili Thoma Albuger anno Dom. 1240.

4. Extabat *Brunhamenſe* Cœnobium, Fundatoribus Dominis Radulpho Hempnale, & Ehillio Calthorum, anno Domini 1240.

5. Extabat *Londinenſe* Cœnobium, Fundatore D. Richardo de Grey, præfati filio, anno Domini 1241.

6. Extabat *Cantabriggienſe* Cœnobium, Fundatoribus Edvvardo I. & Edvvardo II. aliis Edilbardo, Regibus Angliæ : & poſtea ſingularibus benefactoribus, Guidone, aliis Glbydone, de Mortuo mari, ſiue de Mortimero, & Derkino Vicario de Ibaldene. Fundatione facta anno Domini 1255.

7. Extabat *Eboracenſe* Cœnobium Fundatoribus Dominis de Veſey,& Percy, aliis Percy, fundatum anno Domini 1255.

8. Extabat *Oxonenſe*, ſiue *Oxonienſe* Cœnobium Fundatore antiqui loci Domino Nicolao Nooles, & nouæ erectionis erectore Edubardo II. Rege Angliæ, aliis tertio, regni illius anno ſecundo, Chriſti verò anno 1267.

9. Extabat *Briſtollienſe* Cœnobium, aliis *Briſtolienſe*, in Comitatu Someretenſi, vulgò Angliæ *Somerſeth-ſchire*, Fundatore primo poſt conqueſtum Edubardo I. Angliæ Rege, anno Chriſti 1267.

10. Extabat *Norbelcienſe* Cœnobium, aliis *Norvvichienſe*, Fundatore Fratre Guillielmo Colbgate, ciue quondam primario Norlbicienſi, anno Domini 1268.

11. Extabat Cœnobium *Leunienſe* ſiue *Linnenſe*, Fundatoribus Dominis de Bardolff,& Scales: Domino Ioanne Ibignale, aliis Wignall milite, & Magiſtro Ibaltero, aliis Waltero Olbycalbare, anno Domini 1269.

12. Extabat Cœnobium *Lincolnicenſe*. Fundatore Magiſtro Odo de Kilchenny de Scotia, aliis Chelcheny Scoto anno Domini 1270.

13. Extabat *Relbycienſe* Cœnobium. Fundatore Domino Tray, de Eſcocia, anno 1270.

Extabat

Patre Clemente Papa V. vnà cum Domino Rege Eduvardo I. post cõquæstum an. Dom. 1270.

15. Extabat Cœnobium *Northamptonense* Fundatoribus Domino Simone de Monte Forti: aliis *Mountford* aliis *Thoma Chituved*: & Domino Chitlbode Militibus anno 1271. Erat in Comitatu Northamptoniæ.

16. Extabat Cœnobium *Sandlbicense*, aliis *Sanduvichense*, aliàs *Ruptipinense*, Fundatore primo Henrico Coebfelde de Alemannia, aliis Covufetlde Germ. Et secundo per concessionẽ D. Th. Bealcafogde Comite Vorcestriæ an. Dom. 1272.

17. Extabat Cœnobium *Globcestriense* aliis *Clocestriense*, in comitatu Glocestriæ vulgò in Anglia *Glocester-Schire* Fundatoribus Domina Eleonora Reginâ, Matre D. Regis Eduvardi I. aliis vxore, post cõquestum: & Dominis Ioanne Giffarde, & Thoma Betbley, aliis Barkley militibus, anno Domini 1273.

18. Extabat Cœnobium *Stanfond ense*, aliis *Stranfordiense* Fundatoribus Eduvardo Rege I & Magistris Henrico Sampson: & Walserio Flemyng. Est altera Regis erecta fundatio à prima.

19. Extabat Cœnobium *Vyntoniense* Fundatore D. Petro de Lhyntonio Præposito Ecclesiæ S. Helenæ Lhyntonꝫ: qui propter miraculum sibi per Mariam Virginem Matrem ostensum, Cœnobium hoc Fratrum erexit Carmelitarum.

20. Extabat Cœnobium *Gyppsibiciense*, aliis *Ipsuvicense* in *Suffolcia* vulgo ibi *Suffolke Schire*. Fundatoribus DD. Galfrido Hadley, & Roberto Nortone militibus, anno Domini 1276.

21. Extabat Cœnobium *Noryngliamense*, aliis *Nottingamense* in Comitatu Nottynghamiæ, vulgò ibi *Nottingham-Schire* Fundatorib. D. Reginaldo de Grey aliis *Gray de Vvilton* Domino de Lhyltone. & Schyrlaus. ann. Domini 1276.

22. Extabat Cœnobium *Lervennitense* Fũdatore D. Eduvardo Rege I. post conquestum. anno Domini 1278.

23. Extabat Cœnobium *Cestriense*. Fundatore Thoma Stadhoni, anno Domini 1279.

24. Extabat Cœnobium *Apidbiense*, aliis *Apelbiense*, apud Carliolum Westmorlandiæ. Fundatoribus DD. Vesey Percy, & Cliffordte, anno Domini 1281.

25. Extabat Cœnobium *Hyngestomense* Fundatoribus Eduvardo Rege II. post conquestum: & DD. Roberto Olhtred: & Ricardo de la Pool, militibus, anno Domini 1270.

26. Extabat Cœnobium *Maldonense* in Essexia, vulgò Anglice *Essex*. Fundatoribus DD. Richardo Gravesend, aliis Tranegende Episcopo Londinensi: & Richardo Yselham, Rectore Ecclesiæ de Solhthansfelde, anno Domini 1291. aliis 92. & melius.

27. Extabat Cœnobium *S. Botulphi*. Fundatoribus DD. de Orby, anno Domini 1300.

28. Extabat Cœnobium *Sustoneuse*. Fundatoribus DD. Cadmundo Duce Cornubiæ priùs: & illustri Principe Eduvardo Primogenito Eduvardi Regis II postea, anno Domini 1312.

29. Extabat Cœnobium *Schorehamiense*, aliis in Schorham apud Surreyam, vulgò Anglicè *Surrey*. Fudatoribus D. Eduvardo II. Rege post cõquestum, & DD. de Mulhimbray, aliis Mouulray, anno Domini Iesu 1315.

30. Extabat Cœnobium *Hychiense*, aliis *Huchiense*. Fundatoribus D. Eduvardo II Rege, post conquestum, Ioanne Blomenyle, & Adamo de la Rolbs, anno Domini 1316.

31. Extabat Cœnobium *Marleburgense*, aliis *Magdeburgense*, in Wiltonjensi Comitatu vulgò Anglice *Vvilt-Schire*. Fundatoribus Ioanne Goodhyne aliis Gooduvin, & Lbillioo Ramethich, aliis Guilhelmo Remsbich Mercatoribus anno Domini 1316.

32. Extabat Cœnobium *Scardeburgiense*. Fundatore Eduvardo II. Rege post conquestum: vnà cum Domino de Nevyle, & Domino de Raby, anno Domini 1319.

33. Extabat Cœnobium *Snyterleyense*. Fundatorib. DD. de Roos: & DD. Roberto Bacchon. & Ioanne Brette militibus, anno Domini 1321.

34. Extabat Cœnobium *Couuenstreense*, aliis *Conuestriense*, apud Waruvichiam. vulgò Anglicè *Vvaruvik-Schire*. Fundatore Ioanne Slhynnemore 1332.

35. Extabat Cœnobium *Dinbyense*, aliis *Denbighense*, in Diœcesi S. Dauidis, in Comitatu Deubighiensi Fundatore Ioanne Slhynnemore, aliis Sicmore, anno Christi Domini 1339.

36. Extabat Cœnobium *Ludlobiense* Fundatore D. Laurentio Ludlolbe, cum Domina Halhisia consorte sua, anno Domini 1340.

Extabat Cœnobium *Calisiense*. Fundatore in erectione prima D. Matildi Comitissa Attrebatensi de Regno Franciæ Et Eduvardo III. Fundatore secundo: ante conquestum: fundatio prima facta est anno 1312. post conquestum secunda facta est anno Domini 1344.

37. Extabat Cœnobium *Doncastriense* Fundatoribus D Ioanne Lincastriæ Duce: & Ioanne Nihbrother, aliis Nighbroder, cum Mathilda consorore sua, anno Domini 1350.

38. Extabat Cœnobium *Northallertonense*, omnino diuersum à Northamptonensi quintodecimo huius Catalogi. Fundatoribus Eduvardo III Rege: Domino Thoma Harpsfeldio aliis Hasfield siue Harfelde Episcopo Vimolinensi: Dominis de Neuile, & Ioãne Zoole cum Helena consorte sua, anno Christi Iesu 1354.

Præter hæc, ex Ordinis speculo, & aliis petita auctoribus, Cœnobia sequentia, adduxit Harpsfeldius.

39. Extabat Cœnobium *Armethuvaitense*, in Lumberlandia erat Sacrimonialium Obseruantium Carmeli, Fundatore Guilhelmo Conquestor Anno Christi Domini 0000,

40. Extabat Cœnobium *Fordense* tituli S. Mariæ in Comitatu Deuoux, vulgò Anglicè *Deuon-Schire*. Fundatrice Adeliza filia Balduvini, de Oke-hempton.

41. Extabat Cœnobium *Camestrumiense*, in Comitatu Dorsettiæ, vulgò ibi *Dorseth-Schire*. Erat Sacrimonialium tituli S. Mariæ Magdalenæ.

42. Extabat Cœnobium *Boltonense in Coranen*, in Comitatu Eboracensi vulgò *Eboracum*. siue Anglicè *Yorcken-Schire*. Sub titulo S. Ioannis vulgò ibi *Ives*. Fundatore D. Grey de Codmor.

43. Extabat Cœnobium *Bostoniense* in Comitatu Lyncolniæ, vulgo ibi *Lincolne Schire*. Fundatore Milite Orby. Anno Domini 1300.

44. Extabat Cœnobium *Blakeneyense* apud Nor-

folciam, vulgo ibi *Norfolke*. Fundatoribus DD. Rosse Roberto Bascon, & Ioanne Bren Militibus.

45. Extabat Cœnobium *Yarmoutense*, Fundatore Eduvardo I. an. Domini 1278. Est altera a Rege isto fundatio à primis duabus.

46. Extabat Cœnobium *Baruvichense* apud Northumbriam, vulgò Anglicè, *Northumberland*. Fundatore Ioanne de Grey Milite, an. D. 1270.

47. 48. Extabant, eodem Harpsfeldio teste, Cœnobium *Alberodense*, & *Gisburnense*. Hæc ab Nicolao Harpsfeldio, qui dum Cœnobia præfata signat, eorum fratres aliquando vocat *albos fratres* tantùm, aliquando eosdem vocat *Carmelitas*, siue albos fratres, ex albo forsan pallio, vel aliqua sibi notà nobis celatà ratione.

Harpsfel. de reb. Angl. sæculo 15. c. 14. & sæc. 14. cap. 31. & sæc. eod. cap. 15. Dex. Chronic. ad ann. 419. Carus in notis ad Dextr.

Deinde, ex Catalogo Scriptorum Anglicorum Pitsæi (qui inter loquendum illustribus Carmelitis Angliæ signans filiationum suarum Cœnobia præter multa, ex præfatis ex Harpsfeldio, Candemio, & speculo Carmelitarum) sequentia deduximus diuersa à relatis 48. Scilicet extabat

49. Cœnobium *Silvense*, seu *Silvestriense*, quod idem est: Cœnobium *Scarburgense*. Cœnobium *Petroburgense*: Cœnobium *Londinense*: Cœnobium *Norfolcense*: Cœnobium *Valencense*. Cœnobium *Norfoltdiense* diuersum omnino à Norfolcensi: Cœnobium *Malburgense* quod diuersum item habemus à Magdeburgensi: Cœnobium *Calatiense* in portu Iccio, diuersum à Calisiensi. Monasterium *Nazareth* in Britannia, & Monasterium *Scotiense*, prope Ligerim, quæ Monialium erant, vtrorumque Fundatrice B. Francisca de Amboise. Sunt hæc ex Pitsæo accepta vndecim, quæ cum præcedentibus pertingunt ad numerum 59. Cœnobiorum illustrissimorum verè Regalium, quorum erectiones munifica manus, vel Pontificum, vel Regum, vel Principum, vel Equitum strenuorum, copiosè perfecit. Hæc nos tantum ex illa illustrissima Prouincia inuenire Cœnobia valuimus: nec dubitantes quòd ab erectionibus actis anno 1354. quod comperimus, sub Eduvardo III. Rege vsque ad an. 1540. plures aliæ fuerint perfectæ, vsque ad tempora funesta Achabi secundi Henrici VIII. à quo omnia flammis combusta periêre, dirâ hæreticorum vorante manu earum Bibliothecas insignes, sacra cuncta, vsque ad Monachos omnes, ex quorum plurimis, hi ad astra Martyrio coronati volarunt, alij exilio mulctati sunt crudeli, vel vario infestationum pondere, vsque ad necem diuexati. Quia prædo irruit, vt auferret de Carmelo ibi lætitiam, & exultationem. At diuinâ viuimus spe, reducendos iterum Carmelitas ad habitacula sua, pascendúmque ibi Carmelum, qui nunc depastus elugetur ab apro de silua, & singulari fero Henrico vetano Rege. Faxit supremus in Cælis omnium Pater Deus.

Ier. 48. v. 33.

50. Sit notare item Harpsfeldium eundem Cœnobia aliquando nonnulla notare nomine tantum Nigrorum Monachorum signata: Quæ quidem an sint ad Carmelitas aduocanda hæremus in triuio. Hoc vnum ex Lucio Dextro, & Ruderico Caro scientes: *Canali* seu *Canace* in Lusitania ab anno 393. quosdam fuisse Monachos vocatos nigros: quos vel ab exordio nascentis Ecclesiæ homines asserit Carus Christicolas fuisse, qui metu persecutionum, & odium Gentilium fugientes, vel pietatis amore, abruptis delicatioris vitæ blandimentis, deserta ac solitudines peterent, vt ibi asperioribus studiis mores formarent, palàm est. Hi omnes *Monachi* verbo Græco, id est, *Soli*, audiebantur. Qui quidem ad imitationem Heliæ, Ioannisque Baptistæ diuinis contemplationibus dediti cæleste in terris quodammodo vitam transigebant. Verba sunt omnia Cari. Certè suspicionem nobis iniicit Cœnobia illa nigrorum Monachorum ab Harpsfeldio in suo Angliæ Catalogo deducta Carmelitana fuisse: Nam, qui post longa sæcula dicti SS. Monachi nigri S. Benedicti alumni, nondum fuerant in Orbe exorti; imò neque Augustiniani, qui ante eos fuêre. Quo autem ductu populus nigros Monachos vocauit hos, vel illos, qui sola vestium asperitate contenti incedebant, latet adhuc nobis. Quicquid sit, si Monachi illi nigri Angliæ, vel Lusitaniæ Carmelitæ fuêre, his adiice illorum domos, & familias, si placet etiam. Nos incerta pro certis non amplectimur. Vide Vitarium com. ad Chron Fl. Lucij Dextri sub anno 419. de Monachis Nigris.

51. De cæteris Prouinciis, & Cœnobiis earum, Annalia Ordinis peruolue. Id modò tamen credens, quod non solùm in præfatas, sed & in exteras alias regiones, & gentes quasi inundatione factâ, & imbrifera nube cælesti, illa se Sanctorum Carmelitarū examina diffuderunt, fructificantia vbique Christo, sicque excrescētia, vt eorū qualis quantúsve, maximè in Oriente toto, numerus excreuerit, sola diuina scientia nouit. At has, ex eis infinitis penè, multitudines in Prouinciarum solis nominibus daris hîc placuit adferre, vt lineam Lector ex puncto vno latissimam agnoscat, & ex vno hoc coniiciat, quàm immensâ latitudine fuerit quondam Carmelitana Religio propagata, vt tot pareret sapientiâ, & sanctitate vbiuis gentium viros, dante Deo semper incrementa meliora, qui hanc illustrissimam Religionem Heliæ, vt esset initium viatum Dei in Religioso statu, ex singulari priuilegio, primam eligere dignatus est, sugi tutelæ, & Patrocinio Matris Virginis suæ selectam filiam comendando, vt in dies virtutum, & gratiarum donis infinitis accresceret, pullularet, & fieret Magna in Ecclesia Sanctorum.

Tanquam singularem Carmelitarum Matrē, iure eis Mariam Virginem Dei Matrem nomen ab initio Ordinis indidisse suum probamus: & ex eo singulariter dilecto sibi Ordini assiduum Matris fauorem, tutelam, & gloriam omnem consurrexisse decidimus.

PRÆAMBVL. XXXII.

1. Familiare est Patribus, sacros Carmeli decores omnes, Carmelitarum adaptare Virgini Matri, & eorum altrici Mariæ propter multa, inter eáque, propter supereminentem Charitatem in omnes, & innatum eius erga fratres, & filios

Carthagen. hom. 3. de laud. Carm. lib. 17.

suos Carmelitas amorem. Aptè ad rem Carthagena dicebat: *Charitas Virginis Montis Carmelo assimilatur, quia sicut ille vberrimus fontibus erat, ac riuulis amœnissimus, ita charitas Virginis vberrima fuit operibus, fontibúsque, & riuulis, qui in proximorum vtilitatem deriuantur amœnissimam.* Hanc supremam Charitatem ostendit specialiùs Maria erga hunc suum dilectum Ordinem Carmeli, imò amoris sui prima illi præstitit signa, pietatis suæ prima ei viscera pandens, cùm illam sub suæ protectionis vmbra, vel ab ortu recepit: Id quod antiquitùs ostendit in nubecula parua illa, quæ ascendebat de mari similis hominis vestigio, quam vidit Magnus Pater Helias ascendentem in aëra, iuxta Carmelum, se quasi illi, omnem mòtem significaret obumbraturam in scapulis suis, & filios Heliæ Patris, vt sub pennis eius sperarent, tanquam in sinu dilectissimæ matris accepti.

3. Reg. 18. v. 44.

2.

Oportebat equidem hac magna in Carmeli domo præter Patremfamilias Heliam, Matrem adesse, quæ filios nedum gigneret, sed & aleret, & lactaret, & vestiret: oportebat, vt sicut in terrestri illo Paradiso, Deus hominem posuit, prouidentissime noscens, non esse bonum hominem esse solum quod in hoc etiam mystico Religionis prototypicæ Paradiso Carmeli, claræ fœminam poneret; non iam doloris Matrem Euam illam, sed Mariam Virginem decoris, & omnigenæ gloriæ altricem omnimodam. Propterea cum Patrem Virginem primum posuisset Deus Heliam, hominem Dei, Matrem Virginem etiam postea illi dedit, quæ hac in illustrissima domo Religiosæ familiam prolis enutriret, assiduis aleret fauoribus, stabiliret meritis, gloriæ prædam domesticis impartiretur, cibaret gratiarum ancillis, & vniuersos suos duplicibus vestiret interiùs scilicet è cælo, exteriùs autem è terra diuina epomide fauoris, & honoris suóque tandem nomine coronaret, vt cor ornaret eorum, nouo quasi hoc donorum esse, & nouâ gloriæ tantæ vita.

3.

Erat hæc Virgo Mater, & Carmeli decor, huius Religionis constituenda caput, sicut constitutus fuerat eiusdem Magnus Pater Helias cor: ex quo contigit amborum Ordini huic diuo, id quod in naturalis corporis formatione primâ contingere natura est, in eo enim, Aristotele teste, primum vitæ particeps est cor, à quo illa in caput effunditur: non secus hac in Carmelæa Religione quæ duo habuit, quasi principia, vnum in Helia Patre, & alterum in Virgine Matre Maria: primus in hac formatione vitæ particeps, vt cor, fuit Pater Helias, sed Virgo caput, à quo sublimiori alio naturæ modo hic operante gratia, illustrissimus Ordo tuus ab initio, inter alia cognomentum accepit, quo coronaretur illustriùs & cor illius magnificentiùs ornaretur. Scilicet Helias cedens in sublimius decus, & firmius esse Religionis à se institutæ, primâ quasi vitâ, & esse, acceptis à se, pro nomine MARIÆ, vt ex tanto stemmate honoris, sublimiorem sibi Helianus Ordo decorem vindicaret nouo viuens esse suo eius patrocinij, & cognomenti MARIÆ, magis à Deo dilectus, & pluris ab hominibus veneratus, & habitus.

Aristoteles lib. de Anima.

4.

Nomenclaturam suam ergo in signum sui singularis amoris, Sacra Virgo Maria, huic singulariter Ordini dedit quæ tutelam, & patrocinium, vel ab origine dederat suum, *vt eo eius reuerentiam* (verba sunt Sixti IV.) *Ordo ipse à Christi fidelibus meritò per amplius veneraretur.* Et *Digna quidem*, Trithemius ait, *Carmelitis denominatio vt qui Dei Matrem speciali semper amore venerantur, etiam illius singulari titulo sint clariores.* Quæ claritas, vt ex quo aucupata est scias:

Sixt. in Bulla *Dum attenta* quæ habetur apud Roderic. fol. nobis 186.

5.

Notum est, dandi filiis nomina, ritus apud nationes varias, varios fuisse. Euam ferunt, præ gaudio exultantem, Caino suo, & Abeli vocabula indidisse in illo: *Possedi hominem per Deum.* Et de tertio filio Seth non secus asseritur, vt non obscurè ex textibus Hebræo, & Græco deducitur in illis: *Vocauit nomen eius Seth.* Quia vocauit refertur ad Euam. De duodecim Iacob Patriarchæ patris, omnes, vnum si dempseris Benjaminum, à Matre sortitos esse nomina, tradunt ex Genesi: imò hunc à Matre *Benoni* quoque appellationem accepisse in genesi quam Pater omine feliciori in Benjamini nomen transtulit. Samsoni à Matre nomen inditum, ex Iudicum constat historia. Sicut ab Anna Samuëli filio ex libris Regum. Et à Nuru Heli filio Icabod, in eisdem apparet. Quid quod non modo Matres, sed & Obstetrices, id sibi acceperint habetur in partu Thamar cùm geminos Pharem, & Zaram, ex Iuda Socero concepisset.

Gen. 4. v. 1.

Gen. 4. v. 25.

Gen. c. 29. v. 32. & seq. Gen. 35. v. 18.

Iudic. 13. v. 24.

1. Reg. 1. 20.

1. Reg. c. 4. v. 21.

Gen. 38. v. 1. seq.

6.

Fuit itaque (vt alia huius rei multa omittamus) notissima ab Adamo consuetudine receptum, vt aliquando Matres filiis suis nomina darent: iuxta quam suo vtens iure Sanctissima Virgo Maria, Carmeli ab initio Mater, Carmelitis suis vt selectissimis ab initio quoque filiis (quos vt loquitur Gregorius XIII. non modò cum Ordine *genuit, sed & tanquam prolem ab ea ortam laëte suo aluit & nutriuit*) Gloriosum suum indidit nomen, vel vt verbis vtar Gregorij, *proprij nominis titulo insigniuit*: tam, vt sui in hoc fidissima pignora præstaret. Dum hoc facto non modò eos amoris sui primos constituit hæredes, sed in virtutum suarum fideles aiumnos, obtinuit (nihil enim prodesset Dei parentis Virginis insigniri nomine strenuo, si moribus aduersis Carmelitarum conuersatio viciata maculetur. *Magnum namque*, dixit Saluianus, *per sacratissimum nomen rei sumus, si à nomine sacratissimo discrepamus.* At tanti nominis illustrem in Carmelitis operationem satis ostendit immensi Sanctorú promiscui sexus seges, ex Carmeli pascuis pinguioribus orta.

Greg. XIII. in Bulla *Vt laudes*, cuius authent. exemplar est Romæ in Conuentu Transpontinæ, & Cremonæ. B. Carmeli nostri.

Saluian. lib. 3. de prouid.

7.

Multis possemus huius nominis à Virgine Matre concessi elargitum ius, & firmitudinem stabilire: tùm auctorum grauissimorum dictis, & Pontificum multorum imò, diplomatibus sacris: tú & reuelationibus ab ipsa Virgine Matre roborare. At enim superlit Ioánes 44. Patriarchæ Hierosolymitani assertú, qui huius nominis Carmelitis tanquá filiis singulariter electis rationé exhibens, sic fatur apud Thomam à Iesu: *Cum Helias huius instituti Monarcha, in Carmeli monte orationi incumbens, dum septimâ vice de mari nubecula conscenderet, vt Regum narrat historia, septimâ ætate Virginem nasciturum, & filium parituram precognouit. Ex tunc in virginitate perpetua ad honorem eiusdem Virginis in Carmelo Religionem fundauit: curauerúntque ex tunc successores Heliæ cum deuotione huic Virgini deseruire eorum antecessoribus reuelata, & studuerunt hanc specialiter sibi ipsis in patronam eligere: quia nouerunt ipsam solam singulariter eis conformem in primitijs Virginitatis spontanea; propter dictam ergo conformitatem*

Vide Bullã Greg. XIII. *Vt laudes*. Et Flauium Cherubin. in Scholiis ad Bullarium Laertij Patris schol. 2. ad Bull. 2. Innoc. IV. Ioan. Patr. c. 36. Tho. à Iesu 2. p. de tit. & aliis præfat. Reg. de... 3. Reg. 18. v. 44.

seipsos fratres B. V. MARIÆ appellauerunt. Sub tanti ergo nominis, & numinis vmbra in spiritu, & veritate susceptis, militauêre strenui vetusti Carmelitæ, vsquedum ad suum veniens Carmeli domicilium hæc Diua Mater, seque præsentissimam auxilio amore, & honore exhibendo, ab ipsis, non modo vt Mater, sed vt præceptrix, & altrix suscepta, & venerata fuit: & Ordo quem in tantæ Patronæ honorem Elias quondam erexerat, virginei pectoris nouos affectus, & effectus expertus est misericordiis eius, & Dei auxilia quoque persensit: & adoptati Heliæ filij, in Virginis Mariæ filios sub suæ protectionis vmbra conquieuerunt, & securi semper ab inimicis auxilio muniti tanto, ab omni aduerso liberi perenniter euasêre; quia, vt Trithemius ait, *Ipsi ab exordio institutionis suæ, hanc Dei Genitricem semper in maximo honore, & reuerentia habuerunt.*

Trith. cap. 7. de laud. Car.

8\.

Ex hoc patet, vt à maiorum lectionibus antiquis accepimus, hanc nobilissimam nomenclaturam Carmelitis conuenisse, non fortuito acceptam, aut electione aliqua inani arrogatam sibi, sed ex diuina elargitam prouidentia: namque hæc clarissima Mater, & decor Carmeli omnem Carmelo præsagiebat felicitatem, vel ex eo tantum, quod nomen eius inuocaretur inter filios Heliæ Patris. Hanc inter Essenos quos Alexandriæ S. Marcus Euangelista reperit, notum est hanc Virginem antequam natam, veneratam, vt docet Eusebius fuisse. Sed quid? erant tamen Heliæ, qui ex eadem Tribu Aaronis, qua Virgo Mater, procedebat, & ideo ab illis venerari par erat, quia sciebant in spiritu Patris veneratam & cognitam fuisse. Et ideo ipsi cum eis, orta in mundo, familiaritius, conuersata est, vt Paulus V. affirmat his verbis: *Peculiari quodam affectu Beatissimam Virginem, cuius colloquiis, ac familiaritate frui potuere feliciter, adeo venerari cœperunt,* &c. Reliqua ab aliis alibi inuenis reperiant alij.

Euseb. Cæs. lib. 2. Eccl. hist. cap. 17.

Vide Doctissimam ... S. Ant... ... Petrum Moral... ... lib. 1. tract. 6. in c. 1. Matth. & alios.

9\.

Ad hæc aduertere par sit, à primo limine institutæ Religionis, ab Elia prænotum fuisse hoc illustrissimo Virginis nomine filios suos donandos esse: id certe insinuasse videntur Ioannes XXII. Sixtus IV. Iulius III. & Gregorius XIII. Pontifices OO. MM. cùm in Bullis suis similia verba protulerint: *Sacrum hunc ordinem sub inuocatione B. Mariæ de Monte Carmelo, quem gloriosissima Virgo Maria omnibus virtutum floribus insignita produxit, & edidit, proprique nominis titulo voluit insigniri: ex quo in agro Domini vberes fructus manarunt, & in dies non mediocres producuntur*: quasi dicerent ab initio suæ productionis voluit eum insignitum iri. Et certè nomina, quæ à Parentibus filiis induuntur, vel à primis ortus eorum auroris, non post longa tempora, dantur: & cùm hæc pientissima Dei Mater, Carmelitanæ Religionis principium actiuum sit, inde est, quod vel ab initio talē hoc nomine à Virgine ipsa donado suo tépore fuerit; & multis, & ab ortu Religionis ob tanti nominis gloriam Ordo Heliæ à Deo, & ob Virginis Matris amorem fuerit dilectus, & ab omnibus veneratus, tanquam qui in gremio Virginis Mariæ fouendus erat ad omnem virtutum instructionem; & donorū cælestium acceptioné feracem & ditem.

Io. XXII. Sixt. IV. Iul. III. Greg. XIII. in Bulla *vt laudes*. sub Dat. Rom. 18. Septemb. ann. Dom. 1577. cuius authenticum exemplar ex... obtinuimus Mantuæ. Porro ... ... Salmanticæ, sub Episcopali curia. ann. 1614. die 20. April.

10\.

Eapropter paterno nomine *Heliadum* relicto, maternam nomenclaturam libentissimi maiores nostri vel ab antiquissimo tempore suscepère, & vota sua solemnia non modò Deo, & Ordinis Monarchæ supremo, sed & Virgini Matri Mariæ obtulerunt: id quod de titulatione saltem à temporibus, quorum memoria non est, satis patet apertè, eos ex Mariæ nomine notos & vocatos fuisse, vt probat relatus ad Bonifacium Papam VIII. anno Domini 1283 factus à Generalibus Tépli, & Xenodochiis S. Ioannis Ierosolymitani per verba iam alibi a nobis adducta: sed huc vacat ea reuocare. *Ordo Fratrum B. Mariæ de Monte Carmeli in Cismarinis partibus, à tempore quo memoria hominū non existit, à prædictis patribus, incolis Terræ Sanctæ solatiū, extitit institutus.*

Ab Apostolorum tempore, Waldensis noster hoc illustri nomine Carmelitas decoratos fuisse indubitanter affirmat: reddentque gloriosi cognominis accipiendi rationem, ait, in eo fuisse, quod tanquam singulares M. V. Mariæ famuli, & iuxta cœnaculu Sion, in quo Apostoli Christi congregabantur cum Virgine Maria, huius solum amore Virginis periti, domum suam struxerunt. Imo hanc Waldensis sententiam apertissimè habuit Chestoveus exterus auctor, en verba Doctoris: *Qui quidem titulus* (Fratrum Virginis Mariæ, & loquitur de Carmelitis) ad Carmelitas *non commitus est, nec arbitrariè ... institutione Carmelitis deputatus, sed Apostolorum tempore illis adscriptus, ... Patre ... Hierosolymitano, in libro de Institutione Monachorum, qui sic inquit: propter præmissam spontaneam virginitatis similitudinem singulariter repertam inter huius Ordinis fundatores, & Dei Genitricem Professore, ipsi ... tempore Apostolorum eā vocabant sororem suam, & seipsos fratres B. Mariæ cognominabant.* Hucusque Chestoveus. Sed Waldensis, & Chestovei sententiam quæ antiquissima iam est Ordinis Heliæ traditio, & vniuersalis à Doctoribus accepta relatio, in verbis opus est stabilire Ecclesiæ dicentis, dum loquitur de viris plurimis qui vestigiis SS. Prophetarum Heliæ ac Elisæi insisterant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi aduentum comparati fuerant: *Piis precationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem velut singularē Ordinis tutelā colebant. Quamobrē fratres B. Mariæ de Mōte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt.* Et, cuique Ordinis nostri antiqua monumenta versanti patebit, Virginem Mariam, pro hoc in selecta à se Religione cognomine seruando, vsque ad miracula processisse. Etenim in vetustissimo Carmeli Chronico, inter alia legimus, quod cùm S. Basilij Ordo multum quondam in Græcia floreret, nonnullis conantibus Heliæ Religionem ad Basilianam insignem aduocare, quò deinceps fortan Carmelitarum nomen, & Religio, vix in Orbe sonaret, Sanctissimam Virginem apparuisse viro cuidam sanctitatis stemmate noto nomine Facundo, cuiusdam primariæ in Græcia Ecclesiæ Pontifici vt gratissimum sibi & nomen, & Ordinem Carmeli in sæcula esse his verbis commonstraret:

Dū fluit vnda maris currāt; per æthera Phœbus
Viuet Carmeli candidus Ordo mihi.

Hanc eandem specialem semper à Virgine Maria in multis sumus experti gloriam, quæ nunc aliò agédis omittimus. Est rei videre huius apud Bzouium testimonium apertissimum, & innumera diuersa apud alios exteros auctores.

11\.

Vvald. tit. 9. de Sacramētal. cap. 84. f. nobis 174.

Chest. serm. ad Carm. in Comitiis totiū Prouinc.

In offic. Cō[m]. lo. cas. lect. 4.

Nota. Ordinis vetustissimo Chronico Ms. extat in F. B. Rotensi Canonicorū Regularium.

Bzou. tom. 1. ann. post. Baron. ad ann. 1245.

His,& innumeris aliis fauoribus, quibus materna amoris viſcera Mariæ Virginis Matris,non ſunt vnquam erga dilectum Ordinem Carmeli ſimulata, gratitudinis ergò, ſolemnis Commemorationis feſtiuitatem, quotannis totus Ordo celebrandam conſtituit, ſub die 16. Iulij, & vltroneum feriæ quartæ ieiunium ex Capituli Generalis decreto ſolemni, & antiquiſſimo in Virginis honorem quotâ hebdomada celebrandum toto Orbe propagauit.

12.

Huius tandem illuſtriſſimi ſtemmatis,ex Mariæ nomine ſpecialeius, præter Pontifices adducti, Vniuerſitas Anglica Cantabricenſis, contra nonnullos aduerſantes ſolemni ſtabiliuit inſtrumento communi, ſub die 23. Februarij anno 1374. præſentibus Cancellario illius, & Lycei eiuſdem Doctoribus, qui omnes medio Apoſtolici Notarij inſtrumento aſſerto ſubſcripſêre. Hoc inſigne decretum (quod nunquam valuit vel ab Hæreticis, toto in id irruentibus ictu, obnubilari) confirmatum eſſe à Gregorio XI. extatéque in ſublimiori Ordinis Archęo diplomatibus,ex multorum tradimus aſſerto. Sed rem tam totam claudens,illuſtriſſimus Abbas Trithemius,digna nobilitatis,& ingenui ſenſus ſui erga nos ſequentia hæc verba confecit: *Cur*, inquiens, *inuides Fratribus Carmelitis Ordinis ſui titulum, quem eis contulit Regina Cælorum: Enimvero ſi Domina mundi ſe Carmelitis Sororem exhibere voluit,quis ei cõtra dicere poteſt.*&c. *Nemo Reginam mundi prohibere poteſt, quominus Carmelitas ſuos fratres appellet & filios. Ne friuola loquor,nõ falſa, cùm Sũmi Pontifices Romani Petri ſucceſſores,Carmelitas non aliter appellare conſueuerint,quam fratres Dei Genitricis. Reuolue Generalium Conciliorum acta,& Bullas Apoſtolicas,& nunquam præter honorem Marianum tituli Carmelitas appellatos inuenies.* Sic Trithemius. Ex his itaq; ſatis antiquitas huius gloriæ probata manet, quâ illuſtratur Ordo Carmeli,qui hoc Mariano titulo à Virgine ipſa elargito, ſolus in Eccleſia Chriſti decoratur: *Soli Fratres Carmelitæ Ordinis hunc Virginei Patronatus titulum authoritate vniuerſalis Eccleſia meruerunt, quem nulla vnquam æmulatione amittent*: ait Trithemius Abbas.

Trith.c.1. de laud.Car.

Trith.cit.

13.

Ex hoc ergo nomine, ſingularis Virginis Matris & aſſidua protectio generatur nobis, & veniunt proſpera cuncta, & omnia bona pariter cum illo,quia per nomen ſuum facta eſt Carmelitis Patrona ſingularis, vt ab omnibus periculis ſuum aſſerat in pacis ſecuritate Ordinem dilectum, præſentiſſimo auxilio ſuo cuſtodiens filios, & fratres, & viſcera; ante inimicorum faciem eos ſemper & vbique in pace conſtituens,vt dominentur in medio inimicorum ſuorum. Etenim ſic promiſſum erat, vaticinante Iſaia, iuxta Carthagenæ intelligentiam populo Carmeli: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.* Ideò ab hoſtibus ſæpè compreſſus populus iſte, vel dum in totam Carmeli ditionem [illegible] perſonabat,mouebantur arma in filios Heliæ: vel dum in Europæos ſinus, ipſi è propriis ſedibus ferâ immanitate amandati ſunt, vbique, vt gens ignota mille inſectationibus affl[i]cti, (multos vt alios omittamus)apud Honorium IV. pro extinctione noſtra inurgentibus, ſuperſtites ſemper euaſimus, in tabernaculis fiduciæ, & opulenta

Iſa. c.32.18. Carth. ho.2. de laud.Car. obiect. 10. lib 17.

requie, & pulchritudine pacis commorantes, pondere eleuati, & decorati de decore multo. Tot grandia,tot decora operata ſunt nomen, & ſingulare Virginis patrocinium MARIÆ in vinea Carmeli electa, Ad quam conuerſa ſingularis Mater ſic loquitur: *Quid eſt quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei?* At, rem finiat Trithemius ſemper præſentiſſimus ad decorandum Carmelum natus,& ſæpe datus auctor,his verbis: *Sub Dei Matris protectione Carmeliticus Ordo quieſcit,idcirco nulla vnquam aduerſa formidabit.* Sed quo in periculo verſabitur Ordo,cui ad omnem opem iugiter præſto eſt tutelaris illa Maieſtas, & Materna B. Mariæ Virginis cuſtodia, in qua eſt omnis ſpes vitæ,& virtutis. *Gaude* igitur, ait Trithem idem, *decus Carmeli,te mundi ſator ob Matris honorem diligit: te Domina mundi Virgo Maria vt oculi pupillam cuſtodit: te ſuperna ciues patriæ colunt,amant,& laudant,nomen,& honorem Imperatricis ſuæ in te ſedulo venerantes Reli diligunt te, memores pulchritudinis tuæ.*

Iſa.5.v.4. Trith. præf. ad li.de lau. Carm.

Diuina quoque in Virginis veſte Mariæ, Carmelitis, pro ſingulariſſimo amoris oſtento ſui conceſſum eſſe ſignum ſalutis, fœdus pacis pacti ſempiterni, & in periculis temporale,& æternum aſylum, ediſſeritur.

PRÆAMBVL. XXXIII.

I.

NEc vero nomenclaturam tantum,inquit Paulus V.Pontifex O.M. *munificentiſſima Virgo tribuit,& tutelam verum,& inſigne ſacri Scapularis, quod B.Simoni Anglico præbuit, vt cæleſti hac veſte Ordo ille Sacer digroſceretur & à malis im mi[n]entibus protegeretur.* Dudum credideramus, hoc genus nobilis indumenti antiquitus non fuiſſe Patribus noſtris in vſu, vſque dum à Sanctiſſima Virgine in ſingulare pignus amoris, & monumenti perennis gloriæ donatum eſt: Sic nocet veritati, abſconditas aliquando non euoluere antiquitates, & nobili Patricio ignorare ius in quo vertatur ſic dedecet omni. At vbi Ioannem legimus Patriarcham, omnino noſter error abſceſſit, nos enim is docet his verbis: *Superhumeralibus* (quæ à Græcis ἐπωμίδες vocantur,) *priſci veſtræ Religionis profeſſores, tempore legis veteris vtebantur.* Superhumeralia hæc, vicem geſſiſſe veſtis illius, quam nunc *Scapulare* vocamus, licet aliquantò ab ipſa diuerſa: erant enim illa in partibus deorſum extremis pyramidali, & rotundâ finita figura, & præcingebantur zona pellicea, quæ nunc quadrata figura terminantur ſcapularia & ſuper zonam libera, haud recincta procedunt; ſatis eſt notum ex ipſo Ioanne, cum ait: *Erat tunc Superhumerale, veſtis ſine manicis vſque ad renes deſcendens* (nunc tam demiſſa vſque ad medium tibiam, ex decreto Generalium Statutorum anni 135-. Per Reuerendiſſimos Patres Petrum Raymundi,Nicolaum Andethiam, & B.Ioannem Soreth, an 1466) *in vtroque latere*

In Lectio. offic.Com. ſolem. V.M. ſub die 16. Iulij

Ioann.de inſtit.c.19.

Io.ibidem.

aperta brachia etiam ea nudatis, cuius posterior pars in humeris copulabatur parti anteriori. Hucusque Ioannes.

2. Ioseph. Falcon. in Chronic. Italo-Car. Ioan. c. cit.

Iosephus Falconius noster, satis probabile credit, pelles fuisse invicem ad humerorum iuncturam assutas, grisæi, subnigrique coloris, super tunicam (quam Hispanicè *Saya* vocamus) adiectas. *Nova autem legis gratia tempore*, ex Ioanne illo constat *huic vesti in apertura colli iunctum fuisse Capucium tegens caput, & scapulas*, hoc est, las espaldas, ombros y cabeça: *Quam nostra Religionis professores fimbriis, & funiculis ab ea resecatis*, &c. fimbriis illis scilicet, quæ ex lege Iudæorum in quatuor angulis suarum vestium ab ipsis portabantur Hebræis.) At labente tempore, diffusum est introductum Capucium rotundum à parte anteriori, & pyramidali deorsum à posteriori figurâ compactum, infra circulum.

3. Cato.

Sed iam specialiùs ad nostrum sacrum Scapulare Virgineum devenianius. Multæ ferunt auctoritatis apud Romanos fuisse quondam pallij indumentum, ex quo ille sapiens Cato pallium gerere incepit. at longè maioris, cultu, & honore, & affectu, meritò amplexi sumus hoc illustrissimi Scapularis genus Carmelitæ, ex quo dilectissima nostra Mater Magna, & Virgo MARIA, æternum amoris fœdus, hoc pignore dato cum vniuerso Ordine Carmeli in vno eius Generali Monarcho B. Simone Anglico sanciuit, quando illum veste hac prænotauit illustri, vt speciale eiusdem Matris patrocinium, & tutela, hac quasi insigni tessera data, non modò in ipso, & cum ipso Generali Patre Simone, firmaretur, sed ad omne Carmelæum semen Heliadum, per vniuersa orbis sæcula perennaretur. Ideò ab eo tempore, vt in Baptismo Christum, sic in Religionis ingressu primo & limine nouo Virgineam Christi Matrem induimus.

4.

Ergo rogata sæpissimè Cœlitum Regina hominúmque Augustissima Mater & Virgo MARIA feruidissimâ Simonis prece antiquorum grata, vt exorata, se dedit renouare cum suis Carmelitis fœdus, eorum ergò si bi devotionis, suimque ad eos Maternitatis mutuum patrocinium; vtrinque fraternitatis contractum solemnem, ad perennem æternitatis memoriam, sui verbi, & promissionis sigillo communiens: Dum intempestâ nocte Feriæ secundæ Pentecostes in prece Simon effusus Virgineam Mariam affectu grandi pro sui Ordinis incrementis sic his verbis exorans, vt testis est Paleonydorus:

Paleon. lib. 3 cap. 7.

Flos Carmeli, vitis florigera,
Splendor cæli, Virgo puerpera,
Singularis,
Mater mitis, sed viri nescia,
Carmelitis da priuilegia,
Stella Maris.

Mox sensit oculis & mente diffusum diuinæ lucis in aëra iubar; sanctissimámque adspexit Deiparam diuino fulgore radiantem, frequenti Cælitum coronâ circumdatam, adesse sibi (vt is suis stipato fratribus suæ Religionis Mariæ Virginis pignoribus sacris, qui adfuerant tunc diuinas in Choro Christo Deo, & Virgini Matri simul omnes canere laudes vt Theotonius Lusitanus tem lato speciali Carmine narrans monstrat, & docet) deferentem in manibus sacra pignora amoris, honoris, & auxilij, diuinum Scapulare; eamque sic ad eum loquentem gratissimè audiuit: *Dilectissime fili, hoc recipe tui Ordinis Scapulare, meæ confraternitatis signum, tibi, & cunctis Carmelitis priuilegium: in quo quis moriens æternum non patietur incendium. ecce signum, salutis, salus in periculis: fœdus pacis, & pacti sempiterni.* His dictis, & virgineis suis manibus medijs veste diua è cœlis adductâ induto Simone, quæ pullo, griseo, vel subrubeo colore, laneáque materiâ erat, Sacra Virgo disparuit, selectam sibi, & dilectam ouem Simonem & in eo vniuersi Ordinis Virginei filios Carmeli vt Iacob alter, ab omnibus aliis Ecclesiæ, tanquam singulariter sibi proprias signatas relinquens oues.

Pal'eon. cit.

5.

Tanti miraculi, & fauoris inauditi visu adstantes stupefacti; decorem mirati & gloriam, ex iubilo. plaudentes admirati sunt omnes: famam Orbis vniuersus cum admiratione suscepit, quæ citissimè ad exteras peruolauit nationes, totaque Catholica illa regione perfusa, vniuersam hominum progeniem excitauit, auidam videlicet hac se induere Ephode diua, hac illustrari veste Virgineâ.

6. Alexand. V. Clem. VII. Pius V. Greg. XIII. Sixtus V. Greg. XIV. Clem. VIII. Paul. V.

Veritatem confessionis confirmauit Alexan. V. Clemens VII. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. Gregorius XIV. Clemens VIII. Paulus V. & alij Pontifices Summi, sanctimoniam, & decorem vestis venerati sunt Reges, Principes, Proceres, & vniuersarum nationum magnam multitudo, asserentes promissionem sexus vbique fideles, tantum salutis æternæ pignus accipere & in Sodalitiú diuini Scapularis Virginei aggregari, vt in eo morientes, Marianæ promissionis in vtrisque periculis, hac, & alterâ infallibilem virâ veritatem experirentur. Id quod innumeris hucvsque miraculis medio Scapulari hoc sacro Virgineo, perfectis, immaculata Carmeli Mater MARIA testata est, & testatur in dies & horas adhuc.

7.

Præterea cupiens sacra Virgo MARIA, vt erat ei tam amabilis Ordo Carmeli, singulari gratiarum illum illustrare fauore, & sublimiori amoris maximi signo notare (quem viderat omni iure amoris, & similitudinis meruisse à tanta Matre, eius supposita regali clementiâ, tùm sui nominis nobile stemma tùm singularis priuilegij hac media veste quæ *pallium est laudis pro spiritu mœroris* largiri munificum donum) quoddam à filio donum suis precibus impetrauit speciale, quod ad meliorem recenset fidem, vt à Virgine accepit in visione sibi apparente, Ioannes XXII ad quem loquens Virgo ipsa præcepit, vt Carmelitis Fratribus, & vniuersis hominibus, suo Virgineo nomine euulget: quod iis, qui in eo Scapularis sui signo è vita hac mortali decesserint, se impetratam esse à filio meritis suis, assiduâ intercessione, piis suffragiis, & singulari continuâ protectione, vt si in Purgatorij carcere detinendi fuerint, quantocyùs, prima die Sabbati ab obitu Fratris, & Confratris, è flammis Purgatorij erepti, ad sydera volent, integrâ illis pœnarum relaxatione concessâ, vt ipsa Simoni suo Priori Generali, & Ordini vniuerso Carmeli concesserat. Sic iussus à Virgine Pontifex almus, diplomate dato, concessa à superis vulgauit.

Isai. 61. v. 3.

8.

At rem relatu latissimo dignam, nimiâ transcurrere breuitate piaculum esset. Eam Car

Carthag. lib. 17. ho. 2. obs. 13. de laud. Car.
Bulla Io. 22. sub Dat. Auenione, die 3. Martij an. 6. Pontificatus sui, qui fuit primus pacificæ possessionis suæ.
Bulla Sabbathina Ioannis XXII. ex authentico exemplari deducta fragmenta non nulla.
Vide Illescas 2. p. Pontif. li. 2. c. 2.

thagena adnotauit eleganter Ioannes XXII. latè, & fideliter, & post eum Alexander V. in Bullis suis recensuêre. Ioannis verba sunt hæc: *Mihi flexis genibus supplicanti Virgo visa fuit Carmelitana, sequentem effata sermonem: O Ioannes, Ioannes, Vicarie mei dilecti filij audi, & citò votum meum comple. sicut à tuo pio, vt eripiam aduersario* (qui erat Ludouicus IV. imperator, dictus Bauarus, qui vt erat inimicorum Ecclesiæ fautor assiduus, aduersus Ioannem Romam veniens, anno 1327. die 12. Maij fecit creari in Antipapam, quendam Petrum Corbarium Minoritam Episcopum Caturcensem, qui ambitione regnandi ferudè cupidus penè turbabat Ecclesiæ, hunc que Nicolaum V. vocarunt; sed pœnas vterque, Imperator scilicet, & falsus Pontifex, dicta Virgine MARIA fauente, quæ Ioannem adeò verum pium, incrementa maiora Ecclesiæ desiderantem, & in Dei Matrem deuotissimum, dignique Cardinalem Patrem eum pie Episcopum, præfecit se fere in Sede Ecclesiæ, dilationem disposuit, vt et promitteret: *& te solum Papam, atque Confratres in Vicarium meis conditionis iniquè supplicationibus factum. & si prius à meo dulcissimo filio petierim gratiose, & vere impetraui. Ita ergo vt gratiarum amplam meo sancto, ac deuoto Carmelitarum Ordini per Heliam, & Eliseum in Monte sancto Carmeli inchoato, debeas confirmationem pie concedere. Quod vnusquisque professionem faciens, & Regulam, à meo seruo Alberto Patriarcha Hierosolymitano ordinatam, & obseruandam traditam custodierit, & inuiolatam obtinuerit; & per meum dilectum filium Innocentium vere filij mei digne Vicarium approbatam: ita debeas in terris assentire, quæ in cælis semel statuit, & ordinauit ipse filius meus: Quod qui in sancta perseuerauerit obedientiâ, paupertate, & castitate, vel qui sanctum intrabunt Ordinem, saluabuntur. Et si alij deuotionis causâ mea, sacram psalmingredictur Religionem, sancti Habitus mei signum ferentes, & appellantes se confratres, vel consorores mei Ordinis præmemorati; liberentur à tertia parte peccatorum, à die quo præfatum Ordinem intrabunt: Castitatem, si vidua est, promittendo: si virgo est virginitatem seruando: & fidem præstando, si coniugata est, inuiolatámque conseruationem Matrimonij adhibendo: vt Sancta Mater imperat Ecclesia Fratres professi dicti Ordinis à supplicio absoluentur, & culpâ. Et à die quo isti recedent ab hoc sæculo, & properato gradu purgatorium accelerabunt:*

EGO MATER GRATIOSE DESCENDAM sui sub vndi infallibili pæne SABBATO POST EORVM OBITVM PRIMO, ET QVOS IN PVRGATORIO INVENERO, QVI HABITVM MEVM DIGNE PORTAVERINT, ET MEO AMORE RELIGIONEM, VEL CONFRATRIAM, VEL SOCIETATEM MEAM INTRAVERINT, ET IN HOC SÆCVLO LAVDABILITER VIXERINT, A POENIS PVRGATORII LIBERABO ET EOS IN MONTEM SANCTVM VITÆ ÆTERNÆ, GLORIOSE REDVCAM.

Sed volo, quod isti fratres, vel sorores teneantur dicere Horas Canonicas quotidie, secundum Regulam datam ab Alberto. & viri ac mulieres sæculares, qui, & quæ ingressi, & ingressæ fuerint, prædicti his horas Canonicas dicere nescientes, teneantur dicere quotidie tot Pater noster, quot tenentur Conuersi mei Ordinis, sunt in Regula scripta reperiuntur. Debeántque ieiunare Vigilias, & omnia alia ieiunia quæ imperat S. Mater Ecclesia, nisi necessitatis causâ vel legitimo impedimento: Feria quarta, & Sabbatho debeant se à Carnibus abstinere, præterquam in mei filij natiuitate.

Ex his mihi territo dictis (pergit ipse Ioannes) *ac stupefacto, ab oculis meis felici ac mirabili splendore Virgo coruscans disparuit, & cælos ascendit. Et ego Ioannes seruus seruorum Dei his inusitatis dictis totus exterritus, subito illius mellifluis sermonibus assensi: & manè facto, ore proprio sanctiferum, ac splendiferum Ordinem Carmelitarum, per sanctissimos Patriarchas ac Prophetas Heliam, & Eliseum, in Monte Carmelo iam diu nutu diuino inchoatum, eorum fratribus confirmaui, & exemptum ac liberum feci, necnon multis priuilegiis decoraui, & iterum confirmo. Religionémque hanc antiquissimam Genitricis Dei Mariæ; & singularem concessam Indulgentiam illi ab ea sic roboro, & confirmo in terris, sicut propter amorem Gloriosissimæ Matris suæ Iesus Christus concessit, ac roborauit in cælis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam,* &c. Hucvsque fidelissimè Ioannis sunt, & Virginis Mariæ verba: quæ si seriò perpendantur feraces certè offerent honoris, & gloriæ in Carmeli Religione decores, sed aliis relinquimus ista, nunc nos ad nostra remeantes.

9.

Leo. lib. de tempo vestis relig. sec. 9. fol. nobis 86.

Prædictam Ioannis XXII. Bullam de verbo ad verbum Alexander V. transcripsit, in sua, quæ incipit *Vniuersis & singulis* sub Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem Pontificatus sui anno 1. cuius exemplar Genuæ esse vsque hodie publicè seruatum, Leo à S. Ioanne testatur. Eandem quondam Londini in Anglia, cùm in ibi floreret illa Prouincia, seruatam multi testantur; sed eius fidelissima transcripta variis in partibus reperiuntur autentice obsignata, scribæ publici manu, & signo, communitaque sigillo Ecclesiasticæ dignitatis, vt apud Carmelum Messanæ in Sicilia, Valentiæ in Prouincia Aragoniæ, Barchinonæ Maioricarum in Cathaloniæ, S. Mariæ Vallium, veteris Castellæ Prouinciæ, Montmæ à Campo, & in Prouincia nouæ Castellæ in Conuentu Toleti, necnon in Archiuis Curiæ Archiepiscopalis Cæsaraugustæ.

Alex. in Bul. *Tenore cuiusdam,* &c.

Hanc eandem Indulgentiam singularem Sabbatinam postea acceptarunt, & confirmauêre Alexander V. Bulla: *Tenore cuiusdam Priuilegij Ioannis XXII.* Dat. in Vrbe veteri, die 15. Maij anni 1528. vbi habentur hæc verba: *Die quo à sæculo huiusmodi Purgatorium accesserint, ipsa Virgo Dei Genitrix Maria Sabbato sequenti post illorum confratrum, seu Religiosorum, ac sororum obitum visitando, à pœnis Purgatorij, huiusmodi eorum animas liberabit.* Eandem confirmauit Gregorius XIII. Clemens VII. Sixtus V. Gregorius XIV. Clemens VIII. & approbauit, & declarauit tenorem singularis concessionis Marianæ Paulus V. Item eandem esse valdè dignam exposuit, & deposuit de mandato Gregorij XIII. qui ad instantiam Reuerendissimi Patris Ordinis Carmeli Generalis Baptistæ de Rubeis examinari fecit Ordinis priuilegia, aduersùs æmulos quosdam in ea, & maximè in Bullam insurgentes Sabbatinam Alexander Riarius Pater

Gregor. in Bulla. *vt laud.* &c. Clem. VII. Sixtus. V.

Greg. XIV. Clem. VIII. Paul. V

cta Alexandriæ, Papæ Camerarius, Curiæ causarum Apostolicæ Cameræ Generalis Auditor Romanæ Curiæ, & Iudex Ordinarius sententiarum, & censurarum in eadem Romana Curia, & extra latarum, & quarumcunque literarum Apostolicarum Vniuersalis; & merus executor, ab eodem Sanctissimo Patre specialiter deputatus ad hoc, ac vtriusque Sanctitatis suæ signaturæ Referendarius, vt constat ex publico instrumento, sub Dat. Romæ anno 1530. pridie Idus Augusti, Pontificatus Sanctissimi Patris anno 7.

10.

La Fuent. in compéd. histor. Carm. per capita varia.

Demum post alias approbationes, & declarationes (quas breuitatis omittimus causâ, de quibus videndus noster V. Pater Michael la Fuente.) Salmanticensis Athenæi grauissimi Doctores Mancius, Primariæ Theologiæ Cathedræ Antepilanus Salmantinus, Emmanuel Rodericus Moralis Theologiæ Cathedræ Hecatontarchus publicus, & Bartholomæus à Medina, qui etiam fuit eiusdem Primariæ Cathedræ publicus interpres, & alij cum eis, qui examinatis Bullis Apostolicis libenter declararunt, validissimam esse hanc Indulgentiam Sabbatinam, & suo semper iure & robore permansuram, donec per Summum Pontificem, aut Concilium aliquod approbatum derogetur. Extat rei instrumentum iuridicè, & publicè manu Scribæ Regalis confectum, sub die 19 Ianuarij, anni 1579. in Archæo nostri illustrissimi Cœnobij (nunc publicæ, auctoritate Apostolica & Regia, literarum Academiæ Sacrarum) Salmantini, cui nunc titulus S. Teresiæ quod quondam antequàm Tormi inundatione, aquâ dirutum, & euersum esset, S. Andreæ nomine dignoscebatur. Testatur Carthagena, se legisse, & vidisse subscriptiones insignium Doctorum nobilissimæ, & toto Orbe celeberrimæ Academiæ illius illam approbantes Indulgentiam: insuper addit de hac mirabili concessione, hunc panegyrim illustrem: *Singularissima certè gratia, quâ nulla alia Religio potitur, quamuis enim Seraphici P. nostri Francisci habitum portantibus plenaria Indulgentia concedatur, cuius tamen reliqui Mendicantium Ordines participes redduntur eandemque Carmelitanæ familiæ concessit felic. record. Clemens VII. gratia vero Sabbatina Bullæ propria est illius & non alius communis.* Hæc Carthagena Franciscanus. Cuius in hac re sententiam amplexus est etiam, & eandem maioribus verbis panegyrim fecit insignis Hispalitanus Canonicus Doctor Alphonsus Gomezius à Roxas hom. de S. Andrea Fesulano.

Carthag. homil. cit. obiect. 13. hom. de lau. Car.

Idem hom. 1. de laud. Carm.

Alph. Gom. homil. de S. Andr. Fesulano.

11.

Est ergo hoc diuinum Scapulare, hæc sacra Virginea vestis Carmeli, signum ei à Virgine concessum futuræ æternæ salutis, pignus gloriæ, & vitæ perennis fœderisque symbolum, & pacti argumentum sempiterni. Quia verè eam in vera fide, & debita veneratione portantes, in omnibus periculis à Virgine non tanquam signatæ selecti sui gregis oues, per eam ab omnibus salui fient; si verò fidentes ad tantam confugerint protectricem eius indeficienter experturi fauores: in quibus exhibendis singulariter hoc Carmelæo signo munitis, maternus Mariæ núquam simulatus, & prohibitus est amor: idque probant innumera miraculorum, & gratiarum ostensa portenta, tam præsentissima in omnibus necessitatibus exhibita subuentione Scapularis sui, veris alumnis, vt nemo non sit eius singularem amorem, & pietatis mirabilis Virgineæ, materna viscera expertus.

Ecquidni si in hoc veræ salutis signo, fœdere pacis, & pacti amoris sempiterni filiorum, se cófratrum, & sororum Carmeli Matrē firmissimè protestata est sacra Virgo Maria, Carmelitas suos, vt filios singulares adoptans, non solùm in nomine; sed in veste donata, quâ induit eos, vt non timerent *à frigoribus niuis*, hoc est, vt explicat Mariale Cisterciensis à gelicidiis peccatorum, quæ sunt pœnales gehennæ, & [illegible] persecutiones: quia imperio suo, hæc dilecta Mater acceleravit niuem, scilicet puritatem immunitatem, & securitatem vt Sabbato primo liberentur, & securi ad astra perueniant requie futuri sempiterna. Ideo Domestici eos nos Carmelitas duplicibus vestiuit, & cum eis fideles nos, qui tanquam serui, & ancillæ fideles obsequiis ipsius se, & sua sub Carmeli iugo submiserunt, vt ea fugiant quæ tantæ Virgini displicere credunt, & ad ea peruo[l]ent celeri affectu pro posse, quæ placere videant Almæ Virgini Mariæ. Ex quo nō mirum erit, si per orationes & exempla Matris domestici dilectiores isti, vestiantur à Domino duplicibus, in præsenti, imò multiplicibus hoc est, diuersis virtutum generibus bysso, videlicet, castitatis, charitatis geminæ cocco, hyacintho desiderij cælestis, & purpurâ regalis dignitatis: Quæ vestimenta, ad decorem, & nitorem sunt à Virgine ipsa Maria Carmelitis suis concessa, cùm per Ezechielem aiebat: *Vestiui te discoloribus*: Et in Psalmis ostendantur *in vestitu deaurato circumamicti varietatê*, quasi chlamyde virtutum in hoc sæculo, eo modo quo in futuro credimus apparituros quoque duplicibus, cùm duplicia iam possideant bona, & dona gratiæ cum charismatibus melioribus gloriæ non perituræ: cùm è contrario negligentes, & desides in confugiendo ad hoc excellentum Virgineæ Epomidis sodalitium factum, vt vincerent in eo tanquam in collegio sanctitatis, Deo, & Matri Virgini similantes, in puritate corporis, & mentis, vestientur sicut *diploide confusione sua*.

Mariale Cisterciens. à Martino Sirino, li. 2. par. 1.

Ezech. 16. 10
Psal. 44. 10.

Iob 8. 22.
Psal. 108. 29.

Tres singulares prærogatiuas sacræ Ἐπωμίδος Virginis Matris Mariæ designamus: infallibilem tantæ concessionis communicationem ostendimus.

PRÆAMBVL. XXXIV.

NOllemus hic in Epomidis, seu Scapularis sacri encomiis nimis effundi, aliò cū reuocemus assumptum; sed ne à tanta inglorius gloria, præter ea quæ in elogio S. Simonis Anglici suo loco adnotanda sunt) & nudus & spoliatus is noster Carmelæus Paradisus adsistat, tres tantum nunc de innumeris sublimitatibus eius, singulares prærogatiuas breuissimè perstringemus

I.

Ætate 14. sub anno 1450.

Stat Prima, originem spectans, præcipue posita in eo quòd hæc Virginis Carmeli vdere a vestis, Religionisque nostræ illustrissimum specta

le signaculum, à Superis elargitum, non è terra, non Regum, Principum, seu hominum, imo nec Angelorum munificâ manu porrectum est, sed purissimæ, sacratissimæ, & Augustissimæ Dei, & Carmelitarum Matris, cæli, terræque Reginæ Mariæ largâ largitione concessum, vt firmissima historiarum Carmeli, imò Apostolica Pontificum fides obfirmat, & adfert. Et quamquam Ildephóso Antistiti, seu Archierεo Toletano dilecto filio, Virginis in gratitudinis signum pro defensione honoris Mariani: Norberto Præmonstratensium Patriarchæ, ad ostentum amoris, & aliis, facta similis vestium à Virgine datio sit: nostri tamen præ omnibus aliis, beneficij præcipua est & palmaris prærogatiua, quod Scapulare sacrum Beatissimæ Virginis dono, veris specialibus Indulgentiarum gratiis cumulatum, & auctum acceperimus; namque cum eo Indulgentias nobis munificentissima Mater nostra, eo excellentiores est elargita, quò immediatius eæ ab ipso fonte plenitudinis gratiæ, scaturière. Id quod apertissimè Pontificis Ioannis verba consignant, cùm ait: *Et singularem Indulgentiam concessam illis ab ea, sic ego [illegible] confirmo in terris, sicut propter amorem [illegible] Matris suæ* IESVS CHRISTVS *confirmauit, ac roborauit in cælis.*

2\. Vt ergo Sanctissima Virgo, Christi Saluatoris (vt Sancti Patres effantur) est in redemptionis humanæ mysterio cooperatrix, pro iure materno suo, Vnigenitum suum, sic orare potest, vt exoret, sic petere, vt impetret; *Quia sic eam Deus exaltauit*, inquit D. Anselmus, *vt omnia ei secum possibilia concesserit.* Vtpote quę Damiano dicente, *Accedit ad illud aureum reconciliationis humanæ altare, non solum rogans, sed etiam imperans: Domina, non ancilla.* Sic hęc Indulgentiarum beneficia sublimiora à Christo vnigenito Dei, & mortalium salutis auctore impetrauit, & impetrata, S. Simoni Stok Anglico Priori Generali Carmelitarum apparens, Londinensi in Carmelo, nocte mediâ feriæ secundæ Pentecostes; vt dictum est, per seipsam immediatè concessit, & notè fecit (vt historici memorant) quibus his, æternum dilectionis, & clientelæ fœdus cum omnibus suis Carmelitis stabiliret.

D. Anselm. de Laud. M. V. c. 12.
S. Pet. Dam. serm. de Nat. Virg.

Tentouiens Lusitan. Carmine de Vita S. Sim.

3\. Sed aduertere sit, opportunâ digressione, in cæteris, Indulgentiarum thesauros aperire Romani Pontificis veri Christi Vicarij præcipuum, & proprium munus esse: at pro hac re nostra, validiore fidei firmamento (quia, vt dixit S. Augustinus, *nihil meretur fidem, nisi quod Ecclesiæ auctoritas approbarit*) ea quæ Virgo cum Filio Carmelitis concesserat priuilegia, publicâ simul, ac Pontificiâ auctoritate, vel ad perennem rei memoriam, hominum notitiam, & existimationem confirmari contendit. Ad quod, vt signatum est, cùm per eos dies Ioannes XXII. (qui ante Pontificatum graues cum aliquibus Principibus inimicitias exercuerat, vt tradunt Paleonydorus, Thomas à Iesu, & alij) pro Ecclesiæ Catholicæ tutela, pace, & incrementis melioribus, ardentiùs pulsaret superos, apparuit ei vt nonnulli tradunt iam secundò, tunc veste Carmelitarum amicta, vt inquit Leo à S. Ioanne; conspicua, Maria Virgo & diuino lumine splendens, cuius excitatus radiis à somno Ioannes, & totus tremefactus, & stupens, Beatissimam Dei audiut

S. Augustin. cit. à Claud. Rob. in Pro. suæ Galliæ Christ.

Præamb. 33.

Paleon. li. 1. c. 11.
Thom. lib. 2. c. 4.

Leo sect. 9. cit.

Matrem, ubi de hostibus victoriam, & vniuersæ Ecclesiæ Christi pacem, & tranquillitatem promittentem, eâ tamen lege, & conditione vt concessa Carmelitis priuilegia rata faciat ipse in terris, sicut Christus vnigenitus Dei, & Virginis Mariæ filius concesserat in cęlis, id quod expressè Ioannes refert in Bulla sua. In qua dum illa verba à Virgine legimus (dum Ioannem suum alloqueretur, in quibus Ioanni victoriam, & Ecclesiæ pacem promittere audimus: *Ea tamen lege, & conditione, vt concessa Carmelitis à Superis priuilegia rata faciat in terris, & alia, quæ à Virgine Maria in visione expostulata audit, confirmet:*) in singularissimi Materni amoris, & Virginei pectoris cognitionem, & suasionem, erga dilectum, & selectum à se Carmeli Ordinem, deuenimus. Eumque tantum apud Mariæ amoris viscera valere credimus, vt æqualiter, ne pluris dicamus, se Virginem facere ostendat, quòd Ordo Carmeli ex melioribus donis à Christo, & Virgine Matre concessis in cælo, ab hominibus cumulatus dignoscatur, & veneretur, quàm quod vniuersa Ecclesia Dei, optata pace, & tranquillitate potiatur, & supremum illius caput Ioannes victoriam, & *Io triumphe*, de inimicis suis victor inclamet.

Secunda Prærogatiua proponitur, & exponitur complementum illius. Et verba illa *æternum non patietur incendium* declarantur sanè.

SVBSESSVS VNVS PRÆAMBVLATIONIS EIVSDEM.

1\. Comprehenditur hæc in illis honorificentissimis titulis, quibus suo sum Carmeli Scapulare, sacrum ergà nos Maternum symbolum Mariæ amoris ipsa Mater, & Virgo Maria Carmelides suos condecorauit. Inter eos, altiore inclamant speculationem verba, quę ad Simonem ipsa loquuta est (vt ea referunt omnes, qui de hoc sacro signo Carmelitis à Virgine dato relatum attexunt, & historiam agunt) dum sacra illum hac, singularique veste induebat. En illa ad auctorum grauissimorum fidem omnino transcripta: IN QVO QVIS MORIENS ÆTERNVM NON PATIETVR INCENDIVM. Vbi cùm loquitur de Sacra Epomide, siue Scapulari Mariano suo, apertissimam, & infallibilem prædestinationis notã pro his Virginem præsignasse censemus, qui piè nocte, & die in hac mortali vita hac veste incedèrint signati sacrã Mariæ; Et certè vel mediocriter eruditus, eadem concipiet in verbis. Nos verò saltem his credimus, Mariam fœdus cum Simone suo, & vniuerso Carmelæo grege, iniisse, vt si quem verum suum famulum seruantem diuinam legem, & statusui, pro suo fieri, perfectionem, hoc tamen signatum pretioso Confraternitatis eius insigni, viderit; se adiuturam spec[illegible], & assi

duâ protectione suâ, vt sic purus ex hac vita decedat, quod in merito & dignatione sancti Scapularis moriens, *æternum infallibiliter non patiatur incendium.* In cuius promissionis, & infallibilis protectionis egregium pignus, tesseram hanc Epomidis sacræ Simoni dedit suo Sacra Virgo Maria.

2. *Nota.*

Ex quo compertum est, quod eadem benigna Parens, & misericordiæ Mater huius non immemor mutuæ confraternitatis, in supremo tempore vitæ (cùm disceptat animus) à quo pendet æternitas, hominumque salus periclitatur, speciali patrocinio quemlibet morientem, qui suæ Confraternitatis habitum dignè, & laudabiliter gestauerit in vita scilicet, si huiusmodi gestatio cum aliis mediis ad salutem, ex se necessariis coniuncta sit, contra ingruentia tunc hostium incitaméta tutatura, adeoque speciali sollicitudine Christum vnigenitum exoratura, vt dignetur in constituto iam in vltimo certamine vitæ, suscitare intimam de peccatis fidelemque cótritionem, veram ad Creatorem per lachrymas conuersionem, & auersionem sinceram à creatis, necnon præstare efficacioris auxilia gratiæ: Vno verbo: electorum patrimonium, & hæreditatem concedere, quæ est gratia, quam Theologi finalem vocant seu perseuerantiam, cui indubitata salus æterna certissimè adhæret. Quibus in muneris protectionis, & exorationis pro suis Epomide diuâ signatis, totam se adfuturam constituitur Virgo Maria, quantùm ex se est à die quo hac sacra veste Virginis induantur.

3.

Nec id certè vestigium nunc vllum nobis hæsitationis relinquit, (subiectis tamen vt in cæteris Catholicæ Ecclesiæ iudicio tanquam illius humiles & indigni ex nostro filij, sed ex Deo & Christo qui dignos nos fecit in sanguine suo) dum sanctos Patres de Virginis Mariæ potestate loquentes audimus, loquutione securissima dicere: impossibile esse eum damnari, qui sacram Virginem Mariam colat. Etenim S. Anselmus sic ait: *Qui ad Mariam accesserit impossibile est, vt pereat.* & S. Bernardus docet: *Non posse sustinere repulsam, qui quod Deo offerre vult quantumuis modicum gratissimis Mariæ manibus offerendum tradat.* Et sermone 2. super *Missus est* satis his similia docet. Mittimus alios plures similiter loquentes, vt dicamus, sacram Scripturam similes impossibilitates tribuere passim aliis rebus, quibus minùs conuenire videbantur, vt videre est Lucæ c. 17. v. 1. Marci 10. 27. Machabæorum 2. c. 4. v. 6. & c. 14. v. 10. & Hebr. 6. v. 4 similem iis loquutionem reddunt, verba Ioannis dicentis: *Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in Deo manet & non potest peccare.* Sicut igitur in his, multisque aliis Scripturæ S. capitibus, hæc impossibilitas non tollit libertatem, perindeque absolutè impossibile dicitur, quòd alioqui liberum est: ita nullum nobis videtur inconueniens, si absolutè dicamus impossibile esse, vt Beatæ Virginis cultores Carmelitici damnentur, & æternum incendium patiantur; quamuis in eorum semper maneat libertate damnari, & non damnari: & quod Virgo suis confratribus, & filiis, statu puro scapularis sui probè cum vixerint, decedentibus infallibilia sit auxilia impetratura quæ promittit, vt *æternum non patiantur incendium*; quia infallibilitas huius diuinæ, & efficacissimæ promissionis, quantum est ex parte Virginis non infert necessitatem salutis, quæ libertatem hominum tollat, vt saluari, & non saluari possit; nam infallibilitas illa auxilij Mariæ, facilè cum humana libertate componitur, si crediderimus, vt certò credendum est, & sperandum à tanta Matre, quod suo Patrocinio, Carmelitis, Epomide Carmeli sacra signatis, semper sit impetratura à Deo gratiæ auxilia congruæ, quibus eius veri fratres, sorores, & confratres & consorores Carmeliticæ (omnes enim æqualiter pro meritis in gratia hac, & priuilegio vniuerso Ordini, & Confraternitati eius Scapularis concesso participant.) Etiamsi alioqui pij sint, & peccatores, ad Deum conuertantur in fine saltem vitæ nisi ipsi resistant. Id sonant verba à Virgine expressa ipsa, in Ioannis XXII Bulla in singularissimum suorum Carmelitarum fauorem prolata: *Quod qui in Sancta perseuerauerint Obedientia, Paupertate, & Castitate, vel qui sanctum intrabunt Ordinem, saluabuntur.*

S. Anselm. l. de Virg.
S. Bern. serm. de Natiu. V.

S. Lucæ.
S. Marc.
Machab. & Hebræorum Epist.
1. Ioan. 3. 9.

4.

Et cum gratia hæc congrua libertatem non auferat, sed effectum ex se infallibiliter consequatur, fit, vt ratione huius infallibilitatis, simpliciter, & securè dici possit impossibile esse damnari, *vt æternum patiantur incendium* Scapularis Carmelitici cultores, auxilio defensi & protectione, & prece Virginis Matris, quæ vt dixit Zacharias Chrysopolitanus Antistes, *Pro nullo apud filium frustra interpellat.* Sic Christus Dominus, Beata Virgo, & confirmati in gratia dicuntur impeccabiles ratione congruæ gratiæ, quæ ad omne peccatum infallibiliter euitandum illis confertur, & collata est: licèt non eodem modo omnibus his, sed illo diuerso, qui à Theologis inter Christum, Virginem, & confirmatos in gratia suo loco docetur.

Zach. Chrysopolitan.

In 1. 2. & in 3. p. vbi de gratia Christi.

Ad eundem ergo modum dici potest cultores Carmeliticæ Epomidis esse indamnabiles, & quod *æternum non patientur incendium*, quia esto, impeccabiles non fiant, tamen non perseuerabunt finaliter in peccato, B. Virgine illis illa impetrante auxilia congrua vt diximus, in virtute mutuæ per habitum Sodalitatis abundantiùs subministrata toto vitæ suæ cursu, ex eo maximè tempore in quo sese Virgini Mariæ speciali cultu, hac induti veste, & inter sodales Virginis assignati manciparunt, & in vltimo mortis agone, si resipiscant ipsi a malis, & se ad Deum conuertant, quantùm ex se est, vt tandem in Scapularis dignitaté morientes saluentur, æternum incendium non incursuri, quantum est ex Virginis parte Mariæ.

5.

Et quis ignorat (vt omittamus hîc loqui de illis plurimis, qui etiam post mortem ab inferis sunt liberati) per anticipationem ante mortem, tenendo scilicet illas & protegendo ne labantur in infernum, multorum animas prece Virginis Mariæ liberatas fuisse, quibus ipsa impetrauit auxilia gratiæ congruæ? Certè eo sensu dixit S. Bernardus, *a B. Virgine cœlum impletum, infernum euacuatum fuisse.* Et in eodem loquuti sunt S. Germanus, S. Cyrillus Alexandrinus S. Chrysostomus, S. Anselmus, S. Fulgentius, cæterique Patres communiter.

S. Bern. serm. 98.
S. Germ. ser. de Zona Vir.
S. Cyrill. Alex. hom. 6. contra Nestor.
Chrysost.
Anselm.
Fulgét. dati à Mend. de florib. sacris in virid. suo.

6.

Neque necesse est hanc propositionem (cùm sit de contingentium numero, & liberum homi-

nis

nis arbitrium inuoluat) in omnibus ad vnum, suum effectum sortiri; sufficiet enim, quod in plerisque veritatem obtineat, & in omnibus quantum est saltem ex parte, & officio Beatissimæ Virginis non modò vt communis Christianorum Mater, verùm etiam peculiarissimè, vt Carmelitarum Soror illustrissima, vt eam vocauit Armachanus in Paleonydoro.

Armach. ser. de B. V. Car. Paleonyd. li. 2. c. 8.

Tertia prærogatiua proponitur, & alia ad rem Scapularis sacri dantur.

SVBSESSVS ALTER.

1\. IAm verò tertiam Virginei Mariani habitus, & Confraternitatis prærogatiuam proponamus. Hæc dignoscitur in eo quòd ad modum, quo Sacratissima Virgo Maria suis precibus, & auxiliis effecit, quod qui sacri Scapularis insigni insignitus sit, *æternum non patiatur incendium* exposito modo: ita post mortem, si superfuerit ei aliqua peccatorum labes, aut culpæ reatus, Purgatorij flammis eluendus, efficiet suis continuis precibus, & suffragiis, vt Sabbato proximiùs obitus diem consequente, vt Summi Pontifices suprà adducti testantur, à Purgatorio liberata anima illius in lucidissimas cæli mansiones, Deo æternùm fruitura, censeatur; non tantùm per modum suffragij ei animæ in Purgatorio detentæ subueniens, sed per efficacem, & infallibilem effectum suæ intercessionis. Ita vt, *Idem fuerit* (ait grauissimus exterus auctor Emmanuel Vallis Mouræ Lusitanus, loquens de Bullæ Sabbatinæ vigore,) *Deiparam promisisse absolute, se eos infallibiliter liberaturam ab illis pœnis, ac promisisse, se illis infallibilem intercessionem præbituram; siquidem infallibile est eam in omni sua ad Filium deprecatione, exaudiendam esse pro sua reuerentia, & propriis meritis illi in eundem finem oblatis.* Præterea pergit auctor idem: *quia alioquin frustra limitasset Sabbati tempus, si in eo se pro suis fidelibus deuotis suffragium laturam pollicita tantum esset; hoc autem non in Sabbato tantum, sed quouis alio tempore confertur. Ex quibus,* vt auctor ipse prosequitur, *in hac via dicendum est prædictam Virginis intercessionem operari eam Indulgentiam, non quidem ex opere operato propriè, & in rigore loquendo, sed operari illam eo modo per æquipollens, id est, per impetrationem infallibilem.* Hucvsque Emmanuel Vallis Mouræ.

Auxilium Sabbatinũ Carmelitis concessum à Virgine Maria, non per modum suffragij intelligendum est, sed per, &c.

Vall. opusc. de incantationib. seu ensalmis 1. sect. 1. c. 1. n. 41. de Bulla Sabbatina.

Vall. ibid. n. 45.

2\. Constat tanti veritas doni, & Indulgentiæ singularis ex reuelatione, vt dictum est, à B. Virgine facta, & non equidem priuato, & ignoto homini, aut alicui solùm ex domesticis Carmeli Patribus, vt obseruat Carthagena; sed amplissimo Cardinali Ecclesiæ Dei Didaco de Ossa futuro Summo in terris Christi Vicario, media prece, & protectione Mariæ Virginis, vt suprà promissum retulimus illi, qui post assumptionem suam anno sexto Pontificatus, ex Virginis iterato præcepto, Pontificio Diplomate rei veritatem stabiliuit, vt sequerentur eum eandem veritatem confirmando, supremæ Ecclesiæ Sedis illi successores suprà relati.

Carthag. to. 4. li. 17. hom. in solem. Cõm. V. M. de Monte Carm.

Præamb. 33.

Præamb. ista n. 4. in init.

3\. Et sanè, si iuxta S. Augustini datam suprà sententiam, *nihil meretur fidem, quod Ecclesiæ auctoritas non approbauit*; huic rei amplissima satis fides omni iure debebitur, tot cùm Pontifices veritatem concessionis approbauerint. Etenim inter eos, præter Ioannem & Alexandrum citatos, Clemens VII. sic in Bulla loquitur sua: *Die quo à sæculo huiusmodi Purgatorium accesserint, ipsa Virgo gloriosa Dei Genitrix Maria Sabbato sequenti ipsorum Confratrum, siue Religiosorum, ac Sororum obtinet, & eos visitando, à pœnis Purgatorij huiusmodi eorum animas liberas.* Non certè personaliter ad Purgatorium descendens, sed fauore, patrocinio, & intercessione firmissimâ iuuando, vt eripiantur ab eo loco maximè hoc signato die (Virgini Deiparæ propter multa sacra) Vt apertè ostendit Paulus V. his verbis notatu dignis: *Patribus Carmelitanis permittatur prædicare: quod populus Christianus possit piè credere de adiutorio animarum Fratrum, & Confratrum Sodalitatis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo: Videlicet Beatissimam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, quæ in via habitum portauerint, & castitatem pro suo statu coluerint, officiúmque, &c. suis intercessionibus continuis, piísque suffragiis, ac meritis, ac speciali protectione. post earum transitum, præcipue in die Sabbati, qui dies ab Ecclesia eidem B. Virgini Mariæ dicatus est, adiuturam, &c.* Hæc Paulus. Et quidem generis huius, hoc esse maximum in Ecclesia Dei priuilegium, quo duplicibus Virginis filij Carmelitæ à Virgine ipsa donantur, scilicet gratiæ in hoc sæculo, & gloriæ in futuro iuxta sensum à nobis ad illud, *æternum non patietur incendium* suprà deductum) quis nisi pertinax, & inuidus alienæ gloriæ denegabit?

Bulla Clem. VII.

Vide rationes apud Spinel. c. 29. n. 14. vsque 22. Paul. V. Bull. dat. Romæ, die 11. Febr. 1613.

4\. Nunc ergo, quid in hac Virginea concessione, etsi maxima, adeò nouum, vel insolens reperitur? Certè de veritate concessionis nullum maius testimonium in terris habere possumus, aut desiderare, quàm quod ab Apostolica Sede procedit, maximè si semel, iterum, iterumque & amplius confirmatum habeatur à pluribus Pontificibus. De infallibilitate effectus, & gratiæ cõcessæ quis dubitabit? Cùm audiat Pontifices affirmantes, Virginem ipsam Dei Matrem, esse huius singularis priuilegij largitricem. Cui, vt Bernardus aiebat, *Non deest potestas, quia est Mater Omnipotentis: nec voluntas, quia est Mater misericordiæ: nec industria, quia est Mater Sapientiæ.* Et cùm sciat à Sanctis, & Doctoribus vocari, *Desperantium spes, & damnatorum patrocinatrix*, vt eam vocauit S. Ephrem Syrus. Adhuc & Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus, apud Metaphrasten eam interpellat: *Fontem peccatorum ad Deum, & spem eorum, qui spes omnes abiecerunt.* Vbi inueniet mirum? Vbi insolitum? Vbi impossibile?

S. Bernard.

S. Ephrem. in Thren. V. M. Euthy. Patr. Metaphrast.

5\. Et cùm notissimum sit vniuersis, Virginem Mariam è Purgatorio multos eripuisse, vt ex multis patet historiis; imò ex vniuersa Theologorum doctrina asserentium iustos non solùm adhuc in via, sed etiam in Patria existentes, pro in Purgatorio detentis orare posse fructuosè; Nam quamuis Beati non impetrent gratuitam remissionem pœnæ, & satisfacere non possint pro illis animabus, quia iam sunt extra statum satisfaciendi, qui proprius est viatorum; nihilominùs

Theolog. in 4. sent. dist. 45.

nùs prodesse possunt illis vno è tribus modis. Primò, impetrando à Christo Domino, vt de sua infinita satisfactione illis animabus tantùm applicet, quantùm satis sit vt liberentur à pœna: vnde iam ex remissione gratuita non euadent, sed de iustitia, quæ congruentior est illi statui. Secundò, applicando suam propriam satisfactionem, si quæ superfuit illis, ex operibus in vita peractis hæc enim in thesauro reseruantur Ecclesiæ, ab ipsis Beatis, ad quos pertinet pro libito suo, his, vel illis personis applicanda. Tertiò, postulando à Deo, vt excitet viuentes ad necessaria suffragia, & condignam pro animabus Purgatorij satisfactionem exhibendam. Et quod quolibet istorum modo B. Virgo potentissima sit ad illas animas, è Purgatorio eruendas nullus ignorat.

6. Tandem cùm hoc priuilegium multis alijs à Deo fuerit concessum, vt constat ex innumeris Sanctorum historijs, certè, vt S. Bernardus dixit, *Quod vel paucis mortalium constat fuisse collatum, non est fas suspicari tantæ Virgini negatum esse.* (S. Ber. ep. 174) Ergo si desperatorum est spes, & damnatorum patrocinatrix, pons peccatorum ad Deum, & imò eorum, qui abiecère omnem spem, spes est Virgo Maria; quid mirum si in signum sui singularis amoris erga suos Carmeli filios electos, signum hoc salutis, & sempiterni pacti concesserit, vt eos, quos hac Scapularis sui tessera cælesti dignè inuenerit in mortis hora signatos, auxilia talia infallibiliter impetrare velit, quibus *æternum non patiantur incendium*: & post mortē tam iuge patrocinium, & intercessionem apud Deum interponere, vt prima die Sabbati eripiat quos in Purgatorio inuenerit detentos, ex his qui meritò hac sacrâ Carmelita Virginis induti sunt veste? (Nota. In hoc stat singularitas & na gratia Sabbatina.) Nihil Virgini huic Matri, cui omnis data est potestas in cælo, & in terra, faciliùs, & nihil frequentiùs quàm grauissima afflictis, vel corporis, vel animæ pœna, maximis, & continuis pectoris sui misericordiis releuare: singulariter in Scapularis sui signo, quo ipsa lacessita ex vi amoris & gratitudinis suæ Maternæ in filios, & deuinctos Heliæ Patris, qui eam antequam natam iam veneratus est, & docuit suos eamdem venerari: vt alter Aaron, qui ex consilio Mosis fratris, cùm vidisset egressam in populum iram à Domino, & plagam Dei sæuientem in Israël, quę iam vastabat incendium: *Obtulit*, vt refertur Numerorum libro *thymiama, & stans inter mortuos, & viuentes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* (Num. c. 16. v. 47. & 48.) Eo quod quemadmodum ipse ad placandum Dominū, vt liber adnotat Sapientiæ, vt amputaret impetum ignis *interstitit* inter mortuos, & viuentes, *& diuisit illam quæ ad viuos ducebat viam, in veste Podèris quam habebat,* (Sap. 18. v. 23. & 24.) (quæ quidem in omnibus vmbra fuit & figura, Scapularis Virginei Mariæ, nisi linea & alba podêris illa fuisset, vt probat Philo disertissimus Iudæorum & Scapulare Virginis Mariæ de Carmelo griseum, subrubeum & laneum; (Philo.) non secùs igitur cùm videt Virgo Maria Carmelitarum Mater & Soror egressam in populum iram à Domino & plagam Dei hominum culpis, in Carmelitas maximè suos sæuientem, vt vera misericordiæ Mater in eos thymiamate orationis suæ oblato, interstat ocyssima inter mortuos, & viuentes, vt diuidat illam, quæ ducit ad viuos viam, & medios, (inter mortuos scilicet qui in inferno iacent in tenebris, & in vmbra æternæ perditionis, & viuos qui iam gloriantur in cælis) è Purgatorij ergastulo educit, vt ad sydera volent *in veste poderis sui*, hoc est in virtute Scapularis diuini, diuino dati Simoni, & filiis Sodalitatis excelsæ Carmeli.

7. Hæc modò nobis de Scapulari Virgineo scribentibus, ex necessitate, pro his quæ in Elogio S. Simonis dicenda sunt breuiter ad præsens libare visum est, vt tanti honoris, & gloriosi stemmatis refricemus legentis memoriam & excitemus aliquam vesti tantæ debitam reuerentiam. Est enim, sensu nostro, vestis ista à Maria data, nostri habitus essentialior gloria, quapropter pluris eam quam cæteras quas ad ornamentum deferimus vestes facere debemus reuereri, & æstimare non ea vllo modo ad profanos vsus vtentes. Fatemur tunicam, & pallium habere ab Helia Principe maximo propositi nostri quod non paruis miraculis nobilitatum est, vt const. t ex Sacra Scriptura. Sed quantò excellentior est Helia Patre Sacratissima Virgo Carmelitarum Mater, & altrix, tātò celsemus cæteris partibus vestē eius diuinā, quâ nos ipsa liberalissimè nobilitauit, in signū amoris sui, & pignus decoris nostri ampliù, & ampliùs veneranda esse. Etenim quàuis multæ in Ecclesia Dei illustrissimæ Religiones, hac simili vestis forma, suos ex instituto induant professores, nulla tamen vestem, etsi à Virgine, & superis assignatam, tam nobilem habet, & tam pretiosam, cùm nulla in suo habitu vel à superis exhibito, tam singulare amoris à Virgine ostentum, & tam præcipuum decoris, & vtilitatis priuilegium acceperit, Vt ex Carthagena adnotatum est suprà. (Preamb. hac.)

8. Porrò Historiam Scapularis quod B. Virgo S. Simoni dedit pro suis Carmelitis describunt, & fusiùs explicant, vt antiquos, (quorum nonnullos hic noster tibi libens offert Carmelæus Paradisus) omittamus, Ioannes Paleonydorus, lib. 3. cap. 12. antiquitatis, & Sanctim. Eremit. Mon. Car. Didacus Coria in suo dilucidatio lib. 12. c. 12. Thomas à Iesu lib. 2. de antiq. & Sanctimon. Ord B. Mariæ Virg. de Monte Carmeli capita per varia specialis operæ de Confraternit. & lib. 1. c. 8. Ioan. Carthagena Franciscan tom. 4. Sacrarum hom. 1. lib. 17. de laud. Carm. Leo à S. Ioanne lib. de typo vestis Religiosæ, sect. 9 Ioannes Pintus à Victoria Tract. 5. Hier. Car. c. 3. 4. 5. & 6. & ser. de S. Simone Stok Michael à Fonte in Compen. hist. Car. lib. 3. per totum, Petrus Lucius in Compen. c. 12. & 13. Et cum his omnes, qui historiam texunt de vita, & rebus gestis S. Simonis, & de gestis Carmelitarum, quos dabimus, Deo dante, in 2 parte Paradisus Carmelitici decoris, ad finem vitæ S. Simonis Stokij.

Singulari Mariæ Virginis Matris cultu primos vbique claruisse Carmeli cultores omnes, in multis palam fit.

PRÆAMBVL. XXXV.

1. FEstini valdè Heliades fuère in cultu, & honore Magnæ Virgini Matri vbique & semper

per exhibendo. Etenim *si attenta meditatione quis legat*, ait Angelus de Paz Minorita nobilis, *institutionem Carmelitarum, videbit veneratam Matrem Virginem ab eis antequam natam.* Ergo cùm personæ cognitio, cui veneratio, & cultus, qui actus voluntatis est, est exhibendus, præcedere debeat exhibendum honorem, fit consequens, & decens, quod Carmelitæ Heliæ filij, tanquam Religiosi veri status Coryphæi, Virginem Matrem Dei cognoscerent vt venerarentur, viderent vt colerent, crederent vt cultum præstarent ex voluntate. In nubeculæ igitur insignis illius de Mari ascendentis quasi vestigium hominis, quam vidit Helias, typum Virginis Mariæ insignem, specialiter eam Virginem præostensam fuisse per visionem illi, & puero eius, (hoc est, vt Ioannes explicat Patriarcha, *Discipulorum* suorum cœtui, ex qua intelligerent: *Infantulam quamdam*, verba sunt Patriarchæ, *nascituram, quæ ex vtero Matris suæ munda ab omni peccati sorde egrederetur, & instar eorum spontaneam virginitatem amplexaretur, de qua Virgine Deus homo nasceretur*) mens fuit Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani & Doctorum grauissimæ notæ, imò sensus receptus Ecclesiæ. Vnde factum est, vt, contemplantes etiam ipsi Carmelitæ primitiuæ gratiæ, hæc omnia postmodum fuisse adimpleta, & humanum genus per eam Virginem Heliæ in nubecula præostensam, à Dei accepisse filio desideratum beneficium pluuiæ illius grandis, quâ *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre*: (cùm cœli, hoc est honor, virtus, & celsitudo filij Dei, post siccitatem illam ingentem, quâ Deus punierat peccata Israël, contenebrati sunt (id est, quando Altissimi virtus obumbrauit infantulam illam:) curauerunt assiduâ deuotione huic Virgini dudum eorum prædecessoribus reuelatæ, per Heliam Patrem, & notæ, ipsisque suo tempore iam præ oculis exhibitæ) deseruire, & eandem specialiter sibi ipsis in Patronam, & Matrem eligere; quia nouerunt ipsam solam, ait Patriarcha Ioannes, singulariter eis esse conformem in primitiis virginitatis spontaneæ. *Peculiari quodam affectu* (ait Paulus V. mirabiliter præfata recensens) *Beatissimam Virginem* (*cuius colloquus, ac familiaritate feliciter frui potuêre*) *adeo venerari cœperunt, vt primogenitum in eo Montis Carmeli loco, vbi Helias olim ascendentem nebulam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint.*

Paz to.1. in symbol.l.5. c.22.

3.Reg.18.v.44.

Io.Patr.c.3.

Io.Patr.36.

1.Reg.18.45.
Io.c.1.v.14.

Io.Patr.c.36
Paul. V. in Off.com.solemn.lect.2.nocturn.4.

2.

Firmatâ tanto Pontificis Ecclesiæ & Patriarchæ Ioannis testimonio veritate istâ, de primo Virgini Mariæ à Carmelitis exhibito cultu, non erat opus ad alia morosiùs testimonia conuolare, sed ne tam nobile stemma gloriæ Carmeli, breui narratione percurrisse causarentur, exterorum, & domesticorum aliorum nonnullis testimoniis datis, eandem stabilire placeat veritatem.

3.
Ioseph. Antioch. lib. de perfect. mil. c.12.

Iosephus ergo in primis prodeat Antiochenus, antiquitate celebris auctor, & studio suo erga Carmelitas optime de illis meritus qui floruit iuxta Posseuinum annis à Christo nato 192. Is de Carmelitis agens ad rem, hæc verba producit: *Quique in Virginis Mariæ honorem, in Carmeli Montis decliuio fabricantes oratorium, Saluatoris Matri specialissime seruierunt.*

Poss. in ap. sacr.to.1.

4.
Trith.c.3. & 7.de laud. Carm.

Ad hæc Trithemius Benedictinus Abbas Spanheymensis, Haydelburgensis Scholæ quondam lumen egregium, sic: *Sicut ex veterum lectione didicimus, titulum hunc* (fratrum Beatissimæ Mariæ de Monte Carmelo) *Carmelitis conuenire maximè scimus, quos ab exordio suæ institutionis Dei Genitricem semper in maximo honore, & reuerentia habuisse non dubitamus. Enimverò non diu post Domini passionem crescente per Iudæam fide Christiana, Fratres Montis Carmeli capellam in eiusdem Montis latere in Dei Genitricis honorem construxerunt, eámque in Ordinis sui Aduocatam, ac Patronam elegerunt: & Fratres eius deinceps appellati sunt.* Et post alia nihil à nobis ad rem aliam repetita, sic pergit ibidem: *Nec dubium mihi est, quin Dei parens Maria, hunc Ordinem speciali fauore prosequatur, quem & loco vicinum, & tempore primum sibi, & filio in obsequium exortum recognoscit.* Ita Trithemius.

5.
Rich. ser. de Concept.V.

Richardus Armachanus Hiberniæ Primas, in sermone Aduentione ad Carmelitas in Comitiis Prouincialibus recitato, anno 1342. Pro Carmelitis de Virginis Mariæ Conceptione purissima De illis agens ad rem hæc profert, inter alia verba: *In vno latere Montis ipsius* (id est, Carmeli) *primi Ecclesiam in honorem Beatæ Virginis Mariæ construxerunt: & ob hoc nimirum inter cæteros Religiosos primitùs sunt adscripti, vt vocarentur Fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmeli.*

6
Hist. Rom. spe cial tract. de temp. Car. Tho. de Iesu. Paleon. c.2 Pal. li.2.c.8. Carth. li. ... hom. ... P. ... de temp. Mariæ V.

Docuêre idem ipsissimis Armachini verbis, inprimis historia vocata Romana data à Thoma de Iesu, & Paleonydoro, & Carthagena, de templo agens a Carmelitis dicato, in tractatu speciali de eo; Bertrus Anglicus, Paleonydorus, Waldensis, Nauarrus Azpicueta, Paulus Morigia, de Origine Iesuatorum, Plangus de bono status Religiosi, & multi alij, tum exteri Auctores, tumve domestici.

7.
Pal li.1.c.1.
Vvald.de sacramental. tit 9.c.7.

Speculum Carmelitarum historiale per Philippum Ribbotti, agens de tempore institutionis cultus istius à Carmelitis in templo isto Virgini exhibiti, affirmat, fuisse anno septimo a passione Domini Iesu.

8.
Nau.de hor. canon.c.2 Morig.de orig.relig.li.1. c.30.
Plangus li.c. 12. de bono.
Spec.Car.ca. 4.
Carth. li.17. ho... de lau. Carm.

Ioannes Carthagena de Carmelitis agens, sic ait: *Verè illi primi fuerunt, qui Virginis Mariæ in primo Ecclesiæ saeculo Oratorium constituerunt: primi qui eius obsequio, & amori, inter cæteros Religiosos addicti sunt: primi qui tantæ Virginis conuersationem, & colloquium meruerunt. Nam, vt piè Mantuanus sentit, non rarò Carmeli incolas Virgo inuisere solebat, eorúmque colloquio & familiaritate delectari.* Et post pauca addit: *Quid mirum si sanctissima Virgo Eremitas Carmeli, quorum sanctitas, & Religio totam Palæstinam, & Alexandriam illustrarat, non semel adiret, eósque suis colloquiis, & necessitudine foueret? Maximè cum post passionem Christi eos ad fidem, & Euangelij prædicationem conuersos videret?* Hæc Carthagena citatus.

Post prædictam erectionem templi in illius

Oliuan. to. 1. disc. 22. §. 3. num. 10.

Virginis honorem factam temporibus Elisæi, vt Oliuanus ostendit, (licet ipse in vertice Montis credat erectum,) in vno latere Montis Carmeli propè fontem Heliæ Patris de qua loquuntur Iosephus Antiochenus, Trithemius, Richardus, Armachanus, historia Romana, & alij: certè ante Virginis ortum, crescente in Carmelitis fide Christi, & in Matrem Virginem ex beneficiis, & colloquiis familiaribus amore, aliquot elapsis annis post Domini passionem, ipsi in Carmeli montis vertice vbi olim Helias, vt ait Patriarcha Ioannes & post eum Paulus V. Pontifex O.M. ascendentem nebulam Virginis Typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini anno scilicet 84. à Christi natali vt probat noster Oliuanus Sacellum construxêre secundum: quod à Palæstinis, Phœnicibus, Galilæisque Gentibus fuit valde frequentatum, & summâ habitum veneratione, eo quod crederetur erectum in Virginis honorem, in orbe primum ab eius in cælis Ascensione gloriosa.

Patr. Ioan. cap. 36. Paul. V. cit.

Oliuan. Gouier. moral. tom. 2. disc. 22. §. 2. n. 18

10.

Vt hoc erigerent diruerunt antiquum Heliæ Seunion qui illuc vsque loco eodem quasi in typum sacelli ibi erigendi in Virginis honorem steterat, vt Sole exorto abscederet vmbra & Luna (Maria) staret in habitaculo suo. Hoc Ioannes Patriarcha apertè monstrat his verbis: *Et in memoriam visionis de ortu huius Virginis præostensâ S. Prophetæ Heliæ sub specie nubeculæ ascendentis de mari in Carmelum, Monachi prædicti anno Incarnationis filij Dei 83. diruentes eorum Seunion antiquum, ædificauerunt huic primæ Virgini Deo dicatæ Capellam quandam in Monte Carmeli iuxta fontem Heliæ, in situ illo in quo Helias orans viderat nubeculam illam quasi vestigium hominis de Mari ascendere in Carmelum: Vbi professores prædicti seipsos huic Virgini commendantes, singulis diebus in septem horis Canonicis, ad effundendum dictæ Virgini, & eius filio sedulas preces, & supplicationes, atque laudes, etiam tunc semper conuenerunt: ibique de verbo diuino, culpisque vitandis, & animarum salute procuranda humili colloquio ad inuicem contulerunt. Et propterea, cæteri etiam ab eorum religione externi, eos deinceps Fratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli semper appellauerunt.* Hæc omnia Ioannes Patriarcha.

Abac. cap. 3. v. 11. Ioan. Patr. cap. 36.

11.

Mantuan. Parth. Maria. c. 3.

Hoc sacellum Virgini (secundum à Carmelitis) erectum refert Mantuanus noster ab Agabo illo insigni, tunc annis quadraginta septem, iam cultore sublimi Carmeli. Mantuani Carmina sunt hæc:

——Maria primus cum Patribus ædem
Vertice Carmeli posuit.

Nauarr. de hor. Can. c. 21. n. 26. & 27.

Cuius ad rem alia Carmina refert Nauarrus sic:

——Audito illius fato, sublime sacellum
Apricis posuêre iugis primi: atque quotannis
Sacra instaurantes, hymnos, & thura ferebant.

SAug. Eugu. c. 5. in vita Vesp. Geneb. in Chronol. lib. 1. anno 3381. Tacit. lib. 2. cap. 18. Nazianz. in Epigr.

Illo eodem loco traditio est antiquos Carmeli cultores in Heliæ quondam honorem sacellum struxisse, quod fuit Gentilium Academia, siue Pethocium, iuxta Augustinum Eugubinum, & alios. Illius meminit Sacelli Heliæ, post Suetonium Genebrardus, Cornel. Tacit. & Greg. Naz. Quod magnâ ferunt habitum fuisse veneratione: & propter idem etiam Heliæ filios ibi veneratos à Gentilibus Imperatoribus Tito, & Vespasiano signat Paleonydorus. Sacellum idem fuisse à Basilio Imperatore restitutum monstrat Cedrenus apertè.

Paleo. lib. 1. cap. 3. Cedren. in compend.

12. Præamb.

Ex huius erectione templi, & primo cultu exhibito in eo Mariæ Virgini Matri à filiis Heliæ, ortum est (nisi rem ab altiori principio repetamus, de quâ iam egimus supra) Heliæ Ordinem ab initio nascentis Christi Ecclesiæ, omnimodo & iure Virgini dicatum, subiectumque specialiter esse, vt ortum cum Ecclesia Dei: (cui satis in erectionis genere assimilatus est si vtrorumque dissentitur origo) & quòd quemadmodum Paulus Iesu nomen in orbe primus, & maximus inter omnes effudit, propagauit, & exaltauit, sic omnium maximus, & primus Carmelitarum Ordo selectus Mariæ nomen, tamquam Matris, tamquam Dominæ, tamquam Nutricis, & Protectricis suæ singularis, singulariter effunderet, propagaret, & exaltaret, vt Beatam ore vnisono eam dicerent (vel ex Carmelitarum præconio subleuato) omnes generationes. Ideo ab illustrissima legis origine gratiæ, Carmeli Ordo, Ordo Mariæ Virginis Matris nuncupatus est. Et tanto iure Virginis Mariæ Ordinem esse ex speciali Patrocinij, & filiationis Marianæ priuilegio censuit vniuersa Complutensis Academia, vt solemni Doctorum suorum sententia, in Claustro pleno decreuerit, quòd si quis Religionem Virginis vouisset se ingressurum, iure ad Carmelæam accursurus esset, quia prima est inter omnes, quæ speciali iure Virginis Mariæ est vocanda Religio: Vt vniuersi homines attestantur, & videre tibi erit apud Hieronymum Paulum Barchinonentem, datum a Coellio nostro, Thomam Bozium, Platum, Bzouium, Tapiam, qui hunc titulum confirmatum nobis fuisse affirmant in Ephesino Concilio; Imò Christus Dominus, ore sancto suo sacrauit assertum, namque cùm Amasiam suam Teresiam alloqueretur, vt refert Episcopus Turiasonensis, sic dixit ad illam: *Hæc Religio Virginis est*, siue, *en esos dias veras muy adelantada la Orden de la Virgen mi Madre.*

Academia Complutensis Decreto 13. die 13. April. anno 1611.

Hieronym. Paulus. Vide Trith. c. 1. de Lau. Carm.

D. D. Iac. à Yepes Episc. Tur. lib. 5. c. 17. f. 515. vitæ S. Teresiæ.

13.

Non nos præterit, quòd multa surgentis Ecclesiæ amoris primi constructa referebantur in Virginis Mariæ honorem templa, & illi dicata. Etenim scimus, Vincentium Belluacensem testari Martham, & Mariam suscitati à Christo Lazari nobiles sorores, vt earum in Elogio dicemus, cum Maximino socio, postquam ex Palæstina Galliam mirabiliter impositi Nauigio sine velo, & remige venêre, & Euangelicam lucem Massiliensibus commonstrarunt, templa ibidem duo, in Christi honorem vnum, alterum ad Matris eius Virginis Mariæ cultum erexisse. Apostolico sæculo templum aliud Virgini Mariæ dicatum Antariadi, Volaterranus scribit, hoc est Tortosæ, quæ antiqua fuit Phœniciæ Vrbs, in littore maris, vt testis est S. Hieronymus. Ex Guillielmo Tyro colligitur, stetisse delubrum à S. Petro Apostolorum Principe excitatum, primum omnium in Virginis honorem, & in eo Apostolum Liba sacra fecisse. Quid? Extare apertû est nobis primam orbis, vt

Vinc. sper. hist. lib. 8. cap. 92.

Raph. Volat. lib. 11. Geograph.

S. Hieron. in cap. 27. Ezechiel. Tyr. lib. 17. c. 15. continuat. belli sacri.

tradunt

tradunt multi, Basilicam insignem Mariæ, quam *de Columna* vocamus, hac nostrâ Augustâ Cæsaris vrbe, ad oras Iberi fluuij vndantis erectam, manibus Angelicis, & Apostolicâ Iacobi Apostoli, cùm ex Virginis præcepto, sine dubio, in Hispaniam aduenit, sedulitate, cui Virgo ipsa adhuc viuens, & in humanis agens, dignata est apparere, ex Hierosolyma ciuitate, Angelicis, super eam, quæ hucvsque existit, marmoream seu iaspeam columnam, deducta manibus, vt structuram præciperet, signato loco Apostolo suo, in qua ipsa Virgo, à fidelibus in relicta sculpta imagine Nicodemi discipuli Christi manibus, & arte, apud Hierosolymam, quam etiam comitantes Virginem Angeli illò, hucvsque, ex eiusdem iussione deduxêre) ab anno decimotertio ante gloriosum eius in cælos ascensum veneraretur, vt tradunt Beuterius, Ioan. Basseus, & Murillus Imò audimus etiam ante hæc templa, à Druidis, Gallorum Sacerdotibus, vt Cæsar refert, Carnuti vrbe, quæ in regione habetur media totius Galliæ Celticæ siue Parisinæ, Templum in Virginis Mariæ honorem constructum, multis ante ortum Virginis annis, cum hac inscriptione VIRGINI PARITVRÆ, (ad instar Atheniensium qui aram IGNOTO DEO dicarunt, vt S. Paulus scribit apud Lucam Euangelistam) quod postea à Christianis super terram ampliatum est, & in Cathedralem excitatum Ecclesiam, vt Cassaneus docet, & Nauarrus refert, de quo Carthagena videndus.

Beut. & Bass. in Chron. rerum Hisp. Muril. speciali lib. erectionis istius sacræ Capellæ. Cæsar. lib. 2. de bell. Gall. S. Luc. in Act. Apost. c. 17. v. 22. 23. Cassan. Catal. glor. mon. par. 12. consid. 20. Nauarr. de ho. can. li. 21. n. 28. Carth. li. 18. hom. 7.

14.

Argonautas tradunt etiam (qui iuxta Genebrardum, annis circiter mille ducentis ante ortum Christi Iesu, Ducis Abialonis tempore vixerunt, & colligitur ex Sancto Augustino) Cizici in Hellesponto templum suscitasse præclarum, quod admiratus celebrat Plinius, & quod, consulto Pythio Oraculo, responsum acepissent vt eum Mariæ Verbi æterni Genitrici dicarent: rem Cedrenus narrat, & refert Carthagena allegatus, qui notat quod, imperante Zenone, anno 474. ad veræ Dei Matris cultum traductum fuerit; Quia Argonautæ veritatis ignari, illud in honorem consecrarant Rheæ Deæ, quam Deorum Matrem stulta illa gentilitas fabulatur. Aliud etiam huic simile potuisse Iasonem Argonautarum Principem, in arce Atheniensi, idque Delphicum Apollinem consecrandum Deiparæ, diuinâ quasi virtute prædixisse, apud Carthagenam reperitur. Et præter hæc alia multa, tum ante ortum Virginis, tum ipsâ superstite, feruntur fuisse in Virginis Matris honorem suscitata templa, & delubra. *Sed his omnibus vetustius*, ait Carthagena, *à Carmelitis fuisse constructum Virgini templum sacrum, grauissimorum virorum auctoritas luculenter confirmat, quidquid Vincentius, Volaterranus, Beuterius, & Basseus scribant; nam cum historia fides ex numero, & testium grauitate crescat, tot sunt pro hac sententia testimonia, simul cum antiquissima eiusdem Religionis traditione, vt ab auctoritate paucorum, & singularium testium, minimè superari queant.* Hæc Carthagena. Præterea, vt ait Ludouicus Alcazar, *Vt expositio aliqua pro certa, & indubitata reputetur, non satis est multos illi sub cribere, si tamen sunt adhuc graues auctores, qui oppositam sententiam amplectantur.* Et certè si recenseantur auctores, & vtriusque partis eorum, auctoritas æquâ lance expendatur, profectò nec numero sunt, nec grauitate inferiores, qui nostram sententiam de primo in Virginis honorem suscitato templo à Carmelitis in Orbe extulerunt.

S. Aug. 18. de ciuit. c. 10.

Plin. lib. 36. c. 11.

Cedren. in compend. Carthag. cit.

Carth. li. 18. hom. cit.

Carth. li. 17. ho. 3. de lau. Carm.

Alcaz. in c. 13. Apoc. §. 2. de bestia Maris.

Ex hoc fiet apertum quàm omnium primus, à Carmelitis cultus vbique in Virginis fuerit Matris datus honorem, non modò exordia capiens in Templo ad verticem Carmeli post eius in cælis illustrem ascensum erecto à filiis Heliæ Elisæo superstite adhuc; sed in eo quod in Montis latere erectum est in honorem Virginis nasciture, reuelatæ Heliæ Patri in nubecula parua ascendente de Mari, cuius in cultu, & festina veneratione suos ante raptum docuit Helias Pater, à quo successores illius vel à tempore crediderimus Elisæi, vt morem gererent Patri adoranti Virginem parituram in nubecula ostensam deducti, in tantæ Virginis honorem, veneratæ antequam natæ, capellam, siue delubrum in latere Montis erexêre.

Non longè abest ab hac excogitatione Patriarcha Ioannes, cùm docet: sacramenta illa quatuor Heliæ Patri sub figurata nubeculæ quasi vestigij hominis ascendentis de Mari visione præostensa) ad oculos etiam pueri, id est, cœtus Heliadum, cui, vt Ioannes ipse docet capite 35. demonstratum est in eadem visione, quo ordine nasceretur Dei filius de hac candida Matre) scilicet, primum, de nascitura Virgine, quæ ex vtero Matris suæ ab omni peccato munda egrederetur: secundum, de tempore, in quo hoc adimpleretur: tertium, de eo quod infantula ista virginitatem perpetuam ad exemplum Heliæ amplecteretur: & quartum, quod Deus homo factus, iungens naturam suam humanæ de Virgine illa nasceretur Heliam ipsum dignatum fuisse aperire, non palam hominibus, sed secretiùs consortibus, & filiis, qui cum Helia Patre tunc commorabantur, à quibus cæteri eorum successores ex traditione receperunt, vt narrat Ioannes qui visionem explicat in allegorico sensu c. 33. applicat Virgini cap. 34. eam ampliùs enodans c. 35. & cùm docet c. 36. nouisse Carmelitas, imò prænouisse conformitatem primiceriatus spontaneæ Virginitatis singulariter inter Dei Genitricem, & Religiosos Heliæ Patris dudum prophetatam, & postea adimplendam fuisse, vt iam Carmelitæ, etiam Apostolorum tempore, Virginem Mariam sororem suam dicerent, (verba sunt Ioannis ista) & propter dictam conformitatem seipsos Fratres B. Mariæ Virginis appellarent. Nam certè vt quid tam clara notio, tam manifesta mysteriorum de Virgine, & conformitatis eius cum Carmelitis ostensio, tot sæculis ante ortum eius ab Helia fieret secretius suis; nisi vt eam iam omni modo sui, antequam natam, ad Patris exemplar, veneratam haberent, non modò interno sui pectoris cultu, sed & externo amoris, & honoris dato ad hominum oculos: excitato illo adhuc in Montis latere Carmeli solemni delubro: seruato tamen in vertice Heliæ sacello vsque dum Sole exoriente abscederet vmbra, & Luna verè staret in ordine suo.

15. Ioann. Patr. c. 35.

Ioann. Patr. c. 32.

Prosequimur agere de cultu hoc: vbi de Templis in quibus mirandæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli Imagines venerantur.

SVBSESSVS VNVS PRÆAMBVLATIONIS

1. HVius à Carmelitis antiqui festiui obsequij, & cultus in Mariæ Virginis honorem exhibiti gratissimè sibi, nobis apertissimum Virgo reddidit testimonium (vt alia ad rem principia pro hac à Virgine ostendenda gratitudine alio referamus) in eo multum est quod in innumeris suorum Carmelitarum templis, toto diffusis in orbe, se mirabilissimam semper non solum ergà electos suos Carmelitas, & Confratres diuini sui Scapularis; sed & in omnes filios hominum, in hac lachrymarum valle degentes misericordiæ Virgo hæc mater sub titulo de Monte inuocata Carmeli monstrauit, immensis mirabilibus patratis, vt eos qui ad eius confugerint asylum suis in necessitatibus subueniret, erueret à periculis corporis, & animæ, & in optatam securitatem liberos assereret. Vt latè probat nostrum opus de Mirandis B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli libris compactum duobus, & Cæsaraugustæ typis vulgatum sub anno 1625.

2. Rei sint inter alias huius testes: Mariæ Virginis Carmeli imago miranda in Prouincia S. Angeli in Conuentu Drepanensi, toto ex miraculis celeberrima orbe, maximè inter Siculos, & Italos & deuotofrequenti animarum concursu venerata à quadringentis & ampliùs abhinc annis, vt vna sola die fuisse conuenisse ad Mariæ Virginis festum solemnis Commemorationis eius, plusquam quadraginta animarum millia, vt Pinetus accenset.

Pinetus Hierar. Carm. tract. 5. c. 7.

3. In prouincia Calabriæ in Conuentu nostro Reggiensi admiranda est & portentis plena Virginis Carmeli effigies altera.

4. In Conuentu Neapolitano Carmelæo, stupor est Orbis, auditæ innumera certè miracula à Virgine Carmeli sacrâ, & inauditâ ibi veneratione recultâ, patrata: Notum est ex Boersio, ex Spinello, & aliis quòd anno 1500. ab ortu Christi Iesu (in quo solemni processione delata fuit, pro grauissima Ecclesiæ pressura in vrbem diuina hæc Virginis Carmeli effigies) nullum in eundo, & redeundo pro quibus afflictum necessitate et obuiam occurrisse, qui eius mirabiles misericordias potentissimè non esset expertus; adeò vt ex minimo, hoc in itinere plusquam quingenta miracula, alij feruntur octingenta numerata fuisse dicantur. Fama orbis vniuersa illa inclamitat, testatur Occidens, nouit Oriens, & libri innumeri, quos mundus haud capere posset, si typis exararentur miracula multa, & sine fine misericordiæ, à Virgine Carmeli, media hac stupenda miraculis imagine patrata.

Boersius in Prou. Neapol. Spinell. de Virg.

5. In Prouincia Veneta apud Paduam ciuitatem ab anno 1577. in quo Vrbem vniuersam illam grauissimæ pestilentiæ morbo laborantem in salutis, & vitæ firmissimæ securitatem Virgo Carmeli media illa imagine mirabiliter constituit) notissimis miraculis claret.

6. In Prouincia inferioris Alemanniæ in Conuentu Coloniæ est miraculosa imago Virginis, sub titulo Consolationis. Similiter alia in Conuentu Helprun Alemanniæ Superioris Prouinciæ, quarum miracula multa Trithemius Abbas speciali opere describit.

7. Apud Heliades Tolosates, est cernere aliam, de qua (ex occasione prodigij singularis, inter alia in defensionem suorum Carmelitarum à purissima Virgine Maria patrati vt a duo quodam incendio semen eius electum, Carmelitas suos Tolosates liberaret, dum in choro ipsi ad Vesperas in illud essent Psalmi: *Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur*) Meminit Guilielmus Benedicti, in ea verba loci ad marginem dati: *Et vxorem nom. ne Adelasiam.* Hæcque hucvsque miraculis nota veneratur.

Ps. 111. v. 2.

Guilielm. in c. Raynutius tom. 1. decis. 5. n. 6. n. 16.

8. Hac nostra Religiosa Prouincia Aragonica, celeberrima est, & miraculis, & singulari veneratione in Regio nostro Valentiæ Cœnobio, perpulchra Virginis Mariæ de Carmelo effigies, vulgò Hispanicè vocata *la Morenica* seu apud Valentinos *la Morenета*. Mirabiliter eodem loco quo eleuata est, sub cymbalo terræ humato adinuenta ab anno 1343. miraculis multis, & assiduis effulgens, vt refert noster Michael Carranca.

Carranca in Carcel. R. Religioso. um.

9. Est etiam in loco Rubileos in hoc Aragonum Regno, Carmelææ Matris pulchra nimis altera imago, miraculis clara, quam nos indigni, curauimus nouâ veneratione recoli, cum Prioris ibi munere fungeremur, quia compertum nobis fuit, patentissimis illustrem factam esse miraculis, ab eo die quo formosæ imagini liberè est à nobis effecta donatio in primo nascentis Cœnobij illius lustro, à Religiosissimo Conuentu S. Iosephi Cæsaraugustano qui nudipedalium est Virginum, atque multarum vere spirituum Sanctissimæ Virginis Teresiæ Matris ebibentium, vt verè clarissimo fulgentium semper virtute agmine sacro.

10. Similes miraculosæ imagines B Mariæ Virginis de Monte Carmelo sunt in aliis Cœnobiis Ordinis nostri, vt in Ondensi nostro Valentini Regni, & Prouinciæ nostræ vulgò *S. Maria Spes* in Conuentu Vallium Prouinciæ veteris Castellæ, ob cuius deuotionem Ferdinandus Castellæ Rex Cœnobium illud annuis perpetuis censibus à loco maximè Terresandino vulgò communiuit ann. Christi 1340. In Cœnobio Illerdensi Cathalonicæ Prouinciæ. In Conuentu Calleris ex Prouincia seu Vicariatu Generali Sardiniæ: & demum in Conuentu de la *Vidigueira* vulgò Cœnobium reliquiarum appellato, in Lusitana Prouincia, est celeberrima miraculis imago Virginis Mariæ Carmeli cuius illustre meminit Ludouicus Granatensis Dominicanæ familiæ lumen egregium & Carthagena: & aliæ multæ quas nunc haud vacat numerare cùm ad rem nostram istæ sufficiant, & nos alia vocent propositi nostri dicenda.

Lud. Gran. in Symb. fidei 2. p. c. 27.

Ex

Ex dictis ergo poterit satis percipi, & relatis educi, quàm habeant Carmelitæ præsentissimam Virginem Mariam in hostium omnium suorum tutelam, ad eos vbique dicétem: *Et bellabunt aduersum te, & non praualebunt, quia ego tecum sum, vt liberem te*: Non solùm in hoc sæculo, sed & in futuro, ipsâ dicente: *In sex tribulationibus liberabo te, & in septima non tanget te malum*: quasi dicat suos semper ob cultus exhibiti ab eis ab initio gratitudinem Carmelitas liberandos esse ab ea in sex tribulationibus, hoc est, in omnibus, quibus hac vita mortali premantur; & etiam in septima, quæ nouissima erit, cùm ad Purgatorium ipsi descenderint. Vt septima hebdomadæ die, hoc est, Sabbato primo post mortem liberentur, ipsâ fauente Ordini selecto cui promissum est à Virgine, *Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea*: hoc est, victis inimicis suis, semper emittet gloriæ flores, gloriæ diademate Carmelæus meus Ordo coronatus, vt satis opere completum, & visum est, hétque notum legenti illustria Carmelitani facinora Chori.

Hierem. 1. v. 19.

Iob 5. 19.

Ps. 131. 19.

11. Ad hæc tandem, eâdem cultus in Virginem Matrem affectuosâ festinatione, iugique venerationis illius æstu (pro quo hæc, & alia gratitudinis ostenta Virgo signauit in suos) Carmelitę illi primitiui, tempore prædicationis Apostolorū, vt loquitur Ioannes Grossus, anno à Passione Christi quadragesimoseptimo, Tito Romæ, & Vespasiano regnantibus, apud Ierusalem in Aurea porta, vbi Ioachim: & Anna, Beatissimæ Virginis Mariæ parentes ingenui, sibi mutuò obuiarant ad honorem ipsius Virginis Matris in domo ipsa Ioachim, & Annæ, vbi Virgo fuerat concepta Maria, à qua Carmelitis dono domus hæc liberè concessa fuerat, Ecclesiam hi, & Cœnobium sibi ad Virginis honorem fabricarunt, idque fuit primum Orbis in gratiæ lege à Carmelitis erectum, Ioanne Ballistario asserente, illius meminit Enoch Patriarcha. Patet ex adductis, quàm citissimos fuisse Carmelitas in Virgini Matri Mariæ cultu perhibendo, quámque ipsa ipsis præsentissima in illis fouendis, & protegendis hæc operans, vt Mater amantissima: illi illa honoris munera dantes vt deditissimi & deuinctissimi filij amoris sui Virginei Mariæ.

Groff. in Viridario Car. 1. class. f. nobis 57.

Ioan. Ballist. in compend. historiæ. Vide Oliuá tom. 2. disc. 22. §. 7. Enoch. in vita S. Angeli Mar. c. 3.

In Conciliis Oecumenicis agentes Carmelitæ cultum Mariæ Virginis, extulerunt & honorem: eiusdem in fidei hostes gloriosum nomen tutati sunt; primíque præcones effecti Immaculatæ Virginis Matris Dei Conceptionis.

PRÆAMBVL. XXXVI.

1. MEminisse par erat in hoc nostro Carmelitica gloriæ Paradiso aliquantulam hic tradere mentionem eorum Carmelitarum insignium, qui sæculo omni, vel in Conciliis in hæreticos agentes, in defensionem tantæ Matris insudarunt; & eorum, qui libris editis innumeris, supra cælestem eius puritatem, decores gratiæ, & gloriæ diademata multa ostenderunt erudientes populos, vt innatum suum, erga tantam Virginem amorem commonstrarent. Sed cùm Prouinciam hanc sparsim adimplendam, noster iste Carmelæus susceperit Paradisus, ad alia conuolabimus contenti in illo de narrandis, & agnominandis, nunc quorumdam breuem anacephaleosim dedisse placebit.

2. A primo equidem Carmelitarum Heliâ duce, nulli scire volenti latet, doctos fuisse à primis surgentis Religionis liminibus Heliades, pro omni illustri Christi, Ecclesiæ, & eorum Matris Virginis bello, classicum canere in hostes eorum: vt antiquum est eis in eosdem acerrimos insultatores *Io triumphe* conclamare. Sed iam inter multos sparsim referendos huius militiæ viros, & innumeros alios, vnus rei stet hic nunc nobilissimus testis pro libito cum cæteris selectus & datus à nobis, Summus Pontifex Ecclesiæ Dionysius, in Antiocheno Concilio, inito pessundare Paulum illum spurcissimum Samosatenum, qui ausu sacrilego, & linguâ vecordi, in hanc speciosam Carmelitarum Matrem, cui data est Libani gloria, Carmeli decor & pulchritudo Saron, impudentissimè est ausus insultare.

3. Stet item Cyrillus alter Alexandrinus Patriarcha, & pro Cęlestino Pontifice Præses, in Ephesino Concilio constitutus profligare, & euertere Nestorium importunissimum Virginis hostem; in quem strenuus iste Heliæ pedissequa, commilitóque fidelis, medio in Concilio decreuit, Beatam MARIAM Virginem ΘΕΟΤΌΚΟΝ, *Theotócon*, hoc est, Dei Matrem, esse dicendam.

4. Adstet alter Venetiæ protomartyr nobilis, & Sanctissimus Episcopus Gerardus, qui, vt eius sacra vitæ monumenta testantur, apud Hunnorum Regnum omnem Virginis Matris vsque ad sydera sustulit cultum. In ore horum trium stare posset omne verbum de Virginis cultu, à Carmelitis exhibito in Conciliis, si classem, & aciem numeris maiorem, vt illustrem in suis Carmelus non produxisset.

5. Sed rei hîc iam Colophonem adduciamus vno verbo. Carmelus fuit primus, abs dubio, illustriórque Lyceus, in quo publicè, validéque de purissima Matris Virginis Mariæ Conceptione perpetuò est stabilita, edocta, & vulgata doctrina: ab hoc enim, tanquam à lucidissimo fonte omnium doctorum riuuli qui eâ Orbem irrigarunt, ortum habuère, quia hoc in illustrissimo diuinarum omnium cognitionum Emporio, primus asserti assertor, & doctor est cõstitutus Helias, qui purissimam illâ, in sua conceptione Virginem naturali, & rationali, cùm in nubecula illa sibi ostensa Virginis eiusdem insigni typo prænouisset, dignatus fuit suis sacramentum hoc secretius aperire, vt Ioannes loquitur Patriarcha. Ex quo tantæ puritatis in honorem adhuc Elisæus suos Heliades edocuit, in solenni illo sacello, quod in honorem Heliæ Patris suscitauerat in vertice Montis, Cantica & hymnos quotidie peragere: & in eo in latere Montis ab eodem constructo in honorem Vir-

Ioan. sup. datus.

Laur. Apont. Comm. in lib. Sap.

ginis naſcituræ, ad ſacra conuenire frequenter. Inde quoque, vt docet Apontius, Religio Carmelitana in perpetuæ puritatis, & caſtitatis Angelicæ firmaméto ſtabilita eſt ab Helia, id quod ex Ioanne Patriarcha, & Doctoribus ſuprà à nobis adductis educitur item.

6\.

Ab hoc Principe, & Doctore primo firmâ traditione vſque ad Chriſti, & Apoſtolorum tempora fidiſſimi Heliæ pediſſequæ Carmelitæ, Monaſtici ſui inſtituti ſectatores inconcuſſi, hoc tam glorioſum ſymperaſma de immaculata Virginis Conceptione deduxêre, vt Apontius ipſe ex Ioanne Ieroſolymitano, Ioſepho Antiocheno, Sigeberto, Paleonydoro, Ojeda, & aliis, dilucidè probat: imò tenet eoſdem excelſi myſterij iſtius factos fuiſſe, in gratiæ lege, Præcones primos illos Heliades, qui à Ioanne Baptiſta priùs in antiqua illa Monaſtica inſtructi diſciplina poſtmodù ad Chriſti Apoſtolatum deducti ſunt, vt fierent vitæ genere, & dignitate ſublimiores. Horum primus hoc tempore inuentus eſt præco Marianæ puritiei excelſus, Chriſti Domini Apoſtolus Andreas, & imitator Heliæ in vera Monachatus profeſſione tamquam Baptiſtę diſcipulus fidelis, vt dicemus ſuâ ætate, qui inter gratiæ verba, quę in cruce pendens protulit, memor fuit, vt Presbyteri Achaiæ deſcribunt, immaculatam Matris Virginis Mariæ Conceptionem populo prędicare: *Et Chriſtum de immaculata Virgine natum perfectum hominem Dei celebrare.*

Apont. ibidē. Ioan. Hier. Ioſeph. Antiq. lib. 12. de perfect. mili. Sigebert. in Chron. Hieroſ. Paleonyd. li. 1. c. 5. Ojeda c. 1. part. 1. ſ. 3. in flor. iuriſd.

Presbyt. Ach. in vita S. Andreæ.

7\.

Bachon. datus à Patre Ojeda c. 16. lib. cit.

Quid vltra? Ex apertiſſimo Ioannis Bachonij noſtri relatu noteſcit, vt notat Ojeda Ieſuita: antiquiſſimè, longóque temporum interuallo ritu ſolemni celebratam fuiſſe à Carmelitis, in vnum ad hoc coëuntibus Romæ, hanc in Virginis cultum Mariæ puriſſimam Conceptionem, iam ante annos 480. temporibus Alexandri III. qui ſedit iuxta computa Claudij Roberti, anno Chriſti 1159. Etenim ſententiarum *libro 4. artic. 3. diſtinct. 7. quaſt. 4.* hæc nobis verba annis ab hinc 300. & ampliùs legenda remiſit: *Publicâ, & diuturnâ conſuetudine celebratum eſt hoc feſtum, in Curia Romana, etiam cum Venerabili Congregatione Cardinalium, cum ſolemni Miſſa, & Sermone, ſingulis annis, in domo Fratrum Ordinis Beatiſſima Maria de Monte Carmelo; & hoc durauerunt tempore multorum Pontificum Romanorum, vſque ad præſens tempus: & conſtat, quòd tamquam diuturnam & notoriam ſolemnizationem ipſis in Curia præſentibus ſeruatam benè nouerant Domini noſtri Summi Pontifices, & Sedes Apoſtolica, & per conſequens hoc eſt ſancta & Catholica Religio.* Interrogatus reſolutiſſimus iſte Doctor: An Romana Eccleſia hoc ſtatuere deberet? humiliter, & modeſtè, de more, reſpondit: *Gratiſſimum eſſet Deo, & ſacroſancta Eccleſia Romana laudabili conſuetudini conſonum, hoc Feſtum generaliter ſtatuere per totam Eccleſiam celebrandum.*

Nota de Feſto Conceptionis Mariæ ſolemnitate à Carmelitis Romæ peractâ antiquitatem. Claud. in ſua Gallia Chriſtiana in Chronol. SS. Pontif.

Ibidem.

8\.

Ad hæc, ſic ſingulare Carmelitarum fuit ius, in defenſionem, & oſtenſionem immaculatæ Virginis Matris, Matri Virgini cultum gratiſſimum exhibere, vt dixerit Armachanus ab Waldenſi relatus: *Vtrique illuſtrationem hanc in ſuo ortu, hic ſanctus ac peculiaris, & antiquus Ordo ſuus Carmelitarum prætendit in habitu;* (ſine vlla tinctura, conſultò filiis Heliæ ſignato, griſæo ſcilicet, & albo natiuis coloribus conſtante,) *qui hoc Feſtum ipſius ſingulariter ſolemnizat candore habitus ſui, vt exiſtimo prudenter, & deuotè referens ad hoc factum.* Quod ius, antiquámque inolitam conſuetudinem ambabus manibus amplexata eſt noſtra hæc Religioſiſſima, & Virgini Mariæ ſingulariter, vel ab exordio ſuo, addictiſſima Aragonum Prouincia, quæ (vt omittamus huius generis alia) ſolemni decreto, in Comitiis Prouincialibus Valentiæ celebratis, anno 1614. eorum Præſide Reuerendiſſimo Patre, Fratre Anaſtaſio Garcia ſanciuit obfirmandum eſſe vniuerſaliter, præſtito iureiurando, ab omnibus filiis ſuis, nemine dempto, de immaculata Virginis Mariæ Conceptione vbique tuendâ verbo, opere, & ſcripto, donec à Sede Apoſtolica ſecus decernatur. Id quod ego omnium Carmelitarum abiectiſſimus libens præſtiti, non ſolùm verbo in concionibus, & iureiurando, in recipiendo duplicem in duabus Vniuerſitatibus florentioribus Hiſpaniæ Doctoris lauream, ſed & ſcripto præſtans, vt præſtabo Diuino Numine dante.

Armachan. Vvald. de Sacram. tit. 9. c. 89.

9\.

Tandem in veritatis iſtius etiam teſtimonium, de cultu à Carmelitis gratiſſimo, ſemper Matri Dei immaculatæ exhibito, ſatis erit opportunè dixiſſe (rem iam concludere totam) ex ſpeciali amoris illius ſigno, quo ſuos viuens adhuc in terris proſequuta fuerat Carmelitas diſpoſuiſſe, vt inter Chriſti diſcipulos, & Apoſtolos ſacros ipſi adeſſent morituræ, ad quod *Eos*, vt Mantuanus affirmat, *aduocauit, & in medio eorum tradidit ſpiritum, eos deprecans, & adiurans, vt haberent æternam ſui memoriam; ſepulturæ interfuerunt, æternum Vale dixerunt, demum cum ſumma animi amaritudine reuerſi, mox ſacelli fundamenta iecerunt, & Mariæ titulum imponentes, vt illuc quotidie tanquam in Mariæ domo conuenirent.* Æternum illi vbique cultum exhibituri, & obſequium in ſingulari Virginis erga eos amore lucratis, cuius felici tranſitu ablatam ſibi fuiſſe lætitiam, & exultationem de Carmelo, ſiue ſaltem tranſlatam deplorauerunt amarè.

Mantuan. in Apo. pro Carm.

Firmâ diuinâ fide, legis vtriuſque tempore Carmelitas effulſiſſe, tùm in Patris Heliæ verbo, tùm maximè ex quo à Ioanne Baptiſta ſunt edocti, & baptizati, & ab Apoſtolo Petro in Chriſti illa ſuſcepta fide ſolidati.

PRÆAMBVL. XXXVII.

1\.

Viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Heliæ, ac Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti aduentum comparati fuerant, rerum veritate perſpectâ, atque probatâ Euangelicam fidem confeſtim am-

plexati

plexati sunt. Sic gloriosè Carmelitarum prona ad fidem Catholicam suscipiendam corda depingens in Paulo V. capite suo & summo vertice mundi, fatur Ecclesia. Nec mirum sanè quod tam citissimam ad fidem Christi conuersionem, & pro ea suscipienda, tam viuidum Zeli ardorem in Carmelitis adspicias; nam memores erant adhuc, primitiuæ illi Heliades Ecclesiæ in nascente tempore gratiæ, tanquam veri patrizatores Heliæ Principis propositi sui Religiosi, eorum omnium verborum, mandatorum, seu admonitionum, quæ ipse, discessurus à suis, ad Euangelicam veritatem, & Messiæ venturi susceptionem etiam adhortans, alloquutus est; cùm Monastici propositi sui præuisam ab eo propagationem quoque in absentiæ suæ solatium proponeret, ad eos quos ad omne virtutis experimentum prouocabat de more Zelosus Pater: In quibus omnibus, vti assolet eruditissimus Salianus Iesuita, sic Heliam discedentem à suis, & ad eos, mirabiliter effl[u]entem introducit. Vacat verba cuncta referre, quia spiritum certè, & salem diuinum tanti Doctoris eructant, vt gratum illis nos credimus Lectorem agendum.

Eccl. in off. Com. fol. V. M. de Monte Carmel. Lect. 1. de 2. noctur.

Salian. to. 4. ann. ad an. 3138. n. 13. 14. 15. & 16.

2. *Idolorum iubet suos Helias spurcitias fugiare & vnius veri Dei suscipere fidem.*

Præmissis aliis quæ Helias, ex occasione imminentis raptus, suos edocuit, sic pergit Salianus cum eo: *Primum autem illud esse cupio, siue in mandatis, siue in admonitionibus meis, vt omnem idolorum spurcitiam detestati, vnius veri Dei cultum fideliter, constantérque amplectamini; illius legem, ceremonias, atque iudicia, sanctè, integrè, inuiolatéque custodiatis. Ab eo promissum in lege Messiam, cuius nonnullā nos quoque figuram gessimus, singulari fide, ac deuotione, constantiâ, charitate, desiderio præstolemini, & intimis quotidie precibus, more maiorum, à Deo flagitetis. Messiam mundi reparatorem, exterminatorem, atque expiatorem peccati, perfectioris, sanctiorisque vitæ, quam quoque modo inceptamus, auctorem. Messiam, qui persoluto redemptionis humanæ pretio, iustitiam adducet sempiternam, & regnabit in domo Iacob, & in solio Dauid, & regni eius non erit finis. Messiam qui cœlum ipsis quadraginta sæculis obseratum, morte suâ patefaciet, & æternitatis aditum deuicta morte reserabit. Primus quippe illuc cum pompa inuectus, nobilissimóque triumpho, iustorum animas, propalato Abrahæ sinu, in locum beatissimæ immortalitatis transferet, atque transcribet, & reliquos deinceps temporibus amicos suos, statim deposito mortalitatis exuuio, purgatísque delictorum reliquiis, felicitatis præmium sine mora largietur.*

Io. Pat. c. 19.

3.

Habete ergo in eo spem salutis vestræ repositam, próque eius accelerando aduentu Deum indefessis precibus fatigate. Credo enim fore, vt non deficiat in vobis, posterísque vestris obseruationis sanctæ propositum, donec veniat is, qui est expectatio gentium: donec surgat Propheta ille magnus, quem sanctissimus diuinæ legis promulgator Moses sub seuerissima animaduersionis interminatione, ac iudicij Dei, audiendum esse pronunciat. Ille est filius Dauid, filius Abraham, à quo noua fient omnia; à quo studium voluntariæ paupertatis, illibatæ castimoniæ, & obedientiæ sponte susceptæ mirabilia accipiet incrementa, adeo vt feruor vitæ arctioris, qui nunc paucis quibusdam vnius prouinciæ oppidis, desertísque locis continetur, longè se inde, latéque fundat, quacumque orbis terrarum patet. Suscitabit Dominus alios Samuëles, & alios Nachanos, atque Helias, si ita vultis, qui diuersis itineribus diuerso cultu, habitúque, diuersis legibus, & institutis ad culmen perfectioris vitæ connitantur; & in Ecclesia Sancta laudabili varietate circumdatâ ad brauium supernæ vocationis accendantur.

Deut. 18. v. 18.

Prophetat alias suscitandas esse Religiones in Ecclesia Christi.

Plerique inmas, squalentésque solitudines incolent, in quibus oberrabunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erit mundus, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ; ibi in sepulchris quasi mortui vltrò condentur, & aurea cœlorum palatia angustis carceribus mercabuntur. Alij communem in ciuitatibus, & Cœnobijs vitam adamabunt, vt sanctis sociorum exemplis ad omnem virtutem eorum industria acuatur; vt tam proprio quàm proximorum profectui, & commoditatibus seruiant: & mutuâ inter se charitate deuincti illud regij Prophetæ oraculum incredibili animi exultatione decantare possint. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum: *Hi ergo solitudinem in hominum frequentia reperient, & contemplationē cum actione attemperabunt: vt quod ex diuino fonte hauserint in eremo, eructent in populis ad eorum salutem. O quando exorientur aurea illa tempora, quoniam vt spero adhuc in multos propagabitur dies. Felices, quibus Sacrosanctam illam Messiæ faciem dabitur aliquando contemplari, & diuinas auribus vsurpare voces, quas tam multi Reges, & Prophetæ tot votis expetiêre.*

4. *Varias propositi Religiosi Monastici classes proponit futuras in Ecclesia Dei.*

Psalm. 133. v. 1.

Videbo ego illum, sed non modò, intuebor illum, sed non propè. Fulgebit enim lux eius in oculis meis, in monte Sancto eius, & verba eius auribus meis insonabunt, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, reposita est hæc spes in sinu meo. Vos autem filioli, quos postremum alloquor, ea quæ dixi vobis in altum pectus demittite, Religiosam humilitatem diligite, corporis animique feroces, ac turbulentos motus, spiritus feruore compescite, linguam cohibete. Mutuâ inter vos charitate, beneuolentiâque certate, pietate in Deum & obseruantia, apud præpositos, & maiores natu, bono denique ad uersus omnes exemplo. Hæc Helias Pater ad suos apud Salianum. Quæ semper præ oculis & memoria Carmelitæ habere deberent.

5. *In omni suos instruit Helias virtute.*

Inde facile est doceri, nouum non esse Carmelitis, stare dociles fidei Catholicæ, ex præcepto, & monitione Paterna pro qua Euangelicam fidem sic confestim amplexati sunt. Sed eamus ad alia.

6.

De Carmelitis ergo illis (constat ex Ioanne Patriarcha) post Christum habitantibus in Carmelo credidisse nonnullos, non esse eiusdem Religionis cum ea quæ ab Helia in Carmelo instituta est, eo quod primi Iudæi fuissent, & ij, qui post Christum passum Heliadum institutum propagauêre, Christiani fuerint. Vtrosque tamen Carmelitas istos scilicet Christianos, & Iudæos, veros Heliani instituti fuisse professores, verique & fidissimi fidei Catholicæ cultores eximios lege vtrâque, aperto dogmate docet Patriarcha vocatus in hæc verba prorumpens: *Antiqui huius montis Monachi, etsi non nomine, tamen rectâ fide fuerunt veri Christiani, sicut sunt Monachi moderni: quoniam illi firmā fidem in Christum habuerunt, à quo & animarum salutem sperauerunt: pro qua consequenda mundum reliquerunt, & corpora, & animas suas obtulerunt Deo, & de quibus Apostolus ait: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis*

7. Io. Pa. c. 18.

Ioã. Pat. cit.

Hebr. 11. v. 37.

egentes, angustiati, afflicti, &c. *Et hi omnes, ait Paulus Apostolus, testimonio fidei probati fuerunt.* Quod illustrius de fide Carmelitarum vtriusque legis testimonium adducetur? Certè ex Apostoli verbis non illos fuisse perfidos, sed veros firmósque Orthodoxos habetur apertè: & quòd si antiquorum tempore Carmelitarum, eorum, inquam, qui natum de Virgine Matre præcisè re Iesum, optatus illis Saluator apparuisset mortali indutus trabeâ, ipsi quoque festini curassent vt, non modò fide, sed & nomine Christiani fuissent, eiúsque doctrinam rerum veritate perspectâ quoquo tempore seduli essent amplexati, vt in antiquis Patris sui Heliæ monitionibus cautum habebant, sicut de successoribus eorum fatetur Ecclesia. De antiquis enim Heliæ filiis Saluator mundi ad Apostolos agens, dixit: *Multi Propheta, & iusti cupierunt videre qua videtis, & non viderunt*, &c. Ecce Christus Propheras, id est Prophetarum filios, qui suum præcessère natale gloriosû ex nota in eis fide iustos appellat.

Matth. 13. v. 17.

8. Act. 3. v. 24.

In hac stantes, ait Apostolus Petrus: *Omnes Propheta à Samuele & deinceps, qui loquuti sunt annun. &c. annunciauerunt dies Christi*, hoc est successoribus vaticinati sunt gratiæ sacramenta in remissionem peccatorum à Christo instituenda Saluatore; imò dogmata, & miracula æternæ salutis ab ipso accepta docuerunt. Ideo ad instar Principis Heliæ sui *de animarum salute exquisierunt, atque scrutati sunt Propheta*, &c. id est Prophetarum filij, *quibus reuelatum est, quia non sibi ipsis, nobis autem ministrabant ea, qua nunciata sunt nobis.* Verba sunt Apostoli Petri: *Successores igitur*, pergit Ioannes Patriarcha, *illorum SS. Prophetarum, qui in eremo montis Carmeli, & in solitudinibus prope fluenta Iordanis, ac in aliis desertis terra promissionis habitabant, ab ipsis Prophetis incunctanter tenebant, Christum pro humani generis redemptione incarnandum, moriturum, & gloriosè resurrecturum, quem ex totis eorum pracordiis desiderabant, & sperabant venturum.*

1. Petr. 1. v. 10. & 12. Io. Patr. cit. c. 28.

9.

En quanta, & qualis fuerit antiquorum Carmelitarum legis vetustissimæ fides à Christo. Hi ergo de aduentu hoc Christi antea ab Helia Patre instituti, vt suprà retulimus ex Salimo, nouiter à Ioanne de præsentia Christi in mundo commonefacti sunt vt in omnibus verificaretur venisse Ioannem in spiritu, & virtute Heliæ, tanquam instructorem suorum Carmelitarum, quorum Monasticam, siue eremiticam vitam, ab Helia institutam suscipiens (vt insinuauit S. Matthæus & S. Lucas eum in desertis commorantem, & confortatum spiritu depingens) fieret in gratiæ lege Carmelitarum Princeps, & Coryphæus insignis, pro Helia in Paradiso detento. Ex quo Christus Dominus sciens Ioannem expressam Monasticæ vitæ Prophetæ Heliæ imaginem gerere, dixit ad turbas de illo: *Si vultis recipere, ipse est Helias*, quia hic venit in spiritu, & virtute ejus, & in multis similis illi.

Matth. 3. v. 1. seq. Luc. c. 7. v. vario.

Malach. 4. v. 5. Matth. 11. 14.

10. Lucæ 3. v. 1. seq.

Cúmque habitaret prope fluida Iordanis, vbi Prophetarum filij degebant, cùm *anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris*, factum ei fuisset verbum Domini, Baptismum cœpit prædicare pœnitentiæ in remissionem peccatorum: ad cuius vocem Hierosolyma vocata, Iudæa omnis adducta, & omnis circa Iordanem Regio ad Deum transmissa, baptizatæ sunt, confitentes peccata sua: & cum eis, vt erant citissimi ad Christi amplexandam fidem, Heliades Prophetarum filij ex Patris vetusta commonitione, qui Iordanem, cæterásque terræ promissionis eremos incolebant, Ioannis Baptisma, & Christi fidem in eo confestim amplexati sunt: quem cùm iam ex Ioannis eiusdem præconio in mundo intellexissent ex Virgine natum, & toto cordis habitu eum videre & colere cuperent, sese inseparabiliter Ioanni addicendos, docendos & regendos vltronei obtulerunt. Apertè Christum (ex cælorum apertione, & Spiritus sancti corporali specie columbæ sessione, & descensu, vt notat Optatus Mileuitanus, super caput Christi, & voce Patris factâ de cælo, eum filium dilectionis suæ profitentis, dum baptizabatur à Ioanne Iordanis ad vndas) tanquam verum filium Dei cognouerunt, adorauerunt, receperunt, & reueriti sunt. Ne tamen salutis æternæ spem Carmelitæ, vt tunc de mysterio ignari aliquantulò erant, solum in Baptismo defigerent Præcursoris, hæc ad eos Ioannes verba loquutus est: *Ego baptizo vos in qua, ille verò (Christus) baptizabit vos in Spiritu sancto & igne.* Ex hoc instruens eos, quo tempore essent Christi baptismate abluendi, & firmissimâ muniendi fide, scilicet à gloriosa Christi Resurrectione, & in Cælos Ascensione mirabili ante quas *nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*, vt Ioannes docet Euangelista.

Optat. datus à Suario to. 2. in 3. part. D.Th.

Ioan. 1. v. 26.

Io. c. 7. v. 39.

11.

Mox post Ascensionem Christi Iesu in cælos, anno eodem videlicet Natiuitatis eius trigesimo quarto, conuenère multi ex diuersis regionibus, & *natione omni qua sub cælo est*, in Ierusalem Ciuitate nobili Metropoli Iudæorum, vbi diuinus maximè Dei efflorebat cultus. (Mos enim erat ex Domini iussu ibi adesse, quia vt constat ex Paralipomenon libro, erat in ea constructum templum, quod Deus elegerat nomini suo, in quo populus Iudæus ex lege apparere ter debebat in anno, Paschatis, Pentecostes, & Scenopegiæ Festis.) Inter quos, vt loquitur Patriarcha, Religiosi viri Prophetarum filij Eremitæ montis Carmeli, qui iuxta Iordanis fluenta, & in aliis eremis, & suburbanis ciuitatum terræ promissionis habitabant, ne legis iussionem transilirent, singulo anno in Ierusalem venire consueuerant, vt festiuitates illas concelebrarent. Erat ergo ad hoc, pro Prophetarum Religiosis filiis in Hierosolyma Ciuitate domicilium, in quo vnà omnes, velut Cœnobialiter conueniebant. Prædicto itaque anno, & tempore, cùm Hierosolyma, vt dictum est, in ciuitate conuenissent Pentecostes celebrare Festum, Christi obtigit tunc Apostolos habitare, ex dispensatione sine dubio cælesti, prope domicilium prædictorum Heliadum, videlicet in cœnaculo illo grandi, & strato, in quo Saluator mundi in Cœnæ solemni die, Pascha fecit sibi parari, Sacramētum sacratissimum & diuinissimū instituturus, corpus & sanguinē suum sub speciebus panis & vini sumendū, discipulis exhibiturus, & Sacerdotali illos sublimitate constituturus: Et cùm in die Pentecostes *factus* esset, Lucâ dicente, *repente de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis*, qui *repleuit* totam cœnaculi *domum*, in qua *erant Apostoli*, & discipuli Domini *sedentes*: & apparuissent

Act. c. 2. v. 5

Deut. c. 16. 2. Paralip. 7.

Io. Pa. c. 30.

S. Luc. Act. 2. 2.

Aæ diſpertitæ linguæ tamquam ignis, ſediſſétque *ſupra ſingulos eorum Spiritus ſanctus*, quo repleti loqui inciperent *variis linguis*, *prout* vnicuique à ſupero illo Spiritu gratia concedebatur: Obſtupefacti, ait Patriarcha, Religioſi illi ex inſolito fragore, cùm proximi cœnaculo eſſent, rem ſcire celeres ad cœnaculum Apoſtolicum peruolarunt, qui cùm Chriſti Apoſtolos variis Regionum ſuarum linguis loquentes audirent, & magnificantes Deum, *ſtupebant*, *& mirabantur*.

Patr. Ioann. c. 30.

Interea in tanto ſic obſtupefacti ſacramento, ex Iudæis, qui illuc confluxerant, multi vt celebrarent feſtum, ſugillare cœperunt Apoſtolos Chriſti, ebrios eſſe ad minus, in eos iactitantes, pro quibus ſtans Apoſtolorum Princeps Petrus, ſurgens, detrahentibus cœpit obuiam ire, ex Scriptura comprobans, Apoſtolos illos non ebrios, ſed Spiritu ſancto plenos.

12.

Poſt hæc, Eccleſiæ Dei poſt Chriſtum Coryphæus Petrus, in amabiles Heliæ natos, & dociles Dei, oculos iniciens de illis tamquam perfectiſſimis viris mira ſpectatione ad quódquod bonum conceptà) euangelizauit ad eos, Ieſum à mortuis reſurrexiſſe, ipſúmque eſſe Deum, qui Apoſtolis Spiritum ſanctum effudiſſet, eóſque eſt hortatus, vt à praua ſe ſecernerent Iudæorum farinâ, & generatione.

13.

Io. Patr. c. 30.

Actor. 2. 37.

Eod. c. v. 38.

Auditis, pergit Patriarcha, Petri ſermonibus Religioſi compuncti ſunt corde, & dixerunt ad eum, & ad cœtum Apoſtolorum: *Quid faciemus viri fratres?* & Petrus ad eos, inter alia, hæc: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Domini Ieſu in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & recipietis Spiritum ſanctum.*

14.

Multi ergo ex prædictis Religioſis, videntes quòd illi quos Apoſtoli baptizabant in nomine Ieſu Chriſti recipiebant in ſpecie viſibilis ignis, Spiritum ſanctum, recordati ſunt adueniſſe tempus, de quo, vt ex traditione firma tenebant, Helias Pater abiturus ab hominibus, ad ſuos prædixerat venturum Meſſiam, quem vt ſingulari fide, deuotione, & conſtantia reuererentur, & ſuſciperent tamquam mundi reparatorem iuſſerat pro cuius ipſe Helias aduentu, tot ante ſæcula ſuſpirabat: & eorum Dux in Gratiæ lege Baptiſta Ioannes de Chriſto prophetans prædixerat. *Ille*, inquiens, *baptizabit vos in igne, & Spiritu ſancto.* Quamobrem ſuſcepére ſermones Apoſtoli Petri, & baptizati ſunt ipſa die in Chriſto, recipientes in ſigno Spiritus viſibilis Spiritum ſanctum. En quàm aperte verificatur quod *viri illi plurimi, qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Heliæ, & Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti aduentum comparati fuerant, rerum veritate perſpectà, atque probatà Euangelicam fidem*, vt proni ad eam ſuſcipiendam valde, *amplexati ſunt*.

15.

Ex his fit facilis coniectio, quod paratiſſima Carmelitarum corda vel ab initio ſeu per ſteterint ſuſcipere Chriſti fidem, ex Patris hæreditate vetuſta. Et inde fuit, quod ad illam fidei illius firmiter omninò in eorum cordibus inferendæ, alterâ die (vt ait Patriarcha, à quo hucvſque procedit dulcis iſta narratio de fide Carmelitarum) cùm ex prædictis Religioſis nondum ab Apoſtolo baptizatis nonnulli orandi causâ in templo cum populo conueniſſent, enixè à Domino poſtularint, vt viſibili ſigno oſtenderet illis, quod Chriſtus Ieſus baptizaret in igne, & Spiritu ſancto, vt prædixerat eis Ioannes eorum Dux. Exaudiuit Dominus vocem eorum, & ad rectum intellectû vaticinij Ioannis perduxit eos: Etenim eadem contigit hora Petrum, & Ioannem Apoſtolos, ex diuino inſtinctu aſcendere Templum, haberéque obuium hominem quemdam in ſpecioſa porta illius, cúmque claudum ex vtero matris ſuæ: Is cùm rogaret eos pro eleemoſyna, & Petrus intuitus eſſet eum, ab illo meruit audire: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula*. Et apprehensa dexterâ manu leuauit illum, vt exiliens ambularet, & intraret cum is in templum laudans, & magnificans Deum.

Patr. Io. c. 31.

Actor. 3. 2.

Act. 3. 6

16.

Videntes ergo Religioſi, & populus omnis eum ambulantem in templo, laudantémque Deum; cognouêre eum eſſe ipſum, qui ad ſpecioſam templi portam ſederat eleemoſynam petens: repletique ſtupore & ecſtaſi in eo, videntes Petrum, & Ioannem in porticu Salomonici templi, ocyùs conuolarunt ad eos. Iſtis igitur cùm prædicaſſet Petrus Ieſum, cuius ſolo nomine, & fide, claudus, membris integer exiliebat, & ambulabat expeditus: eóſque eſſet hortatus, vt pœniterent, & conuerterentur ad Chriſtum, & fidem eius, quò eorum peccata delerentur, per Prophetarum probans ſcripturas, fore ab eis eam fidem Chriſti ſuſcipiendam, & omnes renuentes Prophetarum oracula ſacra exterminandos, facilè eorum corda in verbo Chriſti Petrum ipſum demulſiſſe cognitum eſt.

17.

Verùm vt ſapientiſſimus Apoſtolus Petrus, Religioſos (de quibus in recto omni maximam ipſe conceperat expectationem) vehementiùs ad Chriſtũ aduocaret, eos nomine ipſo quod duxerãt à Prophetis verbo deſignans ſuo, ſic fatur ad illoſdé: *Vos eſtis filii Prophetarum*, &c *Vobis primum Deus ſuſcitans filium ſuum miſit eum benedicentem vobis vt conuertat ſe vnuſquiſque.* Quo Petri audito ſermone, & claudi miraculo viſo, intellexêre, quod ſicut Chriſtus ſuo nomine per Petrum inuocatō, integram claudo dederat ſanitatem; ita illos baptizabat *in igne*, *& Spiritu ſancto*, ſuper quos Apoſtoli effuderunt aquam, nomen eius inuocando, & tribuendo eis Spiritum Sanctum in ſpecie ignis miſſi de cælo: quamobrem credidére perfectè in Ieſum: & perſeuerantes in Apoſtolorum doctrina, quâ, diuinâ, & profundiſſimâ ſapientiâ, tanquam copioſis dapibus imbuebantur, eorum multi, eam quæ ab Apoſtolis hauſerant in cæteros ex tunc effudêre fidem Chriſti per Phœniciam, & Palæſtinam prædicantes: dilatantes dogmata illius & moribus, & Monaſticæ vitæ ſuæ conuerſatione Eccleſiam Dei inſigniſſimam demonſtrantes. Hæc fuit prima fidei initio diuina in cordibus ab initio infixa Carmelitarum: ad cuius iam ſublimia opera ab eis pro illa augenda patrata deueniamus delineanda.

Act. 3. v. 25. & 26.

* * *

Vt

Vt ſuſceptam ab initio Chriſti fidem clariſſimis operibus Carmelitæ complerent, facti ſunt in eiuſdem promulgatione Coadjutores Apoſtolorum : Perduellium Eccleſiæ hoſtium acerrimi Antagoniſtæ : fideíque eiuſdem pugiles egregij.

PRÆAMBVL. XXXVIII.

1.

SIxtus IV. Carmelitarum gloria (de hereditaria, & infracta ab Helia ſucceſſione Religionis Carmeliticæ agere pergens,) pro fidei Chriſti defenſione ſuſcepta, operibus clarè patratis comparatam ad ſydera tollens, hæc verba illuſtria ſæculorum poſteritati remiſit : *Inter cæteros Regularium Ordinum Profeſſores, in firmamento Catholicæ fidei militantes, tanquam Religionis ſpeculum, & exemplar, ſpeciali charitate fulgentes, Sanctorúmque Prophetarum Heliæ, & Eliſæi, & Enoch, necnon & aliorum Sanctorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem habitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes*, &c.

Sixt. in Bull. Vt laudes. Dat. Romæ, 18. Sep. 1577 Adducitur à [illegible] Io. 1. & Laertio & Flauio Kerubino in ſuis Bullariis.

2.

Ioſephus Antiochenus : *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum Coadiutores, ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarij contemplationi deditι, Sanctorum Prophetarum Heliæ, & Eliſæi ſequaces, qui de Monte Carmeli deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Iudæam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.*

Ioſeph. lib. de perfect. mil. c. 12.

3

Sigebertus Gemblacenſis eadem nos gloria his verbis exaltat : *Cùm Carmelitæ in ſancta pœnitentia perſeueraſſent, à tempore Heliæ, & Eliſæi Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierunt, qui Religioſi fidem Catholicam confitentes, in Chriſto baptizati ſunt : deinde perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Euangelicæ muniti fideles, & Religionis Chriſtianæ legitimi confeſſores effecti ſunt.* His ſimilia de Carmelitis alij plures effantur, tum ex domeſticis, tum ex exteris auctoribus : Etenim Paleonydorus noſter, vt alios omittamus, ſic : *Tempore prædicationis Apoſtolorum ſunt Carmelitæ conuerſi ad Euangelicam perfectionem, atque humiles fidem Chriſti in primordiis naſcentis Eccleſiæ conſtantiſſimè defenderunt, & prædicauerunt*

Sigebert. in Cron.

Paleonyd. lib. 1. c. 2.

4.

Et Aſcenſius Badius : *Notum*, inquit, *eſt eos* (Carmelitas) *Apoſtolis ſociatos fidem Catholicam inter primos prædicaſſe.* Ad hæc, cùm Euſebius quoque dixerit : apud Antiochiam congregatam eſſe Eccleſiam florentiſſimam *in qua erant cum Apoſtolis viri quam plurimi Ordinis Prophetici, inter quos Agabus*, &c. Opus certè erat eis, (vt Religionis Heliæ initia cum fine futuro copularentur in opere fidei defendendæ, & prædicandæ) illorum ex florentiſſima Eccleſia, queis copulati fuerant Carmelitæ in Euangelio Chriſti defendendo, & prædicando veſtigia ſacra ſe[illegible] quippe qui notant Principem Heliam ſuum, in eiuſdem fidei defenſionem, vt adnotat Chryſoſtomus S. tranſlatum quieſcere in Paradiſo terreſtri cum Enocho, víque ad Chriſti Saluatoris aduentum, vt vterque (iam ab ipſo, vt poſtea probabimus, poſtquam à mortuis ſurrexerat perſonaliter inſtructi) prædicatione, & morte ſua pro fidei veritate fortiter impenſa, Chriſti teterrimum Oſorem Antichriſtum comprimant, & ad tartara amandent; Euangelicæ veritatis, maximè Helias prædicator effectus in nouiſſimis Eccleſiæ Chriſti diebus. Ad hoc enim, iam ab initio Magnus Monachorum veteris legis Coryphæus, ante Euangelium conſtitutus eſt Euangeliſta glorioſus, vt indubius ſit vtrâque lege Chriſti, & legis eius cælicæ, fidelis amicus. Ad id enim ſuos (quos meritò *primos, & nouiſſimos Eccleſiæ Religioſos* S. Hildegardis Benedictina vocauit) hàc cælicâ edocuit fidei firmitudine infractos pro Chriſto ſemper ſtare, pugnare ſemper ſtrenuos, vt meditatus eſt Salianus eleganter, quem recitauimus ſuprà Præamb. 37. Namque is, (Helias videlicet, Chriſto dicente, *reſtituet omnia*, quia, vt Cornelius à Lapide ait ad illud *Helias venturus eſt, & reſtituet omnia*,) ingens tunc futura eſt conuerſio, vno fœdere facto, cùm in Chriſti fidé, & Eccleſiam coituri ſint Iudæi & gentes, multo antea tempore diſcordes : collapsique Cleri, & populi mores reformandi, Apoſtolico videlicet Heliæ Magni Patris, & Prophetæ zelo, ſuorúmque Heliadum opere multo; necnon omnia ad auitum nitorem, & primigenium ſplendorem, quos habuit Apoſtolorum Chriſti tempore Eccleſia, ab iis ſeparanda : adeò vt Chriſtiana Religio, & ſanctitas à Carmelitis, fidei vbique tunc maximè ſtrenuis operatoribus, vbique mirificè ſplendeat. Et certè nihil hoc mirum cum ipſi ſint qui *facti forma omnibus credentibus*, & quibus *diffamatus eſt ſermo Domini non ſolum in Macedonia & Achaia, ſed & in omni loco fides eorum quæ eſt ad Deum profecta eſt* : ita vt vix fuerit poſt Carmelitarum adiutorium Apoſtoli in opere Euangelij præſtitum ipſis *neceſſe quidquam loqui*. Vt Paulus ad Theſſalonicenſes ſuos dicebat.

Aſcenſ. Com. ad Mantua. Euſeb. lib. 2. c. 3. hiſt. Eccleſ.

S. Chryſoſt. hom. de Aſcenſ. Heliæ. Præamb. hac ad finem pene ſubſequenti eius.

S. Hildegar. li. de nouiſſ. perſecut. fidei.

Salian. præced. præamb. datus.

Matth. 17.

Corn. in c. 4. Malac.

1. Theſſalon. 1. 7.

5.

Quod autem cum Patre filij, cum Duce milites, cum Præceptore diſcipuli Carmelides, eadem ſint munia obituri, acturi prælia, & docturi dogmata Euangelica Dei, apertè Carthagena docuit his verbis : *Rationi conſonum eſt, vt huius Religionis alumni, tanquam legitimi Heliæ filij, in aduentum eius conſeruentur, vt pariter cum illo ſub tanti Ducis vexillo, contra Antichriſtum acriter dimicent, fideles doceant, debiles confirment, ac tandem Chriſti gloriam, & honorem tueantur.*

Carthagen. lib. 17. ho. 2. de laud. Car.

6.

Ad hoc duos illos teſtes ſe daturum promiſit Deus O.M. in Apocalypſi : in quibus Monachos, & Sacerdotes ex Primaſio, & Ioachimo Abbate Cornelius à Lapide intelligit : eóſque crediderimus in ſpiritu à Thereſia Sancta viſos eſſe in Antichriſtum inſurgere pro fide dimicantes. Etenim temporibus illis, vt in elapſis, plures de more dabit conſpicuus Heliæ Ordo Doctores, Martyres, & Euangelij Chriſti præcones; ita vt verè de eo dicatur *in fidei defenſionem eſſe Ordinem Heliæ myſtici corporis Eccleſiæ cor, primum viuens, & vltimum moriens.* Hæc meditabatur de eo Reuerendiſſimus Ciſtercienſium quidam, & eruditiſſimus Generalis, cùm dixit : *Vna y mil*

Apoc. c. 11. v. 3.

Yepes Ep. Tur. Ser. de S. Ermingildo.

veces

Angelus Manrique. In ep. dedicat. ad Carmelitas discalc. ante vitam V. Annę à Iesu Monial. discalc. Alcazar. in c. 2. Apocal.

veces venturosa religion mi entras perseuerare en lo que començo y hasta agora no se puede negar que perseuera. Ad id respexit Ludius ab Alcazar (ad illud in quo, capite 2. agit Euangelista de Anti-Christo, & qui eum sectaturi sunt Regibus decem, maximè Gogo & Magogo) cum de victore Antichristi, & sodalium eius tractat affirmans, futurum fore Heliam, & filios eius; his verbis: *Descendit ignis de cælo, & deuorauit eos*, ait Euangelista: nunc illustrissimus Interpres sic: *Ignis de cælo est ardor cælestis, & diuinus, quo Helias tum in vita, tum potius post mortem tam suam, quàm Anti-Christi, per suos præcones, æquè ac per preces ascendens, omnes gentes conuertendo eas ad Christum, sicut fecerunt Apostoli recepto igne Spiritus sancti in Pentecoste.* Ecce quàm primi futile, & quàm vltimi futuri conspiciuntur Heliades, quámque faces in profligandis Ecclesiæ inimicis, cùm pro fide præliantur.

7. Si respexerimus Heliam (ignem dum præcipit deuoluere è cælo: vel cùm suis, veri Dei sacrificia, partémque designat; vel dum quingenarios & quinquaginta eorum absumit, vel cum Achabitas fidei veræ confodit hostes: vel dum Anti-Christum tadij in igne consumit, eiusque sectatores euertit, & deturbat: vel cum hos vngit ad pœnitentiam; vel illos etiam Reges ducit manibus post terga reuinctis) videmur nobis contéplari Patrem Religionis primigeniæ Carmelitarum, qui eam procreare, docere, & producere studet filiam, eiusque filiorum generationem robustorum, qui in fidei magnæ tutelam, *ad alligandos Reges in compedibus, & nobiles eorum*, qui Christo aduersãtur *in manicis ferreis* parati séper existant, vt Dei teterrimi hostes debellati à filiis tã validi Patris vinctis manibus Ecclesię iugo superba deuicta colla remittant: & adhuc conuersionem Israel quæ (vt loquitur Cornelius,) inchoata est ab Apostolis, in fine mundi tum per se, tum per Heliam suum, (quem noui Testamenti consummatorem Tertullianus vocauit) Apostolorum coadiutores omni tempore effecti gloriosè perficiant.

Tertullian.

Quid in Concilijs, contra Hæreticos pro fide quã semper stetêre operati sint, & editis libris, Carmelitæ.

SVBSESSVS VNVS PRÆAMBVLATIONIS.

1. IAm quantùm in Conciliis Generalibus agentes in fidei tutelam egerint, quamque strenuè dimicauerint assignemus. Vix vnum inuenies, si acta eorum vetera conuolueris, in quo non audias Carmelitas *Io* extulisse trophæi, in Ecclesiæ & fidei acerrimos hostes. & videas illos habentes palmas in manibus suis. Turonensis Concilij in primis Catholica fidelium Christi facinora vide: perge deinde ad videnda quæ in Tarraconensi, Viennensi, Albiensi, Basiliensi, Constantiensi, Pisano, Senensi, Lateranensi II. Tridentino demum, & aliis. Ea omnia Conciliis œcumenicis peracta & disceptata sunt, & Carmelitarum facinoribus certè coronata reperies.

2. Nunc iam specialim ad Hereticos profligatos à filiis Heliæ deueniamus. In primis (ne huc referamus egregium in Carmelo gloriosè initum certamen illud, ab Helia, & suis cum Baalitis, ab Achabo Rege ad Idola veneranda compulsis: & octingentorum quinquaginta Pseudo-Prophetarum, siue Pseudosacerdotum peractum iugulum, ab ipso Helia Patre cum suis veri Dei Cultoribus Carmelitis, de gente propositi Monastici sui (de quibus omnibus latè agit Scriptura diuina, præter ea quæ nos iam fusè dedimus Præambulatione 4. videnda cum libris maximè 3. Reg. c. 18. & aliis,) qui iam constituti in Patre tunc à superis in hæreticam prauitatem Baalitidis populi, veri optimi cultus, optimo Deo debiti, detestatoris teterrimini, & infandi, singulares censores. & disquisitores pro fide infracti norũt, & intrepidi esse apud Reges terræ. Et vt missa faciamus innumera zeli pro Deo suo impensi gloriæ portenta, à Prophetarum filiis innumeris, qui præcessère Christum, vt effuso sanguine mortis sacræ compendio beatam & æternam emerent vitam, & alia generis huius.)

In primis ergo cùm Vvaldenses hæretici cuncta Occidentis sacra dogmata deuastare, & exscindere contenderent SS. Angelus, Albertus, Simeon tria lumina Orbis, & tria stellantis clara sydera poli suos Carmelitas in defensionem Ecclesiæ litarunt, qui Euangelicæ doctrinæ tonantes, & inconcussæ tubæ constituti fidem Christi sublimissimam effecère: Ierosolymis Angelus, Palæstinæ, & Siciliæ, imò, per suos saltem Euangelicos operarios commilitones, & Hispaniæ, quod crediderimus, Euangelica grana, cæli semina miserunt: (vt credimus istos eorum sacros collegas primordia felicissima Nostræ Beatæ Prouinciæ Aragonum dedisse, in Oscensi Cœnobio Aragonum Regni & in Sangotensi Nauarræ: & certè Thomas Sarracenus apertè de Simone S. demonstrat his verbis: *Beatus Simon Stokus quosdam scientià præclaros Sacerdotes anno Domini Iesu 1241. ad Concilium Tarraconense, in Hispaniam contra Vualdenses, in opus fidei veræ remisit.* Albertus, quis adnumeret, quot Iudæos conuerterit quotve infideles per eum ad Christi caulam aduocati sint, cùm in eos tum miraculorum, tum doctrinæ Marte aperto strenuissimè decertabat? Vt Angelus Politianus adducit.

Enoc. in vita S. Angeli.

Thom. Sarracen. in Menolog.

Ang. Politia. in vita S. Alb.

3. Prope tempora hæc ipsa, Pitsæo teste quantumvis Carmelitarum illustrium ferax Anglia florebat, vix parem Bacchonio doctrinà, & argumentis Sectarios confutanti, & expugnanti hæreticos, orbis reperit vllum. Hæc, paucis abhinc annis Prouincia eadem, plures dedit Carmelitas nobiles, & grauissimos scriptores in Wiclephum, quorum locis suis hoc nostro Paradiso non paucos relatis accipies: inter eos constat in auream scholasticarum decertationum arenam primum Ioannem Cheninghamum descendisse, & solemni eos sępè confodisse disputatione. Deficient verba narranti sacra, inaudita, & illustria Thomæ Waldensis de hæreticis trophæa, profligationes in eos, & illustres palmas in Dei reportatas Ecclesia de eius hostibus Ecclesiæ cunctis profligatis ab illo: Etenim, illustrissimo

Ioan. Pit. de vir. illust. Angl. in Io. Bachon.

hoc

hoc Christi Athleta solo vel vno, in Catholici certaminis theatro contra schismaticos, & hæreticos descendente fere omnes posteriores, qui nixi sunt in casum nauem subuertere Petri in vno Wicclepho profligato deuicti sunt in linguæ, & calami Angelici præsidio sublimis sui: Nam vt Abraham Bzouius affirmat: *Super omnes fidei pugiles suo tempore Thomas iste ab humero, & sursum eminens, solum erroribus Uvicclephi profligandis, & confundendis, suo sæculo visus est natus, & datus à Deo.*

Brou. in annal. ad ann. 1415.

4. Germaniæ Carmelitæ Doctores in Niuellenses surgentes hæreticos, Spiritus sancti gladio eos perfossos ad debellationem remissos ire compulerunt, splendens, velut inter ignes Luna minores, strenuissimus hæreticæ prauitatis constitutus Apostolicus Inquisitor, & Generalis Iudex Hubertus ille Carmelita Leonardus, Dariensis Episcopus. Post hos Euerhardus Billicus, quid non cōtra hæreticos demolitus est? quæ arma in Lutheranos scholastica, & Euangelica non mouit? quam pugnam omisit? vsquequo omnes sub scabello valoris, & zeli, & eruditionis suæ sepultos, nisi resiluissent postea, calcitrauit vt Salmeronius Iesuita testatur.

Alph. Salm. tom. 13.

5. Quis varia opera contra Nouatores à Carmelitis in lucem orbis emissa narrabit? quis impugnationes cominùs eminùsque habitas recensere poterit? Vnus solus Anastasius Cocheletus teterrimum illum Polyandrum Calumnistam subuertere valuit, vt Grauinia Dominicanus affirmat. Angliæ Beatos innumeros Heliades ab iniquo Henrico VIII. Rege, in fidei defensionem gladio cæsos, sed victores ad astra volasse, Santiagus noster scribit. Inter illos strenuum se exhibuisse, gloriosoque nomine dignum, profligatorem lingua, & calamo Wiclefistis hæretici incarcerati tempore Philippi Austriaci cognomento *Prudentis*, III. Hispaniarum huius nominis Regis, & Mariæ Angliæ Reginæ, eius vxoris, Ioannem Baretum Pitseus affirmat. Scecentes Carmelitas etiam, habitu simulato, fortiter in Germanicos hæreticos decertasse Bzcarrerus memorat Carmelita. Creutzenacensis, Francfordensis, Dantiscensis, Helprunensis, & Bruxellensis Cœnobij filios, Heliadesque viriles, plura ab hæreticis passos, & necem, & exilia dira, Boecisius, & Lucius subscribunt. Cum his Pragensis Heliani Lycei Heliades omnes, martyrio à Lutheranis occisos, sed gloria coronatos quis nō nouit, quis addubitauit? Et eosdem sequutos illustri suo Martyriali triumpho, qui apud Gallos, vt Grauinia Dominicanus enarrat, Hugonotorum manibus in Lugdunensi Conuentu strhetter occubuère pro fide, & Ecclesia Christi, salutis anno 1566 ceruices sacras diræ exhibentes præcisioni, vt reuulsis capitibus hostia in vna oblatio bona fidei, & Religionis splenderet, Cœnobij dum templum sanctum sacrumque Deo mortis, & sanguinis compendio sui, à profanis vsibus vindicarum, sublimatamque Christi amplius fidem conclamitarunt vnâ voce se pro fide vera se occumbere profitentes.

Grauinia de perfect. Relig.

Santiagus in Catalogo.

Pitf. cit. in Bareto.

Bzcar. in Codice M.S.

Boecisius in vita Henrici G. Lucius in BB. Car.

Quid si historicè agentes innumerabiles Monachorum acies, qui in desertis Ægypti, & Palæstinæ & regionum aliarum Orientis apud populum omnem, à Christo nato, vsque ad transmigrationem Religionis Heliadæ in Europæos fines pro fide à diuersis Ecclesiæ hostibus, diuerso tempore, vt in æternum in cælis exurgerent, & starent occubuère? Iam verò sufficiat hoc vnum assignasse, tantâ Arianos (vt hos solos memoremus Monachorum hostes, omissis Iconomaстis, & aliis) malignitate in Monachos, vt notat Bellarminus, bacchatos esse vt ipsas etiam desertissimas solitudines, locáque maximè abdita, & recondita penetrarent, vt Monachos quærerent, raperent, atque ociderent. De Lucio Episcopo Ariano Ruffinus scribit: *Inde* inquiens, *ad Monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Ter mille simul, aut eo amplius, viros per totam solitudinem secretâ, & solitariâ habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum, ac peditum manum: Tribunos, Præpositos, & bellorum Duces, tanquam aduersus Barbaros pugnaturus elegit: qui cum venissent nouam belli speciem vident, hostes suos gladiis obiectare ceruices, & nil aliud dicere, nisi; Amice ad quid venisti?* De Valente Imperatore pariter Ariano B. Hieronymus scribit, vsque adeò illum Monachos odisse, vt lege lata eos omnes, aut arma sumere, militésque fieri, aut fustibus cædi, mactarique decreuerit. Si ergo duorum tantùm malignitas in Monachos exercitcens, tam duram stragem operata est, in omnes istas sacras caulæ Christi, quis numerum eorum, qui à diuersa infinitorum penè Ecclesiæ hostium malignante sæuitia trucidati sunt in varias orbis partes, de Carmelitis loquimur, numero præcinget? Sola eos diuina scientia Dei numerabit, & numerare poterit: sat sint hæc, quæ, velut si vnguem Phidiæ, & lineam Protiogeni dare vellemus, cursim signata relinquimus: nam ex eis satis quantum Carmelitæ pro fide Christi in hostes steterint Ecclesiæ, poterit cognosci. Historici Ordinis consulantur.

Bellar. lib. 2. de Monach.

Ruffin. li. 11. hist. c. 3.

S. Hieron. in Chronic.

6. Quid plura? ad eiusdem fidei cognitionem apertiorem, libros innumeros sufecisse, & vulgasse præter multos qui cùm nondum viderint præclos sacris latent in Bibliothecis Carmelitarum insignibus:) vt cælesti acceptâ sapientiâ Ecclesiam diuino lumine irrorarent, fidem & Euangelicam Christi doctrinam, & Dei sapientiam omnem altè facerent splendidiùs. docerent ignaros, mentium, & insipientium tenebras omnes effugarent, & luce clariora fidei eiusdem, & Catholicæ doctrinæ sacra dogmata populis commonstrarent, quis non vel ab antiquioribus sæculis vidit Certe de Carmelitis antiquissimis, vetustus ille Carmelita singularis Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus agens, eósque assiduos in peruigilis sactatoris sapientiæ demorantes depingens, in hæc verba se dedit: *Igitur Religiosi præfati* (Carmelitas subaudit) *omne spatium diei in studiorum exercitiis, & eruditione sacri Euangelij ducebant. Habebant quoque tractatus sacrorum voluminum in allegoricam intelligentiam deducentes.* Ad hoc in Regula strictissima eis semper est facta præceptio, de manendo *in Cellis die, ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes.* Vbi Doctores ad illud *in lege Domini meditantes*, intelligunt, assiduam diei versationem in sacra vtriusque Testamenti doctrina Ex quo labore iugi feracem Carmelitæ omnem libris ætatem in obsequium Catholicæ Ecclesiæ reddidère, singulas diuini lineas textus libros

Io. Pat. c. 51.

Reg. Carm. cap. 7.

magnos,

magnos,& integros parturire facientes:& quélibet sapientiæ Dei,in vtroque exaratæ Testamento,librum commentationum aggere multo exurgere operantes,laborantes'que tandem eruditione vtráque,& omni sapientia,vt alij in succedentibus sæculis negotio facili in labores eorum introirent,à Carmelitis eruditi,vt erudirent gentes nouâ quotidie & variâ eruditione suâ publicatâ & euulgata doctrinâ.

Sed quid mirum si verum est quod Laurentius Apontius obseruat,Ioanné eundem Patriarcham annotasse c.31. Carmelitas *post sacrum susceptum Baptismæ sensum eos intellexisse scripturarum*, & quod sub litteræ cortice sacrum latebat mysterium.*Hi*,ait ipse Apontius *ad totandum nō proprio Marte alleg... ... intellexisse sensus,sed ab Apostolis edoctos.* Ex quo facilè est consequentia: Carmelitas,post Apostolos fuisse Christianæ doctrinæ præceptores & expositores primos, & indubitatos, à quibus tamquam à quodam lucidissimo fonte, vel Ecclesiæ Doctores lumina & viam expiscandi scripturas,fauentibus superis,acceperunt. Sed quid nouum,si assuetos illos legens edoceri in sapiētia meliori,ab ipso Sapientiæ patris æterni sacrario & lumine Christo,cum in Paradiso terrestri omnium Carmelitarum Principem Heliam, & Enocum visitans instruxit Etenim,vt Iacobus asserit Tirinus, non dubiū est, *Heliam & Enocum,vt statos fuisse, recreatos, & instructos præsentiâ Christi, in his omnibus,quæ olim aduersus Antichristum v... possent bellis illis futuris,in tempore nouissimo,dum per quadraginta dies,non tantùm doctrina, quantùm fides scholam instituere firmaret.* Et affirmat mentem hanc fuisse Iustini Martyris,Irenæi Nicephori, Xantopulensis,S.Bonauenturæ,& Angelici Doctoris.

Ad hæc Diegus Baëza Iesuita,de similiis Regularium, quæ illustrissimis Ecclesiam Dei temporibus illustrarunt,loquens, sic ait de Carmelitana: *Non impar his omnibus Carmelitarum familia,quæ vt Carmelus filios Prophetarum habuit, sic hæc doctissimorum scriptorum est nobilitata libris.* Pende illa *doctissimorum scriptorum*.

Nicolaus Harpsfeldius Archidiaconus Cantuariensis, sic rem sequitur istam, vt cùm aliorum Ordinum egregios plurimósque scriptores accensuisset, sic sæculo 15. præposuerit: *Sed hos omnes,& cæteros hoc sæculo,non modò singulos, sed vniuersos exæquant, sed longe (...) in hac scriptionis palæstra,& laude librorum, Carmelitæ, vt & alijs ferè sæculis superant.* Tantus demum est fuitque Ordo Carmeli in hoc scientiarum, & sapientiæ omnis genere adipiscendo, vt liceat nobis ad æquum de illo Lactantij vsurpare verba dicentis: *Non potest Religio à sapientia separari, sed nec sapientia à Religione secerni.* Hæc Lactantius, & penè in his Carmelitarum Ordinem nominarlet.

Sed nunc Arcæ illi, meditari libeat Religionem Carmelitarum similem, quam Hebræ Rector populi Moses,imperio Dei actus, fabricandi curauit, vt in ea à Deo fœdus cum hominibus, hoc certissimo pignore ratum, atque firmum in sempiternum conseruaret tempus. Et sicut illam in lege, virgâ, & cibo inclusis,totidem sapientiæ symbolis notissimis, ex mente Doctorum plenissimum Religionis adytum locupletissimum sanctitatis thesaurum, arcanorum cælestium monumentum amplissimum, augustissimum sacrarium diuinitatis,& sapientiæ non fictum, sed veris expressum coloribus exemplar commonstrauit hominum omnium oculis,& mentibus: sic ex generosa scientiarum omnium suppellectile dicam, reddidit Carmelitam Heliadum ab initio Religionem. Vt omnibus esset in se, quòd arca constituebatur omnibus à Deo esse, scilicet Adytum,thesaurus monumentum, sacrarium, & exemplar quibus à Carmelitarum laude, & studio orbis vniuersus viam in omni bono Ecclesiæ ad astra videret, & teneret ad Deum.

10. At vela contrahemus, si meminerimus tandem inclytæ Viraginis Teresiæ natos,hoc sæculo nostro, qui doctas habentes iam manus, ad præbia fidei & sapientiæ per suos Heliades, de Obseruantia veros egregiam zelo, & sapientiā suā in opere fidei (...) apud Indicas nationes operantur,tum prædicatione ... ,& verbi, tum mortis sacræ compendio,& sanguine fuso, maxime in Congi Regno ad Christum populos adducentes Etenim veri facti hucvsque à recenti natali suo semper Heliades, Apostolorum sectatores, fidissimique in fidei zelo pedissequæ, Angeli redditi sunt celeres in ministerium fidei, & Euangelica do... missi, milites isti tyrones & nouelli in Ecclesia Sanctorum sed ex iugi studio armorum spiritualium iam spiritu militiâ expeditissimi: qui non contenti intra domesticos lares solis libris incumbere, sed ad ... tes vacare saluti populorum,pro infidelium conuersione strenuè, & studiosissimè insudarunt verbo, mente, & opere assiduo. Sed de his satis.

Quibus solummodò libris, (vt ad Ordinis historias (...) studiosus lector peruolet prius,) extat, pro fide ab initio susceptâ, dimicantes Carmelitas orbis vniuersi, clarissimis illam operibus semper auxisse: factos gregis Christi Apostolici coadiutores: inconcussos inimicorum Ecclesiæ aduersarios, & fidei egregios pugiles: in Concilijs Catholicos omnibus in hæreticos, & hæreses omnes profligatores inuictos,& dimicatores dexterrimos,tum verbo,tum libris editis innumeris in lucem, & salutem Orthodoxæ gentis: atque tandem, veras Dei artificiosas apes, quæ construxêre fauos diuini nectaris plenos,vt manantes misericordiam, veritatem, & doctrinam per eos discurrens delicietur Orbis, foueatur anima,ditetur Ecclesia Dei, repleatur Cælum, & astra glorificent Deum.

Oratione iugi, quæ firmamentum virtutum,& donorum,& virium est Carmelitas sublimem gloriæ apicem omnis fixisse monstratur.

PRÆAMBVL. XXXIX.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Verba sunt

Apon.Com. in lib. Sapient.

Apont. c. 8. n. 4. digressione 2.

Iacob.Tirin. Com.in acta Apost.cap.1. v.3.

S.Iustin.qq. ad Orthodoxos, 75. 76.& 85.

7.

S.Iren. lib.5. c.5. Niceph. lib.1. histor. cap.31. S.Bonau. in medit. c.91. & 98.

8

S.Thom. in 3. dist.22. q.3.art.2. in fine. Baëza to. 3. lib.14. c.16. Com. mor. Harpsf. de reb.Anglicis sect. 15. cap.18. Vide Trith. in præf.lib. de scriptor. Carm.

9.

Vide Mendoçam, lib. de ... Sap. ... ann. 103. & seq.

Psalm. 128. v.1.& 2.

sunt Dauidis, quibus consolabatur se populus Dei positus in tribulatione, sed talibus angustiis assuetus, liberante Deo ab eis, sæpe se liberatum esse testatur. Conueniunt in specie Iudæorum populo, dum in reædificatione ciuitatis, & templi à vicinis gentibus oppugnaretur. Conueniunt eadem etiam Ecclesiæ Dei, quæ vix vnquam à Paganorum, hæreticorum, & Pseudo-Christianorum oppugnationibus respirare valuit: itavt, vix nata passa iam sit in Abele persequutionem Caini, ac deinde simillimas alias; sed merito inter eas gloriantur, & consolantur in se vtrique, populus scilicet Dei Hebræus, & Ecclesia Christi, quia etsi repetitis inimicorum prælis sæpe fuerint inuasi, nihil tamen in eos potuerunt, nec nocere in vllo eis adepti sunt inimici teterrimi.

11. Certè ex rationibus eisdem, post eiulatus, solatium idem Carmelitarum Religio, tamquam fidissima Ecclesiæ pars, & nobilissima portio, sibi semper capere potuit: Etenim quæ in multis Ecclesiæ Dei simillima extat, non fuit absimilis in perferendis à iuuentute, imò & ab ortu persequutionibus iteratis, sed semper repetito de omnibus adstante Deo, & Virgine Matre triumpho, cùm nullus vnquam in illam præualuisse fuerit potens; itavt cum Ecclesia Christi, & populo Dei dicere, & canere possit: *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel*, (hoc est, vt testis est Deus.) *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.*

12. Quod si huius indiuisi ab Ecclesia trophæi vnicam, & primam rationẽ inuestigemus: ea, nisi nos sensus noster fefellerit, sine dubio erit inter potissimos vna. Rogatus illos, Christi capitis sponsæ, nunquam defuisse iuges, & Sanctorum semper assiduis orationibus esse fulcitam; nam Christus Patris veritas, & fidelissimus sponsæ dilector ore sacro suo hæc verba remisit: *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et de sanctorum Ecclesiæ orationibus assiduis, testimonij præsidia tenemus in Isaia audiente, & vidente, *Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & Seraphim super illud* incessanter clamantes *alter ad alterum*, & dicentes. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Et vltrà, in Ioanne vidêre *Agnum stantem in medio throni, tamquam occisum, & quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores cadentes ad agni occisi conspectum, singulósque habentes cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum*, & cantantes *canticum nouum*, &c. id est, renouantes quotidie cantica sua & preces.

Lucæ 22. v. 32.

Isai. c. 6. v. 3.

Eccles. in præf. Missæ.
Apoc. cap. 5. v. 8. & 9.

Cúmque cœlesti hæc Agni Sponsa lumine semper sit clarificata, quia ex participatione Cælestis Ecclesiæ supremæ Ierusalem, Agnus, qui in medio eius est, illuminat semper eam: Inde nosse datum est illi, nihil gratius esse Deo, vero dilectionis suæ sponso, ad impetrandam in laboribus, & inimicorum diritioribus pugnis victoriam, mediis in pœnis, & passis angustiis, quàm quod ipsa cum eis incessantes ad Deum preces humiliata subaddat. Nam ad inimicos quoque debellandos, non quoquo modo orandum est iusto, sed medio in laboris agone, certamine in medio: & ad expugnanda diuinæ misericordiæ viscera pia, vt data gratia, Ecclesiæ sanctæ hostes conuertantur, resipiscant à malis, & in fraterna amicitia cum iustis effecti iusti, cum sanctis sancti effecti reuocentur, nihil potentius, nihil robustius, quàm si angustiis, & tunsionibus patientis Ecclesiæ iungatur oratio, nectantur humiles preces.

13. Hanc ebiberat sapientiam, & orationis egregiam in angustiis factæ vim, diuinus Protomartyr Stephanus, qui cùm ab inimicis Crucifixi Saluatoris inuocaturus Dominum prò se, stans, orationem egit: at pro inimicis effusurus preces, positis genibus orauit. Ecquid? pro se si flexis genibus oraret, & pro inimicis stans? certè non tam citum deprecantis Stephani effectum quod conticemus, sortita fuisset oratio, quia *qui pro iusto orat, non laborat.* dixit S. Augustinus: at vbi iustus peccatorum suscipit rem, veniam eis, & resipiscentiam auens obtinere, genuflexus orat; sibi conscius, & lachrymas, & pressuras coniungendas orationibus pro peccatoribus inimicis superandis; quia efficacissima oratio ad impetranda vel difficillima à Deo cum pœnis coniugitur, & pressuris vtrisque Ex hoc Paulus Corinthios monens, cum luctu, & lachrymis orationem eorum mixtam optabat, quia ad conuertendos peccatores non quęuis sed lachrymosa, & in angustiis oratio est effundenda: Hinc quoque sapienter Niniuita Rex in causa peccatoris populi sui, tale precandi proposuit genus: *Operiantur saccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* Quasi solus clamor, oratio sola, quæ ab afflictis prodiit, & humiliatis poterit peccatorum veniam, & inimicorum trophæa à Domino obtinere. Cúmque dilecta Deo nimis, pro qua militat æther, Ecclesia in assiduis, ab inimicorum infestatione iugi pugnis, non tantùm pro sua libertate, & incolumitate vt est pientissima Mater quantum pro inimicorum suorum conuersione, & resipiscentia, cum lachrymis oret: oportuit semper illam circumdari pœnis, vt fiat assidua eius semper efficax oratio & a sublimi Dei throno nunquam inanis, sed victrix ipsa semper euadat, tum à laqueo venantium expedita, tum more palmæ diuino pondere, & pressuris eleuatior vt sit sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod ex ipsis aquis, humores tribulationum exugens, fructum suum dedit in tempore suo.

S. August. serm. 2. de S. Stephano

1. Cor. 5. v. 2.

Ionæ cap. 3. v. 8.

14. Hæc altissima Orationis in angustia factæ virtus, non latuit certè profundissimum diuini pectoris indagatorẽ Heliam sublimem, quà armatus, & terribilis auferre sæpe potuit Principum spiritus, & fieri terribilis apud Reges terræ, imò (si fas est dicere Regem ipsum comprimere cæli, & comprimere cælos: Itaque qui toto ferè vitæ suæ tempore consumpsit orando, vel ab exordio Religionem filiam dilectionis vnicæ suæ totam in oratione semper detinendam instituit, & instruxit. Namque cum spiritu prophetico, quo sublimissimè luxit, præuidisset, vel à iuuẽtute sua ab inimicis infestãtibus fore omni tempore tunsionibus impugnandam diris, Religionem quam tunc ab exiguis initiis excitatam, iam agitata ærumnis conspiciebat (vt ipse abiturus ad suos tempestatis procellam ante aliquot annos ab Achabo in eum, & eam obortam: tonantem à Iezabela Achabi vxore iniquá tempestatem &

horriſonas minas, quas Sidonia illa mulier cæde ſaucia Pſeudoprophetarum ſuorum, in eum quoque, & ſuos eiaculatas, & tam multis iam proborum cædibus cruentata in Heliam ipſum adarmarat, memorans præmonuit Heliades ſuos ad fiduciam in Deo deponendam, exhortans (vt meditatus eſt Salianus) dubio viarum anfractu deuicto, ancipitibus diuerſorum itinerum explicatis ambagibus, immenſis terrarum propemodum ſpatiis emenſis, in tot orbis partes penetraturá, vt facilius aliquando hoc noſtro tépore) duceretur quas non incoleret recentem, quam vbi gentium immoraretur enarrari. Cúmque Religionem ſuam, imò & Eccleſiam Chriſti, opportuno tempore conſtituendam, pro cuius defenſione fidei Carmelitarum Helias Ordinem, Deo inſpirante excitabat in orbe, Magnus omnium Religionum Coryphæus iſte, oppreſſam cuperet non ſuccumbere, oppugnatam haud deficere, profligatam nō interire, ſed niti iterū iterúmque ſurſum, palmæ ad inſtar oppreſſæ pondere multo, caput ex preſſuris attollere, & vires è laboribus conſolidare, ſemper adoleſcentem, efflorеſcentem, & ſicut cedrum Libani multiplicatam, vnico medio ad hæc omnia conſequenda prouidit, ſtudium illi contemplationis, & orationis aſſiduæ præſcribens, tùm vitæ ſuæ operatore exemplo (quod fuit vſque ad tempora Chriſti Carmelitis regula firma) tùm verbis in diſceſſu prolatis, vt quos volebat ad brauium ſupernæ vocationis ſemper accenſos, cum prelliis aſſiduis connectentes aſſiduum orationis ardorem, quidquid iuſto expoſcerent deſiderio, celeri conſequerentur effectu à Deo, in indefeſſis precibus expoſtulato: vt loquitur Salianus adductus.

Salian. to. 4. an. ad ann. 3139. n. 9.

Salian. ibid. n. 14.

15. Hanc orationis, & contemplationis aſſiduæ exercitationem Heliades ſuos Heliam edocuiſſe Ioannes Patriarcha oſtendit apertè, dum eum ſic depingit: *Obtentu contemplationis diuinæ, & deſiderio ſublimioris profectus, longe ab vrbibus recedens*, & ſeipſum *cunctis terrenis ac mundanis exuens, Religioſam Propheticalem vitam eremiticam primus hominum à propoſito ducere cœpit*. Imò dum docet vitæ ab Helia inſtitutæ duplicem eſſe finem alterum qui in eo ſtat, vt vnuſquiſque è filiis propoſiti ſui *offerat Deo cor ſuum purum ab omni actuali ſorde peccatorum* totus abſconditus in charitate. Ad quem finem Deus, dum inſtitutionem hanc erigendam in ſe & ſuis menti immiſiſſet Heliæ, dixit ad eum: *Abſcondere in torrente Carith*, vt eum doceret cum oratione charitatis actiones omnes temperandas, quæ non abſunt à fine præcipuo in omnibus Carmelitarum Regulis præſignato. Alterum autem nobis mero Dei dono collatum, qui ſtat in eo, quod in hac mortali vita dignemur aliqualiter guſtare in corde, & experiri in mente diuinæ præſentiæ virtutem, & dulcedinem ſupernæ gloriæ: Quem finem oſtendit Deus Heliæ dicens ibidem: *Et ibi de torrente bibes*.

Ioan. Pa. c. 2.

Io. Patr. ibid.

3. Reg. 17. v. 3.

3. Reg. 17. v. 3.

16. Propter vtrumque ergo, ait Ioannes Patriarcha *Prophetalis vita eremitica à Monachis eſt ſuſcipienda*. Et certè, ſi is eſt præcipuus Religionis Heliadæ ſcopus, & finis à Deo, & Principe Propoſiti Monaſtici primo, vt primarius intentus, apertum in eo ſit commendatum à Patre omni modo eſſe filiis iuge contemplationis, & orationis ſtudium. Quod etiam vel in hiſpido habitu piloſo, per iſtoque Heliæ præ ſe fertur aperte, qui aptus eſt ad acquirendam perfectam ad orationem diſpoſitionem, quæ eſt ſenſuum cohibitio, & carnis mortificatio rebellis: quam primus in ſacra pagina, vt Ioannes notat adductus, omnium Helias zona pellicea accinctus, & totus piloſus incedens edocuit, vt reſtringendi lumbos, & mortificandi omnis luxurioſi motus incentiuum, primus Monachis ipſe præberet. Ad id idem Carmelum elegit, vt vel in loco inſtitutionis Monaſticæ vitæ, quia Carmelus *Circumciſionis ſcientia* interpretatur, ſuos hanc carnis circumciſiónem, ſeu refrænationem aptam ad iuge ſtudium orandi commonſtraret. Ad zonam etiam addidiſſe Meloten Ioannes affirmat, cúmque ſecutum eſſe in eo diſcipulos ſuos dicit, quæ erat, vt ſupra relatū dedimus ſatis hiſpida cilicina veſtis, cuius loco laneam tunicam, mediocriter aſperam coloris eiuſdem ſubtus ſcapulare (concordi illa ſententia, ex occaſione iuſta à ſucceſſoribus relicta) geſtarunt alij Carmelitæ, vt Ioannes oſtendit. Ex quo Albertus Patriarcha, cum Carmelitis breuiorem Regulam præſcripſit, ex libro, & inſtitutionibus Ioannis compilatam, ſtrictiſſimum orationis, & contemplationis commendat ſtudium dicens: *Maneant ſinguli in cellis ſuis, vel iuxta eas, in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, niſi aliis iuſtis occaſionibus occupentur*. Et præter orationem mentalem, vt vtroque ſemper modo Carmelitæ orent, vocalem, quæ docente Auguſtino, & Caſſiano maximè conducit ad illam commendat Imò capite 11. de armis ſpiritualibus agens, totus eſt vt ſuos Carmelitas armet, & inſtruat, tum ad accingendos lumbos more Heliæ Patris, tùm ad comprimendam carnem, & muniendum pectus cogitationibus ſanctis, quæ eſt vicinior, & præſentiſſima aptitudo ad orationis & intimam obtinendam arcem. Sed de his latius & eruditiſſimè, vt aſſolet, noſter Thomas à Ieſu dabit & de titulo & aliis præfationibus Regulæ per totum, vbi de fine, & ſcopo Regulæ Carmelitarum elegantiſſime diſputat: & d. lib. 4. parte de expoſitione textus Regulæ c. 6. Vbi quærit: Quæ ſit ratio cur in noſtra Alberti Regula ita ſtrictè cellulæ cuſtodia præcipiatur? quod volumus hic habere tranſumptum, & monemus Lectorem ad eum conuolare, in quo multa ad rem elegantiſſimè proſequutā videbit.

S. Hieron. in Hebraicar. voc. interpr.

Ioan. c. 38. Præamb. 19. §. 5.

Alber. cap. 4. Reg. Car.

S. Auguſt. epiſt. ad Probam. Caſſian. li. 2. inſtit. c. 10.

Thom. à Ieſu lib. 4. de titul.

17. Præterea ad Patris exemplar, poſt Heliam filij Prophetarum, qui in ſolitudine iuxta Iordanis alueos habitauère, vt narrant S. Hieronymus & Iſidorus, die, ac nocte in hymnis, & orationibus ſtudebant. Id quod etiam Ioannes docet his verbis, agens de filiis Prophetarum, eorúmque ſucceſſoribus, & inſtituto: *Ad imitationem Heliæ, inceſſanter, & continuè penetrare vaſtos receſſus ſolitudinis montis Carmeli, & aliorum Eremorum terræ promiſſionis ſolebant: vbi cogitationibus ſanctis, & intentione, oratione ac cæteris armis iuſtitiæ muniti, tanto conatu mentes ſuas ad exemplum Heliæ Principis eorum ſurſum in Dei contemplationem eleuabant, vt cæleſtibus choris putarentur tranſlati, & reuelatá facie gloriam Dei ſpeculari, pertruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhærebant*. Hæc Ioannes adductus à Thoma.

S. Hieron. ad Paulin. S. Iſid. 2. lib. de offic. capit. 16. Ioan. Pa. c. 9.

18.

Thom. à Ieſu dub. 4. de tit. & aliis præfat. Regulæ.
Ioſeph. li. de perfect. mil. c. 12.
Armac. ſer. de Concept. Virg.
Tho. Vvalde 1. tit. 9. cap. 89.
Vitriac. iam alibi datus.

Vnde in Euangelica lege reperimus, primos Carmeli cultores (vt probatiſſimos nunc S. Marci Euangeliſtæ diſcipulos, qui Heliades quoque fuére omittamus) ſic maximè orationi, & contemplationi in ſolitudine remotos vacaſſe, vt eos Ioſephus Antiochenus *ſlentiſſimos viros ſolitarios, contemplationi deditos* appellarit, *Sanctorum Heliæ, & Eliſæi ſequaces.* Armachanus, datus ab Waldenſi, *homines contemplatiuos ſecretius habitantes.* Et Ioan. Vitriacus Cardinalis eminentiſſimus: *Tanquam apes Domini dulcedinem mellificantes*, in oratione ſcilicet, & contemplatione aſſiduâ ſuctam. Ad quod aptiſſimum erat, vt idem Vitriacus adnotauit, *ſæculo illos renunciaſſe, & vitam ſolitariam egiſſe in aluearibus modicarum cellularum, ad imitationem ſancti viri, & ſolitary Heliæ.*

19.

Imò omni ſæculo, notum eſt, proprium Heliadum inſtitutum fuiſſe aſſiduam legis diuinæ meditationem in die, & orationem in nocte: vt quæ ex diurno cellulæ fonte, & ſolitudinis receſſu facto, omni tempore haurirent: poſtea verbo, & exemplo docendo, ad ſalutem populorum in populis eructarent.

20.

Cúmque iã ergo à longè in oculo ſublimiſſimi ſpiritus Prophetici ſui, tum Religionem ſuam, tùm Dei Eccleſiam (ad cuius aſſiduam tutelam, & honorem Ordo iſte ſuſcitabatur ab eo, inſpirante Numine diuo) prelijs iugibus ſæpe agitandas conſpexiſſet, pro armorum victricium præſidio, pro muro, & antemurali, orationem, & meditationem aſſiduam quaſi præſidium omnigenæ tuitionis præparauit Helias quia cùm oratio firmamentum ſit omne vitium, & virtutum, ſecuritatem ſemper nouit allaturam in ſuſtinendis aduerſis, & incolumitatem ab inimicis in propulſandis eorum inſultibus diris. Id quod præter ipſum Heliam, eius filij ſunt apertè ſem, et experti: vnus ſit ab initio rei teſtis Eliſæus, ab Ambroſio contemplatus qui dum cum in preces meditabatur totum effuſum vt Deus inimicos ſuos percuteret cæcitate, ſic fa. ur: *Ecce vna oratio Eliſæi totum exercitum vulnerauit*, & addit: *Eliſæus hoſtes ſuos non armis ſuperabat, ſed oratione vincebat.* Teſtimonium aliud ſumatur ab Heliade Iona, quem cum S. Hieronymus videret de ventre ceti clamantem, & orantem in verbo eius, Prophetæ indigitauit incolumitatem; námque ibi, de ſepulto, ſac ait textus: *Orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis. Et dixit Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me.* Et qui mille alios adducere poſſemus, quibus ex iugi Carmelitarum oratione aſſecuta eſt omnem ſecuritaté, omnémque adepta victoriam Eccleſia Dei, & Heliæ Religio de tribulatione conclamans. Videantur Ordinis monumenta.

S. Ambroſ. ſer. 80.

4. Reg. 6.

Ion. c. 2. v. 2. & 3.

21.

Reg. c. 4.

Et quia hæc, vel in ſingulis, virilis, & efficax, ſinguli, ex maximo Religionis fine adſtringuntur Heliades, manere in cellulis nocte dieque *in lege Domini meditantes & in orationibus vigilantes aſſiduè*; quia eius perſeuerantia, vt familiariſſima Ægyptiis Monachis, (quos iure magno vt maiores, & Patres colere, & revereri debemus Carmelitæ, qui immobiliter à ſuis cellulis nunquam diſcedebant: *niſi*, vt Caſſianus ait, *fortè cùm fuerint ad officium neceſſary cuiuſque operis euocati*) & commendatiſſima à Patribus ad contemplationem, puritatem & orationem multum valet: & ad liberandum nos à periculis maximè confert. Attamen quia multorum oratio concors efficacior eſt ad impetrandum (quæ quaſi facta manu Deum expugnat, qui vix reſiſtet oranti in concordia multitudini, ſed quaſi deuictus ſemper adeſt illi debellanti, & bellanti non ſolùm hoſtes, ſed firmiſſima pectora Diuûm, quæ vt Chryſoſtomus docet, *noſtram ſolet reuereri, & exoſculari concordiam, vt nihil indepetentibus neget*) ideò vnanimiter fieri præcipitur nobis, tùm meditando tùm pſallendo, tùm legendo in cellulis & choris Ex hoc quaſi ſemper in prælia recincti, pro Eccleſia Dei, ex inſtituto maximo noſtro oremus, vt præliemur; præliamur, vt oremus, Machabæorum inſignium more nobiliſſimo Carmelitæ.

Caſſian. li. 2. inſtit. c. 15.

S. Chryſoſt. hom. 1. de incomprehenſib. Dei natura.

1. Machab c. 3. v. 44.

22.

O quantus fuit vel ab initio Carmelæus Ordo in iugi oratione præcipienda! quantum certè in ſufferendis expugnantibus eum à iuuentute ſua, & quantus in deuincendis hoſtibus, qui nunquam in oratione armatos, & contemplatione iugi munitos Carmelitas potuerunt præualere. Si te pexeris antiquiſſimas Patrum leges, ſi nouas, ſi exempla maiorum, & Principum Carmeli mirabilia opera ſcrutatus fueris, præcepta eru. tant de aſſidua oratione, & contemplatione profitenda, eas docent, ſemper, & præcipiunt, & hortantur. Et certè hoc tam valido & victoriali genere armorum, digladiantes in fide hoſtes Carmelitæ ad omnem certè ſublimiſſimæ gloriæ apicem aſcenderunt, multa ab hoſtibus deportata trophæa conclamarunt, io ſemper pro te dixêre triumphi. De quibus videndi Ordinis Heliadum Annales.

Et certe tot ſæculis ab ortu ſuo in tam ſeuera obſeruantiæ lance ſeruatum eſſe Religionis Heliadæ corpus, vt à nulla hucvſque alia Eccleſiæ Dei in perfectione, & fructibus ſanctitatis euincatur opus eſt credas: aſſiduam fuiſſe in eam omni tempore contemplationis, & orationis exercitationem quæ dum duret in Ordine Prophetico illuſtrem illum virtutis, ſanctitatis, & ſapientiæ cæleſtis fructus párere faciet, obſtetricante manu mortificationis, & pœnitentiæ quas Carmelus vel in ipſo nomine ſuos docet Carmelitas Heliæ filios profiteri, amare & amplecti.

Ex Ezechiele Propheta. CAP. 31. V. 8.

Omne lignum Paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius. Quoniam ſpecioſum feci eum, & multis condenſiſque frondibus: & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiſo Dei.

PARADISVS CARMELITICI DECORIS.

TOMI PRIMI

PARS SECVNDA.

In qua de Viris & Fœminis illuſtribus Religionis Carmeliticæ peragitur.

AVCTORE EODEM R. P.
F. MARCO ANTONIO ALEGRE DE CASANATE,
CARMELITA HISPANO, CELTIBERO, TVRIASONENSI, S. THEOLOGIÆ DOCTORE.

AD PARADISVM CARMELITICI DECORIS INGRESSIO,

FRVCTVVMQVE EX ARBORIBVS EIVS PRÆLIBATIO PINGVIS.

VBI RELIGIOSVS MIRIFICE COMMENdatur Status ab Institutore Helia Propheta.

1. DEVM Optimum, Maximum, sui quoddam, quasi cæleste simulachrum, hominem, mente præditum, & ratione constantem cōdidisse, aptúmque præparasse ad contemplanda cælestia, comparandámque æternorum possessionem, eo solummodo fine, vt veram, ac perfectam Religionem teneret (quâ nihil melius, nihilve præstantius ab ipso Deo O. M. homini ipsi elargitum est, vt diuinum venerari posset Numen, & summo rerum omnium Opifici Deo debita seruitutis homo ipse, persoluere obsequia) quæ bonæ, feliciorísque vitæ dux est, suósque quodam nobilissimo vinculo nectit, religat obstrictos, & ad superni Dei deuincit cultum, & honorē exhibendum vnus est sensus, vna est communis Orthodoxorum Patrum & apertissima vox.

2. Etenim cum rei vniuersæ *Alpha* sit, & *Omega*, *in quo viuimus, mouemur, & sumus*, dicente Apostolo, Deus; opus erat (hac enim cogitatione, Lactantius dicebat, gignimur) Deum, vel ipsa legis naturæ percolere vi, & ad ipsum, cuncta à nobis bona accepta, vt ad omnium bonorum auctorem referre primum. At quia, aliis alij, inter veræ Religionis cultus, præstantiores habentur, quibus illa gradibus quasi quibusdam attollitur: eis visa est potiùs altissima Dei oblectari Majestas, qui cùm excelsam virtutem eius magis eueharit, ad perfectissimam Angelorum Religionem, quæ est inter superos præstantissima, propiùs semper videntur accedere.

Isai 41. 4. & alibi. Apoc. 1. 8. & alibi.

Actor. 17. 28. Lactan. Firmian. Diuin. instit. Lib. 4. 28.

3. Et enimverò, cùm notum sit, fide primum (quâ in diuinorum mens interiùs contemplatione, & admiratione extollitur; exteriùs autem certo sacrificiorum; & sacramentorum cultu) Deum coli, diuinámque eius celsitudinem, sibi gratiùs venerari: illud Religionis genus ab omnibus, omnium sublimius est habitum, quo plerique ardentioribus ad virtutem stimulis excitantur. Eapropter cælestium flagrantiores studio, illis non contenti Religionis finibus, qui in fidei, spei, & cha-

ritatis cultu collocátur, aliud prǽterea vitæ genus præclaris vndique virtutibus excultum, & à communi aliorum hominum vsu longè semotum, excogitarunt; Deo simillimos eo magis esse cupiétes, quo sanctiùs ac perfectiùs, diuinis vacarent obsequiis. Ob hoc in primis ergo illis nascentis Orbis auroris, visi fuêre præstantissimi illi Dei cultores (quos quasi antonomasticè Diuina pagina Dei filios nuncupauit) velut cælicos verè viros à cæteris sæculi hominibus, moribus excelsis, amotos. A diluuio autem, lege iam latâ à Deo, & vnius fide Diuinitatis per selectum populum (Hebræum) dilatatâ, proficientibus hominibus in fide, Nazaræorum primùm, indeque (vt alias, etiam falsas Religiones omittamus) Essęorum, seu Essenorum Religio sequuta est: quæ quamquam diuersum institutorum, & Religionis cultum haberent, sic in vnum omnes conspirauerant finem, vt prętei communem aliorum vitam, sublimius quoddam genus sibi vitæ sectandum præstituerent, quo se dicatos Deo, diuinòque illius seruitio deditos exhiberent.

Iob. 1. & 2. c. v. 6. & v. 1. Psal. 81. v. 6 & Ps. 28. v. 1. & Ps. 88. v. 7. Sap. 5. v. 5.

4. Has omnes cælesti ductus Spiritu, Magnus ille Prophetarum Princeps, & Pater Helias vnico religiosioris Regularis vitæ methodo (sub obseruato Euangelicorum consiliorum, de paupertatis, castitatis, & obedientiæ votis dogmate, sibi primùm à Superis singulari charismate reuelato, & cælesti præcognito lumine) perfecit, & ad sublimiorem perfectioris Religionis reuocauit speciem quā postea sublimius Christus erat eleuaturus.

5. At enim cùm iam, tempore labente, iustitiæ, & sanctitatis primæ exortus est ille Sol per Malachiam Dei timentibus nomen oblatum, lux, inquam, clarissima Christi, quæ omnem effugauit vmbram (Catholicâ iam illius fide vnius Dei, à Solis ortu, vsque ad occasum, ab Aquilone, & Mari mirabiliter disseminatâ) tanta confestim, támque perfecta, hæc illustrissimorum cultorum, seu filiorum Dei seges, diuino Dei hominis irrigata cruore, in Orbe excrescere cœpit, vt quā multi hominum, & mulierum Virginum cœtus, communem Orthodoxorum vitam, vulgaréque illud Religionis genus, ex sola profectum diuinæ obseruantia legis, sublimi cordis constantia transilientes, præstātiorem Christi, & Euangelij eius regulam sibi præscripserint; & virtutum omnium studio ad summum Euangelicæ viæ, & perfectionis fastigium anhelarint: amplissimas pro Christo deserentes opes, temporalia cuncta temnentes, altissimam paupertatem sectantes, valedicentes mundo, asperis se delectantes, bellum voluptatibus indicentes, excarnificantes se flagris, conficientes se penè ieiuniis, mundo, & hominibus sæculi crucifixi, toti consecrati Deo, ad Deum per essentialia Religionis omninò translati vota, & perpetuò vsque ad extremum vitæ halitum, diuino mancipati famulatui: quò in his Angelicum illud vaticinium locum haberet, *Parandam esse in Christi aduentu plebem perfectam*: vt equidē vno in Helia Magno Dei Propheta, ante tempora Christi, veri Religiosi status institutore primo parata est: & gratiæ tempore, vno in Baptista Ioanne illiusmet propositi vitæ propagatore, quia venerat in spiritu, & virtute Heliæ: quæ quidem plebs ab his sic perfectè parata, & præparata sublimiorem erat à Christo perfectionem acceptura, supremúmque in Apostolis sanctitatis Religiosæ pertinctura verticem in Ecclesia Sanctorum. Et verè talem, vt ob cælestis istius vitæ conuersationem, viros huius propositi Religiosi in Helia illo incepti, & in Ioanne Baptista propagati, vt à Christo in sublimissima Religionis perfectione per Apostolos constituti Chrysostomus cum Angelis non hæserit comparare, & Hieronymus Martyres, & Angelos appellare, ea maxima ratione subnixus, quod illud, hi, ipsum Dei laudandi officium persoluant in terris, quo & illi ante Deum sine vlla intermissione funguntur in cælis. *Quod enim* (en verba Hieronymi) *faciunt Angeli in cælis, hoc Monachi faciunt in terris.* Adeò vt inter ipsa nascentis Ecclesiæ crepundia, quotquot Religiosæ militiæ nomina darent (Dionysio, & Suida dicentibus) *Θεραπευτὰς Therapeutas*, id est selectissimos quosdam Dei cultores, & ad supremum Ecclesiæ decus datos viros, ætas nuncupauerit illa.

Malach. 4. v. 2.

Luc. c. 1. v. 17.

Chrysost. adu. vitup. vitæ Monasticæ lib. 3. S. Hieron. in Ps. 115.

Dionys. Suidas.

6. Non mirum mehercle hoc, nam cū Religiosorum virorum instituta in eo parata sint, vt non modò hominē alienum ab ira, fastu, improbitate, auri studio, suique amore ipsius exhibeant

alienum

alienum, ita vt nullis vitiosæ cupidinis illum subellè desinant vmbris; sed vt studia sua vertat in eo, vt potiorem nãciscatur virtutem, reddat se mundi rebus omnibus suauiorem, Cælestibus delectabilem, intendentem mentis aciem suæ ad rerum Opificem omniũ Deum, auulsum à vitiis, ab omni quâ solet vita hominum implicari perturbatione disgregatum, sancta solum, & perfecta seqȗentem, & quæ in virtutibus sunt tandem præstantiora iugiter amantem; anhelantem accedere ad Deum, eique omnino similem effici: non inquam mirabile, quòd viri, tanti cælestis status cultores, Angeli, Martyres, Dei filij, cælicolarumque imitatores appellentur, & ad supremum decus Ecclesiæ homines dati, dum Ecclesiam ad summum sanctitatis verticem attollunt, illius perfectissimi status axes obfirmant, purissimámque decoris sui lucem reddunt: vt licuerit Athanasio Diuo conclamitare. Quis tantum Monachorum agmen aspiciens: *Quis virilem illum concordiæ cœtum cernens*, &c. *non in hanc statim erumperet vocem: Quam pulchra Domus tua Iacob; Tabernacula tua Israel!*

S. Athanas. in vita S. Antonij Abb.

Num. 24. v. 5. 6.

7.

Inde est, quàm facile suaderi possit, hanc Angelicam vitæ normam, non ab hominibus fuisse nouiter inuentam, & institutam, vt sues hæretici grunniunt: sed è superis elapsam, iam à tempore vetusto nimis, à Deo mentibus hominum immissam: (vt Meldense Concilium cui Coloniensis Concilij tres Patres calculum donant attestatur) & inspiratam omni modo fuisse vni primo Heliæ Magno, vt probatum relinquimus, à quo cæteri accepère Ordines Ecclesiæ Christi Catholicæ.

Concil. M-ldens. Concil. Colon. Tres Patres. Præamb. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 16. & alibi sæpe.

8.

Hac ergo cælesti vocatione acciti fuère omnes illi, & quotquot ãte Christum Dominum Heliæ vestigia sunt sequuti: & à Christo seruatore Baptistę semina Ioannis in spiritu, & virtute venientis Heliæ: vel omnes illi qui Monasticen sub Marco coluère, vel Anachoresim sub Antonio, & Pachumio, simplices non modo solitudines miro fulgore virtutum reddidere madidas, & sanctimoniæ vitam admirabilis illustrarunt; sed breui tempore Palæstinã, Syriam, Asiam Minorem, Cappadociã, Pontum, Armeniam, Mesopotamiam, & Boreales Regiones vsque ad Daces, & Bessæos fertili, vt illustrissimâ prole fœcundarunt. Queis his primis Heliæ filiis, & Ordinum suarum institutoribus, plerique alij nobilissimi Patriarchæ (Deo cum primis auctore) successère: quibus, quemadmodum Angelorũ Ordines in cælis varios, ad sui Deus condidit famulatum; sic æque diuersis, piisque virorum institutis, & hominũ Ordinibus in terris delectatus est: horum quia operibus, & sudore vario Catholicam Ecclesiam longe lateque toto iam in orbe diffusam, omni tempore, tanquam firmissimis propugnaculis solidauit, & rutilis veluti facibus ardere, & radiare fecit.

9.

In eis quondam, inter præcipuos, fuère Basilius, Augustinus, Benedictus, Dominicus, Franciscus Assisius, Bruno, Bernardus, Franciscus Paulanus, Ignatius, & alij plurimi, quorum tam excelsa ratio vitæ fuit, vt innumeros ferè virorum, fœminarúmque choros, mũdo auulsos, ad cælestis vitæ disciplinã, diuinorúmque exercitamentum transmiserint: copiosáque commodorum, & vtilitatum exoptâ segete, suorum Ordinum institutis Christianum omnem orbem ditauerint.

10.

Quando enim, dicite perduelles, infidique fidei hostes, Diuinæ obseruantiam legis in Ecclesia Sanctorum perfectiorem vidistis? Quando solicitiorẽ morum reformationem? Quando ad omnia maiora virtutum genera capessenda maiorem ardorem? Quando illustriùs Dei cultus propagatus est? Quando scelera in Deum à Prophetis rigidiùs vindicata vidistis: Quos scitis duriora & diriora fuisse contra Deorũ flagella cultorũ, nisi hos Prophetarum filios edoctos ab Helia Patre? Quando patentius exercuit mundi contẽptio, & Apostolica illa rerum abdicatio, vanitatis, & fastus sui? Quando spontanea formosiùs paupertas, virginitatis cultus, & strictioris obedientię humiliatio floruit: Quando amantius solitaria vita amplexata est, & Christi imitatio dilecta? nisi vbi primum in orbe Monasticæ dogmata vitæ (quam sic exprobratis, & conamini auellere ab orbe, & deiicere ad tartara obscura) vt seruarentur ab vno Helia institutore, & vnico Dei filio Christo Iesu perfectore integerrimo edocta, & ostensa sunt?

11.

Quod si propagationem Ecclesiæ Catholicæ, vel lippis cæcutientibus oculis vestris respexeritis, quando toto iam latè diffusa orbe, terras, & æquora

complet

complet, vastissimis, remotissimisque regionibus Catholica illius disseminata doctrina, auctam & propagatam à nullis operiosiùs, & argumentosiùs quàm à viris istis Dei cultoribus Religiosis, Prophetarum filiis, Apostolorũ sectatoribus inuenietis? Qui, dicite palàm, in noui conuersione Orbis diutius & impensiùs omni tempore laborarũt? Qui pro fide Catholica semper viriliùs stetêre? Qui maioribus pro ea tuenda, & conseruanda in Ecclesia Sanctorum, sunt laboribus perfuncti? Hi verè Heliæ filij, & qui post eos ab ipsis sunt edocti: de quibus Apostolus dixit distentos fuisse; ludibria, & verbera expertos, insuper & vincula, & carceres: lapidatos, sectos, tentatos, in occisione gladij mortuos: circumientes in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiatos, afflictos: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Hi sunt, hi Heliades egregij, eorúmque cæteri sectatores, qui Dei Ecclesiam voce, scriptis, & effuso proprio pro Christo cruore, illustrarunt, propagarunt, & decorauêre.

Heb. c. 11. v. 35. & seqq.

12. Quid latratis rabidi canes? Vix certè angulum vllũ in orbe reperietis quod Monachorum, Cœnobitarum, Heremitarum, seu Anachoretarum sudore, Christianôve studio, mira non sit luce refusum. Respicite Annales Religionum, videte monumenta Sanctorum & à nostra Religione Propheticâ, quæ prima omnium in Ecclesia fuit vsque ad nouissimam; adinuenietis plures ex eis apud nationes, & Regna diuersa fidei fuisse, & moris optimi parentes, & præceptores institutos, & missos pro Apostolis à Deo, Satores seminis cælestis illius agricolæ Christi: Hæreticorum, & perduellium hostium Ecclesiæ malleos, & contusores incontusos: hæresum confutatores, & calamo, & verbo, & verbere, & linguâ, adhuc &, si aliquando fuit opus, ense profligatores viriles, pugilésque fidei integerrimos.

13. Sed quid incassum rem ineffabilem, peregrinationes inquam, & labores multos, à Monachis obitos pro fide, fari prætendimus? Id equidem vnũ haud resticare valetis: quod vbi (illustria illa, vt omittamus vsque ad Christi tempora, sæcla) Catholica fides, Apostolicâ videlicet in orbe prædicatione, seminata est, inaudita Angelica opera cælis firmiora nauauerint Monachi maximè Heliades, vt illam propagarent, & vbi collapsam inuenissent restaurarent; coadiutores Apostolorum, vt Iosephus de Carmelitis affirmat, effecti: semen relinquentes à se quod fœcundo temporum euentu pullulat in filijs Basilij, Augustini, Benedicti, Dominici, Francisci vtriusque, Ignatij, & aliorum, quibus illa firma fuit ab initio mens; prolem scilicet Christi fertili sanctitate ditare, Ecclesiam eius augere, firmare hanc fidem omni semine vero, vt sæpe germinans germinaret, laudans, & lætabunda cælestis Sponsa Agni, vel desertis sæculorum ædificatis in bono: id quod ex ipso rerum euentu, ac ex Carmelæis, & cæteris aliorum Ordinum monumentis verissimis (in quibus eorũ latè gesta, & insignia facinora delineantur quibuslibet intuentibus erit apertum.

Ioseph. li. de perfect. militia cit.

Isa. 60. v. 4. & c. 51. v. 12

14. Namque hi Monachorum, & Regularium Ordines, cùm à diuina prouidentia in fidei propagationem, & ædificationem Ecclesiæ, tam in illius natiuitatis crepundiis, & adolescentia, quàm in ætate sublimiùs adulta; atque vt opportunos, iugésque Christo parerẽt fructus, fuissent in orbe excitati & emissi: oportuit, vt Datoris munerum manus munificentissima cognosceretur, palámque fieret, ab ea processisse (laborantibus ex se Colonis Regularibus ad vineam Domini Sabbaoth adscitis) proficere illustrè, à qua processerat generosum velle. Testes sint rei, Græcia, Eoæque nationes ad fidem quondam, & nunc, à filiis Heliæ deductæ: testis Britannia, Germania, Gallia Heluetia, Dania, Noruegia, Suecia, Hispania, pleræque Vniuersi ditiones, & plagæ, & Regna, quæ iam olim Monachorũ ad fidem operâ vocata, Christo illustrissimum auxêre nomen: testes hac ætate nostrâ Peruanæ, Mexicanæ, Brasilicæ, Iaponicæ oræ, atque vastissima illa noui Regna orbis, quæ cùm inter infidelitatis tenebras versarentur, sederéntque in tenebris, & in vmbra mortis, labore, & studio operariorum Dei ad Christianæ fidei solem & lucẽ accita gloriantur: testes tandem tot sint, ex Monachis diuersi generis purpuratorum palmatæ Martyrum innumeræ phalanges, quæ pro Christo profuso sanguine dimicantes, illius consecrarunt Ecclesiam. Hæc enim iugis fuit illorum solicitudo, hoc, vt Sozo-

Sozomen. lib. 1. c. 12.

menus adnotauit, infatigabile peruigilium, is eorum labor indefessus, Christianã videlicet summâ animi contentione Religionem vbique gentiũ protendere; improbo labore vineam Christi Agricolæ Cælestis excolentes; vt terras eò vberiùs illustrarent, quò pulchrius & fertiliùs ab eorum studiis popularentur Tabernacula Solis. Ex quo non malè nubibus iam quondam comparabantur in sacris, Isaiâ dicente: *Qui sunt isti qui vt nubes volant?* Nubes vtique istæ Solis ab ardore è terra fuère deductæ, quæ in sublimi status Religiosi regione collocatæ terras irrigarunt, & Ecclesiam segete fœcunda & verè ditiore.

Isai. cap. 60. v. 8.

15. Agitedum: quid erit, quod tot spatia terræ, tot Ecclesiæ agros, qui quondam lectissimas quidem fidei, & charitatis segetes producebant, nunc steriles omnino in fide, hæresum vepribus, ac dumetis suffocati cernantur? Græciam illam respicite, Palæstinam, & Asiam, quæ prima nascentis olim Religionis Heliæ crepundia nouerunt, & totas penè nunc ab infidelibus vobis similibus occupatas inuenietis: Britanniam Catholicus luget, Scotiam, Misiam, Daciam, Pannoniam, Hollandiam, heu iã à Christo discissas! Sed ne fleueris Christiane istas, nisi in lachrymas quoque tui oculi fluant, plurimas Orientis, & Aquilonis Prouincias conspicias, quas fides quondam, ac diuina vendicarat honestas, tam alta sub infidelitatis humo sepultas, & vniuerso steriles bono, vt in illis omnia fidei, & pietatis studia penitus emarcida consistent, corruptis moribus, & barbarâ luxuriantes crudelitate. Huius deplorandæ siccitatis causam si quæras, vnam illam inuenies: defecisse Heliam, Elisæum, Prophetarum filios, Apostolorum coadiutores, de quibus Nazianzenus *gloriam esse Ecclesiæ* censuit, *ad cælestem gratiam vna cum illo Galaadita (Elia) ascendentes.* Defecisse nubes sacrorum Ordinum qui

Naz. ad ill. Cant. 6. Capilli tui, &c. Galaadita.

Omnes sunt Riui Carmeli e fontibus orti:

Mantuan. in Eglog.

à quibus matutinus omnis, & serotinus cælicæ regularis disciplinæ distillabat, & effluebat imber, omniúmque bonorum copia velut cornu in eas erumpebat pleno, barbaro iam nunc infidelitatis flatu vrente, & bona cũcta vorante. Et, ne pluribus diffundamur: si cuncta creata verterentur in voces, ex Religiosorum Ordinibus vnicuique bona, & vtilitates omnes Ecclesiæ emanasse conclamitarent, deficientibusque illis, illa omnia defecisse, si haberent linguæ oculos, deflerent.

16. Si ergo (is est nostræ narrationis introductiuæ, & nouissimæ ad Paradisum, & germina eius præambulationis scopus, & finis) tot Ecclesiæ bona, tot glorias, fructus, incrementa, & vtilitates, ex religiosissimis suis Ordinibus, earum viris, filiis Dei, selectissimisque cultoribus eius, percepisse Ecclesia ipsa cognoscit (dante Deo omnium bonorum Auctore, gratiæ maioris incrementa maiora cuncta:) quæ gloria? quis decor Magno non debeatur Heliæ? quo non honore, cultu, reuerentiâ dignus erit, cùm fuerit ipse, vt Carthagena Franciscanus Minorita Polydori sententiam ebibens, affirmauit, homo ille, insignis vir Dei, à quo *quidquid virtutis, & perfectionis est in quouis Monastico Ordine*, tamquam *à castissimo Propheta, & Patre, & tamquam à primordiali Eremitarum Monachorum, & etiam vniuersorum Religiosorum institutore, velut à fontali principio emanauit.* Ipse *quem veteres Doctores appellarunt Totius Monasticæ vitæ Patrem, vniuersorum Ordinum exordiũ omnis Religionis vexilliferum, ac Cænobiticæ* illustrissimus Minorita indubitatum *disciplinæ antesignanum. O quantum,* (pergit Magistrum omnium Catholicæ Ecclesiæ Ordinum, quæ claruerunt, & clarebunt Heliam ipsum agnoscens.) *S. Patribus Religionum institutoribus, qui virtutum in illis obseruandarum fundamenta posuère, Ecclesia Dei debet, quantum B. Dominico, à cuius filijs præsertim D. Thomæ sinceræ, & Catholicæ doctrina lacte Ecclesia Dei alitur, & nutritur; quantum Seraphico D. Francisco, cuius nullum aliud noscitur esse institutum, quàm Euangelium Christi ad vnguem obseruaré, & Christo cruci affixo commori; quantum D. Augustino hæreticorum malleo, qui eam Regulam, modúmque viuendi instituit, qui non vni sed multis Religionibus, sub eius vexillo militantibus, Religiosæ disciplinæ normam præbet. Quid glorioso Monachorũ Patri B. Benedicto, è cuius Religione velut ex perenni in virtutum fonte, innumeri Sancti ac sacri Pontifices emanarunt veluti lucidissimæ Ecclesiæ faces: Quid Basilio dignum retribuetur, quem iure optimo Magni honorifico titulo cohonestamus, cuius pietas, ac doctrina tantæ probitatis regulam condidit? Igitur si his sanctis Patribus tantùm debetur, qui*

Carthag. hom. 1. de Laud. Carm. Polydorus lib. 7. de inuent. rerum, cap. 1

sacri

sacris viris huius Religionis fundatoribus deberi iudicabimus? cùm non solum bonorum operum fructus, quos sacra hæc Religio edidit, sed omnes etiam spirituales fœtus quos vniuersa Religiones hucvsque pepererunt; meritò illis tamquam primordijs fontalibus, adscribi debeant: quod ne meo marte affirmare videar, Heliam, & Elisæum Religiosæ vitæ primordia dedisse grauissimi auctores contestantur: nam SS. Patres Helias, & Elisæus non tantum huius Ordinis, verùm, audeo dicere, etiam omnium fundatores fuerunt. Hucvsque Carthagena.

17. Absque inuidiâ ergo dixerimus huic meritò cælesti Ordini Carmelitano (cuius pulchritudines, & dapes, & fructus sub typo tibi Paradisus terreni Regularis depingimus,) omnino hos omnes fore fructus, glorias, & bona referenda: Ipse enim est, vt Vercellensis Abbas edocuit: *omnibus cæteris Ordinibus præstantior, de cuius plenitudine omnes alij Ordines acceperunt.* In hoc ergo iam Ordine venit vt nunc optatum Paradisus nostri teneamus ingressum, iure optimo primus ostendendus, & depingendus tamquam cæterorum magis eminens, & excelsum, caput, & cor, inter Prophetarum diuturnas, suaues, speciosas, & victrices Palmas in foliis nūquam verborum deficiétes, in floribus exemplorum, in fructibus sanctitatis, insignis firmissimæ spei fructificantes virorem seruantes in elatis suis, & ad alta tendentes. Inter Apostolorum coadiutores Libanos incisas, Christi humanitatem, & diuinitatem fœcundo præconio Euāgelici Verbi semper halantes, vsque in altissima volando, per Collibanum candoris sui, & per fumos mirabilis Sanctitatis Apostolicę. Inter Martyrū Cinnamomos robustos cortice, separato à stipite per Solis calorē, vt innuant, propter Solis iustitię amorem, eos excarnificari nouisse, vt fracti visibiliora emitterent virtutū spiramēta maiorum, eò maiorem odorem halantes, quò diutius attererentur. Inter doctorum Platanos, quorum extenta folia ad scuti effigiem à natura tendentia, Scripturę verba sapientius enucleata contra iacula tentationum, & Hæreticorum opposita præsignant, in abundantia doctrinæ suæ. Inter Pontificum Cypressos, per contemplationē elatos, medicinales in frondibus, foliis, & fructibus, id est, in verbo, & exemplo vigilantis sapientiæ suæ, rectos per eminentiam speculationis pro cautela vitiorum, in commissis ouibus sibi. Inter Pœnitentium odoriferas arbores myrrhas, albas, spinosas, amaras, & virides, mortificationum semper guttas emittentes, quò vel emortua à vitiis corpora medicent & animas suas. Inter Virginum vngulas, siue Onyces, prudentiæ chori earum symbola aperta: Terebinthósque extendentes ramos honoris, pudoris, puritatis, & gratiæ, in miraculis, in fortitudine, in Agni pascentis inter lilia fida sequela. Et tandem (vt innumeras alias huius Paradisi Carmelæi sileamus arbores pulchras) inter aliorum germinum ordines, quæ passim in hortis, & paradisis, & pomœriis nobilioribus reperiri solent, & reperientur in istius nostri frondosis nemoribus, & cāpis, variis virtutum floribus crispantibus: Iam ergo ponēdus accedit, inter Patriarcharum candidātes, proceras, annosas, & incorruptas, immarcescibiles, nescientes defectum, sed vetustate sui florentes semper, & fructificantes altis radicibus, Reges arbores Cedros, accrescens non modò in Libano Virginei candoris, sed & in Carmelo omnigenæ perfectionis, candidatus, procerus, annosus, & incorruptus, defectum ignorans, & sui vetustà semper ætate reflorens & fructificans, Cedrorum Rex, hoc est, Patriarcharū omnis Religionis Primus, vsque ad nouissima sæcula mundi inferioris deficientis, Magnus Pater HELIAS.

Ab. Vercel. in c. 7. Canticorum.

Sequentiam arborum & florum naturalis, & mysticas proprietates vide in Mariali diuino incogniti Cisterciensis auctoris li. 12. particula 6. c. 1. vsque 19.

AVCTORIS AD DIVOS OPERIS ET OPVS CARMEN PRÆLOGISTICVM.

Abdita fert animus luci miracula Diuûm
Reddere Carmeli, quos sacer Ordo tulit.
Maius Opus moneo quàm quod sit viribus æquum,
Hæc mage Nestoreo fas erat ore loqui.
Penna fuit, fateor, temeraria: mota fauoris
Aurâ syderei, nobile duxit iter.
Vos igitur Diui cœptis succurrite: vestrum
Est opus: hoc nobis, vt benè cedat Opus.

RELI

RELIGIONIS MAGNI PATRIS, ET PROPHETÆ HELIÆ

STATVS PRIMVS.

ÆTAS PRIMA.

FVNDATÆ RELIGIONIS ANNO PRIMO.

ANTE CHRISTVM IESVM 930. CVM DIMIDIO.

NOTA VNA.

STATIBVS, siue cursibus felicissimis quinque distinctam Prophetica Religionis successionem infractam, & incrementa daturi: ante hanc primam Plantarum Paradisi Carmelitici decoris delineationem, libet in Helia Magno Parente, suo iure prima primi huius status auspicia, & cursus exordiri: cumque vsque ad Euangelicæ gratiæ per Christum Saluatorem datæ perducere, inconcussam designantes in nobilissimorum filiorum successione, pretiosam Religionis Heliadæ hæreditatem: vel per Essenos conseruatam vtrosque (quos Elisæus Propheta, Heliæ Patris Magni discipulus à Patribus, imò sacra Scriptura, sæpè vocatus in Monastica Disciplina, apud Hiericuntina deserta constituit, quique equidem vsque ad Christi Redemptoris Aduentum, tùm in Alexandria, tùm in Palæstinæ partibus, sub Religioso Heliæ dogmate, militarunt) vel per viros illos Heliades omnes, quos Prophetarum filios communiter ætas illa, imo sacra pagina vocauit, qui in Carmelo, & ad Iordanis ripas, & vndas diuino proferente eloquio, Religiosam Prophetalem vitam sub Heliano dogmate peregerunt, vsque ad Euangelicam prædicationẽ, nulla, vt adnotarunt S. Cyrillus, & Trithemius Abbas, quæ certò sciatur, alia scripta Regula ducti, quam sacra Scriptura, & vita norma sanctitatis Heliæ Patris, & Elisæi, traditione de manu in manum incessanter accepta: Horum fidissimè sunt omnes Regularis propositi vestigia sectati sub dicto communi nomine filiorum Prophetarũ, qui sunt vel in nouo etiam Testamento aliquoties insigniti. Ad hos attinẽt præter alios plures, quos in hoc, & cæteris statibus, & ætatibus nostri Paradisus, ex Carmelæa Religione (quam Magni nunc Patris & Prophetæ Heliæ Religionem consultò vocamus, fuerit quamquam vel ab ortu suo primo Beatissimæ Virginis Matris Mariæ filia felicissima, vsque quo natus eluceścat in Orbe pulcherrimus altricis, & Genitricis, & Nutricis suæ Sol, syderi grato, hoc est, Nati Saluatoris tempore, in quo cum ortu gratiæ, exortus est etiam splendore nouo, & sublimiori decore Helianus Ordo, tanto iã Virginis Mariæ Dei Genitricis nomine decoratus, vt loquitur Paulus V. Pontifex O. M.) consendos omittimus, qui nouem his sæculis, siue centuriis, ab Helia Patre videlicet, vsque ad Christum, sub statu, & cursu vno, vnâque quasi ætate compactis tibi commonstramus, felicissimum læti capientes initium, in eo, qui omnium Primus, Antesignanus, & Protoparens, & Archipatriarcha Religiosorum omnium Solis vtriusque, & Orbis vniuersi in ipso primo Paradisus, quasi vestibulo & fronte contuendus oculis exhibetur.

S. Cyrill. ep. ad Ab. Ioan. Trith. de lau. Carm. c. 4.

Paul. V. in Off. fol. cõmem. B. V. M. de Monte Carm. lect. 4. 1. noctur.

Anno Orbis cōditi. 3123.

DE S. HELIA PROPHETA CARMELITARVM PRINCIPE.

CAP. I.

Anno Orbis conditi 3123.

P. Heliæ excellentia. Deus Dom. ex Iosue. c. 22. vers. 22. Petr. Dam. lib. 1. ep. 6. Cam r. Helia Thesbite cap. 3. sect. 1. Apostol. Ex Malachi. c. 4. vers. 5. Midras Theilim f. 44. ex doctrina R. Simeon. R. Salomon. R. Heliæ, & Æqualis &. S. Greg. Pp. ... ad c. 1. Ioan. Mag. Sacer. & Camar. ... sect. 2. Abul. q. 11. in c. 21. Iud.

SANCTISSIMVS Pater, & Propheta Domini Maximus noster HELIAS, cuius nomen *fortis Domini*, siue *Sol*, seu *Deus Dominus* sonat, Thesbi Arabiæ satus in Tribu Gad: Christi Domini fidelissimum archetypon, & microceus: Angularis petra: gratiæ vtriusque Testamenti particeps imus: Summi Pontificis futuri coadiutor temporibus extremis in filium perditionis: Fidei primus, lapsis temporibus, censor, & iudex in Baalitas: Christi Seruatoris Apostolus: Ioannis Baptistæ æqualis, & quodammodo maior excellentiori Præcursoratu; (Ioannes enim, Christi vt pauperis & veluti occultâ Maiestate venientis; Helias autem, vt magnifici iudicis potestate magnâ, & apertâ Maiestate apparentis:) Inscriptus iudiciis temporum lenire iracundiam Domini: Ante Euangelium Euangelista: Ante Christum Christianus: Magnus Sacerdos: Plusquam Propheta: Corona Martyrum, vltimus enim erit inter illos: Doctorum sapientissimus, ex hominibus Virginum primus.

2. Patris Heliæ Prærogatiua.

Et primus, qui nobili triumphans pompâ, mortis vires confregit, è finibus eius puerum ad vitam reducem agens, quo nullus similiter sic gloriari potest: in quo quoque primo, cibi cælici eius vita virtus eluxit, subcinerei panis receptione, quæ in fortitudine cum fecit, & corporis vigore spirituique iter ad montem vsque arripere Orebum, & vnicè, è vetustis Patribus, vitâ viuere in corpore quasi perenni: Qui pretiosa valuit spiritus hæreditate Discipulum ditare: Quique triumphali super alta curru igneis vectus quadrigis, nimium coruscâ luce refulgens, ab Angelis Dei meruit attolli: Quique gloriosæ Christi Transfigurationis viuus animâ, & corpore testis assistere visus est: Quique pluries omnibus (Iesu, & Matre Magnâ Virgine demptis) prophetari meruit à Christo, Malachia, & Euangelista Ioanne: Quique demum primus in Carmelo dedicatione templi, in sui honorem erecti decoratus est, ab Hebræorum Synagoga.

P. Heliæ Ortus. Quibus. Cā Epiph. to. 1. hæresi 5.

Matrem. Ex 3. Reg. c. 4. n. 15.

Tantus ergo iste Princeps, filius fuit Sabachæ, siue, vt alii, quibus hæremus, malunt, Achimæ Sacerdotis summi, fratris Ioiadæ summi etiam Sacerdotis, de Tribu Aaron per Eleazarum, & iste, alterius summi Sacerdotis Sadoch Magni Heliæ, & Ioiadæ aui: Matrem habuit Bassemathem Salomonis Regis filiam Tapheti-que sororem. Natus est, Sacerdos iste Magnus, nisi esse renuisset, Helias, anno mundi (iuxta exactiorem, veriorémque supputationem Doctorum, & Patrum) 2994. Post hæc, fuit vir tantus: *qui curationem* (verbis vtimur Nysseni nostri) *& cultum corporis despexit, facie squalenti, quæ multitudine suorum crinium obumbrabatur: qui peculiari modo viuendi vtebatur: aspectu venerandus, vultu tristis, ac risus expers, obtutu oculorum recto, & eodem quo intendebat vergenti: pelle caprina tantum de corpore tegens, quantum abscondi decorum erat: reliqua corporis ad aëra perdurans: nihil curans vel æstus vel frigoris iniquitatem: qui cum populo exhibitus esset primum flagello famis, velut scuticâ incessit eius petulantiam:* vsque huc Nyssenus.

Anno Orbis cōditi. 3123. S. Gregor. Nyss. Orat. de laudib. Basilii.

Religionis Carmeliticæ Ortus, & Facinora gloria Patris Heliæ.

Primus fuit solitudinis in veteri Helias P. incola Lege, Religiosi Monastici, Eremitici, & Anachoritici status Parens primus, antesignanus eorum, & institutor egregius. Prima ergo, vt talis, in Carith, deinde in Carmelo Religiosæ suæ militiæ sub votis tribus essentialibus limina posuit iuxta multorum Doctorum & Patrum intelligentiam anno ab Orbis ortu 3123. ætatis suæ 129. ante Saluatoris Iesu aduentum in trabea carnis, & mortalitatis 935. supra dimidium. Per sexdecim postmodum, quatuordecim aliis, apud suos commoratus est Carmelicolas annos, deinde raptus ad terrestrem Paradisum, vbi animâ, & corpore viuus, gloriosis ditatus dotibus detinetur, vsque ad secundum Christi in aperta Maiestate venientis aduentum: vt Antichristum suo sanguine extinguat, defendat cum suis Ecclesiam, Scripturæ S. & sacrarum Traditionum veritatem æternam, fidei vnitatem Catholicæ, Patriarcharum acta, Prophetarum doctrinam; Christi Euangelium, Apostolicam prædicationem, vt oculatus testis, cum socio Paradisi sui Enocho contestetur: clarificatórque fidei Christi factus conuertat corda Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum, hoc est, Hebræorum gentem ad Christum.

Inter multa, eáque grauissima, Religionis, & sanctitatis summæ monumenta, quæ ab hominibus discessurus, suis posteris Prophetarum filiis, & Carmelitis suis Gratiæ legis obseruanda commisit, maximum habent Heliades omnes illud: Sanctissimam Virginem Dei Matrem MARIAM, quam in nubeculæ paruæ typo ascendentem de mari in supera viderat, sine originis labe culpæ venturo fore tempore concipiendam, æternúmque Dei Verbum in eius Matris Virginis vtero de Spiritu sancto hominem formandum: cuius fidem suos docuit semper esse tutandam ab eis, & augendum honorem, & gloriam Dei hominis, & Virginis Matris almæ Mariæ.

3. Patris N. Sapientia. Cam. ... c. ... sect. ...

Ad hæc, præter ea quæ in sacris habentur, multa alia prænuntiasse Camartus ostendit: & fertur spiritu grandi, Doctorum sapientissimus præcelluisse omnes sapientiæ Mæcenates: (omnium naturalium, linguarum, legum, morum apices callens: omnigenas nationum historias, diuina & Ecclesiastica acta, ab Adamo, viuiter imbibens, diuinam suo sensu veluti primo, & puriori scripturam penetrans, domicilium, solium, sedes, & arca sapientiæ factus.) Quemdam librū composuisse, quem Apocalypseos, siue Heliæ secreta Hebræi vocant, tantæ apud Apostolos auctoritatis, vt non dubitaret Origenes asseruisse, inter alia Paulum illud 1. ad Corinthios testimo-

Orig. tract. in Matth. cap. 32.

nium

nium excerpſiſſe. *Nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit*, &c. Etſi S. Hieronymus, non ex Heliæ libro, ſed ex authentico Iſaiæ teſtimonio dſumptum eſſe contendat. Hunc librum dudum reiectum eſſe, S. Athanaſius in ſynopſi de libris Apocryphis, ſcripſit: & ante eum Clemens Romanus, cùm mirum eſt quod Gelaſius, magni, exactique iudicij Pontifex, in longa illa librorum ſerie Apocryphorum, quam recenſuit in Synodo Romana, refertúrque à Gratiano, non meminerit libri talis, nec libri ſecretorum auctoris Heliæ Prophetæ. Etſi tamé huic libro non ſit habenda fides, Camartus affirmat, ſibi rem probabilem eſſe, Heliam ſcripſiſſe aliquid quod traderetur manibus Diſcipulorum ſuorum; nam aliquando litteras ſcripſit ad Ioram Regem Iuda filium Ioſaphat. Deinde Clementem Romanum & Leonem Magnum, certum eſt inſinuaſſe, nimiá vetuſtate temporum factum eſſe, accedente præſertim hæreticorum, aliorúmque hominum audacium temeritate, quod multa Heliæ his libris interſererentur, quæ totam, eorum puriſſimam doctrinam macularent, quæ cauſa eſt, quod apud multos malè mereantur.

Addit item ipſe Camartus ſcripſiſſe Heliam librum alium, ad ſuccedentium eruditionem, ſcilicet de geſtis ſuis, quę ſcripta deinceps ab aliquo Propheta, vt putà Eſdra, vel Hieremia, vnà cum reliquis opuſculis in libros Regum digeſta ſunt; priſcis enim temporibus, Tacito teſte, viri virtute præſtantes, res ſuas citra inuidiam ſcribebant, id quod Moyſes fecit: quin, vt Hebræorum eſt ſentétia, dicente Ioſepho, vltimum Deuteronomij caput, in quo de Moyſis morte diſſeritur ab eodem, ſpiritu prophetico ſcriptum eſſe compertum eſt; ſic Iob ſcripſit librum qui ſuo nomine habetur, teſte Gregorio Magno: Ioſue fecit ſimiliter, & alij plures, quin etiam vt aliquibus viſum eſt, teſte Pinedâ, vnuſquiſque Iudicum, litteris mandauit res à ſe geſtas, quæ à Samuele in vnum Iudicum librum poſtea collectæ ſunt.

Præter hæc traditionem illam celeberrimam (ſi verum continet) quam Hebræi Heliæ Magno firmiter adſcribunt, de duratione mundi ab ſui exordio per ſex millenarios, hinc ortum habuiſſe, credidêre nonnulli; etiamſi Heliæ cuidam Rabbino Talmudico, ſiue Caballico adſtipulentur alij. Miſit quoque Angelico abs dubio ductu, annis ſeptem à raptu ſuo è Paradiſo, ad Ioram Hieroſolymorum Regem, Ioſaphatiq; filium, vt præmiſſum eſt, Epiſtolas increpantes illius impudentiam vitæ, & minitantes ei miſerandum excidium. Demum nunc etiam, dicentibus Hebræis, Eccleſiæ acta callens, ſcribit in Paradiſo, & ſcribet vſque ad ſui belli in Antichriſtum initium.

Quæ diximus cùm omnia verbum verbo, imò ſyllabum ſyllabâ, ex ſacra Scriptura, aut Patribus, aut Doctoribus ingenuis eduxerimus, ne nimis multarum remiſſionum ad margines ambagibus detineremur, linquendas hîc duximus; alibi auctorum nomina, & loca omiſſa daturi pro dictis.

Libuit tandem quoque, non tanquam mortuum, ſed tanquam viuum, & mundo mirabilem, in Orebica ſpelunca contemplatum, ex Iacobo Siliano inſigni Annaliſta, mutato tantummodo annorum calculo, hoc, gratitudinis ergo, Cenotaphium Maximo Carmelitarum apponere Principi, & Religioſorum omnium Coryphæo.

Anno Orbis conditi 3123.
S. Hiero. lib. 17. in c. 64. Iſaiæ
Clem. Rom. lib. 6. Conſt. Apoſt. c. 16.
Gratian. diſt. 15. Can. S. Rom. Eccl.
Camart. cit. ſect. 10. c. 6.
Clem. Rom. lib. 6 c. 16.
Leo Magn. ep. 93. c. 15. ad Turibiú Aſturicen. Epiſc.
Camart. cit. ſect. 2. c. 10. de geſtis Heliæ.
Tacit. in Iulio Agricola.
Ioſeph. lib. 4. c. vlt.

Nicol. Serar. li. 1. in Ioſue c. 9. q. 9.
S. Greg. Papa lib. 1. in Iob. præf. & alij.
Pineda præf. in Iob. c. 3.
Traditionẽ. Vide de ea Stratonic. in collect. Satũ Scu. li. 2. Bib. ſacræ, verbo *Helias*. Hieronia S. Ixide lib. 3. contra Iud. c. 2. Extat in Bib. VV. PP.
Vide li. 2. Paralip. & li. 4. Reg.
E Paradiſo. Genebr. lib. 1. Chronol.
Scribet. Hebræi in Sedecholam c. 17. de Helia.
Vide Maluédam de Ant. lib. 9. c. 2.
S. Fidem. lib. 1. & 2. cont. Iud.
Galatin. 4. de Arc. c. 12. & lib. 6. c. 13.
Camart. cit. c. 6 ſect. 10.

Anno Orbis conditi 3123.

Iacob. Salian. tom. 4. Annal. ad ann. Orbis conditi 3139.

HELIÆ MAXIMO
CENOTAPHIVM.

HANC ALIQVANDO SPELVNCAM INCOLVIT VIATOR,
QVI PRÆTER NATVRÆ ORDINEM FACTVS EST PARADISI
COLONVS,
ET IMMORTALITATIS, IN MORTALI CORPORE
CANDIDATVS:
MAGNVM ILLVD PROPHETARVM LVMEN
HELIAS THESBITES,
IN VESTE CILICINA, IN HORRIDO AC NEGLECTO CAPILLO,
IN PROPHETICO PALLIO, IN MELOTE PELLICEAQVE ZONA.

HOC ILLE SOLVM RIGABAT LACHRYMIS, HAS TENEBRAS DIVINARVM ILLVSTRATIONVM COPIA EFFICIEBAT ILLVSTRES: IPSVM DENIQVE INFORME OLIDVMQVE ANTRVM PRECVM SVARVM REDDEBAT BALSAMO ODORATVM.

HIC SPIRITVM FERVORIS VATES HAVRIEBAT, QVO DECEM TRIBVS SACRILEGÆ IMPIETATIS REAS, DVORVM, ET QVADRAGINTA MENSIVM STERILITATE AFFLIXIT: QVO IMPVRISSIMÆ VANITATIS ARCHITECTOS, MAGOS, ARIOLOS, PSEVDOPROPHETAS, PRÆSTIGIARVM CONVICTOS AD OCTINGENTOS ET QVINQVAGINTA MORTI DEDIT: QVO PROPHANVM IPSVM REGEM IN SVAM PERNICIEM CONIVRATVM, PALAM INCREPVIT: ET VERBORVM PONDERE AFFLICTVM AD SACCVM, ET CINERES, INFIMAMQVE COMPVLIT HVMILITATEM

HIC ILLE EST HELIAS, QVI QVADRAGINTA DIERVM PROLVSIONE CONTINENTIS VSVS AD BIS MILLE, QVINGENTOS, SEXAGINTA, ET QVINQVE ANNOS IVGEM AD HVNC DIEM, ET PERPETEM CIBI, POTVSQVE ABSTINENTIAM PROTRAXIT. AD ILLVMQVE PROTRAHET DIEM, QVO POST RIGATA MORTALIVM CORDA TOT MENSIVM CVRRICVLO, QVOT OLIM TERRAM STERILI SICCITATE DAMNARAT, IN CONSPECTVM SE DABIT OMNIVM IMPORTVNISSIMI, CRVENTISSIMIQVE TYRANNI ANTICHRISTI: A QVO CVM CONSORTE PRÆDICATIONIS ENOCHO MORTI DATVS, POST TRIDVVM REDIVIVVS RECIPIETVR IN CÆLVM.

HIC EST QVI MEDIOS INTER SONORÆ TEMPESTATIS FRAGORES, ET CONCVSSOS FLAGRANTESQVE IN HOREBO MONTES SVAVISSIMÆ AVRÆ SIBILVM APERTO VVLTV PALLIO ATTENTVS EXCEPIT, QVI REGES VNGIT, AC PROPHETAS VINDICES INIVRIARVM DEI; QVI CORDA FILIORVM CONVERTIT AD PATRES, IMO AD OMNIVM PARENTEM DEVM: ET PER MEDIOS INIQVITATIS TORRENTES LECTOS PROPHETARVM, ET RELIGIOSORVM IN CARMELO, TOTAQVE CAN·NITIDE MANIPVLOS, SVI ÆMVLOS, ATQVE IMITATORES INSTITVTI AD CÆLIBEM VITAM, MVNDO IGNOTAM, AC CONTEMPTAM TRADVCENDAM ADDVXIT, TOT SÆCVLIS SVARVM PRECVM, QVASI FACVLARVM ARDORE CALEFECIT ET AD HANC DIEM, TOT INTER RERVM, LOCORVM, TEMPORVMQVE VARIETATES, CONSTANTES REDDIDIT MAGNI SVI PATRIARCHÆ SECTATORES.

ABIIT AB HOMINIBVS, IORAMI REGIS IVDÆ ANNO FERE PRIMO; MVNDI TER MILLESIMO CENTESIMO TRIGESIMO NONO.

Anno Orbis conditi 3205.

DE ELISÆO CARMELITARVM DVCE.

Cap. II.

Anno Orbis conditi 3205.

SAnctus Pater & Domini Propheta Elisævs, cuius nomen *Dei salus*, seu *saluans Deus* interpretatur, quod euidenter mira salutis opera in Vate sacro signaret. Supremus Magni Pat. Heliæ, & primus dignitate, nō vocatione, discipulus indiuiduúsque Collega, sanctitatis, & paterni munij Maximus hæres, Natione fuit Zelmaanita, ex regione Zelmaan, Patria nobilis Abelmeulensis, in Tribu Ruben, vel, vt mauult Adrichomius, in media Tribu Manasses intra Iordanem. quidquid sit, Ciuitas erat nobilissima. Patrē habuit diuitem, nobilémq; colonum Saphat. Hūc, scilicet Elisæum inueniens, dū rediret Helias de speluca Montis Oreb, in terrā Israel per Damasci desertū, arantē in duodecim iugis boum, mittens pallium suum, elegit in discipulū, post Ionā primū, & Prophetā, anno mūdi 3124. supra dimidiū ætatis electi, anno 24. qui relicto Patre, Matre, terrenisque omnibus exosis, Heliam sequutus, eique ministrans Monasticam, Propheticam que vitam simul, vnâ pallij iniectione, iuxta vnam Patrum mentem, amplexatus est.

Adrichom. in descript. terr. sanct. in tribu Manasse t. n. 3. fol. nobis 70.

Illicò spiritum propheticum accepit, etsi iuxta Clementē Alexandrinum, prophetare haud cœperit nisi annos natus 40. quos plus minusve inchoauit à raptu Magni Patris Heliæ! & tāti Præceptoris vestigiis inhærens, mirando virtutū omnium nitore confestim refulgere cœpit. Apostolicæ in multis vocationis, & perfectionis vmbra fidissima factus, summā Patrem Heliam adornuit obediētiā, summā Deum humilitate, & generoso mundialium despectu recoluit: Virgo permanēs in æua, Dei beatis Angelis coæquatus est.

Ioā. Patr. 44. k. de institu. Mon. c. 13. Clem. lib. Strom. 1. pag. 219.

Hunc, vt tantum virum antiquissimi Ecclesiæ Christi Catholici, Sancto referente Victorino, cēsuerunt extremis mundi tēporibus Heliç futurū fidissimū cōtra filium perditionis indiuiduúmq; sodalem, vtrique cum suis Carmelitis fidelissimam Christi tutaturi sponsam aduocādi, ⁊ inclytæ iustitiæ vindices: atthinus Deo post multa, eaque miranda diuinæ virtutis exhibita argumēta, quorū adhuc vtroque in populo clarissima memoria viget, quæque ille insitata quadam apud Deum fiducia, non tā orando, quàm imperando exercebat, tam multiplicia, vt à tēpore Moysis, nemo in veteri Scriptura sit inuentus, virtute similis, & potentiā mirabili, sub anno decimo regni Ioas in Israël, infirmitate, quā iuxta Hebræorū Chronologiam c. 19 crebrò afflictabatur, cùm ægrotasset post sexagesimum sextū annum à raptu P. Heliç, mundi 3205 ætatis suæ 105 Fundatę Religionis ab Helia Principe eius, obdormiuit, ante Christum natum 849. pasto per annos sexaginta sex, plus, minusve, Israele, & Ordine toto, admirabilibus incrementis Discipulorum, & Religionis suæ, sub Regibus Iosaphato, Ioramo, Achazia, Ioas, & Amasia: cùm iam sex Regum temporibus Israëliticorum, Achabi videlicet, Ochosiæ, Iorami, Iehu, Ioachaz, & Ioas prophetasset Elisæus: & ad eum morientem Rex Israël Ioas descendisset, fleretque cum eo decumbente in lecto, & proximo morti, sui Regni iacturas (sciebat enim virum hunc eam multa apud Deum semper gratiâ valuisse, & non dubitabat futurum sibi, si viueret, vt antea fuerat, in ciuitatem munitam, in columnam ferream, & Regno in æneum murum:) cùm illum lachrymis *Patrem, Patrem*, vel vt habet Chaldæus, *Preceptorem, Præceptorem, currum Israel & Aurigam eius* iteratis singultibus appellitasset, multis sonis, Sanctus, & dilectissimus Pater, Carmeli columen, primus & fœcundissimus spiritus Patris Heliæ hæres; terræ decus, cæli honos stipatus, suorum Cœnobiorum Religiosis Carmelitis cultoribus, quos tot pauerat annis, dantibus superis incrementa meliora, Ionadabo Rechabita, Hamos Propheta, Amasiæ Regis fratre, & Patre Esaiæ, vt tradunt Hebræi, Iona, qui florebat hac die, & Sedechia Pontifice, etsi in Regno Iudææ commorante, ad quem omnes ocyj & dilectores conuenerant, iam, iam è viuis abiturum, vt tanti Patris, & Magistri benedictionem consequerentur, & eiusdem ex ore veridico salutis postrema monita libarent, & tanquam Prophetarum sui temporis Coryphæum, toto celeberrimum Regno, & postea venerabilem Orbe, prodigiis, atque oraculis vbiuis gentium, & temporum vehementer nobilitatum, ingenti debito honore prosequerentur.) In Samariā, siue in suburbano eius agro, Sebasteâ Ciuitate discessit à viuis, vt in sinu confestim Abrahæ susciperetur, ibique sepultus, etsi Adrichomius in Carmelo contendat, & Abulensis Abelmeulæ in patrio sepulchro.

Hebr. Chronol. adduct. à Saliano.

Hebr. Chronol. cit. adducta a Salian.

Heb. in Chronic. suo.

Vide Salian. ad an. 3204. n. 10. & 11.

Demum Christi typus factus illustris, post mortem operatus est mirabilia; mortuum prophetauit corpus eius, qui in vita, magna mira fecerat monstra. Iacuit sidalmio Abdiæ, & Baptistę Præcursoris, professionis Propheticæ sodalibus eius, in Sebaste Palestinæ Ciuitate; nunc autem, si Grossio nostro credendum, asserenti Prophetæ, & Patris nostri corpus, fuisse è terra sancta Rauennam translatum, ibique in aëre mirabiliter venetatum detineri; sese consulat sapientior. Crediderimus potius dicenti Nicephoro: Patris Elisæi ossa, quondam Sebaste seruata, loculis suis extracta irrationabilium ossibus à Brutis immixta (ô immanem audaciam!) igni tradita, in cineres redacta; & ad aëra disseminata fuisse.

Io. Groff. in spec. Car. de SS. Ord. Car. fol. nob. 102.

Niceph. lib. 3. hist. c. 13.

Qvoad sapientiam eius: Porrò nihil Elisæus scripsit, nisi fortè sint eius, in scriptis exhibitæ, quasi à Magistro institutiones illæ tredecim (de quibus agunt Eusebius, Nicephorus, Sozomenus Cassianus & alij cum Philone) quas sibi supererogarunt Esseni (ita dicti iuxta aliquos Doctores quasi Eliseni; eo quod in perfectione Monasticæ vitæ potissimè ab Elisæo Propheta sint instructi) qui in desertis commorabantur Ierichuntis. Quidquid sit, librorum vice, posteros hæreditauit, teste Cyrillo Carmeli Priore, operosissimis virtutum suarum exemplis, multis sacrorum facinorum testimoniis comprobatis: è quibus eodem fante Cyrillo, huius Religionis Professores diuersos profundæ sapientiæ tractatus deducebant, quibus tamquam copiosis dapibus sapientiæ, mirificè reficiebantur. Sed nunc iam ex Saliano sacro præstans corpori Epitaphiū addere iuuet, quod Epilogi vice totum Patris inclyti rutilum candorem cinxisset.

Eusebius. Nicephor. Sozomenus. Cassianus. Philo suis videndi locis.

Cyril. lib. de perp. prof. Car. & ep. ad Abb. Ioach.

Anno Orbis conditi 3205.

ELISEO MAGNO EPITAPHIVM.

HIC SITVS EST
MAGNI PRÆCEPTORIS, MAIOR, SI FAS EST
DICERE DISCIPVLVS
ELISEVS,
QVI HVMILI LOCO IN ABELMEVLA NATVS, AB ARATRI TRACTATIONE, AD NOBILEM ANIMORVM CVRAM, AD PROPHETÆ SCIENTIAM, AC DIGNITATEM, AD PRODIGIORVM EFFECTIONEM EVOCATVS, IMPIOS, BELLIS, OBSIDIONIBVS, SEPTENNI FAME, CÆDIBVSQVE CASTIGAT: QVI FERAS AD LACERATIONEM PVERORVM IN VINDICTAM PARENTVM VOCAT, TVRPISQVE LVCRI CVPIDITATE SORDIDOS, FOEDISSIMA PERENNIQVE LEPRA CONTAMINAT.

Salian. ad ann. mundi 3104. n. 18. tom. 4.

HIC EST QVI AD VNAM PROPHETÆ VOCVLAM AVT PALLII INIECTIONEM, AD DEI FAMVLATVM INCALLVIT, ET PATRI MATRIQVE VALEDICENS OMNIA IN PROLVSIONEM EVANGELICÆ PAVPERTATIS, ABDICAVIT A SE, ATQVE CONTEMPSIT. HIC EST QVI RELIGIOSÆ PAVPERTATIS THESAVRO DIVES, EGENTES OBÆRATASQVE VIDVAS, INOPES PROPHETARVM COHORTES, ADEOQVE COPIOSOS MILITVM EXERCITVS, DESERTIS IN LOCIS SITI ENECTOS, DIVINA BENIGNITATE LOCVPLETAT.

QVI INNVMERABILIVM RELIGIOSORVM PARENS, AC PROPAGATOR EA SEMINA ANNIS PENE OCTOGINTA IECIT, QVÆ SVPERVENIENS EVANGELII GRATIA EDVXIT, EXCOLVIT, ET AD DEBITAM PERDVXIT MATVRITATEM.

QVI, VT POPVLI SVI CLADES PRÆVIDIT, ATQVE PRÆLVXIT, ITA EIVSDEM SALVTEM, AC LIBERTATEM MORIENS FELICITER PARTVRIVIT.

VIXIT AD ANNOS CENTVM, ATQVE EO AMPLIVS, IN RELIGIOSA DISCIPLINA OCTOGINTA FERE, SEX REGVM TEMPORIBVS, ACHABI, OCHOSIÆ, IORAM, IEHV, IOACHAZ, IOAS ANNIS SEX, ET SEXAGINTA PROPHETIÆ MVNERE FVNCTVS, EOQVE VNA CVM VITA PERFVNCTVS EST ANNO IOASI DECIMO, AMASIÆ OCTAVO, ANTE CHRISTI ORTVM IↃCCCXLIX. PLVS MINVSVE.

DE IONA PROPHETA.

CAP. III.

Anno Orbis conditi 3211.

Theophyl. fragm. Io.

SANCTVS IONAS Propheta cuius nomen iuxta Theophylacti fragmentum significat *Alitum l. dolentis columbam*, filius fuit Amithai quoque Prophetæ, natione Opherita, natusque in viculo Geth (quæ S. Hieronymi tempore Diocæsaria vocabatur) licèt in Sidoniorum Sarepta cum Matre fuerit educatus. Epiphanius tradit natum esse in Gath, siue Chathamaum in Tribu Dan, non longè ab Azoto Palæstinæ Ciuitate, & Matrem habuisse viduam illam Sareptanam Sidonitam: cui ligna colligenti in Sidonica Sarepta obuiauit Magnus Helias, & in cuius domo delituit, dum Achabus per omnes gentes, & Regna ad necem perquireret eum: fuitléque insuper puerum reuocatum à mortuis per Magnum Heliam, cùm in viduæ domo Matris aleretur Vates zelator excelsus, quémque ob hoc Mater tradidit erudiendum in Prophetica Monastica disciplina auctori eius Maximo Heliæ, cui vt discipulus obsequeretur. Itaque primus vocatione, non dignitate inter Heliades, ab ætatis suæ anno vndecimo in Monastica vita Ionas venit connumerandus, qui Heliæ suo, vsque ad raptum subministrauit, & vltrà. Post quem ab Elisæo spi-

ritus

Anno Orbis conditi 3226.

titus dupli, muneris que hærede maiori in Ramoth Galaad Ionas missus Regem vnxit Israëlitidem Iehu, ad vindictam necis Discipulorum Maximi Patris Heliæ.

Cúmque iam Ionas virilem attigisset ætatem, prophetauit primùm de restitutione Damasci, & Hemath, & terminorum Israëlitici Regni, facta per Ieroboam Regem Israël. Dein monitus à Deo, in Niniuem Assyriorum Metropolim à Nino conditam ciuitatem, prædicare perrexit, Niniuitarum infra dies quadraginta subuersionem minitans. Vidit, sancto Spiritu reuelante, Niniuitas per prædicationem suam à via mala conuertendos sua, adducendos ad saccum, & cineres, Deique misericordiam consequuturos: renuit, vt pauidus illò ire Propheta, ne falsa pessimus coram Deo peccatoribus nunciare videretur, dum vsque in mare deiectus, & à marina deuoratus Bellua, post triduum viuus à Ceto euomitur terræ. Scripsit, Ecclesiâ teste, dictante Numine diuo historiam hanc, in qua mors, & resurrectio Christi exiguo, cælesti typo, charactere monstratur.

Vixit temporibus Oseæ, Hamos, & Esaiæ, tandémque è ferculo vitæ ferè centenarius abscessit sub Ieroboamo Israëlitico Rege, anno Mundi 3211. in terra Saar, ibidémque sepultus in specu Iudicis Cenesæi. An autem communis loco Patris, ab Elisæo ipso præfectus fuerit Ionas, qui omnibus simul Religiosæ vitæ professoribus præesset, affirmare non valemus; non defuisse saltem singulis locis virum aliquem sapientem, & sanctum, qui Heliadum familiam modo illo temporis Hebræi regeret, merito consentit Salianus.

Vide dicēda ad hæc ex Bolduco in Rechab. & Rechabitis.

Salian. cit.

DE MICHÆA A IEMBLA PROPHETA.

CAP. IV.

Anno Orbis conditi 3226.

MICHÆAS PROPHETA, cuius nomen *quis sicut Deus*, interpretatur Hieronymo, non *Hyempsa*, vt corruptè ex Chalcographis legit textus Patriarchæ Ioannis: Tertius, iuxta hunc Ioannem, vocatus Heliæ Magni discipulus, cui adhæsit dum Patriarcha eximius, de Orebea spelunca, Dei iussu, reuerteret ad terram Israel.

S. Hieron. de vocab. Hebr.

Ioan. 44. lib. de instit. capit. 24.

Is, à primo Monastici instituti, Sole in vtroque, Maximóque Parente in Monastica vita institutus, cùm iam inter Prophetarum filios adnumeraretur, spiritum à Deo prophetandi suscepit: in quo Achabi Rego duplicem belli victoriam, quam de Benadad Syriæ Rege reportauit, prædixit. Sed quia Achab in secunda victoria Regem Syriæ morte dignum, quem ceperat, permisit illæsum abire, ideo Michæas, Regi Achab in spiritu Domini dixit morte puniendum pro illo.

3. Reg. 22.

Demum cum iam, Ioramo Achabi regnante filio, ipsum Michæas de Idolorum redargueret cultura, iussus est ab eodem dari præceps ex alto vertice montis, vt Morastites alius & factus Prophetici Ordinis Protomartyr illustris laureâ sui sanguinis decoratus superam asseruit spiritus arcem. Sepultus est prope Polvandium, iuxta sepulchrum Senachim, in Morasti, non patriâ suâ; non enim Michæas iste Morastites ille est, qui temporibus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda prophetauit, & in numero duodecim Prophetarum assertus est; sed ille, qui longè antè prophetarat in diebus Achab, Ochosiæ, & Ioram Regum Israël, anno mundi 3226.

Anno Orbis conditi 3227.

Primus Prophetica Religionu Martyr. Pat. Ioann. lib. de instit.

Nihil scriptis iste posteritati reliquit, at vice characteris, multa sanctitatis suæ venturis exempla monstrauit & sacræ vitæ segmina dedit.

DE HOSEA PROPHETA.

CAP. V.

Anno Orbis conditi 3227.

HOSEAS PROPHETA, qui & in Prophetarum, tam maiorum, quàm minorum numero primus fuit positus ab Hebræis, Græcis & Latinis: cuius nomen in idem incidens quod Iosue, *Saluator*, siue *Iesus* interpretatur: & bellè quidem, id enim tanti Prophetæ germana nomini celebria facta consignant. Filius fuit Beeri quem Hebræi etiam Prophetam fuisse censère: gente Israëlita, siue Iudæus, Hierosolymitanus domo, ex oppido Belemoth, in Tribu Isacar, etiamsi quidam Hebræi, quos Lyranus, & Montanus, sequuntur minùs aptè Tribu faciant Rubenitam.

Vide Salian. ad an. 3227. & Bellar. de scripto. in Hosea. S. Hieron. in Hosea. Epiphan. in eius vita. Doroth. in Synop. Isidor. c. 42. de vita & mor. proph. Lyranus. Montanus.

Primus fuit per quem Deus populo suo in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas, Regis Israël loquutus est: licet enim in Niniue Ionas, & in Idumæa Abdias ante ipsum fuissent vaticinati; non tamen contra Hebræos Reges: & enimverò Helias, & Elisæus prophetando illum præierint, sed cùm non tam verbis, quàm opere prophetarint, nec vaticinia sua sic scripta reliquerint, nec Captiuitatibus, vt Hoseas comminati fuerint (qui vnus est Prophetarum animus vnaque prima illorum mens) inde asserimus saltem, quia Hebræorum Regibus vaticinatus est primus, quia verbis egerit, & vaticinia inter hos primus scripta reliquerit, Primum fuisse per quem populo loquutus est Deus, & quo primo veluti linguâ cælesti vsus est Spiritus sanctus, vt liber eius verbis ostendit apertis.

Hoseæ. c. 1. n. 2.

Publica ergo pro Deo Censoris morum, Magistri veritatis, diuini oraculi diuinam Dei mentem aperientis, functione vsus est, puritate, obedientiâ, fortitudine, & confidentiâ (quâ Reges palam animosè increpans) excelluit. Mundialis honoris exosor ingenuus, non terræ Principes formidauit, os suum (Helianus fidissimus æmulator) in medio populi fidenter aperuit Spiritus diuini aquam salientis fontis in vitam æternam, velut e puteo Saluatoris eruit, perenniter effudit. Tandem conciso stylo Prophetiæ suæ librum dictante scripsit Spiritu cælesti: & demum dierum plenus (centenario maiorem aduocauit ætatem) meritisque cumulatissimus, animam

Anno Orbis conditi 3231.

S. Epiph. cit.

egit, & iuxta Epiphanium, in propria Patria Belemoth est sepultus honore, sub Ozia, & Ieroboamo; Saliano asserente, Anno conditi Orbis 3227.

DE ABDIA PROPHETA.

Cap. VI.

Anno Orbis conditi 3231.

Abdias Propheta, siue, vt verbum habet Hebreum עבדיה *Hovadja*, quod sonat *Cultor Dei*, Epiphanio teste. Natione fuit Sichimita, ex agro Bethacaram, siue, vt proprius Sixtus Senensis, *Lethibacmar*. Vir fuit ab infantia Spiritu sancto teste, valde timens Deum. Antequam prophetare cœpisset, SemiCenturionem siue Quinquagenarium egit apud Ochoziam Regem Israel, primoque Dispensatorem Regis Achab.

Sixt. BB. S. lib. 1. 3. Reg. 18 1.

Ioann. Patr. lib. de instit. c. 15.

Is, cùm Iezabel diriſsimæ feritatis suæ in Dei fidissimos Prophetas enormeret virus, eos vsque ad necem perquiritando, pietate feruidus grandi, centum ex Magni Heliæ Patris discipulis in speluncis abditos Achabi, & Iezabelis persequutione grassante, pane pauit, & aqua simul. Mortuo Rege, cùm filius eius Ochozias Principes duos Quinquagenarios misisset capere Heliam, eósque homo Dei Magnus, demisso cælitus igne, cum militibus eius summis vsque ad cinerem redegisset, nostrum post hæc misit Abdiam cum quinquaginta militibus; qui, vt humilis erat & prudētia insigni præexcellens, ad Vatis Magni prouolutus vestigia pro sua suorumque animabus humiliter exorauit. Eius ab Helia Magno humilitate conspecta, resultaque alendi, abdendique misericordis Principis pietate, qua filios Prophetarum Patriarchæ discipulos militiorum, firma vitæ securitate donatæ ei vicem rependere curans, parcit. Epiphanio teste, cùm is obtentam a tanto Propheta gratiam recognosceret, Rege Ochozia derelicto, natiuque suis propria cum vxore demissis in domo, Heliæ discipulatui Dux Religiosus se nectit ex corde. Mox spiritu à Deo Prophetico imbutus, præuidit Idumæos Assyriorum exercitum adiutores contra populum Hebræorum. Hinc sublimi, sonoro ornatóque magni Rhetoris stylo velut Isaias alius scriptus prophetauit, fore tandem dissipandos ab exercitu Nabuchodonosoris. Sunt qui putent in breuissimo suæ Prophetiæ limine, Hispaniæ felicitatem, in extensione Imperij ad Austrum cum dilatatione Euangelij mirabiliter delineari. Quidam quoque ex Rabbinis existimant, Abdiam fuisse Proselytum ex Aëodomæa, eo quod libellus prophetiæ ipsius contra Aëodomæos, hoc est Chaldæos, & gentes quæ afflixerant Israel, potissimè fuit scriptus.

S. Epiph. de vita & mor. Prophet. Vide Cornel. à Lapide in Abdiam. & G. Ipa. Sanctium ibid. S. Doroth. in Syn.

Sixtus BB. S. lib. 1. in Abdia.

Tandem dierum plenus, cælesti gratiâ, operúmque Sanctorum cumulatissimus: factus de Duce exercitus Ecclesiæ Dux, qui in Samaria paruum gregem pauerat & nunc in toto Orbe Christi pascit Ecclesias, vt loquitur S. Hieronymus anno suscitati orbis 3234. Obiit in pace: sepelitur in Samaria in eodem Patris Elisæi sepulchro, quod tempore S. Hieronymi vna cum Mausolæo Baptistæ Præcursoris in Sebaste, quæ olim fuerat Samaria, visebatur. Apud Græcos, & Romanam Ecclesiam celebris est S. Abdiæ memoria.

S. Hieron. 1. Abd. & in epist. Pau. & epist. 27. Rom. Mar. die 19. Nouembr.

Anno Orbis conditi 3240.

DE MICHÆA MORASTHITE PROPHETA.

Cap. VII.

Anno Orbis conditi 3240.

Michæas Propheta cognomento Morasthites, cuius nomen, *quis sicut Deus* interpretatur, natione fuit Israelita, domo Morasthites, quæ villula est ad Eutropolis orientem ciuitatis in Tribu Iuda. Indiuisus Isaiæ collega, & in prædicationis munere fidissimus adiutor, à tempore Ioathan vsque ad Ezechiam Regem, & amplius, laborum etiam particeps eius.

Eusebius Cæsariensis, S. Athanasius S. Epiphanius, S. Dorotheus, & Chronicon Alexandriæ eundem hunc ferunt fuisse Michæam cum filio Iemblæ; à Hierosolymitanum Patriarcham sequuntur interpretes omnes, diuersificantes eum ab isto interuallo temporis centum septuaginta, & amplius annis. Constat à Patria, non à Patre accepisse cognomen, Hieronymo attestante. De Prophetica Heliadum familia vaticinatur libro suo, ad cap. 14 v. 14. maximè, & 15. in illis verbis: *Pasce populum tuum in virga, & gregem hereditatis tuæ. habitantes solos* (dixisset penè Monachos) *in saltu in medio Carmeli: pascentur Basan, & Galaad iuxta dies antiquos. Secundum dies egressionis tuæ de Terra Ægypti ostendam ei mirabilia.* &c. Cuius verbis continuationem illius instituti in Carmelo duratione demonstrat, iuxta multorum Doctorum intelligentiam.

Euseb. & Athanas. in Chronic. S. Epiph. in Synop. S. Doroth. de vita & mor. Proph. Chron. Alexand. Ioan. Pat. de instit. c. 14. in Mich. S. Hieron. de loc. Hebr. & in epist. Paulæ. Penè. Nyssenus ibid. Vidend. S. Greg. Nyssenus hoc loco. Ioan. Patr. c. 20. Carthagen. tom. 4. ho. 2. lib. 7. Vide suprà Præambul. 2. n. 5. Sixtus BB. S. lib. 1. in Michæ.

Ad tempora Regis Ezechiæ libet venerandam Prophetæ ætatem adduxisse: Obiit ergo, Sixto asserente Senensi ex alto, vt alter Michæas loco præcipitatus, sepultúsque est in Patria sua Morasthi, Mundi anno 3240.

DE RECHAB ET RECHABITIS.

Anno Orbis conditi 0000.

Rechab Vir Dei, cuius nomen *quadriga* sonat, cum tota Rechabitarum, seu Cinæorum suorum stirpe generosa (qui Rechabitæ dicti sunt, & venère de càlore domus eius, id est de feruore Religiosæ vitæ descendentes à Rechab, & cum Ionadabo illius filio Eremiticam Elisæi Patris Religionem sectati sunt) censendus accedit tanquam Elisæi Præceptoris discipulus. Non ille est de quo vnám Solymæ vrbis portam ædificasse, post liberatum à seruitute

Io. Pa. c. 25.

Anno Orbis conditi 0000.

Esdr. lib. 2. c. 3. Memorat. Paralip. 1. c. 2.

populum dirà Israel. Esdras refert in lege doctissimus: neque Rechab ille dux complex necis, occisionisque infidæ Miphiboseth filij Saul, sed sanguine, & virtutibus nobilissimus alter, cuius illustrissimam genealogiam Cinæorumque suorum, illustre memorat Spiritus sanctus iuxta Patriarchæ Ioannis intelligentiam. Vir fuit iste Religiosissimus, vtpote à quo Cinæi, sanctitatis eius legitimi hæredes, sacrarum litterarum studium (pro quo sunt Scribæ vocati) Cantica gratissima Deo, Tabernacula, Casulásque ab vrbibus, & populo semotas accepêre.

Bolduc. li. 3. de Eccl. ante leg. c. 12.

Iacobus Bolducus asserit præcipuum, primúmque ex filiis Prophetarum Archimandritam, Elisæique successorem, fuisse appellatum Ionadab (de quo postea) huius Rechabi filium, eo quod Rechab Heliæ, & Elisæi, Ionadab ille discipulus fuisset: & cæteros societatis illius alumnos, qui vocati fuerant Enosceni, Cinæi, Nazareni, & filij Prophetarum abhinc Rechabitas vocatos fuisse, quod idem est sentiente Bolduco, quod Elentæ siue Elesitæ. Quidquid sit Rechabitæ in omnibus cum Rechabo suo adhæsere Eremiticis omnibus Elisæi vestigiis, virginalem si dempseris castitatem, quam nec Ionadab, nec ab eo Rechabitæ emanantes amplexati sunt; nam propter carnis fragilitatem permissi sunt vti coniugio, & prolem ad Dei cultum educare.

Ierem. c. 35. à v. . lib. 1. Paral. cap. 2. n. 55.

Horum institutum latè refert Ieremias, constatque ex lib. Paralipomenon eosdem cum Cinæis fuisse. Fuit vero Rechab ille cum suis, suæ antiquæ professionis obseruantiarum adeò venerator, & operator exactus, vt ad eos facta fuerit per Ieremiam fidelissima repromissio de inconcussa duratione eorum eo quod obediuerint præcepto Ionadab filij Rechab. Vnde factum est quod nostri Monachi Rechabitæ, vt affirmat Patriarcha Ioannes, etsi essent intra Hierosolymam vrbem inclusi, dum Chaldæorum exercitus, à mœnus omnem Ciuitatem demoliri & irrumpere conabatur, non fuerint cum populo Hebræo in Babylonem transmissi, sed in terra promissionis relicti, quia Nabuzardan Princeps exercitus Nabuchodonosoris, dum prædictum Iudæorum captiuitatem in Babylonem transferebat, hos Monachos Rechabitas cum Ieremia Propheta liberos abisse permisit, vt Ieremias ijs se fuerat vaticinatus.

Ierem. c. 35. v. 19.

Io. Pat. c. 27.

Ierem. c. 35. v. 11.

Itaque stirps ista Rechabitarum iique potissimum qui Eremiticæ nostræ professionis genus fuerant sequuti, stetit in conspectu Dei cunctis diebus vsque ad ruinam Hierosalem, factam à Tito, & Vespasiano Imperatoribus. Adeò vt aiat Patriarcha; Sacerdotem quendam ex his Rechabitis, Monachum equidem Elisæitum, nixum fuisse è manibus eripere Iudæorum B. Iacobum Alphæi (qui paulò ante ruinam ciuitatis dictæ abscessit à viuis) dum eum lapidibus obruere niterentur, eo quod Apostolus Christi, Rechabitarum moribus obseruantissimus (non ideo eum facias Carmelitam Heliadem) vinum non gustasset, & alias eorum grandes sequutus esset abstinentias. Ista Ioannes. De Rechabitarum iam ergo institutis Ieremiam recole, & Patriarcham, cum aliis nostri non est hic illa contexere. Hæc nunc nobis de Rechabitis libata supersunt.

Nota de S. Iacobo Alphæi.

Io. Pat. cit. Ierem. c. 35. v. cit. Patr. Io. c. 25.

DE NAHVM PROPHETA.

CAP. VIII.

Anno Orbis conditi 3245.

Anno Orbis conditi 3245.

S. Hieron in Prol. sup. Nahum. Bolduc. li. 3. c. 18. de Eccl. ante legem.

NAHVM PROPHETA, siue vt habent Hebræi נחום *Nachum* cuius nomen *orbis consolator* interpretatur: natione fuit Galilæus, Elkeseus Patria trans Iordanem fluuium, versus Begabar, de Tribu Simeon, vel, vt arrisit Hieronymo sancto ex Helchesei, qui viculus erat dirutus in Galilæa tempore Ezechiæ Regis post sextum ipsius annum, quo captæ sunt Tribus decem, & ante decimumquartum, quo obsessæ sunt à Sennacherib vrbes Iuda. Sodalis fuit tempore, & munere fidissimus Isaiæ: Prophetauit deuastationem Niniuæ recidiuantis ad culpam, post conuersionem à Iona.

Vide Riberam multa de Prophetis, & temp. earum in Nah. præl. 2. n. 3. & 14.

Occulitur multis annis, & obitus Prophetæ, Sixtus verò Senensis non hæsitat asserere, mortuum fuisse sub Rege Manasse & sepultum in Begabar, circa annum conditi hominis 3245. Alij consulant alios. Romana Ecclesia Græcorum sequuta Martyrologium, tanti Prophetæ solemnitati dat Kalendas Decembris, sepultumque fuisse in Begabar, propter quod quidam credidêre patriam fuisse natiuitatis Nahum; at inappositè censent.

DE IONADAB RECHABITARVM Reformatore.

CAP. IX.

Anno Orbis conditi 0000.

Ioseph. datus à Saliano ad ann. 3151. Salian. citat. di tertiis in locis.

IONADAB (quem virum bonum & iustum Iosephus appellat, & de quo grauissimus nostri temporis Historiographus Salianus, magnæ affirmat fuisse opinionis, & apud omnes virtutis excelsæ propter studium veræ pietatis, & probatos ac Religiosos mores, & vitæ institutum seuerius à vulgi semotum opinione, vtpote qui, non tam verbo, quàm exemplo suos ad vitæ seueritatem appulit: propter quæ eius nomen *Spontaneus* interpretatus est D. Hieron.) Filius fuit Rechab, non carne, sed spiritu: Israelita natione, domo Solymus, sanguine nobilissimus, at virtutũ rutilo decore præstantior, Deique cultu præexcellior. Ideo à Iehu Israelis Rege magnis fuit honoribus auctus, in cuius curru receptus inter alia, Sacrificulorum Baalitarum, ex domo Regis Achab fidissimus testis, & zeli Iehu, vt sensêre multi in Regem vncti ab eo, oculatus factus inspector.

S. Hieron. de nom. Heb. Vide Bolducum lib. 3. c. 12. de Ecclesia ante legem. Collig. ex Abul. q. 25. in c. 10. lib. 4. Reg. & ex Reg. Heb. ou in notat R. Kimh.

Hunc Ionadab filium Rechab Rechabitarum

Anno Orbis conditi 0000.

Ioan.Pa.c.15 Theodor. q. 34.in c. 10. lib.4.Reg. Abul. q.13. in c.10.lib.4. Reg.& alij à Gaspare Sãchez.dati in lib.4. Reg.c. 10.n.15. S.Gregor. in poema.de vita Ionadab. S.Hiero. ep. ad Rust.

(qui à S. Gregorio Nazianzeno, & S. Hieronymo Monachi vocantur) fuisse Parentem, & Archimandritam citati ad Marginem cum Sanctio sensère. Cùm autem (Ioanne Hierosolymitano testante) in Cinæorum (qui ab inclito Iabes legis Doctore plenè in lege Dei fuerunt instructi) lege esset edoctus, ad maiorem perfectionis cumulum Elisæum, à quo instructus est in Monastica disciplina, simul & Eremitica vita, sequi decreuit, & imitari, demptâ virgineâ castitate; Quam Monasticam, & Eremiticam professionem, quæ paululum forsan (emergentibus seditionibus, & populi bellis acerrimis Religiosorum turbatâ pace, & spiritus quiete aliquantulo dirutâ) è seuera illa Elisæi obseruantia defecerat, Rechabitarum, seu Cinæorum suorum nouus factus instructor, & reformator egregius, eos & cunctos propositi eiusdem per affinitatem eis coniunctos, cum cæteris præter continentiam, in institutione Heliæ consultis Zelosus Pastor edocuit: firmo manente Rechabitarum cognomine, ob tanti Patris Rechab reuerentiam, & ne nouam Religionem suscitare videretur, sed vt sacrorum dogmatum Elisæi, quæ in idem ferè cum dogmatibus incidebant, Ionadab, obseruantiam solidaret, suòque pristino nitori restitueret, tam Magni Patris, & Prophetæ Elisæi Patrizator factus insignis.

Videad. Ordin. Chron. nou. libr. 2. c. 19.& 20.

Porrò magni habitus, & summâ à suis Ionadabitis reuerétiâ prosequutus, quã testatur Spiritus sanctus post latas reformationis suæ leges, & mãdata, excelsum spiritus Elisæi Patris & Magistri in discipulo Ionadabo fulgorē emittétia: post multa sanctitatis summæ exhibita posteris argumenta, animam efflauit inter suos, quos ad Religionis obseruantiam, & Dei cultum ad hortatus erat, in sinúque Abrahæ lætanter excepta surgentem venturum Christum fidentissima expectauit, ipsumque sociatą altâ petijt cæli candidam arcem.

Ieremiæ 35. an.6. vsque 11.

DE HHAMOS PROPHETA.

Cap. X.

Anno Orbis conditi 3251.

HHamos Propheta, cuius nomen per א Aleph, quā eum Vulgata Sixti Pontificis O.M. etiamsi Hebræi per ע HHajin (id est oculus, fons,) quæ est, hh, legant, *fortis* interpretatur D. Hieronymo notante: Isaiæ Patrem in Hebræo vocari אמוץ *Amots*; nostrum autem עמוס *HHamos* scitum est. Vnus fuit de Tribu Iuda, patriâ Thecuites, quæ est ciuitas, eodem Hieronymo teste Tribus eiusdem, prope Hierosolymam, & Bethlehem, ad partem Austri, Non fuit Pater Isaiæ Prophetæ, vt quidam ex libro Regum colligere tentant; Isaiæ enim Pater inter Hebræos *Amots* fuit (vt sentiunt S. Hieronymus, Augustinus, Basilius, Isidorus, & communis interpretum mens) non *HHamos*.

S.Hieron. in c. .Isa.

S.Hieron. in Prol. super. HHamos,& in c.6 Ierem. Lib. 4. Reg. c.20.n.1. S. Hieron. S. August. & S. Basil. in c.1. Isa. S. Isidor. de vita & mor. Proph. c.18.

Is ergo à Thecua Ciuitate in terram transiit Israël monitu cælesti, vt contra vitulum Bethel, & Regni illius prophetaret idololatriam. Adeò igitur animosum se Dei Zelatorem exhibuit, feruidum animarum acquisitorem, imò & iniuriarum Dei verbo vehementi vindicatorem eximium, verus Heliæ filius, vt quasi fulgurans verborum radios, zelanti spiritu, immiserit ignitos, saxea vel ferorum hominum corda demolliens, intérque Idumæos, Moabitas, Ammonitas, Palæstinos, Philistæos, Tyrios, Sidoniósque, verbis vincens, & redigens exemplo; sub mediis tantum temporibus Osiæ, & Ieroboam prophetauit extremis. Scripsit Prophetiæ suæ librum, qui inter Canonicos adnumeratus, spiritum non certè Pastoris; sed viri Spiritu sancto acti, eleganti suo axiomate olet. In reprehendendo fortiter premit, promittit dulciter, vehementer vitia retorquet, viuaciter interrogat, & vbi opus est magnificè fatur.

Anno Orbis conditi 3251.

Diuinum zelans honorem ab Osia Amasiæ Sacerdotis vituli Bethel, filio, vi[illegible] recipit grãdi iussus ferreo clauo, non clauâ, tempora dirè transfigi, iam post multa verba & verbera, Epiphanio teste miris sublata. Cyrillus noster addit quod contusis dentibus, & ore, nunquam à Dei laudibus cessauit, nec veritatis viam destiterit docere, demumque doloris vulnerum vi animâ cunctantem efflauerit: alij referunt semiuiuum in Thecuen Patriam fuisse delatum, ibique gloriosè sepultum, iuxta Salianum Anno mundi 3251. Contendant aliqui, non fore inter Heliades adscribendum Hhamos, ex verbis ipsius dicentis: *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ sed armentarius ego sum vellicans sycomoros*. Nos verò in rem nostram verba ipsa cum Lyra, & Cardinali Hugone sentientes humiliter Prophetam loquutum, dum negat se esse Prophetam, id est, indignum inter Prophetas connumerari, inter Heliades optimo centendum credimus iure Chronicos, Ordinis sequuti.

Vide Rom. Martyr. 31. Martij. S.Isidor.de vit.& mor. Proph. In vita Hhamos, & Epiphan. ibid. S.Cyril.præfat.in HHamos.

Salianus HHamos c. 7. suæ Prophet. n.14. Lyran. & Hugo Car. in c.7 HHamos. Vide Cotiam lib. 6. c 6. deducta 11, Car.

DE SOPHONIA PROPHETA.

Cap. XI.

Anno Orbis conditi 3330.

Sophonias Propheta, siue vt vocant Hebræi צפניה *Trephanja*, cuius nomen *speculator*, *& arcanorum Dei cognitor* sonat Hieronymo, Natione fuit Israëlita, Sarabathides patria, quæ est Sarabathamos: ex nobilissimo sanguine Hebræus, Chusi filius, Godoliæ nepos, pronepos Amariæ, & Ezechiæ abnepos. Vir fuit spiritu cælesti locuples, quo librum composuit, in quo edita à se vaticinia de euersione Hierusalem, & totius populi Iudæorum deuastatione, mirâ, & luculenta breuitate præcinxit. Prophetauit etiam de horrendo Christi Iudicio, & Resurrectione.

S.Hieron. in P.Galea.

Claruit sub Iosia Rege Iuda, Ieremiæ Prophetæ Synchronos, orbis formati anno, iuxta computa Sixti Senensis, 3330. Salianus ait prophetasse anno 3398. Christophorus Castro, anno 3417. Elige Lector, in hoc enim genere rei, tot passim sententias, quot capita inuenies.

Sixt. BB. S lib.1. Salian. to.4 annal.n.4. Castro cit. à Saliano ad an. 3410.

Anno Orbis conditi 3340.

DE ISAIA PROPHETA MAGNO.

CAP. XII.

Anno Orbis conditi 3340.

ISAIAS PROPHETA, de genere Regio, quem Hebræi ישעיהו *Iesahjahu* vocant, & cuius nomen *Domini salus* interpretatur, quémque Spiritus sanctus Magnum Prophetam appellat. Prophetiarum enim celsitudine, verborum eloquentiâ, prophetici diuturnitate muneris, generosa animi constantiâ, obedientiâ summa, humilitate verâ, & indole sacrâ, verè Magnus, & Euangelicus factis, & verbis Propheta optimo iure nominatus est. Filius fuit testibus S. Hieronymo, Basilio, Augustino, & Isidoro, Amots, non H Hamos, Israëlita natione, Domoque Solymus: (iuxta sacræ scripturæ interpretes docentes: Solymos esse censendos Prophetas eos quorum Patria reticetur in sacris,) electus à Deo prophetare Israël, Tyriis, Sidoniis, Moabitis, Idumæis, Ægyptiis, Æthiopibus, Chaldæis, Syriis, Assyriis, & populis aliis, necnon prædicare Hierusalem.

Eccl. 48. v. 25

S. Hier. S. Basil. in c. 1. Isa. S. Aug. de ciuit. lib. 18. c. 27. S. Isidor. de vita, & mor. Proph. c. 28.

Huius Principis prophetiæ, quæ exuperant alias, Magnæ, iure magno, vocantur; profundissimè enim in eis alta Christi Domini mysteria, & Matris eius intactæ Mariæ penetrauit, Virginis factus Euangelista; vt dicat Athanasius præcipuam Prophetiæ eius partem esse Christi Euangelicum eloquium.

S. Athan. in Synop. Prophet. Isidor. de vita & mor.

Tanta, dicit Isidorus, eius vitæ sanctitas, & excellentia fuit, vt vnam tantum feratur tunicam cilicinam habuisse, quâ postmodum (mirando obedientiæ Regij hominis signo) pro populi abiectâ delicto, sacco membra cooperuit; sed hoc ad extremum deposito, iuxta Domini imperium nudo corpore, nudóque vestigio, ita tamen, vt in eo nil tectum esset, quod modestus pudor apertum esse non prohiberet) in conuentu populorum conuersatus est trium dierum, non annorum, spatio.

Orbis fuit Præceptor vniuersus, Dei Tabernaculum, excelsæ maiestatis Altissimi tonantis solium, perennis, & inflexibilis veritatis oraculum. Altissimâ sapientiâ, inter sapientiores orbis, coronatus, & eloquentiâ sublimi inter mundi Rhetores excellentiores sublimiter insignitus, se, sapientiæ præstantissimo, sanctitate fuit præstantior. Inter multos Ordinis Prophetici Heliades, à dirissimo Manasse Iudææ Rege Laureali Martyrij coronatus gloriâ, (cùm iam suis vaticinationibus annis circiter nonaginta illustrasset Ecclesiam) præstantior Martyr ipse fuit, dirius enim super omnia mortis genera pertulit martyrium; serrâ námque ligneâ dissectus est, toto corpore medio, vt quo lentiùs scinderet illa, pungeretur acriùs ille. Sic tandem gloriosus volauit ad astra anno mundi, iuxta Salianum 3340.

Videndi sedulò Genebrard. in Chron. Tertull. & D. Hieron. in c. 57. Isai. Isidor. de vita & mor. Prophet. capit. 17. Zeno Veron. & auj Salian. ibid. 1c4.

Ferunt nitris multis, superæ Magni Prophetæ sanctitatis, euidentia testimonia perhibuisse. Narrat Dorotheus quòd cùm spiritus eius antequam moreretur, vi acerbissimi cruciatus deficeret, vasculum aquæ Prophetam exoptasse, quæ confestim illi ex Siloë torrente missa est, aperto exiliente tubo. Tumulatus est tandem sub quercu Rogel, in angulo Ciuitatis meridiano, prope Salomonis Regiam, Adrichomio Testibus & Villalpando.

De causa mortis Isaiæ vide D. Hieronym. in ad Hebr. & in c. 1. Isai. Origen. 1 c. 1c. ep. ad Rom. Tertull. de patient. c. 14. S. Doroth. in Synop. & Epiphan vita Isai. Adrichom. & Villalp. Sixtus citat. in Isa. lib. 2.

Sixtus recenset præter amplissimum Prophetiæ suæ librum, scripsisse etiam alium de gestis ab Osia Rege, cuius fit mentio sexto in capite lib. Paralipomenon: in cuius etiam libri cap. 32. visio quædam Isaiæ memoratur, quæ continet sermones, & misericordias Ezechiæ Regis Iuda; nec dubium est nob s eam esse, quæ in libro Isaiæ, à capite 36. vsque 40. longo sermone describitur. Rabbini quid in adnotant fuisse Iudæorum sententiam libros Prouerbiorum, Ecclesiastes, & Canticorum ab Isaia Propheta compositos esse. Heretici sub nomine Isaiæ commenti sunt librum, cui titulus *Anabasis*, siue *Ascensus*, cuius meminit Epiphanius, De his, & aliis consule Sixtum Senensem.

S. Epiphan. 2. Panar. Sixt. libr. 2.

Anno Orbis conditi 3416.

ISAIÆ EVANGELICO VATI: EPITAPHIVM.

Anno Orbis conditi 3416.

DIVISVM SERRA CORPVS AB ANIMO CONTINET
HÆC SPELVNCA
ISAIÆ PROPHETÆ,
SANGVINE, MERITIS, ÆTATE VATICINIIS OMNIVM
PROPHETARVM LONGE CLARISSIMI.
QVAMQVAM NE HOC QVIDEM ELOGIVM PAR EST LAVDIBVS VIRI, MEDIA LEGE MOSAICA CHRISTIANI. IMO VIRI ANTE CHRISTI NATIVITATEM, CHRISTI MARTYRIS: ANTE EXORTAM EVANGELII LVCEM EVANGELISTÆ; QVI PLANGENS SVORVM ISRAELITARVM CÆCITATEM, EXVLTAVIT AD LVCEM GENTIVM.
VIDIT ILLE PRODIDITQVE MAGNI MESSIÆ CONCEPTVM, ET INTEMERATAM NATIVITATEM: VIDIT REGIAM, ATQVE ADEO DIVINAM SERVATORIS INFANTIAM ET CVM EMMANVELIS MAIESTATE PVERILES CIBOS: VIDIT INAVDITA SANCTITATVM PRODIGIA, ET DOCTRINÆ DIVINITATEM.
CELEBRAVIT EIVSDEM, PRINCIPIS INNOCENTIAM, MORTIS, ET TORMENTORVM ACERBITATEM, VNAQVE DE MORTE PECCATO, ET HOSTE TARTAREO GLORIOSISSIMOS TRIVMPHOS; QVOS PENE SIGILLATIM ET HISTORICO MORE PERCENSVIT; ATQVE NVMERAVIT.
DENIQVE DVM IN FILIORVM EIVS SANCTITATEM CHRISTIANORVM ET PROFLIGATOS SVORVM MORES, ET IDOLOLATRIAM INTENTVS SÆPIVS GENTEM PECCATRICEM, POPVLVM GRAVEM INIQVITATE, SEMEN NEQVAM FILIOSQVE INTONAT SCELERATOS, BARBARI, EIVSDEMQVE COGNATI PRINCIPIS, VEL IVSSV, VEL CONSENSV INAVDITO SVPPLICIO PEREMPTVS IN SANCTORVM REQVIEM, POST EXANTHLATAS CENTVM CIRCITER ANNIS HVIVS VITÆ ÆRVMNAS EVOLAVIT:
ANNIS ANTE ORTVM CHRISTI FERE SEPTINGENTIS,
FORMATI ORBIS cIↃ cIↃ cIↃ ccc xL.

DE ABACVCH PROPHETA.

CAP. XIII.

Anno Orbis conditi 3416.

ABACVCH siue vt eum vocant Hebræi חבקוק *Chavakkuk*, cuius nomen Hieronymo *fortis luctator*, & *rigidus* sonat, oriundus ex agro Bezchar, de Tribu Simeon. Vir fuit in Iudæa multa celebris veneratiòne propter insigne prophetiæ donum: quique corde intrepido Deum ob sui familiaritatem, & zeli diuini ardorem ad iustitiam, & peccatorum vindictam fidentior omnibus, post Heliam spiritus sui Patrem, lacessiuit animosus.

S. Hieron. in Galeato.

Exarauit vaticiniorum suorum librum contra Babylonem, & Nabuchodonosorem Chaldæorum Regem, qui ausu diabolico Hierosolymitanum Salomonis Templum funditus euertit, tantáque mala Iudæorum Regno intulit, quanta ab vllo Tyranno perpessus vnquam fuisset populus Hebræus.

Prophetauit de extremo hominum iudicio; déque ortu, cruce, & morte Saluatoris Iesu. Altissimo spiritu dilexit. Est & alia quædam Prophetia abscondita, siue historia, quam apocrypham reputat Athanasius, & de qua meminit Epiphanius; si verò extat, alterius est Abacuch, ex Tribu Leui filij Iuda. Porro noster floruit tempore captiuitatis babylonicæ, in qua

Athanas. in Synop. Epiph. in vita Abac. Abac. c. 2.

ad

Anno Orbis cõditi. 3448.

Vide Sixtum lib. de BB. S. & lib. 1. in Dan. appẽd Iuxta comp. Suam.

ad Danielem in lacu Leonum obiit[...]tum cum prandio ab Angelo in Chaldæam, iubente Deo, deductus eſt.

Tandem ex hac vita in Iudæa deceſſit multæ ſanctitatis voce præclarus, annis duobus ante reditum populi Hebræi è Babylone, & magnis in agro ſuo honoribus parentatus eſt, Orbis cõditi anno 3416. Eius corpus manſit occultum vſque ad tempora Imperatoris Arcadij, in quibus patefactum eſt reuelante Deo.

DE IEREMIA PROPHETA.

Cap. XIV.

Anno Orbis conditi 3448.

IEREMIAS Propheta, cuius nomen *celſitudo Domini* interpretatur, Sacerdos fuit Magnus, ex Sacerdotibus Anathot, de Tribu Leui, natione Iſraelita, Anathotites patrià, quę erat Sacerdotum villula Beniamineæ Tribus terno diſtans ab Hieroſolymis milliario. Inter ſelectos Domini Prophetas, ſelectior iſte meritò nomen *Domini celſitudo* ſortitus eſt, quippe fuit in Matris vtero ſanctificatus, & ab vtero ſine labe originalis culpæ proiectus, Hieronymo teſte. Is, virginitate ſuà, Euãgelicum virum (verbis ſancti Hieronymi famur) Chriſti Eccleſiæ dedicauit. Datus in lucem Gentium, conſtitutus ſuper gentes, & regna, vt euellat, & deſtruat, & ædificet, & plantet, nontamen ſingulari capitis poteſtate. Vaticinari exorſus eſt puer. Captiuitatem Vrbis atque Iudææ, non ſolùm ſpiritu, ſed carneis oculis vidit. In Iuda tantùm & in Benjamin prophetauit, & ciuitatis ſuæ ruinas prædixit. Pientiſſimus ipſe, oculus cæco, pes claudo, ſiccitati ros, ſolatium ærumnis, tempeſtatibus tranquillitatis ſydus, & pacis ſcutum in bellis mirificè factus, celſiſſimæ pietatis nomen adeptus eſt. Iuſtorum fuit prototypon, Religioſorum exemplar, concionatorũ ſpeculum, & Chriſti IESV inter fidiſſimas ſui temporis vmbras fideliſſimus aſſignator.

Sanctificatus. Vide Ludou. Tenã in Iſagog. l. 1. diſ. 12. ſect. 1. & 2.

Sine labe. S. Hier. præf. in eum, & in c. 31.

S Hier. ibid. Colligitur iterum ex c. 16. Ieremiæ ſenſerunt S. Igna. ep. ad Philadelph. S. idẽ Hier. in c. 23. S. Atha. orat. 4. cõt. Arian. S. Iſid. c. 38 de vita, & mor. Proph.

Iuſtus à Deo ſcripſit ſpiritu cæleſti Prophetiarum librum à tempore Ioſiæ, vſque ad annum quintum Regis Ioakim: ſcripſit item de ruina Hieruſalem Alphabeto quadruplici. Threnorum, ſeu Lamentationum librum alium, quem S. Hieronymus menſuræ metri, verſibúſque reddidit. De ſcriptis eius, cõſulendus Poſſeuinus.

Anno Orbis cõditi. 3448.

Deo. c. 36. à n. 1. vſque 9.

Poſſeu. tom. 2. in app.

Tandem multis laboribus pro Deo exantlatis, captiuitate oppreſſus, ſed demum liberatus ab ea, ab Idololatris, Lunæ in Ægypto apud Taphnas, lapidibus obrutus obiit, eò quòd diuturna Prophetæ obiurgatio cum populi malitia diuturna decertaret, rati illi ſi eum è medio ſuſtuliſſent, quietè manſuros à moleſtiſſimo ſibi monitore tanto liberatos; pro quo, inſani populi furor demum erupit, & lapidibus crudeles illorum manus armauit in eum, qui diuinã in ipſos iram enixus ſæpè fuerat mitigare. Obitus ergo annus illius, iuxta fideliora computa fuit Orbis 3448. Porrò multis miraculis, Epiphanio teſte, inter Ægyptios illuſtris magnã ab eis habitus veneratione, & primã ſepulturà decoratus, ſcilicet vt idem cenſet Epiphanius, loco quo dudum Pharao Rex habitarat. Tandem ab Alexandro Magno corpus eius Alexandriam tranſlatum, ſolemni erecto marmore, illuſtriſſimè veneratur. Refellimus Victorini, Afri vetuſti ſcriptoris ſententiam aſſerentis, Ieremiam nondum fuiſſe defunctum; venturúmque tempore Antichriſti cum Helia Parente, (quod vltimum non denegamus) eo quòd datus ſit in Gentes Propheta. Tandem cenſemus æquiſſimum ex Saliano Prophetam tantum parentari, ne Ægyptiis ceſſiſſe pietate videamur, cùm dubitare fas haud ſit, virum, fuiſſe ſanctitate, rebus geſtis, miraculis, Prophetiã, magnitudine animi patientiã, omnîque virtute clariſſimum, quibus Seruatorem Chriſtum in vita, & morte tam inſigniter adumbrauit, vt ea in re Propheta nulli cedere, cunctos imò anteire iure videatur: vt qui in alieno, orans viuus, & moriens pro inimicis benignus fuit, in nos fidei eiuſdem hæredes, doctrinæ ſectatores, æmulos innocentiæ, patientię, fortitudinis & conſtantiæ admiratores, ac præcones copioſam benedictionem diuinitus impartiatur.

Laboribus. vide Salian. ad ann. 3419 n. 32. & 33. ann. 3444. n. 14. & 15. an. 1446. n. 11. 13. 16. & alibi.

Iuxta Torniel. ibi à n. 2. vſque 7. Caſtru Iſag. in Hiere. & Maldonatũ. Epiph. præf. in eund. Epiſt. in vita Ier.

Victor. in c. 11. Apoc. & vide de hoc Salian. ad an. 3448. n. 37. Salian.

Anno Orbis conditi 3448.

Anno Orbis conditi 3451.

IEREMIÆ DIVO EPITAPHIVM.

Salian. ad Ann. 3448.

CLAVDITVR HOC MAVSOLEO, VIATOR, NON LIPSANA, SED BALSAMVM LILIO VIRGINITATIS ODORATVM, NON OSSA ARENTIA, SED THERIACA VENENIS, SED AMVLETVM FVGANDIS SERPENTIBVS, LACERTIS, ASPIDIBVS, CROCODILISQVE SALVTARE. HANC ILLI VIM DEDIT, QVI DVDVM CONTRA CACODÆMONES, TARTAREOS SERPENTES, ET EORVM CVLTVM, ILLISQVE ADDICTAS ISRAELITARVM FÆCES VATEM INVICTVM REDDIDIT: DEDERAT QVIPPE EVM A PVERO IN CIVITATEM MVNITAM, ET IN COLVMNAM FERREAM, ET IN MVRVM ÆNEVM, SVPER OMNEM TERRAM ADVERSVS REGES, ET PRINCIPES, ET SACERDOTES, ET POPVLOS TERRÆ.

NIL MIRVM AVTEM POTENTEM FVISSE IEREMIAM ADVERSVS ASPIDEM, ET BASILISCVM, ET CONCVLCASSE LEONEM, ET DRACONEM, QVI EX IPSO SANCTIFICATVS MATRIS VTERO, NIHIL ILLIS IN SE IVRIS IN ANIMO, NIHIL IN CORPORE INQVINATVM, TOTO VITÆ DECVRSV ADMISIT: ILLI TOTA VITA SIMILLIMVS, QVI MORTALIVM NEMINEM, AVT ETIAM IMMORTALIVM HABVIT VNQVAM PAREM: PRO QVO, ET IN CVIVS TYPVM CALVMNIIS APPETITVS, IRRISIONIBVS VEXATVS, CIRCVMVENTVS INSIDIIS IVGVM SVBIIT, ET CATHENAS; ALAPAS ITEM, ET FLAGELLA, TENEBRAS, ET COENOSVM BARATRVM EXPERTVS EST.

ET POST DEPLORATAM MVLTIS, ASSIDVISQVE LACHRIMIS CIVITATEM, AC REMPVBLICAM IVDÆORVM, GEMINA CLADE PEREVNTEM, SAXORVM DENIQVE GRANDINE AB IMPIA FVGITIVORVM TVRBA OBRVTVS, IN SINVM ABRAHÆ SANCTI, CÆTERORVMQVE PATRIARCHARVM EVOLAVIT:

MAII PRIMO, MENSE A DESCENSV IN ÆGYPTVM SEPTIMO;

PROPHETICI MVNERIS ANNO XLII.
ÆTATIS FERE LV.

DE BARVCH PROPHETA.

CAP. XV.

Anno Orbis conditi 3451.

Ioseph. Antiq. li. 10 c. 11. Vide Mald. in Prof.

BARVCH Propheta, cuius nomen *benedictus* interpretatur, filius fuit Neriæ, sanguine nobilissimus. Iuxta Iosephum, Hieremiæ discipulus fuit, & intimus Secretarius. Quidam credunt spiritu prophetico donatum non fuisse; sed vocatum Prophetam, vel propter vitæ sanctitatem, vel propter professionem inter filios Prophetarum, tum vel etiam, quia interpretem egerit Scripturæ diuinæ; at constat ex prophetia scripturæ suæ, alta Euangelij Christi Mysteria in spiritu vidisse, & venturum Christum fideliter annuntiasse.

Cap. 3. Baruch.

Anno quarto Regis Ioachim, Hieremiæ iussu, librum scripsit, quem, eodem præcipiente, coram Principibus populi legit in Templo; quapropter perquisitus ad mortem à Rege, supremâ Dei Omnipotentis manu à furore diro Ioakim liberatus est, vsque ad Godoliæ mortem: propter quam, insons, in Ægyptum adductus, vsque ad Hieremiæ necem ibi permansit, hoc est, vsque ad annum 3448. & vltrà:

cùm

Anno Orbis côditi. 3460.

cùm constet superstitem ibi mansisse, vsque ad annum 3451. vitæ exitus tanti Prophetæ: quantùm ad modum penitus, & tempora latent. Creditur in Ægypto è viuis feliciter in pace decessisse. Librum reliquit, hominibus pœnitentibus, solatiis plenum, & viuaciter lachrymas in peccatoribus erumpere potentem. Addunt nonnulli addidisse Prophetiæ Ieremiæ caput quinquagesimum secundum, licet alij aliter opinentur. Vide Salianum.

Sal. tom. 4. ann. 3429. vsque ad ann. 3445. & an. 3457.

DE ZACHARIA PROPHETA.

CAP. XVI.

Anno Orbis conditi 3460.

S. Hieron. in Galeat.

ZAcharias Propheta, cuius nomen *memor Domini sui* sonat Hieronymo, ex terra oriundus Chaldæorum: filius fuit Barachiæ, Nepósque Iddo. Librum scripsit præ altis duodecim Prophetis longissimum, & abstrusissimum, eiusdem argumenti, cum Aggæi libro; etsi fusiùs de ciuitate Hierusalem, quam de Templo peragat in eo: visiones continet obscurissimas, non absimiles Danielis visionibus, in quibus extricandis propter altissimum, & cælestem spiritum Scripturæ, multa Hebræorum, & Catholicorum ingenia insudarunt.

Tandem post multa de Christo prædicta, sancto, & venerabilissimo, è viuis in Iudæa defecit, vnàque cum Aggæo honorifico sarcophago tectus ibidem est, anno Orbis constructi 3460. iuxta computum Sixti Senensis. Non est is Zacharias ille occisus inter Templum, & altare, vt Hieronymus adnotauit, etsi nomina conueniant, sed alter ab illo. Quo verò singulari fundamento inter Heliades credamus accensendum, vide dicenda in Aggæo.

Sixt. in BB. S. lib. 2. S. Hieron. lib. 4. com. in cap. 23. Matth.

DE EZECHIELE PROPHETA.

CAP. XVII.

Anno Orbis conditi 3463.

EZechiel Propheta Domini, Buzi Sacerdotis filius, ipse Sacerdos etiam, cuius nomen *Dei fortitudo*, seu *robur* interpretatur. Natione fuit Israëlita: ex Serara, siue Sarida oriundus: Ortus autem Iosiæ Regis tempore, mundi anno 3411. Is cum Ioakimo Rege Iuda captiuus ductus in Babylonem, ibi concaptiuis fratribus prophetauit. Tricesimo ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, in Chaldæa exorsus est loqui ad compeditos, eodem tempore quo Ieremias.

Vide Salian. num. 1. 2. & sequentib. ad an. 3411.

Propheta fuit illustrissimus & amplissimis virtutum ornamentis decoratus: super quem sublimiter, cælo aperto, post lachrymas, ieiunia, & vincula dira facta est manus Domini in Chaldæa, iuxta fluuium Chobar. Vbi exemplum mirandæ fortitudinis constitutus, ad exprobranda vitia, iuxta nomen suum, robur Domini constituitur. Hunc Deus conuocauit, adsciuitque quasi propugnatorem, & suæ vindicem gloriæ contra vniuersos terræ peccatores, quos constantissimè coarguere destinatur, diuini gloriosus factus Zelotes honoris, Dei Tabernaculum constitutus, Agnus, Columba, & Seraphim vocatus à Sanctis.

Anno Orbis côditi. 3463.

Demum magnarum factus visionum speculator à Deo, post librum Prophetiæ grandis de oraculis, & visionibus, sibi à Deo intra annos viginti acceptis, à se diuino exaratum numine: Post verbum Dei per annos XXII. disseminatum: post mirabiles, ingentes labores toleratos, pro Dei gloria, & peccatorum conuersione, spiritum egit, quo genere mortis ex Scriptura non colligitur; sed Auctor operis Imperfecti assignat, quod cùm iudicem Israël de cultu Idolorum argueret, apud Babyloniam, per testularum fragmenta, & diros silices, vt Chrysostomus notat, eum raptari fecerit, sicque excerebratum, immaculatum spiritum Deo dedisse, anno 3463. Sepultúmque, asserit Epiphanius, in sepulchro Sem, & Arphaxad (in terra Spyriorum in agro Maur) Abrahæ progenitorum, ad quod, voti causâ, multi confluere sunt assueti, cúmque ipse, qui in vita, etiam in morte multis, & admirandis prodigiis clareret Propheta, Sacerdos, Martyr & Christi Domini Typus effectus est.

Hom. 46. ad c. 23. Matth.

De vita & mor. Proph.

Refert Iosephus præter librum illum, aliud composuisse vaticiniorum volumen, quod citat Anastasius, sed credimus apocryphum esse. Porrò Canonicus eius liber, tantis obuoluitur mysteriorum obscuritatibus, vt apud Hebræorum Rabbinos traditione fuerit cautum, ne quis primum libri Capitulum exponere auderet nec finem, hoc est octo posteriora capita, nisi triginta annorum expleuisset ætatem. Vide S. Hieronymum in initio Commentariorum eius.

Vide maiora de laudib. eius apud Iacob. Saliã. ad ann. mûdi 3446. à n. 26. vsque ad finé anni. lib. 10. antiq. In Synopsi.

DE AGGÆO PROPHETA.

CAP. XVIII.

Anno Orbis conditi 3469.

AGgæus, siue vt vocant Hebræi חגי *Chaggæus* Propheta, cuius nomen *festiuus*, *& lætus* interpretatur, eo quod vir fuerit seminans in lachrymis, vt meteret in exultatione. Natione fuit Israëlita, Hierosolymitanus patriâ, iuuenculus adhuc, ex Babylone in Iudæam translatus est. Ducem Zorobabel, & populum ad reædificationem, vaticiniis, impulit templi, multa illis, ex Deo, mala minitans, nisi instructioni auidissimi instarent. Propriis igitur hausit oculis templi completam structuram Dei: & in eo primus, secundùm nomen suum in Dei laudem *Alleluia* cecinit, hilaréſque prophetias suas de reuersione populi, de reædificatione templi hostiliúmque gentium euersione, quas breu-

D. Hier. in Galeat.

Anno Orbis conditi. 3500.

breui libello digestas, cælesti spiritu actus, posteritati Ecclesiæ Christi litauit. Serarius ex Rabbinorum, & aliorum sententia asserit, Assidæos, Essenósque ex Prophetis descendisse, maximè ab Aggæo, & Zacharia, quapropter, & aliis rationibus generaliter adductis, meritò inter Heliades censemus Aggæum.

Serar. lib. 5. Minerual. c. 10. & li. 3. Trihæresij c. 7. & 9.

Tandem Deo gratissimus, post multa de Christi Aduentu, & Matris eius Purificatione, prædicta, finitâ fabricâ Templi, Hierosolymis obiit, annis quinquaginta post reditum à Babylone: Conditi Orbis anno 3469. iuxta Sixtum. Sepultus fuit honorificè, prope Sepulchralia Sacerdotum. Alij computa alia sectantes ponunt reditum è Babylone, anno secundo Darij filij Hydaspis, Orbis erecti 3533. Selige lector: nos securiora computa sectamus seduli.

Sixtus BB. Sacræ lib. 1.

DE IOELE PROPHETA.

CAP. XIX.

Anno Orbis conditi 3500.

IOël Propheta, cuius nomen *incipiens*, siue *volens* interpretatur, filius fuit Phanuel, Patriam Propheta iste celauit, sed ex Regulis Dauid Kimxi, & Vatabli dicimus, natione Israelitam fuisse, Solymumque Patria: ortum refert S. Hieronymus ex tribu Ruben, prope Bethoron, annuitque Sixtus Senensis.

R. Dauid & Vatab. in Oseam. S. Hieron. comm. in Ioel. Sixt. BB. S.

Prophetasse creditur sub Regibus eisdem, quibus Hosæas à S. Hieronymo, Ruffino, Theodoreto Augustino, & Alexandrino Clemente; sed recentiores fuisse ferunt, cum Michea sed. item. ... Prophetarum prænotionum librum, quo prædixit quanta mala imminerent orbi, & maxime duabus Tribubus Iuda, & Iacob, & Hierusalem: Prophetauit ... Propheticæ Heliadum familiæ, Spiritus sancti Aduentum, & alia multa miro verborum, & spiritus pondere plena: His peccatores terret, iustos vocat, & omnes, à puero vsque ad senem prouocat ad postulandam diuinam in Templo Dei misericordiam pacem petentibus promittens.

S. Hieron. in c. 1. Hos. Ioël & Isa. Ruff. in loco. Theodor. ... S. August. de ciuit. lib. 18. cap. 27. Clem. Alex. ... Vide R. ... in expos. omn. P... Recentiores Vide Sanctium, Castrium, & Tornellum. Hic cap. 2. n. 28. & 29.

Et quamuis taceatur ab aliis annus, & locus obitus eius, Sixtus asserit decessisse paulò post tempora Regis Ioram, & cum gloria, & honore defunctum corpus tumulatum esse in Bether, circa annum conditi Orbis 3500. Quidquid sit de tempore, ferè in ancipiti hæremus, in hoc Propheta, & aliquibus aliis huius ætatis primæ; nam in conueniendis temporum computis, tot capita quot sententias sæpissimè, vt diximus suprà, reperimus. Scimus Romanam Ecclesiam diem celebrare Natalitij sui Iulij Idibus. Cætera sapientior his, & aliis addat.

Sixt. BB. S. cit. lit.

Anno Orbis conditi. 3523.

DE DANIELE PROPHETA.

CAP. XX.

Anno Orbis conditi 3523.

DAniel Propheta quartus ex maioribus, cuius nomen *Iudicium Dei* interpretatur, & bellè quidem, dum facta nomini tàm nectit excelsè, vt putares Dei sapientiam, sedem iudicij in anima sui grandis Prophetæ collocasse. Natione fuit Israelita, Patria [a] Solymus ex Bethebero superiore natus anno [b] primo Regni Ioachim, mundi scilicet 3426. Patrem habuit [c] Sabaam, de semine Regio, & Tyrannorum, seu Dynastarum, & Optimatum Iudaicæ gentis (tales enim pueros ad se Nabucus introduci præceperat.) Fuit de Tribu Iuda, sicut tres eius socij Ananias, Azarias, & Misael: sunt qui credant de Tribu Leui. Mens fuit Hebræorum, imò D. Hieronymi in cap 39. Isa & lib. 1. contra Iouin. Gregorij Nazianz. & ante vtrumque Origenis fuisse Danielem de semine Regio Regis Ezechiæ filium; sed nec filium, nec Regis Eunuchum neutiquam esse ... contendit Salianus ad ann. 3523. nu. 39. faciliùs enim credi potest fuisse Regis Ephebum honorarium, hoc est quod Hispanicè dicimus *Page menino*.

[a] Iuxta allatam supra regulam, in Isaiæ Elogio.
[b] Vt credunt Tornellus anno sæculi 404. & Salian. ad ann. 3426.
[c] Epiphan. hæres. 55.

Puerilis Ephebi huius institutio mandata fuit in Babylone Asphenez Amæ Regiæ Magistro Instructus est litteris apprimè, & lingua Chaldæorum, sicque euasit eruditissimus sapientiâ, scientiâ cautus & disciplinâ doctus, adeò vt sapientia, & sanctitas eius in exemplum ab Ezechiele fuerint assumptæ contra Regem Tyri. Dederat enim illi Deus in meritum abstinentiæ à regalibus cibis, non solùm gratiam, & misericordiam in conspectu Principis Eunuchorum Asphenezij; sed etiam scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientiâ, & talem, vt omnem Chaldæorum scientiam præ cæteris præcelleret, quam didicerat, non vt sequeretur eam (prophanæ enim erant & sacrilegæ in multis Chaldæorum disciplinæ) sed vt induceret & conuinceret eos: dederat etiam intelligentiam omnium visionum, & somniorum: & tantus sapiens enituit, vt non solùm superarit coæquales Tyrones, sed & decuplo, hoc est, longo interuallo magistros suos, tamquam instructus à Deo, deuicerit.

[d] Sic legit T... quod vulgatus noster *Præposito Eunuchorum*. Ezech. c. 28. num. 3.

Vt S. Hieronymus a.t.

Mirus in hoc fuit, sed mirabiliter sanctitate celsiori, quam vix exprimamus verbis. Confudit sapientiâ simul & sanctitate sua Chaldæorum sapientes, terrefecit Orbis Monarchas, & pietate tandem sup parem suo tempore nullum inuenies. Sed vt mage mirère, Dei furorem contra populum meritò excitatum (vel contemplatâ tantum eius virtute) reprimere potuit, vt Ezechieli Deus ipse præmonstrauit.

Ezech. c. 14. num. 14.

De eius virginitate inter ditissimam virtutum suarum gazam Aldhelmum audi Occidentalium Saxonum Episcopum: *Daniel ab Archangelo sæpe vir desideriorum vocitatus, vsque ad supremam*

Lib. de laud. Virginitat. c. 10. tom. 7 ...

Anno Orbis conditi 3523.

supremam vitæ fugacis clausulam gratiss.mum spontaneæ virginitatis munus, velut flagrantis incensi thymiama, patri spirituum vltroneus obtulisse memoratur.

Propter quam (vitæ scilicet sanctimoniam) à Nabuchodonosore tanti est habitus, vt Rex ipse ceciderit ante faciem suam, & Danielem adorarit, & hostias & incensum præceperit vt sacrificarent ei, tanquam Deum cum veneraturus, nisi Propheta prohibuisset: adeò summus in oculis eius est visus: magna etiam, & multa munera dedit ei, & constituit eum Principem super omnes Prouincias Babylonis, & Præfectum Magistratuum super omnes Babylonis sapientes. Nec solùm à Nabuchodonosore; sed etiam à Baltassaro Idololatrà Rege honoratus est, & eo iubente purpurà indutus, & circumdatus collum aureà torque, & prædicatus coram mille conuiuis, & totà familià Regis quod haberet potestatem tertius in Regno suo: & tandem, qui inuenerat gratiam in oculis Regum Chaldæorum, fuerátque charus Persis & Medis: à Dario Rege etiam dilectus, & honoratus est. Multimodi in fornace laboris verè probatus pro gloria Dei: in leonum bis cauea deiectus, semel à Dario Medo, & fuit vnâ nocte: & semel à Cyro & fuit sex diebus; septiduum incolumis seruatur à Deo, inimicis à leonibus laceratis in lacu. Adductus fuit, non tam captiuus, quam obses in captiuitatem, quæ contigit anno tertio Ioakim, adhuc pusio, & infans, quando ipse circiter tertium agebat ætatis, vt asserit Epiphanius, & assentitur Sulpicius.

Epiph. de vita & mor. Sulpicius lib. 2. sacræ historiæ. S. August. in Psal. 132. S. Ambros. epist. 82. ad Vercel circa medium.

Futurum esse inter Carmelicolas merito Prophetam nostrum censendum conniuet S. Augustinus qui eum Monachorum in veteri Testamento speculum vocat, & figuram Monastici propositi in nouo propagandi: Sanctus etiam Ambrosius, qui postquam Heliam, Elisæum, & Ioannem Baptistam vtriusque Testamenti Monasticæ professionis Principes assignat: Danielem etiam inter huius status viros, post hos, primum commemorat: sequuntur hoc inter alios, & exteros, & domesticos auctores, auctor Dilucidarij Carmelij, Ioannes Carthagena Seraphicæ familiæ Sydus citans ex Iustiniano Ordinis Prædicatorum reuelationem quandam relatam à Nicolao Bertrando nobili Patricio Tolosano; in qua testatur apparuisse cuidam Episcopo Carmelitano Danielem Prophetam habitu indutum Heliæ, & interrogatum, vt quid sic indutus incederet, respondisse: *Omnes ferè Prophetæ huius Religionis filij fuimus a tempore Samuelis.* Nec inficianda sententia, quam plures, & exteri & domestici auctores amplectuntur, non leui nixi tantorum Patrum testimonio, & auctoritate huius, & alterius reuelationis, communiter acceptæ ab ipso etiam Daniele factæ sub habitu Heliadum, cuidam Ioanni Boscoboni Presbytero Tolosano.

Didac. Corta lib. 6. c. 5. Carthagena tom. 4. ho. de laud. Car. 2. obiect. 5. Iustinian. in Chron. Prædic. Nicol. Bertr. in Chronic. Tolosano.

Refert citatus auctor. Chron. Tolosan. anno 1468.

Iam demum ad ea quæ Daniel noster scripserit deueniamus: in primis indubitanter, Susannæ historiam quæ Canonica quidem est, vt probat multis Patribus, & argumentis Bellarminus contra Hæreticos, Paganos, & Iudæos, imò inter Christianos, & Catholicos, contra Iulium Africanum, qui eam Eusebio teste, tanquam adulterinam, & Neotericam refellit, Ioannem Driedo, & semiChristianum Erasmum. Scripsit item multa de Christo, & de tempore Aduentus eius, & excæcatione Iudæorum. Item de Antichristo, & suorum prælijs. Prædixit progressum quatuor præcipuorum Regnorum, & de bellis inter Græcos, & Persas, & inter successores Alexandri Magni, tantà perspicuitate, vt crediderint quidam, sed falsò, scripta fuisse multò posteriùs, quàm reuera fuêre. Liber iste Hebraicè partim, & partim Chaldaicè scriptus est, quia linguâ, & litteris Chaldæorum in Babylone apprimè Propheta instructissimus fuit: In eo omnes omnium Gentium historias, quæ post sua tempora scriptæ sunt, dilucidè coarctauit: Isidorus censet vnà cum volumine Ezechielis à viris sapientissimis fuisse conscriptum. Græci totum illum in duodecim partiuntur visiones, quarum prima Susannæ continet historiam, vltima interitum Draconis, & Abacuc raptum.

Bellarm. li. 1. de verb. Dei cap. 9. Euseb. li. 6. hist. c. 23. Driedo lib. 1. de Script. & dog. Eccl. cap. vlt.

Anno Orbis conditi 3640.

Erasm. in scholiis sup. præfatio. D. Hieronymi in Dan. Vide de hac litt. Salan. Salan. 1. Sedecia Reg. & paulò ante. Vide S. Antonin. Senen. B B. sacræ lib. 1. in Daniele.

Tandem dierum ferax felicissimorum, ferè centenarius (erat enim nonaginta & septem annorum, etsi Genebrardus ex quorundam Rabbinorum assertis, det ei centum, & quinquaginta, sed sunt nugæ Rabbinicæ) quas, vt fuisset, ait Theodoritus, captiuitatis Babylonicæ solatium, dante Deo, adimpleuit: Cyri Persarum Regis temporibus in Babylone, circa annum conditi Orbis 3523. decessit, ibique sepultus, magnífque honoribus auctus, cuius sepulchrum ibidem vsque ad tempora S. Epiphanij perdurasse perhibetur.

In Chron. in initio ætatis 6.

DE ESDRA MALACHIA.

Cap. XXI.

Anno Orbis conditi 3640.

ESDRAS Malachias, Propheta Domini, & Sacerdos fuit & in lege clarissimus Doctor: cuius nomē *adiutor* seu *atriū*, & cognomē *Angelus* seu *Nuntius* interpretatur, à dictione מלאך *Malach*, quod cognomen, iuxta Epiphanium sortitus, quia fuit forma præstanti, & moribus compositissimus. Patriam credimus Babylonem habuisse, ibi tempore captiuitatis esse prognatum: (Idem Epiphanius tamen affirmat natum fuisse in oppido Sopha Tribus Zabulon) non à Saraia Sacerdote Summo; iste enim Auus siue Atauus eius est, Vnus & idem est Esdras Malachias, non duo viri diuersi, iuxta Hebræorum sententiam, quam sequuntur Figuerius [a], & vetustiores interpretes, vt refert S. Hieronymus [b], Rupertus. & Ribera [c] probans sententiam nostram firmissimis argumentis; & ex communi Doctorum sententia, etsi Eusebius [d], Augustinus [e], Cyrillus [f], & Epiphanius ab illa stent, & discedat. Hunc Artaxerxes magna doctissimi in lege Sacerdotis, prosequutus est veneratione, cúmque maximis muneribus, & honoribus auxit. [g]

Tanta enituit pulchritudine morum, ingenij elegantià, fœcunditate memoriæ & serena spiritus, & faciei tranquillitate, vt meritò *Angelus* antonomasticè vocari meruerit à multis. [h] E-

S. Hieron. in interpr. nominum Heb. S. Epiph. de vita & mor. a Figuerius in Malach. b Hieron. Præf. in Proph. & in prolog. 12. Proph. & c. 1. Esdr. & c. 3. c Ribera in c. 1. Esd. n. 4. & 5. d Euseb. in Chron. e Aug. 10. de Ciuit. c. 36. f Cyrill. & Epiph. de vita & mor. Proph. in Mal. g Vide Esdr. 1. c. 7. h Aug. 20. de ciu. c. 23. Clem. Alex. 1. Strom. Tertul. & alij.

Anno Orbis conditi 3880.

Rabbinorum sententia Genebrardus [i] affirmat Principem fuisse Esdram Malachiam familiæ Scribarum, & tanquam successorem antiquorum Prophetarum cum æstimat Serarius [k], virginitate suâ clarissimum: & inter Heliades iure optimo censendum validissimis contendit Coria [l] rationibus. Is igitur tantus Carmelita, dictante numine sancto, libros scripsit legis duos, & quæ diruta erat bino volumine collegit, eámque in suggestu ligneo conscendens, populum edocuit palàm, doctrinam educens aduersus impuram vitam populi sui, ac Sacerdotum suorum improbos mores, qui post reditum à Babylone & instaurationem Templi ad pristinas rursus reuersi fœditates, oblationes, & diuina Sacrificia, pollutis animis corporibúsque tractabant.

Tantum laboris strenuissimus impendit iste Sacerdos, prophetico suo cælesti spiritu, in restaurandis libris, qui in Babylonica perierant captiuitate, vt tam a Græcis, quàm à Latinis Patribus, vno ore, vnicus sapientiæ, & doctrinæ Dei restaurator nuncupetur. Sunt qui credant, & bellè quidem, auctorem esse libri Paralipomenon, & libri secundi Neemiæ, qui tanti fuit Sacerdotis concionator egregius. Sensère nonnulli composuisse etiam vltimũ caput Ieremiæ: quidquid sit, in tanta sententiarum varietate ipse sapientissimus, & clara præexcelsior sanctitate, dictum plenus, gloria, & honore cumulatissimus, in sinum Abrahæ translatus est emisso spiritu, iuxta Torniellum Conditi Orbis anno 3640. Sepultúsque cum Neemia, qui anno eodem discessit è viuis.

i Geneb. initio 6. ætatis.
k Serar. lib. 5. Minerualis c. 1.
l Didac. Cor. in dilucidario Carmel. lib. 6. 6. c. 25.

Vide Ludou. Tenam Ep. Dertus. lib. 1. Isag. SS. diff. 2. sect. 5.

DE IESV SIRACH.

CAP. XXII.

Anno Orbis conditi 3880.

IESVS SIRACH, natione Hebræus patria Hierosolymita, de stirpe Iesu Sacerdotis Magni, filij Iosedech, cuius meminit Zacharias: filius alterius Sirach teste Vatablo: floruit temporibus citerioribus ad captiuitatem & restitutionem sequutis, ideóque post omnes Prophetas. Nepos fuit Iesu illius industrij viri, vt noster asserit ipse, & prudentissimi inter Hebræos, de quo Equilinus fuisse scribit honorabilem legis Doctorem, & sapientiâ perillustrem cælesti, qui aureas sapientum sententias, & dicta, cùm aliis à se multa sapiẽtia priuatim prænunciatis in vno volumine compilauit filio suo Sirach nostri Sirach patri. Is collectitius liber concinnè totus collectus, ordine clariore digestus, Hebraicè primùm ab Auo compositus, Græcè à nostro Heliade Sirach translatus est sub titulóque *Sapientiæ* lucidatus vt vocetur communiter à Græcis πανάρετος quasi omnium virtutum receptaculum, à nobis autem *Ecclesiasticus*, in quo ad sapientiæ virtutumque omnium amorem Sanctorum Patrum tum sententiis tum exemplis inuitat.

IESVS iste noster Prophetici Heliadum Ordinis decor, Salomonis fuit sectator nihil minus illo sapientiæ, & eruditionis nomine probatus, vt qui à multis eius ferè fuerit, & sit appellatus nomine, vt refert Athanasius. Genebrardus narrat fuisse vnum è LXX. Interpretibus tempore Ptolomæi Philadelphi, qui hos Interpretes ab Eleazaro Pontifice Iudæorum accepit, teste Iosepho. Tena videndus. Scimus Concilium Carthaginense III. Volumen nostri Sirach, quod ab eo tẽpore Ptolomæi Euergetis, ad Græcum translatum est, anno ab Orbe condito ter millesimo octingentesimo, Sixtus Senensis ait septingentesimo, octuagesimo, vt constat ex Genebrardo, inter scripta Canonica recepisse, sub nomine Salomonis; eo quod Salomone dignum visum fuisset opus, vel quia consuetudo illius temporis erat, vocari Salomonica, quæque præclara: Concilio subscripsère Innocentius, & Gelasius Papa, qui Canonicis libris inseruère librum istum. Vide Senensem.

Zachar. Vatablus.
Eccl. in Prologo.
Petr. Equilin. lib. 7. c. 2.
S. Hieron. Præfat. in libros Salo-[illegible]

Merito ergo, ad hæc, hunc Sirachum sub Simeone Iusto Iudæorum Pontifice & Ptolomæo Euergete Ægypti Rege florentem, vt recitat Adrichomius Delphus, inter Propheticos adnumeramus Heliades Paleonydorum Maldonatum nostrum, & alios secuti interquin verbis ipsius Sirach forsan adiciti, quibus ipse satis note magni illius Patris Heliæ qui Prophetas fecit successores post se, te filium profitetur, id ad quod, nos etiam generales adductæ in initio Paradisi huius rationes intrepidos vocant.

S. Athan. in Synopsi Scripturæ pag. 59. §. lib. sapien. Iesus Sirach.
Genebr. lib. 2. Chronolog. pag. 189. & 182.
Ioseph. lib. 12. antiq. c. 2.
Lud. a. Tena Ep. Dertus. in Isag. SS. [illegible] Difficultate 9. sect. 4.
Conc. Carthag. [illegible]
Sixtus BB. lib. [illegible] titulo. *Ecclesiasticus*.
Genebrard. [illegible]
Sixtus Sen. [illegible]
Delphus in Chron. [illegible] ad annum [illegible]
Paleo. lib. 5. [illegible]
Maldonat. [illegible] lib. 1. [illegible]
[illegible] 48.
[illegible] & 18. & aliis.

DE ASSIDÆIS SIVE ESSENIS.

CAP. XXIII.

Anno Orbis conditi 3893.

ASSIDÆI, siue Esseni, qui iidem sunt, iuxta Iosephum Gorioniden, Iosephum Stephanum, Lorinum, Serarium, & Torniellum, ex nominis Hebræi חסד *Chasia* quod significat *benignum, beneficum sanctum*,) similitudine cum nomine Græco ὅσιος, quod *sanctum beneficum, pium, putant* eidem significat. Hi igitur viri Religiosi Deo in Monastica Professione dicati, celeberrimâ sanctitate, & præclaro prophetici spiritus dono conspicui, pro lege Domini viriliter verbo, & ense dimicantes, sub Duce eorum Iuda Machabæo (qui vnus erat ex Essenis nobilioribus, & præstanti fortitudine roboris, cordis, & spiritus excelso viro) Orbis anno 3893. ante Christum 63. ab Alcimo Sacerdote Summo, gladio animaduerti iubentur, numero septuaginta, vt sacra Machabæorum censet historia. Adeo fuère diuino cultui hi omnes mancipati, vt vel nomina clarè, opera eorum pandant Etymon autem huius nominis Assidæorum, siue Essenorum Rabanus Maurus, S. Thomas & Lyra deduci putant, ab assiduitate diuini cultus, non ex Sacerdotij lege, sed ex Monasticæ professionis obligatione exercita. Alij, (eo quod nomen Assidæorum à dictione Hebræa חסד, חסידים *Chasid, Chasidim*, deducant, vt Iosephus Gorionides, Rabbinus elegans, quem sequitur Iosephus Stephanus Oriolensis Episcopus, Lorinus, & Serarius)

Ioseph. Gor. [illegible]
Ioseph. Stephanus in Ma[illegible] Lorin. In Acta, & Ma[illegible] Serar. in Machab. Aug. Torn. ad an. 1545.
Machab. 1. c. 7. n. 17.
De nom. & Profess. Assidæo.
Vide serm. supr. 1. Machab.
Raban. Maurus S. Thom. & Lyra in Machab.
Ioseph. Stephanus pro ad lib. Mach.
Lorin. in cap. 11 Actor.
Serar. in Harmo. Machab. [illegible] lib. 1. & sup. c. 14. 2. & lib. 3. in hæreseon cap. 7.

Anno Orbis conditi 3893.

1. Mach. 2. n.42.

Iac. Bold. li. 1. c. 11. de Eccles. ante legem.

rarius) cogitant esse interpretandum, *Misericors, pius, beneficus*; & non quomodolibet ait Serarius, sed operum supererogatione. Spiritus sanctus quasi innuens Monasticam horum Professionem, & veluti digito monstrans virtutis suæ voluntariam Deo dedicationem, dixit, Synagogam Assidæorum, seu Essenorum, vt legit marginalis glossa, fortem viribus esse ex Israël, & omnes voluntarios in lege. Demum quod omni iure inter Heliæ, & Elisæi successores, verósque Religiosos, vt fatur Bolducus, & veluti continuatores fidissimos, vsque ad tempora Ioannis Baptistæ, qui Princeps fuit in noua lege Essenorum vocatus à Patribus, sint illi Esseni censendi euidenter ostendit, & voluntaria castitas eorum, ad quam sese vltronei, voto adstringebant, quod ab Helia Magno à quo etiam tria Religionis vota sumpserant) vt fidissimi præcipui istius Patris imitatores, acceperunt: ostendit regulæ vtriusque Prophetarum, scilicet & Essenorum, conuenientia, & simillima similitudo: ostendit forma & habitus sui color, vix variati per annos nongentos: tum & etiam loci possessio firma, qui apud Solinum, secessus erat locus in Engaddi, iuxta Adrichomium in Tribu Iuda, præruptis rupibus eminens, & vastâ sed nemorosâ solitudine spiritum eleuans in parte Carmeli: Tum demum Prophetæ donum, quod à Deo datum perdurauit in Essenis, Iosepho dicente, vsque ad tempora Esseni Manahemis de quo in secunda ætate dicemus.

Iulius Solin. hist. c. 35. Adrico. Delphus in Tribu Iuda numer. 116. Ioseph. li. 15. Antiq. c. 13. ad finem. Ioseph. lib. 2. de bell. c. 7.

Hos compertum est diuisos esse in duas Palæstinorum & Essenorum Classes; sed ambas ab Helia Magno manasse, tanquam à primordiali & maximo Religiosi, Monastici instituti fonte, compertum est item apud Iosephum. Sicuti quod Alexandrini, vt Bolducus docet, fuerint primi, qui Euangelium Christi, vel manibus ambabus suscipientes, ex D. Marci Euangelistæ institutione, totam Ægyptum Monasticis dogmatibus irrigarunt, & quibus mediis, ex Synagoga ad Ecclesiam Heliæ Magni Patris Cœnobiale, Monasticum, & Anachoriticum institutum translatum est. In vitæ vtriusque exercitamento Theoricæ, scilicet & Practicæ actionis, & contemplationis, quas sacri Principis propositi nostri vtrasque & professi & amplexati sunt, ad quod & in vrbibus, & in desertis simul plura Cœnobia ædificata reliquerunt, quò filij, & heredes spiritus, & propositi Patrum, facilius veri fierent in iis eorum imitatores, cùm Martha in vrbibus ministrantes, & in desertis cum Maria facti assidui contemplatores Diuinorum.

Bold. lib. 1. c. 10. & 11.

NOTVLA VNA.

Aug. lib. 18. de Ciu. c. 45.

AB Esdra Malachia, vsque ad Sanctum Christi Domini Precursorem Ioannem, nulla Prophetarum singularium (qui publica functione Prophetici numinis, & supremâ populum potestate erudirent,) vestigia in sacra Scriptura, vel apud Hebræorum scriptores inueniuntur, vt notauit D. Augustinus: quamquam nec Prophetiæ donum, nec Prophetica Heliadum professio vnquam, defecerit, recuperata enim fuit per Esdram Malachiam, collectis viris illis, virtutibus selectioribus, qui ad patriam è Babylonica redierant captiuitate, & successione fidissima vsque ad Ioannem Baptistam in eisdem conseruata antiquóque splendori restituta: id quod innuit omnino Hebræorum sententia (quam Genebrardus, Serarius, Tornellus, Lorinus, & alij sequuntur) vocantium Esdram Scribarum Auctorem (etsi non omnes Scribæ Religiosi fuerint) cum Scribarum nomine aliquando ij, qui Deo sunt per Religionis institutum specialiter dicati, veniant accipiendi. Et scias, nomen Scribarum in Assidæorum, & Essenorum nomen, mutatum esse, per quos successione securâ Propheticus Ordo, qui ad tempora Christi potitus est. Itaque post Esdram nostro veniunt Catalogo censendi.

Anno Orbis conditi 0000.

Locis iam suprà datis.

DE MARTYRIBVS VSQVE AD NATALE Christi Iesu.

CAP. XXIV.

Anno Orbis conditi 0000.

NVMEROSI Sanctorum Monachorum Heliadum greges, sapientiâ simul, & virtute cælesti pollentes (qui dum Iezabelis diræ ferrum, aliorumque Dei, fideique diuinæ hostium immanissimorum, vsque ad tempora Christi Iesu, hostiliter grassaretur: postquam apertè vero sunt Deo consecrati, sub Religionis veræ, ab Helia Magno institutæ, insigni certò viuentes, pro superi Numinis cultu sacro proprio dealbati sanguine, laureis ditati sunt benè fulgidis, vere effecti Martyres, quando veræ Religionis studio, amoréque tenaci, detestati Idolatriam, sub Iezabele immani, aliisve diuini Numinis hostibus necem subière) huc conueniunt apponendi; illum Prophetarum cœtum quem Pater inclitus, & magnus Thesbites Zelator Helias Religiosis disciplinis, ad veram sanctitatem excoluit, decorantes. De his videndus Sanctius. Nos tum autem felicem portum hac prima ante natum Iesum Ætate teneamus: à nato verò Seruatore Christo annum primum Ætate prima ingredientes, claudentesque in ea Orbis conditi annum 4056. (si forsan sine speciali reuelatione annus conditi Orbis, in quo Christus natus est sciri valet, vt notauit Maluenda de Antichristo lib. 1. c. 27. Sunt enim in eo assignando tot capita quot sententiæ, vt Baronius asserit, in notationib. Martyrol. ad illa verba: *Anno à creatione mundi, &c.*) sub Augusto Cæsare Imperij sui agente quadragesimum secundum: quo vt primo CHRISTVS verus iustitiæ Sol Orbi inter mortales habitu inuentus vt homo, refulgere cœpit Rex.

* *
*

Sanctius intra citandus.

Videndus Caspar Sanctius in 3. Reg. ad illud verba. *Et dixit Helias, &c.*

RELIGIONIS BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS A MONTE CARMELI.

STATVS SECVNDVS.

ÆTAS SECVNDA:

QVÆ EST

POST NATVM CHRISTVM IESVM PRIMA,
Fundata Religionis anno 934.

NOTA VNA.

HIC iam dextrum fortunatissimumque ab Euangelio Christi, & gratiæ lege, gratiis plenum in MARIA *Virgine Matre sidere supremo & diuino Christi Baptista Ioanne felici horoscopo secundus Ordinis nostri cursus, & Status sumit initium: is protrabitur vsque ad annos Christi Domini 400. (quatuor præcipuè eius ætates) in quibus Ordine eximius ille Religiosæ pietatis Pater Ioannes Hierosolymorum Patriarcha XLIV. effloruit: vt circa ea tempora Monachis tùm in Carmelo commorantibus scripto Græco Regulam daret. In hoc verò statu Heliano Ordinis successionem haud defecisse sole clarius est, vt patet duobus quasi canalibus diffusum esse Propheticum institutum, in Palæstina, videlicet, vbi Monachorum insignis Pater est constitutus Diuinus Christi Præcursor, & Baptista Ioannes: Inter hos fuère plures ex Essenorum familia, & ex illis quos sacra Scriptura Prophetarum filios vocat, ex quibus in diuersis Cœnobiis plures commorabantur Heliæ sectantes disciplinam, dum adhuc Euangelica promulgatio fiebat in omnem terram, vt ex antiquis Ordinis scriptis apertissimè constat. Quanquam vsque ad annum Christi 300. nulla Monachorum apud exteros historicos specialis mentio fiat. In eo igitur anno insignis Aonas Magni coæuus Antonij nonnullis discipulis gloriatus est insignibus: & notum est, apud Ægyptum ab Essenis Alexandrinis profluxisse ad Antonium Monasticum institutum, & certè ante ipsum alia nota fuisse Monasteria, & Monachos Heliades, quos Antonius ad perfectiorem Monasticæ viæ modum, tanquam verus Heliæ filius reuocauit, vt plantaret illum apud Ægyptios: mediòque Hilarione illo Carmelita notissimo discipulo eius in Palæstinam traduxit, & radicauit. Itaque constat apertè, eos omnes, qui tum apud Ægyptios, tum apud Syros populos, & solitudines Monasticen, siue Anachoresin, siue Eremiticam viam sunt prosequuti, ab Helia Magno Dei Propheta processisse, vel per Alexandrinos Essenos, quorum erat fidelis pedissequa Magnus Antonius, & discipuli eius: vel per Prophetarum filios, siue Palæstinos Essenos, queis Aonas successit, qui cum Hilarione constitutus est à Deo omnium Monachorum Syriæ Præfectus, Magister, & Parens: quæ omnia apud Ordinis fidentissima monumenta, imo apud exteros plures scriptores, passim, si libros euoluas, probata firmissimè reperies. Vide Thomam à Iesu, & Iacobum Coriam nostros & alios.*

Vide Thom. à Iesu c. 15. & 16. lib. 1. antiq. & Iacobum Coriam in Dilucidatio Car. li. 1. per cc. varia.

Tho. à Iesu cit.
Iacob. Coria cit.

ANNVS Christi I.

ÆTAS SECVNDA,

Quæ est ab anno primo Christi Domini Seruatoris Iesu Prima, vsque ad annum eiusdem centesimum, Fundatæ Religionis Anno 934.

NOTÆ DVÆ ANTE VIROS.

NOTA PRIMA.

FAVSTVM, felixque initium, quo in Helia Magno Parente nostrum suscepimus opus, feliciorem promittebat exitum narrandi de viris, qui sapientia, & sanctitate summa (in prima nascentis Religionis suæ ætate, quæ ad tempora antiquæ pertinet legis) Carmeliticam aciem condecorarunt. Siquidem, post annumeratos inclytos illos Heliades, Vatésque Dei diuinos, quos vocarunt Prophetarum filios, finem facientes in Essenis & Martyribus sacris, gliscit animus, felicius ætatis primæ ex his, quæ ad tempora pertinent Christi Iesu initium capere in enarrandis ingenuis aliquibus viris, fœminisque doctrinâ, & sanctitate pollentibus, à suprema Virginum Virgine Matre, Angelorum Imperatrice, Cælorum Regina, & Carmelitarum singulari Genitrice & Tutatrice MARIA, Stella syderibus cæli cunctis maioribus præstantiore: quâ auspice, cunctæ exitum habitura iocundum hilares aggredimur; namque;

Felici quæ sunt omine cœpta iuuant.

Eo quòd malè sanè cedere non possunt, quæ felix sortiuntur initium. Suscipimus ergo Opus nostrum primæ à CHRISTO IESV ætatis; & cæterarum vsque ad tempora nostra, cum MARIA ΘΕΟΤΟΚΩ, & gratiæ fonte perenni sine originalis culpæ labe concepta: prosequimur cum Christi Iesu Præcursore IOANNE, cuius nomen Gratia sonat: quid non tam pulchra pulchrum sydera præbeant? quid non faustum initia adeo fausta dabunt? Neque enim nobis iucundius rei tantæ benè perficiendæ auspicium gestire licebat, quam tanti Numinis nomine, vel ab exordio nascentis Ecclesiæ nostrum, ante Ecclesiam natum, illustrare Carmelum. Igitur post peragrata antiquæ nubila legis, per sæcula varia, pérque annos ab Helia Patre plus vel nongentos: post aliquos primæ ætatis illius Heliani Ordinis viros recensitos, qui inconcussam Religionis nostræ seriem testantur egregiè, optatum hîc capimus portum, legis ab origine gratiæ, in Virgine Matre totius gratiæ fonte perenni, vbi Heliam illum offendimus, (qui Propheticæ Religioni viam fidissimam parat dum currat per æthera Phœbus) Ioannem, inquam, de quo pro encomiorum Coronide Christus Iesus, Ipse est, dixit, Helias: & verè, ipse est spiritu in omni: ipse in quo sacra Heliana Melotes successiuâ hæreditate resplendet: ipse in quo spiritus ille Thesbiticus Regum domitor, Ducúmque strator, iterum rediens è Paradiso resurgit: Ipse in quo speluncæ, & Carmeli deserta populantur, lachrymæ, ieiunia, suspiria, vigiliæ, & Angelorum cū hominibus assiduus affatus reuiuiscit: ipse inter quem tamquam in principio Religiosi & Monastici instituti in noua gratiæ lege, & Magnum Patrem Heliam, vt in eiusdem initio in antiqua Synagoga, nunquam Angelica Prophetarum vita defecit ipse est secundus tandem Helias, quo medio, seu vinculo, quasi Synagogæ & Ecclesiæ Catholicæ Religiosus, Monasticus, Cœnobiticus, & Anachoreticus status est adnexus, vinculatúsque. Auspice ergo Ioanne cum tam de Virgine Matre tamquam Carmelitarum genitrice, & Tutrice singulari disseruerimus; ad alios recensendos gradum iuuabit facere lubenter.

Vt exhibuimus 1. p. in Magnalib. apertim. Magnali. & colligitur ex Tert. lib. de Bapt. cap. 11. & Nat.

NOTA SECVNDA.

SI nullus (quem viderimus) ex pristinis nostris scriptoribus, adhuc nec & ex recentioribus vllus quem viderimus, ad hunc vsque diem Catalogum Patrum, qui in Carmelo, à S. Ioannis Baptistæ tempore, advsque S. Bertholdi tempus summum apicem regiminis, & sanctitate habuêre, inconcussâ serie attexere aggressus est: non eam, Lector candide, putes esse rationem, quod Ordo Helianus, vel Bertholdi tempore (vt malè quidam suspicati sunt sciolì) inceperit: vel quia non sit hæreditariâ, & imperturbata successione potitus: seu quod Religioso more non egerit semper, sub obseruantia trium essentialium votorum Religionis perfectissime, modo illo Græcorum Monachorum obseruata. Verùm enimverò cùm à tempore Ioannis, ad vsque Bertholdi tempora, diuerso Abbatiarum, seu Præfecturarum genere fuerit moderatus Virgineus, & Helianus Ordo, & tot fuerit Reformatoribus Prophetica Carmeli Religio subiecta, Marco in Alexandria,

Vt iam in Magnalibus discussum est.

Antonio in Ægypto, Pacumio in Tabena, Iuliano in Antiochia, Charitoni Iconio, Hilarioni in Cypro, & Palæstina, Ammonio in Nytria, Stephano in Horeb, Theodoro in Pharam, & pluribus alibi aliis: quos quisque Monachus in suo quoque Cœnobio (vt fatentur Philo, Eusebius Cæsariensis, Nicephorus, & alij cum Diuo Hieronymo) tamquam singulares Reformationum suarum Patres, & Reformatores nouit & independenter obtemperauit, suo illo modo vetusto. (Temporis enim varia calamitates id tulerunt, quod Elianus, & Virgineus Ordo nequiret, sub vno tantum capite degere totus; non quia moribus, & obseruantiâ decidisset essentiali, sed quia loca, tempora, & fors, persecutiones aliquando dirissima, ad lachrymabilem discerptionem tantum ordinem, nusquam intermittendum cogebant.) Inde factum est ergo, quod vixdum caput vnum toti Ordini Prophetico vniuersè præpositum in historiis assignari illo tempore possit: cum hoc vnum compertum habeatur, capite nullatenus, nec corpore caruisse, Ordinem Deo dilectissimum, Virginique Matri per viscera pergratum cuius caput semper antonomasticè sicut Carmelus, & Libanus, qui huc vsque perdurant. Opus enim erat (& hæc lapsæ naturæ vicissitudo) vno veluti capite, vno veluti Patre, & Generali Magistro, vt dementia, si quæ erant futura, ad viam rectæ Religionis, & regulæ tenendæ reuocaret assiduus. Eapropter, sicut antiquitas Mercurium illum Deorum nuntium ac voluntatis interpretẽ, quem Prisci Hodium, & Hegemonium appellabant, ad compita vocabat viarum, vt quà eundum euntibus aliquò ostenderet; Nam:

> Omnes in triuio sumus atque hoc tramite vitæ
> Fallimur: ostendat ni Deus ipse viam.

Sic Carmelitanam Religionem, eâdem vniuersæ naturæ necessitate compulsam, vnum, credite, semper sibi caput habuisse, quo corpus protegeretur totum, integérque maneret; tunc enim status membrorum integer perseuerat, si caput nulla pulset iniuria: cum, si aliquando, non totus generatim Ordo, eius quæque reformatio, suo cuique reformatori subdebatur, modo suo, quo vtebantur regionis, Palæstina vetustis illis Monach. Cœnobitis, seu primitiùs Anachoretæ. Quamquam aliquando forsitan Diœcesano Carmeli, & aliis aliorum locorum Ordinariis fuerint subiecti; constat enim decretum aliquando fuisse Calcedonensis Concilij, vel etiam in partibus Occidentis, quod Monachi omnes subderentur locorum Ordinariis, tamquam capitibus supremis in toto, quod decretũ durauit in sua vi, ab anno 453. vsque ad annum 1215. in quo celebratum est Lateranense Concilium, quod Patrum calculo decreuit restituendas esse Religiones omnes suæ pristinæ immunitati, & suorum Prælatorum immediatæ subiectioni. Vidimus illud vel in Hispania nostra vbi vetustissima aliqua Monachorum Cœnobia subiecta Episcopis constat fuisse aliquando: quod videre erat in Monasteriis S. Saluatoris Legerensis, Oliuæ, & S. Mariæ de Irancu, Cisterciensis Ordinis, & S. Mariæ de Irache Ordinis S. Benedicti, quæ aliquando subiiciebantur in toto, Episcopo Pompelonensis Ciuitatis, quæ caput est regni Nauarræ, vt constat ex Archiuis eiusdem Ecclesiæ. Sic forsan, si quando, crediderimus, quod temporibus illis, quibus ab historicis, Ordinis Carmelitici vix caput vnum assignatum in Carmelo, subiectus fuerit in toto Ordo Propheticus Hierosolymitanis Patriarchis, successiuo semper Ordinis decursu sine intermissione praeunte: & postea ad feliciorem temporum statum, domesticúmque progressum, redeunte Religione Carmeli, restitutam fuisse Prioris sui in Carmelo siue alibi commorantis ad obedientiam, & capitis vnius ex ordine subiectionem, & Regimen Helianum. E quibus nos Patribus (quos nunc vocant Generales Magistros, etsi variis, alijs temporibus, cognominibus fuerint appellati) iuxta fideliorem temporum & historiarum supputationem, & Ordinis successionem inconcussam, vnum inter selectos selectiorem agnoscent quasi Antesignanum, & Principem assignabimus Archiphylacem, Rectorem, Abbatem, Priorem, siue Magistrum Generalem, iuxta varia tempora vocantes; ne quasi sine capite, semper pedibus stans, Ordo Propheticus, vetustiora a Christo tempora cucurrisse, vsque ad electionem Primi è Latinis Prioribus Prioris Bertholdi videatur.

Et sic in primis fidissima historiarum veritati fideliter inhærentes venit nobis tamquam Sol Primus Carmeli cætera lumina superans à Tempore Ortus Saluatoris IESV, primus inter cæteros adnumerandus IOANNES BAPTISTA: Postquam de suprema Christi Domini, & Carmelitarum Matre MARIA disseruerimus: quæ enim prima omnium est inter Angelorum Choros in cælis, primum vbique etiam obtineat locum in terris, ius omne proclamat. Igitur Primam ante omnes alios recensere deueniamus, tamquam Matrem Religionis Heliæ, quam genuit & maternis amoris visceribus lactauit.

Philo, &c. variis in locis. Hier. ep. ad Eustoch.

Sic referunt Steph. & Hesych. Græci auct. à Minoë relati sup. Embl. 8. Alciati.

S. Greg. li. 11. epist. 42.

Cõc. Calced. 16. p. 1. & 18. 9. 2. c. 2. qui verò & pare.

DE SANCTISSIMA VIRGINE MARIA CARMELITARVM MATRE.

CAP. I.

Anno Christi Primo.

SANCTISSIMA, sine originalis culpæ labe, cõcepta Virgo MARIA, Christi IESV Nazareni, Dei filij, Orbis Redemptoris, dignissima, de Spiritu sancto, Genitrix, vere, & propriè Θεοτόκος, id est, Dei ipsius appellata Mater, cuius nomen æmulans Dei nominis claritatem, non ex communi penu, non ex nominibus iustorum scriptis in cælo, quibus maximè quisque Beatorum decoratur, sed ex Diuinitatis thesauro, ex arcanis illis quibus ipsa Deitas vtitur, eductum, à Beato Isidoro Hispalensi Episcopo *Illuminatrix*, siue *Stella Maris* interpretatur, eo quod lumen mundi Maria genuerit, sermone autem Syro, Maria, *Domina* nuncupatur, quia Dominum omnium genuit: alij *exaltatam*, *Ductricem populi*, & *Apostolorum Magistram* interpretantur. Eius laudes, & encomia, quæ lingua dicere, aut quis intellectus capere potest? Impar est illi, omnis humanæ linguæ præconium: sufficiat igitur, vbi noster tale aggredi sensus abhorret, solertia cæli, quâ semper parat tantæ Virgini laudatores.

Vt ait Petr. Dam. serm. de Deip.

S. Isid. lib. 7. Orig. c. 10. fol. 61. lit. E.

A Canis. relati lib. 1. de Maria Deip.

Annus Christi I.

& encomiastes, ita vt, quò magis Antidicomarianitæ certatim, hostili zelo, illam illam obscurare contendunt, eò feruentius, complures, & præstantiores; Marianæ dignitatis præcones, & vindices emergant.

S. Method. orat. de laudib. Deiparæ Mariæ.

Sed tamen ne à nostro, in tanta Virgine Matre instituto, aberrare videamur, non ex nostris; sed ex his quæ stylo cælesti Methodius Sanctus Olympi, & Tyri Episcopus, Christique Clarissimus Martyr, longam, & disertam prosequitur in Deiparæ laudem orationem decantauit, paucula in mediu proferre, feruenter aggrediamur epitheta: Benedicta, inquit, fuit celeberrima, & desideratissima cuius nomen diuinis benedictionibus, & gratiis omni ex parte refertum: fuit fidelium fax, incircumscripti (si fas est quidem ita loqui circumscriptio: speciosissimi floris radix, Creatoris Mater, nutrix cuncta nutrientis: cuncta continentis comprehensio: illius gestatrix, qui verbo suo portat vniuersa: porta, per quam in carnem ingressus est Deus: purificantis carbonis forceps: præangustus illius sinus, qui sinu suo complectitur omnia: incomprehensibilis illius roris Vellus: Bethlehemitica illa cisterna, quam velut vitæ refocillatricem, Dauid desiderauit, & ex qua immortalitatis poculum emanauit: Propitiatorium, per quod Deus humanam naturam indutus, mortalibus innotuit: impollutum illius indumentum, qui luce vti vestimento circumfunditur: Quæ Deo, nullius alioquin indigo rei, carnem quam non habebat mutuata est, quò nimirum hac ratione Omnipotens, id, quod esse dignatus est, homo videlicet verè appareret. Quid hoc illustrius? quidve sublimius? qui cælum & terram implet, cuius præterea sunt omnia quæ mouentur itque subsistunt, is huius Virginis factus est dignus: Hæc est quæ admirabilem Incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuo dedit: quæ potentem illum, corpore tamquam decenti quadam panopliâ, induit: per quam quidem ipse facilè à nobis caperetur, & cerneretur, tutum, & commodum ad illum haberemus accessum: per quam etiam, ignita omnia maligni tela extinguuntur: quæ debitorem illum habet, qui omnibus mutuatur. Deo namque vniuersi debemus: huic verò etiam ille debet.

S. Method. in Threnis.

Hanc ipsam, ipsemet Diuus alibi vocat glorificatam, Deique dignam sedem, quæ solis mentis oculis conspici possit: verè animatam arcam nostri legislatoris Dei, & eius, qui loco non potest comprehendi, cælum verè comprehensibile. Et subiicit isthæc: Salue, inquiens, dilectionis Dei thesaure: Salue, humanitatis filij fons: Salue, Spiritus sancti vmbraculum. Ita Methodius de Virgine Matre.

His similia multa vide apud S. Cyrillum Alex. hom. Ephesi dicta contra Nestorium.

Quam non solùm felices nos Carmelicolæ, talem habuisse, & singularem sacri Heliani Ordinis Tutelarem, verùm & Professitricem Monasteriorúmque Institutricem, & Rectricem gloriamur. Imitatricem fas sit dicere ve. etiam Magni Heliæ profitemur; prima enim se inter mulieres, vt inter homines igneus ille diuinusque Zelator, voto castitatis ad instantiam Carmelicolarum, vt asserit ex antiquissimis auctoribus B. Baptista Mantuanus in apologia pro Carm. adstrinxit, vt fantur Anselmus, S. Bernardus, D. T. Waldensis, Patriarcha Ioannes, & alij sequuti S. Hieronymum sic fantem: *Mihi virginitas in Maria dedicatur & Christo.* Iacobus Christopolitanus asserit, ab instanti suæ conceptionis hoc votum emisisse. Iure igitur multo, inter felices Heliades, celsior Angelis, & hominibus sacra ista & diuinissima virgo numeranda venit. Quò spectat abs dubio, id quod asserunt D. Dionysius Carthusianus, quem sequuntur Bergomensis, Eisengrenius, Guilhelm. Spira, Ioan. Carthagena, & alij testantes sacram Virginem Mariam, Cœnobium centum, & quinquaginta Monialium erexisse in Sion, quibus & ipsa, Regulam faciens, sacro illi Heliano regulari instituto, solo tunc in orbe, supremo, & cælesti spiritu suo accommodatiorem, præfuit, manens in eadem obseruantia, soror ab illis, teste S Cyrillo, & Paleonydoro vocata, & habitu grisæi, & albi coloris induta, vt eleganter prosequitur, ex Damasceno, & Nicephoro, Roelas, asserens; nos Carmelitas eiusdem coloris habitum gestare ad imitationem tantæ Matris, quod apertè sacra Carmelitarum statuta declarant, vocantia indumenta fratrum, *habitum Virginis.* Huc etiam spectant, sacra nostri Ordinis stemmata, coronam duodecim stellarum supra nubem, quæ Virginem Matrem adumbrat, appingentia, quasi innuentia pro Magnali supremo, stellis Virginem coronatam, luce Carmelum omnem doctrinæ suæ, & sanctarum suarum institutionum perfudisse, & illuminasse tamquam Matrem, Rectricem, & ductricem Carmelitarum. Sed enimverò, quia nostri non est longam nunc de Virgine Maria seriem encomiorum attexere, nec digni inuenimur laudes tantæ Matris ore polluto, & mente torpidâ pertractare, dicta sufficiant, sancta sanctis, celsis celsa, & sapientiæ magni quæ indigent dignis, & sapientibus relinquentes. Ad ea igitur, quæ sunt nostri muneris iam celeri cursu deueniamus, quæ scripserit diuinæ sapientiæ Patris digna Mater assignantes.

De Virginit. excel. cap. 4. Ber. serm. 4. de assumpt. Vvald. de sacr. tit. 9. c. 89. Ioan. Patr. de instit. Mon. Hier. epist. ad Eust.

Annus Christi I.

Iac. Christ. in Cat. Mag. Dio... 16. quæst. 2. Philip. Berg. de cla. m. illustribus. Eisengren. 1 p. cent. 1. & 3. post dist. 6. Spir. cent. 1. de Actibus Chr. & Apost. Cart. 19. to. 4. hom. sacr. ho. de laud. Carm. 1. Cyrill. de laud. & ortu V. ad Cælestin. Papa. Paleonydor. lib. 2. Roel. lib. de exter. V. specie. Const. Or. 1. p. c. 14. §. 10.

In primis cum Hebraicas literas, adhuc Ioachimo Patre viuente, bene docilis virgo, doctrinæ amans & circa sacram se per Scripturam laborans, perseueranter, vt S. Epiphanius insinuat, didicisset,

Assiduis veterum studijs oracula diuum
Peruigilique legens cura, Mosémque priúmque
Esaiam, mœstúmque virum, qui versibus orbem
Plorat.
Fæminei quæ sola chori pulcherrima Virgo,
Vna Dei pariter filia, Sponsa Parens.

Epiphan. à Maurolyco in sua topographia citatus. Mantuanus 1. Partheni. Mar. lib. 1.

Scripsit spiritu prophetico, vt tota est testis Ecclesia, decantatissimum illud Canticum *Magnificat*, quod in domo Zachariæ, vt suam animi exultationem, & immensum gaudium, quo spiritus eius irrorabatur, vni Deo, & Saluatori, & dominatori acceptissimum, decantauit.

Ecclesia. Lucæ 1.

Scripsit etiam Epistolas pietate, & solatio plenas, quibus fideles solidabat in fide, & ad labores pro Christo subeundos monebat ardenter. Harum quædam hucvsque seruatæ sunt, perpetuáque grauissimorum Doctorum traditio earum veritatem tuetur. Ad nostri notitiam inter has plures, tres sunt tantùm allatæ. Prima ad S. Martyrem Ignatium missa, huius meminit S. Bernardus, Dionysius Richelius, Marcus Michaël, Presbyter Carnotensis, & Canisius

S. Ber. serm. 7. in Psal. 90. S. Dionys. lib. de diuin. nom. Marc. lib. de vir. illustr. Can. lib. 5. Mar. c. 1.

(qui

Annus Christi 1.

De scriptis Mag. Matris, & de his qui de ea scripsere vide Po ll. to. 1. 5. ap. Marian. Scotus in Chronico. S. Euod. à S. Ignat. commendat. ep. ad Antioch. & apud Niceph. lib. 2. hist. c. 3. Cedr. in cōpen. histor. Georg. hom. de obla. Virginis in templo. S. Brigitta reuel. lib. 6. cap. 61. Anselm. & Cedrenus in compend. hist. Epiph. lib. de vita Mariæ. Glycas. & Andr. Cret. citati à Canisio lib. de B. M.

(qui etiam citat Marianum Victorium, & Simphorianum Clamperium) & alij. Altera ad Remp. Messanensem in Sicilia. Tertia ad ciuitatem Florentiæ. Nouimus quosdam de veritate harum epistolarum dubitasse; verùm si in traditionibus Christianis, veritati non obuenientibus, quis ambigerit, nimisque scrutetur, flocci scrutationem pendemus.

Tandem Ioachimi filia, & Annę, filiæ Isachar, de Genere Dauid, de Tribu Iuda, gloria Nazareth, imò cælorum, & Orbis; & honorificentia Cælestis populi Dei nata ante Christum Seruatorem annis quindecim, & Mensibus nouem, Euodio teste Antiocheno Episcopo, & aliis Euodij sententiam comprobantibus: trima in templo præsentata, & ibi ab Angelo nutrita, vt asserunt Cedrenus, & Georgius Nicomediensis, cælesti quadam Ambrosiâ, vsque ad desponsationem cum Ioseph. leuissimo mortis genere, verè extincta, sic suspensâ spiritu, & absorpta in diuinæ bonitatis contemplatione, filiique sui amore sic arrepta, & tali dulcedine perfusa, & vi magna amoris agitata, filij dilectionis suæ amplexus, & oscula appetens, adeò onixè, vt compulsa fuerit anima deserere corpus, dissolutaque naturæ vnione, Ierosolymis in Sion, seu Getsemane, Triumpho Ascensionis immenso super choros Angelorum exaltata est, ætatis suæ annum, vel attingens, vel excedens septuagesimum (alij ferunt sexagesimum tertium, vt taceam Anselmum qui octogesimum tribuit illi, & Cedrenum qui septuagesimum secundum) iuxta veriorem supputationem Epiphanij Constantinopolitani Presbyteri, Michaëlis Glycæ, & Andreæ Cretensis, post admirabilem filij Ascensionem, viginriquatuor annos peractos plus minúsve: Sacræ adsentibus dormitioni, Christi discipulis, & viris plurimis (ex his, qui vestigiis Heliæ, & Elisæi institerant, veneraturi eam tanquam sororem, & Matrem) cælitùs afflatis, in locum Sion conuenientibus in momento ad spectacula sacra, Damasceno dicente. Quæ omnia ferè contigêre, respectu tantæ Virginis, non sub Imperatore terreno, sed sub Imperatore cælesti Christo Iesu in cælis, & vbique regnãte. Et Petro Apostolo Ecclesiæ capite pro Christo & à Christo primo suffecto supremam clauium auctoritatem tenente.

Annus Christi 33.

Damasc. de dorm. Mariæ Virgin.

Cùm longum de Virgine Maria hac Dei Genitrice dignissima sermonem texere parassemus, difficultatum agmen ingens ab hac pia, & religiosa cogitatione absterruit nos, celsissimam eius sublimitatem & immensissimarum gratiarum abyssum contemplantes. Nec mirum cùm S. Chrysostomus dicat de Virgine agens: *Non Propheta, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Cherubim, non Seraphim, non aliud deinde quidpiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles, vna hac maius, aut excellentius inueniri potest.* Quapropter rem claudemus de ausu nostro veniam humillimè à tanta Virgine Matre illibata MARIA poscentes versibus istis.

S. Io. Chrysost. in Hypop. Domini.

Martinus Del-Rius in Florida sua Mariana.

Angelici Regina Chori, dilecta Tonantis
Filia: cui Coniux Tu, Soror, & Genitrix.
Suscipe, sed facili vultu, quo cuncta serenas,
Sint licet hæc meritis non satis ampla tuis.
Ingenio sunt apta meo; sint parua necesse est,
Grandescent genio (iusseris) illa tuo.

DE S. IOANNE BAPTISTA PROPHETA.

CAP. II.

Anno Christi 33.

a S. Ambr. ser. 63. de S. Ioanne S. Hieron. in c. 1. eiusdem. b S. August. tr. 4. in Io. S. Ambr. in cap. 1. Lucæ. S. Chrysost. hom. 1. Com. D. natura. S. Beda Luc. 1. Euthym. & Theophyl. ibid. S. Bern. de priuil. Io. & alij. Et amplius quida apud Baron. p. 9. sentiant. c Cit. à Nic. lib. 2. cap. 3.

SANCTVS Ioannes Baptista coram Domino Magnus, Christi Domini Prodromus, siue Præcursor, qui adhuc materno vtero hærens, à Verbo Dei carne facto, eiúsque Matre visitatus, Adæ originis crimine, quod contrahunt omnes, sine Sacramento mundatus, mirabiliter sanctificatus [a] est. Filius fuit Zachariæ, summi Sacerdotis [b], ex genere Regio, & Elizabeth, vna ex filiabus Aaron, genere Sacerdotali, Mariæ Dei dignissimæ Matris Amitina soror, vt sentit S. Hippolytus [c], ambo iusti ante Dominum incedentes, in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Natione fuit Israelita Solymus, Patriâ Ebronitâ, quæ Ciuitas Sacerdotalis erat [d], in vertice montanæ Iudææ. Is igitur, puer natus, venit in Orbem in spiritu, & virtute Heliæ, in plenitudine Spiritus sancti, quâ ab incunabulis æstuabat desertis: quâ inimitabilem, sed verè admirabilem vitæ austeritatem amplexatus est, qua Zelo legis, Regum corda compressit. (verbum ipsius, vox ipse clamantis, quasi faculam ardere faciens) sine miraculis, sine portentis, signum enim nullum fecit. Creuit, & confortatus est spiritu, fuitque in desertis vsque in diem ostensionis [e] suæ ad Israël, teneris [f] ab annis, vix trimus, vt ex Chrysostomo colligimus, Metaphrastes, Origenes, Hieronymus, & Bernardus insinuant, ibi Christum annuntiare ex pectans, & cum Angelis philosophans. Is igitur, altissimi Maximus Propheta, mille encomiis, ob immensas corporis animique dotes cælestes, celebratus, mille illustribus epithetis à Deo, Ecclesia, & Sanctis illustris, veniat nobis more nostro merito, & iure celebrandus vocibus eorum. Pulset in primis primus arenam, Honorius, qui decem nominibus notat vocatum à sacra

d Baron. in appar. n. 77. & 78 Torniel. anno 4051. & colligitur ex Luc. c. 1. e Luc. 1. num. 80. f Paul Diac. & Ecclesia in hymno dicto. Chrys. hom. 10. & 38. in Matth. Metaph. in vita S. Io. Orig. hom. 11. in Luc. Hier. ep. ad Rust. Bern. de priuileg. Io. Bapt. Honorius serm. de nat. S. Io.

Scriptura,

Scriptura, & consuetudine Ecclesiæ, Ioannem nostrum: Videlicet: *Praeconis, Iudicis, amici Sponsi, Paranymphi, lucernæ lucentis, & ardentis, vocis Verbi, Heliæ, plusquam Prophetæ, Angeli, Baptistæ, Præcursoris Redemptoris.* Fulget eloquentiæ elegantissimæ fons, S. Chrysologus qui Ioannem gloriosis titulis decorat: *Schola scilicet virtutum, Magistri vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculi, pudicitiæ tituli, castitatis exempli, pœnitentiæ viæ, disciplina fidei, homine maioris, Angelis paris, legis summa, sationis Euangelij, Apostolorum vocis, Prophetarum silentij, lucernæ mundi, Metatoris Christi, Domini testis, totius medij Trinitatis.* S. eum celebret Augustinus similia proferens: & sequentia addens: *Fuit*, inquit, *Ioannes Arcanum Patris, filij nuncius, signifer superni Iudicis, & Regis, peccatorum venia, Iudæorum correctio, parentum gaudium, nobilitas generis, orbis exemplum, mortis expulsio, iannua vitæ, decus hominum, conuersionis splendor, omnis iustitiæ Principatus, Angelorum lætitia, consanguineus Christi, sponsæ præparator.* Prodeat mella fluens dulcia, & sacra balsama torans Bernardus Ioannem eundem ad sidera tollens, sic dulciter alloquens, vt solet. *Fuit Ioannes Patriarcharum caput, & finis, plusquam Propheta, Angelus, sed inter Angelos electus, virginitatis insigne speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplar, Martyrum lumen, inter natiuitatem, mortémque Christi constantissimi forma Martyrij: qui demum nouem ordinibus Angelorum sic insertus est, vt etiam ad Seraphim apicem transferatur.* Andreas Hierosolymitanus, vocat eum: *Ciuem deserti, aliptem orbis terrarum, sponsi pronubum Regis præconem, Præcursorem veritatis, legis silentium, gratiæ intercessorem, coronam prophetiæ, Prophetarum conclusionem, portam pœnitentiæ, virginitatis ornatorem, præparatorem salutis, temperantiæ legislatorem.* Theodorus Studita vocat illum: *Lilium castitatis, rosam spiritualis fragrantiæ, pratum frugiferæ continentiæ, facem aduentus Christi, Luciferum, Paranymphum, Prophetarum maximum, Martyrum excellentissimum, & solitudinis à Deo ordinatum patronum.* Vnum tandem liceret nobis addere singularem Baptistæ Ioannis Encomiasten Isidorum, nisi repetitis offendere pertimesceremus, dicta pro encomio sufficiant, quibus vnguem Phidiæ, & lineam Protogeni polliceri videmur. Anne illa non satis indicant vere Magnum, imò verò Maximum diuinum Christi Præcursorem, Monasticæ vitæ Patronum, & Religiosi status in lege gratiæ clarissimum Antesignanum? His compertum est sanè, nullo reperiri sæculo posse, vllum Monachorum Principem in noua gratiæ lege digniorem, præter Ioannem Baptistam; sed tamen vt factum luce clariùs innotescat, & illustriùs vel lippis oculis appareat, testibus veritas contestata permaneat, præter ea quæ de hac re adduximus suprà, Præamb. 25.

Hunc igitur Ioannem primum, in primis, Carmeli Rectorem assignat tempore gratiæ illustrissimus sacratum antiquitatum Prophetici Ordinis indagator Ioannes Paleonydorus: *Tunc* hoc est, noua tempore legis ait, *primus & præcipuus Carmelitarum omnium caput Ioannes apparuit Baptista.* Confirmat sententiam auctoritate Ioannis 44. Patriarchæ Solymi, dicentis: Ioannem Baptistam docuisse de præsentia Christi in mundo Carmelitas, sicut antecessores Prophetarum filios, de eiusdem Aduentu per Heliam Deus instruxerat: Ex quo compertum educitur, quod sicut Helias fuit Magister, & Princeps Carmelitarum in veteri lege, sic in noua Ioannes, Caput, & instructor fuit eorumdem. assumpsit enim, diuino quodam beneficio, vitam Anachoriticam eos instruere, qui prius in Cœnobiis fuerant instituti, & postea in secreta solitudinum loca maiori contemplationis æstuantes desiderio, & pœnitentiæ ardore secedebant. Cœnobitis etiam è deserti latebris sese Antistitem in noua lege præbens, luménque Monachorum, iuxta omnem viuendi normam, quam omnis Religiosi status ventura sæcula amplexura erant. Ista innuit Euangelicus Lucas dicens, iuxta multorum intelligentiam: *Puer autem crescebat & confortabatur, & erat in desertis.* Aperto calamo Ambrosius iam suprà datus id fatus est: *Cum ergo venit, aeri plenitudo temporis, fuit ad dictos Monachos, in deserto missus homo ille à Deo cui nomen Ioannes, erat Monasticæ vitæ ab Helia institutæ cultor eximius.* Bernardus etiam: *Antiqua*, inquit, *hæreditas Ecclesiæ Dei est à tempore Prophetarum demonstrata, sicque, nouæ gratiæ sole exorto in Ioanne Baptista instaurata, & ab ipso Domino Iesu Christo, familiarissimè celebrata, & ab eius discipulis ipso præsente concupita.* Tandem (ne iam multa congeramus, & repetita demus fastidia lectori actum) Philippus Abbas Hierosolymitanus, sic ait: *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem Baptistam habitantem cum Carmelitis confratribus suis in eremo, prope fluenta Iordanis.*

Hæc nunc dicta cum suprà adductis Præamb. 25. de Monachatu Baptistæ sufficiant: è quibus non sequitur, Ioanné nostri temporis formâ habitus Carmelitam, esse pingendum: nisi id barbarè fiat, vt aliquando Salmanticæ in Hispania fecit quidam Ordinis nimis amator, qui cùm concionantem ibidem audisset clarissimum Lycei Salmanticensis lumen R. P. Petrum Cornejo in die solemnis Cômemorationis V. Mariæ de Monte Carmelo, & probantem, solita dexteritate, Ioannem nostrum non solùm Carmelitam, verùm, & Carmeli instauratorem, & Rectorem filiorum Heliæ; confestim eius imaginem satis eleganti penicillo in lucem edere fecit, Ioannem scapulari, tunicâ & albo pallio, caputióque depingens, quasi habitus, & non professio Præcursorem fecisset Monachum, qui potiùs pingendus erat, hirtâ tantum Cameli pelle, membris amictus, vt ipse desertis incedebat.

Nunc iam sapientia eius cælica veniat adumbranda. Multâ fulsit infusâ cælitùs intelligentia Magnus à puero coram Domino, quanquàm per homines sapientiâ imbutum fuisse imbibita hæretici contendant Magdeburgenses, bonorúm que virorum semina scholaria percepisse apud viros egregios: hanc non mandauit scriptis; vox, quia, *contererat montes*, non papyraceis chartis, sed hominum cordibus & mentibus erat imprimenda: Tyronibus, paruulis, rudique populo illam accommodauit; non potestati, & officio Principú Synagogæ resistens, nec eorum temnens auctoritatem, sed vitiis obstitit personarum, vt fructum multum afferret: validissima Domini vox (quam

Chrysolog. serm. 127.

S. August. serm. 21.

S. Bern. ser. de excellent. S. Ioann. B.

Andr. Iero. Orat. de amput. cap. Io. Bapt.

Studita Or. de natal. S. Io.

S. Isid. Arch. Hisp. de vita & mor. SS. noui Test.

Paleon. lib. 1. cap. 1.

Io Patr. lib. de inst. rat. Monach.

Luc. c. 1. v. 80

Ambr. ep. ad Vercell.

Ber. serm. ad fr. de mont. Dei.

Philip ad ill. *Miserunt Iudæi.*

Magdebur. cent. 1. lib. 1. cap. 10. col. 357.

ANNO CHRISTI 33.

Isai. c. 40. n. 3. Ps. 28. à v. 3. seqq.

multò antè clamanté audierat Isaias & Regius Psaltes super peccatoru aquas multas; *vox in virtute & magnificentia*, qua exibant ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iordanem, & baptizabantur: *vox confringens Cedros*, hoc est, potentissimos Orbis, & cordis durissimos affectus, cómminuens eos, & ita è vitiis euellés, & exilire faciens sicut vituli Libani salút, & filij vnicorniũ, *vox flammam intercidens*, ignis variè iaculo, & cuspide diuini amoris corda hominum in vulnus icta concidens, faciénsque parare Domino plebem perfectam: *vox concutiens, vel parturire faciens deserta*, infinita Monachorũ agmina, vernantia floribus Christi, quod visum est in deserto Cades, vbi plurima fuisse Monasteria tempore S. Hieronymi vel ipse testatur, quæ à Ioanne originem duxère, parauèrẽq; Domino plebem perfectam: *vox præparans ceruos*, eos scilicet disponens, qui ad partus operum difficiles inueniebantur, omnia peruia, vel densas syluas, efficiens rectas facere semitas Dei, cui in templo viuo. & vero omnes dicant gloriam vt Dominus copiosum imbrem super terram effundat, sedeat in æternum Rex, sit in virtute populo suo, & benedicat eum in pace.

S. Hiero. ep. ad Heliodorum. S. Hieron. in vita S. Hilarion.

Tandem post illa magnitudinis suæ patrata opera, post multos doctrinæ & Professionis suæ Christo discipulos acquisitos, quos tanquam Ioannis, omnes, inter Heliades censendos multi sensêre, nósque sentimus: cúmque totam Monasticam, & Eremiticam vitam, quæ tunc in filiis erat Heliæ mirabiliter instaurasset, tamquam Princeps Monachorum Euangelij. Heliæ Parentis fidissimus imitator, institutique Prophetici cum Essenis omnibus professor acerrimus, in spiritu, solitudine, ieiuniis, oratione, habitu zelo, & vel in nomine, Heliæ etiam simillimus factus grandi Prophetæ Parenti, & ipse plus quàm Propheta, & successorem suæ Professionis Monasticæ, Christo approbante, Andream, Nathanaëlem & alios reliquisset, truncatus capite ab Herode, ob pudicitiæ coniugalis defensionem, sub secundo Paschate, à Christi incepta prædicatione, celebrato, ætatis suæ anno trigesimo tertio, nati que Saluatoris trigesimoprimo, aliis trigesimo-tertio incepto, liber à sarcina corporis eius spiritus astra tenuit, sub Summo futurorum bonorum Pontifice, cælestiúmque Potestatum Imperatore Christo Iesu: regnantibúsque in terris Cæsare Tiberio, & Ælio Seiano Consulibus Eius corpus, iam Christo Iesu su.. morte, à Baptistæ discipulis Essenis, nunciatâ, è Galilæa deductum, in Sebaste, siue Samaria in sepulchro Patris Elisei summa veneratione, & miraculis depositum est, Capite diris manibus Herodiadis insepulto manente.

ANNO CHRISTI 33.

Matth. c. 14. Marci c. 6. Vide Baron. tom. 1. ann. 33. Ciuili n. 1. & Tornell. an. ante Christum 3053.

Vide S Hier. epist. 27. & Baron. to. 1 an. 33. n. 5.

Sacra eius ossa, Iuliani Apostatæ tempore, à Gentilibus exusta, in cineréſque redacta sunt, saluis manentibus partibus, quibusdam corporis sacri, teste Rufino, & S. Hieronymo. Eius venerabile caput Romæ habetur in Campo Martio in Ecclesia Sancti Syluestri. Digitus. Christi monstrator, summa habitus æstimatione, pretiosum est munus inæstimabiléque monile Nobilissimorum Equitum Malteæ, qui eum mira, vt Nobilissimi, Catholicissimique Equites, religione venerantur: nec mirum cùm vel Barbari, infideléſque (vt S. Bernardus adnotauit) eum summâ exosculentur veneratione.

Theodoret. li. 3 hist. c. 6. Niceph. & Metaphr. alt. illic lib. 10 hist. c. 17. iste in vita S. Ate... de ossibus ... Rufin. ... c. 15. S. Hieron. ep. ... quæ est i ... ep... & in Abdiam c. 1. & in Michæam c. 1.

Fas sit nobis breui Carmine Tantum Præcursorem parentare, sic honorificè in Sebaste Armeniæ quondam integrum penè, sepultum.

S. IOANNI BAPTISTÆ EPITAPHIVM.

Incerti.

Quo maior nullus, quo non præstantior alter,
Cui nec prisca parem sæcla tulere virum:
Et quem veridico laudauit Christus ab ore
Supposuit sacrum cui Deus ipse caput.
Conditur hoc tumulo.

DE S. MARCO APOSTOLO ET EVANGELISTA.

CAP. III

Anno Christi 33.

SANCTVS MARCVS, Christi Iesu Apostolus, & Euangelista, cuius nomen, *mandato excelsus*, interpretatur à S. Petro Damiani. Hunc, Ioannem, Mariæ Apostolorum hospitatricis ingenuæ filium S. Lucas in Actis appellat Natione fuit Hebræus, & vt quidá affirmant, ex nobilissima Tribu Leui. Summus, ab Angelo, omnium Sanctorũ, qui erant in Ægypti regione, vocatus est. Petri Apostoli spiritu filius, socius, Mysteriorũ nuncius, & arcanorum præco, qui totá Ægyptũ illustrauit, & in illius regionis sacro throno Alexádrinæ ciuitatis primus insedit, teste Procopio, & Cartophylace. Pontifex sic, & Pastor prępositus à Deo, munus suũ multis laboribus exornauit, vsquedum prædicationis ministerium proprio excoleret cruore, & sanguine madefactus. Tantam in eum Deus verbi sui contulit virtutem, tantámque Apostolicæ prædicationis efficaciam prærogauit, cæleſtémque, &

Pet. Damian. ser. historico S. Marci.

S. Luc. Act. c. 12. v. 12.

Procop. Diacon. & Cartophyl. in laudatione Euangelistæ à Surio to. 2. die 24. April. relata. S Pet. Dam. supra dat

Anno Christi 33.

tam sonoram tubam, corda ad superna sapientem tinnitu suo, illum effecit, vt omnes qui tunc ad fidei rudimenta, in tota Ægypto, & alibi cōfluerent, mox per continentiam, ac totius sanctę conuersationis institutum, a d Euangelicæ, & Monasticæ perfectionis fastigium conuolare compelleret. Horum virorum (de quibus Philo, & Cedrenus asserunt, Priscorum Vatum æmulasse, & imitasse doctrinam, quósque vocarunt Essenos, quasi Elisenos, quod ad imitationem Elisæi, vitam Monasticam instituentes Monastico sub instituto, hortatu Euangelici Marci, se tradidissent) acies innumeras Christo Marcus, Alexandrina in regione, & pluribus aliis in locis, congregauit in Cœnobiis, quorum habitacula, ab eodem Apostolo erecta, Philo, quem S. Augustinus vocat virum liberaliter eruditum, cùm de Primatu agit Alexandrinæ Ecclesiæ, Monasteria non ambigit appellare: taléſque extitisse ex Marci doctrina & Monastica institutione quæ vera & formalis fuit, vt Bolducus affirmat hos Christianos, & viros Religiosos quos Cedrenus ab Hebræis oriundos, Essæorum moribus & disciplinâ, præclarè priùs vocat instructos) quales S. Lucas memorat Apostolorum fuisse discipulos, quorum coadiutores strenuissimos, viros solitarios vocat Iosephus Antiochenus, contemplationi deditos, totique traditos Religiosæ Carmeli disciplinæ.

Infra citandi cum Niceph. lib. 8. c. 39. ad fin. & Geneb lib. 3. in Tertul. hoto an. 139.

Aug. lib. 12. cōtra Faust. Manich. cap. 99.

Iac. Bold. li. 1. c. 10. & 11. Georg. Cedr. in cōp. hist. in Claudio, fol. mihi 163. S. Luc. in Act. Ioseph. li. de perf. militiæ primitiuæ Ecclesiæ.

Igitur, tanto præditus cælesti munere, & tantâ sanctitate præexcelsus prędicauit Marcus Euangelium Christi in tota Ægypti regione, Libya, Marmarica, Ammoniaca, & Pentapoli, sapientiâ cælesti irroratus. Post Euangelium autem à se ex ore Apostoli Petri, cuius fuit interpres, collectum, scripsit volumine breui Barnabæ Apostoli, & Consobrini sui vitam, vt meminit Iacobus Genuensis: sunt qui eum alia litterarum monumentis mandasse testentur, quorum nec titulos dat, nec nos alibi notatos inuenimus.

Lau. Sur. to. 2. 24. April. & omnes Eccl. script.

Iac. Gen. Archiu. lib. annuarum festiuitatum. In Marco Vide de Euāgelio Mar. Sanctum BB. Sacrę li. 1. in [illegible]

Demum diuina peragens, fune sacro eius collo iniecto, ab inimicis fidei, vestibus etiam sacris indutus, per petrosa raptatus, tamquam Bubalus agitatus dicentibus Gentilibus: *Trahimus Bubalum hunc ad Bubulci stabulum* in tetro carcere truditur, è quo iterum eductus, itérúmque per saxea raptatus, ætate iam bene matura, & penè canâ, iuxta Græcorum Menologium, dedit spiritum astris, primus Christi Martyr, in Alexandriæ Ægypti effectus ciuitate, vbi mirabiliter Eucharistiæ sanctæ mysterium prædicarat, multósque Monachos huius cælestis panis inescarat desiderio, & deuotione, quibus tota postea, Marci Marte, abundauit Ægyptus, multo incremento Propheticæ Religionis Heliæ (quæ semper ex huius panis fructu cælesti, in suis exordiis etiam, adhuc & ætatibus nostris, innumera sanctitatis, & admirandæ Obseruantiæ percepit incrementa generosa.) Sacri nostri Prophetici instituti Propagatoris reliquias, vt Surius affirmat, Religiosi homines (ex his abs dubio Essenis, quibus sui spiritus, & doctrinæ ope abundabat Ægyptus) debitâ veneratione ab aliis cineribus secreuère.

Vide Baron. tom. 1. ann. Christi 64. n. 1. & ab anno 33.

Colliges ex illo Reg. c. Ex Episcop. Turrasonensi in vita S. Teresiæ lib. 3. c. 20. & ex Petro Valderrama serm. S. Marci Euag. Lau. Sur. sup. cit.

Porrò tantum nos Euangelistam recensuisse inter Heliades, ratio sit, atq; ue secu|rum, multorū grauissimorum Doctorum sententias afferens, Christi, & Apostolorum scholam, plures viros peperisse Religiosos, quos Therapeutas, id est, cultores ipsi appellarunt, Christo familiariter id approbante, eiusque discipulis annuentibus, teste Diuo Bernardo, inter quos iure optimo, videri nostro, velut Essenorum Monachorum Princeps in Ægypto, & Alexandria, post Ioannem Baptistam venit Marcus noster annumerandus, & de mente etiam sapientissimi Magistri Petri Gomezij, Dominicani Ordinis, decoris venustissimi, asserentis, dū loquitur de S. Narcisso * fuisse Monachum ex his, qui sequebantur Marci instituta Monastica in Ægypto. Erat tandem annus, quo passus est S. Marcus à Christo Iesu, Seruatore, sexagesimus quartus. Imperiique Neronis octauus, sub S. Petro Ecclesię Christi Capite summo.

S. Bern. ser. ad Fr. de Mōte Dei. Gomezius in sua Chronolog. SS. Monachorum a tēpore Christi seculo 1. & in additionib. ad an. 1613. * In sæcul. 1.

Ad hæc Marcum istum sui Monastici instituti heredem, successorem & Patrē reliquisse & Essenis suo loco post obitum subrogasse affirmauit Paleonydorus ex Philone, vtrique dati à Nostro Carrâca. Ex quo, vt credimus, nos à Pontificibus Summis dicimur ab Helia, Helisæo, Ioanne Baptista & Henoco isto ab Amatin originem ducere nostram.

Paleo. li. 2. c. 2. Carr. t. p. Catechism. c. 8.

DE S. SCHARIOTO ABBATE.

Cap. IV.

Anno Christi 33.

SANCTVS SCHARIOTVS Abbas Conuentus Engaddi, vnus ex Essenis, Baptistæ discipulis, vt Comestor, Bartulus, Casaneus, & Brocardus affirmant: fore inter Carmelitas censendum existimant Eusebius, Sozomenus, Hieronymus, Nicephorus, Philo, & nostro tempore, inter alios, Baptista Cacialupis.

Comestor Bartulus. Casaneus. Brocardus. Eueb. Cæs. Sozom. Hieronym. Nicephor. Philo. Bapt. Cacialup. I. V. D. Ep. sibi col. de præeminētia Them. 4. n. 6. tomo Consiliorum Zabarellæ.

Huius strenuissimi Patris tātus fuit erga Christum Iesum amor, (à cuius discipulis multo, & mutuo prosequutus est amore) vt cùm miro virtutum, & gratissimæ sanctitatis nitore luceret, tāto est cordis dolore perculsus vt referāt allati Doctores, quod cùm videret Iesum in Cruce morientem simul cum eo, ipse etiam, impollutū spiritum egisset, ab ipsoque statim inter corpora Sanctorum quæ dormierant, resuscitatum esse. in triduo mortis Saluatoris, sub ipso Saluatore hominum, Summo Orbis Pontifice Angelorum capite, & hominum Mediatore. Christi ipsius anno 33. & Cæsare Tiberio Tertio Imperatore.

DE S. MARCO ELPIDIO IVLIANO I. ARCHIEPISCOPO TOLETANO.

Cap. V.

Anno Christi 49.

S. MARCVS, Elpidius, Iulianus, Natione Solvinus, & domo, *S. Iacobi Apost.* (verbis vtimur Luytprandi) *discipulus, primus Apostolica*

Sic eū agnominat Luitprād. fragm. 136.

ANNO CHRISTI 49.

Toletanæ Eccleſiæ ab ipſo Apoſtolo ſuffectus Antiſtes. Carmelitanus Monachus fuit, vnus ex his quingentis viris, qui in prima Apoſtoli Petri concione conuerſi ſunt ad fidem: nauéque emiſſi in perſecutione Hieroſolymis facta, poſt lapidatum Stephanum, portum tenuêre Carthaginenſem Hiſpaniæ, ibi prædicare Chriſtum cum aliis S. Iacobi diſcipulis ei ex Virginis Mariæ conſilio deſignatis, in cuius, adhuc ſuperſtitis honorem Toleti primum Templum erexit, quod funditus penè poſtea Dacianus ſubuertit, anno 302. Cõſtantinúſque Magnus reædificauit, anno 312. Iuliano Presbytero, & Luitprando dicentibus: fundauit Monaſteria Virginum & Monachorum, vbi poſtea ſtructum eſt Agalienſe, quod S. Maximus ab inſtitutore ſuo S. Iuliani Cœnobium vocat.

Namque, Flau. Dext. ad an. 36 10. in Chron.

Iulian. in Aduerſ. Luytpr. frag. 11. S. Maxim. in Chron. cum Scholiis ſcri.

Quantùm ad ea quæ ſcripſit, tantum legimus Confirmationũ pro fide Catholica librum vnũ, in quo ſuos ad eam ſuſceptam tenendam fixè, adhortatur. Pro fide tandem hac viriliter decertans, apud Cherroneſum, Hiſpani *Peniſcola* in Regno Valentiæ, dum Concilij cauſa ibi conueniſſet cum aliis Epiſcopis ab Haloto Neronis Iudice, bonis omnibus orbatus, capite plexus eſt anno Chriſti 57. vt Dexter affirmat, alius ad ann. Chriſti 49. diem N. . . . . eius tenere viſum eſt. Porrò Paſtor oculatiſſimus feliciter obiit virtutum ſuarum decore coronatus, cùm oues Catholici gregis ſuas à graſſante lupo defendiſſet, ſub ſummo Eccleſiæ capite Petro, & Romano illo Imperatore (iuxta Claudij computa) Claudio Caligul . . . alias Nerone duo.

Sunt qui dicunt, Luytprando teſtante, ex Cherroneſo Hiſpaniæ, S. Elpidij noſtri corpus in Marſiam Italiæ fuiſſe delatum, inde verò à Theodorico Metenſium Epiſcopo; annis ferè 919 Metas cum aliis corporibus ſanctis de his qui cum illo apud Cherroneſum paſſi fuerunt tranſlatum eſſe. Scimus contendiſſe quoſdam S. Eugenium I. fuiſſe Toletanum Antiſtitem, eo forſan deducti, vt Franciſcus Freire Minimita, adnotat inſignis, quod ad annos ſederit plures Eugenius, noſter verò Elpidius ad aſtra illuſtri vocatus Martyrio in breui expleuerit tempora multa.

Luyt. pr. frag. 172.

Freire ſerm. S. . . . Fe- . . .

Non eſt iſte Elpidius, ille celebris, de quo Palladius, & Heraclides illuſtrè meminêre; ille enim fuit Cappadox, qui per viginti quinque annos Sabbatis tantum, & Dominicis diebus cibũ capiebat, quique profeſſione Propheticæ ſuæ iure venit inter Heliades connumerandus. Potiora ex his quæ hic diximus celebris nobis ſubminiſtrauit auctor Hiſpaniæ decus Luytprãdus, Toleti Subdiaconus, Diaconus Ticinenſis, & à ſecretis Imperatoris Berengarij iunioris, Bibliothecarius Fuldæ, vbi Carolus Magn. Imper ingentem librorum aciem compilarat; eumque in his ſequitur Salazarius. Ad hæc ſuiſſe Carmelitam Elpidium noſtrum Toletanum I. Antiſtitẽ à S. Iacobo conſtitutum apertis inter alios verbis affirmant Franciſcus Ruſpuerta in Hiſtoria Eccleſiaſtica, Iaen. & Freire. Vide de alio Iuliano Toletano etiam Antiſtite Baronium, Iulianum Petriæ & Thomam Tamaium: & de S. Apoſtoli Iacobi Diſcipulis quæ dicemus in S. Baſilæo ſub anno 57.

Pallad. in vit Patr. . . . Heracl. lib. in Parad. c. 37.

Luytpr. cit. . . . Salazar in Pr. h. Caro. Rom. it. Eccl. Hiſt. Iaen. . . . 3. ex E . . . in Antipod. n. 91. Freire citato loco. Baron ad diẽ 8. Martij in Not. Mart. Iulian. in Chronic. Tamaius in not. ad Chro. Flau. Dextri.

DE S. HIEROTHEO AREOPAGITA.

CAP. VI.

Anno Chriſti 55.

ANNO CHRISTI 55.

SANCTVS Hierotheus cognomento *Diuinus*, natione Hiſpanus Aſtigitanus Patriâ. Teſte Moralio, Padillâ, & Carillo: vnus fuit è numero Areopagitarũ, qui à B. Apoſtolo Paulo inſtructus eſt, vnà cum Magno Dionyſio. Vir eloquentiſſimus, diuina patiens, diuinique verbi declamator, quem S. Dionyſius Areopagita multis laudibus effert, & aſſerit fuiſſe diuinum illum Oratorem, quem Chriſti Apoſtoli Hieroſolymis elegerunt, vt in illuſtriſſimo immaculatæ Mariæ tranſitu virgineas Dei Genitricis laudes coram omnibus Cæleſti panegyri declamaret. Monachus fuit ex Eſſenis, vnúſque ex viris illis plurimis, qui veſtigus Prophetarum Heliæ, & Eliſæi inſtiterant, & è numero eorundem, qui è Carmelo deſcendentes, vel è cœnobiis Ieruſalẽ, à Virgine Matre poſt Chriſti Aſcenſionem inſtructis, & ſtructis, ad tranſitum, & ſepulchralis Mariæ conuenti ardenter, vt filij dilectiſſimi adfuere.

Scripſit S. Dionyſio teſte & Lilio Greg. Giraldo dialog. 5. de Poëtis Inſtitutionum Theologicarum lib. 1. Hymnos plures, miro ſpiritu, & ſapientia clarus. Erat enim, ait S. Dionyſ. c. 2. 3. & 4. libri citati. *Poſt Apoſtolos omnibus alijs Doctoribus ſuperior, totus excedens.*

Iſto tempore floruiſſe Sole lucidiùs apparet: quo autem ſuperos peruolarit ad cælos, penitus auolat nobis, ſed citatum Menologium ait, quod cùm *religiosè vixiſſet*, migrauit ad Dominum, qui à Chriſto nato feliciſſimus florebat adhuc anno quinquageſimo quinto. Sub Summo Eccleſiæ Capite Petro, & Romano Imperatore Claudio regnante, Epiſcopum fuiſſe Athenienſem S. Dionyſij ſucceſſorẽ Kalendarium Græcũ, Molanus Galeſinus, Genebrardus, & Dexter firmant, & poſtea Segouiæ in Areuacis, ſanctitate mirandũ. Vide Tamaium in Notis ad Chronicõ Flauij, & Nouitatum ſuarum lib. fol. 95 & Viuarium in Dextro Com. huius anni, vbi plura de Hierotheo.

Hiſpan. natione. Mariana de SS. Hiſpan. S. Dionyſ. Areop. Interprete. Dext. ad an. Chriſti 71. Moralesli. 9. c. 12. Padilla cent. 1. c. 22. Carill. in Annal. & alii. Græcũ Menol. die 4. Octob. Dion. de Cœl. Hierar. & de diuin. nom. lib. 1. c. 3. Chron. Ord. vetuſtiſſim. Bigarne videtur fuiſſe Monachum, Menol. Græcorum cit. & S. Dionyſ. cit. Kal. Græcum 4. Octob. Ioan. Molan. in Mar. Per. Galeſin. Græc. Menol. 4. Oct. Dexter ann. Chriſti 71 citati a Tamaio, Nouitate 3.

DE AGABO ANTIOCHENO.

CAP. VII.

Anno Chriſti 56.

AGABVS Antiochenus Patriâ, ex regio ſanguine Tribus Iuda ſereniſſimam originem ducens. Fuit ſpiritu prophetico clarus, vnus ex his qui ad fidem Chriſti conuerſi ſunt per prædicationem Baptiſtæ Ioannis, cùm incola eſſet factus Carmeli, viuendique cæleſte Heliadum genus imbibiſſet: Fuit vnus, & primus,

Act. 11. to- Primus Cabil. Epiſc. in ſita Topograph & Euſeb. Cæſar. Eccl. hiſt.

vt

Anno Christi 55.

Bapt. Mant. lib. 1. Parthenic. M. Io.Patr. de instit.c.19 Ioan. Paleo. lib.1.c.6.

vt asserit Mantuanus, & Patriarcha Ioannes, qui Carmelitas illos ad Christi fidem è Mosaicis conuersos, in Iordane lustralibus abluit aquis: quiq; etiam primus, anno quadragesimo quarto Seruatoris, iuxta Paleonydorum, & vetiores computistas, in vertice Carmelæo ædem, orbis primam, in Virginis Matris honorem erexit: vbi quondam Helias Pater orare consueuerat, & nubeculam illam quasi vestigium hominis, sacræ Matris typo insigni, ascendentem è mari in cælos adspexerat.

Ludol.Saxo. in vita S. Annæ.

Is etiam fuit, vt Ludolphus asserit, qui antequam in Carmeli fuisset adscriptus sodalitio, & ex reuelatione nouisset, Deum, Sanctissimam Mariam, Ioachimi filiam, & Annæ in Matrem Christi sui Virginem dignissimam electam habere cum illa nubere voluit. Is fuit item, qui facie ad faciem B. Paulo Apostolo in Cæsarea Palæstinæ commoranti apud Philippum quendam Diaconum, apprehenso eiusdem Pauli cingulo sibique alligatis manibus & pedibus, prædixit sic à Iudæis Hierosolymis fore alligandum, Gentibúsque tradendum pro Christo, vt refert Adrichomius in vita Christi ad ann. Domini 55. ex c.21 Act.v.10.

Adrico.in vita Christi an.eius 55. Constat ex c.11.v.10. Lucæ in Act. Apost. S.Luc. c. 11. Act. Cartha. lib.17.hom. de laudib. Carm.

Tandem vnus factus inter Iesu discipulos, & Apostolos, Euangelicæ prædicationis cooperator strenuus felix in Domino quieuit, quo loco & tempore nos præterit: floruisse constat, anno adhuc, à Christo Iesu nato quinquagesimo, & eo aliquanto amplius, Tempore Apostoli Petri, Summi Ecclesiæ capitis, & Claudij Imperatoris: quo fames illa orbis vniuersi ab Agabo prædicta, S Luca testante, adimpleta est. De eo Carthagena hom.1.de lau.Car.lib 17.

DE S. BASILÆO, ET SOCIIS.

Cap. VIII.

Anno Christi 57.

S. Basilæus, aliis *Basilius* Patriâ Illiberitanus, Hispanus natione, de quo grauis sanè auctor Presbyter Iulianus affirmat quòd Hierosolymâ ab Hispania à patribus suis, membris truncus adductus, ab Apostolis Ioanne & Petro, dum peteret eleemosynam ad speciosam portam Templi curatus est; & à S.Iacobo electus discipulus in Hispaniam sit delatus, vt fidem (factus Hierosolymis de grege Carmeli) in ea Christi prædicaret. Malacæ, vt fert Dexter, Centurionem tinxit puri gurgitis vndis. Herculis aram apud Cadicum euertit. Dum Carthaginis * Spartariæ fuisset Præsul constitutus primus; *Pius* Hispalensis, *Athanasius* Cæsaraugustanus, *Maximus*, *Chrysogonus*, *Eugenius* Valentinus, *Agathodorus* Tarraconensis, *Elpidius*, de quo suo loco singulatim, Toletanus, *Extherius*, *Ætherius* aliis Barchinonensis, *Capito* Lucensis, *Ephrem* Asturicensis, *Nestor* Palentinus *Archadius* Iuliobrigensis, & alij S.Iacobi, Christi Apostoli, discipuli ad Hispanias cum eo simul aduocati, & in diuersis nobilissimæ Regionis vrbibus Episcopi ab eo designati teste Luitprando, ex illis plus quingentis, qui occiso lapidibus Hierosolymis Stephano,

Iulia. Chro. n.22.in adv. n. 107. 108. 407. 22. 101.

a Francisc. Rusporta. in Eccl. Iacn. secul. 1.c.5. Dexter.an. 52.

magnâque ibidem, & in confiniis eius persequutione subortâ fugati, navéque è Cypro deducti portum Hispaniæ Carthaginensem pertinxêre, vt per eam iam Ecclesiarum (ab Apostolo S. Iacobo, dum Hispaniæ Christi fidem, & Euangelium ipse prædicaret, id quod ex perpetua constat robustissima traditione multorum Sanctorũ Doctorũ auctoritate roborata & firmata, de quo videndus est Rudericus (Charus,) constituti Rectores, & Pontifices, Christi mortem, & Resurrectionem annuntiarent, docerent populos, & doctrinæ Christi pabulo, fideique esca Catholicas oues, ad Christi aduocatas caulam, verbo, & exẽplo omnium primi Apostolici coadiutores facti inescarent (ex Ordine ad id Heliadum Carmeli selecti, vt apertè id Luitprandus, auctor grauissimus, & exterus, in Fragmentis historiæ suæ ex variorum exemplarium fide recensitis à D. Thoma Tamaio de Bargas Regio Historiographo, demonstrat his verbis: *Magna pars eorum qui dispersi in persequutione S. Stephani ad varias partes traiecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis Montis Carmeli, prædicationibus Christi, & Apostolorum ad fidem conuersi, in quibus Elpidius, & Socij Pontifices à S. Iacobo creati & pòst Martyres effecti.* Et post alia multa: *Mihi*, addit, *valdè probabile est, & legitur in Orientis Historiis, Elpidium, & reliquos Episcopos, quos traxerat S. Iacobus in Hispanias, ab ipso Iacobo baptizatos, fuisse de numero Carmelitarum, qui in Hispaniam, & per alias Regiones Monachatum introduxerunt. Istos vocat Eusebius Prophetici Ordinis.*) Hispanámque Prouinciam, vt & alias vtriusque solis, post Iudæam, Galilæam & Samariam Christi fidem omnium primam suscipere & sanguine defendere docerent, cæterorum Gentium primam nutricem fidei reddentes eam, vt Flauius Lucius Dexter affirmat.

Anno Christi 57.

Luitp. fragment. 171.

Rud. Charus & alij in notis ad Dextrũ sub an.57.

Luitp. frag. 171. & frag. 256. Tamai. post Notas Chronici.

Euseb. lib.2. c.3.

Lucius Dex. in Chro. ad ann. Christi 36.

Porrò hi celeberrimi Heliadæ multâ cælitus elapsa sapientiâ renitentes, & sanctitate lucidissimi clari, iam Episcopalibus infulis decorati, susceptam, multis operibus sanctis impensis, tanquam pro aris, & focis pugnantes strenuè compleuêre prouinciam. Pro qua, cum ex his Basilæus, Eugenius, Pius, Agathodorus, Elpidius, Ætherius, Capito, Ephræm, Nestor, & Arcadius, apud Chersonesum Valentini vrbem Regni, nunc *Peñiscola*, Concilij causa conuenissent, vt Dexter affirmat, ab Haloto, pro Nerone Iudice, iuratis vtriusque Christiani nominis hostibus, bonis primùm omnibus spoliati, pro Christo tandem diris ceruicibus necati sunt. Athanasius autem natione Græcus dierum plenus, & bonorum operum, cùm in Celtiberia prædicasset, & exemplo vitæ quoque commissos sibi greges, & oues nitore fidei dealbasset, prope Cæsaraugustam in pace quieuit, Flauio teste: M. Maximus fert, Martyrio etiam fuisse coronatum ann. 59. adstipulatur Rusporta. Maximus Vrticæ in Bethica passus, & pro Christo necatus est. Chrysogonus verò, cùm vt credimus inter alios S. Iacobi discipulos, Illiberim conuenisset pro Concilio spoliatus suis, suorúmque bonis vniuersis, moriens de Christi fide coronatus est sub eodem Iudice Haloto, Neronis Imperio & Celsissimo in terris, Agni throno tenente Petro, salutis annis in circa 57. aliis 60. Fert Iulianus Archipresbyter, hos de Religione, Antiquariæ discep-

Dexter. in Chron. ad an.57.

Dext.an.cit. M. Max. in hymn. de S. Athanasio. Rusporta citand.

Iulianus in aduers.n.101 datus à Rusporta hist. Eccl. Iaen. sect. 1. c. 5. par. 1.

Anno Chriſti 57.

S. Ignat. ep. quæ habetur tom. 1. BB. VV. PP. Fl. Dexter in Chron. ann. 34.

tantes, Idolorum euiciſſe Sacerdotes: maximè Proculum, & Cornelium Balſum, Cæſarum Pontifices.

Merito ergo iure, hos, & cæteros quoſque S. Iacobi diſcipulos, ex his ab Hieroſolymis miſſis Petri Apoſtoli iuſſu, & Conſilio Religionis Catholicæ Magiſtræ Mariæ Virginis Matris (quæ, & luce doctrinæ, & mirabili vitæ exemplo, Apoſtolico ibi preſidebat Collegio, vt nil graue gererent illi, quod eius non gererent ductu, vt Flauius ait.) vt ſociarent Iacobum Apoſtolum, eique in miniſterio prædicationis Euangelicæ coadiutores eſſent. Ex teſtimonio adducto Luitprandi Subdiaconi Toletani, Diaconi Ticinenſis, Epiſcopi Cremonenſis, Berengarij II. Regis Italiæ à ſecretis, pro Othone I. Imperatore ad Pontificem O. M. & ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Legatum, inter Carmelitas adnumeramus, ſic enim ſit ab Orientis Hiſtoriis. Videndus Lucius Flauius Dexter de his Martyribus, & diſcipulis S. Iacobi, & Rudericus Charus, & Franciſcus Ruſporta. Meminit horum, ſcilicet Baſilij, Eugenij, Agathodori, Elpidij, Ætherij, Capitonis, Ephræm, Neſtoris, & Arcadij Martyrologium Romanum. Pro relicto, ſed eum tanquam S. Iacobi diſcipulum venerantur Caledonius Bracarenſis, & Pelagius Epiſcopus Ouetenſis.

Dexter in Chron. ad ann. 37. vſque 67. Rud. in notis ad Dextrum ibidem. Ruſporta Hiſt. Eccl. Iaen ſect. 1. c. 5. Caledo. relatus ab Hugone Portucalen. apud Viuar. in Elogiis Dextri. Pelag. apud Viuar. an. 37. com. 2.

PRO S. BASILÆO, ET SOCIIS.

NOTA VNA.

Certè nobis, & cunctis rectum animi ſequentibus ſenſum, ſuadibilius nihil eſſe poſſet; in re antiquitatis, Carmeliticam gloriam ſublimanti, quàm ſi audiretur, quòd omnes, & quotquot illi, qui ab Hieroſolymis cum Apoſtolis Chriſti, viri Religioſi profecti ſunt, de quibus loquitur Lucas S. in Actis, Euangelicam Ieſu Chriſti diſſeminare fidem, in omnem orbis vniuerſi ditionem; & ab ipſis conſtituti ſunt Eccleſiarum Præſules primi, tum in noſtris Hiſpaniæ Regnis, tum in aliis mundi nationibus, ex Ordine fuiſſe Prophetico, ſiue Heliadum, ſiue Carmelitarum. Nam ſi, vt conſtat multorum grauiſſimorum teſtium auctoritate in primis quod viri plurimi *vt loquitur Paulus V. Pontifex O. M.* qui veſtigiis SS. Prophetarum Heliæ, ac Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio, ad Chriſti aduentum comparati fuerant, rerum veritate perſpectâ, atque probatâ Euangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu Beatiſſimam Virginem (cuius colloquiis, ac familiaritate frui potuère) adeò venerari cœperunt, vt primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi Helias olim aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerint. *Et, ſi iidem Carmelitæ, vt idem Paulus affirmat, mox vel ab initio ſurgentis Eccleſiæ, vt ex Ioanne Patriarcha adnotant Chiclouens, Flauius, Cherubinus, & alij, ex hoc antiquiſſimo dato ab eis Virginis cultu* Fratres B. M. Virginis de Monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt: nomenclaturam *ſuammet, &* tutelam *Virgine dante;* non ſolùm in hoc ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogatiuis inſigniens, verùm & in alio.

Paul. V. lect. 2. noct. 1. de offic. Sol. Com. V. M. de Monte Car.

Paul. V. lect. 2. 2. noctur. cit. Chiclou. ſer. de B. V. M. de Monte Car. Cherub. to. 1. ſchol. 2.

Anno Chriſti 57.

Actorum 15. 22.

Si patet ex Actis Apoſtolicis quòd placuit Apoſtolis & ſenioribus, cum omni Eccleſia eligere ex iis, (*qui aderant Hieroſolymis ex Ordine Prophetarum*) & mittere Antiochiam, cum Paulo, & Barnaba, Iudam ſcilicet, qui cognominatur Barſabas, & Sylam viros primos in fratribus: *tanquam, præ aliis, Ordinis Prophetici, qui erant Hieroſolymis viri Religioſi, ex omni natione, quæ ſub cælo eſt, ſapientiâ mirâ florentes, & potentes dubia componere legis (quos Iudam, & Sylam Carmelitas facit Paleonydorus, Chronica Romana auctoritate ſubnixus, & Ioan. Magnus Pariſienſis Doctor. Imò Ioſephus addit Antiochenus quod cùm eſſent* Prophetæ (*id eſt Ordinis Prophetici* verbo plurimo fratres in fide confirmarunt: *etiam in Hiſpania, quò cum S. Elpidio, & cum Apoſtolis aduenère multi. vt Luitprandus affirmat.*)

Paleonyd. lib... Io. Magn. in ſchol. ad Acta Apoſt. Ioſeph. Antiq. lib. de perſ. mil. c. Luitpr. frag. 121. Paleo. lib. 2. cap. 1.

Si aſſeris Paleonydorus (fans, ex auctoritate Romanæ Chronicæ) de viris Religioſis illis, qui ex diuerſis Collegiis ad diem Feſtum Hieroſolymis conuenerant, & ab Apoſtolis baptizati ſunt, repletique Spiritu ſancto, quos ferè Monachos in verbo ino: Erant in Hieruſalem habitantes viri Religioſi, (*vt explicat Dionyſius Carthuſianus*) *S. Lucas vocaſſet in Actis, quod exhortante B. Virgine Maria, in fidei prædicatione indefeſsè, & imperterritè cum Sanctis Apoſtolis ad mortem vſque laborarunt, totámque ſurgentis, & ſoboleſcentis Eccleſiæ fabricam cum eis crexerint, id quod confirmat euidenter Patriarcha Solymus Ioannes XLIV.*

S. Luc. in Act. c. 2. v. 5. Dion. Car. in Act. c. 2.

Io. lib. de erud. c. 3.

Si apertiſſimum eſt omnibus Ioſephi Antiocheni, viri grauiſſimi & antiquiſſimi, qui floruit iuxta Poſſeuinum annum Chriſti 130. teſtimonium aſſerentis ſic: Perfectorum militum Chriſti, Apoſtolorum coadiutores, ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Heliæ & Eliſæi ſequaces, qui de monte Carmelo deſcendentes, per Galilæam, & Samariam & Iudæam, fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt: quique in Mariæ Virginis honorem in montis Carmeli decliuio oratorium fabricantes Saluatoris Matri ſpecialiſſimè ſeruierunt: *Et item illud Ioannis Groſſi dicentis in viridario ſuo:* A paſſione Domini, anno quadrageſimo ſeptimo, Eremitæ montis Carmeli, vnà cum Apoſtolis, in multis regionibus fidem Chriſti conſtanter prædicauerunt: *Imo Franciſcus Freire Minimita famigeratiſſimus, Generalis ſui Ordinis Viſitator, & vir ſapientiſſimus, diuinique verbi Præco celeberrimus, & à Cõciliis ſupremi fidei Senatus, certiſſimum eſſe affirmat:* Totam Hiſpaniæ fidem, & conuerſionem ad eam, poſt S. Iacobum Apoſtolum deberi omnino Carmelitanæ Religionis Patribus: *Id quod à Flauio Dextro, Luitprando, Iuliano Presbytero, & Sigeberto muniuntur. Ad id ſanè munus obeundum, vt Trithemius ait:* Poſt paſſionem Domini, multiplicatâ per Iudæam Fide Chriſtianâ, hi qui in monte Carmelo vitam, ad imitationém Heliæ ducebant Eremiticam, ad Euangelium Chriſti viuere cœperunt, ſicut in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, &c. Regulam Euangelicam in cordibus ſuis habentes ſcriptam: *Id quod etiam Carolus Tapia I. C. celeberrimus obfirmat cum Mantuano noſtro.*

Poſſeu. Ap. to. 1. Ioſeph. antiq. lib. de perf. militia cap.

Ioã. Groſſus c. M. O. C. in virid. clauc 2.

Freire, ho. de S. Andrea de Conuerſ. cog. 3.

Dexter. Luitprand. Iulianus. Sigebertus. Ioan. Trith. lib. de laud. Car. c. 4.

Tapia de Monach. Car. c. 17. Mantuan. in Apolog.

Et demum, ſi nulli non permotum eſt, vel mediocriter in Eccleſiaſticis hiſtoriis diuerſato; Mona-

chos

Anno Christi 57.

chos Carmelitanos Propheticì Ordinis Heliadum, Spiritum sanctum accepisse vna cum Virgine Maria, & Apostolis in Cœnaculo Sion, vt sibi credit (omissis alius, Vvaldensis vt hæreticos agens,& his verbis affirmat : Videtur ergo magnam partem tunc conuersorum fuisse eiusdem Religionis (*Heliæ de qua fatur.*) maximè autem illos centum viginti, qui simul manserunt in vno loco orantes continuè in templo die ac nocte : audeo dicere fuisse Religiosos peculiari etiam voto Religionis constrictos : *idque ex auctoritate comprobat S. Augustini ad illud Psalmi :* Quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, *nam censet Doctorem S. constituere Monasticum institutum ibi in Apostolis, & viris illis quingentis, de quibus meminit S. Paulus eos vidisse Christum à mortuis resuscitatum; imò & in illis centum viginti iam suprà relatis.*

T. Vvalden. tom. 1. lib. 3. art. 1.

S. August. in Ps. 132. v. 2.

S. Paul. 1. Corinth. 15. v. 6.

Quid igitur, his dictis & præmissis veritati consonum magis, & suasu facilius, quàm quod viri illi Religiosi ab Apostolis, & Virgine Maria in opus Euangelici ministerij selecti, Heliades fuissent. Námque si ij, qui vestigiis Heliæ, & Elisæi institerant, & Ioannis Baptistæ præconio, perquàm citissimè ad Christi aduentum ex Iudæa comparati fuerant, ex veteri exercitio Mariæ Virgini culto, tanquam singulariter ab ea selecti, & dilecti filij, vel in primis surgentis auroræ Ecclesiæ luminibus, eius fuêre insigniti nomenclaturâ cælesti, tutelámque, patrocinium, & Virgineum Matris Virginis amorem primi omniũ è Religiosi status professoribus experti, vt erant filij Religionis Heliæ Virgini Matri acceptissimi semper : his præ alijs certè ex Virginis voto, vltima hæc propagatorum fidei primorum, post Apostolos prerogatiua reseruanda erat : hi præ aliis primi Orbis Præsules post Apostolos, Apostolorum Consilio prædicantium, sine dubio constituendi. Etenim si placuit Apostolis in eos primum Hierosolymis oculos conücere viros, ex Ordine Prophetarum Heliæ, ad sui operis Euangelici coadiutorium fidissimos (Virginis Mariæ decreto, Petri assensu, & consilio communi) tanquam eos qui primi fuerant ad fidem adducti, vndis salutaribus tincti, & pleni Spiritu sancto ignis simul illis linguis immisso, quique illos eadem Virgine hortante Matre Maria imperterritè adiuuarent, & cum eis laborarent indefessi vsque ad mortem vitæ, & sanguinis compendio susceptam: Si quoque strenuissimi illi Heliades semper, præ aliis, habiti fuerant, militésque perfecti viri solitarij, nocte, diéque contemplationibus assueti, ex Principis Heliæ voto, & Religiosi sui status inconcusso fine, doctas ex eis manus habentes ad prælia, & digitos aptos ad fidei bella: (vt erant veri patrizantes Heliæ) quos priores in fidei nutritios maximos Apostoli, Virgo Maria & Petrus, vt toto circumquaque cum eis Orbe discurrerent eligerent? quos Ecclesiarum Principes constituerent & antesignanos? quos in vera mundi lumina vocarent, vt lucis essent gentium, & Saluatores gregis Christi primique aliorum omnium Doctores, & Magistri? quos sibi Apostoli segregarent, nisi Carmeli professores, Religiosos illos, viros, qui Hierosolymis ad diem Pentecostes aduenerant, vt viderent primas Ecclesiæ columnas; & primitias spiritus habentes, mira multa patrare in verbo Saluatoris Christi. Certè hos omni iure consonum eligere erat, qui fide firmiores, comptiores moribus, clariores sapientiâ, feruidiores zelo, lucentiores puritate, puriores lucidissimâ luce, post Apostolos Hierosolymis comprobatur cõgregati. Et quis neget hos fuisse magni Patris Eliæ hæredes, & filios viros Religiosos; inter quos sunt hi numerandi qui à nobis hoc capite adducuntur, & alij, (omittentes alios plures partis Paradisus nostri secundæ) cum illis multis, quorum nomina sola diuina scientia cognouit, quos hoc, vt cognominatos iure sibi nostro volumus habere Paradiso.

Anno Christi 58.

DE S. CECILIO EPISCOPO GRANATENSI. PRIMO.

CAP. IX.

Anno Christi 58.

S. CECILIVS primus Illiberitanus Episcopus, vt Tractemundus Episcopus affirmat S. Iacobi Apostoli discipulus & peregrinationis suæ in Hispaniam ab Hierosolymis Collega indiuiduus Euangelij cum eo & aliis Christi disseminator, primus ab eodem Iacobi Apostolo Episcopus designatus, à S. Petro Apostolorum Principe consecratus, & in Hispaniam selectus ex Ordine Prophetico, Mariæ virginis consilio, & Petri assensu, prædicationis Euangelicæ causa, cum aliis saltem duodecim Iacobi sociis missus incepta ab Apostolo prosequi, vt in Diptychis Granatensis legitur Ecclesiæ. Vir sanctissimus fuit, & pari sapientiâ cælesti consignatus. Vno verbo Patris laudum encomia referuntur : *Discipulus fuit S. Iacobi.*

Tractem. ep. Illiberitan. ep. ad Luitp.

Diptychæ Eccl. Granat.

Fertur ex sapientium sensu, & communi Illiberitanorum traditione nonnullos scripsisse libros, ex his qui reperti sunt, dante Deo, in Monte Illipulitano. Vbi, teste D. Petro Gundisaluo à Mendoça Episcopo Granatensi, Archiepiscopo Cæsaraug. nunc Domino, & Episcopo Siguciensi Martyrio pro fide Christi coronatus est, eius anno sacro 58. sub dati Imperio Neronis, & suprema orbis Ecclesiæ luce Petro Apostolo. Cecilium ducimus inter Carmelides adcenfere. Ex testimonio Luitprandi adducto in S. Basilæo, & sociis de fragmento 171.

Gundisal. ep. lib. 2. cap. 9. Montis Cælestis vbi de ep. Granat. in l. Cecilio.

DE S. EPHIGENIA VIRGINE ABBATISSA.

CAP. X.

Anno Christi 60.

S. EPHIGENIA Virgo, Iphigeniam alij vocant, natione Ægyptia, ex Regio sanguine, & filia Regis, S. Matthæi Apostoli discipula. In quodam Ægypti Cœnobio Abbatissa, singulare Virginum lumen decus, decorque Carmeli, teste Abdia Babylonico. Scripsisse credimus Orationum, siue sacrarum contemplationum libellum vnum. Florebat anno à Christo sexagesimo sub Summa Orbis, & Ecclesiæ Columna Apostolo Petro, & Imperatore Nerone.

Abd. Babyl. lib. 1. c. 7. de Apostolis.

Anno Christi 61.

DE S. SATVRNINO EPISCOPO ET MARTYRE.

Cap. XI.

Anno Christi 61.

SATVRNINVS, vulgò *Cernin* Pompelonenses, Natione Achaius, patriam Patras habuit Ciuitatem, filius Regis cuiusdam Ægypti, & Cassandræ Reginæ, filiæ Ptolomæi Niniuitæ Regis: vnus ex Essenis fuit Baptistæ Christi discipulus. Post Christi Iesu in cælos Ascensionem mirabilem, annúmque septimum Antiochiæ, & Romæ sequutus est Apostolum Petrum; vsque ad annum ab Ascensione Seruatoris decimum tertium, ab ipso Apostolo Tolosanus est factus Episcopus, & missus ad prædicandum Euangelium in Prouincia Aquitaniæ, miros Christi, Euangelica prædicatione sua, Ecclesiæ peperit fructus; maximè in Neemesia Ciuitate, vbi Honestum (ex Pompeiopoli, Nauarræ Catholicissima Ciuitate, illustrissimi Regni capite, oriundum) sibi associauit adolescentem, quem ob insignem virtutis insigniam, Presbyterum ordinauit, & ad suam, è Ciuitate Tolosæ Pompeiopolim misit Euangelium prædicare (ô decus! ô honor eximius! ex seipsa felicissima vrbe filios diuini Seminis Præcones primos generare. Verùm ne mirère, cùm Regni sit caput, adeò Euangelicæ vocis sonum sitientis à Christo in cruce pendenti, vt moratum aduenrantis Euangelij impatiens, Præcones illius audiissimum, & audissimè vsque ad Ierosolymam perquisitati fecerit, & eos aduentare compulerit. Diuina vt præ alijs Hispaniæ Regnis, ista semina perciperet, quamobrem in omni Regni ditione, vetustissima plura templa in honorem nominis Saluatoris erecta conspicies.) Ibi, benigno omnium à pectore acceptus, Patritios multos nobiles ad fidem Catholicam adduxit. Post pauca Saturninus Pompeiopolim accessit, ibique firmissimis fundamentis, hucvsque perdurantibus, Catholicam cum Fausto fidem obfirmauit, vt legitur in Episcopilogio Pompelonensi. Demum, ob fidei defensionem, ad tauri pedes alligatus è Capitolio præceps discusso capite, membrisque dissectis palmam adiit Martyrij percepturus in astra, anno ab Orco euerso sexagesimo primo, sub Romanæ arcis excelso capite Petro, Et Romanorum Imperatore diro Nerone.

Episcop. Pompeionensis in suo Episcopilogio Pomp.

DE S. ENOCHO AB AMATIN.

Cap. XII.

Anno Christi 64.

SHENOCHVS alijs Henoch ab Amatin, Post Ioannem [a] primus Archimandrita Carmeli, natione fuit Hebræus, patria Amatinita, qui ab vnguiculis primis, à parentibus Deo, & Virgini Matri, in Carmelo dicatus, vitam semper sub iugo Religioso mirabilem egit. Aliquanto adultus, cùm prope Carmelum fratrum loca, Carmelicolasque Fratres, inuiseret & Ioannem de Regno Dei disputantem audiisset, monstrantemque digito Christum, aliis se Ioannis discipulis iniungens, auctorem vitæ (cum Sila, Episcopo Corinthi (quem Carmelitam vocat Io. Magnus Parisiens. Doctor Martiali, Saturnino, Frontonio, Natanaële, seu Vrlicino, Agabo, Manahene, Iuda, Simone nigro, Andrea, Euangelista Ioanne, & aliis Baptistæ discipulis) sequutus est, licet Hieronymus Romanus, pestilentissimúsque Wirclephus, adlatrent.

[a] Didac. Coria lib. 1. Dilucidarij Car. c. 13. & lib. 7. c. 1. & Io. Paleonydor. lib. 1. cap. 2.

Anno Christi 64.

Et Carranca Cat. Catechis. 1. p. c. 8. Io. Magnus.

Septimus fuit Christi discipulus Enoch iste (quid obstat Monachum esse, & Monachorum Heliæ Patris Archiphylacem primum à Ioanne Baptista præfectum?) Nicopolis Ægypti Episcopus postea factus, huic Ecclesiæ, à S. Marco Euangelista Ordinatus, tribus præfuit annis. Decoratus hac infula sacra, non relicta Eremitica vita, in suo Episcopio (mos antiquus erat) mirabiliorem, cum multis sociis (semper Carmeli moderatus habenas) vitam coram omnibus duxit. Monachos suos mira docuit semper exempla virtutum. Erecto à se nouo Cœnobio, viros multos, hortatu suo, Carmelo associauit, quorum intantum numerus accreuit, vt in Alexandria, & Ægypto, multa ex illis, ex Marci disciplina sint erecta Cœnobia. Cúmque hos omnes regulatibus disciplinis Heliadum instruxisset, ab Ægypto in Carmelum redux factus, assiduæ orationi, & diuinarum rerum contemplationibus vacans, anno Iesu Christi sexagesimo quarto, sub Petro Apostolo, & Ecclesiæ Catholicæ Principe, Imperante Romę Nerone felicem habitum clausit, feliciori potiturus in astris æternè, sepultusque est inter suos, in Cœnobio Carmeli.

Non iste est Hierosolymitanus ille Henoch, qui tempore S. Angeli Siculi Martyris floruit. De hoc Enocho Amatinita Philo, datus à Paleonydoro, sic fatur: *Itaque Marcio assumpto Enoch Eremita montis Carmeli cum Euangelio quod ipse co fecerat perrexit in Ægyptum. Vbi constructis Monasteriis, & fratribus Religiosè constitutis Enoch ad terram Sanctam, post Martyrium S. Marci reuersus, in monte Carmeli contemplationi, & orationibus vacans, die - mensis Iulij diem clausit extremum, ibique anno Domini 64. à fratribus digno cum honore traditus est sepultura.*

Philo. Paleonydor. lib. 2. c. 1.

DE SANCTO MANAHENIO ESSENO.

Cap. XIII.

Anno Christi 65.

SMANAHENIVS, natione Hebræus, vir sanctissimus, cuius celebrem mentionem dant Apostolorum Acta, vnus ex præcipuis Essenis, teste Iosepho & Zonara, propter quod Carmeli Catalogo adnectitur ab omnibus, Prophetico fulsit spiritu, quapropter ab Herode Tetrarcha, cuius fuerat collactaneus frater, magni est habitus, quòd Regni illi prædixerit præfecturam.

Vndecimus à Christo Iesu discipulus electus, inter septuaginta illos duos, quos ætatis suæ anno trigesimo secundo, post Præcursoris mortem elegit, Euágelij semina sacra Orbi daturos, vt & testis S. Hieronymus. Florebat autem Manahenius

Luc. in Actis c. 13. v. 1. Ioseph. li. 14. c. 17. & li. 15. c. 1. & 13. Zonar. to 5. Annalium prope fin. f. 40.

S. Hier. epist. ad Damas. Papam.

anno

anno Christi Iesu sexagesimo quinto, sub sacro Ecclesiæ & Orbis vertice Petro, & prima Neronis persecutione, à qua diuinitus liberatio exuuias carnis deposuit in pace, gloriosus sidera obtenturus. Non iste est Manahen ille, Gadi filius, Regis decimiquinti Israel, qui anno 4409 conditi orbis, iuxta computa Bergomensis, & ante Christum Iesum 894. homo pingitur Tyrannus, & seditiosus: est alter ab isto.

Bergom. lib. 4. supplem.

CENTVM VIGINTI MARTYRES AVREÆ PORTÆ.

CAP. XIV.

Anno Christi 66.

Centum viginti Heliades Martyres, conspicuâ miri sanctitate, etsi qui plurimi alij Religiosi qui è Carmelo, & aliis Conuentibus terræ sanctæ Hierosolymis conueneriant in Portæ aureæ filiorum Heliæ Magni Monasterio, quod fuit primum in noua lege gratiæ pro Carmelitis erectum, vbi Beatissima Virgo Maria fuerat concepta, & nata, vt testis est Io. Ballistarius, & meminit S. Henochus, prope cœnaculum, vbi, Pascha cum discipulis celebrato, in Agni cœna prouidi Christus Dominus diuinum sui corporis sacramentum instituit, & ad solemnia Paschalia Pentecostes agenda, ex lege conueniut. Horum nomina sunt in libro vitæ perenniter inscripta: ast inter nostrates censendos iure optimo aducimus, iuxta D. Augustini mentem, quam pandens, contra hæreticos sui temporis, Waldensis asserit, fuisse omnes eiusdem Religionis Heliæ, maximè hos centum viginti, qui simul in vno mansêre loco, orantes nocte, diéque, etiam Religionis votis adstrictos Heliæ, super quos adsuit Spiritus sanctus in die Pentecostes, vt subscripsêre S. Hieronym. Philo, Iosephus, Eusebius, Sigebertus, Paleonydorus, Romanorum Chronicon & alij.

Primum Cœnobium Carmeli in lege gratia erectum.

Io. Ballist. in comp. histor. Henoch. in vita S. Angeli Martyr. Deuteron. cap. 16.

August. ad Psalm. 132. Tho. Vvald. lib. 3. cap. 6. doctrinalis tit. 9. de religiof. S. Hieron. ad Eustoch. de Virg. Philo. de vita Theorica supplicum. Ios. de antiq. Euseb. Cæs. lib. 2. cap. 3. hist. Eccl. Sigebertus in Chronic. Paleonyd. lib. 2. antiq. Carm. Chronic. Rom. Mantuan. in Apolog. pro Carm. & lib. 3. de laudib.

Ex his plures à viuis hominibus abscessura Sanctissima Virgo Maria aduocauit, asserente Mantuano, & in eorum medio tradidit spiritum, eos deprecans, vt sui æternam memoriam haberent. Hi īdem sepulturæ candidæ Matris felicis adfuêre, & vale æternum lacrymantes dicto, summâ animorum amaritudine, in Carmelū recessêre, Christo feliciter humani corporis debitum persoluturi, suo quisque tempore quoque, perenni Martyrij gloriâ coronandus in Neronianis persecutionibus: Annis Christi sexaginta sex.

DE S. BASILIDE PROPHETA.

CAP. XV.

Anno Christi 73.

Sanctus Basilides Natione Græcus, Carmeli Monachus, & vt fertur, non multò securè, ibidem Archimandrita, Sanctissimum fuisse virum nobis in dubio non est, propheticóque spiritu fulsisse, illud maximè probat: quòd cum Vespasianus Romanum vellet capere Imperium, déque diuina superum voluntate dubius esset, Carmelum adiit Basilidémque exorat, vt Deum orationibus & ieiuniis, ad suam diuinam in se voluntatem deflectat aperiendam. Deo precibus à Basilide, & cæteris Carmelitis exorato, lacrymis, & ieiunio deuicto, perceptum est, Dei esse voluntatem, Vespasianum Romam ire coronandum, omniaque illi feliciter obuentura fore, vt exitus acta probauêre.

Fuit Basilides vir insigni religione præclarus, cui Deus mira sui pectoris arcana pandit. Tanti Patris exitus, locus, modúsque nos latent; sed crediderimus, Coria teste inter superos regnare felici morte in pace susceptâ, & inter suos in Carmelo fuisse sepultum.

Did. Coria dilucid. lib. 7. cap. 3.

Floruit autem anno à Christi Natiuitate septuagesimotertio, sub Petro Principe Clauium, & Lino successore: Imperante Vespasiano, post Othonem, & Vitellium Romanos Imperatoris, ante futuri Ierosolymitani excidij annos duos.

DE S. MARTIALI EPISCOPO ET MARTYRE.

CAP. XVI.

Anno Christi 74.

Sanctus Martialis Vice Apostolus, Cófessor, & Episcopus Lemouicensis, natione Hebræus ex Tribu Beniamin, Patre Marcello, matre Elizabeta, Stephani Protomartyris consanguineus, à D. Petro (qui speciali amore consanguinitatis ei deuinctus fuit,) Christo iubente baptizatus est, ætatis anno 15. cum Zachæo, & Iosepho qui Dominum sepeliuit. Qua ex spirituali per Baptismum inter eos cognatione contracta, &, quæ deinceps inter illos nunquam defecit Christiana charitate, non omnino absurdum fuerit suspicari illum sumpsisse Cephæ cognomentum, quod ipse sibi tribuit, initio Epistolæ ad Tolosanos. Christo postremum cum discipulis cœnanti inseruiuit cum Cleopha; vidit suis ipse oculis, tremens, Iudæ proditori condiscipulo suo osculum datum à Christo, eique & cum suscitaret Lazarum, & in cælum ascenderet, adsuit. Apostolum anno 5. à Christi passione, Antiochiam comitatus est; deinde & Romam anno, póst septimo: Vbi annos duos commoratus, ab eo ad Lemouicenses, natus annos 31. destinatus est Episcopus; apud quos, & Aquitaniâ totâ miraculis clarus vixit in summa sanctitate.

Vt ipse ait c. 13. epist. ad Tolosan.

Is vnus ex septuaginta discipulis Christi Iesu, ex Carmelicolis, Paleonydoro teste est factus: floruit à Christo nato anno quinquagesimo quarto. Et post acquisitos veræ Ecclesiæ populos plures, & Christi fidem per omnia dilatatam felici confessione reliquit terras & in cælestibus cum D. Dionysio Pari-

Io. Paleon.

Vide Baron. annal. Mart. Rom. die Ianu. 30.

siorum,

ANNO CHRISTI 75.

Vide appositiones circa has Epistol. Bellar. in descript. in Martialem. Vide Baron. Ann. tom. 1. ann. Christi 74. varns. Et Aurelianum Lemouicensem Episc. discip. S. Martialis in vita S. Martyr.

siorum, & Saturnino Tolosatum coniunctus est Pontificatus sui anno 28.

Scripsit autem Epistolas duas primam ad Burdegalenses capitibus 13. digestâ: Secundam autem ad Tolosanos capitibus 28. quæ habentur Tomo 3. Bibliothecæ veterum Patrum. Et post Lemouicenses, Tolosanos, Burdegalenses, Cadurcenses, & Aquitanos populos, eósque qui à Rhodano in Oceanum vergunt, in Christiana instructos pietate: post mortuum, S. Petri baculo, suscitatum, & alia mira patrata, anno tertio Imperij Vespasiani, Christi 74. sub Lino Pontifice summo, sublatus est. Eius res gestas Aurelianus, successor eius, eleganter scripsit.

DE S. ANDREA CHRISTI APOSTOLO.

CAP. XVII.

Anno Christi 75.

SANCTVS ANDREAS natione Galilæus, patriâ Bethsaidita, Petri Apostolorum Principis frater, natu maior, & vocatione ad Christi Apostolatum prior. Is cælibem dum duceret vitam sub Ioannis Baptistæ discipulatu Monastico Paleonydoro dicente, vocatus est à Christo Iesu, & vnus ex duodecim eius Apostolis gloria maiori nominatus, vt Sophronius affirmat, & alij Titi tempore Cæsaris cùm Scythiam hactenus Europæ, deinde Epirum, ac Thraciam peragrasset, miraculis, necnon & prædicatione suâ Græciam, (S. Hieronymus ad Scythas, Sogdianos, & Saccos Euangelium Christi dedisse refert) perlustrasset, ad Patras, Achaiæ vrbem, ab Ægea Eleiensorum Præfecto Proconsule captus cum multas de cruce Christi diceret laudes, fune manus pedesque deuinctus grandi patibulo, in crucis formam suffixus est, Anno Christi 75. Sub hærede clauium Christi & Dei maximo & primo S. Petro Apostolo, Imperatore Vespasiano, qui viuens supremа Christi, quotidie Omnipotenti Deo, Patri dederat Liba, Adrichomio referente. Nihil scripsit Apostolus iste; sed, vt Abdias Babylonius refert, & Achaiæ Presbyteri tradunt (vt verum se Heliadem comprobaret) immaculatam Virginis Mariæ Conceptionem ad Proconsulem Ægeam professus est verbis apertis.

Baron. anno Christi 31. num. 23. Paleon. l. 2. c. 1. in initio. Sophron. ho. de certam. SS. Petri & Paul.

S. Hieron. de vir. illust. in Andrea.

Adrichom. in Tribu Leui. n°. 6. Ex Achaiæ Presbyt. & Diacon. in eius relatione Martyrij. Abd. lib. … hist. Presbyt. lib. de Pass. S. Andreæ à multis relato.

PRO ANDREÆ APOSTOLI MONACHATV,

NOTA VNA.

NEque mirum, neve nouum sit serenissimo lectori, nos S. Apostolum ad Carmeli illustria castra vocasse; etenim cùm apertè constet ex Patribus, & sacra Scriptura eum Ioannis Baptistæ fuisse discipulum, ex eoque Esseni Monastica professione, sub cælibatu exercita (antequam à Christo vocante Apostolicâ dignaretur sublimitate, qua verior, maxima, & perfectissima fuit Religiosiorum status forma sub Principe Christo, omnis sanctitatis, & perfectionis calcea vertice primo) meritò referendum ducimus ad Heliades, sequuti Paleonydorum, S. Tiagum, & Coriam nostros, inter cæteros, adhuc exteros, auctores, inter quos aduoca Dominicum Grauinam Dominicanum virum variâ eruditione refertum publicum ex Ordine illustrissimo Prædicatorum S. Thomæ in Neapolitano Lycæo Doctorem, & interpretem, Franciscum Freire Minimitam, à Calificationibus Sanctissimi solij fidei & consultationibus, Vicarium, Visitatorémque generalem sui Ordinis in Prouincijs Hispaniarum qui cùm S. Andream, tum S. Euangelistam Ioannem, vt Baptistæ discipulos apertis verbis inter Heliades adnumerandos decernit.

Hi ergo omnes Doctores Baptistæ Ioannis discipulos, etiam eos, qui post, ad Christi Apostolatum adsciti sunt, inter Carmelitas adnumerandos firmissimo iure censuerunt tamquam veros Essenos, & germanos Heliæ filios: quorum alios Ioannes Apostolico adduxit dogmate vt perfectiores fierent, & sanctiores in Religioso suo antiquo Monastico statu) imbuendos: alios ad Iordanis ripas Prophetico tantum continuit statu, nec sine consilio cælesti, vt Paleonydorus docet apertè, dum dicit. S. Ioannes Baptista verus fuit Religionis Carmeli obseruator & Princeps cum discipulo suo S. Andrea. Puta etiam cum isto Andrea, (vt alios omittamus, quorum aliquot fusius mentionem exhibemus) Sylam, Pauli Apostoli comitem, de quo Actorum 15. Natanaelem (qui vocatus est à Christo Domino verus sine dolo Israelita) Philippi Apostolorum germanum fratrem & Bituricensem Episcopum in lege peritissimum, & alios quorum nomina ab Euangelistis celata, scripta sunt in libro vitæ. Ast eos omnes iure eodem hic volumus tamquam Carmeli filios veros accensitos habere. Consule Paleonydorum exactissimum antiquitatum Carmeli indagatorem & historiarum nostrarum his sæculis Coryphæum signatissimum.

ANNO CHRISTI 75.

Paleo. lib. 2. cap. 1. S. Tiag. in Catalo. Coria lib. 2. c. 1. Dilucidarij Carm. Grauina lib. de statu Florent. SS. Relig. Neapoli excus. 1625. Freire. in vita S. Mariæ Magd. à Pazzi, part. 3. & in disc. 3. de S. Andrea Fesulano citans pro se Lyranum.

Paleo. lib. 2. cap. 1.

Actor. 15. v. 22.

Paleo. lib. 2. per prima capita.

DE S. AMATORE BAIVLO CHRISTI.

CAP. XVIII.

Anno Christi 75.

SANCTVS AMATOR, verbis vtamur Luitprandi, coniux Veronicæ (quæ Berenice dicta est, Baronio teste) cui Dominus faciem suam dedit expressam, famulus sanctæ Virginis Mariæ, & Ioseph, & Domini baiulus, ac nutricius, post discessionem eius ad cælos, hortatu Christi, S. Martialem cum coniuge sequutus est ad Gallias, vbi sicut viderat prope Nazareth Eremitas Montis Carmeli, eam vitam in editissimo monte sequutus est. Vixit ibi multos annos, agens magis vitam cælestem, quàm terrenam. Creditur decessisse anno Christi 75. celebratur I. die Nouembris. Sub Imperio ergo discessit Vespasiani Imperatoris, & Clauibus S. Lini Papæ, & Christi Vicarij. Verba ipsa Luitprandi probant

Luitp. frag. 109. Baron. tom. 1. anno Christi 34. num. 138.

ANNO CHRISTI 76.

Carmelitam fuisse, ex Eremitis Carmeli, qui vitam Eremitarum Montis illius ad vnguem, & exemplar professus est suo modo in Gallus, vt alij multi.

DE S. MARTHA VIRGINE.

Cap. XIX.

Anno Christi 76.

S. Martha Lazari resuscitati à Christo Iesu soror, & Magdalenæ Mariæ, cum pedissequa Marcella memorabili Monialis Carmelita fuit prius, in illo centum, & viginti Virginum Cœnobio à Virgine Matre Maria constructo, vbi eadem sanctissima Genitrix Dei munera obibat Abbatissæ, siue Priorissæ (vt refert sapientissimus Spira) eisque Monastica dogmata dedit, vt referunt Armachanus, Vvaldensis, & alij à Coria relati: At successu temporis à Iudæis diruto Cœnobio, anno Christi quadragesimo septimo, dispersisque Virginibus indidem commorantibus, Martha inter eas naui culæ sine velo, & remige imposita Massiliam appulit, vbi Apostola Massiliensium effecta, cum Magdalena sorore, & pedisequa Marcella multos ad Christi fidem adduxit, & miraculis clara, annuente Maximino Episcopo, eius Virginis Magistro, prope Rhodanum Ecclesiam Christo, & Cœnobium Virgini Mariæ dicatis, vt refert Io. Bonifacius, apud Tarascum erexit, vbi cum aliis multis Virginibus, vt Deo, sicut antea, in Monachismo libentiùs vacaret se recepit, in tanta vitæ austeritate constricta, & orationis assidua detentione detenta, vt per annos viginti nouem, vera imitatrix SS Patrum Heliæ, & Elisæi, & Ioannis Baptistæ (quorum vitæ propositum fuerat amplexata) effecta, Paternam scintillam vigoris lucentem, & morum simillimam similitudinem omnibus exhiberet.

Gull. Spira cent. 1. post Christum contra hæreticos Ric. Arm. ser. de concept. Tom. Vval. de sacram. tit. 9. c. 89. Coria li. 7 c. 5. Episc. Equil. Catal. SS. li. 6. c. 151. & Angelus Manriquius serm. de assumpt. V. Cog. 6. §. 1. to 2. Sanct. Io. Bonif.

Tandem, Bellouacensi dicente, duobus Monasteriis, feminarum vnum, virorum alterum erectis, spiritum reddidit Deo, anno à Redemptore nato, septuagesimo sexto, sub summo Ecclesiæ capite Lino, & Romano Imperatore Vespasiano. Ad tantæ Virginis funeralia honoris adstitit Spiritu sancto Frontonius, qui tunc Petragoricis aderat sacra altaris peragens, quique sepulturæ Officia Virginis prosequutus est. Huius vitam Virginis S. Marcella eius socia, teste Antonino, conscripsit, quæ postea cum multos ad Christi fidem adduxisset in Sclauonia migrauit ad astra, decennio à morte Martha peracto vt suo in elogio dicemus.

Vincent. Bellou. lib. 10. c. 100.

S. Anton. 1. p. hist. tit. 6. c. 21. §. 1.

DE S. MARIA MAGDALENA.

Cap. XX.

Anno Christi 76.

Sancta Maria Magdalena, quæ fuerat priùs in Naim seu Hierosolyma ciuitate peccatrix, Marthæ Soror, & Mariæ Virginis sanctissimæ Monialis socia in Conuentu Sion Hierosolymitano. Hæc etiam dum cum Martha sua, Massiliam dispersione eadem appulisset, non Cœnobiticam, sed Eremiticam vitam elegit, more maiorum priùs à Virgine sanctissima in Cœnobio instructa. Ibi in spelunca, in qua postea erectum est primum Carmelitanum Cœnobium Europæ, ante eiectionem Helianæ Religionis à terra S. Carmeli, annis Christi 435. plus minúsve, Rademundo Rimes Dominicano testante, per annos triginta: assiduis contemplationibus vacans, & miram corporis duritiem exercens, miro meruit quotidie Angelorum famulatu, multoties in aëra tolli. Tandem sic Eremiticâ vita peracta, migrauit ad supera, teste Hegesippo eodem anno, quo Martha soror octo diebus tantum ante illius exitum felicem, sub Pontifice, & Imperatore eodem. Has tres, ex ordine Prophetico esse Paleonydorus; multis rationibus iura communit, de quibus videndum Ordinis Dilucidarium.

ANNO CHRISTI 86.

Vide ætate 14. Notam Pro S. Ludouico. Vvastelius in apol. pro Io. Pat. 44. c. Baro. c. 21. Rimes lib. relation. terræ S. Gennad. de Script. Eccl. in Cassiano. Hegesipp. in vita S. Magdal. Io. Paleon. lib. c. Did. Cor. li. c.

DE S. MARCELLA VIRGINE ET ALIA MARCELLA.

Cap. XXI.

Anno Christi 86.

Sancta Marcella S. Marthæ Virginis pedissequa fidelis illa, de qua S. Lucas refert quod inter blasphemantium Christû, Iudæorum turbam intrepida, extulerit vocem, Virginei Matris ventris & vberû puritatem purissimæ Matris collaudans. Huius Virginis efferendis laudibus magnus erit in Rhetorica campus. Sed nunc Bedæ venerabilis de ea loquentis sic verba dare sufficiat: *Magnæ deuotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Pharisæis Dominum tentantibus simul & blasphemantibus, tantâ eius incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & præsentium procerum calumniã, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam*, En quantam qualémque Virginem Heliadem! Hæc Equilino testante, cum Martha Domina sua, à Iudçæ finibus repulsa Massiliam appulit, Marthámque Virginem vsque ad eius obitum non dimisit, Marthæ vitam, gestáque scripsit. Et post eius obitum Sclauoniam pergens Christi ibi Euangelium Apostolorum adiutrix effecta decennio disseminauit, & altero à Marthæ morte decennio prolapso migrauit ad sydera salutis datæ anno 86. sub summo Ecclesiæ Christi, orbísque Arbitro S. Cleto, & Imperio Domitiani. Corpus eius Aquas translatum est, & iuxta corpora S. Mariæ Magdalenæ, S. Maximini, & S. Cedonij sepultum, vt Equilinus iam relatus recensuit.

Luc. 11. vers. 27.

Beda lib. 4. c. 49. in Luc. c. 11.

Equili. l. 6. c. 151.

Porro iure optimo inter Carmeli filias primitiuæ Ecclesiæ censeri duximus istam, cùm sit apertum, vt relatum est in Elogio Marthæ, quod hæc clarissima Virgo Monialium Monasterium Virginum strinxerit vbi cum sociis aliis inclusa ieiuniis, & orationibus,

Equili. in vita S. Maximini. Vide Paleo. lib. 2. c. 2. ant. 1. Fr. Corıam dilucidar. lib. 7. c. 5.

tionibus,

ANNO CHRISTI. 98.

tionibus, & alys virtutum studys vacarit: cùmque vna esset vt erat peculiaris Martha fidelis ista Marcella ex numero earum, hæque omnes iuxta vita propositum Heliadum vitam suam instituissent ad imitationẽ Magna Dei Matris Virginisq; Mariæ. quæ in Sion, vt diximus suprà, Monasterium Virginum constituit, nihil dubium quod iure omni, ad Carmelitas Moniales adjicienda Marcella dina denemat. Non est ista Marcella illa alia, de qua S. Hieronymus preclara scripsit encomia laudum, Epistola 16. quæ prima Romæ Monasticam vitam ab Athanasio Alexandrino Episcopo sibi traditam, iuxta Heliadum propositum antiquum traditam item exercuit: quæque prima Origenis hæreses, vna cum libro Periarchon à Ruffino translato, Romam inuectas. & in plurimorum mentes illapsas, vt ipsumque Apostolicum thronum quodammodo irrepere præsumentes, incredibili fidei zelo, & animi constantiâ detexit, atq; damnandas curauit; post quæ & alia magnæ gloriæ, & sanctitatis opera, eodem Hieronymo teste, anno à Christo quadringentesimo decimo ad sydera peruolauit. sed hæc certè quoque iure multo inter Carmeli Virgines adnumeranda procedit. Ex Chronicis vetustis Ordinis Carmeli & alys.

Præamb. 21.

S. Hier. ad Principiam.

Martyr. Ro. 31. Ianuarij.

DE S. FLAVIA DOMITILLA.

CAP. XXII.

Anno Christi 98.

SANCTA Flauia Domitilla Flauij Clementis, Romani Consulis & S. Clementis Papæ fratris, Eusebio teste, ex Matre neptis, non vxor; illa enim altera ab ista fuit de qua loquitur Lucius Dexter sub ann. Christi 100. à S. Petro Apostolo lauacro puri gurgitis in Ecclesiæ Catholicæ aluum feliciter adscita, Lucio teste, & sacro velo Religionis Virginum Pizocolarum siue Ordinis tertij Heliadum à S. Clemente, Summo Ecclesiæ Patre, & Martyre, donata, à quo & in Virginitatis amore mirificè instructa, & accensa est. Tandem ad Insulam Pontiam relegata ibi multis oppressa est l[a]bo[r]ibus, sed postea ad Tarracinam Campaniæ reducta, multos ad Christi fidem prædicatione sua vocauit (floruit enim sapientiâ & spiritu insigni:) & post multa, viua in atrio quodam, cum alijs Virginibus sacris inclusa, omnibus igne combustis, Virginitatis, & Martyrij palmas adnectens, annum Christi nonagesimum octauum illustrissime decorauit, sub Summo Ecclesiæ apice S. Cleto: & Romanæ arcis habenas moderante Nerua Imperatore.

Euseb. lib. 2. c. 14.
F. Lucius li. 2. c. 14.

Vide Bordinum sub Clem. I & an. 98. & Bergo. supplem. li. 8. anno Christi 95.

PRO S. FLAVIA, NOTVLA VNA.

FLAVIAM istam Imperatorio sanguine Domitiani illustrem, inter illustrissimas Heliades adscripsisse, in re fuit; quod cum hi omnes penè, qui historiarum monumentis, & Christigenæ, & Gentiles præclarissimum eius genus, miram pudicitiam, & celebrem constantiam illustrarunt, sacro velamine à S. Clemente Papa consecratam fuisse affirment, credidimus abs dubio inter nostrates iure optimo censendam: Enimverò, cùm Carmelitæ coadiutores fuerint Apostolorũ, vt affirmant Iosephus Antiochenus, & aly, & apertè habetur in Bulla Cruciata Hispaniæ data a Clemente VIII. Pontifice O. M. sub anno 1553. probabilissimum habemus, ex testimonio vetustissimi Chroniconis, S. Petrum, ex illis primis in prædicatione S. Ioannis Baptistæ è Carmelo ad fidem Catholicam adductis, aliquos secum Romam & Antiochiam adduxisse in opus Euangelicæ prædicationis, quibus Heliæ ordo, vel illo primæuo gratiæ tempore, noscitur cœpisse à ciuitatibus illis, vt alibi latiùs assertum est: Igitur, si sacro illis velata velamine temporibus S. Flauia est, quod non nisi ex proposito religiosioris vitæ profitendæ, Deo dicatis contingebat, vt constat ex SS. Hieronymo, Ambrosio, Augustino, (quæ enim sine Religionis voto tunc velabantur, non sacro sed communi velo velabantur ob pudicitiam fœminei sexus, vt constat ex Apostolica institutione, Paulo decernente ad Corinthios scribens & disputat Tertullianus: & non omnes velo, hoc enim solæ virgines Deo dicatæ consecrabantur, cooperto capite; aliæ candido palliolo seu amicimine, siue xacimo, vulgò mauotte, theristro vocato, scapula à dextro latere in læuum humerum misso vmbrabantur) quis dubitet sub Monastica fuisse Heliotarum institutione, quæ tunc sola erat in orbe ab annis multis ante Christum sine intermissione deducta? Id mihi persuasêre sententia sua Paleonydorus, Franciscus à S. Angelo, & aly, qui illam inter Sorores, tertias saltem, Carmelitanas, adscribunt.

Iosephus lib. de perf. militia. sæpè datus & dandus.

Vidend. Flauius Lucius. Dexter in Chronico suo maximè ab an. Christi 35.

S. Hiero ep. 8. ad Demetriad. & ep. 48. ad Sabinianum.
S. Ambr. lib. ad v. cap.
S. Aug. ep. 179. ad Probam, & Iulianum.
Cor. 1. c. 11
Tertul. de velam. Virg.

Pal. lib. 2. c. 5.
S. Aug. Catal. c. 125.

ANNO CHRISTI 100.

ANNO CHRISTI 110.

ÆTAS TERTIA,

Quæ est ab anno Christi Domini Seruatoris Iesu, centesimo, vsque ad annum eiusdem ducentesimum Secunda.

Fundata Religionis anno 1034.

DE S. EVODIO CAP. XXIII.

Anno Christi 100.

SANCTVS EVODIVS, Primus Antiocheni Cœnobij, Pater, & Archimandrita, Natione fuit Græcus. Patriarch. Antiochen primus post S. Lucam Euangelistam electus, Teste Nicephoro, & Paleonydoro: mirâ vir clarus sanctitate refulgens, admirandâ semper flagrauit erga Matrem Virginem Mariam deuotione, vt testatur satis elegans epistola eius, spiritum redolens tanti Carmelitæ: Huic titulus *Lumen*, Nicephoro teste. Demum sanctis operibus plenus, Antiochiæ volauit ad astra, sepultúsque est in suo Cœnobio, sub S. Clemente primo Cælestium clauium munia moderante, & Traiano Imperatore Romanum sceptrum tenente. Si quę scripserit alia, penitus auolant à nobis.

Niceph. inf. Paleonyd.

Niceph. li. 2. c. 3. hist. Ecc.

DE S. IGNATIO MARTYRE. CAP. XXIV.

Anno Christi 110.

SANCTVS IGNATIVS Episcopus, & Martyr illustrissimus Christi quem Dionysius Areopagita Diuinum virum, Carthusianus inclytissimum, & feruentissimum Martyrem appellant: Neroi conuentus, imò omnis Helianæ Religionis lumen, & Archimandrita, secundus à Ioanne Baptista insigniter assignatur à nobis, & apertè Coria testatur, colligitúrque ex quadam epistola, quam S. Ignatius ad Virginem misit: confirmant Paleonydorus, Mantuanus, & alij. Vir fuit miro sanctitatis splendore perfusus, Vnus ex iis Religiosis, qui cum Baptistæ discipulis Christo adhæsère Iesu annumerati inter septuaginta duos. Is aliquando, cùm ecstasim pateretur, vidit Angelos carminibus alternis sanctissimam celebrare Trinitatem, vnde Antiphonarum forma Antiochenis primùm tradita est, & ab hoc quasi fonte in alias Ecclesias defluxa Catholicas.

S. Dion. li. de diuin. no. c. 4. Carthus. art. 5. Comm. in locum illum Dionysij.

Coria li. 7. c. 9.

Paleon. li. 2. c. 2.

Miro flagrauit Martyrij desiderio; Antiochiâ Romam, à Traiano damnatus vadit ad bestias, tantâ animi hilaritate, vt ad Romanos scribens, in verba amorem martyrij magni, eructantia proruperit. Verus iste Christi discipulus, sic Christum in corde, & pectore habuit, sic Mariæ Virginis accensus ardore fuit cælesti, vt referant Historici, quod cùm Martyris pectus aperiretur, aureis, in corde, litteris exaratum repertum sit nomen IESVS. Ad participia igitur dulcedinis pro illo patiendi, cunctos adducere tentans, multas epistolas, tentus vinculis, ad plures scripsit, litteris id agens, quod denegabat præsentia verbo

Cùm nauigaret Smyrnam, scripsit ad Ephesios de vnitate vnam, Eusebio teste, Ad Magnesianos vnam: ad Trallenses vnam: ad Romanos vnam. Inde egrediês ad Philadelphios, & ad Smyrnęos, & ad Polycarpum Ioannis auditorem, Martyre, & Episcopum Smyrnæ, senas scripsit. Has tãtùm Hieronymus assignat: Sed Posseuinus pręter pręgdictas, alias non dubiæ fidei dat, scilicet: Ad Antiochenos, Smyrnenses per Burgum, Troadæ, ad Tarsenses, ad Heronem Diaconũ, cùm esset Philippis in Macedonia, ad Philippenses, ad Mariam Casobolitem senas. Deinde tres, duas ad S. Ioannem Euangelista, & vnam ad Virginem Mariam immaculatã Matrem Dei. Hæ vltimæ tres in Codicibus Græcis quibus nõ tanta fides sicut Latinis, cùm ab his discrepant, adhibenda est, vt bene asserit Bellar.) non habẽtur, sed de illis meminit S. Bernardus, & Michaël Presbyter Canitonẽsis. In illa quæ ad Virginem Mariam scribit, paruulos in fide secum cõmorantes commendat: & in respõsione, quam meruit à Virgine habere, eadẽ promittit se inuisuram Ignatium, & paruulos in fide commorantes, cum Ioanne: vnde compertò colligimus, ex temporum fidâ supputatione, non alios nisi Carmelicolas fuisse tunc nouiter ad Christi Iesu fidem conuersos, non Diœcesanos, Episcopatúsq; subditos, nondũ enim Episcopus erat. Tandem postquã multa passus, à Leonibus suffocatus (non tamen corũ aluis sepultus vt ipse gestiebat)

Euseb. lib. 3. c. 30. hist.

In de script. in Ignatio Possevin. in Ap. sacr. to. 1. a. 5.

S. Bern. ser. 7. in Psal. *Qui habitat.* Mich. lib. de vir. illust. Bellar. in de scriptor. Ign.

Nota.

Vide Niceph. lib. 3. c. 1. & Chronicon Ordin. lib. 3. c. 4.

ANNO CHRISTI 139.

gestiebat, Romæ est anno vndecimo Traiani sub Anacleto Papa, hoc est Christi Iesu centesimo decimo: cùm Carmelum decorasset ab anno sexagesimo sexto, & simul Ecclesiam suam Antiochensem rexisset annis quadraginta, vt refert ex S. Hieronymo Bellarminus. Eius reliquiæ iacent Antiochiæ extra Daphniticam portam, in Cœmeterio.

Vide Hieronym. in de script. Eccle. Et to. 1. BB. Vet. PP. f. 1. & 3. 3. editio. Bellarminus in de scriptorib. in Ignatio.

DE S. TELESPHORO PAPA.

CAP. XXV.

Anno Christi 139.

SANCTVS TELESPHORVS, summus Ecclesiæ Dei Pontifex, & Christi Martyr inclytus, Natione fuit Græcus, professione Anachoreta; non Anachoretæ filius, vt malè suspicatus est Bergomensis. Hunc, iure optimo, inter Carmelitas censendum plurimi asserũt exteri, domesticique doctores. Tum quia tempore illo nullus erat Anachoreta, qui ex Ordine non esset Prophetarum Heliæ, & Elisæi & Ioannis Baptistæ, tum quia, cum Græcus esset, huius, iure, instituti Heliani censendus est, quippe, tunc inter Græcos nulla alia nisi Essenorum Religio, siue Monastica, siue Eremitica professio reperta fuit, vt referunt Philo, Eusebius, Nicephorus, Hieronymus, & alij, alibi iam à nobis adducti: cúmque Pontifices summi Ioannes XXII. Alexander V. Sixtus IV. Iulius III. Gregorius XIII. Sixtus V. & cæteri, vsque ad Vrbanum VIII. nos, non solùm imitatores, sed veros, & legitimos esse Heliæ successores affirment, inde est, quod omni iure, ad Carmelitas pertineat Telesphorus, tamquam Anachoriticus professor ab Helia, & Elisæo, & Ioanne Baptista descendens.

Bergom. In suo supplemẽto. In Telesph.

Suis quisque Bullis alibi datis à nobis & dandis par. 2. Paradisus nostri.

Tandem mirâ sanctitate præclarus, ex eremo summam Ecclesiæ vocatus ad Arcem, miri Pastoris pretiosa documenta Christi Catholicis ouibus reliquit. VVione, & Posseuino testibus scripsit Prophetiarum librum vnum, quem se vidisse Manuscriptum Venetus Posseuinus affirmat. Cúmque in Põtificatu sedisset annos vndecim, mensibus tribus, & diebus viginti vnum, Ecclesiam miris dogmatibus adauxit. Inter quæ Decretalis Telesphori circumfertur, in qua ieiunium Quadragesimale obseruandum instituit: Hymnum *Gloria in excelsis* in Missa Natiuitatis Christi Iesu concinendum: & quod in causis Ecclesiasticorum, nullus ad afferendum, seu accusandum in iudicio, è sæculo, recipiatur, decreuit: mirôque sui grandis spiritus feruore, & zelo, Episcopos, & Clerum, ad vitam tantâ dignitate dignam, feruidè hortatur, & alia plura pertractat pietate, & eruditione referta, quæ sunt videre in ipsi Decretali. Hæc nobis breui nunc dicta de Telesphoro supersint. Porrò, post hæc, temporibus Antonini, & Marci, gladio transfossus collo, sacra peragens, æterna præmia Martyris inuicti, captiuus ad astra volauit, Incarnationis anno centesimo trigesimo nono.

Poss. to. 3 S. ap. Arnol. vit. To. 1, Conc.

DE CASSIODORO GRÆCO.

ANNO CHRISTI 150.

CAP. XXVI.

Anno Christi 150.

CASSIODORVS natione Græcus, ex Romano Consule, Monachus factus est, vt Sixtus affirmat. Vir fuit sapientissimus qui fauente Epiphanio natione, & linguâ Græco, cognomentoque Scholastico, Tripartitam, ex Socrate, Sozomeno, & Theodoreto, auctoribus Græcis, coadunauit historiam. Floruit inter Monachos Heliades Græciæ, temporibus Epiphanij prædicti, qui iuxta citati Sixti Bibliothecam florebat anno à Seruatore orbis centesimo quinquagesimo. Sub summo Ecclesiæ, & mundi capite Hygino, & Romano Imperatore Antonino Pio.

Dant Carmelitam virũ Catalogistæ penè omnes de viris illustribus Carmeli.

In BB. sacra

Episc. Alguezen. & Guadalaxara cum alijs.

DE S. FRONTONIO.

CAP. XXVII.

Anno Christi 153.

SANCTVS FRONTONIVS, tertius à Ioanne Baptista totius ordinis Heliæ, in Carmelo, Generalis Archimandrita. Scimus inter Ignatium, vel potius inter Enochum, & Frontonium nostrum vnum, cui nomen Basilides intercessisse, qui vices aliquando gessit Archimandritæ, vt Suetonius, & Tacitus insinuant: sed non nobis probant illum ad Generalem Carmeli Recturam, ex munere, assumptum fuisse. Meritò itaque, Frontonem tertium assignamus à Ioanne Baptista. Varia varij de Frontonio, seu Fronto, vel Frontone, vt vocant alij, disceptant, sed in primis cauendus est error Petri Equilini, & Antonini de Florentia, qui acta huius, cum actis alterius Frontonij S. Petri discipuli, qui fuit Episcopus Petragoricensis, commiscent. De Frontonio nostro Rabanus, & Notherus fusiùs rem ab Vsuardo, & Adone deductam, pertractant: nos autem, pro fieri nostro, breui eam reddemus luce clariorem, sequenda signantes.

Coria l. 1. cap. 13. & li. 7. c. 4.

Sueto. & Tacitus in vita Vesp. Imp.

Petr. in Catal. SS. li. 11. c. vltimo. Anton. in Chronic. p. 1. tit. 6. c. 26. §. 1.

Credimus igitur, Frontonium in primis illum Petri discipulum, non fuisse Carmeli Rectorem, licet septuaginta sibi Religionis nostræ socios elegerit; Deo validiùs vt seruirent, cum quibus communem vitam peregit, vt asserit Antoninus; Is, Bergomensi dicente, anno obiit à Iesu nato, septuagesimo, oriũdúsque fuit à Roma, vt idem auctor asseruit: sequimur nunc S. Hieronymum dicentem, Frontonium nostrum Nitriæ Monachum egisse, vsque ad annum 13. Commodi Imperatoris, qui fuit Christi Iesu CLIII. & oriundũ à Petragorica in Gallijs, discipulúmque Ioannis Baptistæ. ab illóque inter Carmeli Eremitas adnumeratũ, à puero satis: quiq; vna cum alijs Carmelitis Ecclesiã orbis primã, in honorẽ Beatissimę Virginis & Matris Dei, & Carmelitarũ

Anto. 1. p. ti. 6. c. 26 §. 1. Hiero. de vitis SS PP. Vide Luciũ in compendio c. 10. Vide Anto. Mediná Frãciscanum in peregrin. terræ S. facta ab eo anno 1520.

ANNO CHRISTI 170.

Mariæ, in Carmelo leuauit, anno Christi Iesu 82. Cui operi vltimâ impositâ manu, successu temporis Petragoricensis fuit Episcopus electus: In qua sede situs, semper se intra Anachoriticæ, seu heremiticæ professionis limina clausit. Miris virtutibus pollens currisque Heliæ simul regimina tenens, intra suis Religiosæ vitæ semper exempla monstrauit.

Vide Heribertum Rosvveid. de vita & verb. seniorum. lib. 1.

Porro Frontonius in Nitriæ eremo, vixit annis 83. feliciterque, Episcopio relicto, redux ad suos Carmelitas, quos diu etiam suauissimè rexerat, ab anno scilicet Christi 113. vsque ad annũ 153. in quo grauissimo candidus senio felicissimus occubuit in pace, sub ætatis suæ anno 131. sub Telesphoro Pontifice summo, & Romano Imperatore Antonino Pio regnante.

DE S. THECLA VIRGINE ROMANA.

CAP. XXVIII.

Anno Christi 170.

Greg. Nyss. homil. 4. in Cantic. Luitprand. frag. 41. & Ado in Martyr. 23. Sep.

SANCTA THECLA Virgo aliis Magnentia vocata, ex nobilissimo Romanorum sanguine creta, natione Itala, Patriâ Romana, aliis Cilix, Patria Iconita, Patre Celtibero, Matre vero Iconensi, ditissimâ Gentili, vt loquitur Luitprãdus, & Ado Vienn. Pauli Apostoli spiritûs primogenita, Apostolica Virago, & inter fœminas legis Euangelicæ, Protomartyr illustrissima, quæ prima in certaminis fidei descendit arena, & de impietate prostrata reportauit illustrissima triumphum, vt pote quæ, inter varia mortis instrumenta, spectatore metuente, secura calcauit vniuersa terrorum genera. Hæc igitur iam prius Tamiro, alij Tamyrio adolescenti desponsata, nuntium illi remisit, vt Christum sponsum haberet. Sponsi terreni diminuta furore, naturam etiam bestiarum, virginitatis veneratione, mutauit, vt cecinit Nazianzenus:

S. Epiph. in Panario hæresi 78. & S. Ambr. lib. 2. de Virg. S. Gregor. Nazianz. Carm. de ea.

Virginitas [illegible] potuit sopire leones,
Dente nec impuro [illegible] virginis artus
Ausi sunt premere, & rigido discerpere morsu.

Námque inter Leones Antiochiæ, Virgo exultauit, & prodeuntes bestias expectauit intrepida, quæ ad pedes prædæ suæ stratæ, impastæ, sacrum detulêre ieiunium, nec procaci oculo, nec vngue violarunt sæuo virgineos artus. Demum, ait Zeno Veronensis, stimulis feritas in ferocitatem acuitur, & mitior inuenta, ne quid tã diræ scenæ inhumanitatis deesse videretur, Marinis monstris immissis, laciniis omnibus expoliata puella, vestitur incendio, sed virginitate amplexa, Taurinos ictus, leoninos morsus, voraces globos vicit, de sæculo triumphum adducens, pugnanti adstante Domino Iesu in vultu Apostoli Pauli (vt Briena testatur) à quo in prædicatione Iconij conuersa, habitûque fœmineo in virilem mutato, sequi Præceptorem vbique aggressa est; sed renuente Apostolo, vsque ad Antiochiam sequuta est illum, vbi mira eius pudicitia ab impudente Alexandro tentata, victrix semper euasit. E lacu igitur educta ad Magistrum suæ fidei reuertitur, mentito, vt prius, habitu fœmineo. Tandem Antiochiæ sacro Velo Monialium ab Apostolo consecrata: prima effecta est in eo Virginum Monasterio Antiochiæ cæterarum Virginum Præfecta, Magistra, & Mater, vt refert S. Antoninus, Paleonydorus, Coria, & insinuare videntur S. Ambrosius, & noster Vvaldensis, & alij. è quibus nonnulli referunt fuisse etiam Præfectam alterius à se Monasterij constructi, in Montanis nigris. Post hæc Iconium redux, Matrem suam conata est ad fidem adducere, sed non valens ista, aliorum plurium ad iugum Christi corda demulsit: & virtutum miro fulgore, & sanctitatis luce relucens, Iconij siue Seleuciæ tandem felix duplici, vt ait S. Ambrosius, Lauro virginitatis, & Religionis migrauit ad astra senio suo grandi, anno reparati orbis à Christo Iesu, centesimo septuagesimo. Bergomensis computa, credimus per errorem annum ponere à Christo, septuagesimum. Sequimur nunc firmiùs alios, primum computum amplectentes, sub summo vertice Ecclesiæ S. Aniceto, & Romano Imperatore Lucio Vero.

S. Briena V. Carmelita, in actis S. Febroniæ V.

S. Zeno Vero. Episc. serm. de timore Dei.

S. Anto. 1. p. hist. tit. 6. c. 18. §. 6. Paleonyd. lib. 2. cap. 1. Dulac. Cor. lib. 1. cap. 1. S. Ambr. lib. 2. de S. Virg. to. n. 1. Th. Vvald. Carm. lib. 3. doct. fid. a. 1. c. 7. §. 1. & de Sacram. tit. 9. cap. 41. S. Amb. loc. cit. Bergom. suplem. lib. 8.

ANNO CHRISTI 177.

DE HEGESIPPO GRÆCO.

CAP. XXIX.

Anno Christi 177.

HEGESIPPVS natione Græcus, vir Catholicâ professione & Orthodoxorum Patrum dogmate insignis, cuius insignem memoriam S. Hieronymus, Ruffinus, Eusebius, & alij scriptis commendarunt: Scripsisse tradunt Ecclesiasticam historiam vsque ad sua tempora, id est, vsque ad S. Aniceti Pontificatum, qui fuit electus, iuxta computa Claudij anno Christi 167. & sedit vsque 175.

S. Hieron. in de scr. 52. Ruff. c. 21. Euseb. lib. 4. cap. 21. hist. Eccl. Claud. in ser. Roman. Pontif.

Eusebius signat hunc quinque libris, qui ad eum peruenêre accuratissimam plenissimamque suæ sententiæ de fide declarationem reliquisse. Memorat idem nonnulla historiæ illius fragmenta, quæ & ab ipso S. Hieronymo recensentur, etsi historia ipsa, & liber exciderint. De excidio Hierosolymæ libros quoque confecisse credidère nonnulli, qui libri hucvsque sub Hegesippi nomine circumferuntur: sed certè aut alterius Hegesippi recentioris fuisse aut suppositios crediderimus; nam, Bellarmino notante, ex libro 3. capite 5. colligitur post Constantini tempora, qui floruit anno Christi 306. fuisse conscriptos.

Bellarm. in de Script. in Hegesip.

Floruit quantum conijcimus in Monasterio Carmeli sub Pontifice prædicto, & Imperio Marci Aurelij Philosophi, & Lucij Veri fratris.

Paleonydorus cum inter Carmeli professores admumerat, nosque cum illo lubentes, sequuti etiam Catalogistas sæpe citatos [illegible] supra

Paleonyd. lib. 3. c. 13. antiq.

ANNO CHRISTI 179.

DE SANCTO SERAPIONE EPISCOPO THMVSEOS.

CAP. XXX.

Anno Christi 179.

SANCTVS SERAPION alijs Sarapion, natione Ægyptius, Patriam habuit Thumuim, quæ est ciuitas Scythiæ. Episcopus fuit Thmuseos primùm; & quartus à Ioanne Baptista Carmeli censendus Archimandrita; Vir fuit mirâ sanctitate, & doctrinâ clarissimus. Monachus iam Carmeli, teste Paleonydoro, & S. Hieronymo, Græco scripsit axiomate librum, in quo longum sane vario de gmate format opus contra Manichæos, quod extat to. 2. Auctuarij Bibliothecæ Veterum PP. & apud Henricum Canisium Scripsit etiam de Psalmorum titulis alium: Epistolarum ad diuersos aliumque ita omnes elegantiâ, & subtilitate refertos, vt cognomen meritò fuerit ... auspicatus scholastici, teste Senensi. Eius Catholica fides, scriptis olim illustribus contestata, in Concilio Alexandrino, temporibus Athanasij celebrato, commendatur. Ab Eleutherio Papa, post infulam Thmuizam, creatus est Patriarcha Antiochenus, quo in munere tanto fidei zelo, & feruore reluxit, vt statim ad Carinum, & Poncium, siue Ponticium, ad Dŏnum, & ad Rhemensem Ecclesiam epistolas miserit, eos commonens de Mantuani hæresi grassante. Tandem felicissimus obijt Antiochiæ, anno salutis à Iesu, centesimo septuagesimo nono, sub Eleutherio Papa, & Lucio Vero Imperatore. Trithemius ait floruisse sub Constantio Augusto anno 340 sed ille est Serapion Arsenoita, de quo suo loco dicemus: falsò etiam hunc Bellarminus sæculo tertio remisit. Vide si iuuat nostrum de vitis sanctorum Carmeli Hispanic. librum.

Did. Coria li. 7. c. 11.

Paleon. li. 2. antiq. Carm. c. 6.
S. Hieron. in Catal.
Bibl. Auctu. tom. 2.
Henr. Can. tom. 5 antiq. lectionis.
Sixt. Sen. li. 4. bib. sacræ.
Posseuin. to. 2. ... vide nd. qui duos Serapiones diuersos assignat.

Coria li. 1. c. 13. & lib. 7. c. 11.

ANNO CHRISTI 190.

Trithem. lib. de Scr. Eccl.
Belarm. de scr.

DE S. HELENO EPISCOPO ET MARTYRE.

CAP. XXXI.

Anno Christi 190.

SANCTVS HELENVS Martyr, Heleneopoleósque Episcopus, natione Græcus, Cœnobij prius Alexandrini Archimandrita Heliæ, quintus postea Generalis Græcorum in Carmelo, Coria teste.

Is tanta sanctitate, vel à puero floruit, vt prunas ardentes in veste portarit. Ob miram viri sapientiam, & celebrem sanctimoniæ nomẽ, de quibus videndus S. Hieronymus, Sancto Antonino teste, Heleonopolis Episcopus creatus est. Simul, vt Coria refert, Episcopales habenas, & Carmelæum currum ... Eliæ, admiranda prudentia rexit. Verùm, vt vtraque manu Martyrij lauro lustraret, Paleonydoro dicente, diro mucrone, quod credimus, confossus, pectinibúsq; dilaniatus, ad superna æternæ capturus præmia deuolauit, anno à Christo Redemptore, centesimo nonagesimo, sub summo Vertice Sponsæ Catholicæ S. Eleutherio, & Romano Imperatore Commodo. Credimus scripsisse dogmatum ad suos librum vnum.

Did. Cor. lib. 1. c. 13. & 7. c. 11.
S. Hieron. in Heribe. de vita & ver. S. Anton. lib. 1. vitæ S. Eug. c. 10.
S. Anton. ...
Cor. li. 7 c. 11.
Paleon. c. ...

ÆTAS QVARTA,

Quæ est ab anno Christi Domini Seruatoris Iesu, ducentesimo, vsque ad annum eiusdem trecentesimum Tertia.

Fundatæ Religionis anno 1134.

DE AMMONIO ALEXANDRINO.

CAP. XXXII.

Anno Christi 226.

AMMONIVS natione Græcus, Patriâ Alexandrinus, Alexandrini Cŏuentus Monachus, alter ab Ammonio S. Nitriensi; an verò fuerit S. Antonij discipulus, hæremus dubio, vix saltem tempore adhærent; scimus autem, hîc cŏputa pati cùm asseramus cum D. Hieronymo, & aliis, S. Antonium Ammonij animam in cælos ascendere vidisse & non nos latet, si Pontaci, & Scaligeri computa sequimur, Antonij natalem diem fuisse anno Christi 254. vel 252. in re tam dubia scientiori cedere iuuat.

Florùit igitur Ammonius iste temporibus

Pŏtac. Burd. Scaliger.

Anno Christi 234.

Margarin. tom. 7. BB. PP. edit. 2. Baron. to. 2. Annal. ad ann. Christi 174. Posseuin. to. 1. S. ap. Gabr. Prateol. li. 1. Elenchi hæretic. n. 33.

S. Calixti primi Summi Patris Ecclesiæ, & Romani Imperatoris Alexandri Mammæ, anno Christi Seruatoris, 226. Scripsit Canonum Euangelicorum librum I. quem alij Harmoniam Euangelicam appellant, quámque Victor Capuanus, auctor exterus cum Tatiani Diatessaron confudisse videtur. Videndus Margarinus Lauignæus, & Cardinalis Baronius, & Posseuinus qui varios eleganter Ammonios describit, adnotans, non hunc esse Ammonium illum Origenis Præceptorem quem Porphyrius accusat, quòd quasi è Christiano Ethnicus fuerit, vt item errauit Victor Capuanus. Sed alterum omnino ab eo de quo Prateolus Marcosius in suo Catalogo agit.

DE S. MARIA VIRGINE ABBATISSA.

Cap. XXXIII.

Anno Christi 234.

S. Ambr. orat. de lau. Theodosij. Falconydor. videndus lib. 1. c. 4. & Ordinis Dilucidarium à Coria li. 7. c. 20. & alibi. Ruffin. li. 10. c. 8. hist. Eccles. Theodor. li. 2. Trip. c. 18.

Sancta Maria Virgo Abbatissa Cœnobij à S. Helena Regina Constantini Matre erecti in Monte Caluariæ, teste S. Ambrosio. Huius excelsæ Virginis & Sodalium suarum (sub Heliana professione Monasticam vitam agentium, vt commune habent vniuersæ Ordinis Carmelitarum Historiæ) virtus, & sanctimoniæ claritudo, adeò capiebat intuentes, vt multa ab omnibus habitæ veneratione vel à Sancta etiam Helena Regina supplici deuotionis affectu, circa frequés Cœnobij ministerium famularentur, vt asserunt Ruffinus, & Theodoretus. Floruerat reparati orbis anno 234. sub Pontifice Pontiano, & Alexandro Mamma Imperatore. Scripserat ipsa Monialium statuta sacra., lib. 1.

DE SANCTO SELEVCO MARTYRE.

Cap. XXXIV.

Anno Christi 236.

Beda. Vsuardus. Martyrolog. Romæ die 24. Martij. Euseb. Eccl. hist. lib. 8. c. 12.

Seleucus natione Cappadox, ex milite strenuo, vtpote qui, prædelecto iuuenum globo, qui in Romano exercitu militabant, prægque illis, qui erant apud Romanos in amplis dignitatum locati sedibus grandem honorem adeptus est. Speciosus formâ, & proceritate cordis insuperabilis in variis pro fidei certaminibus confessione susceptus, clarus effulsit. Tandem post præha multa ad cælesté spiritus militiam. accinctus, Eusebio teste, Monachus in Syria factus, & sectator Heliadum, mantic præditus Olympe, sub eisdem Pontifice, & Imperatore; salutis à Christo exhibitæ anno 236. De eo Beda. Vsuardus, & alij, cum Baronij Martyrologio. Sed videndus Eusebius, qui illum inter Heliæ Monachos videtur assignare: cùm inter Diocletiani tempora Martyrem ponat, in quibus Propheticus tantum Religiosus Ordo Heliæ vigebat in orbe.

Anno Christi 248.

DE HAAMOS SCYTHICO.

Cap. XXXV.

Anno Christi 248.

Petr. de Natalibus li. 4. cap. 17.

Haamos Scythicus Anachorita, & Abbas mille quingentorum Monachorum Cœnobij Tabenensis, in quo, Equilino dicente, mirandæ erant abstinentiæ viri, collobiis quasi lineis sacris, & pelle à collo post tergum, & latus pendente contecti cucullis operti capite, adeò vt dum ci os sumerent, alius alium pariis sumentem escam deprehendere posset (adeò summa omnes silentia seruabant. Post horum regimen deserto Nitriæ Haamos Abbas concessit, vbi vitam mirabilibus virtutum exercitamentis gloriosè perfecit, ad sidera volans, annis ab Equilino contectis, at multo iure, & merito creatimus aduocandum ad istam ætatem, & adiiciendum annis soluti gemitus vniuersi à Christo 248. sub supremo Iudice terræ Fabiano, & Imperatore Philippo.

Damus Carmelitam ex Catalogis Tortstati, Episcopi Alguerensis, & aliis.

DE SANCTA EVGENIA VIRGINE.

Cap. XXXVI.

Anno Christi 257.

Vide Baron. tom. 2. Ann. ad ann. 188. n. 2. & 4.

Evgenia Virgo, natione Græca, Patria Alexandrina, alij credunt esse Romanam sub habitu viri, & nomine Eugenij, sic Deo disponente; Philippi illustrissimi Romani, & Ægypti in Alexandria, pro Commodo Imperatore Præfecti, filia: mirabiliter à pueritia, in artibus liberalibus instructa, Græco, & Latino sermone peritissima, & tantæ memoriæ capax, vt quidquid audiendo semel, legendóve arripere potuisset, perpetuò memoria retineret: Admiranda pulchritudine pollens, mundanos voluit fastidire triumphos, seseque cælesti Sponso in candida virginitate dicare.

Cúmque ab Achilio Achilij Consulis filio postularetur in spósam, à Patre interrogata an iuueni illustrissimis natalibus orto consentiret, dignâ Eugeniæ sententiâ respondit: *Maritus moribus, non natalibus est eligendus, ipso enim, non parentibus vtendum est.* Ad Helenum igitur, Alexandrini tunc Cœnobij Præsidem, & totius postea Generalem Carmeli Rectorem, simúlque Helenopolis Episcopum, cum duobus Eunuchis Proto, & Hyacintho, qui postea Martyres Carmelitæ fuêre, mentito habitu fœmineo, paternam deserens domum, secretò se contulit;

ANNO CHRISTI 257.

Ab illo placide suscepti, ipsis enixe poscentibus, sacro priùs loti lauacro, in Heliadum sodalitate sunt omnium iucundo corde adnumerati.

Tantæ exin Eugenia Virgo sub fide, & nomine Eugenij, cœpit sanctitatis fulgore nitere tamque in sanctarum Scripturarum lectione, mirè proficere, vt ab omnibus venerata & propter serenissimam cordis tranquillitatem *Angelus Domini* cognomento vocata, post triennium suæ Monasticæ Professionis, Heleno assumpto, vno omniũ rogatu & ore in Archiphylacem Alexandrini Conuentus, & Rectorem hominem semper creditum & existimatum diuino sic Numine flante cuius lex non subijcitur humanæ, fuerit aduocata. Quo in munere cum diuinâ etiam inspiratione, iure poli, ait S. Antoninus, non iure fori, suscepto, tam admirandis sanctitatis, prudentiæ, & humilitatis exemplis inter suos clarere cœpit, & tantâ curationis gratia lucere, vt extemplo quotquot ægrotos inuiseret in pristinam assereret sanitatem: Dæmoniacis libertatem & cæcis visum exhiberet.

19. q. 2. *duæ leges.* S. Antonin. in vita Eugeniæ 1. p. hist. c. 6 de Antoninis. Vide Sur. to. vlt. 25. Decemb. in Martyr. S. Eug.

Att cum diuini amoris flammâ flagraret, multas pro Christo passa est quoque tum impetitis calumnias, præsertim à Melanthia quadam, fœmina impudentissima, quæ Eugeniæ, Eugenium eam reputans, lasciuo amore perurit, ad Iudicem, Virginis patrem, detulit, a quo misero de filia, Virgo interrogata est: sed illa in principio se simulante Deus demum Melanthiæ malignitatem populo detexit. Detecta igitur Angelica Eugeniæ Virginis pudicitia coram credulo populo, palam illum ipsum fecit se Præfecti fatetur, fœmineumque sexum voce aperta corà omnibus, signis honestissimis demonstrare. Exultauit Philippus propter inuentam, quam iam a nullam omnino deplorarat & eam pretiosis mille monilibus, & vestibus iubet ornari. At verò Christi fidelissima sponsa, sciens nudum sponsum sponsas quærere nudas, omnem fastidiuit ornatum. Melanthia autem, immisso cælitus igne, coram populo absumpta remansit. Inde tota Alexandria clarissimis doctrinis, & exemplis Eugeniæ, ad Christi fidem conuersa est.

Defuncto Patre, Romam cum Claudia Matre, & fratribus ex sanguine Sergio, & Auito, duobusque Eunuchis qui in sæculo fuerant Eugeniæ præceptores reuersa, Cœnobiũ ibi fœminarum ad se vndique confluentium erexit, vt Hieronymus sanctus insinuat, & Vincentius videtur asserere. Demum spiritu prophetico illustris, & admirando fidei lucida zelo, pro illius defensione è Monasterio, à Nicezio Præfecto ad Dianę templum, in Insula Tiberina, propè Lycaoniam situm, deferri iubetur, vbi Deam respuens, & spuens, vanaque Deorum omnium simulacra contemnens; dum Virgo orat, inane ad pedes eius corruit simulachrum, & facto terræ motu, quo totum dissolutum est templum (altare tantum, cum Eugenia manentibus illæsis) plebs tota confluxit in vnum, clamans Virginis innocentiam Attamen dirissimus Censor, lapide ingenti ad collum iniecto, appensam iubet Virginem in Tiberim iactari: sed mole solutâ super vndas fluminis [illegible] sedens Virgo, ad ripam accedere visa est, indeque ad Seuerianas Thermas adducta in ardentem fornacem inijcitur; Extincto sed insuper diuinitùs igne, in tetrum carcerem, per dies decem includitur, vbi albenti pane à Christo refecta, & cælesti madida splendore: post plurima virtutum insignia: post sacros Virginum Choros Christo aggregatos (post fundatum, teste, Paleonydoro, in Nitria Virginum Cœnobiũ vnum, & Romæ aliud, quod fuit initium omnium Sacrimonialium Occidentis vt Vincentius affirmat & alij, quamquã Baronius contra ire contendat) sub Nicezio vrbis Præfecto, tempore Gallieni Imperatoris; diu agonizans, nouissime iugulata est, eoque die nata in cælis, quo Christus pro mundi salute in terris nasci dignatus est, ab eo, salutis anno ducentesimo quinquagesimo septimo, sub Pontificatu Lucij Papæ, vel Stephani primi, teste Bordino.

S. Hiero. de vitis Patrũ. Vincen. Belloiac. li. 12. hist. c. 3.

Paleo. lib. 2. cap. 3. Vincen. Belluac. li. 12. ca. 3. Chronicon ordinis. Baron. to. 3. Annal. ad an. 328.

Quæ diximus eduximus ex D. Hieronymo, Isidoro, Antonino, Metaphraste, Lippomano, Surio, Gentiano, Heructo, & Chronico Carmeli vetustiori Vide si iuuat nostrum de vitis sanctorum Carmelitarum librum. Extabat aliquando liber Apophtegmatum Eugeniæ Virginis, nunc disparuit, quod credimus omnino.

Io. Francis. Bordinus. In epit. Baron. ad ann. 2[illegible] sub Lu[illegible]

EVGENIÆ VIRGINI CARMEN.

Quæ natos nataśque docet Græcéque, Latine:
Sed magis instituit iussa tenere Dei.
Posthabet hæc Christo sponsum, Patriamque, Domúmque
Audens Carmeleo credere colla iugo.
Emerita viri [illegible] nomina mutat,
Inter & Heliades emicat Eugenia.

Incerti.

NOTA VNA PRO SACRA VIRGINE EVGENIA.

NE mirere, candide Lector, si legeris fœminam sapientiâ & sanctitate clarè lucentem, in Prophetico Heliæ propositam Virorum Carabo, vt ait D. Hieronymus Hæc fuit norma scripturarum, & sacri Testamenti Dei, vt virorum loco sanctorum mulieres, assicerentur.

S. Hieron. ep. ad Princ. & in cõt. Iou. & in prolog. lib. Sophoniam.

Videre tibi est in libro Iudicum, cùm populũ Israeliticum, Deus in manus tradidisset Iabin Regis Chanaan, qui regnauit in Asor, & ipse populus esset oppressus sub iugo potentissimi Regis, nec resistere valeret Chananæis: suscitare Deum, Ducem populi sui Debboram Prophetidem vxorem Lapidoth, quæ iudicaret illo tempore viros: & cum decem milibus pugnatorum illustrem electo populo, de potentissimis, manu potenti victoriam reportaret.

Iudic. c. 4. à v. 3.

Videre est etiam cum post Iosiam Regem, primores populi, & qui præpositi erant Doctores populo electi, à verbis legis longo aberrarent interuallo, suscitasse Deum spiritum Holdæ quam Magistram è sapientioribus pro populo constituit: quamque vel ipse Sacerdos Elcias, & spectatissimi omnes consulerent.

lib. 4. Reg. c. 22. v. 14.

Videre est Nabuci tempore, cùm in Bethulia, adhuc etiam Sacerdotes, & Doctores legis, misericordiam Dei vincire tentassent, suscitare Deum viduam nobilissimam Iudith, quæ sapientiâ sub

Iudith c. 13. à v. 5. & seq.

Anno Christi 260.

S. Anton. citat?

cunctos confunderet, deuinceretque in brachio virtutis suæ, id sola perficiens, quod populus omnis adhuc tentare non fuerat ausus. Nihil ergo mirum, ait Sanctus Antoninus, si ex diuina voluntate, adhuc nec deficientibus in Carmelo viris sanctissimo valore pollentibus, Eugenia illustrissima Virgo in Propheticо Heliadum virorum Sodalitio, diuinò adspirante Numine, Rectrix, Ductrixque eligatur: Hæc sunt enim secreta cælestia, hæc abscondita intimi pectoris Dei arcana, nec eò quod rarus, incredibilis euentus, nec prudentibus, doctibusque magis difficilis est.

Huic similem satis hæc nostra sæcula vident: cùm Theresiam Virginem in ipso Ciuitatis Abulæ Carmelitico Incarnationis Monialium Cœnobio nutritam per annos 26 prædictam scimus præposuisse Deum tot inter viros clarâ sapientiâ, & mirâ sanctitate candidatos solam, vno tantùm, vel duobus ex eodem Ordine assumptis viris, totum solam excelsum renouare Carmelum, non tantùm fœminarum, sed & virorum etiam factа parens, Magistra, Ductrix, & Rectrix. Sic Eugeniam illo tempore voluit. Quidni ad virorũ regiminis apicem vocare, & in Alexandrino Cœnobio post Helenum, virum sanctum extollere sanctissimorum Rectricem Monachorum, tanquam antesignana virtutis & sapientiæ splendidissimam è filijs tunc Heliæ Patris. Mirabilius est, nisi sit mirè vilius, regi ab Eunuchis & gubernari, cùm nec viri, nec fœminæ sint.

DE MELLANIO, PROBO DICTO.

CAP. XXXVII.

Anno Christi 260.

Ioan. Pitsæ. de vir. illust. Angliæ, ætate 3.

MELLANIVS, siue vt alij vocant *Mellon*, dictus *Probus*, natione Britannus, quem Monachum fuisse asserunt quidam, Pitsæo teste, qui si Monachus fuit annis Christi Iesu 260. proculdubio censendus inter Heliades. Vir fuit ingenij magni, partique doctrinæ, pietatis, & experimenti; nam cùm ætatis annos viriles attigisset, non contentus patriâ sapientiâ acquisitâ, studiorum causa Galliam, & Italiam peragrauit: Romæ demum ad exquisitissimam in sacris litteris cognitionem ascendit: quod vbi intellexit Stephanus Papa huius nominis primus, Rothomagensem cum Episcopum constituit.

Multa Pitsæo teste, dicitur scripsisse, inter quæ refert tantùm Homiliarum librum vnum; aliorum periere inscriptiones. Claruit autem anno salutis 260 sub S. Sixto huius nominis II & Valeriano, & Gallieno Romanis simul Imperatoribus.

DE S. AMMONIO ABBATE CARMELI.

CAP. XXXVIII.

Anno Christi 264.

SAMMONIVS natione Græcus, sextus à Ioanne Baptista Generalis Carmeli Archiphylax: is

Anno Christi 264.

Leon. ab Heriis. Martyr. Inst. ex vita & ver. Seniorum.
D. Hieron. de vir. Patrum.
Georg. Alex. [illegible]

est, à quo, vt verbis vtar Dionysij exigui per Dei gratiam, iacta sunt fundamenta conuersationis Monasticæ, Monachorum eorum, qui in monte Nitriæ commorabantur. Non iste est Ammonius Alexandrinus, neque Origenista ille, qui aliquando fuit, D. Hieronymo teste, sed alter ab illo scilicet Dioscori Episcopi Pater, qui in Thebaide, vt asserit Georgius Alexandrinus, fastiditâ sponsâ (cũ qua ipso renitente, & à patribus nobilibus & locupletibus inuito, (ô Parentum abominabilis error! coniugium egerat) continentiam cum illa vouerat; & tandem vtrisque mundo dicentibus Aue, ipse Monachorum fit Pater, & amplificator egregius Monasteriorum Ægypti, Socrate Scholastico teste, illa Mater Virginum in Nitriæ Conuentibus.

Tantæ fuit Ammonius pudicitiæ, vt cum Lycum fluuium, aquis magnis vndantem transire vellet, exuique erubesceret, diuinâ virtute in alteram subitò ripam ab Angelo translatus est. Tandem cùm à puero miracula patraret multa, virtutibúsque polleret, & per viginti duos annos Nitrienses suos, & Carmelum rexisset, suos hortatus ad sancta (quos sanctissimis institutionibus imbuerat, itavt Nitriæ famosissimum sanctitate, Cœnobium esset inter Ægypti Cœnobia, vt Ruffinus, & Palladius affirmant,) obiit in Nitriæ Conuentu. Difficile fuit diem obitus & annum excerpere, sed iuxta Scaligeri computa, credimus obiisse grauissimo Ammonium senio confectum, sub S. Dionysio Summo Ecclesiæ Catholicæ Patre, & Imperatoribus Valeriano, & Gallieno simul, anno Redemptionis humanæ 264.

Ruffin. A-quil. lib. 2. de vit. P. cap. 21.
Pallad. in Lausiaca cap. 9.
Scaliger.

Huius tempore Patris, cœpit Ordo Propheticus vt Paleonydorus, & Cotta testantur nomine Heliotarum insigniri qui antea Propheticus, siue filiorum Ordo Prophetarum appellabatur.

Paleon. li. 1. c. 13.
Did. Cor. li... cap....
Barbos. de [illegible]
ad illud Apostolo. Si quis Episcopatum desiderat.
Pallad. c. 12. Lausiacæ [illegible]
Socrat. lib. 4. hist. Eccl. p. 18.

Et hunc vere credimus Ammonium illum non esse Eremitam, de quo Augustinus Barbosa ex Palladio, & Nicephoro refert: quòd cùm ad Episcopalem creationem adducendus esset, cum non posset dissuadere, dextram sibi amputauit auriculã, & cùm adhuc instarent linguam quoque sibi resecissurum adiurauit, & ita eum reliquerũt, sed alterum omnino ab hoc quoque Heliade sacro. Vide de eo & alios Socratis Scholastici historiam Eccles. Sub Valentiniano & Valente Imperatoribus.

DE S. DIONYSIO PAPA, ET MARTYRE.

CAP. XXXIX.

Anno Christi 272.

Congr. Rituum in Offic. concessis pro SS. Ordinis, recitandis anno 1628. ab Vrbano VIII.

SDIONYSIVS natione Syrus, aliis Afer Ecclesiæ Christi Pontifex Summus, & Martyr illustrissimus, septimus fuit à Ioanne Baptista Carmeli Generalis Archiphylax; constat enim Monachum fuisse Carmelitam in quodam Syriæ Conuentu, vbi *imitatus* (verbis vtimur sacræ Rituum Congregationis) *sanctissimos illos Monastici instituti Duces, qui ædificatis*

Anno Christi 272.

sibi casulis, prope fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis herbis agrestibus victitabat, Anachoriticam, seu Monasticam, & verè Propheticam vitam aliquandiu egit. Sixto II. deinde in Summo Pontificatu successor, ob admirandam Patris sanctitatem, primus ex Monachis in caput summum Ecclesiæ electus est, Posseuino teste. Testantur etiam, & Martyrem, & summum Pontificem & ex ordine Carmelitarum assumptum fuisse, Paleonydorus, tabulæ antiquissimæ, quæ sunt videre, Lucio teste, Brussellis, Veronæ, Parisiis, Venetiæ, Romæ, & alibi, in quibus depictus adest Carmelitarum habitu Dionysius, huius nominis Pontifex I. & Regale nostrum S. Theresiæ Salmantinum Cœnobium Æneis tabulis, tamquam Religioni Carmeliticæ adscribendum, Carmelæo indutum habitu, & Carmelitæ nomine subscriptum ostentans. Ast maius his omnibus testimonium esto concessio summorum Pontificum, quâ ordini Carmelitarum optio datur recitandi officium de S. Dionysio, & in reformationibus Breuiarijs apponendi titulum Pontificis, Martyris, & Carmelitæ.

Anton. Posseuin. tom. 1. appar. in appendice. Paleon. lib. 1. c. 3. Petr. Luc. in vita S. Dionys. Papæ li. BB. Car.

Die 19. Ianuarii.

Porrò feruentissimus fuit diuini Zelator honoris, propagandæque Ecclesiæ vnicus doctrina, & fidei documentis operator operosissimus. Blasphemiam Pauli Samosateni hæresiarchæ duplici Antiochiæ coacto Concilio hæresim compescuit. Contra Sabellij hæresim validissimis etiam argumentis, & scriptis libris decertauit, distinctionem Personarum in diuinis firmissimè defendes, ac planè regiam pandens viam, quâ Arrij, & Sabellij hæretici confutarentur. In causa Dionysij Alexandrini (quem quasi de fide non rectè sentientem Pentapolitani quidam Episcopi ad ipsū detulerant) Romæ concilium iniit: vbi eum doctrinæ suæ rationem reddere iussum, eius innocentiâ patefactâ, tandem absoluit.

Post multa demum ad incrementum Ecclesiæ spectantia, honoris Dei, eiúsque Virginis Matris intactæ celebria opera patrata, sapientissimus Pontifex eruditissimam Epistolam scripsit ad Vrbanum Gubernatorem, quæ circumfertur inter Concilia Synodalia: aliam ad Seuerum Cordubensem Episcopum, de diuisione Parochiarum, teste Bordino, & eodem asserente, scripsit libros alios, quibus Sabellium, Personas diuinitatis confundentem, & Arrium substantiam separantem, pari sententia damnauit. Luitprandus fert fuisse scriptorem libri *de situ Orbis*.

Luitprand fragm. 266. Bordinus in 1 pito. Baronit in Dionysio. Coria lib. 7. c. 18.

Demum pro Christi fide, & immunitate Ecclesiæ viriliter, & animosè decertans, post exantlatos labores ingentes, transfossus gladio, dum sacra peragèret, in templo, spiritum reddidit Deo, Romæ salutis anno 272. sub Aureliano Imperatore, sepultúsque est in Cœmeterio Calixti. Cùm iam Ordinem suum feliciter annis 73. rexisset, & Ecclesiam Dei annis 2. mensibus 3. & diebus 14. iuxta veriores Chronographos, & Chronicon Ordinis Antiquum.

Chron. Ord. lib. 1. c. 13.

NOTVLA VNA.

Scimus nonnullos de Martyrio finali Dionysij nostri subdubitasse, sed pro eo attestando sufficiant præter alios Petrus Equilinus lib. 2. de natalibus Sanctorum Philippus Bergomensis lib. 8. Erardus Carthusianus fasciculo temporum & Illescas 1. p. c. 28. Antiquissima pictura, quibus transfossus gutture gladio depingitur peragens sacra Pontifex almus; Ordinis Chronica antiqua, eiusdem antiqua traditio & assertio, & tandem Apostolica Ecclesia facultas qua tanquam de vno Martyre Carmelita iubetur officio solemni celebrari in Ordine nostro & vniuersa antiqua Obseruantia Carmeli. Vide quæ de eo latè Baronius adducit. Annalium suorum Tom. 2. ab anno 261. vsque 272. & post eum Ioan. Pinius noster, in Monarchia sua Carm. Tract. 6. c. 1. & sermone de eodem.

Equilinus.

Anno Christi 276.

Bergomensis. Ecardus. Illescas.

Baronius.

Pinius à Victoria.

DE S. SPIRIDIONE TRIMYTHVNTINO EPISCOPO.

CAP. XL.

Anno Christi 276.

Spiridion vrbis Cypri Trimythuntis Episcopus, natione Græcus, Octauus à S. Ioanne Baptista Carmeli Generalis Archiphylax S. Dionysij successor, Coria teste. Hunc meritò ob insignem sanctitatem Deus, ex ouium ignaro pastore, sapientissimum Ecclesiæ suæ, & Religionis Mariæ, pastorem & lucem elegit. Ruffinus illum, eminentissimum inter Patres Niceni Concilij vocat, ex Ordine Prophetico Heliæ assumptum. Lucius Dexter asserit Episcopum fuisse Toletanum in Hispania, sed credimus legendum esse, cum Roderico Caro, non Toletanum, sed Oretanum, vt sentit Cassiodorus, nil enim est cur incerta augendæ gloriæ vana cupidine pro certis quod Deus auctor in nostris scriptis, adducamus, vbi omni Libani gloria omni decore Carmeli & Saaronis pulchritudine Propheticus, Carmelitanus Ordo gloriari iure optimo valet) Is igitur planè Sanctissimus Pater, in sæculo agens, de legitima casitate cum vxore, post genaratam Irenem filiam, Monachus factus est Carmeli, vbi miro virtutum, & miraculorum nitore refulsit. Nam charitate feruidus, vt innocentem damnatum capitis liberaret, viam egit, cúmque torrente impediretur vndante, stare illum imperio suo fecit, sibi, & sodalibus sicco vestigio præterire: fures, qui potius furto, quàm prece, nocte quadam oues è cauis educere contendebant inuisibilibus vinculis restrictos vsque ad lucem matutinam miraculo præpediuit, cumque ductus ad pascua senior iret oues, iuuenésque sine humano vinculo in caulis vidisset, apprehensos sermone sancto, quos merito vinxerat, absoluit: Tollite inquiens, vobis arietem vnum, ne otiosè venisse videamini.

Didac. Coria lib. 1. c. 13. & 7. & 18. Ruffin. li. 10. c. 1. Cassiodori Tripartita. Dexter in Chronicad an. 3 10. Cassiodorus ad Chronic. Dextri Cassiod. locitat. Vide D. Thomam Tamaio ad F. L. Dextrum, in Episc. oppidi Toletano, vbi Spiridionem tamen Episcopum his Ecclesiæ Toletanæ vnde eundem assignat nescimus quo iure tamen forsan pro *Toletanum* legendum esse *Oretanum* & hoc est certius.

Constantium Imperatorem Antiochiæ restituit, tactu solo, securæ sanitati, cumque illius aulicus, audenter, colapho Spiridionem impegisset, celer Dominicæ legis implendæ alteram protinùs maxillam exhibuit.

Magno claruit Catholicæ fidei zelo tutandæ, multósque ad illam adduxit, inter quos Arianum

quendam

ANNO CHRISTI 276.

quendam contumaciſſimum hæreticum in Concilio Niceno; filium Deum à Patre creatum tutantem, miro adſtantium Patrum ſtupore ſimplicibus verbis, qui ſimplex omnium fuerat paſtor, diuinæ virtutis elegantiâ, & ſapientia cælitus infuſà deuicit, & perducens ad fidem, palinodiam, canere coegit. Triphylium Ledrenſem Epiſcopum, virum ſuæ eloquentiſſimum ætatis, orantem in ſynodo, quòd ſimplicem diuinæ paginæ vocem mutaſſet & verbum, palam reprehendit.

Demũ prophetiæ dono, & ſignorum inclytus, aliorum gloria, Carmeli axes, & Trimithunti ſucceſſoribus linquens, longæuus ætate, (erat enim centum & viginti annorum, Coriã dicente, ad ſuperos iuit, ſuperna in ſemper gloria regnaturus in aſtris, anno ſalutis à Chriſto Ieſu 330. ſub ſummo vertice Eccleſiæ Dei S Syluestro, & Romano Imperatore Licinio contra Conſtantinum regnante: cùmque Carmelum rexiſſet annis nouem ſupra quadraginta, Trimithuntique infulam, quatuordecim, meritò illum non quintæ, ſed quartæ ætati reponimus, ſub anno Chriſti Ieſu 276. Eius corpus ad quod multa miracula facta narrantur, longum poſt tempus è loco vbi primum fuerat humatum, Corcyram, Venetorum Inſulam delatum eſt, & piâ fidelium veneratione tanquam Patronus recolitur Græci eius diem feſtum pridie idus celebrant Decembris.

Cor. lib. 7. in eius vita.

Baronius & Caſſiodorus, qui eum Propheticã vitam duxiſſe recenſent, vnum fuiſſe aſſerunt Spiridionem ex Confeſſoribus illis, quos Maximinus Imperator dextro oculo effoſſo & poplite ſiniſtro ſucciſo, ad metalla damnarat. Huius tempore Spiridionis celluit inter Heliades Coria, & Paleonydoro teſtibus, nomen illud inter nos vetuſtum Religioſorum Prophetici ordinis, & vocari cœpimus, *fratres Carmelitani*. Vide de Spiridione Sixtũ, Thomamque Tamaium, probantem Spiridionem noſtrum vndecimum fuiſſe Archiepiſcopum Toletanum. Sed neſcimus quo iure, nã certè à Dextro noſter Spiridio nunquã poſitus eſt in albo Epiſcoporũ Toletanorũ, & male legitur, *Spiridon Epiſcopus Toletanus*, ſed *Oretanus*, hoc eſt de Calatraba, vt vult Cluſius. vel vt vult Moralius Oreto, quod eſt prope Almagrũ in Caſtella veteri Officia eius à Vincentio Quirino eius Inſulę Epiſcopo compoſitũ & editum Venetijs apud Io. Bap. Ciotum an. 1604. Poſſeuino teſte à Clem VIII Pontifice O M approbatum eſt, Vide quę circa Spiridionem Epiſcopum Oretanum dicemus in S. Leandro ad finem elogij, vt probemus alium eſſe Spiridionem Epiſcopum Oretanum qui non fuit Carmelita, à noſtro Trimythuntino, qui nunquam fuit Toletanus Antiſtes. Vide Rudericum Charum in notis ad Dextrum.

Baron. in annot. ad Martyr. 14. Decẽ. Caſſ. in Trip. cit.
Vide ſi iuuat noſtrum de vitis SS. Car. lib. vbi mirãda Patris facta longo penicillo calami & Scripturæ delineamus.
Paleo. lib. 1. c. 13. Coria. Sixt BB. li. 4. in Triphilio. Tamai. in defenſione Lucij Flauij Dextri. Poſſe. to. 3. ap.

DE S. CYRILLA VIRGINE ET MARTYRE.

CAP. XLI.

Anno Chriſti 286.

SANCTA CYRILLA Virgo & Martyr nobiliſſima Chriſti: natione fuit Libya, Patriâ Cirenenſis. Inſignis ſanè Virago, Carmelei lucidiſſimum ſydus Cæli: Hæc in perſequutione Diocletiani ardentes cum thure nudam ſuper manum impoſitos Carbones diu pertulit conſtantiſſima, & virilis, ne excutiendo eos thura ſe falſo Deo videretur obtuliſſe: poſt hæc verberibus afflictata diris pro fide, qua ſtabat tuenda, & multis alijs cruciata doloribus proprij tandem nobilitata ſanguinis trophæo, victrix in Syria volauit ad aſtra, Datę ſalutis à Chriſto annis 284. ſub eodem diro Imperatore Diocletiano & æthereo in terris Clauigero S. Caio Pontifice O.M.

ANNO CHRISTI 286.

Meminit eius Romanũ Martyrologium 5. die Iulij. Eam apertè inter ſacras Deo Virgines ſub Heliadum Choro reponit Thomas à Ieſu lib. 1. Antiq. Carmeli, & omnes Ordinis Hiſtorici nobiliores, cum alijs & perpetua Religionis Carmeliticæ acceptio.

Martyr. Ro. 5. Iulij. Tho. à Ieſu. lib. 1. c. 1.

DE SS. VIRGINIBVS RIPSINE, GAIANA, ET SOCIIS.

CAP. XLII.

Anno Chriſti 286.

SANCTA Ripſines, & Gaiana Virgines, in quodam Cœnobio Romanæ ditionis dedicatæ Deo. Harum prima, cùm Diocletiani Romani Imperatoris, & Theudatis Armeniæ Regis impudica connubia reſpuiſſet, à Chriſto ſpõſo cæleſti de pudicitia virginali ſeruanda, Ipsâ voce de cælo, vtræque communitæ ſunt, ſed vi militum ad Regem adductæ, Gaianam; quæ Ripſinæ erat Abbatiſſa, hortatur, vt virginem ſuam blanditiis deliniret & ad Regis ſententiam adducere conetur, ſed in veritate fidei Catholicæ, & pudicitiæ ſeruandæ, vtræque perſiſtentes, potiùs vitam amittere, quàm promiſſam ſponſo cæleſti virginitatem libidini dederent. Quapropter, milites diri, Gaianæ, quæ Virginem ſuã ad conſtantiam viriliter hortabatur, lapidibus molas, dentéſque obtundere cœperunt: tum in vinculis ſtruta, cum duabus alijs Virginibus detinetur.

Ex Didac. Coria in Ordin. Diluci. Chronico.

Ripſine autem, poſt pauca, Regiam Aulam aufugiens ſodales quærit, quas cum in arenario quodam repeiiſſet (quæ è carcere etiam ſopitis Cuſtodibus aufugerant) ad mucrem eas in fide Chriſti perſiſtere monebat: aſt à militibus iterum tentæ, ardentibus facibus, illis admotis, perurebantur: cúmque Ripſine retrò manus colligaſſent, tortori linguam adhibuit abſcindẽdam. Demum duro ſilice ventre contuſo, erutis oculis, corporéque diſcerpto, Spiritum egit. Simul cum illa paſſæ ſunt gladio confoſſæ Moniales XXXIII. quæ Ripſinen fuerant comitatæ, & ad arenarium, vt corpus eius humarent decenter, acceſſerant. Tandem ad Gaianam Abbatiſſam milites redeuntes, linguam quoque virginis amputarunt, & illam, cum duabus alijs ſanctimonialibus, adducentes in pontem, qui ſupplicij locus erat, perforatis calcibus, in modum vtris diſpoſi

tæ, detra

Anno Christi. 286.

tæ, detractisque pellibus viuæ excoriatæ sunt: abscissis etiam duarum virginum linguis, ceruicibus teuulsis,& fero silice ventribus discerptis, fundentes viscera, Martyrij, & virginitatis palmam lætissimæ Virgines omnes compleuère, in superis suscipiendam, salutis anno ducentesimo, octogesimo sexto, sub S. Caio Pontifice summo, & Imperatore Maximiano, à Diocletiano adscito, Hæc ex ordinis Chronico Majore deduximus.

DE SEPTEM MARTYRIBVS MONACHIS.

Cap. XLIII.

Anno Christi 286.

MONACHI sex (queis est septimus vnus in Martyrio solummodo, non in statu comes egregius, nomine Varus, generé insignis, conspicuus gloriâ, & virtute famosus inuicta.) Hi sub Maximiniano Imperatore, apud Ægyptum in carcere detenti probati flagello diro exquisitisque pro fide Christi doloribus,& ærumnis inuenti sunt fidissimi, Heliadum more, Ecclesiæ fideique eius Catholicæ propugnatores, strenuique vexillferi Christi.

Hos fuisse Carmelitas constat ex annis passionis illustrissimæ eorum, qui supputabantur, in quibus Maximianus Imperio fungebatur à Christo nato, iuxta computa Claudij 286. cùm supremam Ecclesiæ regeret arcem S. Caius Romanique Imperij teneret habenas Maximianus à Diocletiano adscitus. Vuastelius noster affirmat eos Monachos Heliades esse. horú acta & facinora pulchra Surius ex Metaphraste & Aloysio Lippomano late prosequitur. Meminère eorundem illustria Ecclesiæ Martyrologia,& alij.

Vvast. c.53. Apo. contra Varo. Sur. 19. Octobr. Martyrologia, die eodé.

DE SANCTO SIRENO MARTYRE.

CAP. XLIV.

Anno Christi 286.

SANCTVS SIRENVS Monachus, & Martyr, apud Syrmium. Is cùm se Christianũ profiteretur, cæsus capite Martyrij Palmam adeptus, Maximiano iubente, ad astra migrauit sub Pontifice Caio & Imperatore Maximiano à Diocletiano adscito, salutis anno 286.

Hunc fuisse Carmelitam Monachum Vuastelius affirmat. Agunt de eo Equilinus, Baronius, & alij.

Vvast. Apol. cõtra Baro. c.53. Equil. lib. 3. c. 147. Baro. die 23. Februarij.

Anno Christi 290.

DE S. EVTYCHIANO.

Cap. XLV.

Anno Christi 290.

SANCTVS EVTYCHIANVS, Natione Palæstinus, S. Ammonij discipulus, de quo S. Hieronymus, Filius fuit Conuentus Bithyniæ, prope Olympum montem: vir miraculis clarus, & gratiâ sanitatum illustris, Imperatoris Constantinopolitani quondam Spatharius; Nitriæ demum Monachus effectus, sequutus in Ammonio Heliam, gloriosis luxit sanctitatis operibus, sub summo vertice sponsæ Catholicæ S. Caio, & Imperatore Maximiano, à Diocletiano adscito: salutis à Christo anno 290.

S. Hieron. in Vitalp.

DE S. ANASTASIA VIRGINE ET MARTYRE ROMANA.

Cap. XLVI.

Anno Christi 290.

SANCTA ANASTASIA, natione Itala, patriâ Romana, clara genere, longè autem fidei confessione fulgentior. Exercitamento & intelligẽtia diuinarum scripturarum, Metaphraste, & Surio dicentibus, excellentissima. Hæc igitur vicesimo ætatis suæ anno in Monasterio Virginum Romæ, relictis Patribus sacro amicuit tempora velo, inter plures Deo virgines Heliades sacras, queis Sophia Abbatissa sanctissima præsidebat. Ab hac instructa dignos talis seminis fructus, ac matris tantæ prudentia, & sapientia illicò produxit.

S. Metaph. in vita S. Sur. citãdus.

Sed post pauca apud Probum Præfectũ Diocletiani accusata, quòd Christum coleret & insolitam quamdam viuendi formam virgines edoceret, prædicarétque Catholicam fidem, ad Theatrum coacta deducitur, è Monasterio confractis vestibus educta; ast prius à Sophia Magistra sæpe, si fieri posset, suasa millies mori pro Christo, constanter iniquo restitit Præfecto tormenta horrenda reuincens. Quippe à Matre, velut ab Agnæ vberibus auulsa ferreâ vincitur cathenâ, vt sic oppressa ad Theatrum adducatur: vbi constantissimis verbis in Probum agens, blanditijs primùm à Præside tentatur, si fortè eius adamantina possit in Christo firmitudo definiri. Sed maternarum non immemor monitionum sibi Christum diuitias, sponsum, & vitam asserit esse veram: subitéque mori pro illo, longè quam viuere fore pretiosius: imò igné, enses, ferrum, abscissiones, verbera, plagas, flocci ducere, maximèque habere tormenta pro sponso cælesti sublata decreuit.

Tunc irâ accensus Præfectus, plagas primùm genis infligit Anastasiæ, eius Marianam dilacerat vestem, & habitum, pulchritudinem Virginei corporis, vel ipsis venerabilem cælis, cun-

ANNO CHRISTI 290.

ctis nudam ostendit, vt maiori illam pudore perfundat: si fortè hoc victa, ad inanium Deorum adorationem adducere possit eam. Sed cùm sapientissima Virgo, veterem pro Christo hominem exuta, nouum hominem nosceret se indui in iustitia, & veritate, pudorem pro Christo carneum tempsit, vt candore lucis perfunderetur æternæ.

His ad maiora iræ Præfectus incensus nec obstupefactus: pronam eam à quatuor viris extensam, & palis quibusdam fixis humi, ligatam sublimem iubet attolli: & infernè quidem ignem oleo, & pice, & sulphure, & sarmentis vehementer accensum eius visceribus substerni: à tribus autem rursus desuper hominibus, simul vno irruentibus impetu, eius dorsum percuti virgis. Cùm autem ea dua sic pateretur, & dorsum quidem flagellis desuper laceraretur, viscera autem infernè conflagrarent, & venæ minuerentur in cinerem & concremaretur, ac consumeretur sanguis supplicio, vel auribus ipsis grauem afferente dolorem, Martyr (ô verè generosum propter Christum animum & superiorem naturæ necessitatibus, & quàm appositè Fuluius cecinit ad rem:

Conspirant elementa necandamque insidiata virtus:
Cunctorum vires perdomuisse potest)

solis precibus, & Deo erat intenta, vt vera Heliæ filia: & quæ sunt à sæculo admirabilia in memoriam, & os vt sapientissima redigebat: oratione, vt rore cælesti dolorum ignem extinguens.

Fuluius Cardulus Iesuita epig. de S. Symphorosa & filiis.

Defessa præsidis feritate primo supplicij genere, iubet Virginem super rotam expandi, secundis priora tentans obscurare tormenta; confringuntur ibi Virginis ossa, neruí, & musculi extenduntur: totáque (proh mœror!) corporis forma à compage naturæ exceditur: nouis precibus ad supera missis, noua, Virgo, supplicia vicit: Deum deprecans, ne elongetur à se quoniam in dolore vita deficiebat & eius in gemitibus anni, quia terræ adhæserat venter eius, & ossa eius vt cremium aruerant. Hæc, similiáve precata, à gratia illico machina relaxatur nec vllum plagæ, vlcerisve in corpore vestigium apparuit. Non iis Prętes obstupefactus, Virginem rursus sustulit in lignum, vngulis laniat crudelissimè ferreis; sed tanto cælesti fuit auxilio munita, vt deficiente à viribus satellite diro perinde ac si nil passa fuisset, Virgo remansit. Nouo tum capitur furore Præfectus, & vbera iubet Virginis amputare, sed vehementiori ista Christi amore Amatia diuina, quò carnifex maiorib. eã immanitatibus excruciabat, eò vehementioribus patiendi pro Christo illa æstuabat affectibus. Tyrānus autē mulctam volens fortitudinem Virginis attenuare, euellit vngues, & mediam ei linguam (quæ tota canticis gloriæ Dei detinebatur) exscindi iubet è gutture extractam, & excuti dentes: ipsa verò nihil de sua constantia remittens, tamdiu linguam differt amputare, quamdiu vocis instrumento verbo posset vltimas Christo fundere preces. Cumque gratias egisset vt bono Deus fineret fine perfici martyriale trophæum; & pro ægrotis ad se confluentibus ouanter orasset, audita voce de cælo quæ postulata omnia à Virgine obtinenda nunciarat Carnificem hortabatur ad linguæ sacræ abscisionem: Hac præcisa, contusis dentibus, & ore toto rubri fluido sanguinis imbre madefacto, ve-

Psal. 30. v. 10. & 11.

stéque Virginis purpureo sanguinis rore perfusa, è regione ciuitatis sacrum Virginis Anastasiæ caput, vltimò iubetur amputari supplicio: annis plus minusve reparati orbis à Christo Iesu 290. sub Summo Ecclesiæ sacro capite Caio; & Diocletiano Romani Imperij arcem moderante.

ANNO CHRISTI 292.

Porrò corpus Virginis iacuit humi neglectum, sed ab alitibus. & quadrupedibus simul impunè custoditum, vsque dum nunciata ab Angelo Magistræ Sophiæ consummatione felici, ab eodemque ad Anastasiæ reliquias adducta, eas osculis, lachrymisque prosequuta composuit; sed cùm tenuis viribus Sophia, præ senecta, corpus totum non valeret Virginis à terra leuare: ecce viri duo formâ, aspectúque venerandi apparētes sanctis suis manibus sublatum prope vrbem Romam honorificè collocarunt. Hęc Metaphrastes, Aloysius Lippomanus, Surius, Philippus, & alij: eam omnes inter Carmelitas Virgines meritò connumerandam insinuantes.

Non ista Anastasia illa est, quæ passa est sub Valeriano, anno Christi 262. de qua meminit Romanum Martyrologium, agúntque Surius, & Posseuinus, non enim inter Carmelitas illa debet adnumerari: Nec est illa de qua nobis agendum est postea; diuersæ vtræque sunt duæ Carmelicolæ Anastasiæ inter se, & à tertia ambæ distinctæ.

Metaphr. de Sanctis. Lipp. tom. 6. de viris. Sur. die 28. Octob. to. 5. Philipp. Ferr. de Sanctis Italiæ. Rom. Mart. 25. Decemb. Surius eodē tom. 6. Posseu. to. 3. ap. Infrà ætat. 6. anno 400.

DE S. ONVFRIO REGE.

CAP. XLVII.

Anno Christi 292.

SANCTVS Onufrius, aliis Onofrius, Magni Hūgariæ Regis post eū Rex: alij alterū fuisse Theodorum, & Onufriū Persiæ Reges. Ergo cùm Patres steriles diu in matrimonio permansissent, orationibus à Deo filium impetrarunt, anno Christi 199 Ortusque apud Thebam Ciuitatem, Subes dictam Bœotiæ Prouinciæ in Græcia in finibus Hungariæ, & Nigroponti patrio adhuc, tamen dubius fuit Tattaro Onufrius, & Dæmonibus exosus, variisque persequutionum ictibus appetitus, Deo eum semper protegente, liber semper euasit. At cum à Patre suggestione quadam accito, in secessum è Ciuitate, & vrbe locum trimus adhuc puerulus eductus esset, à Ceruæ mirabiliter ibi lactatus est: & in Monasterio Heliptarum nomine Erisius, vbi factum Baptisma receperat, ab ipso puerulo Iesu puerulus Onufrius dulcissimo pane refectus est.

Mortuo Patente, cùm validissimum Tyrannum, qui aduersum Regiam illius personam, & Regnum dire muauerat, deuicisset Onufrius, Rex ipse effectus in pace est, & sapientiâ plenus cælesti (verbis vtimur antiquissimi Breuiarij Carmelitani) vt Salomon alter populum mirabili suâ prudentiâ & sanctitate gubernauit per annos septem; ast, cùm nimis eum Tyrannus alter opprimeret, regno relicto, Hermopolim, Ægypti Ciuitatem, proficiscitur: ibi multis

Ita il Regni Ippo. Voci Leuen & Anti Boluter. dat ab Onufrio Salto. in vita S. t. p. c. 1. vbi alios dat, & ita ip. ad Lectorem.

Breuiar. antiqu. Carm. lect. 1. 2. noc. in offic. S. Onufr.

prestus

ANNO CHRISTI 292.

pressus laboribus, vitam Deo totam in oratione deditus traduxit, vixdum è Templo die tota decedens. Cumque iuxta Ciuitatem Monasterium aliud Heliadum esset inter Hermopolis deserta, secessit Onufrius illuc, vbi cælesti Monachorum conuersatione recreatus, ad maiora pro Christo subeunda confirmatus est: & cùm plura de excellenti statu conuersationis Monasticæ, de Deo, & de seipso collocutus cum eis fuisset, mirúmque Onufrij virtutum splendoré Monachi fuissent augurati. ab omnibus vno ore, rogatu suo assiduo, in sanctum Monachorum sodalitium, iam notus adsciscitur Rex, ætatis suæ anno vigesimo.

Tanto ex hinc refulsit virtutum sublimiorum splendore, nouus Seruatoris Athleta, & Heliæ filius, omnium vt ora admiratione sui intenta teneret. Oratione, & contemplationibus erat assiduus, feruidissimus charitate, fide plenus, & deuotione summus: Cúmque in dies, pro maiori virtutum lucro æstuaret, Cœnobiticam vitam relinquere, & in secessiorem eremum, quo libétiùs se totum tradere Deo posset, conferre parauit, qui vel Regnum pro amore Christi terrenū, vltro reliquerat. Sed contigit, ordinatione diuina, vt Abbate Conuentus Hermopolis vitá functo, voce cælitus elapsa, tunc Onufrij iter præpediretur, & eligeretur in Abbaté Hermopolitam, quod cùm tenuere nequiret, mansit ibi factus Sacerdos, & Abbas.

Quo in munere, & nouâ Sacerdotis dignitate post Abbatialem electionem susceptá, tantá tuorum vigilantia effulgere cœpit, vt prudentiæ suæ, & suauissimi regiminis fama, vel exteras nationes peruolaret, Onufrij sodalitio omnes se adnectere cupientes. In tantum inde Monachorū numerus accreuit, vt plus mille viri eius se obedientiæ submisferint. Verùm enimverò, cùm humani generis hostis, tantis se prædis fraudatum inueniret, statim efferâ accitus inuidiâ, Monachorum odiam sanctum Abbatem excitare contendit, vsque ad necis machinam in eum sed cælesti prouidentiá protectus, vel beneficentiis in malefactores deuincere parat.

Christoph. Alemanus & alij in vita S.

Et, cùm secessionis suæ in desertum, iam tempus à Deo præfinitum aduentasset, non sine instinctu cælesti, Monachis exhortatis ad sancta, & Monasterio relicto, dum nox medium iter agebat, decedit Onufrius, & in densam eremum, nomine Pregon, ocyus se confert: vbi totus nouâ, & seueriori vitæ austeritate deditus Deo, multis cælestibus fauoribus à Domino solicitatus est: Ab Angelo, luceq; cælesti viam quatuor dierum deductus, intimius eremum penetrans, obuius fit Magistro à Superis sibi signato, nomine Ermeus, ex genere Isaacar de Prouincia Syriæ oriundus, qui in abditissima specu inclusus, vitam Anachoriticam agebat. Cùm verò per dies septem Onufrium Ermeus in vitæ solitariæ exercitamentis instruxisset, vnà cum eo proficiscitur in desertam Calidomeam, in territorio Oasis, Prouinciæ Ægypti: & ab Angelo Raphaële vtrique deducti, ad specum Onufrio cælitùs paratam adducuntur. Ibi per dies triginta, eum in perfectione vitæ solitariæ iterum instruxit, & relicto illo, reuertitur Ermeus ad sua.

Porrò Onufrius, pluribus primùm ibi laboribus probatus à Deo, & mille à Dæmone insultationibus appetitus, miranda vitæ austeritate, ieiunio, oratione, hyemis frigore, & æstui Solis flāmà, per annos triginta maceratus victor euasit.

Singularis fuit cælestis, & prouidissimi Patris Dei, in Sanctum suum prouidentia, nam cùm totus Onufrij spiritus in Deo positus esset, Deus in illo reficiendo, & alendo omnimodus positus est, vel famulatu Angelico, vel vestitu & victu largiter exhibito illi: nuditatem enim totius corporis, agmentatis capillorum plexibus, coopertus est, adeò vt, vel solis illi, ab ardore Solis securè protectus abiret: victum etiam ei, ex palmę fructibus, duodecies iteratis in anno, subministrauit, cum panis annona quotidie ab Angelo, non à Coruo, vt malè sensêre nonnulli, fideliter allata. Nec tantùm materiali cibo, & pane terreno, sed & etiam Angelorum cælesti, per vnum ex illis qui adstant ante Deum allato, sæpè illum Deus refecit, quotâ Dominicâ luce, per annos triginta, corpore & spiritu in deserto, totum se illi conuescenti dans in edulium Deus qui se dederat moriens in pretium, regnánsque in præmium.

Vide serò S. Hieron. de vitis Patr. & alii ab Onufrio Salt. allan 1.p.c.47. vit S. Onuf.

Cúmque demum post annos illos triginta in solitudine translactos, Onufrius à Paphnutio viro Dei benedicto, qui Anachoriticam etiam vitam agebat, in sua fuisset specu repertus, visúsque diuinis aliquando, & cęlestibus stipatus gloriæ fulgoribus: post multa, Paphnutium de morte sibi imminente commonefecit, quo, non sine lacrymis audito, eum in Christo confortauit Onufrius: & cùm iam exitus sui felicissimi horam aduentare præsentiret, post septuaginta annos pœnitētiæ in solitudine peractos, ad Deum feruidè pro se, & Christi populo orans, coram Paphnutio suo, cōplicatis manibus genibus flexis, elato corpore, & oculis eleuatis in cælum quasi in modum viri orantis, efflauit animam, quæ in specie fulgentissimæ columbæ, in supera aduolare visa est, corpore in terris, cælesti madido splendore manente, ætatis suæ anno nonagesimo tertio, & Seruatoris Christi Iesu 292. sub S. Lucio Pontifice summo, & Imperatore Diocletiano, à Maximiano adscito. Qui mirabili sapientiâ, & prudentiâ cælesti fuerat signatissimus, Onufrius, quibus pragmaticas sanctiones pro sui regimine Regni temperarat, mirabiliore sanctitate refulsit, quam miraculis multis Deus notam fecit, à morte, orbi. In eius honorem Basilicæ multæ, altaria, & Templa constructa, & erecta sunt: adstat maximè celeberrimum Templum in loco speluncæ suæ, quò confluunt religionis, & pietatis ergò, diuersæ vndique nationes, vt Boluferius attestatur.

Porrò inter Carmelitas iure fore multo numerandum Paphnutius ipse testatur Abbas. Vide Vuastelium nostrum, & ordinis Chronicon, & alios exteros auctores, qui omnes eum inter Carmelitas adscribunt.

Andr. Boluferius. 2. p. c.42.
Paph. in Vitalpa. de S. Onufr.
Vuast. li. Apolog pro Io. Patr. cap. 47.

ÆTAS QVINTA,

Quæ eſt ab anno Chriſti Domini Seruatoris Ieſu, trecenteſimo, vſque ad annum eiuſdem quadringenteſimum Quarta.

Fundatæ Religionis anno 1234.

DE S. COPRETE.

CAP. XLVIII.

Anno Chriſti 300.

SANCTVS Copres, natione Græcus, Anachoriticus Presbyter, cui (poſt annos ſeptem ieiunij perennis, ſolâ tenui ſumptâ portiunculâ panis, Dominicâ luce, ab Angelo allatâ) totam Deus altiſſimus Biblia Sacra menti infudit: quorum ſcientiâ clariſſimè imbutus, acerrimus factus eſt Catholicæ fidei defenſor, quam miraculis, & validiſſima argumentorum acie, conteſtatus eſt.

Inter mirabiliora miranda Copretis, illud nõ ſilentio duximus premendum: quòd cùm Diſcipulum moribundum inuiſere per vaſtam eremum adiret, deficiente itineri ſolis luce diurnâ, Solem ſiſtere, vt Ioſue alter, fide plenus iuſſus eſt, qui protinus ſtetit, diéque protracto, radiis ſuis lucem ſubminiſtrauit vſque dum Copres ad cellam rediret.

Ioſue cap. 10 v. 13.

Multis tandem miraculis illuſtriſſimus volauit ad aſtra, vaſta ab eremo, anno euerſi Tartari à Chriſto Ieſu, trecenteſimo, ſub ſummæ arcis Catholicæ Capite ſummo, S. Marcellino, & Imperatore Romæ Maximiano à Diocletiano adſcito.

Vide Heribertum de vita, & ver. Seniorum Ep. Equil. li 11. c. 43.

Credimus Copretem hunc Thebaiditam illum eſſe de quo ex Heraclide Equilinus Epiſcopus adfert quod gentilem ad fidem adſciuerit latronem: cuius pedibus arena conculcata & diuiſa per agros eos fœcundaret: quique Manichæum quendam ſeducentem populos, cùm eũ excludere non valeret (Heliæ Patris in morem cũ Baalitis agẽti, ignem facto fœdere accẽdi fecit vt eius qui ex eis ingreſſus flammas exiret illæſus, fides comprobata maneret. Ipſéque primus ignem adiens, illæſus abſceſſit: cùmque hæreticus ingredi pyram renueret à populo violenter in flammas adiectus eſt: & cum ſe mori ſentiret, Copretem implorat à quo eductus, dum in mala mente; perſtiterat ab eodem prauitatis hæreticæ facto inquiſitore, & vindice, in ignes iniectus eſt in cinereſque redactus.

DE GALATIONE, ET EPISTEME MARTYRIBVS.

CAP. XLIX.

Anno Chriſti 300.

SANCTVS GALATION, cui nomen *lacteus*, ſiue *candidus*, ſonat, natione Phœnix, cum ſponſa Epiſteme, vtrique Emeſſeni, Martyres, in Phœnicia. Ij cùm poſt conuerſam Epiſtemem, per Galationem ad fidem, in fide perſiſterent, & matrimonio initi eſſent, nouo adquirendi cæli ſtudio perculſi, Emeſâ Ciuitate relictâ ad montem, nomine Publicum, prope Sinai ſe recepêre: vbi à Monachis Heliæ Galation acceptus: Epiſteme Miſſa eſt ad Virginum Cœnobium Carmeliticum item, vbi vtrique ſanctitate mirâ lucentes, vſque ad Martyrialem Triumphum, vitam Cœnobiticam duxêre.

Tandem perſequutione Diocletiani ſæuiente, Emeſſæ in Phœnicia vincti, luſtralibus Martyrij vndis dealbati, coronam gloriæ in cælis adepti ſunt, ſalutis à Chriſto, anno trecenteſimo, ſub Eccleſiæ orbiſque Capite ſacro, S. Marcellino, & Romano Imperatore Maximiano, à Diocletiano adſcito.

DE THOMAIS SORORE.

CAP. L.

Anno Chriſti 300.

VENERABILIS THOMAIS, natione Syra, Conuentus Sibapolis in Syria Soror, ſeu ſanctimonialis: Hæc tempore Diocletiani, miro floruit virtutum, litterarúmque nitore & pulcherrimum Religionis ſemper ſpecimen dedit.

Scripſit, Baron o teſte, Surio, & Chronico Ordinis, Syro ſermone. De actis Sanctorum libr. plures. Extat maximè vel etiam, ab ipſa Thomais ſcripta S Febroniæ vita.

Baron. Surius. Coro.

Floruit autem Thomais nostra Sibapoli Syriæ, anno Dominicæ Incarnationis trecentesimo, sub S. Marcellino Pontifice Summo, & Maximiano Romæ imperante.

DE SANCTO IOANNE ELEEMOSYNARIO.

Cap. LI

Anno Christi 300.

Herb. Rosvveid. lib. 4. de verbis & vita seniorũ.

SANCTVS IOANNES Eleemosynarius cognomento, vir sanè inter sæculi illius Anachoritas mirâ charitatis dulcedine pastus. Fert Herbertus ex multis, plus mille quotidie, & quingentos pauperes aluisse, non in solo (credimus) pane, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei; cuiúsque sepulchri saxa, pretiosum resudare oleum, quo liniti, varijs languoribus vexati, vario virtutis Dei dono curantur.

Florebat annis à Christo Seruatore trecentum. Sub summo Clauium Principe S Marcello I. & Imperatore Constantino Magno.

Ex Alguer. Gu: Iaiar. & alus.

Damus Carmelitam ex Catalogistis de viris Ordinis Carmeli sæpè hic citandis à nobis

DE SS. VIRGINIBVS ET MARTYRIBVS FEBRONIA ET BRIENA

Cap. LII.

Anno Christi 300.

Huius Virg. vitam late [illegible] & nos in nostro de Vir. SS. Carm. li. ex [illegible] fecimus.

SANCTA FEBRONIA, natione Syra, Sibapolini Conuentus sub Heliæ Monastica disciplina fundati, decor, & Carmeli fulgidissimus splendor. Hæc in persecutione Diocletiani, sub Præside Lysimacho fidei, & sacræ pudicitiæ amore seruandæ, cæditur primò dirè virgis, torquetur equuleo, pectinibus inde laniatur, succenditur igne, dentibusque concussis, & mammis abscissis, dimnuta demum capite, tanti passionum nominibus ornata, in suo Monasterio migrat ad astra.

M. Gero Gratianus libro de vero spiritu.

Græco sermo, & Latino sermone fuisse peritissimam, totum memoriæ Psalterium mandasse: trilinguémque egregiam apud Thebas publicâ, Gratiano teste, literarum fuisse, & linguarũ professatricem. Psalterij varia (eleganti sapientiâ Scripturæ sacræ pollens) loca enodauit lib. vno Passa est sub Diocletiano Imperatore, & Ecclesiæ Pôtifice Summo Marcellino, anno operatæ salutis à Iesu Nazareno, trecentesimo.

Vide Metaphrastẽ, Surium, Hippom. & alios, è quibus dicta deduximus. Dexter in Chronic. sub anno 301. Ruder. Carus in notis ad Dextrũ.

Porrò S. Briena, S. Febroniæ socia, Monasterij, in Hispanias è Sibapoli, vt fidem Christi quod creditur disseminaret, vera Heliadum filia, alijs Carmelitis associata veniens, in Tarraconensi Prouincia passa est, & Securæ, quæ Tader dicitur item, celebrior habetur, Testibus Lucio Dextro, & Caro in Notis ad eum.

DE FABIOLA ROMANA.

Cap. LIII.

Anno Christi 300.

S. Hieron. epist. 30. ad Oceanum.

FAbiola, natione Itala, Patriâ Romana, charitate in pauperes valetudinarios clarissima virago, quam *Christianorum gloriam, Gentilitatis miraculum, pauperum leuamen, & Monachorum solatium* S. Hieronymus vocat. Nupta hæc priùs Infami peccatori, postmodum Xenodochio, ad leuandos ægrotos erecto, suisque bonis familiaribus ditato, sub tertij Ordinis Carmelitarum, etsi alia referant alij, gloriosè, assidua facta Xenodochij, & pauperum ministra, vitam exemplis sanctis plenam exegit, & felicissimâ morte præuenta, cælos, laureata meritis, aduolauit, Centuriâ tertiâ à Christo, hoc est anno trecentesimo (quotus autem fuerit obitus felicissimi latet) sub suis Pontifice & Imperatore.

DE SANCTO GEORGIO MARTYRE.

Cap. LIV.

Anno Christi 301.

Guil. cent. 3. p. dist. 1. de Monac. Car. temp. Prophetarum sape. Manili. 4. Faftor. in vita S. Geor. Tom. lib. 1. aut. q. c. 14.

SANCTVS GEORGIVS, cognomento Tropæophorus, natione Cappadox, patriâ Diospolita, Magnus Martyr, quem merito Guilhelmus Evscangenus grauissimus auctor, Mantuanus, Thomas à Iesu, inter Carmeli cultores, Heliadésque, auræ illius sæculi, recensent. Nam cum bellis, & armis, à puero deditus, esset, egregius Christi miles factus, Palæstinam subiugauit, Latinisque Regibus restituit Cúmque studio visendi sacros Carmeli cultores, subiugatâ Palæstinâ, iuga ascêdisset celeberrimi montis, Heliades illum arma deponere, & vitæ genus Propheticæ, sequi suasère deuoti: quorum votis facilè pius Georgius acquiescens, mente tota sequi Deum, inter Propheticos viros, statuit: Ast cùm deposita, quæ à teneris annis exercuerat, arma, semper amaret,

Constituit (ait Mantuanus) *forti vitam finire duello.*

Itaque cucullo etiam Heliadum amictus, & Abbatis Carmeli obtentâ benedictione, sacro forsan Numine inspiratus, Carmelita factus insignis, per Assyrias vrbes, Christicolas tormenta patientes & in pœnis agentes, animosè animabat ad astra; id quod ab Helia pro Deo verbo, ensque dimicante didicerat.

Natus inimicos fidei Catholicæ debellare (eo die quo Manhemetus vilissimus Christi hostis) pro fide semper viriliter decertauit: Ipsique Diocletiano Imperatori in faciem restitit validissimus, contra sancita de horrida in Christicolas mutatione.

Anno Christi 301.

S. Ambros. P. Damian. serm. de S. Georgio.

Huius inclyti Athletæ (cuius mira constantiâ multi sunt ad fidem adducti, inter quos duo Prætores insignes, Anatolius & Protoleus.) Diuinus Ambrosius, & Petrus Damianus, diuina intonant encomia laudum: inter quæ, tantâ Christi fide claruisse, vt crediderit potius illius clypeo munitum, ferocissimum vicisse draconem, qui eodem Tyrannum non dubitauit euincere, mille pro Christo Iesu tormentorum generibus appetitus: Melitinæ in Armenia Triumphali tandem Martyris inclyti lauro nubila penetrans, sydera calcaturus conscendit, anno, iuxta computa Bergomensis, Christi Iesu 301. sub Marcellino Papa, & Diocletiano Principe. Placuit autem ex Venantio tantum Martyrem parentare:

Philipp. Bergom. lib. 8. supplem. Baron. die 23. April. refert ex M.S. quodam ann. passionis eius fuisse 190. sub Diocletiano. Venantius Fortun. Carmine ex Basilic. Gallias in honorem Mar. erecta.

Carcere, cæde, siti, vinclis, fame, frigore, flammis,
Confessus Christum, duxit ad astra caput.
Qui, virtute potens, Orientis in arce sepultus;
Ecce sub Occiduo cardine præbet opem:

adeò nostris Hispaniæ Regnis fautum, & præcipuè Aragonum nostro, vt optimo iure de tam inclyto Martyris patronatu lætissime gaudeat, & lætetur: fuit enim Georgius nostræ gentis semper zelator, & custos, quod videre habemus inter alia, cùm pugnante D. Petro Sancio Rege Aragonico huius nominis primo, Sanciique Ranimiri gloriosi Martyris, primogenito filio pro Alcoraz retinendo triumpho, contra Albumacenem Sarracenum Cæsaraugustanum Regem, qui grandi militum copia agminatus, Regem Petrum nostrum inuaserat: cúmque sese Rex oppressum videret, nimio, & inæquali inimicorum turbine, fronte Montis, prope Hoscam, Victricem vrbem positi, protecto, & muris templi in vertice eiusdem in D. Georgij Martyris honorem, iam diu, ante Sarracenicam in Hispaniam generalem inuasionem erecti, vt Bricius affirmat, rei euentum felicem in Sarracenos, non tam armis Rex, quàm Sanctorum protectione Ioan. Baptistæ, Indalecij, & Georgij Martyris fide reposuit: & prece, & pretio oblatorum victoriæ, si adquireretur, spoliorum: Sanctôque Georgio denuo specialiter inuocato: cum inter maiora belli discrimina victoria titubaret: ecce pro Catholicis, Martyr inclytus adest, albo insidens equo, albis loricatus armis, enséque protectus, & rubeâ cruce, vtraque corporis parte præcinctus Mauros calcans bicipitíque gladio, eorum dirissima colla dissindens, vsque dum in brachio virtutis Dei, inuictíque Martyris, victoria parta fuit mirabili modo: cuius gratitudine Rex, statim reerigere iussit vetustum & cariosum Martyris Templum, in Superum gloriam, & Georgij decorem, quem meritò ab hinc Rex, & Regnum veluti Patronum eorum coluêre, & debitâ veneratione multis modis semper, & vbique prosequuti sunt. Curtim hæc notatu sufficiant pro Georgio nostro.

Ioan. Bricius Martinez in hist. S. Ioan. à Pinna lib. 4. cap. 9. Vide Fabricium Gauuertum in Chronic. Reg. Beuterum lib. 1. cap. 9. & Hier. Zuritam lib. 1. c. 5. & Bricium lib. 4. cap. 5 & 6.

DE S. LEOCADIA, VIRGINE.

CAP. LV.

Anno Christi 301.

Anno Christi 301.

SANCTA LEOCADIA Virgo, teste Luitprando, & Petro Salazario, V.C. Canonico Toletano, Monacha fuit Carmelita, quam (vt ipse Luitprandus, & Portocarrerus, asserunt) Monachi Carmelitæ ad fidem conuersi, in Hispaniam intulerunt: natiuo restituendam solo; (natione enim Hispana fuit, & Patriâ Carpentana nobilissimo genere ex ciuitate oriunda Toleto) Virginem, è Hierosolymorum terra sancta ad quam, loca redemptionis sacra visendi se contulerat studio, adhuc puerula, cum patribus suis.

Luitpr. lib. 4. Chron. fol. 561. nol. 15. Petr. Salaz. in proœm. Chro. Card. Guadisal. Mendoça. Portoc. lib. de dec. V. & alij.

Hæc igitur sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, in Daciani persecutione, ob fidei, & Virginitatis suæ defensioné Toleti in carcere clausa (nec dubitamus, simul cum multis aliis Virginibus propositi Carmelitici sub illo pædore loci confecta, anno iuxta Bergomensem 301. Spiritum tradidit, Sponso cælesti. Cum prius Heliadum Virginum Velo sacrata, Deo miris modis famulabatur virtutibus in sancta Virginitate, in Monasterio à S. Elpidio, de quo supra ante annos propè trecentos erecto (Salazario asserente, cum Cœnobio in ciuitate Toletana, cui túc Agaliense nomen, etsi postea nomine eodem, cum professione mutato Carmelitica, sancti Cosmæ, & Damiani vocatum sit, vt asserit Portocarrerus.

Bergom. lib. 8. supplem. Ætate 1. ad ann. 49. Salaz. in prol. Chron. Card. Mendoz. Causa in notis ad Dextrum. Portoc. cit. in prolog. vitæ S. Ildef. Vide Tarbonium apud Ildefonsum Vasquez de Sebastiada, in Ildefonso suo lib. 1. c. 1. & Mich. Fernandez in vita S. Leocadiæ. Rivadeneyra in flore SS. die 9. Decembris & alios.

Post illustrissima Virgo, & Martyr Leocadia Carmelitani gloria clara soli, à summa Angelorum Imperatrice è cælis ad Præsulem Toletanum, Ildefonsum, adhuc in viuis agentem, delegata est, Recesuinto in Hispania regnante, cunique pro Superum, superæqua Virginis Reginæ Mariæ Dei Genitricis parte, in Ecclesia Genitricis eiusdem, cognomento *de la Vega* hic Præsulem alloquuta est:

Per te celorum Domine, Christique parentis,
Illæsus viuit Virginitatis honos.

& præsule collaudato, recessit.

Tandem Sarracenis vastantibus Hispaniam, cùm fideles ad loca se tutiora reciperent, secúmque plura sanctorum, pio deuotionis intuitu, exuuia deferrent, corpus Virginis, è Toleto, Ouetum primò, deinde in Hannoniam, quæ Galliæ Belgicæ regio est, translatum est, sed post varios casus, post mille discrimina rerum, rediit in patrium Virgo Leocadia solum, Anno Dominicæ Incarnationis 1587. sub die vigesima septima Aprilis, Regnante, & præsente Prudentissimo Hispaniarum & Catholicissimo Rege Philippo II. summámque Ecclesiæ arcem tenente Sixto V. Pontifice, Opt. Max. Anno autem quo sacra Virgo, & inclyta Martyr passa est, Arcem tenebat Catholicæ sponsæ, sanctus Marcellinus, Romanique Imperij moderabimur habenas Maximianus, à Diocletiano adscitus.

Vide Michaele Fernandum Translationem tam.

EPIGRAMMA
IN VIRGINIS NOSTRÆ SANCTITATEM EXCELSAM.

Totis tota Deo Leocadia viribus hæsit,
Solicito gestans corde, animóque Deum.
Ast illam Deus ipse, Deus (si dicere fas est)
Cælestem in terris efficit esse Deam.
Nam si fama refert; fortes è fortibus ortos,
Quos Deus ediderit, quis neget esse Deos?

PRO S. LEOCADIA, NOTVLA VNA, EX CARO.

Ruderic. Carus in notis ad Dextrum, anno 301. sub S. Leocadia.

IN dubium vocari non debet, ait Carus, *ante D. Augustinũ & eius Eremitarum sanctissimum institutum, quod initium cœpit anno Christi 390. Monachos plures, plurá-que Monasteria in Hispania fuisse, siue ij à Palæstina inuolauissent, siue ad eorum imitationem Hispani viri religionis, ac pietatis amatores ad Heliadum normam se composuissent vt ex priscis Hispaniæ Conciliis perspicuum est, ex quo nihil mirũ, quod Leocadiam Virginem Hispanam, in Hispania inter Carmelitas Virgines Deo sacras adnumerent præfati assertores.*

DE HISYCHIO PALÆSTINO.
CAP. LVI.
Anno Christi 306.

Rod. Carus in annot. ad Luciũ Dextrum ad an. 442. Trithem. de viris ill. Sixtus in BB. Sac.

HIsychius, alter ab Hesychio Presbytero Hierosolymitano, natione Palæstinus: quẽ nec verisimile Rodericus censet eundem fuisse cum altero Hisychio, multorum Monachorum Patre, & S. Hilarionis amicissimo, de quo Trithemius, & Sixtus. Iste ergo Hisychius alter omnino est, qui Fetadio Toletano Pontifici successit, & Dei dono, Metro, & prosá multos præclaros libros scripsit, maximè illum, cui frons: *Paschale opus, siue de mirabilibus Dei*, hexametro Carmine, Iuxta Dextri Chronicon, & Notas Cari: ex Palæstinis Monachis delatus, Episcopus creatus est Toletanus.

LuciusDext. in Chronic. Car. in notis.

Floruerat autem annis ab Orbis reparatione 306 sub S. Marcello huius nominis I. Ecclesiæ Catholicæ Pontifice Summo, & Romano Imperatore Constantino Magno.

Poss. u. tom. 2. sacr. Ap.

Non iste Hesychius est ille de quo Posseuinus ait esse S. Gregorio Papę æqualem.

DE SS. FABRICIO ET PHILIBERTO.
CAP. LVII.
Anno Christi 308.

SANCTI Fabricius, Fabricianus aliis, & Philibertus, natione Hispani Carpetani, Toletani domo, Monachi Heliades, vt seriò affirmat, & tenet Rus-Puerta exterus auctor Fidei fuêre infracti Catholicæ testes, & vexilliferi Christi strenui: eius amore, & honore apud Titulciam vetustum Hispaniæ opidum, vbi nunc Baiona visitur, vt Dexter affirmat, martyriali redimiti lauro victores ad astra volarunt. Datæ salutis à Christo anno 308. sub Imperio Magni Cõstantini, & Dominatione cælesti S. Marcellini. De istis gloriosè agit sub Fabriciani nomine Baronius, ex Codice Manuscripto Toletanæ Eccl

Sic constat ex ep Siti ad Cæsariam antiq. Toletanum sub æra 8.5. vide Viuarium Lucio Dextro. an. 308. Fr. Ruspuert. hist. Eccl. Iaen. sec. 7. c.5. n.4. Baron. in Mar. R. die 22. Aug. Dext. in Chron. ad an. 308.

Hos Carmelitas esse censendos non modo suadet annus trophei, & natalis eorum ex Dextro, sed & auctores allati: Notat enim Rus-Porta compertum esse nondum eo anno S. Augustinum vexillum sacræ Religionis suæ in orbe erexisse, eiúsq; in Hispania nullam haberi mentionem vsque ad annos 400, & vltra; constat enim anno 424. Cœnobium primum Hispaniæ, Toleti erectũ fuisse (forsan est Sisla Cœnobium) vt Dexter datus à Marquez adducit: Et similiter, multos post annos solem occiduum Hispaniæ, imò omnem orbem Ecclesiæ sanctissimum Benedictum suâ illustrissimâ Religiosâ nouâ phalange communiuisse. Cuius primum in Hispania Cœnobium S. Petri de Caradina anno 544. S. Maximus esse erectum assignat; duodecímque Monachos illos cum Abbate suo, quos S. Benedictus ad illud inhabitandum designauit, primos fuisse, qui ex tanto Ordine in Hispaniam appulêre Iulianus Archipresbyter item docet. Ex quo (nec prætereamus ista) Virgines illas Deo sacras de quibus Illiberitanum meminit Concilium, & eas cum Monachis suis, quorum reddit verba Concilium I. Cæsaraugustanum suadetur etiam aptè Heliades esse, vt Rus porta docet egregiè.

Dexter. dat. a Mar. c. 11. de orig. Eremitar. S. Aug.

S. Marc. Maxim. in Chro. ad an. 550. Iulian. in Chro. ad an. 545. Illib. Conc. c. 13. Conc. I. Cæsar. c. 6. & 8.

Interea, nolumus hîc lectori debere grauissimi Patris Francisci Viuarij Cisterciensis Mona-

Rusp. citatus Viuar. Com. Apodictic. ad Chronic. Lucij Dexter.

Anno Christi 308.

chi verba, in commentario suo adducta, ad illa Flauij Lucij Dextri in Chronico suo sub numero 6. vocata, vbi antiquissimus historiographus sic: *Titulcia in Carpetania prope Thermedam ciuitatem, SS. Christi Martyres, & Monachi Philibertus, & Fabritianus qui in confluenti Ferarij fluminis, Tagonique Monasterium Deo O. M. & B. Virgini dedicarunt.* Hæc Flauius ad annũ Christi 308. in Chronico suo. Super quæ Viuarius, Cõmentario I. ad an. 6. sequentia remisit: *Cum Monachorum seu Abbatum audis nomen, ne quæso veniat in mentem, institutio obseruasse Basilij, Augustini, aut Benedicti, qui necdum nati erat, sed illud Monachorum genus, quod à S. Marco sumpsit initiũ, & de quo S. Dionysius Areopagita in Gallia existens scripsit in libro de Ecclesiastica Hierarchia. Vnde habemus* (nota lector) *in Hispania inductum fuisse Monachorum genus antequam S. Antonius Monachos colligere, & instruere cœpisset, vt ex natali eiusdem, & anno Martyrij SS. Monachorum Fabritiani, & Philiberti facilè constat* Ista Viuarius, è quibus compertissimè deducimus omni hos iure aduocandos esse ad Heliades; Cum ex vniuersis Carmelitarum, imò & exterorum constet historiis S. Marcum in Alexandria nullos alios, nisi Monachos Carmelides, quos vocarunt Essenos, (veros Heliæ filios, & imitatores fideles propositi prophetici sui) suscitasse, instruxisse, & auxisse, è quibus Viuarius fatetur factam fuisse in Hispania primam institutionem, & introductionem Monachorum.

Ista sufficiant, probasse SS. Martyres Fabricium, & Philibertum Monachos fuisse Carmelitas, primósque qui *in confluenti Ferarij fluminis Tagonique Monasterium Deo O. M. & B. Virgini dedicarunt*, hoc est, *a las riberas del rio Henares do se junta con el rio Tajo*, *una* prope Regale viridarium vulgo *Aran Iuez*, vbi quondam visebatur erecta Ciuitas Titulcia dicta, nunc extat oppidum Baiona, vt sentit Morales in antiq. Hispaniæ V. Carpetania f. 77. ex Aurelio à Frias.

DE S. AGATHONIO ABBATE.

CAP. LVIII.

Anno Christi 309.

SANCTVS AGATHON ABBAS, Ægyptius, Vir sententiarum varietate celebris, taciturnitatis exemplar; lapidem triennio portauit in ore, ne silentia frangeret: vir fuit sapiens ad intelligendum, omnium virtutum cultor insignis, & inter Syriæ Patres signatissimâ sanctitate conspicuus.

Moriturus, triduo, apertis oculis, in ecstasi mansit, diuino Dei iudicio adstans; quòd, etsi mandata complesset, se timere nimis asseruit, hærens, an opera sua digna apud Deum fuissent amore, vel odio. Tandem virtutum agmine plenus, hilaris Spiritum Christo remisit, Saluatoris hominis anno 309. sub Constantini Magni sceptro, & S. Eusebio Pontifice Orbis, & Vrbis Summo & Maximo & Optimo. Dè eo in vitis Patrum, & Episcopus Equilinus, & alij.

Vitas Patrum. Petr. Equil. lib. 1. c. 39.

Carmelitam damus ex Catalogis Illustrium Carmelitarum vetustis & nouissimis compilatis ab Episcopo Alguerensi, Et Guadalaxara, & Tostato.

Anno Christi 310.

DE S. ROMANO MARTYRE ANTIOCHENO.

CAP. LIX.

Anno Christi 310.

SANCTVS ROMANVS, natione Græcus, Antiochenus patria, ibi nobilibus Parentibus ortus, ibidémque tempore Maximiani, ab Asclepiade Præfecto martyrio decoratus est: nam cum Idolis immolare renuisset, Fanumque ingrederetur, Christianæ Religionis incensus studio, & Præfectum ab impura Idolorum litatione auertere esset aggressus, & Antiochiæ Christianos hortationibus suis in fide solidare contendisset, apprimè voti compos effectus, furore diro Præsidem exussit, quo statim Martyrem iubet torqueri, pectinibus membra dilaniari, cædi plumbatis, contundi maxillis, vsque ad duram, dirámque sanguinis effusionem. Sed dum torqueretur inuincibilis Martyr, constantiùs canens Cantica, & hymnos, Deum prædicans, & Christi Iesu gloriam Crucisque ad sydera tollens, paratâ pyrâ voraci, iubetur in illam immissus amburi; ast cælitùs suaui rore immisso, extincta flamma repentè fuit. Cúmque nil proficere tormento, imò aggere in Martyrem videret Asclepiades, linguam iussit eius abscindi, quam vltrò Romanus scindendam carnifici præbuit sed ò mirum! sine lingua imò toto pugnis ore contuso, clariùs Christum prædicabat: denuóque in vincula iniectus, pede vtroque ad quintum in compedibus foramen distracto, diuturnísque carceris cruciatibus deuictus, ad vltimum subeuli strangulatus rudente, illustrem Martyrij palmam adeptus est, sub Seruatoris anno Iesu trecẽtesimo decimo, cùm gubernacula Regni salutaris clauibus gereret, Eusebius Sanctus, & Romani Imperij duceret habenas Maximinus, cum Constantio in partibus Orientis.

Plures Romani istius agonem scripsêre, de quibus vide Baronium. Referunt fuisse Heliadem Villegas, & Coria cum aliis multis exteris auctoribus: Passúmque fuisse cum isto Romano, puerulum nomine Theodulum, iuxta Isidorum, & Breuiarium Toletanum, sed alij insinuant fuisse Barullam.

Cæs. Baron. annot. ad Mart. Rom. die 18. Dec. Villeg. in flos. 3. in vita S. Coria lib. 7. c. 19. Isido. de vi. ill. Breu. Tolet. in hymn. off.

DE ALTERO ROMANO ANTIOCHENO.

CAP. LX.

Anno Christi 310.

SANCTVS ROMANVS, cognomento Antiochenus, alter à primo: sed is etiam Carmelita, qui abscissa pro fide Christi Domini lingua, eo quod viriliter Christum prædicaret, eleganti loquelâ vocis, imò elegantiori, quàm ante abscissio-

Ex Sangosensi Archivo seculari.

ANNO CHRISTI 310.

nem, verbum Verbi generosè disseminabat.

Tandem pro fidei defensione viriliter decertans, obiit Antiochiæ strangulatus, vel ense diffossus in gutture, anno eodem quo Romanus alter, sub Summo Ecclesiæ Pontifice, & Romano eodem Imperatore.

Huius Sancti Romani Venerabile Corpus, veneratione Catholicâ extat in Ecclesia S. Iacobi, Villæ Sangosæ Regni Nauarræ, cuius festus dies, multâ Sangosensium, qui vt firmissimi sunt Christi fideles, & pietate multâ viri pollentes, vetustâ Religione recolitur.

DE HERONIO SENE.

CAP. LXI.

Anno Christi 319.

Martin Ital. Guadalax.

HERONIVS, Erenius aliis, natione Ægyptius Antonij Magni Discipulus, Nitriota habitator, mirâ post Præceptorem suum humilitate, & virtutum aliarum supellectile diues decorauit Ægyptiaca. Tandem annum superans cétesimum decimum sanctitate venustatus multâ Equilino teste ad astra tetendit, annis ab Orco restricto 319. sub Licinij Consulatu, & Clauibus S. Siluestri Pontificis O. M.

Damus Carmeliden ex Guadalaxara & Martino Italo de viris illustribus.

DE S. EVSEBIA VIRGINE.

CAP. LXII.

Anno Christi 331.

SANCTA EVSEBIA cognomento Hospita natione Itala, patriâ Romana, ex nobilissimo Romanorum sanguine creta: faustu ingenuo, & maximo virtutum procreata exercitamento connubium à Patribus optatum, vt Deo libentiùs in virginitate seruiret, generoso corde contempsit. Duabus ergo sociata puellis, & grandi pecuniarum penu munita, mentito femineo in virilem habitu, tonso capite, naui imposita Alexandriam perrexit Ægypti; in Insulam Compostam adsportata solitudini, trinâ Virginum sodalitate, concessit; vbi assiduâ contemplatione cælestium detentæ Christo famulatæ sunt.

Post alia à viro quodam sene, virtutúmque grandæuo, ex Monastica Heliadum professione repertæ, illius se Asceticæ disciplinæ, æstuantes Deo, vltroneæ tradidêre: in ciuitatem ab eodem Mesensem, ex Prouincia Cariæ in Insula Asiæ minoris, quæ patria fuerat venerando Heliadi, deductæ; Hospita (quæ sic vocabatur Eusebia ex quo habitum femineum pro virili mutarat) cum sociis dum sequuta esset præceptorem, in assignato ibi vicino Monasterio remansit: quo in loco Ecclesiæ, & Cœnobij structuras erexit diti

ANNO CHRISTI 331.

illa gazâ, quam adsportauerat secum. Ibi abhinc in tâ acri vitæ seueritate se tradidit Christo, vt in solo pane & aqua cibata, septem aliquando dies, sine vlla cibi, potúsve sumptione transiret, cæteris Virginibus quæ multæ seruire Deo in S. Virginitate, sub Monastico iugo ad eam confluxerant, quam viderant humilitatis, pietatis, & sufferentiæ clarissimum exemplar, effecta magistra.

Post longa tempora appropinquante sui felicissimi exitus illustri die, grauissimis ægritudinibus afflictata, cùm suas ad perfectionem, virtutumque semitâ exemplo, & verbo lacessisset, lecto assurgens in oratione, & diuinorum contemplatione detenta immaculatum Christo Sponso, & Agno cælesti transmisit spiritum. Eius anima visa est ab Abbate, & Monachis proximioris virorum Heliadum Cœnobij, ad sydera volare in figura speciosissimæ stellatæ coronæ, in cuius medio crux aderat pretiosa refulgens: Sic Hospita miraculis à morte berillauit, Morigia teste. Eius latè vitam, & acta recensent Ordinis Chronicon nouum, & alij plures.

Paul. Morig. lib. 2. c. 13. citans pro te narrata de Eusebia plures.

Anni latent obitus, at credimus certò hac ætate luxisse sub annis plus minúsve 331. & Imperio spiritus S. Siluestri, humanóque sceptro Licinij contra Constantium.

Chron. Ord. in dilucidatio Conz lib. 8. c. 31.

Non est hæc Eusebia illa, de qua Sozomenus, ait hæreticos Macedonianæ fuisse ministram, quæ domum Constantinopoli habebat. Nec illa, de qua Galesinus refert, & Martyrem fuisse: hæ enim non sunt ad classem Carmelidum aduocandæ.

Sozom. hist. Eccl. lib. 9. cap. 2.

Galesin. ex Tabu. Eccl. Bergom.

DE S. IACOBO NISIBITA.

CAP. LXIII.

Anno Christi 332.

SANCTVS IACOBVS, natione Mesopotamius, Patriâ Nisibita ibidemque creatus Episcopus: mira vit florens sanctitate, & inenarrabili sapientiâ, quas expertum est sacrum omne Concilium Nicenum, anno 325. celebratum, vbi inter trecentos decem & octo Patres, in Spiritu sancto congregatos, Iacobus noster, vt lucidissima lampas effulsit. Nec tantùm pro Ecclesia Dei spiritualibus doctrinæ armis dimicasse perhibetur, sed vel etiam ense, quo viriliter Patriam à Sapore Rege defendit, vtramque militis Catholici palmam adeptus.

Floruit autem adhuc anno Christi saluantis, & Saluatoris, 332. sub Summo Ecclesiæ munimine S. Siluestro, & Romano Imperatore Licinio, regnante contra Constantium.

***

DE

Anno Christi 332.

DE DIDYMO ALEXANDRINO.

Cap. LXIV.

Anno Christi 332.

DIDYMVS, natione Alexandrinus, oculorum lumine, à quarto natiuitatis suæ anno orbus: filius fuit vnius è Nitriæ Conuentibus, qui Religiosam Heliæ fuêre sequuti palæstram: diuinarum scripturarum peritiâ pollens. Is neque Magistris traditus, neque prima vnquam (vt verbis vtar Heraclidis Alexandrini) litterarum elementa cognoscens, habebat insitum, bonum, semper incolumem, naturalem Magistrum conscientiam suam. Quam tantâ gratia scientiæ spiritualis ornabat, vt in eo manifestissimè Dauidicum illud adimpleretur: *Dominus illuminat cæcos.*

Heracl. in Parad.

Psal. 145. v. 8.

Palladio teste, & Heraclide vetus, & nouum Testamentum ad verbum commentatus est. Liberalia autem studia, ita subtiliter executus disseruit, vt omnium veterum scientiam, Patrumque peritiam prosiliret. Bergomensis affirmat Geometriâ fuisse excellentissimum. Familiarissimè fuit à Magno Antonio tractatus, cuiusque forsitan discipulus. Tandem, post multa præclaræ sanctitatis, & sapientiæ opera exhibita, octogenario maior, S. Hieronymo cuius fuit Præceptor, & Magister insignis, teste, felicissimæ vitæ terminum clausit, felicius initium, non peritutæ, capiens in astris. Sub Summo Ecclesiæ Catholicæ Dominatore, & Patrum Patre S. Siluestro, & Romano Imperatore Licinio, contra Constantium, Salutis anno 332. Didymum hunc diuersum credimus à Didymo Nitriota, de quo in Vitis Patrum habemus Scorpiones, Cerastes, & alia venenosæ flammæ serpentum genera nudis, illæsum, pedibus conculcasse.

Palladius in Laus. c. 1. Heracl. in Paradi.

Berg. lib. 9. supplem.

S. Hiero. inde scrip. in Did[illegible]

DE S. TIMOTHEO EREMICOLA.

Cap. LXV.

Anno Christo 335.

SANCTVS TIMOTHEVS Ægyptiæ celebris Accola solitudinis, primùm Monachus Thebaidita. Vacare libentius Christo vastissimæ concessit eremo vbi nulli hominum agnitus, annis triginta remansit. Hunc S. Abbas Paphnutius, solis capillis suis inuenit opertum Bubalorum gregem pascens. Ei narrauit, quòd, cum fœmina quondam, vitiléme ntita habitû per annos sexdecim peccata commisisset, cuius tempestatus dolore, egressus è Cœnobio eremum illam peruentasset pœnitentiam acturus, solis palmæ fru-

Vitas Patrum.

Anno Christi 335.

ctibus, & laticis haustu cibatus, vestitúsque capillis ad annos 30. nec panem degustans nec hominem videns.

Tandem post ciuitas plures Dæmonum insidias dolore capitis nimis oppressus quo mirabiliter sanatus est ab splendenti cognito viro, qui ei quondam apparens latus aperuit, & iecore extracto sanum corpus à putredine restituit, vulnúsque curauit Equilino teste, gloriosus ad astra migrauit. Quo tempore, aut modo, soli notum est Deo, sed meritò eum ad Abbatis Paphnutij tempora reuocamus annis supputatis à Christo 335. Sub inclyto Iesu Dominatu in Sancto Siluestro, & virga Imperij Iunioris Constantini.

Equil. lib. c. c. 1[illegible]

Damus Carmelitam ex Catalogo Tostati & alius.

DE S. SINCLETICA VIRGINE.

Cap. LXVI.

Anno Christi 337.

SANCTA SINCLETICA Virgo & apud Ægyptias Virgines nobilis Abbatissa: *auctor fuisse*, ait Luitprandus, *mulierum Virginum professionis Prophetica Parens.* Eius vitam, teste eodem, S. Athanasius scripsit, vt speculum esset quod imitarentur Virgines sacræ.

Luit. fragm. 266.

Vnde ortum duxerit inclyta Virgo, quódque singulare desertum habitarit nusquam nobis & aliis patuit; creditur tamen quod Ægyptiacum. Sed quòd vitæ fuerit probatissimæ, ex multis eius sententiis, & auctoritatibus, quæ passim in vitis SS Patrum habentur, habetur expressum. Equilino testante. Constat etiam ex Paleonydoro, Vincentio, & D. Hieronymo, eam fuisse Abbatissam Monasterij Virginum ab Helena S. Constantini Magni Imperatoris constructi in eo Caluariæ loco vbi Christi sepulchrum ab ipsa repertum est, sordidatum tamen, & desuper Templum Veneris erectum, ex reuelatione duarum Carmelitarum Ordinis sanctimonialium vt ex Societate Historiographo Græco tradit Paleonydorus, cui primam præfecit Virginum Matrem, & Rectricem Mariam: Huic Sinclerice nostra successit in regimine Sacrimonialium eius (queis S. ipsa Helena famulabatur) Sincleticæ Matrona, Matronæ Sara, Saræ aliæ plures.

Equil. lib. [illegible] cap. 48. Paleon. [illegible] Vinc. spec. [illegible] S. Hi[illegible]

Sapientia fuisse mirabili ornatam Sincleticem, constat ex libro De compunctione, quòd habetur lib. de Vitis Patrum parte 2. lib. de continentia part. 2. lib. de patientia, & fortitudine, & aliis, è quibus satis apparet, quantum diuinarum scripturarum peritiâ fuerit insignis, insignique prudentia nobilitata. Adi Coriam nostrum qui fusè dicta Sincletices nostræ adduxit, & collegit.

Coria lib. 8 cap. 3[illegible]

Porrò hanc, vt colligimus è Vincentio, & Paleonydoro floruisse asserimus anno à Christo Salu atore plus minúsve 337.

Anno Christi 338.

ſub Conſtantino Iuniore, Conſtante, & Conſtantio fratribus Imperantibus ſimul à morte Conſtantini Patris, & ſupremo orbis Æquilibrio S. Iulio I.

DE S. PAVLO THEBÆO EREMITA.

Cap. LXVII.

Anno Chriſti 338.

SANCTVS PAVLVS, natione Thebæus, Eremitarum Helianorum ſectator, & Magiſter Propheticique Ordinis verus filius, vt aſſerit Macharius. Iuuenili ſatis ætate vtroque orbatus parente, Decij. & Valeriani perſequutionem declinans, in ſpeluncam ſe contulit eremi, vbi Deus validiſſimè ſibi famulanti, victum palmâ & veſtitum exhibuit.

Mach. ſer. ad Monachos.

Centeſimum iam, ſupra decimum cùm ageret annum, monitu cæleſti à Magno inuiſitur Antonio. Iis ſeſe interuiſentibus, & proprio nomine (cum antea non ſe nouiſſent) ad inuicem ſe ſalutantibus, multáque de Regno Chriſti interloquentibus, integrum, coruus, qui Paulo antea dimidiatum per ſexaginta annos panem attulerat, gratiſſimus obtulit, duplici ſuos ſeruos annonâ Deo reficiente. Cibo ſuſcepto, limpidaque lympha ſolùm ex fonte refecti, Paulus, & Antonius, largitori Deo gratias retulerunt ingentes, inſomnem poſtea ſed totam in oratione noctem currentes. Aduentante diluculo, Paulus de inſtante ſibi morte Antonium commonefaciens, pallium poſtulat ab eo Athanaſij, vt corpus obuolueretur morientis: cœpit iter deferre pallium ocyſſimè Antonius, sed antequam ad Paulum ſuum redeat, eius videt animam inter Angelorum, Prophetarum, & Apoſtolorum Choros, conſcendere cælos (quaſi ſignante Deo Paulum, vt in cælo, ſic in terris inter Heliades Prophetas, & Apoſtolorum Coadiutores, iure eſſe annumerandum.) Cumque ad cellam peruenisset, complicato genu, erectâ ceruice, extenſis manibus, & brachiis ad ſidera elatis, dilecti Pauli corpus exanime inuenit: quod pallio obuoluens Athanaſij, & hymnos ex traditione Catholica incipiens, cùm ligone, quo terram foderet, careret Antonius, ex intima ecce eremo extemplo vidit duos proſilire leones, qui ad cadauer Pauli appropinquantes, tantillum priùs ploratum, medios inter rugitus, edentes, eo quo modo potuêre certatim vnguibus fodientes terram, foueam in ea ſepulchri pararunt, quæ Pauli corpus commodè conderet: & iis ſubitò recedentibus Antonius iniectâ humo, Chriſtiano illud more tumulauit, Deo iubente. Anno Verbi habitu hominis inuenti 338. Tempore S. Iulij I. Pontificis O.M. & Conſtantij Imperatoris, regnantis cum iuniore Conſtantino, & Conſtante Fratribus ſimul à Patre.

* * *

Anno Christi 340.

DE PAVLO cognomento SIMPLICE.

Cap. LXVIII.

Anno Chriſti 340.

SANCTVS PAVLVS SIMPLEX, cognomine dictus, qui ſimplicitate magis ſuá potuit ditare Carmelum, præ multis ſapientibus: Antonij Magni, magnus fuit in Ægypto Diſcipulus. Sexagenarius, in receſſum eremum ſe contulit, vbi ſub tanti Patris ſodalitate Eremiticam vitam, iuxta Heliæ profeſſionem, tantá vitæ auſteritate ſuſcepit, vt facile nouiſſimus ipſe alios anteceſſerit primos. Tantam gratiam orationis ſimplicitate ſuâ adeptus eſt, vt Dæmones è corporibus expelleret, & ſuper ſeniores intelligens, humani cordis abſcondita arcana penetraret: ſuſcitaret mortuos: ſuper aſpides, ſerpentes, & ſcorpiones ambularet, & conculcaret leones, & dracones. Errantes à via legis ad Deum facillimè reduxit, qui miro inter tantorum Patrum ſanctitatem præcelſam, virtutum nitore coruſcabat.

Philip. S. Tiago in Catalogo & Franciſc. a S. Angelo lib. de SS. Ordin. Car. & alij plures.

Floruit ſapientiſſima ſua illuſtris ſimplicitate, Temporibus S. Iulij I. & Conſtantini Iunioris, cum Conſtantio & Conſtante regnantis, fratribus ſimul, anno Dominicæ Natiuitatis 340.

DE S. OR ABBATE.

Cap. LXIX.

Anno Chriſti 346.

SANCTVS OR, natione Palæſtinus, decem millium Abbas Monachorum, cum nonaginta annorum eſſet, quaſi ætatis plenitudinis Chriſti iudicabatur. Scientiâ cælitùs claruit infuſa, donóque ſermonis, cuius virtute, ad ſua vota ter mille viros, pius allexit, & Propheticâ Heliadum diſciplina viuere inſtruxit.

Ex Ordin. veteri lo Clauiaco.

Floruiſſe credimus, annis à Chriſto Ieſu 346. Sub Summo Catholicę vertice Sponſæ, S. Iulio I. & Conſtantino Iuniore, cum fratribus Romæ regnante.

DE S. MACHARIO ALEXANDRINO.

Cap. LXX.

Anno Chriſti 346.

SANCTVS MACHARIVS, cognomento Alexandrinus, natione fuit Scytha, profeſſione Nitrientis Heliana. De eo Græcorum Menologia diſſerunt. Alter item iſte eſt à Machario, cognomine Ægyptio. Vter autem corũ diſcipulus fuerit

S. Hieron. ep. ad Cteſiphôtem 16. Menol. græc. Menſe Ian.

Magni

Anno Christi. 346.

Rufin. hist. Eccl.
Petr. Episc. Equilin. de sanct. lib.

Magni Abbatis Antonij, in tricis remanet res: Rufinus, & Episcopus Equilinus, Macharium credunt Ægyptium: Quod certò tenendum, hoc vnum sentimus: vtrosque Macharios Ægyptium & Alexandrinum (mittimus cæteros) Monasticâ exerc[illegible], vitâ, moribus, & admirabili abstinen[illegible] celeberrimos fuisse. Si Alexandrinu[illegible] ulatu decoretur Antonij, is erit, abs dub[illegible] maxima, vel etiam inter nostrates Celi[illegible] præcipuè Hoscenses, pluribus abhinc annis, veneratione grandi recolitur, in votisque pro Cancri morbo pluries à multis nuncupabatur. In cuius honorem victrices Hoscenses, Eremitorium antiquitùs erexêre, cui vectigalia, & annuos pensus, exhibebant, vel ipsi Illerdenses, Iacenses, & Barbastrenses ciues Successu temporis, (cuius anni singularis memoriam vix inuenimus) Eremitorium S. Macharij, cum suis pensibus annuis, pro Carmelitarum erigendo Cœnobio, ab Hoscensibus pussimis largitú est. Hoc vnum in compertis eduximus: iam Hoscense nostrum Cœnobium (vetusta antiquitate præclarum; sed sanctitate, Religione, & sapientià præcelsius) ante annos mille supra ducentos tredecim, hoc est, anno 1187. primis suæ erectionis liminibus iam potitum esse, ante alterius cuiusuis Religiosi Conuentus in illa ciuitate erectionem, vt antiquissima membrana, in Archiuio eiusdem Cœnobij seruata demonstrabat apertè. Et nos rem alibi fusissimè dedimus dum huius Prouinciæ Aragoniæ, Cœnobiorúmque eius erectiones, & memoranda illustria describeremus.

Hoscen. Conuentus Monachorum Origo.
Ex Archiuo. & antiquissimis mébranis Hoscen. Cœnobij.
Viden. lib. 4. Memorabil. ciu. Hoscen.

Igitur ne res è memoria hominum cadat, ansam adhibés memoratio erectionis præfati Cœnobij, aliam Carmelitarum Monialium hic memorare par est, quę postea (multis abhinc annis) in melius pullulante Carmelo, facta est Religiosissimi scilicet fœminarum Cœnobij Ordinis eiusdem, cui titulus *Incarnatio sacra*, siue S. Michaelis Cœnobium; eo quod, prope Ecclesiam S. Michaëli dicatam ab innumerab li æuo, Cœnobium istud erectum sit. Huius igitur illustrissimi germinis facta est satio, Dominicæ Incarnationis anno 1622. sub Prima Priorissa, & Fundatrice, Sorore Francisca Perez de Bañatos, & Suppriorissa Sorore Anna Maria Morlan, Valentinis, vtrisque, & illustrissimi Conuentus Incarnationis Ciuitatis illius filiabus, decora Religionis præstantiâ venustissimis, vtpote quæ prudétiâ, clarâ indole, & multo virtutum nitore fulgentes, firmâ virtutum segete Cœnobiale morum opificium, altissimè (testibus nobis qui illis pro sacra exomologesi fuimus in initio.) erexêre: Earum prima extitit etiam, prima Sarinensis Cœnobij fundatrix, & Mater: & illo erecto, & multis moribus sanctis, altis fundamentis paratis, hoc etiam erigere adcita est, opitulantibus Patriæ Hoscensis generosis Patribus prece, pretio, fauore & Christiana suâ vetustâ pietate, Venerabili etiam fœmina Anna Santapau Oscensi. Et demum clarâ insignito pietate viro D. Doctore Hieronymo Riber[illegible] Canonico Oscensi, cuius æs, amor, solicitudo, charitas, & industria, vsque ad vltimam perfectionem inceptum opus aduocauit. Porrò, vt ad nostrum redeamus Macharium: si quæ scripserit, nancisci nequiuimus; sed credimus pro eo circumferri Apophthegmata quædam, & morales elocutiones, pro suggestionibus Dæmonum arcendis. Floruerat autem sub S. Iulio I. Pontifice O. M. & Constantino Iuniore, cum Constante, & Constantio fratre, regnantibus simul, à morte Patris: anno Christi Iesu 346.

Cœnobij Incarnationis Monialium Hoscensis erectio. facta anno Domini 1622.

Absit lector, vt credas hunc vel aliquem alium Macharium, de quibus agemus isthinc, illum esse cuius lapsum in Origenismum S. Hieronymus deflet: cuius si aliqua opera extant aut reiicienda, aut circumspectè legenda sunt: sicut & Macharij alterius Theupoleos, seu Antiochiæ Episcopi citati in sexta Synodo Constantinopolitana, & reiecti tamquam Monothelita.

Porrò de origine nostræ Aragonicæ Prouinciæ, cuius caput est Oscense Cœnobium, dicemus infrà ad annos 1258. sub Gerasimo, Ioanne, & Petro sociis.

Anno Christi 347.

DE S. MACHARIO ROMANO,

Cap. LXXI.

Anno Christi 347.

Sanctvs Macharivs Romanus, qui viginti millibus è Paradiso fuit inuentus. Natione fuit Ægyptius, & Ægypti Monachus, siue, vt malunt alij Nitriensis Heliota, vir sanè clarâ sanctimoniæ celsitudine clarus, ad cuius prouoluti pedes ferocissimi leones, nocte quota in cellula dormiebant. Is ditissimum, Crucis signo, Draconem (à quo per deserta ducebatur immunis, vt ab aliis feris) loqui fecit, & in hæc verba prorumpere: *Veni benedicte Domini, tu enim es seruus Domini Altissimi, Machari.*

Vide Herbertum de vita & verb. seniorum.

Floruerat annis à morte deuicta 347. sub S. Iulio I. & Constantio Iuniore, cum Constante, & Constantino regnante.

DE S. CHARITONE.

Cap. LXXII.

Anno Christi 350.

Sanctvs Chariton, natione Iconista, S. Antonij Magni discipulus, teste Morigiâ. Is, multa ab Aureliano Imperatore, pro fide Catholica passus, tam diris verberibus afflictus est, vt viscera apparerent intercutia: inde in tetrum carcerem trusus, à Tacito Imperatore liberatur: cúmque studio loca sacra visendi, Ierosolymam pergeret, à latronibus captus est, & ferreâ catenâ constrictus, in spelunca inclusus, grauiter opprimitur Contigit autem, quod serpentino veneno confecti latrones manerent, quorum pretiosas opes gazámque multam relictam ab illis, Charitō collegit, & insigne Cœnobium, nomine *Laurea*, illarum pretio in Oriente construxit.

Pau. Mor. de Orig. Rel.

ANNO CHRISTI 350.

Ibi, cum multis Monachis Cœnobiticam aliquandiu vitam sanctissimam egit: cumque gentes innumeræ, turmatim vndique famâ viri sanctitatis, adductæ illuc confluerent, turbam tumultuantem declinans, relicto Cœnobio, Præfectum ibi ex discipulis electum sufficiens, ad secessiorem se recepit Eremum; sed cùm ibi etiá, à multis variis languoribus vexatis postularetur, Cœnobium aliud in magis intima construxit Eremo, nominéque item *Laurea* notauit, cui Elpidium præficiens Abbatem, ad desertum Thechora confugit: Ibi, è multis ad fidem conuersis, ab ipso, Cœnobium tertium erexit, quod Græci *Lauream* vocant *veterem*, Soriani verò, *Succam*. Inde in Crematos (inaccessibilis est locus) confugiens, in abditiori spelunca delituit; sed cùm longa corporis maceratione, & veneranda senecta fatigata sese membra in Charitone sopirent, à Discipulis in Lauream primam adductus, suos exhortatus ad sancta, singulisque Cœnobiis suis regulis instructis, gloriosus migrat ad astra. Sub cælesti Clauigero Ecclesiæ Catholicæ S. Iulio, huius nominis I. & Romano Imperatore Iuniore Constantino, cum Constante, & Constantio regnantibus simul.

Damus Carmelitam ex Catalogis his penè omnibus de Sanctis Ordinis Carmelitani.

DE S. IOANNE PROPHETA.

CAP. LXXIII.

Anno Christi 350.

SANCTVS Ioannes Propheta, & Monachus Eremicola, qui per annos quinquaginta in spelunca delituit, assiduâ oratione, & silentio detentus, semper pedibus (mirabile dictu!) stans, nocte, dieque. Liborum cælesti cibo tantùm est alitus, quo genere exercitamenti longa vitæ felicissimæ curricula transegit; dum vsque ab Angelo meruit vlcera curari, & cælitùs elapsâ sapientiâ perfundi.

Floruerat anno à Christo Seruatore, 350. sub eodem Clauigero cælesti, & Romano Imperatore.

Credimus hunc sanè alterum omnino esse, ab eo, de quo loquemur sub anno 382. & ab eo de quo Nicephorus. Vide Heribertum Rosveidium.

Niceph. l. 11. c. 14. Heribertus de vita & verb. seniorum.

DE S. MACHARIO SENIORE.

CAP. LXXIV.

Anno Christi 350.

SANCTVS Macharius, Senior dictus S. Antonij Magni discipulus etiam, cum altero Machario Alexandrino; vtrique miraculis, spiritu prophetico, & in expellendis Dæmonibus clari. Fuit natione Ægyptius, & in Ægypto Monachus professionis Helianæ, Theolebij Antiocheni, & Pachumij Præceptor, qui Tabenenses sanctitate superauit. Tantæ vir fuit abstinentiæ & sanctitatis, vt à nullo, in genere virtutis vllo superari se permiserit. Vir fuit de quo mira multa narrantur.

Vincentius in Speculo refert, duos hosce Macharios martyrio coronatos fuisse, à Lucio quodam Alexandrino Patriarcha, & hæretico Arriano; intereàque, Macharium nostrum mortuum ad vitam reuocasse.

Misit omnibus Religiosis perutilem epistolam, & alias ad alios, quæ sunt videre in Bibliotheca veterum Patrum, libro vnico comprehensæ. Claruit sub eodem Pontifice, & Imperatore Romano anno Christi 350.

Vinc. Bello. in specu. BB. PP. T. 2. editio 2. De aliis Machar. consule Baronium annot. ad Mart. die 2. Ian. & Heri b. li. 5 de vit. & ver. senio. li. 3. c. 19. & not. 49.

ANNO CHRISTI 354.

DE S. ADDA.

CAP. LXXV.

Anno Christi 354.

SANCTVS Addas Mesopotamius natione, successor fuit Dauidis Abbatis: vir quidem ex æquo dilectissimus Deo qui per annos non paucos, in concauo sinu Platani inclusus, vitam mirabilem duxit. Postea cùm à Barbaro quodam esset ense petendus, carnificis brachium mansit immobile, vsque dum, orante Adda, pro illo, facti carnifex pœnitens, cogitatusque mali dolens, defecit ab exequutione.

Floruerat à Christo saluante, anno 354. sub S. Liberio summo orbis capite & Ecclesiæ, & Romano Imperatore Constantino Iuniore, cum duobus fratribus suis.

Recensuimus hunc vsque ante Magnum Antonium, quosdam ex eius discipulis, quod ante illum in astra volarint.

DE HELIA ABBATE ET ALTERO HELIA.

CAP. LXXVI.

Anno Christi 356.

SANCTVS Helias natione Ægyptius, clarus inter Thebaiditas Eremicolas. Is deuotarum Virginum curam grandi in Monasterio gerens, tercentum fœminas collegerat, quarum sanctam regebat vitam, & Monasticum institutum. Biennio peracto, iuuenis adhuc cùm esset annorum triginta, diram, rebellémque carnis subiit tentationem, quam propulsare cùm conaretur iugi biduano, ac triduano ieiunio sensus macerans, per solitudinem errans, Monasterio aufugit. Cui sic peregrinanti tres Angelici alites apparuêre chori, sciscitantes ab eo, cur sic à Deo dilectas

Virgines

ANNO CHRISTI 356.

Virgines reliquisset? quibus respondisse fertur: eò quòd carnis stimulos acres formidaret. Visúsque est sibi mox in somnis ab vno ex eis libidinis sedem amputari, quo facto securus ad Cœnobium cogitur redire, expergefactus à somno omnino præcisam sibi tentationem agnouit. Vnde ad Cœnobium reuersus per annos quadraginta ibi demoratus est sorores erudiens, diutius ab illis, vsque dum morte præuentus felicissima, successit muneri S. Dorotheus, qui, Heraclide teste, in superiori Monasterij cella consenuit. Hęc Equilinus & alij.

Heraclid. in Paradiso. Petrus Equilin. lib. 8. c. 63.

FVIT ITEM alter Abbas Helias, in finibus Antinoë ciuitatis, quæ est Thebaidis metropolis, senex in eremo annorum 110. quorum 70. transegit in eremo, Antonij magni discipulus operi manuum, & orationibus vacans. Is cùm intenderet hospitalitati, ad cúmque fratrum ingens accessisset turba, sibi deficiente pane tristis efficitur, sed speluncam ingrediens ex inopinato recétes tres magnos panes inuenit ex quibus duos assumens, vigintiquinque fratres satiauit, ex illis, tertio superstite diebus 25. ad victum eidem satis adfuit, dante Deo, vt in Vitispatrum habetur. Et refert citatus Episcopus Equilinus.

Porrò, vtrique eisdem temporibus coincidisse manifestum habemus, annis mortis à Christo repulsæ 356. sub Ecclesiasticæ Dominationis vniuersæ Ecclesiæ hæreditario S. Liberio. Et Imperio Constantis, & Constantij Fratrum.

Equil. c. 64. lib. 8.

Damus Heliades viros vtrosq; ex sensu Chronicorum Carmeli communi, à quo Catalogista, Toaliatus, Episcopus Alguerensis, & Guadalaxara mutuarunt vtrosque, vt inter Carmelitas iure optimo viros adnumerarent & adnumeraremus.

DE S. ANTONIO ABBATE MAGNO.

CAP. LXXVII.

Anno Christi 357.

SANCTVS Antonius Abbas Magnus nuncupatus, Carmeli nonus hic Generalis Abbas à Ioanne Baptista censendus accedit, etsi in Carmelo ipse non egerit. Nobilis fuit genere, natione Ægyptius, sed nobilior Catholica pietate, vtpote qui, relictis pro Christo omnibus, subsidium sibi solum; virtutum præposuit, quarum tanto exarsit studio, vt quemcunque aliqua virtutis laude videret excellentem, totis viribus imitari conaretur. Is igitur, cùm priùs, tempore non pauco, sub Prophetica se exercuisset Magni Patris Heliæ disciplina, in qua, teste Baronio, à quodam ex Monachis Eliensis fuerat institutus, Eliotarum habitu indutus, vitam Monasticam professus est, in Monasterio prope Heracleam, teste Omonseno, & Machario: Postea eiusdem instituti Heliotarum aliquantò collabentis, Generalis factus est in Egypto Reformator, vt fatetur S. Athanasius, Hieronymus, Nicephorus Sozomenus, Dionysius Omonsenus, & alij, à Chronico Ordinis vetusto relati.

Baron. to. 3 annal. Eccl. Dionys. Omon. in vita S. Pachomij; Mach. ser. ad Monachos. S. Athan. in vita S. Anto. S. Hieron. in prol. vit. S. Pauli.

Fidissimus fuit in omnibus sectator Magni Patris Heliæ, cuius nomine multa erexit in Egypto Cœnobia Heliotarum cognomento notata. Cumq; in dies cælestę vitæ genus viuere æstuaret, quò libentiùs ipse, & ij, qui Heliæ vitæ propositum sequebantur, Deo vacarent, eos omnes, qui in Ægypto commorabantur, ad pristinam antiquorum Prophetarum Heliæ, & Elisæi perfectionem reduxit: quos per annos viginti regens, mirificè proficere fecit, in Religiosa Prophetarum disciplina. Et mirum est quantus Christianorum numerus, relictis vrbibus, ac domesticis delicijs, sponte ad Eremiticam vitam amplexandam confluxerint; siquidem hæc vinea florigera Carmeli, operante Antonio, extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius: ita vt tota Palæstina, Syria, Asia minor, Pontus, Cappadocia, Armenia, Mesopotamia, & vsque ad Aquilonem Bessæ, & Daci, infinito virorum, ac mulierum Carmelitanæ professionis numero repleti sint: Oriénsque tandem, & Occidens, operantibus alijs, hoc pium viuendi studium, ab Helia primor dialiter, & Elisæo deductum & ab Antonio nostro in Ægypto post S. Marcum, iampridem propagatum, ferax suscepit incrementum admirandum; vt fatur Bordinus.

ANNO CHRISTI 357.

Sozom. li. 1 c. 13. Iusto. Dion. vbi supra. Niceph. li. 8 c. 30. & 4. Chron. lib. x. c. 1. Omons. vbi supra.

Tandem Heliæ propagata ab ipso Antonio, & reformatâ Religione, nouam Eremitarum suorum fecit institutionem, & erexit sub signo *Tav*, T, anno ætatis suæ 55. quæ, tempore labente, multis insignibus discipulis magnâ sanctitate, & sapientiâ florentibus (dignus palmes tantæ vitis) propagata est, ad vsque tempora nostra. Is tantus Pater, etsi litera non didicerit non est cur S. Theologiæ censeatur ignarus, imò adeò sapiens, vt Ægyptij Sacerdotes eum, vt de symbolo fidei Magni Athanasij moneatum daret, cótra Arrianos conuocarent, teste Symphoriano Campegio citando. In diuinis ergo Scripturis adeò fuit exercitatus, vt studio earum deuicerit omnes. Habebat memoriam librorum vice: ita sua & intellectum, pro literis pro lectionis studio, gratiam qua sermone dictauit Ægyptio ad Cœnobia diuersa, teste S. Hieronymo, & Symphoriano, Epistolas plures, è quibus illa extat insignis ad Arsenoitas fratres suos: & ad alia Cœnobia, sex. Trithemius addit scriptos fuisse ab Antonio sermonum lib duos, qui pariter nûc extant in Bibliotheca veterum Patrum, sed miramur tanti Patris, & Doctoris celeberrimi, exactissimique omnigenæ veritatis indagatoris assertum; nam in illis videre est citari, S. Basiliû, Gregorium Nyssenum, Chrysostomum, Nilum, Phocium, & alios, Antonio multo sæculo posteriores. Ab Hæreticorum, & Schismaticorum congressu, & colloquio, sic abhorrebat, ait S. Athanasius, vt ne prope eos accedendum asfereret.

Io. Anto. Bordin. de gestis Pont. & ann. 1130. lib. 5. Sylu. Carth. lib. 8. c. 3. *Religionis S. Antonij Abbatis erectio.*

Sympho. Campegius cit. S. Hieron. in de script. in Antonio. Trithemius Eccle. in Anton. Bib. Patr. nunc nulli reperiuntur forte extarunt aliquando.

Tandem virtutum plenus, & miraculorum gloria clarus, centenario maior obiit in Thebaide Palæstinæ salutis anno à Christo Iesu 357. sub S. Felice II. pro S. Liberio exulante, in summa Catholicæ Ecclesiæ Sede constituto: Imperante cum fratribus, Iuniore Constantino. Linquens inter Ecclesiæ ditissimam Gazam, clarum illustrissimæ suæ Religionis pignus, sanctitate multâ, & sapientiâ non pauca, Christi Ecclesiam ditans & exornans

S. Athan. in vita S. Anton.

Ex Chron. Heremit. colligitur Anto. ann. Christi 2 . . . ætatis eius anno 104. vt asserit Bellarm. lib. 2. de Monac. c. 5.

E ius

ANNO CHRISTI 357.

Eius corpus, teste Symphoriano Camperio, cùm diu latuisset, postea, imperante Magno Imperatore, diuina reuelatione repertum fuit, & ex Thebaide, Alexandriam delatum primò postea in Galliam Allobrogum translatum, prope Viennam, vbi condigno honore nunc vsque requiescit.

Symphor. ep. ad Hectorem Dallum Sed. Apost. Protonot.

DE S. STEPHANO ANACHORETA.

CAP. LXXVIII.

Anno Christi 357.

SANCTVS STEPHANVS Mareotidis deserti prope Marmaricam habitator, exquisiti, & perfectissimi generis disciplinæ ad sexaginta annos, Sozomeno testante, cultor ingenuus. Monachus spectatissimus, & Magno Antonio familiaris: mansuetus, valde patiens; in colloquio adeò fructuosus, & dulcis, vt omnium mœrentium animos, etiam laboribus multis diuexatos ad solatium traduceret: tanti valoris, vt grauissimo morbo petitus, corrupta sui corporis membra, Medicis lætus excidenda præberet. Ab opere manuum vel prædicationis studio vix destitit etiam ægrotus. Adstantes cohortabatur, non dolere de Stephani calamitatibus, sibi vtile credens diuinâ manu in cruciatus quosque acerrimos deuenisse. Tam cælestis semper fuit contemplationis munere delectatus, vt grauissimas corporis pressuras, quibus iugiter opprimebatur, vix ipse sentiret.

Sozo. lib. 6. cap. 29.

Hæc Heraclides, Sozomenus, & Equilinus. Floruit Temporibus Magni Abbatis Antonij Annis 357. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Heraclid. in Paradis. Equilin.

Dant Carmelitam Santiagus, Tonstatus & alij.

DE S. SARMATA MARTYRE.

CAP. LXXIX.

Anno Christi 357.

SANCTVS SARMATA (non sic vocatus, quod Sarmata natione foret, ex his quos Constantinus eiecit, & traiecit ad Christum:) Ægyptiacæ Regionis in Thebaida discipulus fuit S. Antonij Abbatis. A Sarracenis pro Christo peremptus. De eius obitu S. Hieronymus sic fatur citante Baronio: *Sarraceni in Monasterium B. Antonij irruentes Sarmatam interficiunt.* Et idem diuinus Doctor suprà dixerat: *Sarmata Amatus, & Macharius Discipuli Antonij insignes habentur.*

Socrates lib. .c. 14. hist. Eccl. S. Hieron. in Chronico. an. 22. Constantini Imperator. Baron. die .Octob. in ota. D. ad Martyr. Ro.

Floruisse saltem habetur præceptoris sæculo, & anno Christi hominis à Deo 357 Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Damus Helianum ex Tonstati Catalogo de viris illustribus.

DE ALTERO MACHARIO.

CAP. LXXX.

Anno Christi 359.

ANNO CHRISTI 359.

MACHARIVS alter ab Alexandrino Romano, & Seniore, Carmeli etiam montis Monachus. Scripsit Romæ, Gennadio teste aduersus Mathematicos librum, in quo labore Orientalium quæsiuit solalatia scripturarum. Vix inuenire valuimus quo floruisset tempore, (nec mirum, non enim omnia possumus omnes.) S. Hieronymus quem S. Ecclesia Doctorem Maximum appellat, fatetur de se ingenuè, aliqua ignorare circa viros, quod est videre in lib. de viris illustribus, in Hippolyto, de quo tantùm ait esse Episcopum cuiusdam Ecclesiæ. (Ignorato nomine vrbis, quam postea Marianus Victorius, Portuensem asserit fuisse.) Tamen possumus ex multa lectione coniicere floruisse anno Seruatoris Iesu Christi 359. sub Throno Catholico S. Felicis II. Pontificis O. M. & sceptro Valeriani & Gallieni Imperatorum.

Gen. de vir. ill.

S. Hier. in de Viris illust. in Hippolyt.

Marian. Victor. 1.

DE HESYCHIO GRÆCO.

CAP. LXXXI.

Anno Christi 360.

HESYCHIVS, non Hisychius vt alter, neque Hytius, vt ille alius de quo sub anno 420 agemus, natione fuit Græcus, Heliæ Magni Parentis sectator, & in Palæstina multorum Eremorum Anachoretarum Pater, S. Hilarioni arctissimo iunctus necessitudinis nexu, & ad quem moriens Hilarion, testamenti vice, breuem manu propriâ Epistolam exarauit, quémque omnium diuitiarum suarum, quæ hac diti gazâ componebantur; Euangelio, scilicet, Christi, sacceâ tunica, palliolo, & cucullo, hæredem instituit.

Vir fuit Græco elegantissimus axiomate, diuinæque paginæ indagator indefessus: nouam Græcam translationem vtriusque Testamenti publicauit, partim à se, de Septuaginta interpretibus in veteri Testamento correctam: partim verò proprio Marte in nouo, ad vetustam fidem redactam. Scimus esse quosdam qui translationem istam Hesychio Hierosolymitano Presbytero tribuunt, quem Nicephorus sub Iuniore Theodosio floruisse testatur; sed nobis non arridet sententia: cùm S. Hieronymus Hesychianam Editionem istam, omnibus per Alexandriam, & Ægyptum Ecclesiis, suo tempore, scilicet, sub Seniore imperante Theodosio, fuisse scribat visitatam.

Nicephor.

Claruit inter Heliades Palæstinos Hesychius iste, annis Reparatoris filij Dei Christi Iesu. 360 sub S. Felice II. interposito, exulâte

Liberio,

ANNO CHRISTI 361.

Liberio, & Constantino iuniore simul cum fratribus regnante.

Damus Carmelitam ex Ordinis Chronicone vetusto.

DE SS. BARLAAM, ET IOSAPHAT EREMICOLIS.

CAP. LXXXII.

Anno Christi 361.

SANCTI IOSAPHAT, & Barlaam, Abeneri Indorum Regis filius iste, & S. Barlaami discipulus: vtrique sub Heliadum professione Eremitica strenuissimi militauêre, ideò meritò inter Heliades connumerantur ab Historiographis Carmeli, & iure optimo paucis veniunt nostro inserendi Paradiso.

Eorum vtorumque mirabilia facta, & egregia sanctitatis facinora latissime prosequutus est post alios (sunt enim longissima relatu) Heribertus Rosuueidius Iesuita ex S. Ioanne Damasceno: nobis hîc tantummodo nominatos habuisse fuit satis, ne nostro laconismo tantis portentis mirabilibus eorum iniuriam irrogaremus. Floruère celeberrimi vtrique in partibus Ægypti Annis Christi Seruatoris, 361. sub æthereo Clauigero S. Felice, II. Pontifice O. M. & Apostata Iuliano Imperante.

Vide Heribertum Rosvveidiũ de vita, & verbis seniorũ lib. 2.

DE MVCIO, ET ALIO MVCIO.

CAP. LXXXIII.

Anno Christi 361.

MVCIVS Abbas natione Ægyptius, referente Coprete ad S. Hieronymum, ex Gentile, & Principe latronum conuersus ad Christum, eremo concessit, vbi apud Nitriæ Patres multâ sanctitate vitam traducens, multorum fit Monachorum Archimandrita.

S Hieron. in Vitaspatrũ.

Is quendam cùm quondam in extremis positum visitare ægrotum iret, multáque sibi, & sociis via superesset, dum sol iam ad occasum abibat, & altè iamiam caderent de montibus vmbræ: Soli præcepit expectare, modicum, & sistere gradus, qui mox ad vocem stetit Mucij mandantis, vsque dum ad locum sibi præsignatum cum sociis Mucius peruenerat; cúmque iam obiisse Monachum reperiisset, aduocans eum interrogauit, velléne potius ad vitam remeare præsentem, an adeptæ mortis tenebroso somno sopiri? cui respondit: optionem sibi potius esse dissolui, & adesse Christo: quo audito à Mucio iussus est in pace teneri. Is idem ab altero in extremis agente (qui, premente illum conscientia, ad mortis ex pauebat aspectum rogatus, tres annos ad pœnitentiam sibi dimissos illi impetrauit à Deo.

Tandem multis clarus miraculis cùm frequèter ad remotissima loca (verè, & in hoc Heliæ adhuc filius, & Danielis Prophetæ frater vna professione Monastica) in momento diuinitus pro voto fuisset euectus, quieuit in Christo, vt ex S. Hieronymo Petrus refert Equilinus Episcopus.

ANNO CHRISTI 362.

Equilin. l. 5. cap. 43.

FVIT MVCIVS alter ab isto, ferè eisdem coincidens tẽporibus, tãtâ obedientiâ lucens, vt ab Abbate iussus filium, quem è sæculo ad Monachatum secum adduxerat, in fluuium præcipitem dare, quàm citissimè iussa compleuerit. De eo nũtiatum est à superis hac solemni obedientia Abrahæ Patriarchæ meritũ comparasse. Hæc Equilinus ex Heraclide.

Floruit vterque Mucius Annos plus minúsve salutatæ terrenæ generationis 361. sub Apostata Iuliano Imperatore, & Põtificatu Felicis II. interpositi exulãte Liberio Pontifice O. M. quoque.

Vtrosque inter Carmelidas Mucios aduocant Tonstatus, Episcopus, & Guadalaxara.

DE NATHANAELE ANACHORITA.

CAP. LXXXIV.

Anno Christi 362.

NATHANAEL Anachoresis professor nobilis, teste Heraclide, multas Dæmonum superauit insidias. Adeò contra assiduas Diaboli suggestiones vixit inclusus, & sæculo mortuus, vt per annos triginta & septem, cellulæ limen numquam excesserit.

Heraclid. in Paradiso.

Tandem virtutibus brillans, gloriosus ad astra migrauit. Credimus certè iure suo reponendum ætati huic, sub annis Christi Iesu. 362. & Imperio Prædictorum.

Carmelitam damus ex Catalogis Ordinis sæpe deductis.

DE BENIAMINO SENE.

CAP. LXXXV.

Anno Christi 363.

BENIAMINVS ætate multâ prouectus circa Scetin in Monastica Heliæ Magni Dei Prophetæ disciplina, vt cæteri, tempus suum summo splendore contriuit. Solo manus, vel olei tactu per orationẽ absque medicamine alio omni morborum genere curabat afflictos.

Dicitur in aquam intercutem elapsum Hispanicè *hidropesia*, sic corpore intumidũ fuisse, vt per fores domus suæ efferri non potuisset, nisi postes vna cum foribus demolirentur. Inter ægrotandum verò, cùm lecto haud iacere valeret, circiter octo menses in sella latissima sedit: & quamquam alios ægrotos sanaret, neutiquam ægrè tulit, quod se à morbo liberare ipsũ nõ valeret, permittẽte Deo, imò eos qui ipsum visebãt cõsolabatur, & orabat, vt pro anima sua effũderẽt

ANNO CHRISTI 363.

Deo preces nihil de corpore curans Cùm enim, aiebat Beniaminus, rectè valeret caro, nihil me iuuit; & cum iam nunc affligatur, nihil lædit.

Sozom. li. 6. cap. 29. Equilinus li. 11. c. 72.

Floruit sub Valentiniano, & Valente Imperatore, iuxta Sozomenum, & Pontifice Orbis Felice II. Annis Christi 363. De eo Equilinus Episcopus ex Vitaspatrum. Nos virum iure Carmelitis adscribimus ex Chronicorum sensu communi.

DE S. APOLLONIO ÆGYPTIO.

CAP. LXXXVI.

Anno Christi 363.

Ex Herberto Rosvveydo cit.

SANCTVS APOLLONIVS Ægyptius, quingentorum Pater Monachorum, qui suæ ætatis candidæ anno decimoquinto, in vastam Hermopolis S..æ Eremum se contulit: vbi quadraginta annis commoratus, centies die, noctuque totidem, orans, mirabilem vitam peregit. Vno aspero cilicio semper indutus, nunquam tamen inueterato, visus est. Ab Angelis quotidie cibo reficiebatur: & cùm miro cunctarum virtutum candore niteret, felicissimus migrauit ad astra, etsi obitus tempora lateant, floruisse scimus, ad annos Christi 363. sub Felice II. interposito, exulante Liberio, sub quo etiam, & sub Imperatore Romano Valeriano simul cum Galieno regnante.

Herib. Rosvv. de vit & ver. Sanio.

Non iste est Apollonius ille, etiam Carmelita Martyr, qui in medio pyræ iactatus, ignem rore cælitus superauit immisso, & tandem in mare demersus, victor volauit ad astra. Hæc Heribertus.

DE PIONE ABBATE.

CAP. LXXXVII.

Anno Christi 364.

PION, siue vt aliis PIAMON, aliis PIOR, sed malè vtrisque, natione Ægyptius. Magni Abbatis Antonij fidissimus virtutum pedissequa a quo per annos 30. est mirabiliter instructus. Apud Thebaiditas Patres mira sanctitate perclaruit. Pergens in eremum, cùm puteum altè fodisset & amaram ex eo traxisset aquam oratione ad instar Elisæi edulcorauit eam. Is cùm ab adolescentia, vt refert Sozomenus, statuisset vitæ se Monasticæ consecrare, vbi è paterno limine protinus, spopondit Deo, se deinceps neminem vnquam ex suis oculis adspecturum. Post annos quinquaginta, soror eius fratrem aspicere nimio desiderabat affectu, adiit loci Episcopum ad tem, ab illo implorauit auxilia, cuius fœminæ lamentantis commiseratus, ad Monachorum Præsides in eremo degentes Episcopus scripsit, vt Pionem ad se mitterent; qui iussus eò profectus

Sozom li. 6. cap. 29. hist. Eccl.

ANNO CHRISTI 364.

est: (nefas enim Ægypti Monachis erat, & piaculum grande Episcoporum obsistere iussis.) Venit ergo Pion in patriam, & paternæ domus pro foribus adstans occlusis oculis Sororem nomine compellauit dicens: Ego Pion frater tuus age, contuere me quantum lubet: contuita autem fratrem est, qui illico eo facto, ad locum suum repedauit. Hæc Sozomenus & alii.

Socrates lib. 4. Eccl. hist. cap. 8

Socrates autem recenset, inter alia excelsa de viro quod inter ambulandum solebat comedere, & quod cuidam sciscitanti, cur sic faceret, responderit: se in sumendo cibo, non quasi id quo est opus faceret, sed quasi superuacaneum: Et alteri: ne animus, dum comedo, voluptate afficiatur corporea.

Floruit sub Valentiniani, & Valentis sceptro & Clauibus Felicis II. interpositi, exulante Liberio. Annis Christi 364 De eo item Equilinus videndus Ex Ordinis Chronico & Catalogis, Sanctiago, & Tonsitato nostro.

Equilin. lib. 11. c. 39.

DE S. BENONE ABBATE.

CAP. LXXXVIII.

Anno Christi 364.

SANCTVS BENI siue BENON siue BENVS Ægyptius: de quo S. Hieronym. tradit virum fuisse tantæ sanctitatis: & puritatis, vt Angelici Ordinis meritò censeretur homo.

Sozom. lib. 6. c. 18. Eccl. hist.

S. Hieron. in vita Patr. Equilin. lib. 1. c. 73.

Diuina præscientia, & Prophetico spiritu clarum fuisse Sozomenus affirmat. Rexisse Monachorum choros: à nemine visum arsisse irà, iurasse, mentitū esse, temerarium, leue, siue abiectum vnquam protulisse verbum. Tantæ apud Deum fuit auctoritatis, vt immanem bestiam Hippotaurum, sibi proximam regionem deuastantem à regione abscedere fecerit, & Crocodilum similiter flammiuomos veneni, & cædium emittentem halitus fugauerit

Floruit autem, Sozomeno ferente, temporibus Valentiniani & Valentis Imperatorum sub S. Dionysio Papa annis Christi 364. inter Ægyptios Patres.

Carmelitam damus ex Catalogis communibus de Sanctis Ordinis Carmelitarum in opere Tonsitati nostri.

DE MOYSE ÆTHIOPE.

CAP. LXXXIX.

Anno Christi 365.

Hist. tripart.

MOyses Æthiops natione, Sarracenorum Episcopum fuisse Tripartita recenset. Post ab Ægyptiis captus, & seruus effectus, à Domino suo propter scelera eiectus, homicida, & latro fit, sed Sanctorum exemplo Anachoretarum reuocatus ad pœnitudinem vitæ prolapsæ in Scethi Christianus, & Monachus efficitur sub Isidori Abbatis disciplina. In qua adeò pro-

ANNO CHRISTI 365.

Sozo. lib. 6. cap. 29. hist. Eccl.

ficere disposuit, vt dæmonibus fieret formidabilis. Ad Sacerdotij culmen euectus Deo in Eremo septuaginta quinque annis seruiuit. Memorant, ait Sozomenus, nemini tam egregiam à vitiositate ad virtutem mutationem accidisse: quandoquidem, & in disciplina monastica peruenit ad summum: & id à Deo consequutus est, vt presbyter Monachorum in Scethi ætatem degentium fieret: qui cùm talis esset, multos post se optimos reliquit discipulos. Hic autem sex annis in cella reclusus mansit, panem solum, & aquam in modica mensura recipiens: totâ stans nocte apertis orabat oculis euincere tentationes, quibus sexennio euictis charitate ipse deuinctus, nocturno tempore Monachorum cellas circuibat, & aquam à decem, duodecim, & aliquando viginti ad portabat stadiis.

Tandem post multa virtutum dogmata, discipulis octuaginta, data, quieuit in pace in Scethi deserto. Floruit sub Valentiniano, & Valente Imperatore, dum sceptra teneret Ecclesiæ Dei S. Dionysius Papa, è Carmelo desumptus.

Cassian. citatus à Possevin. tom. 2. Sac. ap. Sozo. lib. 2. c. 29. histor. Eccl. Equilin. lib. 3. c. 104.

An iste fuerit Moyses ille de quo Cassianus in Collationibus suis, cum quibus editæ huius, duæ homiliæ, vna de festinatione Monachi, altera de discretione, sub nomine Moysis Eremitæ, vel Abbatis, prorsus addubitamus. At de eo satis notè Sozomenus, Equilinus, & alij.

Carmelitam damus ex communi Chronici antiqui Ordinis asserto, à quo Episcopus Algarensis & Guadalaxara mutuatum accepère Heliadem virum.

DE S. MARTIANO SYRO.

CAP. XC.

Anno Christi 369.

SANCTVS MARTIANVS natione Syrus, Syriæque Monachus, ex Prophetico Heliadum ordine, vt Theodoretus recenset; addens S. Basilium Magnum in vita Monastica fuisse instructum ab illo. Vir fuit sanctitatis, & doctrinæ clarissimæ, vti demonstrant multi, magnique discipuli illius, & multorum dignitas sublimis. Diu floruit inter Syriæ Monachos celeberrimus, multa de diuina Sapientia plures edocens: an tamen aliqua exararit posteritati, auolat à nobis: gloriosum tamen ad astra gentium sermo, sanctitateque multâ, & mirâ, migrasse lucentem liquidò scimus, anno Christi Saluantis vniuersa, 369. sub S. Damaso Pontifice summo, & Gratiano Imperatore Regnante, iuxta computa Claudij Roberti.

Theodor. in hist. SS. PP. in vita S. Martiani.

In sua Claudius Gallus, Chronolog. Pontif. & Imp.

Damus Carmelitam ex Ordinis historia G.

ANNO CHRISTI 369.

DE S. OR SOLITARIO.

CAP. XCI.

Anno Christi 369.

SANCTVS OR, alter à primo, à puerili solitarius ætate, qui cunctis mundialibus expeditus, celer diuinis semper laudibus ibat. Post multam acquisitam sanctimoniæ famam, mirúmque gratiarum agmen sibi compositum, in Thebaide, iuxta Nicephorum Xantopulensem, multorum factus est Monachorum Pater.

Niceph. lib. 11. cap. 34.

Is fuit Or ille, tam felici præditus memoria, vt quidquid auribus, oculisve hauriret, & memoria perciperet, semel imbibitæ semper recentem seruabat scientiæ odorem, firmitérque mente tenebat acceptum.

Florebat tempore Gratiani Imperatoris, sub Damaso S Pontifice summo anno Christi 369.

Alter est ab Abbate, de quo supra peractum est.

Supra anno 346.

DE S. CONSTANTIA PRINCIPISSA.

CAP. XCII.

Anno Christi 370.

SANCTA CONSTANTIA, natione Itala, patriâ Romana, Constantini Imperatoris filia. Hæc, à pueritia leprosa, cùm ad sepulchrum sanctæ Agnetis orasset, repente à lepra, in Christum credens mundata est, sed Virginitatis, & pudicitiæ fidelis amasia, Cœnobium Romæ Monialium Heliadarum erexit, nuptáque Deo, ibi mirâ sanctitate sidus inter sidera refulsit, & Incarnationis Dominicæ anno 370. calcatura sidera volauit ad astra. Sub summo Ecclesiæ Patre S. Damaso, & Romano Imperatore Gratiano.

Ex Ordinis Chronico vetusto.

DE S. EVTROPIO.

CAP. XCIII.

Anno Christi 370.

SANCTVS EVTROPIVS Monachus, & Presbyter, conuersationis religiosissimæ: in diuinis vir scripturis valde eruditus, & in sæculari literatura apprime quidem instructus. Nonnulla opuscula scripsit, & edidit, è quibus in Trithemio nota solum sequentia vidimus. Ad Virgines duas sorores lib. 1. Chronicorum ad vsque tempora viri, lib 1. Sunt qui credant eum Augustini sancti fuisse discipulum, credimus tamen alteram esse ab illo Augustini discipulo Eutropium nostrum: fuit enim ille Syriæ Monachus, sub Magni Heliæ Patris disciplina,

Trithemius.

ANNO CHRISTI 370.

Jo. Pal. lib. 3. cap. 15.

vt Paleonydorus recensor. Claruit annis à Christo Iesu orbis redempti 370. sub Damaso, & Gratiano prædictis.

DE S. APHRAATE MONACHO.

CAP. XCIV.

Anno Christi 370.

Theodor. in hist. quæ vocatur Philotheus, eius vitam scribens, & multa ed idem lib. 4. hist. c. 25. & 24. Possen. to. 1. Sapp.

SANCTVS Aphraates, Monachus Helianus, cuius illustrè meminit Theodoretus, vita vir, & doctrina qua intrepidus hæreticos impugnauit, satis celebratus Factis fuit multis insignibus, ingenuo rutilus splendore Nullis seram posteritatem, quod sciamus, ditauit scriptis. Clarum miraculis, florentemque in Eoi Solis parte Posteurinus exaltat, salutis ad annos 370. sub Damaso ergo Papa, & Imperatore Gratiano.

Carmelitam damus ex Catalogis Carmeli.

DE IOANNE OBEDIENTE.

CAP. XCV.

Anno Christi 370.

IOANNES cognomento Obediens, & Humilis, tantâ fide, & obedientiâ apud Ægyptios Monachos fulsisse perhibetur, vt nihil vnquam sine ratione, vel incassùm senem præcipere posse cogitaret. Iussus immanè euoluere saxum, quod ab ingenti hominum turba haud moueri poterat, euoluere contendebat, nunc ceruice, nunc pectore nitens. Lignum aridum, & putridum ex Senis obedientia defixit humo, & per annum integrum, vt viresceret, irrigabat bis in die, stupentibus consodalibus: lenticulam olei, quæ sola sibi, & aduenantium vsibus erat pernecessaria, ex Abbatis præcepto deorsum fenestram abiecit, nihil nisi præceptum meditans, teste Cassiano, & Equilino. A quibus Patris tempora nondum accepimus. Ioannem tamen credimus, & initia, vel media ætatis quartæ sub anno Christi Redemptoris 370 Imperante sub spiritus Solio S. Damaso Papa, & Romanas Imperij moderante habenas Gratiano Cæsare Augusto.

Io. Cassian. vit. Patr. lib. 4. cap. 7.

Carmelitam damus ex Catalogis suprà vocatis.

DE PIAMMONE, ET IOANNE.

CAP. XCVI.

Anno Christi 371.

PIAMMON & Ioannes vtrique Presbyteri sancti celeberrimis, Sozomeno dicente, præfuere Monasteriis Ægypti, summi vtrique in Sacerdotio reuerentia summa perfungendo & clarissimi fuere. Traditur Piammonem, dum sacra faceret, se Angelum circa sacram mensam adstantem vidisse, scribentémque præsentes Monachos in libro, & delentem absentes, (scimus aliter Equilinum rem prodidisse: videatur.)

ANNO CHRISTI 371.

Sozo. lib. 6. cap. 29. hist. Eccl. Equil. lib. 11. c. 4. de hist. Sanctorum.

DE IOANNE est proditum, referente Sozomeno, quod tantâ vi contra morbos fuerit omnes ditatus, vt multos podagrâ laborantes, & membrorum articulos resolutos habentes, sanarit. (Vtinam nos eius meritis, dante Deo, à tam graui dolore, si gloria Christo sit, dum patimur vexati amare sed animo grato & Christo Domino deuincto, liberemur.)

Floruere itenim in virtutibus, & meritis isti, quasi Sydera Ægypti fulgentissima, datæ salutis homini, ab hominis filio Deo Iesu Christo Seruatori sacro, Annis 371. Sub Orbis Vertice S. Damaso Pontifice O. M. & Imperatore Gratiano.

Carmelitam damus ex Catalogis Episcopi & Tonstats nostri citatis.

DE S. HILARIONE MAGNO ABBATE.

CAP. XCVII.

Anno Christi 372.

SANCTVS Hilarion Abbas Magnus Cyprius, professione Gentilis, Patriâ Thabatensis, ex Palæstina, S. Antonij bimestris à hinc in Alexandria tum cognito, discipulus: ductio, & Canalis, qua Monastica disciplina, ab ipsa, per Antonium Ægypto deducta, Palæstinam aduenit. Alexandriam re studiorum à Patribus Idololatris missus est, vbi statim excellentissimi ingenij sui clarissimum specimen dedit. Relicto sæculo, & lege nationis suæ, in Christiana adnumeratus militia, assiduis virtutibus incumbens mirificè, vel à puerili iuuenta, in omni religiosa pietate proficere cœpit. Nouit autem in Ægypto mira fulgentem sanctitate Antonium Abbatem Magnum commorari, & cum studio augendæ virtutis vreretur, ad eum illico se contulit, cum quo, per duos commoratus menses, assiduâ meditatione, & diuino fabulatu de conuersatione Monastica, vitaque perfectiori sectanda deliberauit: Quam quò perfectius exequeretur, bona familiaria diuisit in egenos, & cùm quindecim tantum esset annorum, in deserta se contulit Ægypti, vbi, debili licet esset naturâ, hirtoso indutus cilicio, quod vix mutauit in vita, mirâ austeritate, vitam nulli penè imitabilem, multis tamen admirabilem duxit. Incredibili abstinentia macerabat corpus, radicibus crudis, & ficubus paucis, post solis sumptis occasum, alitus est per annos plures. Assiduis diuinorum meditationibus detentus, cælesti veluti pabulo Spiritum reficiebat, sæculo inanem: variis à Dæmone insultationibus appetitus, victricem manum Dei laudauit, pariter & decantauit. Paupere caulâ,

ANNO CHRISTI 372.

caticis, & scirpis intextâ, pro domicilio & cella vsus est: munditias in cilicio nunquam quæsiuit. Influentiis cælestibus expositus, imbrem, grandinem, solem, æra, & frigora, volens morem gerere Heliæ Parenti nudo semper capite expectauit: Cumque tam miræ sanctitatis, & miraculorum Hilarionis voce, gentes innumeræ tractæ, ad illum confluerent, vitamque Monasticam æstuarent, factus est Religionis Helianæ (iam ab Antonio in Ægypto instauratæ) in Palæstina, & Cypro, vbi nondum fuerant Monachi noti, mirificus propagator, & multorum Cœnobiorum Essenorum, sed dispersorum in Carmelo Palæstinæ, magnificus reparator, & Pater, quibus totam Gazam, Bethæliam, Pelusium, & Lyhnim, velut alueatibus Dei repleuit. Ast cùm in dies fama viri, vel exteras nationes peruolaret, vndique ad Hilarionem gentes ouanter confluebant, variis afflictationibus homines vexati, quos omnes in pristinam, virtute cælesti, sanitatem, & libertatem asserebat, vt nec breui miracula ab ipso patrata valeant recenseri. Diuini fuit Zelator honoris, fideique firmissimum tutamen: mirâ polluit humilitate.

S. Hiero. ep. ad Paulinum.

Aubertus Colon. Canonic. in translatione Marmoris Græci.

Sed demùm octogesimum peragens annum, post multa Monasteria ædificata, & innumera patrata prodigia, in morbum fatalem incidit, vi cuius oppressus, mortem sibi formidans imminentem, spiritum suum animabat ad exitum, hæsere increpans illum, cùm septuaginta annis famulasset Christo Iesu, qui mortis terrore percuteretur in nouissima hora: quibus in verbis senio suo sacro decorus, spiritum reddidit superis, anno [a] salutis à Christo Iesu 372. sub [b] S. Damaso Pontifice O M. Et Gratiano Romæ imperante. Eius corpus apud Palæstinos summâ veneratione recolitur. Inter Carmelitas censendum omni iure asserit Ordinis perpetua traditio, Paleonydorus, Mantuanus; imò sacra de Ritibus Rota.

Possemus decimum, Hilarionem assignasse nostri Ordinis Generalem Abbatem post Antonium immediatum; sed placuit Eutycio istam concedere sedem, vtpote quem non tantum Cypri, aut Palæstinæ, sed Carmeli inuenimus Generalem Præfectum, immediatè post Antonium, Paleonydorum supremum antiquitatum Carmeli indagatorem sequentes.

[a] Baronius tom. 4. ann. 372. Bordinus in vita S. Damasi Papæ. [b] Iuxta computa Claudij quæ sequimur. Paleonydor. lib 2. c. 5. Mant. de fest. dieb. Rituum Rota concell. facta sub nomine Carmelitæ ann. 1628. & aliis ante hanc multo prioribus a Pontificib. multis. Pal. loc. cit.

DE ZACHARIA MONACHO.

CAP. XCVIII.

Anno Christi 375.

ZACHARIAS Monachus, Siluani Abbatis discipulus arctissimam in Eremo vitam traduxit. In raptus in ecstasi à mane, vsque ad decimam horam, Heraclide, & Equilino testibus, cum ad se rediisset, vidisse se gloriam Dei, & tunc fuisse dimissum affirmauit: tunc ergo pallium pedibus conculcans dixit: neminem posse Monachum fieri, nisi qui sic corde conculcasset vniuersa.

Heraclides [illegible] cap. 79.

Floruit autem, quòd credimus, annis liberati à Tartaro Adami 375. sub S. Damaso Papa & Valentiniano Iuniore Consule.

Damus Helianum ex Guadalaxara & Episcopo nostro sæpe citatis.

ANNO CHRISTI 376.

DE S. ZOZIMA PALÆSTINO.

CAP. XCIX.

Anno Christi 376.

SANCTVS ZOZIMAS natione Palæstinus, & Conuentus ab Hilarione S. in Palæstina fundati, prope Iordanem Helianus Monachus; ibidémque à primis vnguiculis Christo dicatus, & Virgini Matri Mariæ, virtutibus multis insignitus, mirandus celsâ contemplatione semper effulsit. Is est Zozimas ille celeberrimus, qui sanctam Mariam Ægyptiacam inuenit in eremo latentem. Scripsit illius vitam, & floridus candidâ senectâ viguit, salutis anno 376. Sub eodem Summo Pontifice & Imperatore, quibus Hilarion S floruerat, superasque ad auras euaserat. Vide Heribertum Rosveidium de vita & verbis Seniorum.

Ex Chron. Ordinis vetusto.

Heribertus.

DE S. IVLIANO EDESSENO.

CAP. C.

Anno Christi 377.

SANCTVS IVLIANVS natione Mesopotamius, S. Antonij discipulus in Monasterio Edessæ Mesopotamiæ. Tantæ abstinentiæ vir, vt nil vix, præter pellem super ossa haberet in corpore: miraculorum gloriâ illustrissimus; pellebat demones oratione suâ, languidos pristinæ sanitati restituebat: sed id mage mirum, quod innumeri ex vtroque sexu, & regione varia, rarâ viri sanctitate perducti, renunciantes sæculo, sese ad Cœnobia recipiebant, & sub Iuliani discipulatu degentes mirifico sanctitatis progressu fulsère. Super hæc, cùm Iulianus Arrianam hæresim videret inualescentem, Valentémque Imperatorem Arrianum, maximè in Antiochia ciuitate, contra Catholicos desæuire, Nicephoro teste, Monasterium Amidæ, quod situm erat in Gaugalio monte, reliquit, & accessit Antiochiam, quò Christicolas in fide aduersum Arrij flammas solidaret: Desiderij compos vbertim prædicatione sua, & miraculis factus, multas Christo gentes partas exhibuit, & Ecclesiam illam Antiochenam, iam iâ ad interitú ruentem, propter nimiam Christianorum oppressionem, dirámque Tyrannorum Tyrannidem, in pristinam fidei soliditatem asseruit. Senili demum sanctitate venerabundus, ad

Ex Catalogo SS. Car.

Niceph. li. 1. cap. 25.

ANNO CHRISTI 378.

Vvaldebertus Pruinenſi. Chronico ſuo. Ioann. An. Bordin. in vitis PP. Claudius Rob. in ſua Gallia Chriſtiana.

ſuperos laborum præmia peruolat percepturus in aſtra; quo anno, vix reperire valuit euigilatio noſtra.

Scripſit Iulianus aduerſus Arrij dogma nefandum, libros duos. Waldeberto Pruinenſi dicente, & feliciſſimè floruerat tempore Valentiniani Iunioris Romani ſceptrum Imperij tenentis, ſub S. Damaſo Papa, Chriſti annis 377. iuxta Bordinum, & Robertum.

DE S. EPIPHANIO EPISCOPO.

Cap. CI.

Anno Chriſti 378.

Sanctvs Epiphanivs natione Palæſtinus Patria Eleutheropolites, Eremita quondam, & Monachus Carmeli, poſtea ſolitudinum Ægypti habitator, vt Sixtus affirmat, inter Heliades à Paleonydoro, Thoma Ieſu, & aliis meritò connumeratus eſt: S. Hilarionis Magni fuit diſcipulus in Palæſtina, & Ægypto: & diuerſarum vrbium Cypri Epiſcopus, maximè Salaminæ, quæ Conſtantia vrbs in Cypro dicta eſt.

Sixt. lib. 4. BB. Paleon. lib. 3. c. 15. antiq. Tho. lib. 1. c. 15. antiq. f. 128.

Vir erat eruditione clariſſimus, quique ob linguarum peritiam albo lapillo à Hieronymo notatus eſt. Sanctitate, & miraculis fuit clarus Hæreticorúmque acerrimus Antagoniſta, contra quos opus edidit *Panarion* inſigne, hoc eſt Medicam arculam appellatum, contra hæreſes omnes, quæ tunc capitales ad octoginta numerabantur. Scripſit etiam ad intelligentiam multarum dictionum, & Characterum, quæ vel in ſcripturis, vel in antiquis Interpretum editionibus habentur, vtiliſſimum opus, vbi de ponderibus, & menſuris in diuinis litteris vſurpatis dilucidè peragit: de diuinæ Script. partibus: Item de eiuſdem Interpretibus, déque Accētibus, Notis & Characteribus, quæ paſſim in veteribus S. Scrip. indagatoribus reperiuntur. Scripſit itē de lapidibus librū vnū de his maximè quorum meminit Scriptura diuina: è quo, Cappadociæ Epiſcopus Aretas, in Commentariis ſuper Apocalypſim, & S. Hieronymus ſuper caput Iſaiæ 53. teſtimonia multa deducunt. Edidit etiam de vita, & morte Prophetarum omnium, breuem hiſtoriam, à Nathan Propheta, vſque ad Ioannem Baptiſtam lib. 1. vtiliſſimum ad intelligentiam multorum, quæ ſeſe in libris Propheticis offerunt. In Euangelium S. Lucæ libellum vnum, cui Titulus *Pauimentum*: in eo confutat omnia eiuſdem Euangelij loca, à Marcione adulterata: ſimúlque edocet regulas, quarum auxilio in voluminibus ſacris ſinceræ, Orthodoxæque Scripturæ, ab adulteratis ab Hæreticis, diuerſificatæ deprehendantur, & redarguantur: quod quidem *pauimentum*, primo Panarij ſui libro hæreſi 42. inſeruit: cuique fecit Anacephaleotin, ſiue ſummam. Bellarminus addit ſcripſiſſe librum cui Titulus *Anchoratus*, & ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum epiſtolam, quam in Latinum tranſtulit S. Hieronymus. Dicitur etiam ſcripſiſſe S. Patris Hilationis Magni vitam, ſed ea ſanè non extat ab illo. Notet autem Lector, quod ad finem Epiſtolæ ad Ioannem Hieroſolymitanum, videtur aliquod additum ab Iconoclaſtis, de qua te videndus Bellarminus.

Bellar. in de ſcript.

ANNO CHRISTI 380.

Bellar. lib. 2. Controuerſiarum de Sanctis c. 9.

Floruit autem ſub Valente, Gratiano & Theodoſio Auguſtis: & vt S. Hieronymus aſſerit ſuperſtitit anno XIV. Theodoſij, qui fuit Chriſti ſaluantis omnia 378. ſub Damaſo Eccleſiæ Catholicæ Principe.

Non iſte eſt Epiphanius ille, cognomento Scholaſticus, natione, & linguâ Græcus, ille enim alter à noſtrate eſt. Neque Epiphanius ille Tarraconenſis Epiſcopus, de quo Marcus Maximus: Et Charus Ticinenſem facit Epiſcopum; Hi enim non fuēre Carmelitæ.

Marc. Max. ad an. 524. in Chronic. Carus in notis ad eū.

DE S. EVTYCIO ABBATE CARMELI GRÆCO.

Cap. CII.

Anno Chriſti 380.

Sanctvs Evtycivs natione Græcus, decimus Carmeli Abbas teſte Paleonydoro, Antonij Magni ſucceſſor: mirâ vir ſapientiâ, & ſpiritu inſignis: Hic Miletium, poſtea Epiſc. Antiochenum, ad fidem Chriſti, & Carmelum addaxit. Fuit Eutycius feliciſſimus filiis ſpiritus ſui: inter alios ſuo tempore ad Ordinem Carmeli adſcitos hiſtorici cenſent, Magnum Baſilium, cum duobus Fratribus Petro, & Gregorio, Gregorium etiam Nazianzenum, Eubolum, Amphilochium, Chryſoſtomum, & Cyrillum, qui poſtea fuit Præſul Hieroſolymitanus, & Eutycij ſucceſſor in Generali Carmeli præfectura.

Paleon. li. 2. cap 5.

Coria lib. 9. c. 1. & alij.

Fuit electus Eutycius, vt cenſent hiſtorici, anno Chriſti 380 ſub Summo Orbis vertice Damaſo, & Magni Theodoſij Imperio: vocant illum ad Carmelitas optimo iure Molanus, & Carthagena, inter exteros teſtes (vt omittamus hic multos ex noſtris) & aliis.

Molan. in Vſuar. Mar. die 17. Octobr. Carthag. lib. 17. obſerv. 1. ho. de laud. Car. 2.

DE S. BASILIO MAGNO CÆSARIENSI.

Cap. CIII.

Anno Chriſti 380.

Sanctvs Basilivs verè re, & nomine Magnus, natione Cappadox patriâ Helenopontinus, Parentibus Baſilio, & Æmilia, genere, & ſanguinis antiquitate nobiliſſimis prognatus, Cognomento Cæſarienſis dictus. Vir fuit adeò doctus, atque ſanctiſſimus, tantæque inter Græcos auctoritatis, vt eius doctrinæ, vel ſcriptis nullus vnquam quantumlibet ſciolus inficias dare, tentare ſit auſus. Trithemio teſte, multa præclara opera edidit, pauca tamen ex his ad manus noſtras adducta ſunt; aſt accipito ſequentia. De Spiritu ſancto lib. 1. Contra Eunomium lib. 1. In Hexameron lib 9. Monachorum inſtituta lib. 1.

Suidas in collectaneis. Trith. in de vir. ill.

duplici

ANNO CHRISTI 380.

Nota de Regula Basilij.

duplici sub forma: (Vna Dialogi, & hanc eius confratres *in Monte Didymi*, in cuius Monasterio ab Eusebio Cæsariensi Episcopo constructo cum aliis Carmelitis vitam egit, vsquedum Eusebio defuncto Cæsariensis Episcopus Basilius ordinatus fuit, assumpserunt & profundissimum sapientiæ, & sanctitatis pelagus, S. Basilium eligentes, de Ordine S. Basilij vocati sunt, duobus tunc tantùm, tribúsve Cœnobiis eiusdem nomine, & Regulâ connotatis, qui se ab Heliadum Ordine segregarunt. Alia permodum communis admonitionis, quam Ioannes XLIV. suo imbibit & inseruit libro, & tradidit Carmelitis, qui sub ea vixêre, quoad vsque compendiosiorem aliam ab Alberto, anno salutari vniuerso Orbi 1171. receperunt, teste Paleonydoro.) De opificio sex dierum lib. 1. homilias plures. In Isaiam grande volumen Sermonum diuersorum lib. 1. Exhortatorium Monachorum lib. 1. De institutione puerorum lib. 1. De fide lib. 1. De Sermone oculto, lib. 1. In plures Psalmos lib. 1. De laudibus Eremi, ad Virginem lapsam lib. 1. alterum à primo cui titulus: ***Admonitio spiritualis.*** Aliam ad iuniores, de amissa, & recuperata imagine Dei. Varias epistolas. Aliarum homiliarum lib. 2. Alios insuper tractatus, sermones, & Epistolas ad diuersos: & plura, quæ quatuor tomis clauduntur, composuisse constat: quo nemo, Nazianzeno teste, veriùs vberiúsve Sacræ paginæ libros explicuit.

Vna Dialogi, & hanc. Tho. à Iesu, lib. 1. c. 11. f. 117.

Paleon. lib. 1 cap. 5.

Demum sanctitate conspicuus multâ BASILIVS Monachus, Archiepiscopus, & Ecclesiæ Doctor (cui meritò MAGNI in Orbe nomen cælum indidit: quem Pater æternus Apostoli sui gloriâ coronauit: Defensorem suum constituit Filius: tanquam sibi Templum dicauit Spiritus sanctus: cui, in carne extra carnem vt Angelo Dei agenti Maria Virgo, & Dei Mater librum dedit, ei præcipiês Mundi genesim in Idololatras scribere: cuius oratione Chirographum à iuuene tradito Dæmoni, Dæmon ipse restituit: quique Valentem oppressit Imperatorem: cuius precibus S. Mercurius Iulianum item interfecit Imperatorem: cuius in Arrianos, & Hæreticos alios calamus, fulmen fuit è Cælis elapsum: quique iam collabentem tunc fidem erexit: super quem ignea, vt super Christi Apostolos, lingua è cælo immissa descendit: Qui Legislator & omnis Religiosæ vitæ restitutor accommodus factus est: è cuius Regula ante omnes Ecclesiæ Regulas alias approbata à Summo Vertice Ecclesiæ, cæteri Religiosi status Patriarchæ tanquam à fonte sacra multa dogmata biberunt: cuius sub vexillo Religioso Summi Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Imperatores, Reges, Principes, Sacri Doctores, & scriptores, necnon innumeri sapientiâ & sanctitate clarissimi viri militarunt & in defensionem semper Ecclesiæ strenuissimè contra Hæreticos, Idololatras & omnis eius generis hostes decertantes, viriles semper stetêre pro fide, pro Christo: qui tandem spiritu & dogmate suo multos Confessores fidei defensores acerrimos peperit Deo, populauitque sydera Martyribus, Doctoribus, Prædicatoribus, Confessoribus, & Virginibus sanctis numero tanto, vt numerum & nomina Sanctorum quos peperit Ordo Basilij Patris, sola diuina Dei scientia cognoscat, & numerare eos possit, qui vniuersa cæli sydera digito suo tangere queat.

Claruit ergo S. Basilius, sub Valentiniano, & Valente anno Redempti hominis 380. Obiit verò, iuxta S. Hieronymum sub Imperatore Gratiano, cùm, Valente defuncto, solus ille regnabat, ante electionem Theodosij, annis Christi 394. vt constat apertè ex actis Concilij Constantinopolitani tempore Theodosij Imp. celebrati, vbi dicitur huic adfuisse Synodo Helladium Basilij Magni successorem S. Gregorius Nyssenus S. Basilij Frater asserit obiisse mensibus nouem ante celebrationem Antiocheni Concilij à morte Valentis celebrati: Bergomensis obiisse anno Christi 372. In tanta temporum varietate sub Imperatore illum Valente & S. Damaso Pontifice O. M. nostrum adscribimus Basilium anno 380.

S. Hieron. in de Scriptor.

S. Gregor. ep. ad Olympiu Monach. de mor. S. Macrinæ.

Videndus Philaster. gius.

Nihil est quod inficiêre, Basilium nos inter nostros adscripsisse Carmelitas: si enim quæ S. Amphilochius, & habet Ecclesia perpenderis, luce clarius videbis iure nos optimo inter Heliades adnumerare sapientia hoc Pelagus immensum, & acerrimum hæreticorum Antagonistam Basilium. Primum asserunt fuisse in primis qui duriorem illorum veterum Monachorum ritum, ad meliorem formam, magisque Religioni accommodam redegit: Cùm priùs se in Monasterio Heliotarum tredecim annos, vnà cum Gregorio Nazianzeno, exercuisset. Deinde constat nullum in orbe regulare institutum præter Helianum fuisse ante Basilium: propter quod nos cum Paleonydoro inter nostrates adnumeramus, his ducti, & multis aliis rationibus quæ habere poteris ex Suario, Thoma Iesu, & aliis. Vide, si iuuat, quæ diximus 1. p. Magnal. de Regulis Carmelitarum, & nunc dictis supersedere delectet, ne repetitionibus fastidia cumulemus.

Amphil. in vita S. Greg. in hist. Trip. Paleon. lib. 3 cap. 15.

Franciscus Suar tom. 4. de Relig. li. 2 cap. 2.

Thom. à Iesu Par. 2. de tit. & aliis præf. Reg. dub. 5.

S. Greg. Nazianz.

Consultò omisimus innumera Patrum elogia hic pro Basilio congerere, de quibus videndi inter plures S. Gregorius Nazianzenus, & illius Germanus frater, S. Gregorius Emissenus. Obseruationes de operibus Basilij, vide apud Bellarminum, & de Basilio multa in Baronio. Eius operum catalogum Officina, Nutij Antuerpiæ, 1568. & ea omnia quæ ad scripta huius S. Patris attinent habes exactissimè data in Possenino.

S. Gregor. Emissen.

Rob. Bel. in de script. in Basil. f. 71.

Baron. multis in locis suorum Annalium.

Posseu. to. 1. Sacr. ap. à f. 187. vsque 207. Impression. Venetę, an. 1603. per Societatem Venetam.

Vide appendicem 532. & appen. 2. ad 1. tom. 5. ap. fol. 19. Vatic. BB. li. in S. Græc.

PRO S. BASILIO.

NOTA VNA.

COmpertum est, ante Basilium in Orientis partibus Monasticam iam fuisse professionem erectam, nam de Monachis Alexandrinis meminêre cum Eusebio plures, & asserit Philo, fuisse Monachos Christianos, sensitque idem S. Hieronymus, appellans habitacula illorum, Monasteria: sequutus est Epiphanius, dixitque Cassianus, Ægyptios Monachos à S. Marco fuisse institutos, quam sententiam latè eruditéque Baronius obfirmat. Quæ autem esset viuendi ratio veterum Monachorum apertè patet ex Chronicis nostris, tum quoad essentialia Religiosorum virorum vincula, tum quoad finem vitæ contemplatiuæ, quoad habitationem

Euseb. lib. 2. cap. 16.

Phil. lib. de vit. contemp.

S. Hieron. in de script. in Marco & Philone.

Epiph. hæres. 29.

Cassian. li. 2. de instit. capit. 1.

Baron. to. 1. an 64. ferè per totum.

illi accommodam, & à communi hominum commercio seiunctam sub habitu, & Monachali professione. Quod vitæ genus certum est ante Basilium (imò à principio Ordinis Ecclesiastici ab Helia, & Eliseo Religionis primis instituentibus professionem) obseruatum esse, licet variis, iuxta varios temporum decursus, modis; formalis tamen nunquam cessante, sub tribus nexibus votorum emissorum. Constat autem (vt ea dicamus nunc, quæ pro Basilio tantum accommoda videntur) vtrumque genus vitæ ante Basilium extitisse: nam de solitaria est Paulus exemplar, qui per annos centum illam incoluit: de Cœnobitica, est Antonius, de quo asserit Athanasius, plura condidisse Monasteria, in quibus plures discipulos aggregauit, & Monasticam vitam colere edocuit, & ante illa tempora Dionysius noster ex Monacho factus est Papa, vt referunt Damasus, & Platina, asserunt que Baronius vocari Monachum, quia solitariam vitam egerit aliquando. Cassianus existimat Monasticam professionem paulò à tempore Apostolorum incepisse, & vsque ad Paulum, & Antonium perdurasse continuam, & ex Cœnobiis ortos esse Anachoretas: & studio perfectionis (inferens non aliis rationibus inanibus, quas heretici fingunt) hoc vitæ genus ortum fuisse, vt refert Athanasius de Antonio. Præcesserat solitaria vita in loco parum ab oppidis remotis, vt constat de sene illo, quem Antonius imitatus est: incepit in Paulo (loquimur semper iuxta tempora gratiæ) propter quod eum S. Hieron. Principem vocat Eremitarum: nam certum est ante illum, alios similes fuisse Eremitas, licet historiæ aliquantulò sileant narrationem. Et quod vita Cœnobitica etiam præcesserit Antonium indicat verbis apertis Athanasius S. & à tempore Antonij maiora incrementa suscepisse; ita vt Baronius affirmet, meritò posse Antonium magnum Monachorum Patriarcham appellari: post quem sequuti sunt Machara, Ioan. Climacus, Hilarion, Pachumius, & alij. Igitur non multo post Antonium ferè annis 40. successit Basilius noster, priorum Monachorum æmulatus vestigia, vt ipsemet refert, quorum viuendi, vt diximus, rationem, ad formam meliorem, magisque Religioni congruentem redegit, vt de ipso cantat Ecclesia, quod retulit latius Gregorius Nazianzenus.

Igitur ex dictis liquidè constat nihil esse, cur eorum sententia improbetur, qui Basilium (quem Monachorum Orientis Principem plures appellant) inter Carmelitas accensent; siquidem ipse ante institutionem Ordinis sui, per annos 14. saltem, inter veros Carmelitas, Carmeliticum institutum, quod iam, vt visum est, ante Basilium extabat, professus est. Etsi postea vocatis è Carmelo fratribus, [illegible] in Monte Didymi eis Monasterium constituerit, & duplici sub forma institutum Monasticum componens, Regulam per modum Dialogi ediderit, ita vt eum vt Patronũ eligentes de Ordine S. Basilij vocati postea fuerit, diuersam ex tunc à Carmelitis Religionem constituentes Basilianam à Carmelitis verè ortam: sub qua immeritò Miranda asserit Chrysostomum, Ephrem, Hieronymum, & alios esse censendos, cùm ipsi sese Heliades profiteantur, vti se Basilius professus est. Nunc ad hæc, dicta sufficiant.

Vide testimonium ipsius S. Basilij pro Monasteria suo in Carmelo, in S. Cyrillo Constantinopolitano. Sub anno 1220.

Athanas. in vita Anton.

Damasus & Platina de vitis Pontif. Baron. to. 2. an. 261. Cassian. col. 18. c. 5. & 6.

Vide Herib. de vita & ver. Sanct. ... S. Hieron. ep. 22. ad Eustochium.

S. Ath. in vita Antonij. S. Hieron. ep. 7. ad Lætam. Baron. to. 3. ann. 328. Vide Palladium in hist. Lausiaca c. 7. 9. 52. & 96. & Hieron. ... Eust. ... Ba... ... S. Basil. ... ...

Vide Theale ... regula ... 5.

Nota initium institutionis Basilianum.

Lud. Mir. ... to. n. Man. Pixel.

DE S. EPHRÆM SIVE EPHRAIMO SYRO.

CAP. CIV.

Anno Christi 380.

SANCTVS EPHRAM, siue vt Græcorum Menologium nominat *Ephraim*, quod *frugifer*, vel *accrescens* interpretatur, cuius cælitus elapsa sapientia, S. Basilium rapuit in admirationem, vt ipse testatur: natione fuit Syrus, Edessenus patria, siue vt placuit Sozomeno, Nisibita. Constantino Magno Imperatore, Catholicis parentibus ortus est, & ad vsque Valentis tempora vixit. Infantem agens, ex eius ore prodibat vitis, vt vidêre parentes, quæ late per varias diffusa partes, ramósque ad extremum terræ protendens, terram totam implere fructibus videbatur, quibus alites alerentur: futurum fore id patribus innuens, vberrimam omnium, vt nomen ipse ferebat, filium adepturum cognitionem scientiarum, & virtutum. Rei veritatem felicissimus in viro exitus comprobauit, siquidem admirabilis illius Iuliani Episcopi factus alumnus, eruditionis discipulus, & sanctitatis hæres, Heliæ cucullo Eremique culturâ, vt ipse testatur, decoratus est, in Antiochia.

A Basilio Magno, à quo Græcis repentè litteris est imbutus, Edessenæ Diaconus decoratur Ecclesiæ. Ex quo tantâ enituit humilitate, vt nunquam (dignissimus aliàs habitus à cunctis hominibus) ad Sacerdotij gradum euehi voluerit; imò, vt refert Sozomenus, cùm intellexisset ad Episcopalem electionem esse assumendum, tátisper furorem simulauit, donec alius esset electus. Visus est aliquando (vt Sanctorum Patrum referunt acta,) de manu Angeli librum, aureis litteris scriptum, recepisse, moxque die sequenti tantam declamandi gratiam ostendisse, vt nullus sibi similis, suo tempore reperiretur. Grandi sanctitate fundatus, Syro sermone exarauit multa, e quibus, S. Hieronymo teste, aliqua, & non pauca, publicè, tanquam sacra in Ecclesia Christi, post sacræ Scripturæ lectionem legebantur, tanti inter Græcos sunt habita, quę omnia, tribus adeò grandibus tomis digesta, ad manus frequenter doctissimorum habentur, nec vnquam è memoria temporum excisura creduntur, fauentibus superis. Ideò, ne longam tantorum operum & titulorum hic harmoniam componamus, omittere statuimus. Consulat autem lector post impressionem Coloniæ factam, anno 1547. nouam eorundem à Gerardo Bossio Belga, qui scripta omnia S. Patris summâ solicitudine perquisita, & ex præcipuis Italiæ Bibliothecis collecta, latinitati donata, reddidit nostro tempore Syrum Theologum Ephraim Latinè loquentem, comprimis à se facta impressione, anno 1580. & copiosiore deinde, anno 1593. Romæ. Extat iunior alia Coloniæ facta anno 1603. Ast non grauabimur huc adducere, quæ

Græc. Menolog. S. Basil. hom. Hexam. 2. Sozom. lib. 3. cap. 15. hist. Eccl.

Serm. asceti-co.

Vide Heribertum Rosweid. de vita & verb. Seniorum Sozom. lib. 3 hist. Eccl. cap. 15. S. Hieron. in de scriptorib.

ANNO CHRISTI 380.

Sozom. li. 3. c. 15. hist. Eccles. S. Hieron. Lip. to. 1. SS. Gennad. de Vir. illustr. S. Hieron. de Scriptor. S. Chrysost. ser. de Pseudoprophetis & falsis Doctoribus Pallad. in Lausiaca de S. Ephrem.

retulerat Sozomenus, scilicet scripsisse Ephraim nostrum, Tricies centenas (mirabile dictu! myriadas Carminum, habérique ad manus multorum discipulorum eius. Huius viri clara sanctitas, & eruditio, vt sanctus Hieronymus scribit, (quæ non tantum Syriis, atque Mesopotamiis, penès quos vixerat Sanctus Ephrem fuit conspicua, sed illorum fines egressa, longè lateq; diffusa:) tùm Græcis, tùm Latinis optimè notæ sunt, tantique habitæ & ad tantam nominis claritudinem adductæ, vt variis encomiis à Patribus multis celebrari meruerint. Habuit de eo egregium S. Gregorius Nyssenus encomium, quod recitat Lippomanus Veronensis Episcopus.

Constat S. Ephrem reliquisse post se Discipulos plures, doctrinæ, & sanctitatis suæ fideles alumnos omnes, (præter Paulinum, quem Gennadius, Primatus amore, lapsum scripsit in hæresim.) Tandem moriturus post tot Sanctitatis, & Sapientiæ opera, quot vix numeraueris, scripsit, S. Hieronymo teste, egregium commentarium, quod dicitur *Testamentum Ephrem*, vbi inter alia Vitalianos monet cauẽdos Hæreticos. Monachus Anachoriticus demum inter Heliades iure censendus, felicissimus Edessæ obiit, anno à Virgineo partu 380. sub S. Damaso Pontifice O. M. Theodosio Magno imperante.

Præclara Patris encõmia vide apud S. Hieronymum, S. Chrysostomum, Palladium, Theodoritum, Sozomenum, Tripartitam, Græc. Menol. Nicephorum, & alios tom. 1. operum S. Patris Ephrem. De operibus S. Patris videndus Posseuinus.

ANNO CHRISTI 380.

Theodorit. lib. 2. c. 30. & lib. 4. c. 29. Sozom. li. 3. c. 15. per totum. Trip. 3. lib. 5. c. 45. & li. 8. c. 6. Menol. 5. Kal. Febr. Nicephor. li. 9. c. 14. Posseu. to. 1. sac. ap. a f. 439. vsque 442.

DE S. EPHRAIMO SYRO, EPIGRAMMA.

Corporis effigies si sit venerabilis Ephrem:
Eius at in libris mentis imago micat.
Illa quidem præstans: sed eo præstantior hæc est
Quo depicta fuit nobiliore manu.
Est veneranda Syri facies mirabilis Ephrem,
Ast animi effigiem scripta diserta docent.

DE S. EVAGRIO EPISCOPO ANTIOCHENO.

CAP. CV.

Anno Christi 380.

Gen. de viris illustr. Pal. li. 3. c. 15

EVAGRIVS Monachus, natione Græcus, Gennadio teste, S. Macharij Ægyptij discipulus, quem meritò Paleonydorus inter Carmelitas adnumerat Episcopus fuit Antiochenus, omnigenâ sapiẽtiæ, & sanctitatis claritudine fulgens: Græco, & Latino sermone peritissimus. In Episcopatu semper prioris vitæ seruauit austeritatem: Tantæ fuit abstinentiæ, vt miraculo haberetur.

Hic primus, SS. Patrum vitas mandauit scriptis, suique ingenij plura alia egregia opuscula dedit, è quibus ad nostram tamen paucissima peruenère notitiam: Dat autem Trithemius, ad Anachoretas valde vtilis doctrinæ librum I. Vitam Antonij magni Abbatis Latinitate donatam, lib. I. Ad Cœnobitas lib I. De octo vitiis principalibus lib. I. Exhortatorij ad Virginem, lib. I. De vita SS. Patrum lib. I. Alia etiam plurima scripsit & de Græco in Latinum transtulit, nobis autem ista tantummodo nota venère.

Trith. in de Script. Eccl.

Claruit sub Principe Magno Theodosio, & S. Damaso Papa, ab Orbe Redempto anno 380. Videndus Heribertus Rosueidus.

Heriber. Prolego. 4. & [illegible] 45. li. 2. de vitis SS. Pa.

DE HERACLIDE.

CAP. CVI.

Anno Christi 380.

Heribertus Ros.

HERACLIDES Monachus vir moribus sanctus, & diuinarum scripturarum insignis eruditione, natione fuit Ponticus, Sanctorum Patrum Anachoretarum, & Monachorum diligentissimus inquisitor, & fidissimus imitator, qui velut apis argumentosa, de singulorum conuersatione virtutum flores, in alueo pectoris cõferens sui, mel dedit spiritus dulcedinem sapidè sapientem. Scripsit inter alia ad ædificationem legentium insigne volumen de vita & conuersatione sanctorum Patrum in Eremo, Cœnobiisve degentium, sub Heliæ Magni Patris vetusta professione: huic titulus: *Paradisus*, lib. I.

Claruit Temporibus Gratiani, & Damasi Papæ, Christi anno 380.
Vide de eo Heribertum Rosveidum.

* * *

ANNO CHRISTI 380.

DE AMPHILOCHIO EPISCOPO.

CAP. CVII.

Anno Christi 380.

AMPHILOCHIVS natione Græcus, Carmeli Monachus, & postea Episcopus Iconij quem S. Hieronymus sacrâ, & prophanâ doctrinâ parem facit S. Basilio, & Gregorio Nazianzeno, cùm de his tribus asserit, non facile esse iudicare, quid in illis maioris sit dignum admirationis, vel eruditio sæculi, vel scripturarum peritia.

S. Hier. ep. ad Magnum.

A S. Eutycio Græco Carmeli Generali Abbate, Coriâ teste, in Carmelitarum sodalitium adscitus est, in ipso Carmelo, vbi miram illico sanctitatis laudem promeritus est. Eruditione fuit adeò excellens, vt per multorum ora veniat decantandus. Scripsit, Bellarmino teste, & ante illum S. Hieronymo, de Spiritu Sancto lib. 1. Homiliarum plurium, (teste Theodorito, à quo citantur in Dialogis suis assiduè,) lib. I. An autem nunc extent huiusmodi libri, habemus in dubiis. Extat autem Amphilochij nomine vita S. Basilij Magni, sed credimus supposititiam, ducti rationibus multis, de quibus videndus Bellarminus. Extat etiam in Bibliotheca veterum Patrum, de occursu Domini nostri Iesu Christi, & de Deipara, & Simeone, Oratio elegans. Si quæ alia scripserit dubitamus.

D. Iac. Coria Dilucidar.

S. Hieron. in de script. Bellar. de scr. in Amphilochio. Theodor.

Bellarm. in de script. in Amphil. In Bibl. per Marg. in de la Vigne to. 2. Auctuarij edit. Paris. sub an. 1610. Bellarm. citatus.

Floruerat iuxta eundem Bellarminum anno Dominicæ Incarnationis 380. sub Gratiano, & Damaso.

DE S. IOANNE PROPHETA ET EREMITA.

CAP. CVIII.

Anno Christi 382.

SANCTVS Ioannes Eremita, natione Ægyptius, Vir sanctitatis tantæ, vt vi virtutis, & exempli sui populos plures ad Propheticam Heliæ Magni vitam profitendam adduxerit. Is, S. Hieronymo teste, ab anno suæ ætatis quadragesimo, vsque ad nonagesimum in vna Thebaidæ spelunca reclusus, assiduâque oratione, & ieiunio semper pedibus (dictu mirabile) stans, etiam insomnis occupatus, altissimum gratiæ donum in Christo meruit obtinere. Prophetico etiam donatus est spiritu, quo Theodosio Imperatori, cum victoriam à Maximino Tyranno (alij Eugenio) obtenturum prædixit.

S. Hieron. in vita Patr.

Tandem, iuxta Bergomensem, centenario maior, flexis triduo genibus orans, à nemine visus, spiritum ad supera misit. Credimus eundem esse cum Ioanne illo, de quo Nicephorus ait mirabili donatum fuisse gratiâ curationis.

Philip. Berg. lib. 9. Suppl. Niceph. Xanthopulensis li. 11. c. 34.

Floruit autem sub S. Damaso Papa, & Theodosio Magno Principe, annis Christi saluantis 382. iuxta computa Claudij.

ANNO CHRISTI 382.

Claud. in Gallia Christiana in Chronolo- [illegible] & [illegible].

DE SANCTIS AMATA, ET THORA VIRGINIBVS.

CAP. CIX.

Anno Christi 382.

AMATA Virgo, annorum octuaginta, venerabilis anus, Abbatissa sancta in quodã Thebaidis Monasterio Virginum sexaginta, quę virtutum exemplis Amatæ, maximè ieiunij, & puritatis in Thebaide pulchritudine stellabant cælicâ.

Ex Equilino Ep. lib. 11. c. 55.

Inter has celsiori veluti sanctitatis formâ & pulchriori radiorum virtutum spectro scintillabat altera Virgo nomine Thora, trigenaria circiter ætate, pulchra facie, & decora nimis, sed puritate, & fide formosior, paupertatisque Christi tam viuida dilectrix, vt nunquam nouâ tunicâ, melote, aut calceamentis nouis voluerit vti. Omnibus Sororibus Dominica luce Cœnobium egredientibus, & ad Ecclesiam pergentibus, illa sola domi cũ Abbatissa manebat, nunquámque Cœnobij limen annis quadraginta prosiliuit. Huic Christi Martyr inclytus Colonatus apparens quondam, eam in sua Ecclesia ad prandendum secum Dominicâ proximâ futurâ die inuitauit: ad Ecclesiam ergo S. Martyris accessit Thora, & cibo accepto, oratione facta, remeauit ad limina propria: visáque à filiabus, se citò è viuis abituram prænuntiauit, & post duos dies nullâ corporis ægritudine laborans, sese, vt si sepelienda foret, componens, immaculatum Christo Spiritum remisit.

Hæc Equilinus, qui migrationis annos, vti adsolet, celat, at credimus has Deo sacratas Virgines effloruisse hac sanè ætate ad illius tempora extrema, annis itaque illas Christi reputare iuuat 382. plus minúsve, sub S. Damaso Pontifice O. M. & sceptro Theodosij Magni.

Damus Carmelitas ex historia Ordinis & historicorum sensu communi nostrorum. Videndus S. Tiagus noster in Catalogo aucto.

DE S. SERAPIONE ARSENOITA.

CAP. CX.

Anno Christi 382.

SANCTVS SERAPION cognomento Arsenoita, multorum cœnobiorum Heliadum Abbas, & mira vir sanctitate præfulgens. Plura scripsit, sed tantùm extat sententiarum liber 1. è

quo

ANNO CHRISTI 382.

Aluarus Pelagius libello 6. numeris varijs. Niceph. lib. 11. cap. 34. Cassiod. lib 8. cap. 1.

quo plures sententias Aluarus Pelagius refert. Nescimus quo tempore floruerit, sed credimus ad annos Christi Iesu 382. Sub Theodosio Principe, & Damaso Papa. Videndus Nicephorus, & Cassiodorus: & de duobus Serapionibus liber noster de vitis SS. Carmelitarum, in vita S. Serapionis 30. Octobris.

DE S. MARIA ABRAHAMITA.

CAP. CXI.

Anno Christi 383.

Ex Catalog. SS. Car.

SANCTA MARIA Abrahami Eremitæ, & Abbatis sanctissimi neptis, quæ cum pudicitiam suam in sæculo labefactasset, probri pertæsa secessit in vastam Eremum, vbi mira austeritate vitæ reatum impudicum expians, à nefando iuuene decepta, iterum ad sæculum rediit, & recidiua se dedit impudicitiis. At tandem, diuino numine agente denuo peccatum illachrymans, repetit eremum relictam, vbi mira sanctitate refulgens, grandiori pœnitentiâ piacula lauans, post multa mira patrata, moritur in Christo.

Floruit annis 383. à Christo Iesu, sub S. Damaso Papa, & Theodosio Magno. Vide Heribertum, de vita, & verbis seniorum, & sanctum Ephræm Syrum in vita Abrahami, & Mariæ neptis eius.

Heribertus. S. Ephræm. tom. 3.

FACTI NARRATIO.

Incerti.

Abrahami Neptis iuueni dum credit amanti,
Desertum linquit, luxuriæque vacat.
Post pertæsa probri repetit, quam liquit Eremum,
Et moritur claro lumine cincta caput.

DE S. ZOZIMA PHOENICE.

CAP. CXII.

Anno Christi 383.

Ex catalog. SS. Car.

SANCTVS ZOZIMAS Phœnix natione, Cœnobita Propheticus, & illustri sanctitate decorus, sapientiâ etiam candidatus insigni, spiritu Prophetico clarus, & maximâ conspicuus pœnitentiâ: Is leones ferocioresque feras suâ virtute calcabat, vt referunt S. Basilius, & Heribertus.

S. Basilius Magn. Heribertus cit.

Floruerat annis à Christo Iesu 383. sub Sancto Damaso Papa, & Magno Theodosio Imperatore.

ANNO CHRISTI 386.

DE S. APOLLONIO ABBATE ET MARTYRE.

CAP. CXIII.

Anno Christi 386.

Nicepho. l. 9 cap. 34. Iuct. Eccle.

SANCTVS APOLLONIVS, alter ab Ægyptio, & à Martyre: de eo Nicephorus asserit, quòd cùm puerilibus annis Propheticæ in desertis disciplinæ se subiugasset, quadragesimo suæ ætatis anno, optimè iam Anachoretico instructus exercitamento, diuinâ reuelatione cogente, è desertis, ad populos, & Ciuitates, velut Christi fulmen splendidissimæ sapientiæ emissus, multa, verbo, & opere Christum annuncians, ad Christum corda turmatim adduxerit. Si quæ autem posteris meditanda præstiterit scriptis, auolarunt à nobis: scimus verò in Thebaide, paupere casulâ structâ, assiduâ oratione, & meditatione diuinâ profecisse adeò, vt quidquid orans postularet à Deo, gratus semper exemplò perciperet.

Floruerat annis 386. sub Pontificatu Siricij, & Imperio Magni Theodosij.

Ex Catalogo Carmelitarum sanctitate illustrium.

DE S. GREGORIO NYSSENO.

CAP. CXIV.

Anno Christi 386.

SANCTVS GREGORIVS cognomēto Nyssenus, nō Emissenus, vt perperam alij S. Basilij frater, fidei, conuersationis, integritatis, sapientiæ, dignissimus. In montis S. Didymi Conuentu Heliadum, Pastor fuit vigilantissimus. In diuinis scripturis admodum studiosus, & eruditus. Addictior suapte naturâ fuerat Rhetoricorum studiis, à quibus per epistolam Sanctus eum Gregorius Nazianzenus reuocauit & sacros inscruit perscrutari characteres. Nyssæ Episcopus effectus, sic contra Arianos agere cœpit, vt, ob fidei Catholicæ defensionem, actus fuerit in acerrimū exilium. Post Valentis Imperatoris Arriani obitū ab Antiochena Synodo; ad reparādas Oriētis Ecclesias iam collapsas, destinatus accedit: aliâ insuper honorificentissima legatione est functus cùm à sacro Oecumenico Constantinopolitano Concilio, sub Theodosio habito, ad visitandas Arabiæ missus est Ecclesias.

Contra lib. 9. c. p. 2.

S. Greg. Naz. Ep. 43.

De eo meminit S. Basil. ep. 10. & Gregorius ad Olympiam Cat. Monachū de vita S. Macrinæ Sororis. Ipse tradatur ep. ad Flauianum. Basilio. In nouo co. Hier. ... pag. 350. & ...

Tantus denique fuit, vt inter præcipuos Catholicæ fidei Mæcenates, adnumerari, & Imperiali sanctione laudari mereretur. Cōstat itidem, aliqui cum Synodo adfuisse Constantinopolitanæ, anno sexto Imperatoris Theodosij, qui fuit Christi 394. habitæ, vt apparet ex actis eius apud Theodorum Balsamam. Nicetas sufficit tenet

Nicet. In Chol. 19. ad orat. Greg. Naz. in funere S. Basil.

aliquando

ANNO CHRISTI 386.

Niceph. lib. 11. cap. 19. S. Gregor. Nyss. lib. de laudib. virg. S. Gregor. Naz. ep. 95. ad Gregor. Nyssenum.

aliquando Gregorium connubio vinctum, id quod Nicephorus testatur, & ipse Gregorius innuit) vxore vocatâ Theosebiâ insigni fœminâ sanctitate, vt testatur S. Gregorius Nazianzenus: quibus libenter nos assentimur, id addentes: quòd vitâ functâ Theosebiâ, Gregorius Carmeli cucullo amictus fuerit: vbi tanta excelluit illico sanctitate: virtutum omnium, & litterarum tanto splendore refulsit, vt fratris prouocatus studio, præter alia multa, sequentia Græco idiomate opuscula scripserit, nimirum, De professione Christiana Epistolam I. In Dominicam orationē, lib. 1. Super Matthæum lib. 1. De S. Stephano Protomartyre. In sextum Psalmum de octaua, Orationes de Paschate, de Ascensione Christi, de S. Trinitate. De differentia essentiæ Hypostaseos. de Fide, in illud Apostoli: *Tum etiam filius subiicietur ei*. Orationes alias de dormientibus. De infantibus præmaturâ morte abreptis. Quinque alias de diuersis. Vitam S. Ephrem Syri, quæ circumfertur in initio operum eiusdem sanctissimi Diaconi. In illud Matthæi, *quamdiu vni ex his minimis meis fecistis*. Disputationem de anima, & resurrectione. De opere sex dierum. De Trinitate. De S. Baptismate lib. 1. In laudem D. Basilij, fratris orationem. In laudes quadraginta Martyrum, Orationes duas. In funere Pulcheriæ I. Aliam funebrem de Placilla. De laudibus Theodori Martyris I. Aliam in funere Magni Meletij, Antiochiæ Episcopi. De imagine, & conditione hominis lib. I. De vita Mosis lib. I. Contra Eunomium lib. II. Complures in Cantica conciones. Alias in Ecclesiasten. Serm. ad sororem Macrinam. Sermonem de anima. In Philosophiam libros VIII. multáque alia commentatus est.

Matth. c. 25.

Clatuit Basilio fratre iunior sub S. Siricio Papa, & Principe Theodosio Magno annis reparatæ salutis à Christo 386. Quo obierit anno vix liquet, excessisse autem annum salutis 394. Balsomisa citatus tradit apertè.

Theod. Balso. sup. cit. loco.

De hoc celeberrimo Patre mira fantur Sanct. Hieronymus, Nicephorus, Volaterranus, & passim cuncti Annalium Ecclesiasticorum scriptores. Videndus cum his Bellarminus, qui catalogum operum refert Nysseni, & obseruationes non temnendas pertractat acutè. Videndus etiam de actis, & scriptis eius diligentissimus Posseuinus.

S. Hieron. in Catalog. Niceph. lib. 11. c. 19. Volater. anthropol. l. 16 Bellar. in de scrip. Posseui. to. 1. ap. sac. à f. 584. vsque 591.

DE S. CYRILLO HIEROSOLYMITANO PATRIARCHA.

CAP. CXV.

Anno Christi 386.

SANCTVS CYRILLVS natione Græcus Hierosolymitanus patriâ domo, inter veteres Ecclesiæ Patres Sanctos illos verè Catholicæ, & Apostolicæ doctrinæ assertores, ac propugnatores clarissimus antistes, compluribusque columnis æqualis Ecclesiæ. Vndecimus adnumeratus est Græcorum Carmelitarum Generalis Abbas in Carmelo. Is est qui plures excelsâ viros virtute pollentes Carmeleo, monitis suis, iugo submisit, inter quos insignem hæreticorū olorem Ioan. Hierosolymitanum eius in Sede successorem XLIV.

Vide Nicep. lib. 9. cap. 14 histo. & Io. Grodezium in vita S. Cyrill. ante Catecheses.

Iste Cyrillus est qui ob fidei, & Ecclesiæ tutelam multiiugo à Sede, & patriâ exilio, sub Constantio Imperatore depulsus, restitutúsque tandem grauissimis laboribus appetitus est: S. Hieronymo familiarissimâ fuit necessitudine deuinctissimus: hæreticorum, & vitiorum omnium acerrimus antagonista.

Prophetico spiritu pollens, & mirâ sapientiâ candidatus, plura scripsit, Bellarmino teste. Extant illuminatorum Catecheses 18. in adolescentia compositæ, nunc iam latinitati donatæ à Ioanne Grodezio Glogouiensi Decano. Extant item, dicente Sixto, Mystagogici sermones quinque, in quibus de Baptismo, Chrismate, Eucharistiâ, & in illud Iacobi *Itaque abiicientes omnem immunditiam*, &c. luculentissimè tractat. Item epistolam ad Constantium Imperatorem de apparitione crucis in cælo, ex lumine Hierosolymis apparente, cuius non meminit S. Hieronymus, at non est cur improbetur: Aliā, Coriâ teste, ad S. Augustinum Ecclesiæ Doctorem de vita, morte, & miraculis S. Hieronymi, sed hanc certè suppositiam credimus, quia tēpora pugnant. Extat item oratio de occursu D. N. Iesu Christi, & de Simeone Christi in Templo susceptore, quam habes Tomo 2 Auctuarij Bibliothecæ veterum Patrum, interprete Laurentio Sifano.

Propheticeo. Grodezius in vita S. Bell. in descript. Six. Sen. BB. sac. lib. 4.

Iacobi 1. 21

S. Hieron. in de scrip. Coria. lib. 9. cap. 10.

BB. in impres. Paris. 1610.

Credimus hunc eundem esse Cyrillum de quo refert Surius, & Molanus, & Baronius, cum Metaphraste, scripsisse vitam S. Euthymij, & S. Sabbæ Abbatis. Vuastelius addit scripsisse vitam Theodosij, & Ioann. Silentiarij Cœnobiarcharum, & S. Cyriaci Anachoretæ, nisi sit fortè Alexandrinus Cyrillus.

Obiit tandem in Carmelo felicissimâ decorus sanctitate ac venerandâ candidatus canitie anno Christi Iesu 386. Sub summo Sponsæ vertice Damaso, & Imperio Theodosij Magni. Sixtus ponit eum anno 380. Bellarminus 365. sed est Chalcographi error, nos computa firmiora sectamur. Vide Grodezium, & Zachariam Lipeloum.

Sur. tom. 5. Moia. 4. Kal. Feb. Meta. de vit. SS. Baron. annot. ad Martyr. & in Annal. VvasteLeap. 49. apol. Bel. cit.

Grodez. cit. Zach. in epi. Sur. in vita S. Cyr.

DE THEREMONE SCYTHICO.

CAP. CXVI.

Anno Christi 386

THEREMON Abbas, Scythicus Eremicola, vir sanctitate notissimus, de quo Heraclides, & Equilinus referunt quòd vel temporis annosâ canitie, vel iugi orationis detentione sic dorsa curuarat, vt cùm summissis ad terram manibus velut infans trahi necesse foret. Plenus meritis abiecessit à viuis centenario maior, Annis, quod creditur, salutis à Christo 386. sub S. Siricij

Heraclides in Paradiso. Equilin. lib. 11. cap. 57.

S de

ANNO CHRISTI 386.

Sede orbis summa,& sceptro Theodosij Magni Imperatoris.

Alterum credimus hunc Cheremonem, siue Theremonem, vt aliis, ab illo Ægyptio, de quo ex vitis Patrum Santiagus noster narrat in tanta vitæ seueritate floruisse, vt magis esset admirabilis, quàm imitabilis.

S. Tiago in Catalogo.

Dant Carmelitam vnanimi voce Catalogi Carmelitarum multi.

DE S. MACRINA ABBATISSA.

CAP. CXVII.

Anno Christi 386.

SANCTA MACRINA S. Basilij soror, Conuentus Virginum Heliadum montis Didymi Abbatissa, sanctitate mirâ refulsit, admirabilique sapientiâ, & à teneris annis tantâ studiorum vigilantiâ, vt vix è manibus exciderent libri: nec ab ore Psalmorum verba.

Inter præclara suæ monumenta doctrinæ, liber extat statutorum ad suas Moniales, spiritum tantæ Matris redolens, teste Heriberto, & Chronico Ord. vetusto & Hier Gratian. Florebat felicissima & miraculis clara anno Christi Seruatoris 386. sub Pontifice S Siricio, & Principe Romanorum Theodosio Magno. Scripsit præclara eius gesta S. Gregorius Nyssenus, eius frater, qui eam vocat Magistram, séque illius discipulum profitetur: & ab ipsa addita quæque Christianæ Theologiæ peruia accepisse non dedignatur affirmare.

Herib de vita & verb. Senio. Gratian. tract. de Vero spiritu Chron. li. 8. Nyss. ep. ad Olympium. In libro de anima.

Damus Carmelitam ex Ordinis Chronico Generali.

DE S. PALEMONE ABBATE.

CAP. CXVIII.

Anno Christi 387.

SANCTVS PALEMON Abbas, natione Græcus, S. Pachumij præceptor insignis: mirâ vir abstinentiâ clarus, vt refert Omonsenus. Is, in Thebaide, in Insula Tabena, vitam cum Pachumio aliquando mirabilem duxit: & fuit vnus ex his, qui Congregationem Heliadam Tabenensium, erexêre sub admiranda Regula, quam Angelo dictante, suis præscripsére Monachis Pachumius & Palemon iste. Senio demum, duráque corporis maceratione grauatus, miraculis decorus, & spiritu Prophetico plenus, felix occubuit in Deo.

Dionysius Omon in vita S. Pachumij.

Floruerat annis Christi Saluatoris 387. sub S. Siricio Papa, & Theodosio Magno Principe iuxta Bordini, & Roberti computa veriora.

ANNO CHRISTI 387.

DE ACHILLE BIZANTIO.

CAP. CXIX.

Anno Christi 387.

ACHILLES BIZANTIVS, de quo Philippus S. Tiago, fallacissimis Dæmonum telis profligandis, fortissimum prædicat fuisse: & floruisse Christi anno 387. sub Siricio Papa, & Theodosio Magno.

Santiagus Catalog. tit. de SS. qui in Ecclesia primitiua floruerunt.

DE S. ANVBIO ORATORE.

CAP. CXX.

Anno Christi 387.

SANCTVS ANVBIVS natione Ponticus. Vir orationis gratiâ mirabilis, qui cùm Monasticam vitam, teste Nicephoro à despectis mundialibus, gloriosè peregisset, Angelum Dei meruit Præceptorem habere: cuius cælestem disciplinam ebibitus, admirabilem vitæ conscendit perfectionem.

Floruerat in Thebaide sub S. Pontifice Siricio, & Magno Theodosio, anno reparati hominis à Christo Iesu 387.

DE AGATHONE SYRICO.

CAP. CXXI.

Anno Christi 388.

AGATHON Syricus, tantæ vir Græcus orationis, vt paradisum per eam in terris haberet, tanquam qui in carne sine carnis viueret pensu. Floruerat sapiens, zelosus, & sanctus, iuxta Philippum citatum, anno Christi 388. sub S. Siricio Papa, & Magno Theodosio Imperatore. Alter est ab Abbate Agathonio iste.

Philipp. S. Tiago cit. Catalogo.

DE POSTHVMIO MEMPHÆO.

CAP. CXXII.

Anno Christi 389.

POSTHVMIVS, quem alij inappositè Pasthumium vocant, genere fuit Memphæus, gentilis natus, ab infantia innocens, & litterarum rudimentis comparandis ineptus, & incapax, sed ab Angelo edoctus, doctior doctissimis eremi Patribus euasit: ille deinde virtutum numeris illustrissimus à Beato Machario Magni Antonij

ANNO CHRISTI 389.

S. Hieron. lib. de vita Patrum. Herib. de vita & verb. Sen. lib. 1. S. Hier. cit.

Discipulo, quinque millium Monachorum Pater effectus est. Plurima ad illorum instructionem scriptitauit, sed tantùm extat liber vnus, apud Hieronymum, relatum ab Heriberto, in quo Monachorum Regula scribitur, quæ incipit: *Audite filioli verbum quod Dominus loquutus est vobis:* decem, & sex capitibus compacta, quam accepisse ab Angelo ipse Hieronymus refert.

Floruerat Macharij temporibus, annis Redemptæ hominum naturæ à Christo 389. sub Ecclesiæ Christi Principe Siricio Magno, & Imperatore Theodosio.

DE EVAGRIO PONTICO.

CAP. CXXIII.

Anno Christi 390.

EVAGRIVS natione Ponticus, Patriâ Hyperborita, alter ab Antiocheno Episcopo, & ab illo, de quo Bellarminus. Vir, Gennadio teste, diuinâ, & humanâ insignis litteraturâ: familiarissimâ etiam fuit amoris necessitudine, & vitæ discipulatu Machario nexus.

Bellarm. in de Script. ann. 390. Gen. de viri. Socrates. Suidas. Niceph. Gennadius.

Socrates Græcus auctor, quem Suidas Nicephorus, & Gennadius sequuntur, sequentia posteris acuratè scripta dedisse refert: Librum I. Cui titulus *Monachus*, siue de viuendi ratione, quæ cernitur in agendo. Alterum, cui titulus *Gnosticus*, siue scientiâ præditus capitibus 50. compactus. Alium *Antirrheticus* nomine, id est, aduersus Dæmones tentantes confutatio, ex sacris litteris collectâ, & octo partibus diuisa, totidem cogitationibus mentis humanæ correspondens. Alium sexcenta continens problemata de rerum præsumptione futurarum. Carminum libros II. vnum ad Monachos in Cœnobiis Heliæ degentes, qui varias instructiones, & sententias morales continet: alterum ad Virgines Moniales. Si quæ alia scripserit, nos latent, liquet autem mirâ virum Dei gratiâ claruisse, & maximè spirituum discretione fuisse celebrem, excellentemque abstinentiâ, vtpote qui panis penitùs se abdicauerit esu.

Floruisse crediderimus, vtique felicem, sub S. Siricio Papa & Magno Theodosio Imperante, annis ab Orco euerso 390.

S. Ioan. Climax.

Non possumus adduci vt credamus, hunc Euagrium illum fuisse Origenistam, de quo S. Ioannes Climax asserit fraudem passum, sibique miserum fuisse mentitum; nam si talis esset, proculdubio expungendus in malam crucem à nostris fidelissimis firmissimisque fidei Catholicæ Mæcenatibus Carmelitis, qui semper pro fide steterc fideles: Sed alter omnino censeatur ab Origenista, de quo S. Hieronymus. Hunc autem Euagrium meritò Paleonydorus accenset inter Carmeliticas acies virorum, insigniter benemeritorum, tantæ, tàmque illustrissimæ, & antiquissimæ Religionis Marianæ.

S. Hier. lib. 4. in Hierem. Pal. nyd. lib. 3. cap. 11

ANNO CHRISTI 390.

DE DAVIDE LATRONE.

CAP. CXXIV.

Anno Christi 390.

DAVID HERMOPOLITA patriâ, Græcus natione, & professione latro. Anteactæ vitæ pœnitens, iam senex ad cucullum Heliadum Hermopoli in Cœnobio cooptandus accessit; at cùm Monachorum aduersa voluntas obsisteret illi, minitatus est eis, vt nisi illum Monachum inter suos susciperent vellent, deprædatorem, iugulatorem, & Monasterij sui euersorem cum sociis triginta suis latronibus, item experirentur. Tandem receptus, in summis floruit humilitatis, & abstinentiæ virtutibus.

Huic in cella oranti Angelus adfuit, peccata sua dimissa à Deo denuncians, at cùm credere hæreret, mutus efficitur, vt nihil esse apud Deum impossibile teneat. Dum perempta vocis suæ organa fleret, consolatus ab Angelo reformata recepit, sed vt diuinas tantum laudes persoluere posset: Itaque ex eo die nihil aliud, præter diuinas potuit promere laudes. Innumeris claruisse miraculis suæ sanctitatis ostentis grauioribus, in Vitispatrum, & apud Equilinum habetur.

Vitas patr. Petr. Equil. lib. 2. c. 17.

Quibus floruerit auolat annis, sed ad fines, vel initia tertiæ vel quartæ ætatis reuocandum esse non dubitamus. Sicque sub annis Christi 390. reponimus, Sub Dominatu ciuili Theodosij Magni, & Maximo Imperio Christi, Siricio commisso Pontifice summo.

Carmelitam damus, ex Catalogo Guadalaxara, & Hieronymi Tomasi, de illustribus Carmelitis.

DE S. GREGORIO NAZIANZENO.

CAP. CXXV.

Anno Christi 390.

SANCTVS GREGORIVS, natione Cappadox, Patriâ Nazianzenus, propter sapientiæ profunditatem, cognomento *Theologus* appellatus, qui collapsam Constantinopoli Catholicam restituit fidem, hæreticósque insurgentes compressit. Athenis studiorum causâ missus à Patre, naufragium passus, ad vsque vitæ validissimum discrimen accedens, vouit superis, vt si è limine vndarum liber abscederet, se toto vitæ tempore Dei famulatui, & Virginis seruitio, in Religione addicendum: pro sodalibus etiam orans, liberi omnes ab effreni procella turbulenti maris secura littora obtinuêre. Appulit igitur Gregorius Athenas, vbi Magno Basilio charus, in vtriusque Philosophiæ arte meliori, & mirâ morum honestate tanto sodale, mirificè profecit.

Fertur

ANNO CHRISTI 390.

Fertur in somnis duas pulcherrimo fœminas visu vidisse. Sapientiam scilicet, & Castitatem, fœmineo suo incessu monstratas, & missas à Deo quò virum toto vitæ tempore indiuiduæ concomitarentur.

Peractis annis ab ingressu Athenarum quindecim, Gregorius voti memor, in Ponto (verba à Hieronymo mutuatus) vitam Monachi exercuit, ruri cum Basilio suscepto habitu, in quodam Montanæ nigræ Heliadum Cœnobio, vt Paleonydorus affirmat. Post multa, Assimotum creatus Episcopus. Episcopalem infulam assiduâ diuini verbi declamatione, & Sacramentorum administratione illustrauit, totus Deo addictissimus, & ouibus inuigilans suis: Sapientiâ cælicâ clarus, & fidem fidissimè zelans Ecclesiæ, consubstantialitatis Filij, contra Apollinarem, Cæsareæ fuit defensor acerrimus: & pro Spiritu sancto Constantinopoli contra Macedonium validissimè dimicauit. Inde à Petro quodam, Athanasij successore Constantinopolitanus Patriarcha creatus, Macedonis, & Appollinaris hæreses firmiter, viriliterque obiurgauit.

Paleo lib. 3. cap. 15.

A Maximo quodam, insidiatum, & maleuolentiæ ictibus aggressus, Constantinopoli pœnâ mulctatur, insons, exilij; sed pro multorum rogatu, demum à Diœcesanis manet ibi detentus, vt pro Sanctissimæ Triadis abstruso mysterio multa patiatur in profligandis Arianis hæreticis, quos demum vinxit & vicit: tam gratus Imperatori Theodosio vt suum, libens Imperiale auxilium præstiterit, quò Constantinopoli pacificè maneret, vti mansisset, nisi (inito Niceæ Concilio centum, & quinquaginta Episcoporum) decretum esset factum, de non promouendo ad secundam Ecclesiam eum, qui iam in Sede esset prima constitutus, non sine Ecclesiæ, & Patrum aliquantulò pace turbatâ. Itaque pelli è Constantinopoli coactus, Constantinopolitanos humillimus Pastor, sic cum Propheta prouolutus alloquitur: *Si propter me commota est ista tempestas, deijcite me in mare.* Quare Nazianzum redit, quâ Ecclesiâ per annos aliquot gubernatâ sanctissimè, delecto Eulalio successore, totus ad scriptionem, & meditationem diuinorum se contulit: & in fidei Catholicæ defensionem, contra Appollinaristas, qui errores suos metricè exararant, eleganti metro, & bicipiti calami ense, validissimè decertauit.

Ionæ cap. 1. v. 12.

Nec tantùm sapientiâ pollebat, sed elegantiâ cælitùs etiam illapsâ: eum S. Hieronymus Præceptorem suum gloriosè cognominat, à quo scripturas explanarè didicisse fatetur: Ad triginta millia Carminum omnia opera sua composuit. E quibus, ipso S. Hieronymo teste, subiecta capiuntur. De morte fratris Cæsarij. Machabæorum laudes. Laudes Athanasij, & & laudes Maximi Philosophi Cinici Ægyptij, post exilium reuersi: quem librum falsò quidam Heronis nomine subscripsère; quia est & alius liber vituperationem eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit, pro temporum diuturna varietate, eundem laudare, & vituperare. Virginitatis, & Nuptiarum contra se differentium hexametro versu liber alter: Aduersum Eunomium de Spiritu sancto lib. 1. Contra Iulianum Imperatorem lib. 1. Et alia multa versibus, & oratione solutâ scripsit, mirabilem Patris tanti pietatem, sapientiam, & eloquentiam eructantia, quæ alio congesta ordine apud Bellarminum habentur. Sicut eum nemo vitæ laude deuicit, sic & orationis grauitate superauit omnes.

S. Hieron.

Cõsule Bellarm. in annot. in oper. Greg. nostri.

In his igitur scribendi, ac legendi studiis, viuo adhuc illo successore delecto, vitam cùm Monachis peragens Helianis, venerando senio confectus, & sanctitate magnâ præclarus, migrauit è vita, anno Christi Iesu 390. sub Imperio Theodosij Magni, & S. Siricij Pontificis O.M. Sede. Tantâ dignus celebritate, vt eum *vas electionis, puteum profundum, & Christi loquentis os*, S. Basilius vocarit. Rufinus, insignibus eum celebrat elogiis: Suidas, longo illum encomiorum charactere commendat: & alij plures, inter quos S. Simeon Metaphrastes Psellus, & Iacobus Billius, miram viri sanctitatem, sapientiam, & eloquentiam ad sidera tollunt.

S. Basilius. Rufinus. Suidas.

S. Simeon Metaphr. Psellus. Billius.

Gregorius XIII. tanti illum habuit, vt celeberrimâ Vrbis exultatione, à Monasterio Virginum S. Benedicti, in Campo Martio ad Gregorianum Sacellum, præclarissimo opere, maximâque impensâ, in Vaticana Basilica Principis Apostolorum, extructum, translationem peregerit. Et Sapientissimus, illustrissimúsque Cardinalis Cæsar Baronius, post multa ex vetustis auctoribus petita, pérque annos singulos, à Christo vsque ad annum eiusdem 1000. in suis Annalium tomis decem laboriosè digesta, vitam contexuit Gregorij nostri, Gregorióque Pontifici O.M. huius nominis XIII. libentissimè sacrauit, libentiúsque susceptum est opus.

Porro Paleonydoru meritò Gregorium Nazianzenum inter Carmelitas accenset & multi alij & exteri & domestici assertores Carmelitam vocant.

Ij. Paleon. b. 3. c. 15.

DE S. PACHVMIO ABBATE.

CAP. CXXVI

Anno Christi 390.

SANCTVS PACHVMIVS, (alij eum Bachomium, cognominant, alij Pachomium) natione Ægyptius, ex milite Gentili Monachus probatissimus Heliani dogmatis. Discipulus fuit S. Antonij Magni, Abbas, & Monachorum sui temporis Generalis in Ægypto Rector, & Dux; ibi enimuerò multorum Cœnobiorum fuit primarius lapis, qui gratiam gratiæ Antonij adæquauit in Rectura suorum. Is Regulam ab Angelo dictatam exhibuit, Gennadio teste; Fidissimus tamen Heliæ fuit æmulator, & obses, ita vt Melote ad imitationem tanti Patris, vt Nicephorus asserit, semper fuerit vsus; Viuus, & mortuus miraculis claruit, cuius res gestas Græcè, Dionysius Romanus Abbas, cognomento *Exiguus*, conscriptas, transtulit ad Latium.

Honorius & Trithemius.

Gennad. de viris. c. 7.

Nicephor. lib. 9. c. 14 Dion. Exig.

ANNO CHRISTI 390.

Baron. in Annal. & in Mart. 14. Maij. Gennad. de viris,cap.7. Baron. to.5. ann.ad ann. 404. n.135. Achilles Statius. Posseu. to.3. S.ap.vidend. Syllaba *Pa.*

Mirâ fuit etiam sapientiâ fulcitus, quâ, & grandi Spiritus sui rore ad ædificationem fratrum multas, Baronio teste, dictauit Epistolas, quarum titulos Gennadius recenset: Subiectæ ibi hæ tantùm habentur: Ad Cornelium Abbatem epist. I. Ad Syrum Abbatem epist.I. Regulam Monachorum, quam cum Regula Oriesiesij & Theodori, in Latinum S. Hieronymus transtulit, asserente Baronio, lib.I. quem Achilles Statius mendis purgatum, pristinòque nitori restitutum reddidit Romæ nostro tempore clarum. Ad Præpositos Cœnobiorum epist.I. Ad fratres operantes, epistola I.

Clarus tandem claro virtutum, & doctrinæ nitore, claruit sub S. Siricio Pontifice O M & Theodosio Magno Principe.

Cassiod. lib. institut. ad lect.diu. S. Hieron. epist. 16. ad Principiam. Sig.in Chronico.

Quantus, qualisve sanctitate, & eruditione fuerit Pachumius, videndus Cassiodorus, illi æqualis. Eius nomen Monasteriorúmque institutorum ab illo disciplinam, primus in vrbem Athanasius aduexit, teste S.Hieronymo. Sigebertus asserit obitus annum eius fuisse 406.

DE S. THEONA ÆGYPTIO.

CAP. CXXVII.

Anno Christi 390.

SANCTVS THEONAS Ægyptius natione, in Thebaide Monachus, clara conspicuus sanctitate, de quo referunt Nicephorus, & Heribertus, clarum Spiritu Prophetico, Patrem fuisse multorum Monachorum, imò Cœnobiorum: tantáque doctrinâ excelluisse, vt inenarrabili intervallo sapientiâ excelleret illustri, Græcos, Ægyptios, & Romanos Sapientiæ Mœcenates. Fulsit vt alter virtute silentij: etiam scriptis, & humilitate.

Nicephor. lib.11. c. 34. Herib. de vit. & ver. Senio. lib.4.

Floruit autem annis Christi Saluatoris 390. sub S.Siricio Pontifice O M. & Theodosio Magno Principe Romani Imperij.

Alter, de quo an.471.

An vnus iste, & idem Theonas sit, cum Theona Episcopo Ægypti, de quo in Martyrologio Romano fit mentio, nec improbabilem habemus asserentem sententiam, sed certiùs habemus esse eundem cum illo, de quo Heribertus asserit quòd si quando è cellula pergeret aliò prodibat, aliquando à leonibus, in ouilem mansuetudinem mutatis, benigno famulatu comitaretur.

Martyr. Ro. die 23. Augusti. Herib. de vita & verb. Sen.lib.3.

ANNO CHRISTI 390.

DE PETRONIO EPISCOPO.

CAP. CXXVIII.

Anno Christi 390.

PETRONIVS natione Græcus, Bononiensis Episcopus, Gennadio teste. Vir fuit vitæ sanctimonia, & Monachorum Heliadum studiis ab adolescentia exercitatissimus. Scripsisse creditur vitas Monachorum Ægypti, quas veteres illi Carmelitæ, & cæteri Monachi tamquam vitæ discendæ securam normam, & rectam ad astra viam monstrantem amplexati sunt. Si quæ scripserit alia, latet nos hucvsque.

Gennad. de vir. illust. & Scrip.c.41.

Floruisse sentimus prope annos 390 sub suis Pontifice supremo, & Imperatore Maximo.

De viro nihil aliud quod relatu acceperimus, habemus, cætera vt in aliis tempus edax absorpsit.

DE S. HERENA VIRGINE.

CAP. CXXIX.

Anno Christi 392.

SANCTA HERENA Virgo illustris Eremita, quæ fœmineum habitum, cælesti consilio, virili ornatu mentitum simulauit, Monachi vt mirabilem vitam Heliani, in abditissima Ægypti eremo delitescens, & à nemine visa claris virtutibus effulgescens, perageret. Sublimissimâ pœnitentiâ refulsit solo herbarum radicúmque epasta esu. Post quæ & alia virtutum facinora egregia multos post annos ad sydera migrauit. Cum floruisset annis datæ vitæ hominibus perennis à Christo 392. Sub summo Orbis vertice sacro Siricio Pontifice O.M. & Imperio Magni Theodosij. Hæc Heribertus.

Herib.lib. 3. de vita & ver.Seniorū.

ÆTAS

Anno Christi 400.

ÆTAS SEXTA,

Quæ eſt ab anno CHRISTI Domini Seruatoris IESV quadringenteſimo vſque ad annum eiuſdem quingenteſimum Quinta.

Fundata Religionis anno 1334.

DE S. DOROTHEO ARCHIMANDRITA.

CAP. CXXX.

Anno Chriſti 400.

SANCTVS DOROTHEVS Archimandrita, natione Græcus, vir magnâ ſanctitate clarus, qui ſolitariam amplexatus vitam ad Seridi Cœnobium Abbatis, quod erat Heliadum, ſeceſſit, prima probationis limina parans ſub venerandis Senibus Barſanuphio, & eius commilitone Ioanne Abbate. Multis virtutibus excultus, nō modò B. Doſitheum nobilem iuuenem, qui eius curæ traditus fuerat, præmiſit in cælum, ſed plures alios cohortationibus ſuis animauit ad aſtra.

Sapientiâ quoque fuit inſigni notatus, quâ ſcripſit, & docuit multa. Extant dicente Poſſeuino, S Doſithei vita lib. 1. De obedientia, & ſubmiſſione propriæ voluntatis lib. 1. De Humilitate cordis & modeſtia, lib. 1. De conſcientia lib 1. De diuino timore lib. 1. & alia exactius à præfato adducta Poſſeuino.

Poſſeu. to. 1. Sac. Appar.

Non eſt iſte Dorotheus ex duobus illis qui, vt S. Nilus affirmat, erroribus Seueri ſe addixêre; & Acephalæorum hæreteos fuêre propugnatores, vt adnotat Poſſeuinus, nam is ſemper Orthodoxam, & perfectam vitam tenuit, meritóque vnus inter Beatos Patres, vt celebris adnumeratus eſt. An ſit idem ille de quo Equilinus ait eſſe Thebæum natione in partibus Ægypti, luxiſſeque inter Ægyptios ſoles, ſanctitate mirabilem, manuum opere, & ieiunio iugem, nunquam pro quiete & ſomno cubantem, nec dor[illegible] pro voluntate, dubium certè nobis ad[illegible] eoſdem Heliades certo fuiſſe. [illegible] habemus ad fines præcedentis, & certius [illegible] præſentis ætatis, ſicque eum ad annos Chriſti Saluatoris 400 ponere placuit, ſub S. Anaſtaſio Papa, Orbis Principe Maximo, & Theodoſij Iunioris Imperio.

Sanct. Nilus.

Petr. Equil. lib. 8. c. 56.

DE S. SERGIO MARTYRE HISPANO.

CAP. CXXXI.

Anno Chriſti 400.

SANCTVS SERGIVS Martyr, natione Hiſpanus, ex Cataloniæ Regno Ilerda oriundus ciuitate, Profeſſione Monachus fuit, quique in Carmelo inter Prouinciæ illius Patres aliquando Propheticam vitam Heliadum exercuit. Tandem reuerſus in Hiſpaniam apud Badalonam ſiue *Betulon*, vt alij nominant, maritimam illo tempore Ciuitatem, nunc ſolo æquatam, & dirutam vſque ad fundamenta, prope Barchinonem, anno Chriſti quadringenteſimo ſub Imperatoribus Arcadio, & Honorio fratribus regnantibus vnà, & Eccleſiæ Summo Principe S. Anaſtaſio.

An ſit iſte Sergius, ille Monachus, etiam Helianus tātæ vir abſtinentiæ, vt abſque cibo tranſegerit vice vnâ diebus octoginta: aliâ, diebus ſeptem; alterâ diebus quadraginta, & altera centum, Teſte Heriberto ſubdubitamus; credimus fuiſſe diuerſum. Porrò quæ diximus, dedit nobis auctor Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Hiſpan. z.

Herib. de vita & vet. Senum. Hiſt. Eccl. Hiſp. cent. 4. cap. 11. p. 1. Ep. Aiguer. Thomas à Ieſu.

Damus Carmelitam ex Catalogo Epiſcopi Alguerenſis, & Thomæ à Ieſu de viris illuſtribus Carmeli.

DE RVFINO AQVILEGIENSI.

CAP. CXXXII.

Anno Chriſti 400.

RVFINVS, quem Heliæ Monachum meritò Paleonydorus agnominat, Aquilegienſis fuit Presbyter, vt [illegible]

Paleon. lib. 3. cap. 15.

Anno Christi 400.

Scripturis valdè eruditus: bilinguis Græcorum, & Latinorum Eloquij elegans: non paruæ auctoritatis inter Doctores Ecclesiasticos. Eius scripta, multa licet sint, inter apocrypha computabantur decimâ quintâ distinctione Romanâ, eo quod in S. Hieronymum inuectiuas dictarit epistolas; sed in concordiam postea fraternæ dilectionis redeuntes, facta sunt Rufini authentica opera, inquantum Hieronymi dictis non obsistent. De scriptis ergo nostri Doctoris subiecta Trithemius offert: In Oseam Prophetam, lib. 1. In Ioëlem, lib. 1. Inuectiuarum contra Hieronymum, lib. 2. De sua fide, ad Laurentium Episcopum, lib. 1. De sua fide ad Anastasium, lib. 1. De benedictionibus Patriarcharum, lib. 1. Exhortationes ad Probum, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 2. In Amos Prophetam, lib. 1. De Sacramentis, lib. 1. Additiones Ecclesiasticæ historiæ, lib. 2. Alia insuper composuisse ferunt, quæ ad notitiam nostram nondum adducta sunt. Multorum etiam volumina Græcorum, in Latinum transtulit, Clementis scilicet, Origenis, Basilij, Gregorij Magni Episcopi, Pamphili Martyris, Eusebij Cæsariensis, Euagrij, Sixti Philosophi, & aliorum plurium, quæ omnia suis præfationibus & epistolis illustrauit.

Trithem. de vir. ill. & Script.

Claruerat sub Arcadio, & Honorio Imperatoribus, sed tandem anno Christi Iesu 400. spiritum Aquileiæ, in sua Ecclesia egit, inter Carmelicolas suos, supremam Ecclesiæ arcem tenente S. Anastasio, regnātibúsque Arcadio & Honorio.

Alter iste est Rufinus sine dubio ab illo, de quo Bellarminus agit.

Bellarm. in de scrip. an. 390.

DE S. EVPHROSYNA VIRGINE.

Cap. CXXXIII.

Anno Christi 400.

SANCTA EVPHROSYNA Virgo, natione Ægyptia, patriâ Alexandrina, Parentibus geminâ nobilitate insignibus, orta est. Ab vtero Deo dicata, & lactens adhuc in domo Sponsi præsentata cælestis, pulchra prodierat facie, sed pulchrior virtutibus, & sanctimoniâ. Vixdum duodecimum ætatis suæ compleuerat annum, cùm, Matre defunctâ, à Paphnutio (qui cùm liberos in Matrimonio haud susciperet, ieiuniis, & orationibus aliisque operibus piis intentus iugiter, eam felicissimam à Christo prolem obtinuerat) vt liberales artes profiteretur illustribus Præceptoribus traditur imbuenda, tantùmque in omni meliori sapientia profecit vt cunctis esset in admirationem. Cùm cælestium etiam amore, vel in ætate tenella feruidè hæc Virgo ardere cœpisset, Religiosæ disciplinę tenēdæ miro exarsit affectu.

Fœmineo igitur (non sine cælesti consilio) in virilem vestitu mutato, nobilissimo sibi oblato Sponso neglecto, multis opibus spretis, Deo in sancta Virginitate, inscio Parente, se dicare decreuit: Pro quo in Conuentum Carmelitarum prope Alexandriam, trans Nilum ad Abbatem se contulit Theodosium, ad cuius Virgo humilis pedes prouoluta Euphrosynæ nomine (quod monitu diuino impositum fuerat illi) in nomen Smaragdi mutato, habitum indui Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo postulauit: ad quem alacriter admissa, Eunuchúsque Smaragdus à Monachis, & Abbate cogitata, morum Magistro Agapio magnæ probitatis viro traditur imbuenda. Tanto ab hinc, tàmque insolito vitæ feruore, & virtutum diuino nitore clarescere cœpit, vt omnium ad se facilè corda adduceret, cunctósque Monachos ad diuinas suo exemplo laudes celebrandas assiduè lacesseret. Et cùm iuuenem, tam pulchrâ præditum indole, & innatâ sanctitate clarentem omnes intuerentur, & admirarentur, ne ab Smaragdo Virgine notâ; ne forsan amore nimio à Monachis prosequeretur, & accresceret in Smaragdo cum vanæ auræ periculo æstimatio, per annos octo supra triginta, à consortio Monachorum, Anachoresin amans, de Abbatis sui benedictione, secedere decernit: & in cellula inclusa cùm miræ ibi sanctitatis, orationis, & assiduæ contemplationis & pœnitentiæ perstitisset operibus, quæ nihil vnquam gesserat puerile, sed solidioris sāctitatis in dies cacumina tangere semper inhiarat, à Paphnutio Patre lachrymis, & diuturnâ sedulitate conquisi contigit. Igitur tandem inuenta, cum eo sæpe de cælestibus alloquuta, & disponente Deo semper ignota, tempore elapso in grauem lethalem incidit morbum: cúmque iam iam morti approximaretur, ad se vocato Patre, (nimis adhuc de amissa Euphrosyna filia anxio) ei palàm, filiam suam esse Euphrosynam, Smaragdus ostendit. Quo facto, postquam Patrem, & Monachos diuino consiliorum, & monitionum pabulo refecisset (euaserat enim lectione diuinarum Scripturarum assiduâ in sacris Scripturis eruditissima) sanctitate, & bonis operibus plena, miraculorum gloriâ immortalis effecta, sub S. Anastasio Pontifice O. M. & Iuniore Theodosio Imperatore, aliis, Arcadio & Honorio, regnantibus,) anno ab Orbe redempto, iuxta computa Claudij, & Bordini, & Baronij, & Paleonydori quadringentesimo, immaculatum Christo suo spiritum transmisit ad astra.

Hæc ex Metaphraste, Surio, Lippomano, Heriberto, & aliis, fideliter educta damus: tùm item ex lectionibus Officij eius concessi Carmelitis Diplomate Apostolico Pauli V. & Vrbani VIII. Pontificum MM. & aliorum recitari ab eis tanquam de Virgine Carmeli filia. Vide nostrum Hispanico librum de vitis SS. Carmelitarum.

Clau. Rob. in sua Gallia. Christ. Io. An. Bord. de vit. PP. Baron. annal. tom. in Anastas. Paleonydor. lib. 3. c. Metaphrast. Surius, Lippom. de vitis SS sub die 11 Febr. Herib. de vita & verb. Seniorum.

DE S. IVLIANO ÆGYPTIO.

Cap. CXXXIV.

Anno Christi 400.

SANCTVS IVLIANVS, alter à discipulo Antonij Magni, natione fuit Ægyptius, & Professione Heliota in Monasterio (vocantur aliquando Monasteria, singulæ Religiosorum cellulæ, etiamsi vnaquæque sit quasi domus ab alia separata, vnum tantùm habens habitatorem, vt videre est in Philone, & Nicephoro; nam

Philo. lib. de vita contempla. Niceph. li. 8. cap. 39.

in rigore

ANNO CHRISTI 400.

Amb. Calep. sic interpretatur. Vide Baron. to. 2. Annal. ann. 361. §. Reddemus & Suarium tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 1. de professio. Monachorum in Orien.

in rigore, nihil aliud significat, quàm habitatio Monachorum: vnde vti Monachus sic appellatus est ex solitaria vita, sic Monasterium habitaculum solitarij, quæ à Græcis *asceteria*, & *asceta* vocabantur. *Asceta*, Latinè sonat, qui in solitudine perfectionem exercet) septuaginta annis semper inclusus, mirâ luxit paupertate terrenorum, & ditissimâ cælestium gazâ: Angelicâ semper luce illuminatus totus in oratione, & assidua diuinæ lectionis exercitatione detentus in cellula est. Solis lumine carens, lumen diuini Solis, & arcana Dei mysteria scriptis, posteris nota fecit: quorum titulos vix reperisse fatemur.

Floruerat annis à Christo Iesu 400. sub S. Anastasio Papa, & Arcadio, cum Honorio simul Imperatore.

DE S. THALLELÆO CILICE.

CAP. CXXXV.

Anno Christi 400.

SANCTVS THALLELÆVS, natione Cilix, vir miræ orationis, & pœnitentiæ, qui per annos sexaginta, vix à lachrymis abstinuit, sæpe illud repetens: *Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum est, & valde requiretur à nobis si illud neglexerimus.* Nec tantùm luctibus vitam exegit, sed multa mirandi spiritus sui dogmata docuit, posteris profutura si extarent.

Ex Catalogo SS. Carmelitarum. S. Tiagus.

Floruit annis Christi Iesu 400. sub S. Anastasio, & Imperatoribus Arcadio & Honorio.

DE ANTIOCHO GRÆCO.

CAP. CXXXVI.

Anno Christi 400.

ANTIOCHVS, natione Græcus, in diuinis vir scripturis valde eruditus, qui nocturnâ numquam diurnâque cessauit manu euoluere libros. Collegit, Senensi Sixto dicente, insigne opus in tres & sexaginta magnos sermones digestum, quod titulauit *Pandectas*: comprehendit expositiones diuersorum præstantiorum Patrum in Decalogum, vnà cum reprobationibus hæreseon omnium, quæ contra Decalogi libros emerserant. Vix tempora viri notuère, credimus floruisse initio centuriæ à Christo Seruatore quartæ, & sic eum huic sextæ damus Ætati, quâ in partibus Ægypti inter Heliades, paruo licet tempore, floruisse ex Chronico Ordinis vetustissimo Ioannis Rochi colligimus, floruitque temporibus Theodosij Iunioris, sub Anastasio Papa.

Sixtus. B B. lib. 4.

Vtrùm Antiochus iste idem sit cum illo, cuius acta Theodori Sicæotæ meminère apud Metaphrastem, & Lippomanum, & de quo extat Epistola ad Eustathium in Bibliotheca veterum Patrum, cuiúsque extare affirmat homilias plures Baronius, vix compertisse valuimus: Sed certò tenemus, hunc sicut illum, si diuersi sunt, Heliadem ex Monasterio S. Sabæ fuisse: Cedimus scientiori.

Chronic. Manuscriptum Ordin. Metaphr. 22. April. Lippo to. 7. SS. BB. VV. PP. to. 9. Baron. 16. Maij not. d.

DE S. EVPHRASIA VIRGINE, ET EIVS MATRE.

CAP. CXXXVII.

Anno Christi 400.

SANCTA EVPHRASIA Virgo, natione Græca, senioris Theodosij tempore, Patre Antigono Euphrasia Matre (Regio sanguinis stemmate pariter clari, vt qui cum Imperatore ipso coirent ambo sanguine) Patriâ fuit Constantinopolitana: Ij plus virtuti, quàm natalibus tribuentes, in pietatis religiosæ operibus faciendis iugiter detinebantur: adeò vt pauperibus necessaria subministrare, peregrinos excipere, compati afflictis, Religiosas inuisere domos, amplissimis ditare donis, vacare orationibus, quotidianum illis pabulum esset. Cùm autem (Deo ipso eorum occurrente votis) filiam procreassent, quo amborum mens libentius, & liberius Deo proximisque vacare posset, consensu mutuo perpetuæ continentiæ vota emisêre. Quo in statu coniuncti animis, vti corporibus dissiti, sub tecto eodem, anno vno permansêre.

Hoc peracto cùm Antigonus piis operibus coronatus, hac ex luce migraret, superos inter victurus in secla: Euphrasia vidua, etsi à multis propter præclaras corporis animique dotes sollicitata, nunquam tamen à sententia promissæ Deo continentiæ seruandæ desistere voluit: sed tutiorem eligens vitam, & viam, quæ carnis voluptatibus iam se secesserat, mundo nuntium mittere decreuit. In interiorem itaque profecta Thebaiden, vnà cum filia virgine, vitæ ibi reliquum, vicinis monasteriis, ex facultatibus, quæ plurimæ ei suppetebant, necessaria iugiter exhibens, consumpsit.

Dum autem piis illis operibus incumberet seriò, contigit, prouidente Deo, illam ad magnificum Virginum Monasterium Heliadum, cum sibi dilecto pignore ferri, in quo sub Abbatissa vna Sara plus centum, & triginta Moniales degebant seuerioris cultrices obseruantissimæ disciplinæ: Cilicium quotidiana illis vestis erat: ieiuniis ita erant addictæ, vt earum plures biduum, triduum aliæ etiam abstinerent à cibo, reliquæ non nisi vesperi sumerent esum. Oleribus tantum, ac leguminibus vescentes, vinum, oleum, vuas, ficus, aut poma, vel contigisse tantùm piaculum erat. Ibi ergo aliquantû temporis demorata, dum profectionem parat, desiderium infantulæ Euphrasiæ remanendi in cessit, ibidem Deo inter virginum illarum choros famulaturæ. Quod cum Abbatissæ reuelasset, è contra hæc obedientiæ iugum, paupertiei incommoda, monasticæ rigorem

Nota verissimè vita genus antiquarû Carmelitarum virginum.

Anno Christi 400.

disciplinæ ob oculos ponit, eam quasi deterrere pertentans. Instat nihilominus tenella infantula sans: Christi opem quem sibi Sponsum deligere cupiebat non defuturam. Interea Mater accersitur, quæ blandis sermonibus filiam apud se retinere satagit plurimùm. Cùmque nec sic flecteretur Virgo, mirabunda illa, ad Dominicam imaginem conuersa flebili eiulatus voce, in cælum manibus erectis, in hæc verba prorumpit: Domine Iesu Christe huius infantulæ curam habeto, quia te concupiuit, séque tibi commendauit. Et statim pro filia apud Abbatissam egit quo Religionis Carmeli habitu indueretur: Quod & factum est, in eòque Monasterio à septimo, vsque ad trigesimum ætatis suæ annum pia virgo de virtute, in virtutem in dies progrediens perseuerauit.

Patientiâ, & humilitate maximè enituit, cùm quæ viliora in Monasterio essent officia non abhorreret, imò cùm tantâ cuncta exequeretur alacritate, omnibus admirabilis erat. Obedientiæ autem in tantum addicta fuit, vt cùm aliquando Abbatissa, quo eam probaret prægrandia saxa, ab vno in alterum locum; rursusque ab eodem, ad priorem adferre iussisset; ipsa neutiquam operis difficultate aut corporis debilitate causata, incunctanter omnia, & fideliter adimpleuerit. Ieiunia verò adeò coluit, vt non biduum, aut hebdomadam tantùm, sed & dies quadraginta sine cibo transegerit. Id quòd ægrè ferens humani generis hostis, variis tentationibus sæpissimè virginem aggressus est, quas tamen ieiunio virgo, & oratione profligauit. Ex quo magis magisque excandescens, apertas vitæ eius parauit insidias: modò illam in puteum, modò in feruentem caldariam præcipitans, vnde semper euasit nihilominus illæsa. Tantis igitur meritis cumulata, Sarâ Abbatissâ suâ vidente, ad agni nuptias hilares euocata, insigni puritatis lauro redimita, trigesimo suæ ætatis anno sub Theodosio primo Imperatore à quo fuerat vniuersæ Prouinciæ Lyciæ Antigonus Pater Euphrasiæ positus Præfectus: Et Ecclesiæ Pontifice summo Sancto Anastasio, Euphrasia S. volauit ad astra, Dominicæ Incarnationis anno 400.

Quæ diximus, vt & in aliis, ferè verbis eisdem eduximus (Salustij sectantes consilium asserentis: *Non videri errare, qui vtitur verbis qua summi auctores tradiderunt.*) ex lectionibus ab Ecclesia traditis, tum in antiquo Ordinis Breuiario, tum in nouo, ex Vrbani VIII. Concessione facta, Decreto Sacræ Rituum Congregationis, sub anno 1628. pro sanctis Ordinis Carmelitici. Tum etiam referunt prædicta Lippomanus, Surius, Vsuardus, Petrus Equilinus, Ordinis Chronicon, & alij plures Ecclesiastici scriptores. Vide si iuuat, nostrum de vitis Sanctorum Carmelitarum Hispanico librum.

Salustius. In officio di... 13. Martij.

DE S. ASELLA VIRGINE, ET ALIIS VIRGINIBVS.

CAP. CXXXVIII.

Anno Christi 400.

Anno Christi 400.

SANCTA ASELLA Virgo (de qua inter alia S. Hieronymus sic: *Prætermitto quòd in matris vtero benedicitur ei, antequam nascatur.*) Natione fuit Italâ, patriâ Romana, & ibidem in Monasterio S. Eugeniæ, siue Constâtiæ, quod virginum erat Heliadum, Monacha fuit, & iuxta Palladium in eorumdem vno Abbatissa, illustrissima sanctitate celeberrima. Fuit prudentiæ prototypon ingenuum, & sapientia, quâ nituit monita sancta pro suis Monialibus, non dubitamus scripsisse: Vnius cellulæ clausam angustiis cælo frui in carne sine carne, S. Hieronymus citatus adscribit. Ieiunium pro ludo item habuisse, medium pro refectione asserit idem: pane, sale, & aqua frigidâ concitare magis esuriem quàm restinguere: ita se semper moderate habuisse, & sic intra cubiculi sui secreta custodisse, vt nunquam in publicum protulerit pedem, nunquam viri norit alloquium, & quòd magis sit admirandum, sororem Virginem amant potius, quàm viderit. Nihil illi seueritate iucundius, nihil iucunditate seuerius, nihil suauitate tristius, nihil tristitia suauius. Solitudinem putauit esse delicias, & in vrbe turbida adhuc inuenit Monachorum eremum.

S. Hierony. epist. 15. ad Marcel. de laudib. Asellæ. tom. 1.

Palladius in hist. SS Patr. in vita Opiani 121.

Floruerat quinquagenaria, vt digna quòd eam viduæ imitentur, & virgines maritatæ colant, noxiæ timeant, & suspiciant Sacerdotes, Annis inter tertiâ, quartamve centuriam, Sicque illam anno Christi quadringētesimo adscribere iuuat, sub Pontificatu S. Anastasij, Summo, & Imperio Arcadij, & Honorij.

Huic addes paris sanctitatis Veneream, Vssiam, Bassanillam, Photinam, (non illam felicem Samaritanam à Christo ad puteum conuersam Iacob, Sicharitarum Apostolâ insignem.) Auitam, & alias illustrissimas illiusmet temporis Heliades, de quibus Palladius citatus illustrissimè peragit.

Videndus de Asella D. Hieronymus vbi supra citatus.

DE S. ALYPIO CYONITA.

CAP. CXXXIX.

Anno Christi 405.

SANCTVS ALYPIVS CYONITA natione Paphlagonius patria Adrianopolitanus, vir clarissimus sapientiâ, & sanctitate rutilior. Illius mater,

vidit

ANNO CHRISTI 410.

vidit in ſomnis agnum pro puero in vtero pulcherrimũ ducere, vtrÿque cornuũ binos mittere item flammantes fulgidos radios, ad inſtar pulcherrimi Solis.

Heribde vitis & verbis ſenior. Chron. Ord.

Floruerat, ex Heriberto, annis Chriſti 405. ſub Innocentio Pontifice Maximo, & Optimo; Arcadio & Honorio Conſulibus.

Porrò ad Carmelitas aduocamus ſequuti Chronicon Ordinis antiquum & nouum.

DE S. MARTINO EPISCOPO TVRONENSI.

CAP. CXL.

Anno Christi 410.

SANCTVS MARTINVS cognomento Turonenſis Epiſcopus natione Hunnus. Patriã Sabarienſis, quæ eſt ciuitas inferioris Hungariæ, Ticini nutritus in Italia non infimis parentibus, iuxta ſæculi dignitatem, Gentilibus prognatus: armatam in adoleſcentia militiam, vt Pater, ſectatus eſt inter ſæculares alas, ſub Conſtantino Rege, & Cæſare Iuliano.

A primis ferè annis diuinam potiùs ſeruitutem ſacra pueri adſpirauit infantia: decimo ætatis anno, vtroque inuito parente, ad Eccleſiam confugit, Catechumenum eſſe expoſtulans affectu. Vixdum duodecimum attigerat annum, cùm concupiſcere iam inceperat eremum, ſed obſtitit votis, ætatis imbecillitas inimica rigori. Adhuc ætate tenella, vel iuxta Eccleſias, vel iuxta Cœnobia inerat ſemper. Annis quindecim ortus militaribus exercitamentis implicatur inuitus, ſed vltroneus in ſtatu illo bellis, & armis dedito, totus virtutibus imbibebatur, feruidiſſimà ſemper charitate refulgens. Ambiani nudum pauperem, (Catechumenus adhuc) media ſuà, quam ſolam habebat, chlamyde contexuit, ex quo Chriſtum nocte media meruit videre clamantem: *Martinus adhuc Catechumenus, hac me veſte contexit.*

Annorum duodeviginti conuolauit ad Baptiſma, & militiam ſæculi detrectans, militare Deo ſedulus cœpit. Ad Hilarium igitur Pictauienſem Epiſcopum migrat, apud quem aliquamdiu conſtituto Pictaui Monaſterio commoratus, nec multò pòſt admonitus in ſomnis, viſitare parentes, quos vana adhuc Gentilitas detinebat, hortatur: Cúmque pergeret illò, multa iam à ſe præuiſa patitur, ſed in ſolatium cordis ſui, quæ mente conceperat, opere impleuit, Matrem Gentilitatis errore liberare, & plures ſuo exemplo fieri ſaluos. At, cum Ariana peſtis totum orbem, & maximè feruiſſet Illyricum, ſolúſque Martinus contra Sacerdotum perfidias pugnare relictus eſſet, multis ſupplicus affectus, cæſus publicè virgis, & tandem eiectus è ciuitate Italiam repedans, Hilarium (quem Hæreticorum dira compulerat exulare vis) deplorauit abſentem. Igitur Mediolani ſibi Monaſterium Heliadum erexit, vbi ab Auxentio Arianorum Duce paſſus eſt multa; & cum cedendum tempori arbitraretur Martinus, ad Inſulam Gallinariã ſecedit, comite Presbytero quodam magnarum virtutum viro. Hîc aliquandiu radicibus vixit herbarum: Elleborum eſu penè ductus ad mortem, oratione periculum abegit.

410. ANNO CHRISTI

Poſt multa mira patrata, duos mortuos reuocatos ad vitam, Turonenſis creatur Epiſcopus. Iam verò Epiſcopio ſuſcepto, quantus ſe in illo præſtiterit, noſtri non eſt latè multùm perſtringere modò: Eadem tunc in corde eius erat humilitas, in feruore charitas, in corpore Anachoriticæ, ſiue Monaſticæ vitæ ſeueritas, in veſtitu vilitas, &, vt vno verbo cum Sulpicio dicamus, auctoritatis plenus, & gratiæ, ſic implebat Epiſcopij dignitatem, vt nunquam Monachi propoſitum, virtutémque desereret. Aliquandiu adhærente ad Eccleſiam cellulà eſt vſus, & cùm tumultum ſæcularium, vocúmque ſtrepitum ferre non ſuſtineret, adeò ſemper vitæ Monaſticæ fuit amans, vt duobus ferè extra Turonem millibus, ſibi ſtatuerit Monaſterium, in loco tam remoto, & ſecreto, vt eremi ſeceſſa imitaretur, ſibique paratam ex lignis rudibus, cellulam ſelegerit. Ad eius imitationem, ſe in Martino primos etiam Monaſtici Eremitici, ſeu Anachoritici, propoſiti Heliam, Eliſæum, & Ioannem Baptiſtam Duces, ſectari putantes multi ex octoginta Diſcipulis ſuis, ad eundem modum, ſaxo ſuperiecti montis cauato, receptacula ſibi pararunt. Nemo ibi proprium habebat: Maiores orationi vocabant: minores ſacris legendis ſcripturis, vt, iuxta Heliadum antiquam obſeruantiam, in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, ſemper inſiſterent, ſinguli in cellis ſuis nocte, diéque manentes; rarus enim illis erat egreſſus, niſi orationis loco communi conuenire: vnà omnes cibum poſt ieiunij horam, ſuſcipiebant: vinum niſi infirmi non bibebant: plerique (vt mos fuerat Heliæ, & Ioannis Baptiſtæ, Principum propoſiti iſtorum) Camelorum ſetis obtegebantur, mollior habitus piaculum erat. Nulla erat ciuitas, ſiue Eccleſia, quæ non ſibi de Martini Monaſterio Carmelæum Sacerdotem cuperet habere.

Sulp. lib. 1. vitæ.

Talis ergo factus Monachus, & Antiſtes Martinus, poſt miranda multa peracta facinora, poſt Angelorum conuerſationem aſſiduam, viſibiliter multoties prægustatam, poſt deuictum Cacodæmonem dirum, è mortis faucibus trinam prædam arreptam, multos corpore, & ſpiritu illuminatos, Gentium ſpurcitias eiectas mirà verbi poteſtate, quâ nituit, Idola confracta, Monaſteria, Eccleſiáſque conſtructas, languidos ſaluti litos, liberatos energumenos, curatam oſculo lepram, mentitam Anatolij cuiuſdam ſanctitatem detectam, Pſeudoprophetarum quorundam, Diabolique deuictas machinas fallaces, & multa alia, quibus materiæ mole deuicti ſuccumbere eſt opus (nam nulla vnquam valebit exprimere oratio illius interiorem vitam, animum cælis aſſiduum, perſeuerantiam in bono, temperantiam in ieiuniis, potentiam in orationibus, & vigiliis, temporis occupationem aſſiduam, maiora enim in Martino ſunt omnia, quàm valeant explicari aut concipi verbis) die obitus ſui longè antè præuiſo, fratribúſque adſtantibus prænunciato, Candacenſis Eccleſiæ reſtituta pace, cùm iam ingredi ad Monaſterium

Seuer. de tranſitu S. Mar.

cogitaret,

ANNO CHRISTI 410.

cogitaret, viribus corporis cœpit repentè destitui, conuocauit discipulos suos, quos luctus detinebat, & mœror: & cùm iam se resolui cerneret, illorum fletibus victus, orauit Dominum, vt, si adhuc populo necessarius esset, ne pateretur recusare laborem. Igitur inter spem, & amorem constitutus, diuinæ subditus voluntati, fatiscentes corporis artus, grauissimæ febris ardore, nec mori timens, nec viuere recusans, non cessans ab opere Christi seruire spiritui cogebat corpus nobile strato suo, in cinere & cilicio recubans. Cúmque à discipulis obsecraretur, vt saltem vilia sibi sineret stramenta supponi: *Non decet*, inquit, *fily, Christianum nisi in cilicio, & cinere mori: ego si aliud vobis exemplum relinquo, peccabo.* Oculis tandem, & manibus in cælum semper intentis, inuictum ab oratione spiritum, nec tantisper relaxans, cruentam Tartari visibilem refugans bestiam, flagitatam operibus diuinis animam felicissimam egit, cælóque restituit, salutis anno, iuxta computa Bergomensis, 410. octogenario maior, temporibus Innocentij Pontificis O. M. & Theodosij iunioris: post decoratam annis 31. Episcopalem infulam, & quamuis florens virtute, & sapientiâ grandi, pauca scripserit, qui tanta opere docuit, sed tamen extat Professio fidei Martini, quã vt asserit Beauxamis noster, vt validissimus Martialis belli Catholici aries Martinus, egregiúsque Christi protector illustrissimus, Prophetis compar, Apostolis consertus & Præsulum gemma, hæreses multas compendio subuertit, diramque schismatum illuuiem depopulatur. Prohibet enim grandi illius spiritu, & sapientia Catholica, insanire iterum Cherintum, Marcionem debacchari, Ebionem eructare blasphemias, & aliorum obturat ora similium. Adfuit, M. Maximo teste, hac nostra Cæsaraugustana ciuitate nationali Concilio contra Priscillianum inito, confluentibus in eo Hispanis, Aquitanisque Episcopis.

Nota mirabilem Martini vltimo in halitu vita, sententiam illo dignam.

In BB. vet. PP. edit. 3. Parisiis 1610. tom. 4. Thomas Beauxamis Schol. ad Profess. fid. B. Mart. & in præf. eorum. M. Max. in Chronic. ad ann. 612. Sulp. lib. 2. vitæ S. M.

Meritò igitur, tanti deperditi Patris fuêre Monachorum multa lamenta, ex eo enim die, ait Sulpicius, ferè ad duo millia conuenisse feruntur. O specialis gloria Pastoris, & Patris! cuius exemplo in Domini seruitute stirps tanta fructificarat Meritò B. viri corpus, vsque ad locum sepulchri hymnis & Canticis canora tuba cælestis, Monachorum & Virginum terrestris, est prosequuta.

Sulp. lib. 1. vit. S. M. & libro 2. ad Dorellium Diacon. & ad Bassulam, lib. 3 de virt. Ori. Monachor. & Dialog. 2. & 3. cum Gallo.

Vide Sulpicium Seuerum nostrum: & sequentem pro nostro Martino Notam.

PRO S. MARTINO NOTA VNA.

B*Aronius Illustrissimus Cardinalis Ecclesiæ asserit, Monasticam institutionem, cui in Ægypto Magnus Antonius prima limina secerat, fuisse tempore eiusdem S. Abbatis Romam transmissam per S. Athanasium discipulum eius; is enim, cùm Arianorum vorantem aufugeret flammam, Vrbem appulsus, Vrbi Monasticam Heliadum institutionem, iam diu in Ægypti Occiduas partes notissimam, notam fecit: Ex qua à cunctis alacriter suscepta propagari cœpit, & diffundi in partes Orientis multis, post Romam, Cœnobijs propositi eiusdem erectis in alijs ciuitatibus, quorum primus [illegible] prædâ illustrissima, illustrio[illegible] Ecclesia Mediolanensis, vt referunt innumeri Ecclesiastica historia Chronographi, & colligitur ex S. Augustino asserente: se Mediolani vidisse Cœnobium multorum virorum sapientum, quos Sanctus Presbyter, & sapiens Abbas quidam regebat: Idémque Doctor Sanctissimus asserit, se Romæ, & apud Treuirim alia multa Cœnobia vidisse virorum prudentium, & sapientiâ illustrium. Ex quo liquet prima ista fuisse in partibus Occidentis erecta Cœnobia, & post hæc, ab illis alia in varijs eiusdem Occidentis Regionibus, Regnis, & Ciuitatibus suam originem duxisse: illis quæ medijs Monasticum institutum Heliadum propagari cœpisse per Orbem Occidui soli. Referunt identidem Chronica Carmeli à tempore Caprasij Montis Carmeli Prioris erecta multa in Italia, & Gallijs Monasteria; Is enim in diuersas orbis suo tempore partes, misit Euangelium Christi prædicare, contra hæreticos agere, & Monasticum propagare institutum discipulos suos, selectiori sapientiâ, & sanctitate, è Carmelo signatos: Felicem & Liberatum, in Africæ partes: Simplicianum (qui S. Augustini postea discipulus factus est, è Carmelico Professore & Caprasij discipulo) in Italiam: Romanũ Constantinopolim; licet forte mutatâ, postea Felix, & Liberatus Constantinopolim seruit, & Romanus Africam appulerit. E quibus Cœnobijs ab istis erectis, abs dubio, venit annumerandum Pictauiense in Gallijs, vbi Monasticam Martinus, siue Cœnobiticam professurus permansit: & Cœnobium illud quod postea ipse factus Episcopus struxit, quis dubitet inter Monastici Instituti Heliadum Cœnobia censendum fuisse? Sic refertur saltem à Iacobo de Coria, quanquam sine fundamento Augustinianum esse Doctissimus Magister Marquez contendat: Martinum etiam Augustini Regulam pro fessum asserens, sed non est cur tantam gloriam Carmelitanis Patribus auferat. Pendamus S. Ambrosius, qui agens de S. Eusebio Vercellensi Episcopo, filium vocat Heliæ Magni, & discipulum Propheticæ disciplinæ Martinum, iuxta quo[illegible] ra in Diœcesi sua Monastica [illegible] Eliana, omnium primus Clericalem vitam cum Monastica iungens; Sicque [illegible] S. Martinum, & quotquot cum [illegible] Monasticam vitam peregisse constiterit, vt S. [illegible] Sulpicius, S. Bricius, & alij, nostra merito Carmelitica classi esse iure optimo adnumerandos.*

Vide si iuuat Thom. à Iesu. lib. 1. antiq. Car. c. 10. S. Aug. lib. 8. confess. & de morib. Eccl. cap. 33. Chron. Ord. lib. 1. c. 17.

Baron. Annal. tom. 3. ad ann. 328.

Iacob. Coria. lib. 1. c. [illegible] Diluc. Marquez. [illegible] de Orig. Heremit. [illegible] Aug. S. Ambr. ep. [illegible] Vercel. & [illegible] de natali S. Eus.

Et hæc est inconcussa & firma totius Ordinis Heliani traditio, quâ stante, quid quæres? Fuit Martinus alter Pannonius vir Sanctissimus & Doctissimus Dumiensis in Gallacia Abbas multorũ Monachorum Benedictini Ordinis in Monasterio quod prope Braccaram Augustam, hæc est Braga, Becciarius Sueuorum Rex Catholicus magnificè exædificauit: De eo fantur Marcus Maximus & Gregor. Turonensis. Is non fuit Carmelita, sed ex eo forsan aliqui ansam accepêre non satis in historiarum veritate versati, vt ad Benedictinos Turonensem nostrum Martinum sine iure vocarent; cùm omni sane iure Helianis castris insertus Helianus censendus sit, vt tempora probant, & loca satis ostendunt rem, & iura nostra sole clariora, si seriò antiqua monumenta versentur. Quisque sua iura

Marim. in Chronico ad ann. 578. Turon. hist. Francorum lib. 5. c. 37.

tueatur:

ANNO CHRISTI 410.

tueatur; nos certè nulli iniuriam agere cupimus, nec alienis pennis ornari Cornicis in morem affectamus.

Vide quæ adduximus in SS. Fabricio & Philiberto, sub anno 308.

DE S. ALEXANDRA VIRGINE.

Cap. CXLI.

Anno Christi 410.

Sancta Alexandra Virgo, Græca natione, tantæ puritatis amasia, vt libens sepulchro se incluserit per annos duodecim, cibum angusto petræ foramine sumens, neodum leue proferens verbum: quò fugeret insani adolescentuli impudicum amorem: malens viua latebris, & sinibus terræ recondi; quàm Christo moriens, vitam, maculato calle pudicitiæ Virginalis, miseram degere.

Floruerat inclyta inter Heliades Anachoriticas Virgo, anno Christi 410. iuxta Lippomanum, Petrum, & alios sub S. Innocentio Pontifice O. M. & Arcadio Imperatore. Ex Catalogo SS. Carmelitarum antiquo.

Lippom. Veron. P. Equil.

DE SANCTA PAVLA ROMANA.

Cap. CXLII.

Anno Christi 410.

Sancta Pavla, Itala natione, patriâ Romana, Matrona insignis, Eustochij Virginis candidę mater. Hæc, cùm esset è nobilissimo genere Senatorum Romæ, nuncium sæculo mittens, inque Christi Iesu pauperes facultates suas largè, & misericordissimè distribuens, ad præsepe Domini in Cœnobio Virginum propositi Prophetici à S. Helena Constantini Matre, iuxta Paleonydorum, erecto, cum aliis nobilissimis Romanæ ditionis fœminis, se recepit: vbi multis virtutibus Monacha clarens, & longo, vt asserit Baronius, coronata Martyrio, victrix aduolat cælestibus perfrui. Iuxta computa Bergomensis anno Christi 410.

Eius admirabilia acta S. Hieronymus, solitâ elegantia descripsit.

Floruit autem sub S. Innocentio Pontifice O. M. & Imperio Arcadij & Honorij. Ex Catalogo SS. Carmel. vetusto, & Paleonydoro cit.

Fuit alia Paula item Bethlehemitica Sanctimonialis, Lætæ filia, ab hac diuersa, cuius meminit S. Augustinus.

Paleo. lib. 2. cap. 4.

Baronius 26. Ianu. in Mart. Rom. Bergom. lib. 9. S. Hier. ep. ad Eustochium epist. 27. S. Aug. epist. 79. & 94. Vide Baron. cit. in annotatio. ad Paul. Ro.

ANNO CHRISTI 411.

DE SANCTO IOANNE CHRYSOSTOMO PATRIARCHA.

Cap. CXLIII.

Anno Christi 411.

Sanctvs Ioannes, cognomento *Chrysostomus*, hoc est, *os aureum*, ob eloquij venustatem Græci admirabilem designatus. Natione fuit Græcus, patriâ Antiochenus, Patre Secundo Orientalium Ductore Castrorum, & Anthusa, hoc est, florida, aliis Publia, nobili virtute Matrona, natalitiq. strenui sanguinis procreatus. Diodoro traditur Tarsensi imbuendus ab eis. Postque Basilij Magni monitu, in Montem Neroi prope Antiochiam in Conuentu Heliadum ab Apostolorum tempore erecto, Coriâ teste: Monachale cucullum amixit. Cœnobiticè ibi ad quadriennium tantùm vitam mirabilem duxit, rogatu fratrum Abbas electus. Postea maioris ardens perfectionis desiderio, in eremum, vt ibi solitarius ageret, concessit. Latuit ibi in spelunca biennio, quo transacto, inuitus rediit Antiochiam, vt cum Carmelitis suis Cœnobiticè prosequeretur, sacris totus prædicationis Euangelicæ deditus exercitamentis. Fidelissimus vbique factus Sanctorum Patrum Heliæ & Elisæi virtutum æmulator, institutique eorum Monastici, vel Anachoritici professor assiduus, teste Georgio Alexandrino, Vincentio, & Paleonydoro in omnis sapientiæ, & sanctitatis nitoribus sic effulsit, vt ab Angelo electionis vas, ab Imperatore Arcadio nouus Dei Apostolus, Pastor bonus, animarum zelator, & Athleta generosissimus meruerit appellari, verè Chrysostomvs atque Christostomvs totus, hoc solo satis cognomine celebratus & notus.

Multa mente purâ, & inuicto pectore passus est, factus sine sanguine Martyr pro Ecclesia Christi, vt loquitur Nicephorus, à Theophilo Alexandrino: cuius fraudulentis machinationibus ab Episcopatu Constantinopolitano (in quo nutu Dei expresso, vt fantur Palladius, Metaphrastes, & alij, ex Antiochenæ Ecclesiæ Monacho Heliano, & Presbytero, fuerat sublimatus) mulctatur exilio. Palmas tamen verè habens Chrysostomus duas, dexteriot altero Aodo; nec labores, & ærumnæ in eo studio obstitêre sacro; nec sacrum studium litterarum, & virtutum multa patienter ferre prohibuisse valuêre virum.

Factus igitur diuinarum scripturarum admirabilis Interpres (sic eum vocat Ecclesia) vniuersi orbis Magister (vt eum appellant Georgius Alexandrinus, & Isidorus Pelusiota) cælestium dogmatum tonitruum (sic eum expertus est Leo Imperator) Aurea Christi tuba, (vt Georgius idem) Ore χρυσῷ [illegible] iuxta Damascenum, & Resciorum. Scripsit Græco sermone volumina multa fuerat etiam vt testatur Vaticana in Bibliotheca, Romæ à

Diodore. Sixt. Sen. BB. sacræ lib. 4. Coria lib. 9. cap. 6.

Georg. Alex. in vita S. Vincent. Bellouac. lib. 18. hist. c. 42. & 44. Paleon. li. 2. cap. 6. antiq. *Angelo* Georg. Alex. fol. 14. *Apost.* apud eund. Geor. f. 14. & 71. & fol. 1. Nicephor. lib. 17. c. 43. Eccl. hist. Palladius in hist. Metaphr. in vita.

Breuiar. Roman. in offic. 5. *Magister.* Georg. cont. cit. fol. 1. & Pelusiota ep. 56. Leo Imp. in Encom. *Aurea tuba.* Georg. cit. fol. 88. Damascen. orat. in pauper. & ex eo Rescious.

ANNO CHRISTI 411.

Sixto V. fundata, inscriptio Patris, *Armeniçarum litterarum inuentor.*) Ex illis nos subiecta tantum Latiis reperimus data, & quinque voluminibus comprehensa, iuxta nouissimam Venetam editionem. *In primo tomo.* Homiliæ sunt in Genesim 67. In Psalmos 56. in varia Testamenti veteris loca, 52. è quibus quinque sunt de visione Esaiæ. *In volumine II.* Homiliæ sunt in Mathæum 89 In eundem operis imperfecti 54. (liber iste etsi doctus, aliquanto ab hæreticis corruptus est.) In varia Matthæi loca 26. In Marcum 34. (credunt nonnulli Commentaria hæc non esse Chrysostomi, sed Monachi alterius simplicis, vt constat ex aliquibus ex his homiliis.) In varia loca Lucæ, 7. *In III. tomo* sunt in Ioannem homiliæ 87. In varia loca eiusdem 6. In Acta Apostolica, 51. Conciones de feriis sacris 32. In varia Apostoli loca, 14 in quibus de laudibus eius sunt multæ. *In IV. tomo*.Commentaria per Homilias in omnes epist.Pauli. *In tom V.* ad Antiochiæ Populum homiliæ 80. de Sacerdotio, Dialogi 6. de compunctione cordis lib. 2. de prouidentia Dei 6. De orando Deo 2. De comparatione Regis & Monachi I. Contra vituperatores Monasticæ vitæ 3. Contra Gentiles, siue in Martyrem Babylam I. De pœnitentia term. 12. contra Iudæos, & hæreticos 15. contra Concubinarios 2. Variorum argumentorũ 48. Epist. 8. ad Innocentium Papam. 2. ad Cyriacum. 1. Ad Episcopos, & Presbyteros, ob pietatem in carcere inclusos. I. Ad Theodorum lapsum 2. Ad Eutropium I. Ad Olympiam fœminam illustrem, I. Liturgia, siue S. Chrysostomi Missa.

Hæc nobis illustrissimus concessit Bellarminus, cuius eruditæ obseruationes circa opera nostri Chrysostomi sedulò videndæ. Vide etiam Posseuinum. Alia multa scripsisse manifestũ est, circa quæ consulenda noua excusio Antuerpiæ facta ann. 1614. apud Ioan. Kerbergium, in qua ad collationem vtriusque linguæ exemplarium hactenus editorum, integritati primæuæ restituta reperies Chrysostomi opera omnia à mendis repurgata, & nouo tomo sexto auctuario illustrata.

Tandem gloriosæ vitæ curriculo ærumnoso peracto, dolo Theophili Alexandrini & Eudoxiæ Augustæ in exilio Ponti supera petiit regnaturus in astra, Sacratissimus, ex Græcis, Ecclesiæ Doctor, & singulare Carmelitarum lumen, candorque viuidæ sapientiæ anno Redemptionis humanæ 411. sub S. Innocentio Pontifice O.M. & imperatore Theodosio.

Asserunt Heliadem fuisse Ordinis Chronici omnes, & præter eos Antiochensis Cœnobij Abbatem Carmeliticum Georgius Alexandrinus, Coria. S. Angelus, S. Tiagus, & alij: Qui etiam de S. Pubita, (siue Anthusa sit,) eius Matre Abbatissam Monialium Heliadum in Antiocheno egisse Cœnobio tradunt: Vide de ea Theodoretum. Nicephorum, Baronium, & alios: Et de eo S. Hieronymum, & Antonium Carraciolum, qui illum vocat Hilarionici, id est Antoniani instituti Monachum. Tandem de vitæ eius auctoribus, modo dicendi, obiectis illi, legitimis operibus, his quæ Græcè Manuscripta extabant, anno 1603. in Bibliotheca Imperiali Viennæ Austriæ, in Anglia & alibi, de falsò illi adscriptis, & aliis, vide sedulo Posseuinum ad marginem datum.

Bellarm. in de Script. Eccl. Vide etiam Posseuin. to. 2. S. app. de Script. & operibus S. Chrysost. à f. 133. vsque 159. vbi multa de scriptis Chrysost. reperies. Vide Paleonidor. lib. 3. c. 15. Cassiod. lib. 10. in trip. c. 39. Georg. in vita Sancti. Coria. lib. 9. c. 15. F.S. Angel. c. 44. Catalogi. S. Tiag. in Catal. ill. Theodoret. lib. 5. histor. Nicephor. lib. 10. c. 11. Baron. in annot. ad vit. S. Hilarion. Carraciol. in Synop. veter. Religiosor. in dedicatione ad S. Chrysostomum.

DE SYMPHONIO GRÆCO.

CAP. CXLIV.

Anno Christi 411.

SYMPHONIVS Monachus, natione Græcus S. Hieronymi discipulus iuxta Bergomensem suo vit tempore sapientiâ clarissimus, & iuuenis adhuc magni habitus à Proceribus orbis. Multa scripsisse fatur Bergomensis, inter quæ: De laudibus Bethleem lib. 1. de vita S. Hilarionis lib. 1. & multa S. Hieronymi opera Græcè à sacro elaborata Doctore, Latino dedit eloquio.

Floruerat, & obiisse credimus, in quodam Ægypti Cœnobio, annis Christi 411. sub S Innocentio Pontifice summo, & Theodosio iuniore Imperante. Ex Catalogo SS. Carmelitarum.

Berg. in supplem. Chronic.

Catal. SS. Carm.

DE S. ZENONE MONACHO.

CAP. CXLV.

Anno Christi 411.

SANCTVS ZENO Ægyptius Siluani Abbatis Discipulus. Refert Heraclides de eo inter cætera viri virtutis & constantiæ signa, quod in ardentissimi Solis Ægyptia regione, diebus quinque integris, in caumate staret, se desiccans, & consumens à sole, vt ex hoc probaret, an tormenta carnificum pro Christo superare posset, qui sese verum Aquilæ illius grandis magnarum alarum ad Solis radios quasi examinauerat.

Post miræ pœnitentiæ opera migrauit ad astra candidatus à Sole Iustitiæ Deo. Credimus iure ad annos referendum Christi 411. sub eodem Pontifice & Imperatore. Vide Equilinum.

Damus Heliadem ex Catalogo sæpe deductis.

Heraclid. in Paradiso.

Equilin. lib. 4. c. 47.

DE S. ADELPHIO EPISCOPO.

CAP. CXLVI.

Anno Christi 412.

SANCTVS ADELPHIVS, natione Arabs, Arabessiúsque Episcopus factus, vir sanctitate, & clarâ sapientiæ luce mirabilis. Vidit, Heriberto asserente, sedentem super solium excelsum, eleuatum, & maiestate plenum stellifera, animâ S. Patris nostri Chrysostomi in præmiũ exilij multè, sed patienter ab eo sublati, dum fieret exul. A puero mirè castitatem coluit, & etsi ætate tenella matrimonio fuerit colligatus, seprimo tamẽ die sponsâ relictâ, in pauperes prius bonis familiaribus dispertis, cõcessit eremo, sacco sibi, & cibero

Herib. de vita & ver. Senior. lib. 4.

solo

ANNO CHRISTI 412.

solo manente, quod non mutauit per annos 50. Mille à Dæmone insultationibus appetitus, victor semper euasit, vi verborum illorum, *Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis.* Psal. 117. v. 9.

Floruerat, ni fallimur, annis 412. sub S. Innocentio Pontifice O.M. & Theodosio Iuniore Imperante. Catalogo SS. Carmelit. vetusto.

DE S. SILVIA VIRGINE.

CAP. CXLVII.

Anno Christi 412.

SILVIA Virgo, Alexandrina natione, Rufini Alexandriæ Præfecti soror, Thebaidita cultrix, in eremo prouinciæ superioris, Angelicâ vitâ per annos 60. refloruit. Nullam vnquam medicinam corpori humanam adhibuit etiam ægrâ valetudine insudans; solùm rei spiritus consulens; erat enim tota Supernis imbibita. Heraclide teste eloquentissima fuit Siluia, adeóque sacrarum litterarum viuido reluxit amore, vt noctem, diémque in versandis sacris Scripturis multam insumeret. E Sylua ergo Carmeli Siluia virtutum florida exiliens inter paradisi amœna virentia cælestia prata sata est, salutis crediderimus annis 412. plus minúsve: sub inclyto Romani Consulis Iunioris Theodosij, & Cælico dominatu S. Innocentij Christi clauium hæredis nobilis. De ea Equilinus & alij.

Heraclides in Paradiso.

Damus Carmelitam ex Chronicis & antiquâ Ordinis acceptione iure grandi multis auctoribus firmato.

Equilin. lib. 11. cap. 51.

DE S. MAGNA DE ANTIMO.

CAP. CXLVIII.

Anno Christi 412.

SANCTA MAGNA, cognomento de ANTIMO, Galata natione, Patriâ Ancyrensis, Conuentúsque eiusdem Ciuitatis filia, & Mater illustrissima. In hoc igitur Cœnobio, seu Monasterio, qui Palladio teste, plus decem millibus Monialibus constabat, cum Virgineo Choro gloriosum Christo famularum peregerat, sanctitate multâ, & mirandâ sapientiâ, Magna, verè magna, ea propter omnium Virginum est electa Magistra Galatarum in finibus Ancyræ, cui omnes summum honorem vltroneæ deferebant, clara enim indole, miti serenóque vultu, & corde prædita erat.

Pallad in vita Opiani.

Floruerat in omnibus magna, Magna Virgo, annis, ni fallimur, Christi 412. sub Innocentio, & Theodosio dictis, ex Catalogo SS. Carmelitarum nouo.

DE OLYMPIODORO PHILOSOPHO.

CAP. CXLIX.

Anno Christi 412.

OLYMPIODORVS Natione Græcus, Ægyptius Monachus, præclarissimus Peripateticæ Palæstræ Philosophus, cuius, Sixto teste, extant præclari in Aristotelica Meteora Commentarij: scripsit etiam Græcè, iuxta triplicem sensum, enarrationem in Ecclesiasten succinctam eruditè, Laconicam, & eleganter sapientem, quam Zenobius Acciaiolus Florétinus in Latium transtulit, cuius initium est: *Rerum certa cognitionem,* &c.

Sixt. Sen. BB lib. 4.

Credimus floruisse temporibus S. Innocentij Pontificis O.M. & Iunioris Theodosij, annis videlicet Tartari euersi 412.

Non ille Olympiodorus iste est, de quo Bellarminus; fuit enim noster, multo tempore primus: ille Græcus etiam cùm esset, Græcam in Iob Catenam attexuit, quorum Commentariorum fragmina plura, in Catena Græca in Iob, seruantur, quæ Genuæ habetur in Bibliotheca Saulia. Credunt nonnulli fuisse hunc Benedictinum, alij Basilianum: contendant alij iura sua tuendo, nos autem, nec gloriæ alienæ inuidi, nostrum Philosophum meritò inter Heliades accensemus cum Chronico Ordinis vetusto Rochi, & Catalogo Illustrium Carmelitarum.

Bell. in Oecumenio sub ann. 1077.

Chron Ord. Rochi. Catal. Illust. Carm.

DE S. SIMPLICIANO EPISCOPO.

CAP. CL.

Anno Christi 415.

SANCTVS SIMPLICIANVS (cuius præclara gloriæ monumenta SS. Augustinus, & Ambrosius retulêre) patriâ Mediolanensis, natione Italus, ibi nobili familia natus, liberalibus disciplinis, & in Theologia eo firmiores fecit prouentus, quo sanctitatis postea culmine altior ascendit. Post peragratas, Euangelicæ prædicationis gratiâ, multas scilicet à Caprasio Carmeli Montis Abbate Generali, vbi Simplicianus habitum induerat Heliæ, multas Occidui Solis partes, quibus scientiam salutis feliciter effudit, Romam appulit, vbi virtutum suarum nitore, operum sanctorum exemplo, & doctrinæ præstantiâ zelique viuido Dei ardore, Marium Victorium Afrum, Romanum Rhetorem, & statuâ in foro Romano decoratum, virum liberalibus refertissimum litteris, gratia nimis, & auctoritate inter Romanos pollentem, solertiâ multâ ab impura Idolorum litatione semouit, & ad Christi, etsi in senecta candidam fidem adduxit.

S. August. 8. Conf. c. 2. t. & 5. S. Amb. varus epist.

Paleonydor. lib. 2. c. 6.

F. San Sabinæ Eremitanus in officio S. Simpliciani auth Andreæ Fiurzani digesto.

Is, clarissimâ scientiâ eruditus, Philosophiæ refutauit instituta, & Philosophorum libros acutissimè redarguit. Cúmque, post multa

ANNO CHRISTI 415.

Mediolanum appulisset, Arrianorum ibi flammam d.tam, cuncta vorantem, viriliter oppositus, feruidus zelo, viuidiùs spiritu Christi ardens, Diuini vi verbi, & sanctitatis suæ loricâ indutus, fido accinctus fortitudinis ense mirificè, vna cum S. Ambrosio, à quo fuerat Cœnobij Præsul & reparator constitutus illius, quod Martinus Sanctus Turonensis Episcopus iam pridem in honorem erexerat Heliadum, quemque Arianus ille Auxentius iam solo æquarat) profligauit acriter, & extinxit omnimodè: Catholicamque Religionem ibi labefactatam erexit. Post quæ, Sanctus cum Ambrosius, ad Episcopium assumptus, in sui regiminis adiuxit auxilium: & summus Pontifex S. Damasus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum, tanquam eruditionis, & probitatis spectatæ virum, non dubitauit adhibere.

S. Ambr. ep. 82. ad Vercellenses.

Fuit mirus solitudinis amans. quod cùm S. vidisset Ambrosius, locum illi à populi tumultu remotum assignauit, vbi cum socijs aliquot, Eremiticam vitam, Heliæ etiam more Magni Parentis, aliquamdiu duxit, diuino totus mancipatus obsequio. Sed cùm sanctitatis suæ fama vel ad populos exteros peruolasset, odore diuino ducti, ad eius plures tyrocinium, cursu celeri peruolarunt. Cumque interea diuinus Ecclesiæ Sol Augustinus, S. Ambrosij vel meritis, vel concionibus assiduis, vel disputatione frequenti, vel lachrymis Monicæ Matris, Manichæorum Sectæ, cui per annos multos cæcus adhæserat, nuntiū misisset, ad Simplicianū cælesti monitu perrexit, à quo de aptiori modo viuēdi, cum decē sociis (celeberrimi & sanctissimi Propositi Augustiniani lapidibus primis à Simpliciano datis ex suis Carmelidis professoribus, moribus sanctis, in via Dei feliciter est instructus: & ad sacram Scripturam, & Christi amplexandam humilitatem vehemēti rationum habitu, per annum cū dimidio Augustinum adhortatus. Postquam (vt referunt Sigebertus, Bergomensis, Possidonius & alij cum S. Ambrosio multū suis cohortationibus cooperatus, quo diuinus Ecclesiæ Sol Solem iustitiæ Christum agnosceret, & sibi, suisque Apostolicam vitam obseruandum proponeret. Contigit autē S. Ambrosium lethali morbo vexari, & cùm populus de successore deligēdo pertageret, S. Ambros. iam penè exanimis ter missâ voce subclamauit, Simplicianū tali dignū honore, quem vel ipso Simpliciano renitēte, susceptum, sic se seuere tractauit, vt ne tantisper de Heliana sua professione vim remitteret, fuerat enim vel ab vnguiculis mirâ semper charitate succensus, diuinisque cōtemplationibus deditus totus, orationibus instans. Pauperum Pater, Magister [illegible]orum, orphanorum studiosissimus, vel à Clero, vel à Monachis habitus Pater, qui omnes semper docuerat verbo & exemplo.

Coria lib. 9. c. 14. & 15.

Sigeb. ep. ad Macedon. Bergom. lib. 9. c. Possidon. in vit. S. Aug.

Ex offic. S. die 30. Aug. lect. 4. diei secundæ octauæ. Sig. ep. ad Macedon. Bergom. lib. 9. sup. l in. cit. Possidon. in vita S. P. Aug.

Scripsit, Bergomensi dicente, Epistolarum ad D. Augustinū lib. I. aliarum ad alios lib. I. Extāt ad eum S. Ambrosij epistolæ plures: & S. Augustinum ad eundem constat scripsisse libros duos de diuinis quæstionibus. Sanctus item Vigilius Episc. Tridenti, scripsit ad illum libellū de Martyribus. Eunodii Ticinensis extat elegans epigrāma: & illustris de illo fit mentio in Concil. III. Carthagin. c. 48. Tanti tandem ab omnibus fuit habitus S. Simplicianus, vt eum secum Capralius S. ad Conciliū detulerit Chalcedonēse, etsi, iuxta computa quædam, tempora aliquantulò pugnēt. Sed non in dictis veritas certior dimicabit.

Bergom. cit.

ANNO CHRISTI 415.

S. August. sic asserit lib. 2. retract. c. 1. & de prædestin. SS. lib. 1. c. 4. Detulit ad Con. Chalcedon. Anto. Ol. sum. to. 2. dist. 22. 9. 4.

Tandem constitutus vitæ vltimo fine, fratribus suis adstantibus, sacra est synaxi firmatus & cunctis Ecclesiæ sacramentis communitus: Cúmque suos ad humilitatem paupertatem, & castitatem commendasset, Idibus Augusti, anno Christi Iesu 415. spiritum egit, sub summo Pōtifice Innocentio, & Theodosio iuniore Imperante. Cúmque innumeris viuus, & moriens miraculis coruscasset, Mediolani in Templo eius nominis sacro inter tres Martyres quod viuus iusserat, honorifico marmori traditum est corpus eius.

PRO S. SIMPLICIANO NOTA VNA.

Miraberis, candide legens, S. Simplicianum nos inter Carmelitanorum classes adscribere decreuisse, cum forsan vulgi auidus error nonnunquā inter celeberrimos Augustinianos accensuerit; sed re bene audéque conspecta, non Augustinianus planè, sed S. Augustini tantum Magister Carmelitanus habendus est. Cum vero, ante Augustini conuersionem quo Religionem institutionem suorum fine dubio [illegible]) Eremiticam Simplicianus vitam professus fuisset, quis dubitet sub Heliadum proposito, [illegible] instituto Siquidem Benedictina quæ anno 519. siue, vt alij, 520. originem cepit iuxta Baronium, & alios, nondum fuerat exorta: & Basiliana Romanos nondum siue Occiduos Italiæ fines appulerat. Tum item constat habitu illum, grisæo, seu nigro, & Zonâ, in morem Heliæ Augustinum indutum fuisse, vt hymnus ex libro Confessionum lucide cecinit. Simplicianus Monachus *(ecce Monachum vocat Simplicianum ante Monachatum, siue Religiosam Augustini institutionem)* habitum dat *scilicet Augustino,* & cingulum. *Et cuius more in Monastica professione licet sub Apostolorum regula, & norma Euangelica vita, Augustinum Simplicianus instruxisset, nisi illius, quem, tanquam Patrem tunc, & Principem Monastici, Anachoritici, siue Eremitici instituti omnes venerabantur, vel ex lege veteri Heliam Magnum, vel ex noua diuinum Christi Ioannem Baptistam, & Præcursorem? Ecce cecinit eadem hymnus, ex Confessionum libro:*

Veste nigrâ hic indutus,
Præcinctus corrigiâ,
Vt Ioannes reatmitus
Est Zona pellicea;
Gestus cuius est sequutus
Thesbite cum Helia.

Et ante hæc, vt insinuet Augustinum Antonij vitam Magni Eremiticam, Anachoriticam, siue Cœnobiticam (in quibus ducem habuit Heliam omnium Religiosorum Parentem primum) renouasse & continuasse, sic cecinit:

Gratulentur Eremitæ
Vniti Cœnobio,
Lætentur Anachoritæ
Cum Cleri Collegio,
Augustinus lumen vitæ
Cepit ab Antonio.

Si igitur instructus a Simpliciano in his Augustinus, suæ Religiosæ Professioni initia dedit, inter

Baron. annot. ad diem 21. Mar.

In officio comm. S. P. Aug. celatus.

Ex officio in comm. S. P. Aug.

ANNO CHRISTI 415.

quos recensendus est Simplicianus? Non equidem inter Augustinianos, qui nōdum aderant Orbi, cum tam Simplicianus Eremicolam in morem agebat Helia: non inter Benedictinos, quos nec à longè salutare valuerat, cùm adhuc non essent in rerum natura: nec tandem inter Basilios, quorum instituti etsi tenore [illegible] professione sine dubio non fuerit. Si ergo Monachus ante Augustini Sancti conversionem Simplicianus fuerat, Heliacus hic dubio procul [illegible] contendimus est, quod [illegible] concedas.

Scimus porrò aliquos asserere, se S. Augustinum Simpliciano sancto Regulam dedisse [illegible] affirmare esse, quod, bene historiarum veritate perito, latebit. Augustiniani quidem illustrissimi amoris sacri iure, & tanta sibi zeli gloria (qui alienis sanè non indigent) comparanda, Simplicianum sibi tentant associare, sed profectò totum [illegible] hanc ditatis ius nostra, hac in re violare contendunt, contra Heliades, sed sit amoris error facilè mè commonandus, dummodo, eum qui noster est, vt generosi honorem [illegible] restituant nobis.

Inter Carmelitas illum annumerant, vnúnque & eundem fuisse affirmant, ad quem post Conuersionem cælesti monitu missus est Augustinus, in primis Bergomensis, Paleonydorus, Coria, Olivanus, & alij. Et hac est Ordinis nostri fundata traditio: quid est quod queras illà manente? Etsi post nos alij pro tanto pignore certent, sed inane.

Bergomensis, Paleonydorus. Coria citat. lib. 6. cap. 15. Olivan citat. supra.

DE S. ANASTASIA VIRGINE.

CAP. CLI.

Anno Christi 419.

Pau. Moug. lib. 2. cap. 14.

SANCTA ANASTASIA Virgo, natione Græca, Legionensis patriâ, nobili Parētum sanguine sata. Vix septénis, bonis moribus à Patribus suis imbuta litterarum studiis tradita fuit, in quibus adeò profecit, tanto auida, scientiarum ardore, Philosophiæ sacræ, & sanctorum literarū studio, vt breui, segete sapientiæ mira diuis accreuerit, Paginæ sanctæ maximè delectabatur lectione assidua Virgo tenella, sicque iugi illius versatione spiritum demulcebat, vt tota dedita Deo, corporeis vix sensibus vti videretur.

Eccl. 50. 6.

Contigit autem, quòd cùm die quadam, illud Ecclesiastici legeret: *Quasi stella matutina in medio nebulæ*, &c. cordeque, & mente verba perpenderet, subitò stella defluxerit è cælis, & intra Virginis pectus abscondita, totam luce virgineum illustraret. Quò factum est, vt vana sæculi omnia illico reputaret, & studio Religiosæ vitæ tenendæ inciperet ardere. Verùm, cùm Parentes nubere illam nobili Sponso decreuerent, à proposito Religionis suscipiendę virginem auertere sunt conati; sed tamen, vt cecinit vates: *Immensa cura sit finémque potentia cæli Non habeat: & quidquid superi voluēre peractum sit*: cùm Deus Optimus Maximus Anastasiam sibi segregaret Sponsam, adolescens ille, breui, ante sponsalia spiritum egit. Ex quo facta hominū contradictio posthinc; sed longè potentior validissima Dei manu; à Græcorū Imperatore, cui erat dilectissima

Ovid. Metam. lib. 1. fab. 7.

Anastasia, nubere cogitur Virgo sanctissimo iuueni, sed vnanimes vtrique sponsi, assiduam Deo vouerūt castitatem, distribuïsque in pauperes familiaribus bonis in Monasteria se receperunt, iugo reddito Monastico.

Ducitur igitur Anastasia Virgo, ad quoddam Græcorum Carmeliticum Cœnobium, cui præerat sanctissima Abbatissa Mattona, qua breui die terrena exuuia linquente, à Bassiano Cœnobij sponsi Virginis Abbate, Virginum cliuum Anastasia eligitur, sanctitate, prudentiâ, & sapientia illustri refulgens, Abbatissa. Quo in munere, tanto claruit virtutum candore, vt omnibus admirabilis fœmina Angelica esset. Pœnitentiâ inenarrabili corpus attriuit, abstinentiam, biduo multotiens sine cibo manēs & potu, mirabiliter est prosequuta: assiduę sēper meditationi vacauit, cælestibusque meruit illustrationibus imbui.

Tandem sic in omnibus sensibus, & in operibus eius Christus eluxit, diuinúsque sponsus, de quo semper anxia anastasia diuina fuit, vt ab ipso, visibiliter oculis oblato, refici cælesti meruerit pane, déque imminenti morte præueniri. Itaque breui lecto grauiter oppressa febre, decumbens, suas ad pacem, & religiosam disciplinam, & Christi amorem hortata est, prouenitque cunctis suis felicissimi discessus hora, toto diuinis splendoribus, in modum cælestis coronæ, corpore suffuso, spiritus astra tenuit: Incarnati Verbi de Virgine anno 419. supremum cum Ecclesiæ axem teneret S. Bonifacius I. sub Imperio Theodosij Iunioris.

Hæc inter Carmelitas adcensetur iure Virgines sacras à Chronico Ordinis vetusto, à Coria Nostro, Thoma à Iesu, Catalogo SS. Carmelitarum, & aliis.

DE S. EVSTOCHIO SIVE IVLIA.

CAP. CLII.

Anno Christi 419.

S. Hieron.

SANCTA EVSTOCHIVM, quam S. Hieronymus Iuliam apellauit, quod ex illustrissimo Iuliorum sanguine fuerit creata: natione fuit Itala Patriâ Romana, Romanæ Paulæ illius inclytæ fœminæ filia, vtræque, in Bethlehemitico Heliadum Virginum Cœnobio, sacro velo Christo dicatæ. Filia Matri, in Abbatiali Cœnobij eiusdem munere, & id quod celebrius est, diti clarissimarum hæreditate virtutum, successit. Clarissima igitur sanctitate migrauit ibidem è vita, iuxta Baronium salutis anno 459. sub sede, & Imperio Pontificis, & Imperatoris prænotati. Ex Catalogo SS. Carmelitarum vetusto, & nouo.

Baron. in Annal. & annot. ad Martyrolog. Rom.

DE S. SVLPICIO BITVRICENSI.

CAP. CLIII.

Anno Christi 420.

SANCT. SVLPICIVS, SEVERVS, Aquitanus, vir genere, & literis nobilitatus, paupertatis, &

ANNO CHRISTI 419.

Anno Christi 420.

humilitatis amore conspicuus: S. Martini Turonensis discipulus, & S. Paulini Nolani amicissimus, & æqualis, vt ex Epistolis inuicem missis constat aperte Monachus fuit, iure optimo, inter Heliades connumerandus, vt pote qui vna cum Martino Turonensi egit, in eisdē Conuentibus.

Bituricēsis fuit Archiepiscopus: Episcopatum, & sanctitatem eius, in dubium Possēuinus reducit: sed (verbis vtentes, omnia probare, Margarini la-Vignæi, vt interim omittamus Episcopatum, quem in ambiguum, quibusdam coniecturis ductus Baronius apposuit, de sanctitate tamen Seueri Sulpicij, cuius tam illustre elogium extat in Romano Martyrologio, ambigere nefas, ait la-Vignæus, quam tutum sit. Demus in Martyrologio aliquos repertos Episcopos [illegible], & in Seueri Episcopatu [illegible], [illegible] ipsum in Sanctorum numerum, qui Sanctus non fuerit, nimis grande haberetur erratum: nec vnquam Baronius textum Martyrologij per suos Annales emendare voluit, nam quæ auctoritate publicis Ecclesiæ tabulis, & notis suis in Martyrologium, vt ipsemet diserte [illegible] pro[illegible]: hæc Margarinus primæ auctoritatis Doct.

Sed tamen vt sole clariùs eluceat, & Episcopum, & sanctitate decorum fuisse Sulpicium Seuerum (quamquam à Pelagianis aliquando, in senectute, seductum referat Trithemius: quem agnoscentem loquacitatis errorem, auctor idem silentium vsque ad mortem habuisse commendat; vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo salubriter emendaret) inducere sit fas, post Ecclesiæ Catholicæ testimonium omnium supremum, ex S. Gilberto primo Gemblacensi Abbate fideliter verba mutuata, quæ (exarata manu) Louanij in Valle Martiniana seruantur, teste Margarino. Hæc igitur sunto: *Sulpicius* (S. Guibertus ait) *Seuerus, vt patet & ex gestis, quæ in Monasterio Maioris positus legi, recepto intra cellas secreta B. Martino, cella Patris per quin[illegible] [illegible], [illegible] videlicet Paterna obtinuit: [illegible] remittentem, Bituricensis Clerus inde trahens, Archiepiscopum sibi sublimauit. Qui[illegible] à Pelagianis seductus in aliquo, à regula orthodoxæ fidei exorbitauerit: nusquam omnino, nisi in solo Gennadio legi, qui nescio verum hoc alicubi, & ipse legerit, an ex sola fama, [illegible] Illud tamen [illegible] errore gloriam [illegible] eius non obfuscasse, vnus auctor idem qui refert deceptum, testetur & correctum, quod profectò eo magis mirum, quòd cùm esset clarus genere, sublimis dignitate, Episcopus officio, & per hæc pluribus [illegible], [illegible] deieceret secretum peteret, carcerali latebra se damnans, simulque vigilijs, fame, & frigoribus carnem macerans, in spiritu humilitatis, & animo contrito Deo satisfaceret, &c.* (Deinde multis adiectis) *si huic assertioni meæ non creditur, credatur testi sanctæ Maioris Monasterij multitudini, quæ sacra depositionis eius solemnia festiuo quotannis celebrat officio: cui celebritati ipse quoque apud eos degens, & semel, & iterum interfui, & hanc cum cæteris fratribus, nōnulla deuotione IV. Kalendas Februarij, vt agitur peregi.* Hæc ex Apologia ad literam eduximus S. Guiberti, quibus constat, præter Ecclesiæ auctoritatem, quæ maxima est, sanctum fuisse, etsi aliquando Pelagianorum errore captum.

Porro, Trithemio teste, & Bellarmino, sapientissimus scripsit de sacra historia libros II. quos caute legere, Bellarminus admonet. Item vitam S. Martini Turonensis, lib. I. De conuersatione Orientalium Monachorum, Gallo, & Posthumiano interloquutoribus: cuius Dialogi meminit S. Hieronymus. Itē epistolas multas, quarū Gennadius meminit. Obseruationes Bellarmini circa S. Seueri tempora recole. De virtutibus eius, vide S. Paulinum Nolensem, epistola prima in ordine, & sequentibus.

Bellarminus ponit S. Sulpicium nostrum, anno Christi Domini 420. sub S. Bonifacio I. Pontifice O. M. & Theodosio Iuniore, iuxta Claudij, quam sequimur, Chronologiam.

In Conuersione Iudæorum, tantùm profecit (Chenu teste, vt nullum reliquerit, qui non ab ipso Baptismi sacro lauacro tingeretur. Ioānes Chenu inter Episcopos Bituricē[illegible] XXVII cum numero ponit, diuersum tamen à XXXI. Episcopo dicto nomine Seuero, agnomine autē Sulpicio, cognomento *Pio* vocato, qui Monachus fuit S. Benedicti, [illegible] *Aulicus* à Trithemio dictus: Hunc, teste Gennadio à Chenu dato, *Seuerum Sulpicium* vocarunt, nostrum autem versâ vice Carmelitam, *Sulpicium Seuerum* Bituricensem, de quo egimus [illegible].

Margin notes: Trith. in de vir. ill. in Sulp. — Bell. in de script. in Seuero. — S. Hier. lib. 11. in Ezechielē c. 36. — Gen. de vir. illust. — Vide etiam Baron. die 29. Ian. in annot. Mart. — Io. Chenu Chronolog. Ep. Bituricensium in Sulp. Ep. 27. Gen. in S. Sulp. ep. 27. Bituricen. — Possēu. in appar. — Margar. to. — Bibliot. VV. PP. — Martyrolog. — Baron. to. 5. Annal. — Mar. Rom. 29. Ianuar. — Trith. de vir. & script. — S. Gilb. Gemb. Abbas in Apologia pro S. Seuero. Margar. citatus.

DE S. ORESIESI MONACHO.

CAP. CLIV.

Anno Christi 420.

SANCTVS ORESIESIS S. Pachumij, & Theodori Abbatum, Gennadio teste, discipulus, & collega natione Græcus in diuinis scripturis sedule instructus, spectabili pariter vitā, & eruditione præclarus. Diuino sale edidit opus, posteritatique liquit, in quo totū penè vetus, & nouū Testamentū compendiosis dilectionibus inuenitur expositum, iuxta Monachorum necessitatem: quod quidem vt Sixtus affirmat, testamenti vice fratribus, prope exitus sui dié, reliquit. Huic titulus De institutione Monachorū lib. I. Extat in Bibliotheca Veterum Patrum Tomo 4. Editionis secundę. Si quid vltra scripserit, auolat nobis.

Claruisse constat, tēporibus S. Bonifacij I. Pontificis O. M. & Theodosij Iunioris Romani Imperij tenentis arcem, sub annis Christi Seruatoris 420. Ex Catalogo SS. Carmelitarum veteri.

Margin notes: Gennadius de viris illust. — Eoulin. lib. 5. cap. 174. — Sixtus Sen. sacræ BB. lib. — BB. Vet. Patrum.

DE THEODORO MONACHO.

CAP. CLV.

Anno Christi 420.

THEODORVS *Monachus* cognomento, natione Græcus, B. Pachumij discipulus, & post decessum eius Cœnobiorum singularis Præpositus, & Pater. In diuinis vir scripturis disertissimus, & Regularis disciplinæ strenuus gubernator

ANNO CHRISTI 420.

gubernator doctrinâ simul, & claro religionis flumine venerandus. Scripsit, Trithemio teste, ad Monasteria, luculentas diuinæ paginæ conciones, lib. I. Exhortatorias Epistolas lib. III.

Claruerat sub Theodosij Imperio, & S. Bonifacij Pontificatu summo, annis reparati mundi 420. Gennadius, ex Catalogo Illustrium Carmelitarum.

Gennad. in catalog. Possev. to. 3. S. Ap.

DE VIGILIO DIACONO.

CAP. CLVI.

Anno Christi 420.

VIGILIVS DIACONVS, natione Græcus, vir in diuinis scripturis studiosissimus, & eruditus: Monasticæ in Palæstina disciplinæ adauctor, & Rector aliquorum Cœnobiorum.

Quædam fertur opuscula scripsisse, quæ ad nostri notitiam venisse, & locorum, & temporũ intercapedo prohibuit. Gennadius antiquus, & celeberrimus auctor, valde vtilem fert epistolam scripsisse de Conuersione Monachorum lib. I. Item ex traditione Patrum, Monachorum Regulam quæ in cœnobio ad profectum fratrũ in conuentu legebantur, breuiato, & aperto sermone totius Monasticæ professionis in se tenentem disciplinam. De cæteris nihil meminit.

Gen. de vir. illust. Trith. de vir. illust. Posse to. 3. sac. ap.

Claruit sub eisdem Principibus, quibus claruerat Theodorus, & annis eisdem 420. Orbis saluati: ex Catalogo de illustribus Carmelitis.

DE ESYTIO PRESBYTERO.

CAP. CLVII.

Anno Christi 420.

ESYTIVS, aliis HESYCHIVS Presbyter, & Monachus B. Gregorij Nazianzeni auditor: filius Conuentus Heliadum *Montana nigra* vocati. Eruditione sacrarum litterarum maximè clarus Præceptoris instar, fertur, vt asserunt Trithemius, & Sixtus, multa Expositionum opuscula scripsisse: & in vtrumque Testamentum varia volumina lucubrasse, quæ necdum ad manus allata sunt: præter insigne illud volumen, quod ad Eutychianum venerabilem Diaconum scripsit, in Leuiticum, vbi spiritualiter mysticè Mosis intentionem interpretatur, lib. I. In Ezechielem lib. I. In Epistolam ad Hebræos lib. I.

Trith. in de scrip. Sixt. in BB. sacra.

Claruit temporibus S. Bonifacij, Pontificis O. M. sub Imperio Iunioris Theodosij, Anno Verbi incarnati, 420.

Non iste est Hesychius ille, quem Strabo Monachum etiam, & Presbyterum Hierosolymitanum contetur fuisse, qui scripsit Homilias de S. Maria Deipara. Vide, si iuuat, Posseuinum, & Margarinum de la Vigne. Nos hunc inter Carmelitas illustres accensuimus ex Catalogo vetusto, de eis aduocatum.

Strabo. Posseuin. in Apparatu sacro to. 2. Marg. BB. Vet. Patr. tom. 1. edit. 3. col. 23.

DE S. SOPHRONIO GRÆCO.

CAP. CLVIII.

Anno Christi 421.

ANNO CHRISTI 421.

SANCTVS SOPHRONIVS, natione Græcus, vir sapientissimus, disertus, & eloquẽs, Græcè, Latinéque peritus, diuersáq; linguarũ luce, & cognitione præclarus. Plura S. Hieronymi (cui fuit intimâ familiaritate coniunctus) opera è Latino in Græcum transtulit, mirâ elegantię dexteritate. Puer adhuc Bethleemiticæ ciuitatis laudes scripsit, & adultus subuersionem eiusdem lib. II. De Virginitate lib. I. ad Eustochium Virginem, S. Hilarionis Monachi vitam quam Romano axiomate S. Hieronymus lucubrarat, Græcâ voce refulgere fecit, lib. I. vt & Latina Psalteriũ, & Prophetas, antequam D. Hieronymi opera in lucem ederentur Damasi iussu Pontificis O. M. teste transtulit Equilino.

Equilin. lib. 11. cap. 91.

Monachus fuit Anachoresis Palestinæ, admirabili pœnitentiâ lucens, & florens S. Hieronymi tempore annis 421. sub Sede Bonifacij I. supremâ, & Imperio Theodosij Iunioris.

Alter iste est, & à Sophronio Cypro, qui Monachus fuit etiam Helianus Cypri cõuentus Prouinciæ, & Episcopus Cypricus florens annis 800. teste Heriberto Rosvveidio.

Heribertus Rosvveidus de vita & verb. senior. Epistola.

Nos hunc è Catalogo sæpe adducto, & aliis Carmelitam iure optimo damus.

DE S. HIERONYMO ECCLESIÆ DOCTORE.

CAP. CLIX.

Anno Christi 422.

SANCTVS HIERONYMVS Ecclesiæ Doctor, Presbyter Cardinalis, & litterarum Illyricarum inuentor, vt habet Vaticana Romæ Sixti Bibliotheca Natione Dalmata, Patria Stridonẽsis: Fidelissimus à tenera ætate sectator Heliæ, non tantùm imitatione discipulus, sed & professione (vt ipse insinuat satis apertè ad Theophilum, & Paulinum de institutione Monachi, à pueritia Monachum dicit egisse in Syriæ deserto: & post solitariã in Chalcide Prouincia vitã, Monachum Bethlehemiticum fuisse gloriatur; tamquam Bethlehemiticę Professionis Helianę Pater, Princeps, & Reformator illustris. Vtriusque eruditionis castissimus fuit Professor: in sæcularibus litteris valde eruditus, & in diuinarum scripturarum peritia inter omnes Doctores Maximus & facile Princeps, ab Ecclesia dictus, Magnus omnis eloquentiæ Parens, sacræ legis vnicus interpres, Hæreticorum malleus, fortissimusque expugnator: Fidelis, verus, & Prudens dispensator Euangelicæ gratiæ: qui quasi vnus de Paradisi fluminibus, vel vt quatuor flumina simul, totum orbem irrigauit, proferens de Thesauro spiritus, & sapientiæ suæ mirabilis noua, & vetera, dansque in tẽpore spiritualis tritici mẽsurã, conseruis omnibus Ecclesiæ Dei Hebræos superbos spoliauit, humilesque ditauit Latinos.

Vaticana BB.

Hiero. ad Paulin. ep. 13 in illo *Noster Princ. est Helias, noster Elisæus.*

ANNO CHRISTI 422.

Hic eſt Chriſti Eccleſiæ maximus Doctor, ſincerus, & egregius dilector ſponſæ dilectionis, qui nullum tempus tranſiens inane, nocte, dieque meditabatur in Domini lege, & vix corpori indulto ſomno præciſo, omnis vitæ ſuæ horâ ſcripſit, legit, orauit, & docuit. Is igitur tantus vir, veritatis defenſor, virtutis cultor, vitiorum oſor acerrimus, cùm eſſet Romanæ Presbyter Eccleſiæ, & conſtanter Clericorum ſcelera argueret, eorum inuidiâ pelli cogitur ab Vrbe, Iudæámque veniens glorioſum Chriſti Sepulchrum inuiſit, atque, iuxta Bethlehemitica Ieſu incunabula, locum ſibi habitationis conſtituit, toti mundo claras affulgens, diuinâ id nimirum prouidentiâ moderante: vt ibi lux quieſceret orbis, vbi verus iuſtitiæ Sol (in cuius ſacro natali die de Hieronymo, contigit nos ſcribere iſta) naſcendo hominibus apparuerat: vt ibi lingua diuini ſpiritus loqueretur, doceret, ſcriberet, vbi Verbum Dei Patris cum mortalibus, ſub nocte ſilenti loquuturus, vel vagitibus hominum, vel cæleſtibus ſignis, diuino fœdere vtráque iam naturâ conſertâ, aperiens os ſuum, cæleſtem gratiæ legem aperire veniebat.

Aſt quid fœdi nos ſanctum (laudatores facti audaces) tanti Patris verticē gloriæ, impuro labro pertingere paramus? Silere potius tanta de tanto encomia viro, aptiſſimi: ſicque contrahere laudis vela iuuat, vt ſit admiratio illius, ſit præconium gloriæ, vbi ſilentium fidus interpres noſtri Hieronymi maieſtatis.

Ad eius igitur ſcripta venientes ſequemur ordinem Romanæ Editionis factæ anno 1572. à Mariano Victorio, tamquam iam ab erroribus ſemi-Chriſtiani Eraſmi purgatæ. Hoc vnum monitum lectoré habere volentes: Tomis nouē, tam in editione Lugdunenſi factâ 1530. quàm in Romana prædicta, factâ annis 1565. & 1572. omnia opera Hieronymi comprehendi: ſed nouiſſima Pariſiis facta editio, anno 1609. omnibus accuratior, terſior, & locupletior videndâ, tum etiam quod prior editio coniecerat in quartum tomum, ſciat lector poſteriorem in octauum coniecisse: & quæ Editio prior commodauerat in tomis 5. 6. 7. 8. & 9. poſteriorem in 4. 5. 6. & 7. poſuiſſe. Sunt igitur in *Primo Tomo* Hieronymi operum, Epiſtolæ hortatoriæ, vt plurimum 42. Ad Heliodorum. Ad Ruſticum Ad Lætam. Ad Saluinam. Ad Ageruchiam duæ. Ad Paulinum. Ad Paulam, & Euſtochium Marcellæ nomine. Ad Marcellam tres. Ad Paulum Concordienſem. Ad Theophilum Alexandrinum. Ad Caſtrucium. Ad Exuperantium. Ad Iulianum Diaconum. Ad Virgines Hermonenſes. Ad Ruffinum. Ad Chromatium, & alios. Ad Antonium, de vitando ſuſpecto contubernio. Ad Sabinianum Diaconum. Ad Nepotianum. Ad Florentium duæ. Ad Demetriadem. Ad Furiam Ad Gaudentium Ad Celantium. Ad Euſtochium duæ Ad Lucinium. Ad Abigaum. Ad Iulianum. Ad Caſtoriam. Ad Theodoſium Monachum Ad Auguſtinum. Ad Nicæam Diaconum. Ad Chryſogonum. Ad Ruſticum. In eodem Tomo ſunt Epiſtolæ laudatoriæ, ſiue funebres numero 12. In Nepotianum. In Marcellam. In Bleſillam. In Aſellam. In Lætam. In Paulam. In Lucinium. In S. Paulum. In Malchum. In Fabiolam In S. Hilarionem In mulierem ſeptres ictam. Denique in hoc primi Tomi eſt liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſiue de viris illuſtribus. In hoc primo Tomo nihil eſt de quo merito dubitari poſſit.

In Tomo Secundo, Sunt libri contra hæreticos, ſiue calumniatores, ſequentes: Contra Heluidium lib. I. Contra Iouinianum lib. II. Apologia pro libris contra Iouinianum. Apologeticum ad Domnionem. Ad Pammachium pro iiſdem libris. Aduerſus Vigilantium, ad Riparium Epiſtola Contra Vigilantium lib. I Ad Marcellam contra Montanum epiſtola. Contra Luciferianos dialogus. Ad Auitum, contra Origenem, Ad Ioannem Hieroſolymitanum. Ad Pammachium de erroribus Ioannis Hieroſolym. Ad Theophilum, contra eundem Ioannem creditū Origeniſtam. Apologiæ contra Ruffinū, lib. III Ad Creſiphontem, contra Pelagium. Contra Pelagianos lib. III. Ad diuerſos diuerſorum argumentorum epiſtolæ 30. necnon Epiſtolæ Epiphanij, Theophili, & Auguſtini. Ad Hieronymum epiſtolæ octo. In hoc tomo nihil eſt dubium ſuppoſititiumve.

In Tomo Tertio ſunt præfationes, & quæſtionum expoſitiones ſequentes: Ad Paulinum de libris diuinæ ſcripturæ. Præfationes in Pentateuchum. In Ioſue. In libros Regum, & in librum Paralipomenon ſecundum, de quibus duobus aliqui addubitant an ſit S. Hieronymi ſtudium, ſed cuiuſcumque ſit opus, non multùm intereſt: In Eſdram. In Tobiam. In Iudith. In Ether. In Iob. in Prouerbia. In Eccleſiaſten. In Cantica. In Iſaiam In Hieremiam. In Ezechielē In Danielem. In XII. Prophetas In IV. Euangelia. Sunt Tomo eodem expoſitiones quæſtionum propoſitarum à diuerſis ordine ſequenti. Propoſitio A Damaſo. A Dardano. A Vitali. Ab Amando. A Minerio, & Alexandro. A Paula Vrbica. A Cypriano. Ab Euagrio. A Marcella. A Sophronio. Ab Hedibia. A Principia Virgine. A Fabiola. A Ruffino. A Sunia, & Fretella. Ab Algaſia. A Paulino. A Deſiderio. Sunt item Tomo eodem Traditiones, ſiue quæſtiones Hebraicæ, In Geneſim. In libros Paralipomenon. In libros Regum. Et etiam libri de locis Hebraicis, & de nominibus Hebraicis, quæ in omnibus libris Teſtamenti veteris, & noui occurrunt.

Vide Bellar. in de ſcript. in S. Hiero.

In Quarto Tomo, ſunt Commentaria in IV. Prophetas maiores, & in Threnos Ieremiæ: de his credidêre nonnulli, eſſe Rabani, potiùs quàm S. Hieronymi, eo quod habeantur inter Rabani opera, & in illis inueniantur nonnullæ ex ſancto Gregorio decerptæ ſententiæ.

In Quinto Tomo, ſunt Commentaria in Eccleſiaſten: & in XII. Prophetas minores.

In Sexto Tomo, ſunt Commentaria in Matthæum, Poſt quæ ſequi debebant Commentaria in Marcum, ſed Marianus Victorius illa prudenter omiſit, eo quod auctor oſtendat, ſe neque Græcæ, neque Hebraicæ linguæ fuiſſe peritum, quod nullatenus de S. Hieronymo cenſendum eſt: tum item, quia in explicatione capitis 14. & 15. multa inepta ſcribit, & falſa. At, quis, nec à limine tale de Hieronymo ſuſpicari poterit? Sunt item tomo eodem Commentaria in Epiſtolas ad Galatas Ad Ephesios. Ad Titum, Ad Philemonem. Didymi de ſpiritu Sancto liber, à Hieronymo Latino datus.

Anno Christi 422.

In septimo tomo sunt, præter Versionem S. Hieronymi ex Hebræo, Commentarii in Psalmos omnes: de quibus legenda obseruatio Bellarmini.

Bellarm. de Script.

Octauo tomo insunt opera hæc: Commentaria in Iob, quæ Marianus Victorius Bedæ venerabili attribuit. In Prouerbia Salomonica, quæ etiam ipsi ab aliquibus Bedæ tribuuntur. In Cantica Homiliæ Origenis. In omnes epistolas Pauli Commentaria, de quibus sensère nonnulli, abesse tantùm, fore S. Hieronymi studium, quantùm facilè suadibile habet Bellarminus, fuisse auctorem Pelagium Hæresiarcham.

Vide notationem Bellar. loco cit.

Tomo tandem *nono* circumferuntur multa, quæ manifestè, veritate expensâ, non esse S. Hieronymi constat, sed Eusebij Cæsariensis, Ruffini, Augustini, Gennadij, & aliorum, de quibus nequit dubitari. Multi etiam libri ponuntur, & epistolæ, quas Erasmus tanquam suppositititias ad tomum dederat quartum: Et verè in eis nil dignum est Hieronymi doctrina.

Nunc verò etiam recensenda ducimus quæ manifestè comperimus ad Hieronymum non conducere. Epistola ad Demetriadem, quæ à S. Augustino confutatur, & Pelagio tribuitur. Epistola ad Geruntij filias: Et Epistola ad amicum de cognitione diuinæ legis, Pelagianæ sunt. Epistola ad Desiderium de Scriptoribus Ecclesiasticis, ponit inter lumina Ecclesiæ Origenem, Iouinianum, Pelagium hæreticos: numerat Hilarium Pontificem, qui S. Leoni successit, diúque à morte S. Hieronymi floruisse constat. Epistola de filio luxurioso, & frugi Pelagiana est & diuersa multum ab ea quæ S. Hieronymi est, de codē argumento. Symbolum ad Damasum, quod incipit, *Credimus in Deum Patrem*, & explicit; *non Catholicum, non me hæreticum comprobabit*: est Pelagij ad Innocentium; non Hieronymi ad Damasum: vt S. Augustinus ostentat. Epistolæ S. Augustini ad Cyrillum Hierosolymitanū de obitu S. Hieronymi sine dubio suppositititiæ sunt.

S. Aug. lib. de grat. Christi cap. 22. 27. 37. 38. & 40.

S. Aug. lib. cit. à c. 30. vsque ad 33. Vide rationem Bellarmini congruentissimam allerto loc. cit. S. Hieron. ep. ad Ctesiphontem.

Tribuitur demum S. Hieronymo liber de vitis SS. Patrum: sed est notare eum non esse vnius auctoris; nam in prima parte ponuntur Monachorum vitæ, quas Ponticus Euagrius scripsit, de eo S. Hieronymus scribit solam Ioannis Abbatis vitā, quæ prima est, veram esse: Gennadius in suo catalogo scriptorum tribuit eidem Euagrio vitas Patrum, quibus ab eodem sunt adiectæ vitæ Pauli Eremicolæ primi, Hilarionis, & Malchi captiui, à S. Hieronymo scriptæ: & vita S. Antonij à S. Athanasio: item Mariæ Ægyptiacæ à Zozimo edita: multa item ex Cassiani collationibus: Denique vita S. Hieronymi parum fideliter scripta.

Hæc sunt quæ de scriptis Doctoris maximi, iuxta Bellarminum ad præsens nobis consignanda venère: præter quæ multa alia lucubrasse pro Ecclesia Christi non dubitamus, quæ nobis incognita, vel inter multa dispersa manserunt. Hoc vnum norescat posteris, solum Hieronymum commentatum fuisse omnia Bibliorum sacrorum volumina: transtulisse ex Hebraico vetus, ex Græco nouum Testamentum in Latinum: Epistolas, & Missalis Euangelia, per omnem circulum anni. ex mandato Damasi Papæ Hispani adnexuisse: eisque libros omnes tanti Patris 219. & amplius, absque voluminibus Græcis, Latinitati ab ipso donatis. Adeoque sapientiæ vniuersæ, & omnigenæ scientiarum cognitioni omni vacauisse sedulum ipsum, vt *quod* (verba sunt S. Augustini) *Hieronymus ignorauit nullus vnquam hominum fuerit adeptus*: Adeò excelsè adstitit assiduitati lectionis, vt vbi oratio deficeret, lectio: vbi lectio, inciperet oratio: iteratum, quòd vnà cum lacte ebibens Christum, magnus ipse in sapientiæ profunditate, Magni, cognomen, viuens adhuc merito in terris fuerit assequutus, & Maximi in cælis: quo maiorem, etsi singulorum Sanctorum vitas perquireret Augustinus, nullum se reperisse Hieronymo fatetur.

At, post tantæ sanctitatis, & sapientiæ opera, quæ vix adcenseri valent, præclarum Ecclesiæ Catholicæ iubar, totius forma sanctitatis, apud Bethlehemiticam speluncam, quam tantopere dilexerat, relictis vitæ periturae exuuiis, moriens peruenit ad Christum, obiensque ad cælestia migrauit, anno salutis humanæ 422. sub Iuniore Theodosio, iuxta Computa Claudij, & S. Bonifacio Lætatis suæ anno 91. ex Chronico Prosperi, vel anno 420 ætatis 78. ex Annalibus Baronij. Multis miraculis clarus, sepelitur apud Bethlehem, iuxta Redemptoris cunabula sancta: sed eius corpus translatum est postea Romam, & in Ecclesia S. Mariæ Maioris de Niue conditum cum corpore S. Matthiæ Apostoli & Virginis Mariæ veste seruatur.

Prosper in Chronico Baro. in Annal. anno præd.

Ex Breuiar. Antiquo Eccles. Rot. in festo S. Matthiæ Apost. lect. 1.

Eius vitam Eusebius discipulus, quondam scripsit; & nostro tempore Marianus Victorius eleganti penicillo ex eius scriptis primus delineauit. De scriptis S. Hieronymi consule Vincentium, Trithemium, Sixtum, Bellarminum & Possevinum.

Vinc. Belloac. in spec. to. 4. lib. 16. cap. 19. Trithem. de Script. Sixt. Sen. Bellarminus. Paleon. lib. 1. cap. 3. & 15. Coria lib. 9. cap. 8. Possev. App. Sacr. tom. 1. à f. 30. vsque 47. Breuia. Eccl. Rot. in officio S. Hieronymi lect. 1.

Paleonydorus eum apertis vocat Carmelitanum verbis, & cum eo omnes nostræ Religionis Chronici, imò & exterarum multi. Vide Iacobi Coriæ dilucidarium. Monachalem eius Heliadum professionem testari videtur antiquissimum Breuiarium Rotensis Ecclesiæ Cathedralis huius Aragonum Regni vetustissimæ his ce verbis: *Postquam autem omnem mundanarum litterarum scientiam in adolescentia adeptus est probatissimarum sui temporis quoque Monachorum habitum & vitam imitatus est.*

DE S. HILARIO EPISCOPO ARELATENSI.

Cap. CLX.

Anno Christi 422.

Sanctus Hilarius Arelatensis in Gallia Episcopus, ad quem (licet aliquandiu S. P. Augustini fuerit discipulus) in eremo, more, & professione Heliadum commorantem, librum Eucherius misit Lugdunensis, de laudibus eremi. Vir sanè doctus, & eloquens &, quamquam in ætate prouectâ Christicola factus, meritis sanctitatis suæ à Catholica celebratur Ecclesia, maximósque inter eius Doctores adnumeratur: Hunc S. Prosper Aquitanicus lib. 2. cap. 9. de vita contemplatiua, S. Eucherius Lugdunensis in præfat.

Ipse testatur ad Aug. quæ est tom. 7. p. 546. Bellarm. in de Script. S. Isidor. c. 15 de viris ill. Eucher. o. S. Prosper. S. Eucher. Lugdun. Coriastanius & Gennadius cap. 99.

ANNO CHRISTI 422.

præfat. quæstionum veteris Testam. ad Salonium discipulum. Constantius & Gennadius miris attollunt laudibus, & tanquam firmissimam Ecclesiæ columnam venerantur.

Vide Baron. 5. Maij in annot. Martyrol. Sidon. Ap. in vita S. Germ. Epis. Antisio. epist. lib. 1. cap. 11 & S. Prosp. lib. 2. cap. 9. Baron. in annot. ad Martyrol. 5 Maij & in Annal. lib.

Tantæ extitit in egenos pietatis, fidei igneus torrens, cælestis eloquij, & divinæ præceptionis operarius indefessus, multimodaque virtute pretiosus (verbis vtimur Sidonij) vt bona sua, aut parentibus reliquerit, aut vendita pauperibus erogarit, vt pauperum pater vocari meretetur. Constat hunc, ait Baronius, pœnitentiâ emendasse, quidquid zelo tuendi Ecclesiæ suæ iuris, tam in S. Leonem Pontificem, quàm in Gallicanos Episcopos deliquisset (argutus enim fuit aliquando, quod inconsulto, & Romano contradicente Pontifice, sumpserat sibi Episcoporum Ordinationes, ad alios spectantium Metropolitanos Hilarius, sed facinus, potius à Patroclo quodam Arelatensis Sedis inuasore, qui, Herote pulso, ille sedit, aggressum est) Abdicauit enim se Episcopatu, & ad eremum Lirinensis Insulæ, vnde ad Episcopatum fuerat assumptus, remeauit. Constat item, vnà cum S. Prospero, pro tuenda Catholica fide, contra Pelagianos plurimum decertasse, & in defensionem scripturarum S. Augustini, Præceptoris quondam sui (quas aspergere, labefactare calumniis, & canino corrodere dente hæretici conati sunt) insudasse multùm.

Sic constat ex ep. 90. S. Leonis ad Rauennatem interrogatum pro Hilario, & docet Sidonius in carmine Eucharistico ad Faustum. Ex epistola Cælestini Papæ epist. ad Episcopos Gallicanos.

Demum doctrinâ, & sanctitate conspicuus, ad profectum Ecclesiæ, sequentia opuscula litauit posteritati: S. Honorati vitam lib. 1. Orationem funebrem pro eodem Honorato. Historiam heroico Carmine à primo capite Geneseos vsque ad septimum, Epistolas contra hæreses, Posseuino teste, Homilias penè innumeras, & alia quædam, quæ nos haud videre valuimus adhuc.

Posseuin. tom. 2.

Clarebat sub Theodosio Principe iuniore, anno à quo è cælo celsus prodiit formam Deus hominis assumere 422. Dum summam Ecclesiæ teneret arcem S. Bonifacius I.

Vitam & encomia tanti Patris plures scripsêre. Nunc nobis ista de Hilario Arelatensi dicta sufficiant.

Etiamsi Hilarius iste Honorato Arlensi de quo agemus sub anno 440. hac eadem Ætate, Statu tertio, superstes fuerit: non dubitauimus hîc eum adiecisse, eo quod annus obitus illius nos lateret, dum constet hoc anno 422. maximâ S. Hilarium sanctitate & sapientiâ florere. Simili ratione vtarù, si alios postpositos vel annis antepositos paucis reperies hoc in Paradiso; nam cùm circa ætates & tempora tot sint aliquando capita quot sententiæ, nequiuimus semper sic fideliter obituum tempora dare singulis, nisi nobis illa effinxissemus, quod absit.

DE S. MARGARITA PELAGIO VIRGINE.

CAP. CLXI.

Anno Christi 423.

Vide Epist. Equilinum l. 9. cap. 38.

S. MARGARITA cognomento maiori PELAGIVS dicta natione Ægyptia, opulento parentum, & generoso sanguine creta; speciosissima formâ fuit inter Ægyptias fœminas ista: tam scita parentum sollicitudine custodita, & morum glorioså instructa varietate, vt se à nemine videri permitteret: (mirabile hoc nostro tempore dictu quo sic videri fœminæ student.)

ANNO CHRISTI 423.

Coniugio tradita nobilissimo adolescenti Damnoso, imperante Deo carnis plausus nuptiarum nocte primâ fastidiuit, virginalem pudicitiam multum adamans, vitæ lenocinia reputauit vt stercora cuncta. Abstracta ergo à viri consortio, nocte mediâ, illo sopito, detonsis crinibus, virilique amicta habitu, clam à sua domo recessit: Longe ad Monasterium Heliadum Monachorum accedens, se Fratrem Pelagium simulans, poscit recipi & mox, cuncta mouente Deo, ab Abbate in Monachum tonsurata est. Exinde tali morum probitate refulgere cœpit, vt defuncto sanctimonialium quarundam ex Ordine Heliadum Præsule, de Seniorum consilio, & Abbatis maioris imperio, licet renitens ipsa Pelagius, Virginum præficitur Cœnobio. Iis cum nedum corporis necessaria curaret, sed & animarû præberet pabula, dira inuidentia egit humani generis hostem, vt Pelagij Virginis innocentiam diffamare curaret. Itaque vnam ex Virginibus, quæ ad ostia Monasterij adstabant, in adulterium aduocans, cuius vterus, cùm iamiam intumesceret vix celari poterat, pudorem, & dolorem fecit ingentem Monachis, & Virginibus vtriusque Cœnobij. Interea solus Pelagius facti damnatur inhonesti, moxque nullo examine præuio pellitur è communi consortio Monasterij sui, cum ignominia castigata: deinde in teterrimo specu reclusa, & manu seuerissimi Monachi sola hordeacei panis, & aquæ modicissimâ cibatur annonâ. At Pelagius in Sanctorum exemplis roborata, calumniam, & pressuras non leues, leuissimè sustulit.

Tandem finis præmonita sui, Monachis per litteras genus suum detegere decreuit, nomen, & conditionem suam reuelans: peténsque vt quam viri fœminam non agnouerant, Sorores Sanctæ eiusdem Heliæ Patris Ordinis sepelirent, & fœminæ Virgines Virginem recognoscerent, quam virum adulterum diiudicarant. Cum ergo iam Pelagium vita functam in specu Monachi & sanctimoniales conspexissent, & fœminam Virginem intactam comprobassent, eam in Virginum Cœnobio tanquam in pretiosa concha Margaritam incluserunt.

Salutis floruerat, quod credimus, annis 423 plus minúsve ista Pelagius, sub S. Cælestino Orbis & Vrbis Pontifice Summo, & Imperatore Theodosio iuniore.

Diuersa est ista Margarita dicta Pelagius ab illa alia insigni meretrice, Pelagio quoque dicta, quæ post fluxæ carnis scandala, facta ex lebete phiala, & de vase contumeliæ in vas translata gloriæ, mediis suasionibus Nonni Antiocheni Episcopi Sancti, mundo valedicens, Anachoriticam Heliadum vitam amplexata est, & in Monasterio Montis Oliueti sub habitu virili reclusa, vitam mirabilem egit: De eâque scribit eleganter Iacobus Diaconus. Et adnumeratur inter Heliades illustres Palæstinæ, seu Syriæ ab Ordinis Chronographis communiter: sunt inter alios Thomas à Iesu, & Coria noster videndi.

Iacob. Diaconus habetur in lib. de vit. Patrum. Thom. lib. 1. antiqu. Car. cap. 14. Coria lib. 8. cap. 24.

D E

ANNO CHRISTI 425.

DE S. LVPO EPISCOPO LVGDVNENSI.

CAP. CLXII.

Anno Christi 425.

SANCTVS LVPVS ex Anachoreta factus Lugdunensis Episcopus, teste Baronio, in Insula Lirinensi, post alium Lupum Trecensem, Anachoretam siue Monasticen (Heliæ fanè) vitâ exercuisse clarissimum habemus; nam constat ex Sidonio Apolinari duos fuisse Lupos multò ante tempora Lupi alterius Senonensis, quos ex hac vita migrasse tradunt anno 631. Tabulæ Episcoporum Senonensis Ecclesiæ quas recitat Demochares. Nostri autem vixère iuxta Baronium temporibus Valentiniani tertij, & successorum Imperatorum, sub Cælestino I. Pontifice O.M. & annis soluti à gemitibus inferni 425.

Damus Heliadem ex Catalogo Tonstati & Episcopi Alguerensis.

Baron. in Martyrol. 25 Sept. Sidon. lib. 2. ep. 14. & in Carmine Eucharistico ad Faustum Lerinen. Demochares. Baron. annotis ad Martyr. sub die 25. Septemb.

DE PALLADIO GRÆCO EPISCOPO SCOTIÆ.

CAP. CLXIII.

Anno Christi 428.

PALLADIVS, natione Græcus, Britonum, siue Scotorum primus Episcopus, quos à Pelagij heresi liberauit, vt asserit Catthagena ex Harlemio, cúmque nationú illarú Apostolú vocat, & Ioannis XLIV. discipulum, dum adhuc cultor eremi solitaria Syriæ loca Carmelum maximè coleret: iuxta quod iure multo inter Carmelicolas venit recensendus insignes.

Ioan. Carth. hom. 2. de laud. Carm. Nicol. Harlem. Car. in lib. de Scrip. Britanniæ, cent. 14.

Vir fuit clarâ pietate, & religione conspicuus: fidissimus Catholicæ Ecclesiæ fideique defensor: tanti Præceptoris (non Origenistæ, vtpote qui non fidem, vt quidam suspicati sunt, sed Origenis est imitatus ingenium) verus discipulus. Prædicatione suâ Orcades Insulas, incultas, & barbaras, Prospero teste, ad fidem Christi reduxit. Scripsit, Trithemio dicente, S.P. Chrysostomi vitam, lib. 1. Si quæ alia posteritati dicarit penitus latet.

ANNO CHRISTI 430.

Prosp. Aquitan. de vit. contemplat. lib. 2. c. 3.

Floruit, eodem Trithemio fante, anno à reparatione posteritatis Adæ 428. regnante Valentiniano Imperatore, sub Summo Ecclesiæ Patre S. Cælestino.

Non, iste Palladius, ille est, quem Origenista non labe infectum S. Hieronymus adnotauit, cum S. Epiphanio: Galata ille fuit natione, Lausiacam Historiam, Heraclidisque Paradisum scripsit, & inter Carmelitas censendus non est: noster autem Palladius Scotiæ Apostolus, potiori, securôque iure ab Emmanuele Romano nostro, & multis alijs inter Heliades censetur.

S. Hiero. ep. 1 Ctesiphontem. Epiph. ep. ad Io. Hierof. Emman. Romanus in Catalogo virorum illustr. Car.

DE PHILIPPO PRESBYTERO.

CAP. CLXIV.

Anno Christi 430.

PHILIPPVS Monachus, & Presbyter, natione Palæstinus, S. Hieronymi quondam auditor, vir sanè omni eruditione ditissimus, sed ditissimo ditior amore voluntariæ pauperiei, quam sub Heliana sine dubio disciplina professus est, vt ex variis lectionis variæ rationibus conijcimus seduli. Verbo, & exemplo multos ad pietatem adduxit, Ægypti Monachus factus Post Præceptoris decessum in diuinis quosdam Scripturis edidit Commentarios: è quibus, Trithemio teste, opus extat egregium in Iobum lib. 1.

Trithem. de vir. & Scrip. Eccl.

Claruit ab Orbe liberato per Iesum, anno 430. Sub Valentiniani tertij Imperio, dum summam Ecclesiæ Sedem S. Cælestinus haberet. Obiit sub Præside Martiano. Ex Catalogo illustrium Carmelitarum veteri, & ex Episcopi Alguerensis scripto Carmelitam damus.

RELIGIONIS
BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO
STATVS TERTIVS.

ÆTAS EADEM SEXTA.

FVNDATÆ RELIGIONIS
anno 1366.

NOTA VNA.

A *JOANNE Hierosolymorum Patriarchâ XLIV. loco hoc, & hac certa eadem sexta Ætate reponendo (qui prope hos annos Domini Iesu, vt videre erit, quadringentos, virtutibus, & sapientia effulsit vsque ad Aymericum Antiochenum Patriarcham, qui orbem, & Heliæ Ordinem decorauit annis à Christo 1120.) tertium meritò Marianæ Religionis cursum accipimus, In quo facillimo negotio comperitur Ordinis inuiolata successio: namque notissimum est cunctis Carmelitis, vel manu leui, monumenta versantibus, Ioannem istum Heliadem egisse, & Religiosis commorantibus in Carmelo Regulam diuinamque quam iam Græcè scriptam institutionem contexuisse (quam fidelissimè ipsi obseruarunt) ad instantiam Caprasij Prioris Generalis Carmeli Montis scriptam & acceptam, quam fidelissimè Carmelitæ obseruarunt vniuersi, vsque ad præfatam Aymerici ætatem & ea amplius. Hoc statu, scilicet ab anno 400. vsque ad annum 600. quàm plurimi in Ægypto, & Syria floruère Carmelitarum familiæ filii Heliæ Magni Patris hæredes, de quibus nonnullos hic tibi commonstramus selectiores, cæteros visuro apud latiora Religionis momenta, & apud Auctores vitarum Sanctorum & Ecclesiasticæ historiæ sacros veteres Annalistas, aliósque ex antiquis; & ex modernis apud Baronium, Heribertum, Thomam à Iesu, Coriam, & alios quàm plures.*

Ab anno ergo 600. quàm ingentes calamitates, funestásque tribulationum clades pati cœpère omnes, & quotquot Christiani Prouincias incolebant Europæas, ex quibus innumeri laureis triumphalibus Martyrij, sunt coronati, & ad astra volarunt: vitantium vt pusillus ex earum incolis Monachorum Heliæ grex, superstes & residuus euaserit, qui olim præ multitudine vix supputabilis erat: Huius ergo vndique nonnulla collectæ oues vellere Heliadum consignatæ, tanquam ad asylum securitatis firmissima, quasi ad propriam caulam, ad Carmeli pascua Montis remeantes, ibi diuersata, & recepta sunt. Quorum pressionibus & ærumnis ad misericordiam compulsi sacri Ecclesiæ Christi Pontifices Summi, multis eos iuxta annum (saltem quod comperimus Christi Iesu 800. & insignibus Priuilegiis, & gratiis communiuère, à Leone IV. qui sedit anno 848 (quem sunt secuti & imitati Adrianus II. Stephanus V. Ioannes X. & XI. Gregorius V. Sergius III. & Alexander II. vsque ad Gregorium VII. qui sedit

Baronius in Annal. lib. [illegible] Heribertus Rosweydus de vit. per totum. Thom. à Iesu Antiq. [illegible] c.1. & 13. Coria [illegible] lib.9. cap.28.

ANNO CHRISTI 432.

anno 10 S. et non modo Monachos, sed & omnem etiam fidelem Christianorum populum, & viros qui Carmelitas suis eleemosynis & auxilijs fouerent (tanquam qui selectissimi erant filij Virginis Matris Mariæ, ab ipsa gratia omnis Matre singulariter dilecti, selecti, geniti, nutriti, & ablactati; ad viscera, & vbera singularissimi amoris, & dilectionis suæ varijs indulgentijs ditarunt; vt plantata in Carmelo ab Helia Parente Magno Religio, & vbique à Magna Virgine Matre protecta, modis omnibus firmata & aucta duraret contra temporum, & inimicorum infestationes & ærumnas infractas.

Ex his fiat palam, quod Statu isto, qui octingentorum volat annorum felicem semitam, & viam, à Ioanne videlicet vsque ad annum 1120. Seruatoris Iesu, numquam Heliæ filia interitum nouerit, etsi tot, tantisque oppressionibus compressa cucurrerit: & iam iam ruitura omninò, vsque ad interitum & desitionem diiudicata sit. Et certè sic nimis oppressa periisset, nisi prouidentissimus diuinæ Sapientiæ & Bonitatis Pater Deus, (qui eam ob sui gloriam, Matris Virginis Mariæ honorem, & Ecclesiæ incrementum suæ sibi elegerat ab initio, & possederat vt proprius Dominus eius tāquam initium viarum suarum, quæ sunt cæteræ in Ecclesia Sanctorum illustrissimæ Religiones) paxillum firmitudinis suæ fixisset, & adiecisset, ne tribulationum verticibus conflictata & agitata Heliæ, & Mariæ Virginis filia singularis omnino periret; nāmque fuerat ædificata in generationem, & generationem sedes illius, Cælesti placuit ideò luminum Patri, illius semper incrementa maiora in Aymerico illo fulcire, vt firmaret eam in sæculum sæculi; quo nouis vitæ habitibus, diuturna vsque ad orbis occasum curreret, & progrederetur, pericula transiliens, & hostes suos sub scabello semper pedum suorum deuictos abijciens, victrix ipsa, vinci nō noscens, & Io triumphi læta conclamitans semper.

DE IOANNE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.

CAP. I.

Anno Christi 432.

Theod. li. 5. rei. Eccles. Prosper Regiment. cit. Tripart. lib. 10. cap. 25. Rufin li. 11. Eccl. histor. c. 21. Baron. to. 5. Annal. ad ann. 399. n. 38. Trith. de laud. Carm. cap. 2.

IOANNES natione Syrus, huius nominis Hierosolymorum II. Patriarcha, à S. Iacobo XLIV. quem Theodoretus, virum planè vocat insignem: Prosper, vitæ puritate, & Prophetiæ gratiâ nitentem: Tripartita, mirabilem: Rufinus, reparatorem Sedium Apostolicarum. Baronius Catholicæ fidei professorem egregium, Trith. virum Sanctissimum. Iuuenilem nactus ætatem, sæculo nuntium mittens, & familiaria bona diuidens in pauperes, Carmeli Montis Cœnobium adiit. (non Hilarionis Monasterium in Palæstina, vt dixit Lippomanus) teste S. Hieronymo, & Molano, qui eum Ordinis Carmelitarum Professorem appellat. Ibi confestim ad virtutis cacumina conscendere gestiens, tanta enituit humilitate, verus Dei, Catholicæque Ecclesiæ cultor, & vniuersa morum honestate pollens vir, vt ipsum quoque seniorem Cyrillum, tunc in Carmelo Generalem Græcorum num. XI. Priorem, obedientia suâ, & conuersationis claritudine sacrâ, fecerit admirabundum. Quapropter ad Patriarchalē Hierosolymorum thronum ab Adriano I. (alij & meliùs asserunt à Siricio Pontifice O.M.) elatus est: Carmeli prius, in quo positus omnium vnâ Monachorum fuerat voce, Prioratu dimisso, vt asserunt Armachanus, Waldensis, Morigia, Paleonydorus, & alij citati à Thoma à Iesu. Successit autem Cyrillo (qui obiit iuxta Baronium tom. 4 Annal. anno Christi 385. octauo Imperij Theodosij Sede, sapientiâ, & virtute.

Eruditione diuinarum scripturarum, & omnigenâ earum cognitione eruditissimus, vt disputationes cum S. Hieronymo, & Epiphanio super Origenis doctrinam demonstrant, scripsit, teste Paleonydoro, de Ecclesiastica historia lib. II. Ad instantiam Caprasij Discipuli eius, Montisque Carmeli Prioris: *De institutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium*, lib. I. quem vice Regulæ tradidit Carmelitis tenendæ sua auctoritate confirmatæ. Apologeticon, quo probat, se non fidem, sed Origenis ingenium esse sequutum lib. I. teste Gennadio Credunt aliqui, esse hunc eundem cum libro de Institutione Monachorum, sed falluntur, imò certum habemus peculiarem esse, quo motus S Hieronymus ab incepta cum Ioanne, sup. suspicione Origenistæ, destitit à quæstione, vt notauit Thomas à Iesu cum Honorio Augustodunensi. Epistolarum ad diuersos lib. I. & alia quædam, quorum titulos non valuimus habere.

Tandem post, dogmate sacro multo Religionem Heliadum instructam: post reparatas Apostolicas sedes, in Sede Patriarchali factus Cyrilli successor: post vitæ puritatem, & Prophetiæ donum à Domino acceptum: post corpora SS. Stephani, & Sociorum eius, à se in Ierusalem translata: post Paralyticorum curationem, & illuminatos cæcos, *Sanctissimi* nomine, ab Anastasio Papa condecoratus, debitum soluit humanæ naturæ, sub Pontificatu S. Sixti III. & Imperio Valentiniani III. Salutis anno 432. Baronius ponit eum obiisse anno 416.

Errore grandi Lucius noster hunc Ioannem ad annum 770. reiicit, cùm Ioannes ille Patriarcha Hierosolymitan. qui eis annis floruit, alter fuerit à nostro, & nec inter Carmelitas annumerandus.

ANNO CHRISTI 432.

Lippom. in vita S. Epiphan. S. Hieron. ep. ad Theophil. tom. 1. quæst. 62. Mola die 13. Ian. in Mar. Armacha. ap. Vvald. de sacra. tit. 9. c. 89 Morigia lib. 1. de Orig. Relig. c. 36. Citatus lib. 2. c. 22. de bono statu, & alij. Trithem. in Ioanne. A Siricio. Vval. de sac. t. 9. cap. 89. Franciscus à S. Ang. Catalog. SS. Car. c. 38. Thomas à Iesu lib. 1. c. 11. Baron. to. 4. Ann. ad an. c. 385. Trithem. de laud. Carm. c. 2. Paleonydor. lib. 2. Antiq. c. 6. Thomas à Iesu lib. 1. c. 12. & Ronericus in qq. q. 2. art. 5. Gennadius Credunt. Thomas à Iesu. lib. 1. ... de var. Car. c. 2. Honorius Aug. c. 30. de ... Eccl. Prophetia. Sozom. lib. 8. cap. 15. & 16. relatus à Baron. to. 5. ad ann. 402. n. 22. Corpora. Baron. to. 5. ad an. 415. à n. 1. & seq. vsque ad 18. Anastas. ep. ... Io. de Rufino. Baron. Annal. ad ann. 416. Lucius BB ... Vixeum. to. ...

ADMONITIO LEGENTI de Ioanne Patriarcha.

MVlta diximus in Ioanne, multè suspecta quibusdam: oportebat certè simplices eorum, qui male de Ioanne nostro sentiunt sensere, conuellere, & propellere sensus. Cùm ergo in tanto à tantis, ... grauissima nota innoxij defendendo viro, ... tutelam, patrocinium que ... res rebus, ... dictis ... per plurimum laborem.

ANNO CHRISTI 432.

Horatius.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant, *nimis diffuso studio pagina excreuisset: vt inueneremus quod Currente rota (liceat Horatij hic vsurpasse verba) dum vrceum facere cogitabamus, manus amphoram effinxisset. Ne morose nimis in medio Paradisi lectorem detineremus, ad aliam dilapsi materiam, statuimus ad* Apologema *integrum in calce libri, operisque istius positum, reijcere lectorem: In eo enim, quæcumque ad Ioannis, prouitatem Innocentiam, Monachismum in Carmelo. & scriptionem libri.* De institutione Monachorum in lege veteri exortorum & in noua persecuerantium, Ad Caprasium Montis Carmeli Priorem, *Ioannisque Discipulum nostri, iuxta sensum nostrum attinere poterunt. (vindicato ab iniurijs Ioanne) pro nostro fieri, perpolito labore, quantum valuimus, scriptum & adductum inuenies.*

Faxit in altissimis mirabilis Dominus, vt quid gratum gloriæ suæ, decori Religionis nostræ, & honori tanti Patris perfecerimus: fuerimusque potentes, vt nostris assertis & scriptis in pristinum decorem & honorem, (quibus, bonâ multorum gratiâ, & pace, potitus est quondam Patriarcha Ioannes,) seræ posteritati restituatur, & renouetur in æternum. Quidquid sit, opus illud, tu suscipe benignè, candide lustrans & serenissime legens. Et, *vt verbis vtar Gregorij Nysseni nostri:* Si minus opus placet, solam animi propensionem, qua tibi gratum facere cupimus, approbabis.

DE S. MELANIA IVNIORE ET PIPINIANO.

CAP. II.

Anno Christi 432.

Alij Rom. Franc. à S. Ang. Catalogo cap. 52.

Lippom. to. 1. vitæ SS. Coria lib. 4. cap. 31.

Baron. 31. Decemb. in Martyr. Rom.

SANCTA MELANIA cognomento Iunior Patria Solyma, (alij Romanam faciunt, & appositiùs,) alterius dictæ Senioris Neptis, quæ miro floruit diuitiarum pondere: de vtraque Palladius, cap. 33. de nostra Iuniore Lippomanus, & Coria tractant. Vxor fuit Pipiniani cum quo Roma, post multa Hierosolymam petrexit. Vbi sacrum Monialis velum in Monasterio S. Sepulchri induit, & Pipinianus suus etiam ibi inter Heliades in Carmelo vitam Religiosam exercuit, ambóque vt narrat Baronius, sanctissimo fine quieuerunt. Sacræ illius sanctissimæ Matris Abbatialis præfecturæ fuit hæres, miro enim flore virtutum enituit Melania Iunior, quibus multos ad fidem Christi reduxit: Miraculis claruit. Inter eius acta nobilia non prætereundum quòd Volusianum Patruum Romanorum nobilissimum: quem vt ad Christum adduceret S. Augustinus tantoperè laborauit, vt indicant ad eum & ab eo scriptæ Epist. 1 2 3. & 4.) & à Christiana alienissimum fide, ipsa Melania Iunior dicta subegerit Christo, vt eius testantur acta.

Baronius die 31. Decemb. in Martyr. Rom.

S. Antonin. 1. p. tit. 15. c. 13. § 7.

Paleonyd. lib. 1. cap. 5.

Hæc Romæ prius S. Hieronymi discipula fuerat, cuius monitu Hierosolymis Monacha Heliadum facta est. Origenistarum fuligine infectam Seniorem illam Melaniam Baronius notat, licet aliquando non imparis laudis & virtutis fuerit sicut Iunior Melania digna: sunt qui dicant probri pertæsam felicissima fuisse morte præuentam Seniorem Melaniam; quapropter summis laudibus eam S. Antoninus, Paleonydorus, Coria noster, & alij ad sidera tollunt: Gratianus noster, & alij Sanctam appellant; nósque sapientem Iuniorem credimus fuisse. Scripsit igitur, Gratiano testante: Ad Moniales, de vero spiritu quædam, lib. I.

ANNO CHRISTI 435.

Hieronym. Gratian. tractatu de vero spiritu. S. Aug. epist. 124. 125. 127. S. Hieron. ep. 79.

Claruit vbique, & obiit in Monasterio S. Sepulchri Ierusalem, à S. Helena Regina fundato. Sub Valentiniano Imperatore, & S. Sixto Pontifice summo, Salutis anno 432. De Melania iuniore nostra, eiúsque viro Pipiniano Sanctus agit Augustinus videndus, & S. Hieronymus.

DE S. IOANNE CASSIANO.

CAP. III.

Anno Christi 435.

Cor. Dilucid. lib. 9. cap. 7.

Gennadius de viris illust. & Coria lib. 9. c. 7.

Equi. in l. 7. cap. 19.

Gennad. de viris ill.

Vide Vrsellianum nostrum Apolog. pro Io. Patriar. 44. contra Baron. cap. 21.

Bellarm. in de Scriptorib. in Basilio.

Posseuin. to. 1. S. ap. videndus.

De scriptis Cassiani vide Alardum Gazæum Benedictinũ qui collectis omnibus operis Patris commentariis illustrauit Editione cotam facta Attrebati an. 1628. auctori locupletata eiusdem studio.

B. Prosp. de liber. arbitrio.

Paleonydor. lib. 3 cap. 15.

Franciscus Catalog. SS. Carm. c. 61.

Alard. Gazæus post præfat. ad lector.

SANCTVS IOANNES CASSIANVS, Scytha natione, S. Ioannis Chrysostomi Discipulus, & Diaconus, & eodem cum Chrysostomo Conuentu Professor Helianus. A Magistro in partes Occiduas aduersus Arrij flammam Sanctus, doctus, & Sacerdos mittitur diuinum pandere verbum. Massiliam igitur, Coria teste, Galliæ vrbem multis iam alijs peragratis Prouinciis hæreticos insectando, appulit, ibi plures ad Christi fidem adduxit; Et ex virtute solidioribus, sexus vtriusque, duo Cœnobia, quæ tempore aliquo acto, hæresis flammâ dira vsta periêre, fundauit, & extulit, teste Gennadio (Episcopus Equilinus & Gennadius affirmant ea vsque ad sua tempora perdurasse.) Hæc, ipse dogmatibus sacris spiritus sui, vel aliquibus è Regula Basilij mutuatis virtute fulciuit, compegit moribus, & Religione Prophetica solidauit. Plura Magistraliter scripsit opuscula, scientiâ & feruore valido plena, teste Bellarmino & Posseuino, ex quorum numero fertur, à Leone Archidiacono postea Romanæ Vrbis Episcopo iussus contra Nestorium scripsisse: De Incarnatione Diuini Verbi libros VII. De habitu Monachorum, & Canonico orationum, & Psalmorum modo, lib. III. Institutionum lib. I. De origine, & remedio octo vitiorum capitalium lib. VIII. Collationes Patrum, libros XXIV. Hæc omnia extant, & vtiliter legi possunt, excepta Collatione XIII. & paucis aliis, quæ in editione Romana notata sunt. Sed quia per B. Prosperum de arbitrij liberi libertate reprehenditur, in quibusdam, opuscula illa (non omnia) inter apocrypha computantur. Tandem, multis alijs editis libris, multâ lucidus sanctitate Massiliæ spiritum egit: Imperio Theodosij & Valentiniani & Pontificali summo S. Sixti III. lucis gratiæ anno 435. Sunt qui credant dicta illa quæ in Collationibus Ioannes ipse Patribus adscribit, esse Ioannis eiusdem sententiæ: vtrumque probabile habemus. Paleonydorus illum inter Carmelicolas iure censet, & Franciscus à S. Angelo. Elogia magna Patris habes à diuersis, collecta in vnum ab Alardo Benedictino Cœnobita in initio eiusce nuper Editionis.

Anno Christi 440.

DE EVCHERIO LVGDVNENSI.

CAP. IV.

Anno Christi 440.

EVCHERIVS Vicesimus Lugdunensis Episcopus in Gallia, quem Mamertus maximo celebrat encomio: vir doctus, & Monachorum Helladium di[illegible] ab ineûte imbutus ætate: vi verbi diuini, & sanctorum operum ardore zelo Christi refulgens multos reduxit ad rectiorem tramitem vitæ.

Mamert. lib. 2 de statu animæ.

Scripsit ille plura Trithemius assert. sed nobis tantum subiecta ministrat: De mundi contéptu lib. I. Expositionum diuinorum nominum, lib. I. Ad filio. Solonis & Vitam lib. I. Epistolas quasdam ad diuersos, lib. I. Formulas spirituales lib. I. Epitomen Cassiani lib. 1. Ad Hilarium Episcopum de Heremitarum laude lib. I. & Claudiano Viennensi teste, libet I. homiliarum, quæ Eusebij Emisseni nomine falsò inscribuntur, Eusebij nostri est, & ipse illius germanissimus auctor, vt Baronius affirmat.

Claud. lib. de statu animæ baron. in Ann. 1. to. 5. ad ann. 108. baron. to. 5. ad ann. 44. Bellarm. de script. Roderic. Carus in notis ad M. Maximum. ad ann. 437.

Claruit sub Iunioris Theodosij, & Valentiniani III Imperio, & Ecclesiasticæ Orbis dominatione S. Leonis I. Magni Pontificis O M. anno à reparata salute 440. Alter est Eucherius iste Lugdunensis ab illo de quo agunt Baronius, & Bellarminus, & Rodericus Carus.

DE S. HONORATO ARELATENSI EPISCOPO.

CAP. V.

Anno Christi 440.

S. HONORATVS natione Tuscus, patriâ Arelatensis, ex Regio sanguine cretus, quidam credunt, filium Nicomediæ Regis ex Patre, ex Matre verò consobrinum Regis cuiusdam Hispaniæ ascendentis à Regibus illis (nondum ipse conuersus ad fidem) qui Hispaniam totam Roderici insensissima vecordia, & Florindæ, quam Cabam vocant, Iuliani Comitis filiæ amore impudico annis Christi 716. tradiderunt, nisi fabella sit hæc vt putat baronius, qui solum tradit fuisse ex Senatorio genere consulatu aucto supremo, idque ex Hilario Arelatensi in vita sancti.

Baron. Ann. 6. tom ad an. 425. n. 19

A puero ipse virtutem, & Catholicam fidem amplexatus est, & Religiosæ professioni deditus, pietate fulgere cœpit insigni. Totus Deo datus Cherubicus homo in Insula Lirinensi Tuloniæ ex consilio Leontij Forojuliensis Episcopi cum multis propositi Religiosi se condidit viris, è Carmelo descendēs cum Caprasio sene, vbi multâ nitidus sancti tate factus Abbas Ecclesiam, & Cœnobium nouum primus cum aliis ædificauit, quò cómmodiùs vitæ religiosæ propositum ad imitationem sequerentur Heliâ sum vnà cum Hilario Arelatensi Episcopo qui eius vitam scripsit, teste Gennadio, & Eucherio Lugdunensi qui de Insula Lerinensi loquens, & viros eius sanctissimos commendans, sic fatur: *Digna quæ Honorato auctore fundata sit, quæ [illegible] institutis tantum [illegible] Patre, Apostolici spiritus vigore cultus honore radiantem* teste Dominico.

Gennad. de script. Eccl. c. 69.

Cumque innumeris vsque ad mortui sus. itationem miraculis ibi floreret, Arelatæ, siue vt alius Arelatensis populi consensu vno, nominatur Episcopus: ex tunc tantâ in pauperes misericordiâ excellere cœpit, vt à Christo Iesu in specie pauperis vlcerosi in vita visitari meruerit, & morti proximus ab eodé audiuit hæc verba: *Fili dilecte Honorate veni, vt paratum tibi possideas regnum inter electos coronandus meos:* Et post dies triginta senio candidatus in suo Lirinensi Cœnobio spiritum egit, Hilario eius successore Abbate adstante cum Monachis, & Populo Arlensi, quos omnes vocarat ad se, quò commissos sibi religionis, & sæculi greges monitorum pabulo recrearet moribundus: quos viuens sacris verbi, & operis aluerat esu Demum sacramentis Ecclesiæ fulcitus, totúsque positus in Deo, luce toto corpore circumfuso, fertur animam efflasse, quam adstantes è sæculo in specie candidissimæ columbæ volantem ad supera viderant: vti Lirinenses Monachi ingenti audito tonitruo, totum Honoratum luminosis stellis decorum conscendentem ad Deum spectarant, ad quos gementes fertur etiam, affatum esse inter sidera volantem, & hæc verba protulisse: *Ero vobis Lirinensibus protector in sæcula: fidite.*

Vide Dominicum Dominicanus Lut. Ss. Catalogum lib. 1. mense Ianuar.

Floruit, & obiit sub Theodosio iuniore Imperante. Et Valentiniano III. Summum Ecclesiæ thronum habéte S. Leone I. salutis anno 440. Credimus scripsisse Moralium exercitationum lib. I. Præscriptiones pro Monachis, lib. I. Licet eius venerabile corpus tamquam pignus hæreditarium, Carmeli in Conuentu Perpinianensi nostro ex dono Benedicti XIII. summâ veneratione recultum miraculis coruscans, & populi frequentiâ ouantis ad id, decoratum. Vide de Honorato Baronium. *Ex Manuscripto de viris illustrib. Carm. ab Episc. Alguerensi: & Relatis à Catalonica Prouincia.*

Iuxta relationem Catalon. Prouinciæ. Vin. Domin... citatus. Baron. to. 6. Annal. ad ann. Christi 441. n. 16. & ad ann. 445. n. 19. & seq.

DE S. ISIDORO PELVSIOTA MONACHO.

CAP. VI.

Anno Christi 440.

SANCTVS ISIDORVS PELVSIOTA cognomine, seu Pelusiotes, vt aliis, Pelusiaci Montis Abbas in Ægypto. D. Ioannis Constantinopolitani alumnus, & S. Cyrilli Alexandrini Præceptor is, vitam in carne Angelicam ducens, multa scripsit eximij spiritus sui sanctitate referta; & Christi Ecclesiæ vtilissima, inter quæ Sixtus vt potissima sequentia ponit: Epistolarum diuinarum simul talé & gr tiam exuberátiũ)

Vt constat ex bibliotheca magna to. 5. Euagrius in Isidor. Sixt. in BB. l. 2. 12.

Anno Christi 440.

prope chiliades decem, in quibus omnem vtriusque Testamenti scripturam enucleauit: & omnes omnium hominum mores instruxit, visus in eidem dicendi genere ad erudiendum maximè accommodo. Testatur Sixtus idem se Venetiis vidisse volumen Manuscriptum continens Isidori nostri 1148. epistolas, quarum plures Græcè iam, & Latinè impressæ Parisiis habentur: Inter has sunt plures ad Heliades Monachos scriptæ.

In Marciana Biblioth.

Opera Iacob. Billii anno 1585.

Claruit iuxta Nicephorum anno salutis à Christo 440. sub Summo Clauigero Sponsæ Catholicæ S. Leone Magno I. & Imperio Theodosij Iunioris, ad quem etiam misit epistolam, quæ habetur in Baronio. Sepultus est in Græciæ partibus, vbi fuerat ortus, inter Heliades suos.

Niceph. lib. 14. c. 53.

Baron. to. c. Annal. ad ann. 431.

Basiliani hunc, sicut & alios ex nostris, quasi si alienæ essent indigenæ gloriæ sibi nullo accommodant iure. Vide Posseuinum. Nos eum Carmel tam ex veteri Catalogo Illustrium Carmelitarum extrahimus: Et Manuscripto fidissimo de viris illustrib. Carm. ab Episcopo Alguerensi elaborato quem habemus apud nos.

Posseu. to. 2. S. App.

D. F. Valerius Embutaus.

DE ISAAC MONACHO.

Cap. VII.

Anno Christi 440.

ISAAC ex Monacho Carmeli Antiochenæ factus est Presbyter Ecclesiæ. In sacra Scripturarum peritia peritissimus, & in habendis ad populum concionibus sui temporis facilè Princeps. Syrus fuit natione, & sermone Syro teste Trithemio ad imitationem Carmelitæ Collegæ Ephrem, plura posteris opuscula dedit, inter quæ subiecta tibi dotamus: Contra Nestorianos & Eutychianos, lib. 2. Exhortatorium vitæ spiritualis lib. 1. De pugna vitiorum, lib. 1. De accessu ad Deum, lib. 1. De difficultate virtutum, lib. 1. Dialog. de spirituali profectu. De Ordine Monasticæ vitæ, lib. 1. De Humilitate, lib. 1. De tribus Ordinibus proficientium, lib. 1. De solitudine Monachorum, lib. 1. De diuersis tentationibus, lib. 1. De informatione nouitiorum, lib. 1. De pœnitentia, lib. 1. Carmen super desolatione Antiochiæ, lib. 1. Homilias plures ad populum.

Trithem. de viris & Script.

Claruit is sub Iuniore Theodosio felicissimus, & Pontificalibus Summis S. Leonis Magni I. anno Tartari euersi 440. Credimus hunc non esse diuersum ab illo, de quo Sixtus.

Est & alius Isaac Monachus Carmelicola Cordubæ passus, alter ab istis anno Christi 851. iuxta Eulogium, de quo Vsuardus, & Baronius.

Sur. lib. 4 BB. Sanct. I. S. Eulogij lib. 2. mem. SS. c. 1. Vsuard. Baron. 3. Iunij, in Martyr. Posseu. to. 2. S. App.

De aliis huius nominis agit Posseuinus, quorum aliquos ferè non dubitamus esse inter nostros Carmelitas accensendos, sed re in ancipiti nolumus dubia dare pro certis: his nostris, sapientior addat.

Ex Catalogo Illustrium Carm. vet. & Episcopo Alguerensi.

DE PETRONIO EPISCOPO BONONIENSI.

Cap. VIII.

Anno Christi 440.

PETRONIVS in Asia nobili genere satus, & Carmeliticus Monachus, teste Battauo, à S. Caprasio Montis Carmeli Priore ex Constantinopoli in Italiam diuino prædicationis excolendo munere missus. Reuelatione diuina postea à Cælestino I. Bononiensis creatur Episcopus. Vir fuit sapientissimus zelo fidei, & prædicationis sacræ ardore madidissimus. Scripsit, iuxta aliquorum mentem lib. de vitis Patrum, cuius doctrinam velut Monasticæ speculum disciplinæ suscepisse Monachos S. Hieronymus scribit. Sunt qui credant Petronij nostri librum fuisse cui titulus: *Petronius de Ordinatione Episcopi*. Sed credimus Petronij alterius, a Patre nostro Petronio, qui sapientissimus, & eloquentissimus fuit Iudex, potius esse.

Pal. Battau. lib. 2. cap. 1

S. Hier. epist.

Felicis viri exitus annum non inuenimus, at claruisse patet Caprasij tempore, Orbis saluati annis 440. sub Iuniore Theodosio, & S. Leone Magno I. Pontifice O. M.

S. Antoninus asserit, Carmelitas ab Alberto Patriarcha, qui floruit annis Christi 1254. sua duxisse primordia, sicque Petronium inter Carmelitas non posse adnumerari, sed saluâ pace Doctoris sacratissimi, qui plus virtutum agmine, quàm historiarum examine fulsit, nostra nunc, quæ multorum est, erit habenda sententia.

S. Anton. 3. p. tit. 10. c. 5.

Certè hunc diuersum omnino damus à Petronio illo Episcopo item Bononiensi, de quo actum est anno 390. etsi scripto de vitis Patrum libro, & Episcopali Bononiensi infulâ sint similes & pares: sentiant liberè aliter sapientiores.

DE VRSICINO MONACHO.

Cap. IX.

Anno Christi 440.

VRSICINVS, Vrsinus aliis, natione Græcus, in partibus Ægypti Monachus Helianus. In diuinis vir, humanisque litteris illustris, subtili polluit ingenio, & eleganti eloquio renituit. Multos pro vtilitate fidelium ferunt composuisse tractatus, etiamsi nullius titulum inuenire valuimus. Quidam censent eius esse insigne illud opus contra eos qui rebaptizant ritè semel baptizatos cui titulus: *De non rebaptizandis hæreticis*, lib. 1.

Claruit Trithemio teste sub Iuniore Theodosio, & S. Leone Magno I. Pontifice O. M. Saluatoris lesu anno 440.

Trithem de viris.

Ex Manuscripto Codice Episcopi Alguerensis cum ... imus Carmelitam.

ANNO CHRISTI 442.

DE S. MARINA VIRGINE TRIPOLITA.

CAP. X.

Anno Christi 442.

SANCTA MARINA natione Syra, patriâ Tripolita: ætatis suæ anno decimoquarto, sub habitu viri, sic Deo inspirante, & simulante Patre Virginis [illegible] Cœnobiticum Conventum ab Eugenio sanctissimo Abbate recepta, [illegible] Monasticam vitam excoluit. [illegible] tantum bonis moribus, & regulari imbuerentur [illegible] & [illegible] Virgo [illegible] vt omnia in [illegible] adduxerit corda. Post multa autem, à fœmina dira quæ à Dæmone postea arrepta est [illegible] ad Abbatem [illegible] Virgo [illegible] post verbera, & verbera [illegible] habitu, à Monachorum sodalitate repulsum. Cumque post decennium mirâ, & inuictâ patientiâ, ad portas Cœnobii [illegible] & [illegible] humilitate [illegible] peccati [illegible] ad cœlos [illegible] Congregatum quod cum pro sepulturæ [illegible] de more [illegible] poneretur à Monachis fœmina fuerit inuenta; [illegible] Monachorum [illegible] sepulchrali [illegible] honorifico [illegible] veneratur.

Excelsam Virginis [illegible] multis miraculis illustrauit in morte, quæ anno contigit à Natalibus Christi 442. [illegible] Theodosij, & Valentiniani III. Imper. & S. Leonis Magni I. Pontificio Summo, iuxta computa Claudij: Et cum corpus eius in Tripolis Cœnobio, per annos [illegible] iacuisset, [illegible] translatum est, & inde, vt asserit [illegible] anno 1113. à nobili Patricio Veneto, Iacobo de [illegible] [illegible]

De [illegible] Marina [illegible] Sanctorum Cœnobiorum [illegible] brum: nunc dicta sufficiant, ex vitis Patrum, S. Antonio [illegible] Episcopo [illegible]

[illegible] agnoscunt. [illegible]

Claud. [illegible] Carth. [illegible] S. Antoninus. [illegible]

ANNO CHRISTI 444.

DE S. NILO CONSTANTINOPOLITANO.

CAP. XI.

Anno Christi 442.

SANCTVS NILVS natione Græcus, Patriâ Constantinopolitanus, multorum in Oriente Pater Monachorum, S. Chrysostomi Discipulus insignis, Vir pietate clarus, & eruditione summus. Multa scripsit, vt asserit Nicephorus quæ vitæ Monasticæ exercitium instituunt quæ [illegible] capita Parænetica. Item [illegible] de orationes capita 148. Extat etiam separatim liber S. Nili de Christiana philosophia quo nomine Monasticen [illegible] Extant etiam Nili epistolæ in [illegible] Synodo. Sed loci quidam ab hæreticis deprauati feruntur. Alios etiam libros edidit [illegible] gratiæ non expertes præcipue ad Græcæ superstitionis sectatores, lib. I. [illegible]

Floruerat temporibus Iunioris Theodosij, & S. Leonis Magni, adeptæ salutis anno 442. Hæc [illegible] Bellarmino, patrum ab aliis [illegible] dedimus. Ex Catalogis Sanctorum & illust. Carm.

Sixtus Senensis [illegible] Niceph. lib. 14. c. 53. [illegible] Tom. [illegible] BB. [illegible]

Septima Synod. act. 4. [illegible] Sap. [illegible] Bell. [illegible] Script. Eccl.

DE S. CYRILLO EPISCOPO ALEXANDRINO.

CAP. XII.

Anno Christi 444.

SANCTVS CYRILLVS Episcopus Alexandrinus, natione Græcus, patria Constantinopolitanus, Montis [illegible] decus, & [illegible] vt [illegible] S. Hieronymus, [illegible] Isidorus Pelusiota, & [illegible] [illegible] gloria, & [illegible] clarus.

Iubente Dei Genitrice, Cælestino Papæ Leonis [illegible] in Concilio ducentorum Patrum Ephesi [illegible] contra Nestorium [illegible] & hæreticos [illegible] errores, damnans omnes scriptis suis, & auctoritate [illegible] Ordo [illegible] Ordinis Virginis Mariæ Dei Matris [illegible] Mariæ Dei Matris electæ. [illegible]

[illegible] Trithemio, qui [illegible] primus scripturis admiscuit, & omnes hæreticorum [illegible] potuere, Parisiis cusa, anno 1605. & 1604. *In primo tomo maximam eorum continentur, quæ inventa,*

S. Hieron. [illegible] Eccl. [illegible] Isidorus [illegible] epist. [illegible] *Cœnobium* [illegible] *Maria.* [illegible]

ANNO CHRISTI 444.

nouumque Testamentum Cyrillus elucubrauit, electa repentes. In Genesim ad litteram & mysticè lib XI. in Leuiticum lib XVI. vbi quidquid corporaliter, & ad litteram in obseruandum statutum id spiritualem, viuificante atque intelligentiam transfertur. In Isaiam Prophetam lib. V. quibus addunt nonnulli Commentaria in alios Prophetas, sed tantum extant hæc Tyris data in Bibliotheca Vaticana & Palatina Manuscript. teste Possevino. Dicuntur Græce extare Explanationes in totum Pentateuchum, sed Latine non extant, nisi homiliæ XI. in Genesin. In Euangelium Ioannis lib. VIII. quos Iodocus Clitoueus adiecit quatuor intermedios. Dixere quidam in Leuiticum scripsisse libros XVI. sed putant alij esse Origenis opus. Quæ sequuntur recèns addita sunt, & è Græco in Latinum versa per Gentianum Hervetum Aurelium. Dicta veteris Testamenti, & sacræ Scripturæ interpretata Anagogicè breuiter & dilucidè collecta, à D. Cyrillo, & à Magno Maximo, & à cæteris interpretibus. Contra Iudæos, cum elegantissimis quæstionibus Breues Anagogæ de his qui fuerunt ante legem *In festo Ascensionis* continentur Epistolæ XXXIX. lib. I. Homiliæ X lib. I. Apologia ad Imperatorem Theodosium lib. I. Declaratio XII. capitum, dicta Anathematismorum lib. I. Declaratio Apologetica eorumdem capitum XII. contra Orientales lib. I. Ad Eutropium, pro defensione eorundem XII. capitum, contra reprehensiones Theodoreti Episcopi Cyri lib. I. Expositio symboli Niceni lib. I. scholia de Incarnatione vnigeniti lib. I. Synodicæ Epistolæ XII. lib. I. Dogmata Nestorij à Cyrillo primùm impugnata: deinde in Ephesina synodo condemnata lib. I. Oratio de exitu animæ, & secundo aduentu lib. I. Tres adhuc, opus insigne de Consubstantialitate Filij, & Spiritus sancti cum Deo Patre, aduersùs hæreticos lib. I. Dialogorum cum Hermia de Trinitate libri VI. cum compendio argumentorum, quod Spiritus sanctus est Deus. Quòd substantialis, & coæternus sit Deo & Patri Filius, lib. I. Quòd coæternus Deo Patri, & ex ipso secundùm naturam, genitus, sit filius, lib. II. Quòd Deus verus sit Filius sicut & Pater, lib. III. Quòd non creatura, neque factura sit Filius, libr. IV. Quòd Deitatis proprietates, ac gloriæ naturaliter in Filio sint, sicut in Patre, lib V. Quòd humanitatis proprietates, & quæ non videntur diuinè dicta de Filio conueniant magis dispensationi cum carne, & non naturæ Verbi secundum quòd intelligitur, & est Deus, lib. VI. De Spiritu sancto quòd & Deus, & ex Deo sit, secundùm naturam, lib VII. De adoratione, & cultu in spiritu, & veritate, lib. XVII. Contra Iulianum Apostatam pro Religione Christiana, lib X. De recta fide in Christum, ad Theodosium, & ad Reginas lib. III. Aduersùs Anthropomorphitas lib. I. De sacrosancta Trinitate, lib. I. In librum ad Eucoptium Episcopum, nota Rursum Glaphyrorum adest, vt Nicephorus interpretatur, tersorum, & elegantium Cyrilli lib. VII. in Genesin. In Exodum, lib. II. In Leuiticum lib. I. In Numeros, lib. I. In Deuteronomium lib. I. Quæ omnia Glaphyra Cyrilli excusa nondum fuerant. Scripsit etiam, teste Trithemio, de ortu, & laude B. Virginis Mariæ, libr. [illegible] Landulphus Carthusianus, quemque

Possevin. to. 3 Sac. Ap & [illegible]

Iodocus.

Trithem. d [illegible]

deperditum exemplari suo noster deflet Coelius. Præter quæ, ait Volaterranus, edidisse varia rum hypotheseon tractatus, & homilias plures, quibus Græci vtuntur, & Syn. Et Trithemius ait scripsisse de Cyclo Paschali annorum 95. Porrò Carmelitam fuisse affirmant etiam Guilielmus Ebengrennus, Paleonydorus, Historia Hierosolymitana, Alexandrinus, & aliæ Ex Græcis Ioannes Cassiodorus, Thomas de Norvvico, Thomas Waldensis, Balæus Santorus, Mantuanus, & denique facta Rituum Congregatio, sub Paulo V. anno 1609 & sub Vrbano VIII. anno 1628, congregata decernens officium celebrandum de S Cyrillo, tanquam vno de Ordine Carmelitano.

Tandem sapientia, eloquentia, acumine, & sanctitate insignis, eloquens sub Theodosio Magno, & Cælestino Papa I. claruerat annis ab obitu [illegible] Christi 444.

Deinde S. Hieronymum, & plures alij sancti P[illegible] Doctores celebrant encomia recentiores Germani atque Patris hominis memoriæ mandatas ab Episcopis Græciæ populis suggestu rectam Possevinus adfert Ioannem III. Sueciæ Regem sibi retulisse, quòd cùm Cyrilli Commentarij in Ioannis Euangelium legendi essent traditam Angliæ, quod ab Erico fratre Rege fuerat [illegible], priusquam esset Rex sordescere cœpisse omnes Caluini libros, vt & postea semper hæreticos ius detestaretur. Vide Lucium nostrum. Et Obseruationes Bellarmini & Baronij annotationem in nec non [illegible] Magni Doctoris, vide collectionem. Certissime constat sedisse Cyrillum ab anno Christi 412 vsque ad 444. vt ex multis Baronius probat, qui pro Cyrillo videndus est, Annal. Tom. 5. maximè anno 431. à numero 27.

De cultu Cyrilli in Carmelo & Monachatu eius; ne à nostro nos dissidere videamur albo nimis diffusi, latéque vagantes; Vide Wastelium Nostrum, toto libro Apologetico pro Patriarcha Ioanne contra Baronium, Thomam à Iesu, Carthagenam, & alios.

ANNO CHRISTI 450.

Landulph vita S. Annæ. Coelius in vita S. Cyril [illegible] Casusenus [illegible] Eccl. [illegible] Monasti[illegible] Paleonydus. [illegible] Waldens. Santorus in prologo ad [illegible] Mantua. de fastis [illegible] Congreg. Rituum. Trith. in lib. Carm. [illegible] Baron. de [illegible] Possevin. to. 1. Sac. App. a [illegible] Pet. Wastelius [illegible] Thom. Hier. [illegible] Carth. contra Hieron. Roman. Resp. [illegible] 4.

DE S. VINCENTIO LIRINENSI.

CAP. XIII.

Anno Christi 450.

SANCTVS VINCENTIVS cognomento LIRINENSIS, quem Margarinus La-Bignæus, Peregrinum vocat & Eucherius Lugdunensis, interno gemmam splendore perspicuam, Natione Gallus, patria, credidimus, Lirinensis Vir sanctus & sapiens, qui pro Catholica fide, antiquitate, & vniuersitate aduersùs prophanas omnium hæresium nouitiones dimicans, cædente gladio occubuit in terris, vt assurgeret Martyrij lauro gloria sua redimitus in cælis. Quod de eius scriptis si is est, vt credimus, Gallus ille Vincentius Presbyter, de quo Sixtus Senensis recitat floruisse sub Martiano Imperio, anno Christi 450; præterquam quod Sixtus idem, affirmat quod linguam habuerit vsu loquendi & Maiorum traditione politam vt ipse addidit: Comentatus fuit primus

Marg. de la Bigne. in Indice Alphabet. pro BB. tra VV. PP. Euche[illegible] de laud. Eremi.

ANNO CHRISTI 450.

aliquot Psalmos, promisitque, si Diis placeret, se in totum Psalterium eodem stylo laboraturum. Præterea Margarinus adducit Commonitorium prius, lib. 1. pro Catholicæ fidei antiquitate, & vniuersitate contra prophanas omnium hæreseum nouationes: cum vltimis tribus capitibus Commonitorij posterioris, quod non extat. Bellarminus eum vocat Presbyterum Monasterij Lirinensis, Cassiano æqualem, eumque scripsisse paulò post Concilium Ephesinum, hoc est annos tres, dicit. Et addit lucubrasse opusculum mole paruum, sapientiâ ingens, de prophanis vocum nouitatibus, quod est supra memoratum à nobis. Credimus eo quod Margarinus diem natalis sui assignet sub die 24. Maij eundem esse de quo meminêre in suis Martyrologijs Ado Viennensis, & Baronius, his verbis: *In portu Romano natalis S. Vincentij Martyris.*

Floruit autem, iuxta communiora computa à soluto Tartari gemitu annis 450. sub S. Leone I. Pontifice Orbis, & Imperio Consulis Martiani, Romano.

Margarin. tom. 4. BB. VV. PP.
Bellarm. de script. Eccl.
Ado Vienn. Baron. in Mar. Rom. sub die 24. Maij.

PRO. S. VINCENTIO.

NOTVLA VNA.

Libuit inter Carmelides aduocasse Vincentium, optimo iure nostro nec leuidensi ratione permoti. Quippe cum apud graues notæ prioris testes inueniamus eum fuisse Monasterij Presbyterum Lerinensis, siue Abbatem, consonum est iuri ad Heliades aduocare virum; nam vt latè probat Vvastelius, Monasterium illud Carmelitarum fuit, siue filiorum Magni Patris Heliæ è Carmelo descendentium ipso, vt ibi illud struerent. Nec opus erit nimium hic re probanda demorari, si Vvastelij verba dederimus. Is probans Caprasium sanctum (ad quem Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus XLIV. à S. Iacobo librum remisit) Abbatem fuisse Lerinensem, hæc prompsit elegantia verba: Nolebat, *inquit*, infinita Dei bonitas Occiduas Galliarum partes Orientali lumine diutiùs carere: quam ob rem plurimis Monachis Orientalibus animum, voluntatémque dedit, in Gallias, sicut in alias mundi partes proficiscendi, vt ibi vitam Monasticam illustrarent, pleniúsque instituerent. Huius S. rei desiderio impulsum legimus Ioannem Cassianum, natione Scytham qui cùm ex Monasterio suo, quod non longè erat (vt ipsemet libro 4 de institutis renuntiantium c. 31. loquitur, ab ipsæo in quo Dominus noster Iesus Christus ex Virgine nasci dignatus est, secessisset in Galliam Narbonensem (in qua sita est Massilia) ignotam sibi prouinciam, illic duo Monasteria, vt testis est Gennadius, condidit. Nec istiusmodi exemplis inueniundis anxiè tunc elaborandum est, cùm passim in antiquorum Monachorum vitis obuiam habeas multos qui sæpe loca mutarint, & in ignotissimas quasque prouincias se contulerint: & vt in iis solùm immoremur, qui ex Oriente in Occiduas Galliarum partes profecti sunt; de pluribus eorum scribit S. Eucherius, hæc inquiens; *Nunc habet sanctos senes illos, qui diuisis cellulis, Ægyptios patres Gallijs nostris intulerunt.* Inter hos præcipuè erat D. Caprasius qui, teste eius historia, cùm esset Pater, & Dux plurimorum Monachorum in Nicomediæ partibus, cum duobus iuuenibus, S. Honorato postea Arelatensi Episcopo, eiúsque fratre S. Venantio emensis terrę, marisque spatiis multis, Cisalpinam ingressus prouinciam, sanctam Insulam Lirinensem prædictis lampadibus fidei igne fulgentibus illustrauit. *Ista Vvastelius noster. Pro quibus hunc & alios damus ex Lyrinensi isto Cœnobio iure nostro inter Carmelitas adnumeratos: fuit enim Heliadum, & antiquius omnibus in Galliis Cœnobium illud à S. Honorato erectum, vt insinuat Eucherius Lugdunensis: ex quo vt ex alueari sacratissimo argumentosæ prodière innumera diuina apes, quæ fauis suis, virtutum scilicet, & sapientiæ, Ecclesiam dulcorarunt, tot sydera pulchrescentia Carmeli, cælicis astra. Vide quæ diximus in S. Porcario Abbate.*

Petr. Vvast. cap. 21. apolog. contra Baron.
Gen. lib. de script. Eccl. in Cass.
Eucher. libr. de eremi laude.

ANNO CHRISTI 451.

Eucher. libr. de eremi laude.

DE EVTHYMIO PALÆSTINO.

CAP. XIV.

Anno Christi 451.

EVTHYMIVS, natione Palæstinus, Carmelitanus Monachus in Iordanis eremo, iuxta Sophronium. Vir fuit sapientissimus, & qui pro fidei Catholicæ defensione in Concilio Chalcedonensi Generali, sub Leone I. anno 451. contra Eutychianos, pro duabus Iesu Christi naturis, quas Dioscorus, & Eutychetes negabant, viriliter, Nicephoro teste, decertauit.

Non iste est Euthymius ille Zigabenus de quo scribit Bellarminus. Vide Tom. 2. Conciliorum, Onuphrium Pambinum, Bellarminum & alios, pro factis Euthymij, qui floruisse constat annis Christi Iesu 451. sub Pontifice prædicto, & Imperatore Martiano. *Catalog. illustr. Carm.*

Sophron. in Prat.
Niceph. libr. 14. c. 25.
Bellarm. in de script.
tom. 2. Concil. 1. par. in Conc. Chalced.
Onuphr. Chron. an. 451.
Bellar. lib. 1. de Conc. c. 5.

DE S. CAPRASIO, CARMELI PRIORI GENERALI GRÆCO.

CAP. XV.

Anno Christi 455.

SANCTVS CAPRASIVS Carmeli Generalis Abbas, *Priorem* vulgo Chronici vocant ex Græcis numero XIII. Natione fuit Græcus, Ioannis Hierosolymitani Patriarchæ XLIV. Discipulus, &, quod creditur, successor, Paleonydoro, & Thomâ testantibus. Id quod Wastelio nostro, quoad Prioratum in Carmelo omnino displicuit,

Paleon. lib. 2. cap. 6.
Thom. li. 1. Antiq. c. 11.
Petr. VVast. Apol. pro Ioan. c. 21.
VVast. c. 21. Apo.

ANNO CHRISTI 455.

ratione mixo citò in Nota à nobis adducenda, sed non nobis Wastelius in hoc annuit; Priorem enim placet Caprasiũ fuisse, sed nõ immediatum Ioanni successorem; superfuit enim tempus annorum 54 vel 69. (si eos sequamur, qui asserunt obiisse anno 455. in quo ab scripto, & misso à Ioanne libro ij transierant vt in Ioannis nota videtur,) vt potuisset satiùs gessisse Prioratum in Carmelo, & Lirinensem Abbatiam, temporum successu. Quidquid sit, generosa fuit vir sanctitate refulgens, vigilantissimus Catholicæ zelator fidei, & Religionis suæ par Pastor, & Magister egregius.

Multum impen lit vt ab Eutychianorum hæresi (quæ tunc fere omnes Christi contendebat vertere greges) Marianum Carmeli gregem servaret immunem: & veluti Catholicus insignis, Carmeli, imò Ecclesiæ totius constitutus strenuissimus Dux, fideique defensor, plures hæresim funditùs demoliri toto iussit Orbe ne dispersos, suis propositi sectatores, fidelissimosque filios Heliæ: (Felicem scilicet in Africam: Liberatum in Asiam: Simplicianum Romam: Petronium & alios in Italos, & Constantinopolitanos: Timotheúmque ad Montem Nerui) Sapientiâ clarâ fulgidus scripsit, Dextro testante, ad Capreolum Diaconum Toletanum Epistolam [illegible] notabilem, lib. 1. Tandem multo exantlato labore, sanctissimis operibus cumulatissimus cùm Heliades suos miro virtutum exemplo pauisset, maximè ab anno 386. Conciliòque adfuisset Chalcedonensi, teste Santoro, & Oliuano, felicissimus Bithyniæ volauit ad astra, anno Christi 455. sub spiritus imperio Leonis Papæ Magni I. & sceptro Auiti Consul. Augusti: ex Cœnobio suo Lyrinensi in Carmelum delatus, ibi honorificè tumulatus est. Huius hortatu Caprasij Ioannes Hierosolymorum Patriarcha numero XLIV. librum de Institutione Monachorum quo Regulæ vice Carmelitæ per annos fere octingentos, scilicet ab anno 386 plus minúsve, vsque ad 1171. vsi sunt, testibus Waldensi, Bonifacio, & Thoma,) composuit idiomate Græco.

Illustrissimam de Caprasio memoriam reddunt Beda, Vsuardus, Ado, & alij, cum Sidonio Apollinari, & S. Eucherio: Fit item mentio illustris de illo in vita S. Honorati, lib. 1. Petrus Wastelius ex Eucherio, & Sidonio affirmat, fuisse Abbatem Lyrinensem in Gallia Cisalpina, prope Nicomediam: Ioannémque ad eum librum *de Institutione Monachorum in lege veteri exortorum* direxisse. Quo verò tempore, quâ causa quâ Caprasij ætate, & quomodo is esse potuerit Abbas Lyrinensis electus ex sequenti Nota palam fiet.

Videndi Paleon. lib. 2. cap. 6. Thom. à Iesu lib. 1. Antiq. c. 12. Corta lib. 9. c. 13 & alij. Luc. Dext. in Chron. ad ann. 412.

Bas. Santo. in prato to. 2. p. lib. 5. c. 2. Oliua. to. 2. disc. 2. §. 4. n. 7.

Tho. Wald. de sacr. tit. 9 c. 129. Io. Bonif. li. de Virgin. Thom. à Iesu, lib. 1. Antiq. c. 18. Beda, Vsuar. Ado in Martyr. Sidonius in Carm. Eucharistico aduers. Eucher. lib. de Eremi laud. Wast. apol. contra Baron. cap. 21. fuse.

PRO S. CAPRASIO,

NOTA VNA.

Mirabitur forsitan lector tam longo itinere, Carmeli quondam incolam, in Gallijs tandem, Cisalpinisque partibus quærere; viam ostendemus quâ ex Carmelo ad Gallias Caprasius emigrarit. Cum is totius orbis splendorem, & lucem, sui gloriam, & Virginis Matris honorem summus Orbis Opifex Deus, Carmelitarum sibi Ordinem elegisset, pote cui promissum fuerat id quod Abrahæ Magno quondam: Dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionem & Meridiem, hac luce & splendore carere diutius Galliam Cisalpinam non est passus; quin plurium Monachorum Heliadum Orientalium animos allexit, vt in varias Orbis pergerent plagas, easque in Monastica, & Prophetica sua Carmeli constituerent disciplina, nam

Gen. 28. v. 14

Non Syriæ, aut Solymæ est tantùm Carmelicus Ordo
Splendor: sed lumen totius Orbis erit.

vt effata est ad Cyrillum sanctum Carmelitam Virgo Mater. Illo ergo dandi Orbi lucem compulsum legimus desiderio S. Ioannem Cassianum Scytham, qui, vt ipse testatur, è Monasterio suo non longe ab spelæo, vbi Christus Dominus ex Virgine Matre nasci dignatus est, in Galliam Narbonensem (cui Massilia patet) ignotam sibi Prouinciam, Gennadio quoque teste, perrexit, vt duo ibi construeret Cœnobia passim similia his multa in Orientis partibus inuenies. Ad eos autem qui ex Oriente in Gallias concessêre vt deueniamus (de quibus pluribus S. scribit Eucherius, vbi loquens nunc habet sanctos illos senes qui diutius cellulis Ægyptios Patres Gallijs nostris intulerunt) Inter eos præcipuus erat S. Caprasius, qui cum esset in Nicomediæ partibus Monachorum Pater, cum duobus iuuenibus S. Honorato, postea Episcopo Arelatensi, eiúsque S. Venantio fratre, emensis terræ, marisque interuallis multis Cisalpinam ingressus est Prouinciam, Lirinensémque Insulam sibi habitaculum elegit, cum duabus lampadibus suis fidei fulgentibus igne. Vsu enim fuit acceptissimum, iuxta tempora Caprasij, vt Monachi in Cœnobiticis exculti, Anachoresim arriperent, & in abditas eremos de sui superioris benedictione etiam à Cœnobio suo nimis semotas penetrarent: id quod Antonius, Hilarion, Ioan. Thebaidita, Onufrius, Euthymius, & alij fecêre. Cùmque tam longo annorum interuallo assiduo virtutum, pœnitentiæ, & orationis labore carnem cum concupiscentijs suis satis crucifixissent, longam ætate, & virtute maiores Monachorum Archiphylaces constituebantur; prece aliorum victi, & aliquando coacti præcepto Senioris, & animarum zelo. Lege Monachorum antiquorũ vitas, inuenies multos, ex abditissima Eremo Cœnobijs in Abbates sublimatos. Proinde, quid prohibet Caprasium nostrum, virum, vel à iuuentilibus annis gloriosâ cunctis spectatione virtutum insignem, habitatorémque quondam Monasterij Carmelitici Montis, nouo postea in eo spiritu cælesti flagrante semotam nimis abisse à Carmelo & à Palæstinæ partibus, adhuc & in Nicomediæ Bithyniæ plaga sibi selegisse sacram eremum? Certè similia de alijs, & leguntur, & creduntur exempla. Et quis de tanto viro non credat, adeò in Carmelo suo vt lucernam effulsisse, vt eius splendoris desiderio, vel exteri æstuantes (illius in Orbe penè toto fama vagata virtutis) hunc, vnde confluentes, eum, Christum halante rogarunt, supplices, vt lux eis esset in Gallijs (qui sol fuerat in Carmelo, & Ciuitas supra montem posita & in Palæstina mirum vniuersis) Abbatialis forsan Lyrinensis Insulæ caput factus effulget.

Ad id credimus vocatum fuisse Caprasiũ è Carmelo, id enim in moribus erat vetustis Monachis ætatis illius, imò Basilij Magni decretum. Nihilque prohibet, quominus annis sua vita prioribus Caprasius habitaret in Carmelo forsan Abbas

Cassian li. 4. c. 31 de inst. rerum. Gennad. de Script. in Cassiano.

S. Eucher. Lugdun. lib. de Eremi laud.

Basil. in admon. & Reg.

ANNO CHRISTI 455.

ANNO CHRISTI 455.

electus Ordinis vniuerſi Carmelitarum Græcorum, quanquam vitæ auctor illius nihil nobis de hac in Carmelo tradiderit manſione. Potuit id facilè Lyrinenſi auctori latere Latino: & ſæpe contingit ſummatim Sanctorum acta conſcribi, & forſan poſt longum tempus à morte eorum, quò facilè circumſtantiæ omittuntur, vel obliviæ, vel ignotæ, quæ multum aliquando eorum gloriæ poſſent intereſſe. Et Vvaſtelio teſte conſtat apertè, auctorem vitæ S. Capraſij ſummatim ſatis iuuenilem Patris ſanctimoniam, & ætatem percurriſſe, ſenem iam illum in Gallias introducens, ex quo res eius geſtas ætate priori in Carmelo, incognitas fuiſſe in Nicomedia, ſuadibile eſt. Dicit enim quòd ob ſingularem ſanctitatem, quam ab adoleſcentia coluerat Abbas fuerit in Nicomedia ſelectus Cætera ſuppreſſit cum multis credibilibus in honorem Ordinis Carmeli, & decorem Capraſij Patris: cuius ſi geſta priora ab aliquo ſcriptis tradita eſſent, ſatius in compertis habuiſſemus. Hunc Capraſium Lyrinenſem, eundem eſſe cum Capraſio illo, ad quem Ioannes XLIV. Ieroſolymitanus Antiſtes librum ſcripſit, de Inſtitutione primorum Monachorum in lege veteri, &c.

Vvaſt. c.21. apo.

Vbi verò commoraretur Capraſius, cùm librum à Ioanne popoſcit, & accepit, ob breuitatem narrationis vitæ illius in dubiis eſſe poteſt: nam Capraſiū circa Nicomediam legimus Abbatem; nuſquam autem habitaſſe Carmelum. Sed quis dum S. audit Cyrillum aſſerentem, eum illo ipſo tempore quo Ioannis liber ſcriptus eſt, fuiſſe Monachum in Carmelo, auſit ab eo diſſentire? Hac hoc, hac fama hæc vniuerſa certè Ordinis firma traditio. Nec his obſtat Capraſij præſentia, cùm interdum ad præſentes nos ſit ſcribere, maximè ſi ob aliquam cauſam ſint deſerendi, & opus ſit de aliquibus illos ſcripto monere:

Vide Cyrilli teſtim. in fine notæ pro Ioann. Patriar. 44. n. 1. per totum.

Nam vox viua perit, littera ſcripta manet.

Hinc Cyrillus affirmat, Capraſium à Ioanne, cui erat familiariſſimi amoris neceſſitudine coniunctiſſimus, enixè expoſtulaſſe, tanquam ab experto, vt ei, cæteriſque fratribus de Monte Carmelo Monaſticæ prototypon vitæ ſcripto præſtaret, ſecundum Perfectionem vitæ Antiquorum Patrum; eiuſque Ioannem annuiſſe poſtulato, cùm, vrgente Hieroſolymitani Epiſcopatus curâ, Ioanni eſſet opus à ſuis Carmelitis abeſſe.

Vbi aduerte, nuſquam Cyrillum dixiſſe, Capraſium Ioanni in officio Abbatis Carmeli ſucceſſiſſe, imò ſignaſſe eum tunc, quando librum popoſcit, ſatis iuuenē eſſe (& quidem maximæ expectationis, & perfectionis Monaſticæ deſiderio non mediocriter accenſum, ex quo ſuadibile nobis eſt minus, poſtea breui ad ſupremā Carmeli Regiminis arcem euectum eſſe) & tanquam talem eum à Ioāne vocari filium, diſcipulum, & dilectum Capraſium, quæ omnia vix conueniunt cum viro ætatis maturæ, vel idoneos legere tunc ſaltem, illius ſæculi perfectiſſimos Monachos. Id ſatis indicat apertè Ioānes pluribus in locis, maximè Cap. I. vbi ſic fatur: Nequaquā poſſet hæc ratio plenè verborum doctrinâ (id eſt verbis) niſi ab experto tradi, neque etiam à te totaliter percipi, niſi eam pari ſtudio ac ſudore per experientiam apprehendere laboraueris: (id eſt, ſtuderis, ſunt græciſmi Græci Ioannis) Multò tamen efficaciùs poteris ſuſceptæ huius profeſſionis aſſequi diſciplinam, & ad illam capeſſendam ardentiùs incitari: ſic

Ioan. c. 1. de Inſtit. Monach.

legis, incitari, antiquum correctum exemplar Manuſcriptum; nam impreſſum vt ſcatet mendis, malè legit, Vvaſtelio notante, dum legit alios incitare: quod cauſa fuit erroris Paleonydori, & aliorum vt putarent, Ioanni Capraſium immediatè in Carmeli Prioratu ſucceſſiſſe. Hæc nunc pro Capraſij manſione, & Præfectura in Carmelo, & in Lyrinenſi Cœnobio dicta ſufficiant.

ANNO CHRISTI 455.

Vvaſt. c.21. apolog. 2. Baron.

Miramur certè, & hæſitamus iuri, quo Trithemius Benedictini Ordinis lumen, & hiſtoriarum & ſapientiæ Coryphæus, Capraſium hunc, (ſi fortè, illi, ſit idem de quo loquitur libro de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti) à Carmeli caſtris amoueat, & Benedictino illuſtriſſimo traijciat Choro, ſed potius credemus alterum, Trithemio, eſſe Benedictinum ſuum à noſtro Carmelita Lyrinenſi Abbate, quam adducamur tenere, feſelliſſe in hoc tanto ſapienti, hiſtoriarúmque Carmeli ſcitiſſimo indagatori, mentem: cùm iura quibus Carmelitis Capraſius iſte datur, tam nota ſint eorum indagantibus monumenta meliora. Quiſque ſua iura tueatur.

Trithe. lib. 3. cap. 279.

An ſit iſte Capraſius Abbas ille ſanctus de quo Martyrologium Romanum ſub die 1. Iunij meminit: vel ſit Benedictinus alter, de quo Trithemius agit loco citato, in dubiis adeſt nobis: ſcimus in inſula Lyrinenſi, poſt annos 520. in quo Trithemio teſte ortum habuit Benedictina Religio, Cœnobium fuiſſe Benedictinorum inſigne. Ex quo ſatis conſtare poteſt duos fuiſſe ſine dubio Capraſios iſtos. Videndus Surius tom. 7. Sanctorum.

Trith. lib. 2. de vir. ill. S. Benedict.

DE SIMEONE STYLITA DVPLICE.

CAP. XVI.

Anno Chriſti 457.

SANCTVS SIMEON ſenior cognomēto STYLITA eo quod annis 81. ſuper columnam immobilis ſteterit, ab vtero matris ſuæ quidam referunt fuiſſe ſanctificatū. Admirandæ vitæ, & ſapientiæ patris Pater, quā ſcripſit Bellarmino teſte, de morte aſſiduè meditanda lib. I. qui extat Bibliotheca Veterum Patrum. Epiſtolas pro Concilio Chalcedonenſi, quæ an extent dubij ſumus; meminit earum Baronius.

Bellarm. in de ſcrip. BB. to. 1. edit. 1.

Meminit harum Baron. to. 5. Ann. ad ann 458.

Floruit iſte iuxta computa Claudij, temporibus Leonis Magni Imperatoris Romani, & Leonis item Magni Pontificis O. M. annis ſcilicet ab Orbe redempto 475.

Clau. Rob. in ſua Gallia Chriſtiana.

In dubio eſt, cuius ſit Simeonis liber de Morte: ſeniorisne, vel alterius cognomento etiā Stylitæ Iunioris qui ſub Iuſtiniano Imperatore, & S. Felice IV. Pontifice O. M. viræ enituit admirabilis ſanctitate, annis nati de Virgine Dei 527. cuius vna epiſtola citatur Actione 5. Concilij Niceni II. Et videndus Euagrius, qui etiam de ſeniore meminit. Amborum memorias Baronius affert illuſtres. At nos diſtichis vtroſque binis grati canamus.

Euag. lib. 6. c. 12. Idem Euag. lib. 1. c. 13. & 14.

Baron. in notis Martyrol. 21 diē. 5. Ian. & 3 Septemb.

ANNO CHRISTI 460.

Auctoris et epigramm. de Stylita Simeone.

Quid tanto in pyra sic persistat tempore, Simon
Corpore? ni vt spiritus alta per astra volet?
Quid linquens terras columen sic comprimit altum?
Ni celere vt prendat sydera clara manu.

Ex antiquo, & nouo Catalogo SS. Carmelitarum Carmelitas damus Simeones vtrosque.

DE S. ANTONIO MINORE.

CAP. XVII.

Anno Christi 460.

Ex Chronic. Ordin. &c.

SANCTVS ANTONIVS minor seu iunior, Syrus natione, Conuentus S. Timothei filius, alij credunt S. Dorothei, qui erat Antiochiæ, vtrique Carmelitani S. Simeonis Syri Stylitæ discipulus dignissimus. Vir fuit clara Sanctitate Stolaque gloriosæ virtutis indutus à Deo, quémque Deus spiritu repleuit intelligentiæ. Senio venerabili (superuixit enim annis 103.) scripsit Simeonis Magistri vitam, si quæ alia, latent nos. Inter viuos agens ætatem adduxit, vsque ad annum quartum Leonis Magni Imperatoris, qui fuit Christi Iesu 460. sub S. Ecclesiæ Pontifice S. Leone item Magno. Testibus Theodoreto, & Baronio.

Ex Catalogo citato antiquo; & Manuscripto Episcop. Algueren. damus Carmelitam, necnon ex antiquo Ordinis Chronico, & aliis multis:

DE CYRO ALEXANDRINO.

CAP. XVIII.

Anno Christi 460.

Posseuin. to. 1. fac. app. Heliæ Monachus ex veter. Manuscript. de viris Carm. extat in BB. nostra Cæsaraug.

CYRVS ALEXANDRINVS genere, Medicus arte, & ex Philosopho Monachus factus Heliæ. Pro Christi amore prospera mundi despexit, vt mundũ medicamine sãcto excelsę virtutis in Monachismo Deo redderet spiritũ, qui curandis corporibus studuerat sedulus in seculo. Dicendi fuit peritiâ peritissimus. Hunc tãquam Timotheum S. Hieronymus aliquando carpsit, sed, tantum reueriti Patrem, maximúmque exosculati pedibus Ecclesiæ Doctorem, passi non sumus à nostra pagina Cyrum abigere, quem lapsi pœnitentem intuemur, & post lapsum, Nestoriani dogmatis acerrimum Nestorianorum, & aliorum similis farinę antagonistam, scripsit enim contra Nestorium lib. I. Contra alios hæreticos alium teste Trithemio.

Posseuin. citatus. Trithem. de script.

Floruit in quodam Græciæ Conuentu, à Græcis omnibus celebratus, anno ab Adami lapsu deleto 460. Sub summo vertice Ecclesiæ S. Leone I. & Maioriano Regnante cum Leone Augusto.

Non ille, iste Cyrus, est, Magni nominis inter primos sanctos Episcopos Aphrodisiæ Cariæ, de quo extat in constitutionibus Theodosij

Baron. to. 5. ad ann. 431. n. 37.

Elogium præclarum, teste Baronio.

Ex Manuscripto codice de viris illust. Carmeli ab Episcopo Alguerensi confecto damus Carmelitam.

DE THEODORO ANTIOCHENO.

CAP. XIX.

Anno Christi 460.

Gennad. de vir. ill. Posseuin. to. 3. S. ap. BB. VV. PP. tom. 2. Edit. 1. & 3. f. 286. Pantius 16 9. Bellarm. in de scrip.

THEODORVS natione Græcus Monasterij Raytu in Prouincia Palæstinæ, Heliadum Presbyter, successor gratiæ, & præpositurę Pachumij. Hunc Gennadius Theodorum Presbyterum vocat Antiochenum: Pietate fuit, & doctrinâ strenue signatus. Scripsit ad Monasteria Epistolas tres, scripturæ sanctorum sermone digestas. De Incarnatione lib. X V. Nunc extat tantum eorum commentarium contra Nestorium, & Eutychem, in Bibliotheca Veterum Patrum.

Floruerat iuxta Bellarminum erectæ à Christo salutis, anno 460. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE S. PORCARIO ABBATE, ET SOCIIS MM.

CAP. XX.

Anno Christi 463.

Baron. to. 7. Ann. ad an. Christi 441. n. 15. & ann. 453. n. 45. ubi vidend. de laudib. Lerin. Cœnobij multa referens. Sidon. carm. 16 Eucharistic. ad Faust. Rhegin. ep. Eucher. lib. de lau. Ere. Cæsar. ser. ad Monach.

SANCTVS PORCARIVS ABBAS nobilissimi Cœnobij, & Insulæ sacræ Lyrinensis in partibus Galliæ Narbonensis: locus vere sanctorum ferax Episcoporum seminarium, à quo quisquis in Episcopum regionibus illis procedebat ad sumptus, tanquam à regularis institutionis obseruantissimo exibat Monasterio illo, vt loquitur Baronius: pars Carmelęi paradisi nobilissima, & fertili virorum fœcunditate illustrium, & sanctitatis segete pulchra, quæ germinans germinauit Christo pudoris lilia pulchra, Confessorum violas, Martyrum nobilissima serta, Pontificúmque manipulos egregios: Vt pote quæ (Sidonio Apollinari canente, Eucherio Lugdunensi, & Cæsario Arelatensi dicentibus, à SS. Honorato & Caprasio, qui Religiosam ibi Propheticalem Heliadum vitam de Carmelo descendentes, erexêre in omni religiosa disciplina constituta est, & innumeros semper Christo sapientiâ, & sanctitate nobiles genuit filios: inter quos nonnulla hîc sacra germina damus scilicet Caprasium, quem Sidonius vocat vitâ senem, iuuenem Lupum, Vincentij Lyrinensis Germanum fratrem, Maximum Monachum, Antistitem, & Abbatem Fausti Rhegiensis bis successorem, Eucherium Lugdunensem, Hilarium Arelatensem Episcopum, Salonium, S. Honorati

alumnum

Anno Christi 463.

alumnum, & à puero accolam ibi, Vincentium Lirinensem S. Porcarium, & socios, de quibus mox peragendum, & alios quos digna alebat Insula illa præstantissimos Helades Monachos, & ambiendos proferebat Sacerdotes, vt loquitur idem Eucherius, tótque Antistites clarissimos, vt Arausicanã Synodum qui soli reddiderunt omnino celebrem, & illustrem, vt Baronius affirmat.

Eucher. cit.

Interea ergo (auctore anonymo Doctore à Margarino la-Vignæo, citato & adducto) vt ad Porcarium S. & socios redeamus: Cùm Sarracenorum exercitus vaginam suæ habitationis egrediens, sub Genserico Vvandalorum in Africa Rege, in prouinciam Christiani nominis irrueret cuncta deuastare, omnia Domini euertere, insulam religione pollentem depopulari, de quingentis Monachis, & Porcario Abbate Heliani Monasterij, quod præ ceteris sanctitatis, & obseruantiæ religiosæ primas habebat victus triumphare conatus est: sed hi omnes, cum alijs, quorum nomina sola diuina sapientia numerauit, vltrò Deo suo litarunt vitas sanguine effuso, & martyriali trophæo coronati victores ad astra volarunt. Fertur Porcarium ab Angelo prius per visum monitum fuisse, eique nuntiatum tempus, diẽ, & horam imminẽtis exitij, vt suis prænuniret, ad agonem fidei; vellentne breui sanguinis commercio immortale compendium acquirere, Martyrij accipere palmam, aut consulere fugæ: sed cùm personam in eis ad nobile certamen voluntatem in Christo reperisset vnitam, inclytus Abbas, (etsi eorum ampli tormenta natiuo horrere solum duxit minimum in mortem) eos adhortans adaestata certaminis die: Eia, inquit, ô strenui milites, ô Helades inuicti, magni fidei Zelatoris generatio sacra, antiquos nostros Helyades fidei spectate ante, ea pugiles illos, Patrem, imò Deum, imò Christum præ oculis habete, moriamur omnes in virtute, non inferatur crimen gloriæ Carmelidum, date colla intrepidi, classicum fidei animosi in fidei concinite hostes, vt in astris regnetis. Quibus, & melioribus alijs Monachorum virtus incalens, confestimque cunctis naturæ depulso terrore, maduêre repentina corda repentino Spiritus almi madida rore: Itaque alacres, vt de victoria securi, procedunt castris, patentibus portis, ornati cucullo, & albi Ordinis chlamyde amicti, velut Agni præcogniti Deo, ad dexteram dandi, & diro tyranni gladio submissi vltronea pro Christo colla dedêre lætantes, hostile vt vincerent agmen percussi cadendo. Ergo cùm Athletas suos Deus ab alto vidisset immenso certaminis pondere fatigari, Angelicas, è superis mox celeres classes emisit, quæ tripudiantes occurrerent coronare viros corona decoris, & diademate regni non perituri, & collocare eorum spiritus inuictos super sydera in cælis, dum luce refusa in terris cælesti corpora stabant, quingentorum Monachorum, quorum, vt strenuus Dux Porcarius, meditamento tenebat aciem, cuius hortatu, doctrinâ, fide, exemplo monitus, & valore munitum vnà omnes pectus Tyranno litarant certi de gloria, de palma æterna secum. Hinc ad excitendas ædes carnificum caterua procedat, diruerunt eas omnes, ad vsque maceriam solo æquatam Vvandali tetri:

Baron. Ann. to. 2. ad ann. Christi 441. nu. 15.
Margarin. to. 7. BB. SS. PP. edit. 3.

quæ recreatæ gloriantur, Anonymo testante Doctore, ab altero Eleutherio Abbate, Pipini tempore Regis Francorum, vt in dies noua alerent Christo castra, Carmelo, & Cælo digna.

Anno Christi 464.

Floruêre fidei pugiles isti, inuictique Carmelides sub Porcario fuere. Quod coniicimus, ex veteribus Chronologis anno 463 ab Orco reuulso sub Primo Sanctorum Orbis in terris arbitro S. Hilario, & Imperio Romano Seueri cum Leone regnantis.

Anto. Spin. Tract. de virtutib. elex. Virgini. 15 c. 24.

Pasionis istius meminêre Spinellus, & Baronius: Commentarius qui fertur nomine Fausti quem recitat la-Vignæus. Et in vita S. Honorati hæc haberi affirmat Baronius idem: *Horum vidit et Porcarij, & sociorum passionis historia publica in sanctæ Dei Ecclesia legitur die natali eorum, qui pridie Idus Augusti celebris habetur.* Agitur etiam adhuc de eisdem in vita S. Cæsarij Episcopi Arelatensis, quam recitat Surius: & addit Baronius: *Porcarius enim Abbas S. Cæsarium Monasticæ disciplinæ.* Baronium vide & quæ dicimus in S. Caprasio, de Cœnobio Lyrinenti.

Baron 12. Aug. [illegible] to. 9 lib. [illegible] PP. Vita S. Hon. lib. 1. c. 30. Baron. Martyrol. Rom. ad S. Porcarium 12. Aug. Sur. to. 4. die 12. Aug. [illegible] n. to 6. Annal. ad an. Christi 441. n. 15. & [illegible] & ad to. [illegible] ann. 453. n. 47.

DE S. MAXIMA VIRGINE.

Cap. XXI.

Anno Christi 464.

SANCTA MAXIMA Virgo egregia famula Christi, Cùm sub Vvãdalica persequutione SS. Martyres Martinianum, & Satyrianum, cum duobus eorum fratribus, ad Christi fidem conuertisset (erant enim Vandali cuiusdam omnes serui) nodosis primùm fustibus cæsa, & vsque ad ossa dilaniata est. Sed cùm multo tempore talia esset cum socijs passa, & die sequenti incolumes omnes apparerent, exilio relegantur, vbi cum Barbarorum multos ad fidem Christi conuertissent, nouissimè vinctis pedibus, post quadrigarum currẽtium terga, inter spinosa loca syluarum, iussi sunt pariter interire: Maxima verò, multis agonibus euictis, diuinitus erepta in Monasterio multarũ Virginum Heladum glorioso fine quieuit. Agones eius, & ducentorum septuaginta Martyrum Martyria, qui apud Africam cum sanctis Marciano, & Satyriano, & duobus fratribus eorum, passi sunt, contigisse Baronius signat, sub Geiserico Arianorum Rege, qui regnauit annis 47. & peruenit vsque ad annum 464. sub Imperio Seueri, & Leonis, & Clauigeri Christi Iesu S. Hilarij.

Vide Eucher. lib. 9. c. 73. & maxime Victor. lib. 1 persecut. Vvandalicæ, [illegible] [illegible] certamina, à quo suppleuit Beda, Ado & cæteri.

Baron. in notis ad Martyr. Rom. die 12. Ianu. sub lit. b.

Daunus Carmelitam ex Ordinis Chronicis.

Anno Christi 471.

DE THEONA ABBATE ELOQVENTISSIMO.

Cap. XXII.

Anno Christi 471.

THEONAS SANCTISSIMVS ABBAS, & triũ millè Monachorum Helianum Pater, alter à primo. Doctor omnimodâ sapientiâ [illegible] pollens, ad sua vota traxit, pendulos viros ex [illegible] materna, sed & Græcâ, & Latinâ. Hunc refert [illegible] dum relinquens, Ioannis discipulatu, adhærere [illegible] pore Deo accederent offerre, sanctus Ioannes [illegible] verus Dei cultor, & dilector pro [illegible] terrenorum. Monachus ergo factus Carmeli Theonas cum vxore quæ sacrum Monialis velum in Monasterio S. Sepulchri [illegible] assumpsisse, ad Archidiaconatus Hierosolymitani dignitatem post Euagrium ascendit.

Refert idem Paleonydorus, Magistrum fuisse Theonam nostrum Magni Heremitæ Carmelitæ illius Serapionis qui postea decem millium Monachorum in Ægypto factus (ex sua una quæ fulsit perfectionis luce decorus), est Pater & director: & quod Archidiaconatu resignato memor Helianæ Religionis à Ioanne prædicto [illegible] effectus fuerit trium millium Monachorum Pater & Dux.

Quid scripserit penitus aufugit. Sermus verò multa docuisse, & opere, & verbo florens, etsi, referente S. Hieronymo, tacuerit XXX. continuis annis. Obiit tandem felicissimus, ex Heriberto, annis Adami culpæ solutæ per Christum 471. Sub sede sacra Simplicij S. P. O. M. & Imperio Augusti Anthemij, & Leonis [illegible] Claudij [illegible] est Theonas [illegible] Episcopus, de quo in Catalogo [illegible] Prateolus, diligentissimus omnium orbis hæreticorum inuestigator, & profligator. Carmelitam damus ex Catalogis [illegible] & Ordinis Chronico. Et ex Paleonydoro.

Anno Christi 480.

DE S. IOANNE DAMASCENO.

Cap. XXIII.

Anno Christi 480.

S. IOANNES DAMASCENVS, natione Syrus, patria Damascenus, Presbyter ibi, & Monachus Helianus [illegible] nobilissimus, Trithemio, & [illegible] primus fuit Constantinopolitani [illegible] Cœnobij Pater, Fundator, & Abbas. Vixdum ætatis suæ duodecimum [illegible] annum, cum abundè iam in omnibus liberalibus artibus venerabatur instructus: Græco fuit axiomate peritissimus: singularem erga Virginem Matrem [illegible] affectu [illegible] propter eius Ordinem amplexatus est. Sacerdotio [illegible] in honorem eiusdem Virginis, & [illegible] Missa celebrabat, psallebatque, quos ipse pauxerat hymnos.

Captiuus à Barbaro Arabe diuite, dum insignem in oculis eius gratiam inuenit [illegible] mirum, vsque dum ab Imperatore Theodosio Constantinopolim [illegible] Conuentus erectionem impetrauit, multis ibi beneficiis ab Imperatore ipso prosequutus. Contigit autem quod Arabs [illegible] in Magistrum [illegible] nomine Ioannis Epistola [illegible] ad Arabes, vt in vrbem Constantinopolitanam, vbi Theodosius commorabatur, [illegible] Arabes [illegible] tempore certo: Cùmque Imperator, & populus [illegible] in Ioannem [illegible] cum vindictæ [illegible] verbis [illegible] amputatione damnarent: [illegible] & facta sententia, manu amputatâ, quæ iam ad valuas Monasterij Carmelitici [illegible] Imperatorio ad pientissimam Ioannes Virginem accurrit, [illegible] hymnos gloriæ, & Cantica laudis scripserat, loco suo restitueret [illegible] Mater [illegible] stituit Ioannis: [illegible] ad Imperatorem defertur, Imperator ad Ioannem [illegible] manum [illegible] init cum Ioanne beneuolentiam, toto exultante populo.

Porrò totus vt verus, & fidelissimus seruus, de[illegible] inter multa opera [illegible] per annos [illegible] quibus [illegible] in Monachatu, scripsit, Baronio teste, [illegible] Orthodoxæ fidei lib. 4. Hymnos, & Cantica in Virginis laudem teste Iacobo de Coria, & alia. Claruit sub Simplicij S. Pontif. O. M. sede, & Theodosio [illegible] Zenonis Augusti [illegible] temporibus. [illegible]

ANNO CHRISTI 490.

Santiagus in Catalogo.

faciunt Coria, Sanctangelus, & Santiagus, & alij plures. Alter omnino ille Ioannes est, ab eo de quo sub anno 730. sermo redibit illustris.

DE S. THEODORA ALEXANDRINA.

CAP. XXIV.

Anno Christi 490.

SANCTA THEODORA MATRONA, Natione Græca, Patria Alexandrina nobili genere nata: nupta prius nobili viro, postquam in matrimonio virtutis facta vixisset exemplar, dolo impudentissimæ Lesbiæ, impudico vacauit iuuenis cuiusdam famulatui. At facti illico pœnitens, probrique pertæsa, tanto dolore amissæ fidei Matrimonij percussa remansit, vt ex vehementi pudore non ausa fuerit amplius Sponsi aspicere vultum. Domo igitur nocte egressa, & diuinâ inspiratione deducta, in Monasterio Regionis nouæ, quod Heliadis Monachorum erat, decem & octo millibus, siue leucis ab vrbe semoto, fœmineo in virilem, nutu cælesti, habitu mentito se recepit, sub nomine Theodori: vbi aliquandiu latens, mirandæ virtutis in dies exempla multa præbebat. Rarâ corpus pœnitentiâ macerauit: summâ humilitate patientiâ, & & obedientiâ refulgens. Cúmque ab impudica adolescentula, de quodam incestu cum ea coram Abbate accusata fuisset, è Monasterio fit extorris, & per aspera, & inculta deserta errans, miros pertulit labores; Deì, & Virgineis tamen semper Marianis sublenata fauoribus, multa etiã admiranda opera patrauit. Tandem ad sodalitium Monachorum rediens, diu cum filio illi per calumniam imposito mirabiliorem vitam duxit in Monasterij cellula inclusa. Numquam, dante Domino, ab sponso est inuenta dilecto, nec ab Abbate, & Monachis eius sexûs detectus vsque ad mortem in qua miraculis clara, sub Felice IV. & Basilisco cum Zenone Augustis, migrauit ad astra, salutis anno 490. iuxta Computum Claudij.

Niceph. lib. 17. cap. 5. Philo de vit. contemp. cap.

Hæc ex Metaphraste, Surio, Nicephoro, Lippomano, & alijs.

Porrò illam Carmelitam faciunt omnes Ordinis Chronici; imò, & multi exteri auctores. Vide nostru ... si iuuat, de vitis sanctorum opus Hispanico elaboratum.

DE ELIA EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

CAP. XXV.

Anno Christi 491.

HELIAS genere Arabs, professione Monachus Ægyptius, inter S. Euthymij discipulos laudatissimus, teste Baronio quem Magister in spiritu vidit Episcopum fore præficiendum Hierosolymitanum vigesimum ... , à S. Iacobo, cum discipulo Martyrio vt Cyrillus Monachus affirmat. Is cùm Ægyptus diu omnia essent plena turba, & tumultu propter hæreticos occupantes Alexandrinam Ecclesiam) ducerer in Monte Nitriæ Anachoresin sub Helia dum disciplina cum Martyrio sodale vitæ suæ ad Magnum venit Euthymium, & Hierosolymitanus creatur Antistes, Salusti successor, vt in spiritu veniens Heliæ (sunt verba Baronij) ad uersantem Achab Ecclesiæ Dei arguere posset & Prophetas Baal confodere gladio verbi.

Baron. cit. n. 39.

Constat tantæ fuisse, tamque fixæ virtutis virum, vt idem sectatus fuerit vitæ genus Episcopus sublimatus, quod seruaret in Monachismo, numquamque ... Polychronio teste. Vbi primum fuit factus Episcopus Hierosolymorum, statim omni studio contendit, inquit S. Cyrillus, vt circa se congregaret bonos illos Monachos S. Resurrectionis ... Dauid dispersos in aliquibus cellis. Monasterium eis certè construxit apud Episcopatum, & cellas ædificauit pro illis excipiendis, &c. Adeò fuit sacræ fidei zelator eximius, vt litteras miserit per Sabbam Abbatem, & ... ad Anastasium Imperatorem, in quibus illum intrepidus hortatur ad sedanda bella in Ecclesiam Christi commota: certè Heliæ ... Magni filius, & hæredis ... suis non pertimuit Principem, verè Catholicus, & Orthodoxus vir) ab hoc a sede depulsus, exilio ab hæreticis mulctatus, & multis calamitatibus afflictatus est. Sed tandem ab omnibus victor euadens in sede propria mansit manens etsi damnatus post multa in fidei defensionem, & tutamen Ecclesiæ facinora peracta, multos hæreticos Anathemate damnatos, & doctrinâ reuictos suâ, de quibus est videndus S Cyrillus, & Baronius ... salutis datæ mundo annus 491. plus minusve, sub legitimo Christi Vicario Gelasio primo Pontifice O.M. & Imperio Anastasij I. qui verberauit Ecclesiam Dei, vsque ad annum 518. in quo sepultus est in inferno.

Polychron. à Bar. apud Sophron. in Prato spir. cap. 45. ... in vita S. Sabæ c. 35.

S. Cyr. Monachus in vita S. Sabbæ.

Baron. to. 6. ... ad an. 493. n. 37. 38. & 12. n. 11. 12. 17. 16. 29. & an. ... 31. & ann. 517. n. 3.

Ponimus inter Heliades Patriarcham istum Heliam, ex Catalogo Tonstati, & Episcopi Alguerensis, & alijs.

DE S. CÆSARIO ARELATENSI EPISC.

CAP. XXVI.

Anno Christi 499.

SANCTVS CÆSARIVS cognomento Arelatensis, cuius sanctitas ipsi ab incunabulis inhærens toto nota orbe ... tam præcocem ... fructus emittit, & in dies magis, magisque fœcundior ... argumento succreuit. Territorij Cabilonensis indigenam fuisse ferunt, ex illustri genitum prosapia, primóque erogatis clarissimorum Parentum bonis in pauperes, & spretâ paternâ domo ad S. Siluestrum meritis insignem Cabilonensem Episcopum conuolasse, vt clericali institueretur disciplinâ, ab eóque tamquam Patre, & insigni Præceptore

ANNO CHRISTI 499

tranimisl im opulentam virtutum accepisse hæreditatem, & sanctitatis tantæ flores, tamquam apem auide suxisse: Deinde ad Lyrinensem secessit, alui re consolatus, vbi a S. Porcario eiusdem Cœnobij Abbate Monachus Heliadum desup nis imbutus est teste Baronio. Tunc qui à puero Tyro sanctus charitate refulserat, magnis virtutum exemplis demonstratur insignis, licet ipse sibi præ ardore virtutum in suo semper segnior videretur.

Baron. in Martyrol. Rom. in vita S. Porcarij ... Annal. ad ann. Christi 453. n. 4.

Abbas ergo, labente tempore, Lirinensis electus, prudentiâ, puritate, charitate, spiritus feruore, patientiâ, discretione, animi moderatione, benignitate, zelo sancto, iugi, nocte diéque cælestium meditatione commoditate illustris. Fuit egregius fidei assertor, Sacerdotum forma, Ecclesiarum decus, gratiæ prædicator, iurgiorum profligator, seminarium charitatis, disciplinæ norma, morum castigator, & censor, consilij libramentum, pupillorum defensor, captiuorum redemptio, à cuius ore obtrectatio numquam, mendacium, aut maledictum processit: tandem, vno dicere verbo, in quo cernere erant vnico virtutum exemplari virtutes omnes, vt loquitur Cyprianus discipulus eius apud Surium Magnus in miraculis, vsque ad miraculum sapientiâ diuinâ reluxit. In discernendis Scripturis sanctis, earumque obscuritatibus elucidandis, miram gratiam adeptus est, fuit etiam admirabili sententiarum varietate decorus, ingenio placidus, dulcis; & ornatus eloquio, & in lectione Veterum Patrum versatissimus. Eo tandem sanctitatis, ac sapientiæ splendore berillauit, vt cum vnum diuina prouidentia, perditissimo Gallicanæ tempore Ecclesiæ, doctum seruarit, & sanctum illustrare illa, vt loquitur Baronius: tantoque splendore diuino reluxit, vt nobilissimæ totius Galliarum Ecclesiæ eligi mereretur Metropolitanus Antistes, dum magno opus esset, in regionibus illis à Barbaris Gentilibus vel Arianis occupatis, nauis Orthodoxæ gubernatore, qui feros turbidi maris fluctus & æstus comprimeret acres.

Cyprianus apud Surium tom. 4. lib. die 27. Aug. in vita S. Cæsarij.

Baronius in Annal. to. 6. ad ann. Christi 453. num. 44.

Erat illi summæ voluptati, si quis eum inuitaret ad obscura loca interpretanda: hærentesque inuitabat accedere ad idem cogitur, aiés, non interrogans, vt possitis cognoscere: non semper vaccæ ad vitulos, sed plerumque vituli properant ad vaccas, vt de maternis vberibus possint suam famem explere.

Hoc animo scripsit, de variis rerum diuinarum argumentis admonitiones, & interpretationes difficilium aliquot scripturæ locorum homilias 46. quas, Monachorum congruentes vitæ, Sigebertus dicit ipsum declamasse.

Margar. in Biblioth. edit. Paris. to. 2. Sigeb. lib. de vir. illustr. c. 120.

Reperitur Concilio Arelatensi III floruisse & IV Item Valensi, & Carpentoratensi, in quibus omnibus primo loco, vt Metropolitanus subscriptus apparet; sicut & in Agathensi, quod celebratum est Sedis illius temporibus, nimirum sub consulatu Messalæ, vixit enim temporibus Iuliani, & successorum Imperatorum, & temporibus Symmachi Papæ ad quem Romæ commorantem accessit. Ex quo nimium habetur id omne quod Gennadius affirmat à Baronio datus, & quòd floruerit tempore Anastasij Imperatoris, in quo Symmachus sedit, hoc est anno Christi Iesu 506. bellarminus contra Trithemium, qui vitam ponit anno 670. perducit ætatem eius vsque ad annum 499. tantum.

Gennad. lib. de vir. illustr. cap. 86. Baron. in Martyr. Rom. notis ad diem 27. Aug.

Ex quibus videat (ait Baronius) Trithemius, quo iure sibi Cæsarium adducet ad Benedictinos, cùm ante S Benedictum vixerit, qui, vt Trithemius affirmat idem, anno 520. fundauit Ordinem suum in Monte Cassino, & obiit anno 542. vt Leo Ostiensis Episcopus relatus à Baronio tradit. vel iuxta Marianum Scotum Monachum Fuldensem anno Domini 621. ætatis suæ plus minusve 90.

Baron. citat. M. & to. 6. Anna. ad ann. Christi 453. n. 4. Trith. lib. 2. cap. 16. lib. 3. c. 84. & lib. 4. cap. 146. de vir. ill. Ord. Bened. Trith. lib. 1. cap. 1. de vir. ill. S. Bened. Leo. ex Cassin. cœn. antiquiori- bus monumentis.

Citari scimus Cæsarij eiusdem sermonem tertium, in quo Cæsarius profitetur, sancti Benedicti esse discipulum, sed Baronius nihil huiusmodi in sermonibus Cæsarij recèns editis se vidisse fatetur nó quecum illo fatemur idem, post sedulam Cæsarij operum omnium lectionem. Quod si in aliquo tunc codice id reperietur alterius potiùs auctoris existimandus est sermo.

Baron. to. 6. Annal. ad ann. Christi 494. à n. 70. vsque 75. in quib. pro nobis multa percurrit.

Extat, Baronio teste, egregia Epistola Ennodij Ticinensis ad eundem Cæsarium scripta, de legatione qua functus est ad Regē Gothorū, vbi eximiæ Cæsarij virtutes commendātur. Meminit de eo illustrè Luitprandus tamquam de discipulo S. Porcarij.

Baron. cit. Luitpran. in Chronic. ann. Christi 669.

Scimus etiam sororem CÆSARIAM nomine, Cæsarium habuisse Virginē insignem, Virginúque matrem (hortatu cuius Cyprianus discipulus res gestas Cæsarij conscripsit) quæ egregia claruit sanctitate, quam Cyprianus, & Fortunatus inter feminas sanctitate insignes recensent.

Cyprian. in vita S. Cæsa. Fortunatus lib. 8. in car. de Virginitate.

Item de eadem Greg. Turonensis agit, & de Regulis eius, suis quibus S. Radegundis Regina, & aliæ Monasticen exercuêre. Sed quia nobis adhuc non extat, an fuerint hæ Virgines de Ordine nostro, aliis relinquimus addere nostris maiora.

Greg. hist. Francorum lib. 9. c. 40. & 42.

Non est iste Cæsarius ille, qui vitam S Egelberti mandauit scriptis, quæ extat apud Surium, qui etiam illa scripsisse putatur, quæ in Speculo exemplorum recitantur, nam vixit circa annum Domini 1250. Is ex nostratibus haud est.

Sur. to. 6. die 7. Nouemb. 5, et exemp. dist. 6.

Doleremus certè, considerantes, veritatis candorem non illustrari, sed obscurari, si delectum nullum habentes, quoscunque reperiremus doctrinâ, aut sanctimonia vitæ claros, Monasticæ alumnos vitæ, sub Heliadum disciplina constitueremus professores, alienos nostris supponentes partus nimio Religionis nostræ virorū adaugendorum ardore correpti quem veriorem in isto credimus esse, si de alienis floribus nostras non attexerimus corollas, vbi natiuis innumeris abundat Carmeleus Paradisus, velut Paradisus Dei, & Virginis Matris amicâ manu compositus, & venustatus abundè.

ÆTAS SEPTIMA,

Quæ est ab anno CHRISTI DOMINI Seruatoris IESV quingentesimo vsque ad annum eiusdem sexcentesimum Sexta.

Fundatæ Religionis anno 1434.

NOTA VNA.

DAMVS tibi, serenissime Lector, (miraberis) a septima vsque ad decimam tertiam Ætatem, ex Ordine, in quo multiplicati sunt Sancti sicut stellæ cæli, & sicut arena quæ est in littore maris, paucos ex his nostris, qui sapientiâ, & sanctitate floruère: non quod (velut fœcundissima Mater Carmelitarum Religio) vel in tam sterilibus pacis, & tranquillitatis temporibus, non semper illis effœta fuerit, & innumeros semper feliciter in lucem filios multos ediderit Christo: Sed id vel ex capite duplici facere compellimur: & temporum vicissitudine arctâ, & multâ orbis calamitate, quæ tunc Orbem & Solymam vrbem aggressa est.

Temporibus igitur hisce, ab anno scilicet 537. diras Ordo Heliæ passus est persecutiones in Syria, vbi florebat egregiè; nam cùm propter crimina populi, permittente Deo, à Cosdroa primùm (Trithemio, Paleonydoro, Morigia, Tapia, & alijs testibus) anno illo Syria fuisset inuasa, & cum vrbe Hierosolyma capta, compulsi sunt Carmelitæ, in finibus degentes earum, multa funditus Monasteria dimittere: etsi in solitudinibus Carmeli, Iordanis, Neroi Montis, & Quarentanæ deserto, nonnulla, pauca tamen mansissent, è quibus innumeri fratres, iugulum pro fide Christi læti præbuère Tyrannis. At cum multa semper hominum malitia esset super terram, de sceleribus populi diuina secundò ira, vindictam accepit, irruentibus alterâ persecutione, anno 636. Sarracenis, Duce dirissimo Humar, Arabum Rege, Mahumeque alumno, qui totam terram Sanctam, Syriam, Phœnicem, & Palestinam dirissimo suo subiugauit Imperio: quâ in persecutione iterum innumeri fratres, qui aliquantulo (seditione præmissâ sedatâ) conualuerant numero è Carmelicolis sexus vtriusque, Martyrij palmam adepti sunt: adeò vt, iuxta Cyrillum Prophetam, mirum in modum Carmelitarum numerus diminutus fuerit in terris, licet auctus in cælis, virorum grege remanente pusillo, etsi sapientiâ, & sanctitate lucidissimè magno. Etenim Carmelitæ illi, qui dudum vt loquitur Trithemius, in vrbibus habitabant multiplicati, nimiùm ab infidelibus sunt laboribus affecti, & ad eremos Carmeli redire compulsi, nec diutius in medio populorum habitare permissi; eos immo adeò Sarracenica manus affligebat, vt nullum, pro Christi famulatu, quietis tempus inane relinqueret illis, vel victu etiam necessario priuatis. Ij igitur, sic ibi mansère angustiati laboribus, vectigalibus afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus abditi, in speluncis latentes, & in cauernis terræ ferè sepulti, non modicâ vitam paupertate miseram ducentes, vsque ad tempora Caroli Magni Galliæ Imperatoris, quibus à Catholicis terra Sancta recuperata est per Godefridum Bullonem, anno scilicet salutis 1099. Tunc numerus fratrum in Monte Carmelo, valdè cœpit excrescere, adeò vt Montes implerent, & vrbes.

At, non diu durauit (heu dolor!) in Ordine felicitas ista; nam, Ioanne Hierosolymorum Rege defuncto, consueta illis subsidia Sedis Apostolicæ terræ Sanctæ sunt denegata, propter Fridericum Imperatorem rebellem Pontifici summo obsistentem: & deinde Carmelæi fratres ab infidelibus tam dirâ oppressione sunt afflicti, vt nusquam pacis die in Iudæa, ampliùs fuerint gauisi: Ex quo in Europam compulsi sunt à terra sancta extorres exire, alij Cyprum, Franciam alij & Angliam; nonnullique in Germaniam aduentantes, manentibus tamen aliquibus in Carmelo, è quo (proh mœror!) breui exules sunt facti à Sarracenis. Itaque ex his persequutionibus, & alijs Religio Prophetica Heliæ Patris quæ iampridem infinitis (vox est Trithemij) filijs exultarat, vrgente necessitate, vel à fratribus deseritur suis. Sed, dantibus superis, persecutionibus aucta, in nouam terram Europæ translata, etsi incognita, conuentus illico plures instituit; enimuerò, quos sedibus paternis expulsos, omnes Europæi condolebant, larga eorumdem munificaque manus, adaugere curauit: indéque Carmelus Ordo Marianus, valde per vniuersam Europam multiplicatus est, & magnos in Dei Ecclesia, cum centesimo retulit fructus: Quique à Syria fuerat pulsus, & quodammodo radicitùs auulsus, in clarissimis Europæ, Asiæ, & Africæ partibus, nouas radices, & odoris suauitatem in dies emittere visus est, virtutúmque suarum semina longè propagauit, & latè diffudit: & velut vitis frugifera noua germina pandens, à mari vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum (ô decor, ô

Trith. de laud. Carm. c. 8. Pal. li. 2. cap. 9. Paul. Mor. de Orig. lib. 1. c. 50. Carol. Tap. in authenti. Ingressi. ver. Monasteria. cap. 17. de Ord. Carm.

Paleo. cit. S. Cyrill. Constantin. c. 7. & 8. lib. de reb. memor. Carm.

Trith. cit.

Trith. c. 8. cit. lib.

Anno Christi 500.

gloria Carmeli!) dilatatus est. Denique fons ille, qui veluti infidelium ruderibus & ramentis antiquitùs obstrui putabatur, maiori cum impetu, vel nostro etiam tempore erupit, à solis ortus cardine, ad vsque terræ limites *terras irrigans, dulcedinisque sua vagas vndas effundens: quaeque radices imas Carmeli Vinea, in loco plantationis sua, iampridem egerat altas, palmitibus tandem, botrisque priuata suis, & omni veluti spoliata decore, quasi indignans ab opere, & verbo docendo cohiberi, solo, saloque fructus suos diffusos benignè orbi omni degustandos exhibuit. Quod videre aliqua tulo habebis (non enim omnium sapientiam, & sanctitatem mirandam possumus dare) ætatibus sequentibus à decimatertia. Quod si à septima, vsque ad prædictam tertiamdecimam, paucos tibi viros exhibuerimus, ne mirêre candide legens, nam etsi temporibus illis floruerint plures quam multa pagina capere posset, eorum nomina tristi silentio depressâ languescunt, scriptorum torpore, & odiosâ desidiâ, quâ per annos quingentos, vt asserit Panormitanus ab scriptis abstinuêre, & historijs conficiendis antiqui. Itaque cum de illis alij non meminerint, nobis non licet, ex nostro, vel vnum tantum componere nomen ne nimis inanis auidi gloriæ esse videamur, si in effingendis viris (quod absit, & absit) commentitij quasi deprehensi fuerimus.*

Panorm. de reb. Alphõs.

DE THEODORO ABBATE.

CAP. XXVII.

Anno Christi 500.

THEODORVS natione Græcus, Abbas Sanctissimus Cœnobij Heliadum Ægypti. Tam auidus scientiæ diuinorum, vt propter vnius dubij solutionem diebus septem, & noctibus totidem assiduus orationi vacaret insomnis vsque dum ab Angelo illuminatus abiuit.

Floruerat ex Heriberto annis à Christo nato 500. sub Sede suprema Symmachi, Et Imperio Anastasij.

Heribert. de vita & verb. Seniorum.

DE THEODOSIO MAGARIASENSI.

CAP. XXVIII.

Anno Christi 513.

THEODOSIVS Magariasensis, natione Cappadox, Palæstinus Heliadum Monachus, & doctissimus sui temporis Abbas: mirâ vir religionis sacræ candidus luce, qui ob fidei Catholicæ defensionem ab Hereticis Acephalis pertulit magna.

Heribert. de vita & verb. Seniorum.

Tempore floruit Leonis Imperatoris, qui obiit anno 474 & vsque ad tempora Iustiniani gloriosè perduxit felicem halitum vitæ.

Anno Christi 519

Non iste Theodosius est ille Palæstinus Abbas, qui Eutychianorum hæresis labe tabuit, & à Leone Imperatore exilio relegatus est, eo quod ad Patriarchalem Thronum Hierosolymæ assumi contendisset, vt constat ex S. Euthymij actis à S. Cyrillo conscriptis. Sed clarissimus est Theodosius noster, qui felix viuens, Ecclesiæ Catholicæ fidissimus fuit semper defensor, fideique clarissimus pugil. Florebat adhuc in Palæstina annis Christi 513. sub summo Pontifice Symmacho S. & Imperio Anastasij.

Plura sapientiæ grandis monumenta liquisse credimus, sed vix vnum dat Heribertus. Carmelitam da nus ex Vetertimo Ordinis Catalogo de illustribus Carmelitis.

DE SS. ANDRONICO, ET ATHANASIA.

CAP. XXIX.

Anno Christi 519.

SANCTI ANDRONICVS, ET ATHANASIA natione Græci, Antiocheni patriâ, vxorati prius, & bonis fortunæ, sæculique diuitiis simul affluentes, cùm filios ex matrimonio suscepissent, eósque Deus satis pueros ad astra vocasset, vnanimi coniugum assensu, re venditâ familiari, & inter pauperes distributis opibus, vt mos erat illis, ab ineunte vtrorúque ætate, non sine monitu diuino Scetensem parant concedere in eremum. Andronicus ad Danielem declinat Abbatem, rem totam nuntiat ei, ex cuius mente fœminam vocat, & apud Thebaidem Ægypti in Monasterio Tabenesiotarum à S. Pachumio constructum sub Heliada Carmelæa professione cucullo fratrum induta, mentito sexu, acceptatur: Andronicus verò in Monasterio Lauræ à Daniele acceptatur Abbate.

Tempore elapso, vtrique ad Terram sanctam pergentes, ex superiorum suorum obtenta benedictione, vt loca inuiserent sacra, obuij sunt facti sub schino sedentes; nouit Andronicum Athanasia sub nomine Athanasij contecta, celauit viro, & coniugi vero sexum, vir enim haud fœminam agnouit suam, eo quod Æthiopis quasi faciem haberet, ex solis ardore, & pœnitentia commutatam. Pergunt ergo vtrique loca peruisere sacra, & inde Alexandriam reuersi, ex licentia Danielis Abbatis, vnà ambo adinuicem ignoti semper, vitam Monasticam in Monasterio decimo octauo Angelicam potius quàm humanam per annos 12 duxère, se semper Athanasio dissimulante Athanasiam coniugem Andronici, & fœminâ inter viros agente. Elapso duodennio peruolatura ad superos Athanasius migrat è vita. Tûc ab Abbate Monachis, & Andronico detecto Athanasię fœmineo sexu, fit maximus sanctitatis eius rumor, fit clara vox, tùm in Scetis, & Lauræ Cœnobiis, quâ perciti cuncti cum palmis, & ramis funeri Athanasiæ parentare concurrunt ouantes, & Alexandrini, Dei grandem bonitatem, & sapientiam intonantes.

Non multo pòst Andronicus vocatur discessurus ad Sydera, & omnibus Ecclesiæ sacramẽtis

ANNO CHRISTI 520.

obdormatus in suo Cœnobio gloriosum spiritum egit, ingenti equidem sanctimoniæ suæ voce insonatus. Salutatis à Deo annis 519. sub S.Hormidæ Claugeri Orbis gloria, & Imperio Iustini.

De eis agunt Græcorum Menologium, & Romanum Martyrologium. Eorum vitam inter alios plures latè prosequutus est Coria noster eos inter Eliades adcenlens veros.

Græc. Menolog. Martyr. Rom. die 19. Oct. Coria Diluc. el.O. Cat. lib.9.c.4.

DE SANCTO SABBA ABBATE CAPPADOCE.

CAP. XXX.

Anno Christi 520.

SANCTVS SABBAS natione Cappadox, patria Mutalaciensis, clara vir sanctitate celeberrimus: quique, S. Angelo teste, in Cappadociæ Cœnobio Heliæ cucullum amixit. Hunc primum inuenimus S.Caprasij successorem, Carmelique Abbatem contendimus inter Græcos Generales decimum quartum. Is igitur cùm vitam priùs cælestem in quodam Cappadociæ Cœnobio peregisset (altero prope Hierosolymam in montanis Iudææ erecto in Heliæ Patris sui honorem) Abbas præficitur Heliadum Magnus: in eóque singulariter, Moguntiæ Decano teste, quatuordecim mille Monachis sanctissimè præest. Sed cùm successu temporis, Monastica disciplina minui aliquantulum inciperet; & propter Hæreticorum temporis illius insectantias tum item, propter altercationes, bellave inter Barbaros, Christicolásque exorta: Sabbas ipse Monachorum omnium, vnanimi assensu, Magni gregis Monasticæ Heliadum disciplinæ in vtroque positæ Polo, vt fatur S. Eulogius Cordubensis, & alij, ingenuus reformator effectus est. Quoad eius scripta, vidimus tantum typis, virtutum elegans encomium, pro clarissimo Helia Hierosolymitano Antistite, ab ipso S.Sabba in VII. Synodo celebratum, quod recitatur à Nicephoro, & luculentissimè à Baronio, referente Camatto. Item, teste Possevino scripsit epist. ad Anastasium Imperatorem perditum. Item Typicum Ecclesiasticæ traditionis & consectariorum D. Lauræ Hierosolymis. Extat fragmentum Typici Græcum & Latinum redditum simul, tomo secundo Iacobi Gretseri, de Cruce.

Demum, post multa, verbo, & opere virtutis edocta, anno Christi 520. alij asserunt 470. multa sanctitate & doctrinâ, & fidei zelo (quo validissimè contra Origenistas, & alios hæreticos dimicarat, teste Gomezio Dominicano) venustissimum spiritum Hierosolymis egit, sub summo Ecclesiæ vertice Hormisda, & Imperatore Iustino. Quidam asserunt sepulcrum in Monasterio Lauræ Fatam.

Damus Carmelitam ex Chronico Ordinis antiquo & Catalogis vtriusque, necnon ex Manuscripto Episc. Alguerensis.

Franc. à S. Angel. in Caten. c. 77.
Decan. in descript. sua.
Niceph. lib. 16. c. 34. 38 & seq.
Baron. tom. an. 517. & 518.
Ægid. Camattus in Eliæ Thesbitæ cap. 4. sect. 12. §. 1.
S. Eulog. in vita S. Georgii M.
S. Ang. Catal. c. 77.
Vinc. Gomez. in Chronol. SS. Relig. seculo 6. ad finem.
Possev. to. 1. Sap.

POST S. SABBAM, NOTA VNA.

PEr id temporis, ab anno scilicet 520. vsque ad annum 1032. (quo iam historici nostri Gerardum illum Antiochenum Patriarcham, in Pannonijs Episcopum, & Benedicti IX. à latere Legatum, Carmeli Generalem Abbatem assignant) nullum inuenimus, qui excelsi huius nostri Montis, Generali Præfecturâ polleret. Nec ob id Carmeliticus Ordo sine capite viuens censendus. Verùm enimuerò, cùm multis fuerit fidissima Ecclesiæ filia Carmelitana Religio, calamitatibus, Barbarorum insidijs oppetita; Sarracenis, Cosdroa Persarum Rege, & Humare Arabum Principe, eam deuastare cupientibus, multi è Carmelitis, vt affirmat Paleonydorus, pro fide Christi Martyres effecti sunt, manentibus paucis, ijsque mille Tributorum molestijs affectis, vt dicebamus suprà, vsque ad tempora Caroli Magni, teste Cyrillo S. à Paleonydoro citato. Cúmque diris hisce persecutionibus, ob Christi amorem leniter sublatis, ab anno 636. vsque ad 1290. pulsam ipse Religionem à terra Sancta compellerent, atque inter ignotas, & exteras peregrinari nationes, (quadraginta mille Martyrum, & Virginum, vt Lyra, & Thomas à Iesu testati sunt viris, iugulo, calo litatis) nec mirum, quod temporibus hisce (quibus tota Monachis, Virginibus, & Sanctitate Ægyptus, velut pragnans erat alueare, & vt paradisus Dei fertilis & decorus) tam grandi iacturâ, tam dira dispersione, vnum singulare caput occultaretur, quanquam constet membra multa illustrissima videri in Carmelo fuisse, & Eremis Iordanis, Montis Neroi, & Quarentana deserto, dum Cosdroæ flamma cuncta Sacra vorabat, & Humarus Arabs totam terram Sanctam, Syriam, Phœnicem, & Palæstinam suo subiugabat Imperio diro.

Huius amissæ memoriæ causa (quâ caput vnum singulare, & omnibus supremum, vix in Carmeli hoc tempore dignoscitur) misera potest esse etiam temporum vicissitudo, & velut innata humanis rebus caduca iactura, quâ euanent firmissima quæque. Si enim firmioris memoriæ Catalogos virorum insignium euolueris, (cùm euidens sit nunquam ab Ecclesijs, à tempore Christi Vice-Apostolos, hoc est Episcopos, & Præsules summos defecisse in grauioribus Prouinciarum, & Regnorum, notandas sanè intercapedines Præsulum excipies. Vidimus plures Episcopologios, iugi subtilique labore confectos, & vix, vel vnum inuenimus ab hac temporum iactura liberum & immunem: In Pompeiopolitano, à tempore S. Firmini primi Ecclesiæ illius illustrissimæ Præsulis, qui anno Christi octuagesimo, martyrio coronatus est, vsque ad annum 589. nullus assignatur Præsul illius Sedis, vsque ad Liliolum per annos 590. & quod de isto constat, id vnum tantùmque est, quod anno 592. subscripserit septimo Concilio Cæsaraugustano tempore Recharedi Regis celebrato. Ergone dicemus quod sine capite vixerit corpus? quòd defecerit Præsul in sede primus? quòd Ecclesia

Paleon. li. 2. c. 4.
Suprà in Nota, initio huius ætat. ad.cita. Pal. li. 2. c. 7. & 8.
Nic. de Lyra in cap. 19. & 12. Apoc.
Thom. lib. 1. antiq. c. 12.

ANNO CHRISTI 520.

Panorm. de Reb. Reg. Alphonsi.

illa illustrissima Episcopis hoc tempore caruerit? Absit. Multa his similia possemus inducere, præcertim Episcopilogium dilectæ Patriæ nostræ, Turiasonense (quod typis eudimus libro de laudibus S. Prudentij Cæsaraugustæ, anno Christi 1625.) vbi ineuitabilem dedimus Præsulum memoriã ablatã omnino, per annos 200. & ijs amplius, postquam in euoluendis Ecclesiæ, & Ciuitatis illius monumentis multum insudauimus; sed neque ista sufficiant scientes Europæos scriptores, asserente Panormitano, per annos plus sanè 500. à calamis & atramentis abstinuisse & legentes lonium asserentem Hispaniam per mille & amplius annos (Vandalicis Punicisque armis occupatam) Latinarum litterarum splendore caruisse imo Proceres eius totámque nobilitatem sic peruersam opinionem de literis (si verum est) induisse, vt earum studia, dum pro libertate contra exteras nationes dimicarent, paulò à conspiratione, quasi aliena & inopportuna virtuti bellicæ damnata fuisse. Sed rem iam redeamus ad nostram. Non igitur mirum si nos ab anno 520. vsque ad 1032. non assignauerimus, toti Heliana Religioni Præfectũ: Sed id mirabilius quòd tantis calamitatibus Tyrannorum & temporum pressa, & penè tota depasta vinea florigera Carmeli sacra Religionis Mariæ, numquam in eliendo virorum, & mulierum amicissimos flores pulchram sapientiam, & fragrãtem sanctimoniam halantes, vel vna cessauerit die. Floruère igitur hisce temporibus præter multos quos longo censent charactere omnes Ecclesiastici scriptores, & inter illustrissimos Thomas à Iesu breui quaquam stylo) omnes, & quotquot in Palæstina, & Syria, & Ægypto discipuli fuerant Antonij & successores Hilarionis, qui Nicephoro teste inter Heliades iure optimo sunt numerandi. Vide Cassianum, Heribertum, & alios.

Philom. in Elogiis virorum Doctorum, in Anton. Tabulensi.

Thom. lib. antiq. per cap. varia.

Niceph. li. 8. c. 40. & lib. 11. c. 34.

Tandem hoc vnum volumus hic legenti debere: quod etsi ab anno 400. & aliquantò antè, ab ortu Saluatoris Helianus ordo teste dispersus in Syriam, Palæstinam, Persiam, Asiam, Ægyptum, & Carmelum, perinde non est, quod in illo aliquandiu Monastici Carmelitæ defecerint, à tempore Magni Patris Heliæ, vsque ad annum 1290. vt apertum est è toto libro Patriarchæ Ioannis; sed omnes illorum Cœnobiorum, & desertorum Monachos, in tot dissectos Prouincias, vnum semper, eundémque, sub Magno Helia, institutum esse sectatos & sic per varia loca dispersos, vitam, alios Eremiticam, Cœnobiticam alios, & plures Anachoriticam egisse, Euagrio apud Baronium asserente: licet non sub vno in Carmelo (sic diximus) capite, sed variis Abbatibus (quos vocabant Archimandritas, iuxta Cœnobiorum singulam varietatem) subiectos & vel etiam Diœcesanis Episcopis, siue Patriarchis suis. Cur autem in solis Carmelitis durarit institutum, tot nominibus, & Archimandritarum reformationibus diuersificatum, alibi dedimus. Hoc sit radicale iudicium, quod ab anno 520. vsque ad 1034. vix certum in Carmelo vniuersale vnum caput assignasse valuerimus.

Ioann. 44. Patriarch.

Euag. lib. 1. cap. 1. Baron. to. 5. ad ann. 438.

Scimus etiam, anno 536. Constantinopolitani Concilij Synodo subscripsisse, vt constat ex actis eius, Theoctistum quendam Dei misericordia Presbyterum, & Priorem Monasterij Sanctæ & gloriosæ Dei Genitricis Mariæ: & Sanctum Dei misericordia Presbyterum, & Priorem Monasterij Heliæ, *vt Chartagena notauit. Cur autem subscripserint, vt Priores, qui Abbates, siue Archimandritæ vulgò vocabantur, nunc in comperto non est. Forsan ille solus, qui præerat in Carmeli Cœnobio, Carmeli semper vocatus est Prior, tanquam qui, etsi plura tunc essent in Syria, Ægypto, & alijs partibus Orientis Monasteria dispersa, suis Abbatibus subiecta quæque, eo quod Prior esset Conuentualis Carmeli simul totius Ordinis Generalis erat Prior, vt notauit Thom. à Iesu, cæteri verò, qui alijs præerant Cœnobijs, siue Abbatijs Abbates dicebantur: vti in illustrissimo, Sanctissimóque S. Mariæ de Mercede Ordine, Redemptionis captiuorum, Chorarcha Barchinonensis Cœnobij, Prior vocatur, cum cæteri aliorum Cœnobiorum Præfecti, Commendatarij vbique vocentur. Itaque post Sabbam S. assignauimus è Græcis Carmeli Generalem Abbatem Theoctistum, de quo suo loco illico dicemus.*

Tom. 2. Cõciliorum pag. 551. Chartag. ho. de laud. Carm.

ANNO CHRISTI 521.

Thom. à Iesu. l. 3. p. exposit. Reg. c. 1.

DE SANCTA MARIA PECCATRICE ÆGYPTIA.

CAP. XXXI.

Anno Christi 520.

SANCTA MARIA cognomento ÆGYPTIACA, natione Ægyptia, & à duodecimo ætatis suæ anno, vsque ad vigesimum nonum in ciuitate Alexandriæ impudica professione peccatrix; sed probris pellexia, ducta spiritu cælesti, siue Alite sacro, Hierosolymam postea petiit. Vbi sacra exosculata humanæ loca reparationis, assidua vacans coram Virgine Matre oratione, illam meruit, quæ est peccatorum medicina, protectricem habere: vnde ab Angelo in Carmelum Montem adducta, ibi admiranda pœnitentia, lacrymis lauit criminum maculas fœdas, & per annos 40. numquam ab acerrima corporis cessans afflictatione, facta est ex lebete phiala.

Coria lib. 3. cap. 9. S. Angelus Catalog. c. 79.

Tandem sacrã Synaxi à S. Zozima munita, annis Christi 520. spiritum immaculatum reddidit Creatori Cælestium, sub summo Ecclesiæ vertice S. Hormisda, & Imperatore Iustino. Eius acta celebri prosequuntur innumeri encomio, inter quos S. Sophronius Patriarcha, Nicephorus, S. Hieronymus, & omnes penè Ecclesiastici scriptores. Inter Carmelicolas accenfent meritò Santiagus noster, S. Angelus, Coria, Marcus Guadalaxara & alij. Eius conuersionem mirificè tractat noster Oliuanus, & videndum Conciliũ Nicenum, & alij ab auctore prædicto adducti.

Sophron. in prato. Nicephor. lib. 7. c. 5. S. Hieron. 1. p. vitæ Patrum. Santiag. in Catal. Car. S. August. in Catalog. c. 79. Coria lib. 3. c. 9. Guadal. in chettar. Oliuan. to. 1. dis. 13. § 3. Nicen. act. 4.

DE DANIELE ABBATE.

CAP. XXXII.

Anno Christi 521.

S. DANIEL Abbas, & Presbyter Ægypti, Scythici Cœnobij filius, & Pastor, vbi admirãdis virtutibus effulsit, maximè ieiunio, & oratione. Post multa supremæ opera gratiæ, (de quibus in Vitaspatrum latam habes enucleationem,

&

ANNO CHRISTI 530.

Vitaspatrū Equil. lib. 6. c. 123.

& apud Equilinum) gloriosis meritis spiritum ad astra perduxit, cùm floruisset temporibus Iustini, & Iustiniani filij Imperatorum, & sub S. Ioanne I. Pontifice Orbis Maximo, hoc est annis soluti peccatoris à Christo 521.

DE IORDANO GOTHO.

CAP. XXXIII.

Anno Christi 530.

Ex Catalogo Illustr. Carm.

IORDANVS natione Græcus, Carmeli Monachus, & ex Monacho Gothorum factus Episcopus. Antiquorum temporum de gestis scrutator, & scriptor insignis. Quædam ferunt cudisse volumina, de quibus vidimus Historiarum lib. 2. in quorum I. Romanorum acta recenset, & in II. originem, & acta Gothorum, vsque ad eorum finem Regni.

Possevin. to. 2. S. App. Chron. Ord.

Claruit Orbis, & Vrbis sub capite Sacro Bonifacio II. & Imperio Iustiniani Magni, annis Christi 530. Videndus Possevinus, App. Sacro litt. I.

Damus Carmelitam ex vetusto Ordinis Chronico & Catalogo Illustr. Carm.

DE S. KYRIACO ANACHORETA.

CAP. XXXIV.

Anno Christi 531.

SANCTVS KYRIACVS natione Græcus, patriâ Corinthius, Petri Corinthiorum Episcopi nepos. Ab annis pubertatis suæ 18. Hierosolymis in Monasterio Heliadum Sion, cum Eustorgio Abbate illius, Spiritus sanctus donis viro splendenti mirificè, diuersatus est: postea Monasticæ vitæ desiderio accensus, ad Lauram pertexit Abbatis Euthymij, vbi Heliæ cucullo, impubes adhuc, accinctus, literarum, & virtutum exercitamentis assiduis, mirabilis affulsit. Inde in solitudinem Natupha secessus, Anachoreticus miraculis claruit: quâ, vt hominum consortia confluentia ad illum vitaret feruidus, relictâ in abditissimam solitudinem Susacim fugit: ibi & Angelis, & hominibus vitam mirabilem duxit. Sed pietate deuictus, & zelo diuini arctatus honoris, & suos in fame passa succurrere, & Origenistas verbo & calamo profligare ad Lauram Succam accessit: ibi contra Nonnum & Leontium, Origenistas (qui multos à fide Catholica deuiarant) iacula doctrinæ suæ, & sanctitatis magnæ sedulus inflixit, & plures ad meliorem vitam adduxit.

Cúmque (plenus opere sancto, & sacrâ doctrinâ, clarissimus, & nobilissimus, pugil fidei factus) ad centum, & septem annorum candidam senectam adduxisset, nec tantillum de austeritate, & assidua oratione remittens; (imò pro altius proficiebat ætate, eò firmius sanctitatis, & fidei tuendæ certamina aggrediebatur acriora) cum alijs ex Magni Patris Heliæ sectatoribus Concilio Constantinopolitano subscripsit: annôque 531. Seruatoris Iesu, naturæ debitum in antro Charitonis Abbatis exoluit, sub Ioanne II. Pontifice O. M. & Græcorum Imperatore Iustiniano Magno. Lege sedulus S. Kyriaci vitam in Surio, est enim admirabilis: & in ea meminit multorum Carmelitarum, scilicet Eustorgij erectoris Monasterij Sion in Hierusalem, Euthymij, Anatolij, & Olympij Corinthiorum, & Laureæ Euthymij filiorum: Theoctisti Magni, Carmeli Prioris, Gerasimi Abbatis Monasterij Iordan, qui vnà cum nostro Kyriaco egit aliquando in solitudine Ruba: Thomæ, Kyriaci nostri amicissimi, Longini Præfecti, Pauli successoris, Thesebonis Agareni, Charitonis Cyrilli, & Ioannis Silentiarij, qui tres, cum Kyriaco validissimè Origenistas obtuderunt, & aliorum, qui sunt in Surio videri.

ANNO CHRISTI 531.

Constat ex libello ab Archimandritis oblato vt eius Synodica acta testantur.

Sur. tom. 5. die 29. Septemb.

Surius cit.

Damus Carmelitam, ex Chronico Ordinis antiquo; ex Catalogo de Illustribus Carmelitis; & ex Manuscripto de viris illustr. Carm ab Episcopo Alguerensi.

DE S. TABITA VIRGINE.

CAP. XXXV.

Anno Christi 535.

Ex Vitaspatrum. Heraclides in Paradiso.

SANCTA TABITA Virgo vna ex illustrissimis ter centum illis Virginibus, quæ in magno Thebaidis Monasterio morabantur, sanctitate famosior. Magnis certè virtutibus elucida, mirabili humilitate & iniuriarum tolerantiâ præfulsit. Nam despecta ab omnibus, & insana veluti reputata, ad viliora Cœnobij opera destinatur, quæ omnia amantissimè perfecit: Conuitiis tentata multis, & à communi aliarum Monialium mensa repulsa, Archetypon se mirabile humilitatis, & patientiæ sæpissimè exhibuit.

Eius sanctitatis excelsæ, excelsum Angelus, medio Piterio Abbate dudum conuersante in eremo, apertum testimonium exhibuit, eum admonens, vt ad Tabitam in Cœnobio suo visitandam accedat, eò quòd ipsa Piterium superet meritis. Veniens ergo Piterius, & omnes inuisens Virgines sacras, cùm eam, quam quærebat, non adspiceret, à Sororibus inquirit, an alia ei ex eis inuisenda superstit? ad quem Moniales non nisi insanam quandam, & amentem abesse respondentes, adduci iubetur, ad cuius mox pedes Piterius prouolutus, illi, & cæteris reuelata ab Angelo narrat. Tunc sorores de illatis iniuriis conuolutæ ad vestigia sanctæ Virginis precantur indulgeri; pro quibus, vnà mox cum Piterio, preces fundit ad Christum: Et post paucos dies, vt inanem omnium fabellam effugiat, è Monasterio egressa cum benedictione solitudinem petiit.

Eius obitus dies soli notus est Deo; at credimus

ANNO CHRISTI 536.

Equil. lib. 11. c. 48.

mus meritò reuocandam ad tempora S. Agapeti Pontificis summi, & Iustiniani Magni Imperatoris, qui sedes habuêre, annis Saluatoris Christi 535. plus minúsve.

Vide Equilinum. Et accipe Carmelitam ex Catalogo Episcopi sæpe hic tibi dati cum Tonstato nostro.

DE THEOCTISTO PRIORE GENERALI GRÆCORVM, ET DE SYLLA GRÆCO ITEM.

CAP. XXXVI.

Anno Christi 536.

THeoctistus natione Græcus, & Dei misericordia Presbyter, & Prior Monasterij Sanctæ, & G. D. Genitricis, sempérque Virginis Mariæ. Generalisè Græcis, qui adfuit, vt diximus, Concilio Constantinopolitano, anno à Christo nato 536. sub Agapeto Papa celebrato, Imperante Græcis, Iustiniano Magno. Huius Patris fusiorem non valuimus habere notitiam.

Iuxta Bellar. Chronologiam.

De SYLLA, in dubio nobis est, an censendus sit Generalis Abbas, Archimandrita, siue Carmeli Prior; eò quòd se Priorem solùm Monasterij nominet Heliæ, tempore, quo iam Carmeli Cœnobium nomine Virginis immaculatæ Mariæ decorabatur vel à primis Ecclesiæ orientis auroris, vt suprà notauimus ex Paulo V. Pontifice O. M. ex lect. Officij Solem. Commemorationis B. Virginis Mariæ de Monte Carmeli, & aliis. In cuius erat honorem erectus, anno, vt diximus, 83. & tempore hoc (Syllæ videlicet) multa iam Cœnobia sub nomine Heliæ erant erecta. Quod autem *Prioris* titulo subscribat, & non illum Priorem apertè Carmeli Generalem assignemus, nostra interest parum.

Suprà. Præamb. 12. per totam.

DE S. ROMANO LVGDVNENSI.

CAP. XXXVII.

Anno Christi 553.

SANCTVS ROMANVS natione Gallus, patriâ Lugdunensis, vbi iuuenilem florem ætatis Eremiticæ vitæ litauit: sed desiderio terræ sanctæ visendæ in Carmelum appulit, vbi Virginis habitum à Caprasio Montis illius Abbate Sanctissimo suscepit, mirâ confestim sapientiâ, & sanctitate, & fidei zelo refulsit; caproptet Constantinopolim, ad prædicandum contra hæreticos ab ipso Priore Generali Carmeli Caprasio, missus est: at cùm parum in Græcia proficeret, conuersus est ad Europam (quæ iam Basilij, & Antonij in partibus Italiæ reformationibus, multo Cœnobiorum, & virorum, sapientiâ, & sanctitate nobilium incremento decorata erat) & in Conuentu Abbatis Deodati, duodecimo à Roma milliario distante, & inter Heliades vitam mirabilem duxit. Quo tempore clarissimum Occidui soli, & Orbis, & Ecclesiæ lumen Benedictus, vt S. Gregorius affirmat, mundo valedicere volens, Româ, iuuenis adhuc, egressus est: cui deserta & solitudines quærenti Romanus noster obuius efficitur, cuius auxilio, & solamine munitus, habitu, & Regula S. Basilij, quam iam omnes Orientis Monachi, & penè omnes Occidentis, susceperant, præsignauit, & ad speluncam Sublaci, Româ 40. millibus distantem, firmo itinere direxit: Ibi illû per annos tres, Eremitica in vita feliciter instruxit, & frequenti corporis pabulo refecit, Magistri munus, & Patris munera, cum diuino Benedicto solus Romanus obiens.

Coria lib. 9. cap. 16.

ANNO CHRISTI 553.

S. Greg. l. 2. Dial. c. 1.

Tandem, Italiâ relictâ, diuinâ inspiratione, Lugdunum factus est redux, ibi Cœnobium in Altisiodorensi solo, iubente Deo, erexit, tamquam fidei firmissimam arcem, è qua plures famosi Heliades zelo feruentes, & sapientiâ præstantes, profligaturi viriliter Hæreticos & hæreses prodibant, Romano Sancto sociati. Denique firmo accumbens pugilis fidei Romanus labori, multis profligatis hæreticis, & è baratro infamis vitæ, innumeris peccatoribus eductis (ita vt eius verbo, & spiritu, & calamo videres densissimas Christi militum acies accrescere, & Ioannis Baptistæ rediuiua veluti tempora) multis Cœnobiis erectis, multorúmque Heliadum Pater in Occidente veneratus: cùm iam vir sapientiâ mirus Chalcedonensi Concilio adstitisset cum Caprasio suo, centenario maior, annis Christi 553.

S. Antonin. 2. p. hist. tit. 15. c. 14.

Corpore pressus humo, spiritus alta volat,

Sub summo vertice Romæ Vigilio Papa, & Imperatore Iustiniano Magno. Inter nostrates censendum iure credunt omnes Ordinis scriptores, præcipuè Coria citatus, & Oliuanus, cum aliis.

Coria lib. 9. cap. 10.

Coria citat. Oliua. to. 2. dilc. 22. §. 4.

Sunt qui dicant S. Romanum Benedictinum Monachum egisse; sed toto aberrant calo, nisi affirment aliquantulo tempore in Benedictina professione, tum reformatißima nascente primùm tam quam ductorem SS. Benedicti Patris, & fautorem cælestis propositi illius militasse, vt Palemon fecerat. Pachomium Heliadem sequutus, teste Omonseno. Regulâ item S. Augustini, S. Benedictum instruxisse nonnulli contendunt, decepti sanè ex verbis Sanctißimi Patris Benedicti, in regula ignari; is enim S. Basilij regulam commendans Basilium non Augustinum nominat Patrem.

Dion. Omõsen. in vita.

Reg. S. Benedicti.

DE SANCTO IOANNE CLIMACO.

CAP. XXXVIII.

Anno Christi 560.

SANCTVS IOANNES CLIMACVS, (Latinè sonat Scalasticus, κλῖμαξ enim Græcè est *Scala*) natione Græcus, Professione Helianus, Filius,

&

Anno Christi 560.

& Pater Conuentus in Monte Sinai Excellenti vir spiritu & studio prædirus: Sextumdecimum vixdum adimpleuerat annum, cum mundo vale fidissimum dixit, & ibi Heliauum cucullum amisit, cúmque per annos 19. solitarius pugnare, & vincere tartara, secundum Monachorum regulam didicisset, de sui Abbatis licentia, eremos adiit, vbi diu solus, cum Christo suo habitans orationibus, lectionibus, & sacris virtutibus vacauit assiduus. At cùm vita viri sanctissima, & suis, & exteris nota fuisset, Abbas Sinai, vel renitens, eligitur, quo in munere tantâ exercuit operum sanctitate, vt eum virum admirabilem, parem Angelis, Patrum Patrem, & Doctorem eximium, Ioannes Abbas Raytu non dubitarit appellare.

Ioan. Abb. epist. ad Climacũ missa.

Præterea illustrissimâ sapientiâ clarens, Trithemio teste, scripsit ad Abbatem Raythu, egregium opus pro Monachorum institutione, sermonibus triginta digestum, & de gradibus triginta prænotatum, lib. 1. Ad Pastores sermonem, lib. 1. Epistolas plures, ad Monachos, lib. 1. & quædam alia. Extat etiam in S. Scripturam expositio de variis capitibus Religionis, de virtutibus, de vitiis, de Beatitudine, de precibus, de Pigritia, de Fato, Manuscript. in Bibliotheca Imperiali Viennæ Austriæ, teste Posseuino.

Trith. de Script.

Claruisse ferunt recentiores, anno 540. Sed cùm in eius libro S. Sabbæ Abbatis, qui tempore Iustiniani Imperatoris obiit iuxta Baronium meminerit, nos credimus annis obiisse 560. Sub Arce Romæ, & Ecclesiæ supremâ Ioanne III. & Iustiniani Magni Imperio.

Posseuin. to. 2. S. app. vide eum. Baron. to. 6. ann.

Damus Carmelitam ex Generali Ordinis acceptione, voce & scripto.

DE S. ANASTASIO SINAITA MARTYRE.

Cap. XXXIX.

Anno Christi 599.

Sanctus Anastasius cognomento Sinaita, natione Græcus, quem Nicephorus virum primarium præclarúmque Ecclesiæ Doctorem vocat: Glycas, planè diuinum. Hic, eo quod in Monte Sinai inter Heliades Monachum, & Presbyterum agens, sensum carnis edomuerit viriliter, *Sinaita* cognomen adeptus est. Patriarcha fuit Antiochenus, creatus anno Christi Iesu 561. Is cùm Imperatori Iustiniano (qui in Monothelitarũ tribulos inciderat, & Catholicæ fidei dogmata in seruitutem redigere conabatur) per denunciationem contradixisset apertè, exilio pulsus anno 572. post multi laboris prelium, a Mauritio Imperatore, anno 595. restitutus est.

Niceph. lib. 18. c. 44. Glyc. Annal. p. 1.

Anno Christi 599. Baro. Chronolog. Margar. de la Bigne to. 1. BB. vet. Patr.

Multa posteris summæ sapientiæ suæ monimenta reliquit: (fuit enim Græcis, & Latinis litteris disertissimus, teste Sigeberto,) ex his ex Margarino recepito sequentia: Ad primæ, & secundæ Syriæ Monasteriorum interrogationes. Responsa, lib. I. Ad Antiochenos in introitu suo, siue de coordinatione, aut disciplina lib. 1. non editus. *Viæ Dux.* Ecclesiæ dogmatum finitiones, siue, vt nominauit interpres: *De rectis fidei Catholicæ dogmatibus* lib. 1. In VI. Psalmum liber editus in ingressu ieiuniorum. Oratio ad Antiochenos, in ingressu suo scripta, lib. 1. Encomium Ægypti, Oratio altera ad Antiochenos pacificatoria, quum postliminio reuersus anno exilij 23. composuit. Anagogicarum contemplationum, siue diuini opificij Hexaëmeron, opus antea Anagogen sex dierum dictum, ad Theophilum lib XI. digestum. Scimus hoc à Sixto, Patriarchæ tribui alteri Anastasio Antiocheno; esse tamen nostri Sinaitæ, firmiorem fidem abundè facit Glycas. Petrus Steuartius, Leodius in suo singulari tomo insignium auctorum adducit Anastasij nostri præter hæc, Orationes V. De S. Trinitate, de Incircuncisione, de Incarnatione, de Passione, & impassibilitate Christi, & de Resurrectione eius. Vide de eius scriptis Margarinum de la Bigne.

Marg. cit. Sigeb. Gembla. de Eccles. c. 42.

Sixt. Sen. tom. 4. BB Sacræ. Steuartius sing. tom. Glyc loc. cit. Margar. to. 1. BB PP. & auctuarij tom. 2.

Porrò felicissimus multis pro Ecclesia laboribus exantlatis obdormiuit in Christo, anno 599. Vitam eius, virtutes, & sapientiam accuratè perscripsit Euagrius, quem Nicephorus est sequutus. Sed de Anastasio nostro docebunt plura, & certiora Ecclesiastici Annales, ex magnis auctoribus, & monumentis deprompta.

Scimus Basilianũ quendam, inter suos Anastasiũ adscripsisse: ostendat oportet vt hunc, & alios Monachos Monasterij Sinai, Basilianos iure aliquo faciat: an vel à longe Basiliani Cœnobium istud, habitarint aliquando, & ex historia authentica pandat. Sanè illustrissimus Magni Patriarchæ Basilij Ordo, tot viris sapientiâ, & sanctitate florentibus ferax, alienis vt cornix pennis aduolare nunquam indiguit: vt quid ergo falcem mittit in messem alienam, auidus ineptè, qui, vt diues, quia Basilij filius, abundè gloriari potest in cunctis?

Euag. lib. 4. hist. cap. 39. & 40. & lib. 5. cap. 5. Nicephor. lib. 18. c. 26. & 44. Annal. Eccl. Anno Christi 561. c. 1. & ann. 563. c. 9. & seq. & an. 572. cap. 17. & seq. & tom. 8. ann. 599. cap. 11. & 15.

ANNO CHRISTI 600.

ÆTAS OCTAVA,

Quæ est ab anno CHRISTI IESV sexcentesimo vsque ad annum eiusdem septingentesimum Septima.

Fundata Religionis anno 1534.

DE S. LEANDRO ARCHIEPISCOPO HISPALENSI.

CAP. XL.

Anno Christi 600.

SANCTVS LEANDER, natione Hispanus, patriâ Carthaginensis, quæ erat ciuitas ibi maritima quondam, gẽte satus nobili, Seueriano videlicet Patre, Carthaginis illustri Præfecto, Theodorâ, aliis Turturâ Matre illustrissimâ. Fratres habuit S. Isidorum, B. Fulgentium, Florentiam, seu Florentinam Virginem sororem, & Theodoram, quæ fuit coniux Leuigildi Regis, & Mater inclyti Martyris Hermenigildi, & Recharedi successoris in Regno. A puero Leander virtutum cultor, quò libentiùs Christo famularetur in Hispalitano vetustissimo Heliadum Cœnobio (solo postmodum in communi Hispaniæ Sarracenorum inuasione coæquato, cum aliis diuersæ Professionis) cucullum amixit Heliæ. Vbi tantâ nituit sapientiâ, & sanctitate famosus, vt omnis populi vnico assensu, ad Hispalensem arcem spiritus extolli, & sublimari meruerit. Quam Præfecturam, tàm grandi animorum incremento subiuit, vt sit mirabile, & impossibile dictu. Eloquentiâ clarus sublimi, etiam durissima corda demulsit. Arrianos Hispaniam voraci flammâ, & peste suorum errorum vrentes, omnimodo extinxit. Horum cæcitatem illuminans verbo, & spiritus pungente corda sagittâ confodiens, multos ad Christi æterni Pastoris caulam adduxit: Gothos etiam in Hispania suffusos caligine errorum, & ignorantiæ tenebris obuolutos, veritatis lucem aspicere fecit, & vinctos fide, submissa, rebellia quondam colla, Ecclesiæ subdere iugo, vt *quæ* (Hispania) *arida erat, esset in stagnum, & sitiens in fontes aquarum*. Eisdem armis, & zelo Vincentium Cæsaraugustanum Episcopum, qui ex fide Catholica in Arianam prauitatem fuerat prouolutus, vulnerauit, vt Isidorus frater affirmat.

Vide de hoc & aliis Cœnobiis, Alphonsum Morgadum lib. 5. de Magnaliis Hispal. ciuit. Dilucidar. Coronæ lib. 1. c. 15. Truxill.

Baron. to. 7. Annal. ann. Christi 589. n. 8.

Isai. 35. 7. S. Isidor. de vir. ill. c. 31.

Adfuit Concilio V. Constantinopolitano cum S. Gregorio, qui fuit postea Pontifex summus, & Doctor Ecclesiæ; ibi maximam cum eo iniit amicitiam, à quo obtinuit vt Commentarios morales in Iob ederet librum, quos cùm Gregorius confecisset, remisit Hispalim ad Leandrũ suum. Hispalim ergo è Concilio reuersus magnas cum Leuigildo Rege Ariano pertinacissimo, contentiones immiscuit, cuius filius Ermenigildus natu maior, Leandri eiusdẽ hortatu, recepta fide Christi, Christi Martyr effectus est: ex quo Tyrannus Rex Leandrum cum multis aliis Prælatis, Hispali, & Hispaniâ totâ exules dedit, quòd Arianæ sectæ validissimè aduersarétur.

Datus in exilium, Isidoro dicente, contra Arianos duos libros Leander scripsit, quos per Hispaniam publicauit; nam patria exul, & regno, hæreticos pungentibus doctrinæ suæ sagittis non destitit confodere, qui præsens zeli sui malleo tundebat. Extat & aliud opusculũ aduersus Arianorum instituta. Scripsit item ad Florentiam sororem Monialem, multarum in Christo congregatarum Virginum in Cœnobiis diuersis Hispaniæ, Magistram, & Matrem, pro Virginum regimine librum alium. Ad B. Gregorium Papã epistolas plures. Necnon ad Leouigildum Regem, eum hortans ad pœnitentiã de inflicta Herminigildo hæredi Principi perfida morte, & patratis immanibus in Hispania sceleribus. Tantúmque valuit apud Regem spiritus Leandri, & malleus verbi Christi conterens petras, vt de sceleribus resipiscens, nisi Gothos, qui decepti fuerant etiam ab Imperatore Valente, pertimuisset, ad veram mox sese pœnitentiam addixisset, & in Arianorum erroribus homo miserrimus haud perdurasset. Post hæc Hispaniam, Leuigildi Patris iussu, & vocatione remeans Recharedi hæredis, maximus fit Catholicorum applausus. Itaque Recharedo Regi nouo ex sorore nepoti coniunctus, eum sic ad Catholicam fidem lacessiuit, vt relicto iniqui Patris vestigio, Herminigildi fratris diuina segmina terens, Christi fuerit fidelis testis effectus. Eius monitu Leandri, nonnulla in Hispania sunt celebrata Concilia, inter ea Toletanum III. Episcoporum circiter LXX. cum auctoritate Põtificis sũmi Pelagij, cui pro eo prę-fuisse, legatione Apostolicã functũ an. 589. Lucas Tudensis, à Baronio datus affirmat: & Hispali

S. Isidor. de Script. Eccl. c. 28. à Baron. cit. to. 7. Annal. ad ann. Christi 584. n. 7.

Baron. to. 7 ann. Christi 589. n. 7.

alia

ANNO CHRISTI 600.

Baron. in Martyrol. 27. Feb.

alia, inter quæ eodem Baronio teste, adfuit Leãder Hispalitano I. quod celebratum est anno 5. Recharedi Regis, Domini verò 590. & habuit in eo luculentam orationem de laude Ecclesiæ, & conuersione Gentis Gothicæ ad fidem. His celebratis Concilijs, actum est, vt vniuersa Gothorum gens, relictis erroribus, fidem obtineret veram. Porrò pro fidei eiusdem causa, ab Herminigildo, cum Patre de fide disceptante eadem, legatur Leander ad Orthodoxum Oriẽtis Imperatorem Tiberium, vt laborantibus sub gladio Ariano Catholicis, suppetias ferret, qui Leandri creditur hortatu, Herminigildo Græcorum misisse copias, Romani vtens viribus Imperij ad hæc, Baronio teste.

Baron. to. 7. ad an. 585. n. 35. & 37.

Tandem his peractis sese concedens Hispalim, suam rexit Leander Ecclesiam, Christi otio vacans in prudentia, sanctitate, & iustitia coram Deo omnibus diebus vitæ suæ. Fuit ergo munificus in egenos, æquus Iudex, humanus humilibus, seuerus in pertinaces; fixus defensor Ecclesiæ, verus Heliæ filius, pauperum leuamen, mœstorumque lætitia semper, vt octogenarius volaret ad astra, salutis Adæ anno 600. sub Catholico Orbis Antistite vniuersi S. Gregorio Magno huius nominis I. & Sceptro Imperantis in Oriente Mauritij. Eius corpus Hispali in Ecclesia SS. Iustæ, & Rufinæ honorificè tumulatum est, Truxillo, qui nobis plura remisit ex adductis, in Leandro Archiepiscopo, teste.

Io. Truxill. tom. 2. Thesau. die 13. Martij.

PRO S. LEANDRO.

NOTA VNA.

Trith. lib. 2. c. 9. lib. 3. c. 28. & lib. 4. cap. 130. S. Ildefon. in car. Crucis. Nicol. Fab. in M. S. Cõstãtin. Caiet. in sacris cõ-[illegible] Carus in notis ad M. Max. ad ann. 636.

Scimus Trithemium inter S. Benedictini Ordinis insignes viros Leandrum adnumerasse; sed certè, iudicio nostro, pro nostro pugnant iure clarissima S. Ildefonsi Archiepiscopi Toletani verba, quæ ab antiquissimo Manuscripto Nicolai Fabri se hausisse asseuerat Constantinus Caietanus, teste Roderico Caro, patenter Leandrum istum, & Isidorum fratrem item Hispalensem Antistitem consignantia Carmelitis viris illis qui fuère ex Ordine Vatum. Etenim tantus testis Ildephonsus Toletanus Antistes in Carmine Epigraphico subjixo cruci, quam velut pretiosum amoris pignus, misit Hispalim sepulchro apponendam S. Isidori, inter alia hæc promit eleganti verba:

Crux hæc alma gerit sanctorum corpora fratrum:
Leandri, Isidorique Priorum ex Ordine Vatum.

Accedit ad hæc, vt in ore nunc duorum saltem testium stet veritas asserti nostri, quod insignis, & sapientissimus sacra in pagina Doctor, & Pater F. Franciscus Freire Minimitarum Generalis reformator, & Preses, & vir à Calificationibus, & consultationibus sacri soly Fidei sacri, Leandrum, & Isidorum fratres Hispalenses Antistites, meritò censeat inter Heliades connumerandos: Et certè à sæculo non est auditum, quod Religio vlla, nisi Carmelitana vocata fuerit Prophetarum siue Prophetica Vatum, id est, filiorum Prophetarum, vt satis actum est supra Præambulatione, in qua egimus de variis appellationibus Carmeli Ordinis.

Freitius ser. de S. Andr. Episcop. Fesulano Hisp. habito ann. 1630.

Præamb. 19.

Nunc hîc dicta sufficiant, si addiderimus, videndos esse de hoc titulo Prophetarum de Ordine Carmeli, Rufinum, Eusebium, Concilium Nicenum, Rodericum Carum. Item loquentes de S. Spiridione Trimituntino Episcopo, de quo à nobis actum est, quem omnes de Ordine Prophetico filiũ vocant: & explicans Rodericus quis fuerit is propheticus Ordo, hæc verba remisit: Ordo certè Carmelitanus Spiridionẽ veluti instituti sui Prophetici alumnu celebrat. *Hæc vt distinguat nostrum ab alio item Spiridione, de quo meminit Flauius Dexter, cum Episcopum vocat Oretanum, ex quo nonnulli legentes malè* Toletanus *pro* Oretanus, *iniustè Oretanum Spiridionem Carmelitam faciunt: cùm neque fuerit Eliæ filius, nec inter Toletanos Antistites vsquam Spiridion assignetur.*

Euseb. Eccl. hist. lib. 1. c. 5. Rufin lib. 10. c. 5. Cõc. Nicen. lib. 3. Maurolycus 14. Decemb. Roder. Carus in notis ad fragmẽta Flauii Lucij Dextri sub ann. 301.

Hæc dedimus; vt veritas omnis in medio semper insit nostri Paradisi. Sed certè multa nimis probatione non indiget, Carmelitas esse dicendos Fratres de Ordine Prophetarum. Scimus Trithemium Doctorum sui sæculi Principem, Leandrum hunc inter Benedictinos adnumerasse illustres, at certè saluâ tanti Patris pace, reicimus iura suorum, dum ex adductis Nicolai Fabri versibus extet luce clarius fuisse ex Ordine Vatum, hoc est Heliadum. Nec alij pro iure asserti testes deficiunt, & exteri, & domestici.

Lib. 4. de vir. illust. S. Benedict. cap. 130. & lib. 2. cap. 9.

DE ESAIA ABBATE.

CAP. XLI.

Anno Christi 600.

ESAIAS ABBAS Monasterij Ægyptiorum, natione Græcus. Floruit sanctitate, & sapientiâ conspicuus. Scripsisse ferunt valde vtiles Epistolas 29. ad Heliades Monachos suos quos in illis festinabat ad perfectionem amplexandam Monastici Heliadum instituti. Extant hæ in Bibliotheca Veterum Patrum. Quo tempore floruerit, quaque Prouincia, & Cœnobio filius fuerit latet: ponit illum Bellarminus sæculo sexto, sub Principibus suo sæculo, & anno respondentibus. Vide Posseuinum de titulis Epistolarum.

BB. PP. to. 2. edit. 2. Bellar. in de scrip. Posseuin. to. 1. ap. sac.

Damus Carmelitam ex Catalogo Illustrium Carmelitarum vetere: & Manuscripto de Viris illustr. Carm. ab Episcopo Alguerensi.

DE IOANNE EVIRATO SEV MOSCO.

CAP. XLII.

Anno Christi 600.

IOANNES MOSCVS, siue EVIRATVS, natione Moscouita, Euirensis autem patriâ, Professione

ANNO CHRISTI 610.

Photius in vita Mosch. Vit. Synod. BB. tom. 7. Eccl. 1. Heribert. de vit. & verbis senior. Lippom. de vitis.

Anachoreticus Heliadus: vir sanè celebris vndique. Photio teste, librum I. fecit cui titulus: *Pratum spirituale*, tantæ æstimationis, & vtilitatis vt velut tale opus citetur à septima Synodo extèrque in Bibliotheca veterum Patrum. Is, apud Heribertum, decimus numero liber est: In quo per 34. capita Græci idiomatis vitæ Sanctorum, qui sub Heraclio, & antea fuère describuntur. Scimus nonnullos Sophronio librum adscripsisse, cui opus dicatum asserit Photius; sed ex c. 77. libri eiusdem educitur, Lippomano Veronensi notante, eius germanum auctorem fuisse Ioannem nostrum Moscum, siue Euiratum cognomento. Est & alius liber, *Limon*, seu *Limonarium* tribus narrationibus distinctus, Photio, & Posseuino testantibus.

Posseuin. citandus sed vide eum f. 345. Impr. Venetæ Anni 1606. Photius in BB Græca. Carrancius in Catechismo. Posseuin. tom 2. S. ap. & in appen.

Fuisse autem inter Carmelitas censendum omni iure, noster assentitur grauissimus Pater huius prouinciæ decus, & totius Religiosæ Hispanicæ Carmelitarum disciplinæ Basis fidissima, Michael Alphonsus Carrancius.

Floruisse demum Moscum constat annis 609. sub S. Gregorio I. Maximo Ecclesiæ Patre, & Imperatore Mauritio. Vide Posseuinum.

DE S. MAXIMO MONACHO.

CAP. XLIII.

Anno Christi 610.

SANCTVS MAXIMVS Græcus natione, vir professione sapientissimus, & Religione præcelsus. Ex theca sapientiæ suæ, teste Senensi, extat sermo grauissimus in illud Exodi 36. De candelabro, & lucernis septem lib. I. E quo D. Thomas testimonia profert, quibus probet Spiritum sanctum à Patre procedere. Extant etiam Maximi huius, teste Baronio, & Sixto, quàm plura scriptorum monumenta, Latino nondum edita, quæ habentur in Bibliotheca Sforciana.

Senens. in BB. sacra. lib 4. D. Thom. li. cótra Græc. errores. Baron. in Annalib. hoc seculo, & die 13. Augusti in Martyr. Sixt. lib. 4. BB. Sacræ.

Annus obitus illius planè obticetur à cunctis; Credimus tamen floruisse Maximum, nomine, sapientiâ, & Religione dignissimum, annis Christi 610. sub Bonifacio I V. Pontifice O. M. & Heraclio Imperatore.

Damus Carmelitam ex Episcopi Alguerensis Manuscripto de viris ill. Carm.

DE S. ANTIOCHO LAVRÆ ABBATE.

CAP. XLIV.

Anno Christi 610.

Posseuin. tom. 5. app.

SANCTVS ANTIOCHVS Monasterij Lauræ S. Sabbæ Abbas, Galata natione, Ancyrensis patriâ. Vir probus, & sapiens. Scripsit, Posseuino teste, Pandectas diuinitus inspiratas in 63. Sermones diuisum opus, complectens diuersorum Patrum in Decalogum expositiones, cum reprobationibus omnium hæreseon, quæ hactenus emerserant. Item exomologesin, id est, Confessionem Sacram.

Floruit vt colligitur ex opere postremo temporibus Heraclij Imperatoris annis Christi 610. inter Bonifacium IV. & Theodorum Pontifices summos. Extant eius opera in Bibliotheca Bignæi, Editionis secundæ Parisiensis, & Manuscripta Græcè in Bibliotheca Vaticana, Posseuino teste.

Damus Carmelitam ex Ordinis Catalogis, & Episcopo Alguerensi.

ANNO CHRISTI 635.

DE S. ANASTASIO PERSA MARTYRE.

CAP. XLV.

Anno Christi 635.

SANCTVS ANASTASIVS, natione Persa, Rasnuni oppidanus in Regione Bezech, Mago Ortus Ban Patre, ab illoque magicis artibus apprimè instructus. Ætatis suæ anno 18. sub Cosdroa Rege Persarum, militiæ addictus, contra Christianos in Palæstinam profectus est: sed de vase contumeliæ, in vas translatum gloriæ, Christi cœpit amore flagrare, cuiúsque doctrinæ auidus à Catholicis captiuis instruitur, &, relictâ perfidâ militiâ, Hermopolim profectus est, vbi argentariam didicit artem: Et cùm depicta in tabulis tormenta Martyrum aspiceret, ardentiùs statim Baptismi desiderio flagrauit; moræ impatiens, relictâ Hermopoli, Hierosolymam petiit, vbi Heliam Monachum, ex his Carmelitis, qui in Monasterio S. Sepulchri commorabantur, affatus est. Ad Archiepiscopum igitur adductus sacro ab illo Baptismi gurgite mergitur, *Magundat* nomine, in *Anastasij*, quod *renouatio* sonat, immutato.

A Baptismo Monachus statim efficitur in Monasterio S. Anastasij Aureæ portæ, ibique à Mellito Abbate illius sanctissimo, mirificè in religiosa Heliadû Regula per annos septem instruitur. Martyrij ergo cùm maximo arderet in dies desiderio, enixè, pro morte in fidei defensionem oppetenda, assiduus Dominum precabatur. Et cû diris Dæmonum insultibus impeteretur, viriliter semper Satanæ tentamenta Anastasius eujcit.

Vidisse fertur, Christum pretioso vase, martyrij sui victricem præfigurantem agonem, quo totus gaudio madidus, rem ad Magistrum suæ detulit disciplinæ mortem sibi imminentem annuncians. Benedictione ergo ab Abbate suo obtentâ, sacro Christi sanguine, & corpore munitus, à Monasterio, mortem subiturus, abscessit; Cæsareámque Palæstinæ aduêtitauit. Ibi Magos inuentos de Magicis suis incantationibus, Laicus ipse, sapientissimè zelo Religionis accitus redarguit: eapropter à Iudicibus tentus, & in tetro carcere clausus, sine cibo, & potu tres integros dies transegit, Christum semper feruidissimè prædicando. Quo Marcabanas Præses iratus, ferreis Martyrem iubet opprimere catenis, & immensis affligi laboribus & opprobrijs, quibus omnibus alacriter pro Christo sublatis, flagellis atteritur

denuo:

ANNO CHRISTI 635.

denuo: cúmque immobili sufferentia, Christi tantum funibus vinctus inclytus Christi Martyr cuncta tormenta, delicias illa pro Christo reputans, deuicisset, Virgineo Heliadum habitu exui, noua sublaturus tormenta iubetur: Pro quo, ingenti illius zelo, & reuerentiâ deuictus, Carnifices exorauit, ne tantam Virginei habitus vestem pessundari & contemni paterentur. Post hæc denuo carceri mancipatur, nunc deliciis nunc nouis ærumnis eius constantia sua à Præside tentanda; sed quâ inuincibilis extitit, fœtorem carceris, vincula dira, sæuientem famem, & noua cuncta tormenta superauit: Canticis, hymnis, & Psalmis cælos admirans, exhilaránsque Deum. Quod cùm nocte, diéque Hebræus quidam, qui cum illo in vinculis erat, audiret, viderétque Martyrem, vel famelicum, (silices ne otiaretur corpore, qui totus animo occupatus superis detinebatur in cælis) huc, illúcve transportantem die tota, noctéque totâ orationibus insistentem, admiratus, in somnis aspicere meruit pulcherrimos adolescentes albenti candidatos veste, & pretiosis monilibus ornatos, fulgore circumfusos, & suauem emittétes odorem, quo ergastulum irroratum, paradisum quasi Dei exhalabant, & Martyrem vehementiùs recreabant ad tormenta, cui toto splendore radianti suauissima thura vnus, aliis pulchrior, emittebat. Post hæc, cùm die; quâ Christicolæ Crucis exaltationem celebrabant, gratiâ Præsidis Anastasius è carcere fuisset eductus, & ad Ecclesiam, quò Catholici conuenerant, festum veneraturi, delatus, Christigenas (qui aspectu Martyris vsque ad vinculorum oscula sancta delectati) in fide solidauit verbo, & exemplo.

Cotta lib. 9. c. 23.

Post pauca duxerunt illum ad Regem Persarũ Bethsaloë commorantem, à quo illicò damnationis signo notatus est, & tertiò carceri trusus, vbi constãtissimum denuò ad Martyrium (à duobus Monachis Ierosolyma missis, vt eum inuiserent in status, & examinatus in fide se exhibuit, ita vt cùm oblatas à Præside diuitias respuisset, diris iterum verberibus excarnificatur. Postea in aëre suspensus, lapide pedi Martyris imposito, totus discinditur membris: & demum ductus ad arenariam cum sociis septuaginta sui Prophetici instituti Monachis, qui in fluenta fuère demersi, laqueo ad collum alligato primùm strangulatus capite punitur, & post mira multa, vbique patrata, superam petiuit spiritus arcem, anno Christi 635 sub Honorio I Pontifice O.M. & Imperatore Heraclio.

Martyrol. Carmelitarum. die 22. Ian. lib. 1. Rub. 33.

Demum cùm inter iniquorum corpora Martyris corpus mansisset abiectum, à canibus circumdatum, custodia habitum, illæsum inuentum est; dum alia à feris apparuissent dilacerata.

Eius eximiam sanctitatem miris multis Deus testatus est, tam vel tactu habitus eius Dæmones omnino fugabantur, sed illud non prætereamus, quod Euthym. Diaconus Concilio Nicææ 2. fidissimè retulit: scilicet ad aspectũ capitis Martyris (quod Romæ summâ veneratione recolitur, vnâ cum veneranda illius imagine) fugari Dæmones morbósque quotidie curari. Reliquæ sacri corporis partes Hierosolymam ad Monasterium in Aurea porta, vbi Monasticam Heliadum egerat vitam, fuère delatæ. Vide nostram de vitis Sanctorum Carmelitarum Hispanico libram, vbi fusiùs Anastasij facta notantur. Et auctores multi, qui acta Martyris sunt prosequuti, recensentur.

Constat ex Actis eius, Actione 4.

Martyrol. Carmelitarum, cit.

Miramur sapientissimum Trithemium Abbatem S. Anastasium Persam Martyrem Carmelit. Benedictinis adscripsisse. Et quis credat, auidâ hoc factũ cupidine gloriæ addendæ immensis decoris & honoris splendoribus Benedictinorum familiæ absit. Hæc certè sola in Orbe Ecclesiæ Religio, Solem lucescentis pulchritudinis Ecclesia Dei, tot Sanctorum radiis illustrata, quot penè radij coronant lumina Solis, in Orbe sola illuminare præ alijs Ordinibus potis est. At aliquando bonus dormitet est opus, bonus Homerus. Sciant ergo qui Trithemium eruditissimum adierint: Pontificio nos iure (quod insuperabile ab humanis testimoniũ est,) S. Anastasium Martyrem Persam Carmelitam esse & haberi debere talem: de eóque tanquam de Sancto Ordinis nostri Officium ab antiquis gessisse temporibus sacrum, sub die 22. Ianuarij, translato S. Vincentio, ex Apostolica concessione vniuerso Ordini Carmelitico facta: Et nunc denuo à Sacro Rituum Romano solio ex decreto Sanctissimi P. N. Pauli V. sub anno 1609. dato, & ab eodem ex decreto Sanctissimi P. N. Vrbani VIII. sub ann. 1628. recensito. Quod pro iure nostri superest fulcimento.

ANNO CHRISTI 636.

Trith. de vir. ill. Ord. S. Benedicti. lib. 3. c. 68.

DE S. ISIDORO ARCHIEPISCOPO HISPALENSI.

CAP. XLVI.

Anno Christi 636.

SANCTVS ISIDORVS natione Hispanus Carthaginensis Patria, generoso Gotthorum sanguine cretus, Seueriano Patre illustri Carthaginis Præfecto ciuitatis Hispanicæ, ad maritimas auras, & oras, Baronio teste, Iunior cognomento, vniuersæque Hispaniæ Pastor, Doctor, legislator, defensórque descriptus, Archiepiscopus fuit Hispalensis per ann. 40 teste S. Ildefonso; sedere enim cœpit an. 596. & obiit 636. Vt ex Chronicis noscitur antiquioribus Hispaniæ. Dauidem habuit Hispalensem præceptorem, & Leandri fuit fratris in sede successor. Tanto vir virtutis, & sapientiæ stemmate decorus, vt à Concilij Toletani VIII. Patribus, Teste Baronio, hoc meruerit Elogium laudis: *Nostri sæculi Doctor egregius, Ecclesiæ Catholicæ nouissimum decus præcedentibus ætate postremus; doctrina comparatione non infimus, atque, quod maius est, sæculorum finitorum doctissimus, cum reuerentia nominandus, Isidorus.* Quanto eloquentiæ flumine, & quot iaculis diuinarum scripturarum, seu Patrum testimoniis Acephalitarum hæresim confuderit, Synodalia gesta, coram eo specialiter acta, declarant, quæ contra Gregorium præfatæ Antistitem hæreseos eam asserunt veritatem, inquit S. Braulius Episcopus Cæsaraugustanus, eius discipulus, à Surio ductus.

Baron. Mart. Rom. die 4. April. Constantin. Caiet. epist. ad Philip. 3. Hisp. Regẽ. Chronicon Hispan. & M. Maxim. ad ann. 636. in Chron. suo. Concil. Toletan. can. Baron. in MS. Cod. operum S. Isidori, in nota ad Martyrol. Rom. 4 April. adducto.

S. Braul. in vita S. Isidori, Sur. to. 2. 4. April.

Vir fuit omni modo egregius à S. Gregorio Papa intimè dilectus, & veneratus in omni loquutionis genere famosus, & peritissimus, incomparabili clarus eloquentiæ nitore, varias enim linguas probè nouit, Latinam scilicet, Græcam, &

ANNO CHRISTI 636.

Hebræam: Fuit Philosophus insignis, Medicus clarissimus, & præstantissimus Theologus. Quātus, ad hæc, cælesti effulserit sapientiâ, eius satis scripta declarant, quæ sic S. Ildefonsus discipulus eius, quique sub Isidori multum disciplina profecit, attexuit: De genere officiorum lib. I. Proœmiorum, lib. I. De ortu, vel obitu Patrum lib. I. quem Latinâ, Gothica, Hispana vulgari & Arabica linguâ scriptum se vidisse testatur Luitprandus grauis auctor. Commentariorum lib. I. quem Synonymā vocauit. Ad Florentium contra nequitias Iudæorum lib. II. De natura rerum ad Sisebutum Principem, lib. I. Differentiarum, lib. I. Sententiarum, lib. I. Quæstionum, seu Expositionum sacramentorum lib. I. Etymologiarum lib. I. quem non compleuit. Hæc S. Ildefonsus.

S. Ildefon. li. de vir. illustrib. Luitprand. pag. 138.

[a] Præterea in Editione Parisiensi anni 1601. scimus hos libros additos esse: De contemptu mundi: Normam viuendi: Exhortationem ad pœnitentiam. Lamentum pœnitentiæ, versu, & alphabeticè editum. Orationem S. Isidori prolixam, ad peccata deflenda. Orationem breuiorem contra diaboli insidias. Epistolam ad Massonum de lapsu, & reparatione Sacerdotis. Chronicum ab initio mundi, vsque ad annum quintum Suinthiliani Gothorum Regis. Chronicum Gothorum. Historiam Vandalorum. Historiam Sueuorum. De Antiocho Rege, & Martyrio Machabæorum. De scriptoribus Ecclesiasticis. De natiuitate Domini, Passione, Resurrectione, Regno, & Iudicio ad Florentiam sororem. De vocatione gentium ad eandem. Epistolam ad Ludifredum de Episcopi, & aliorum Clericorum in Ecclesia officiis. Sententiarum siue de summo bono, libros tres. Regulam Monachorum. De conflictu vitiorum, & virtutum. Expositionem in Cantica Canticorum. Librum de viris illustribus. Glossarium ex diuersis, quæ nomine Isidori Hispalensis circumferuntur collectum.

Miramur de his libris, & operibus S. Ildephonsum haud meminisse, cùm floruerit eadem ætate, quâ Isidorus, ideo suspectitia nobis fiunt ab aliis adiecta opera. Credimus libros de contemptu mundi, & Norma viuendi decerptos esse ex libro Synonymorum: Chronicum ex libro 5. Etymologiarum; vel si non, non est suadibile, bis Chronicum ab Isidoro fuisse conscriptum. Ad hæc, quæ in editione Parisiensi Commentaria in Genesin, Exodum, &c. dicuntur à S. Ildephonso, quæstiones, siue expositiones sacramentorum ex variis auctoribus collectæ: & qui sunt dicti duo libri ad Florentinam sororem; de Natiuitate Domini, &c. & de vocatione gentium: fortè sunt duo illi, quorum meminit S. Ildephonsus contra nequitiam Iudæorum: Et qui vocantur in Editione Parisiensi de officiis Ecclesiasticis, à S. Ildefonso vocantur de genere officiorum. Hęc notare cum Bellarmino [a] placuit, sensui eius adhærentes, vt videat lector, nos non officiosos esse, vt incertiora pro certis Carmelitis nostris addamus, propriis contenti: nam gloria filiæ Heliæ ab intus, vt non quæratur emendicata falsò trophæa.

[a] Bellarmin de script. in Isidoro.

Tandem summâ doctrinâ, (quam apum examen ingrediens infantis os, egrediens inde & in cælum vsque euolans; quod de B. dicitur Ambrosio vt ex Io.[b] Basæo, & Mariana [c] Constantinus Caietanus [d] adducit) satis cōmonstrauit.) Præstantior cunctis Isidorus (adeò vt parum abfuerit, quin eum Bonifacius Pontifex posuerit pro quarto Ecclesiæ Doctore S. Ambrosij loco, vt Luitprandus [e] affirmat: nec dubitarit eum Leo 4.[f] Pontifex M. Doctorem sanctum vocare,) & copiosior operibus charitatis (post multa erecta monasteria, & fundata collegia, in quibus Dei cultus, & diuina sapientia maximè floruit: post vigilias pro ouibus à Christo traditis insignes, & multas: post celebrata sedulitate suâ multa in Hispania Concilia ad Cleri, & populi reformationem pertinentia; quia vtrique Arrianorum procellis agitati virtute, & fide, & moribus difficiti aberrabant; Post durum exilium pro fide, Malacæ pallium; Post ordinatum vtrumque diuinum officium, Missalis scilicet, & Breuiarij, vt vno eodémque omnes in Hispania conformiter vterentur; postquam Missale, quod nunc Toletanum appellatur, antea verò S. Isidori, disposuisset, quod cum Officio diuino ab eodem Isidoro dispositum, Concilium quoddam Toletanum approbauit: Vastationis Sarracenicæ in Hispaniam totam, & suæ præscius mortis) Hispali desiit ab humanis septuagenarius., confessi Luciferi à Christo anno 636. teste Redempto eius discipulo amasio sub Orthodoxo Primo, & Maximo Orbis Antistite Honorio I. & Heraclij Imperio. Corpus eius, quod Hispali primùm sepultum erat in téplo SS. Iustæ, & Rufinæ, translatum est in ciuitatem Legionensem, per Ferdinandum Castellæ Regem, qui illud multis precibus, & pretio obtinuit à Sarraceno quodam Eneto, tunc Hispali regnante: In eius honorem Templum superbâ maiestate constructum est Isidori nomine decoratum; & repositum corpus in aurea theca miraculis insigniter elucet.

[b] Basæus Chro. Hisp. an. 637. [c] [illegible] lib. 6. c. 7. [d] Constant. in Isidoro vbi de eius Sapien. [e] Luitprand. frag. 169. [f] Leo 4. ep. ad Episc. Britanniæ.

Redemptus, discip. S. Isidori datus à Caro in notis ad adsistentes M. Maxim.

Fuêre huius nominis alij celebres viri, qui nullo iure ad Heliades reuocandi: inter eos præcessit tempore nostrum Isidorum Isidorus quidam Cordubensis Episcopus, de quo Dexter, & Marcus Maximus, pro quo noster Iunior appellatur.

Vide Lucam Tudensem integro libro de eis.

PRO S. ISIDORO, NOTA VNA.

Iure eodem, & auctoritate quibus Leandrum Carmelitis addidimus, Isidorum inter Heliades adcensemus. Vide quæ diximus in Leandro fratre Hispalensi quoque Antistite diuo. Exactissimam S. Isidori operum & librorum omnium seriem vide in Constantino Caietano: Præclara Patris laudum sublimia vide apud Romanum Martyrologium, apud S. Braulium Episcopum Cæsaraug. Anonymum Benedictinum in vita S. Fructuosi Abbatis, Episc. Bracarensis, S. Ildefonsum cap 9. lib de vir. illustribus. Redemptum discipulum adductum à Constantino Caietano, Nicolaum Fabrum in Epitaphio SS. Leandri, Isidori, & Florentinæ, lectiones Officij diuini, quæ suo festo leguntur. Lucam Tudensem Diaconum, Lucium Marinæum, Constantinum Caietanum, vbi de Monachatu S. Isidori, & deinceps in suo Isidoro. Quē Benedictino adscribit

Lucius Dexter in Chronico ad ann. 413. Maxim. ad ann. 470. Constantin. in suo Isidoro a fol. 46. vsque 115. Martyrol. Rom. Prid. Non. April Braulius vita S. Isidori. Anonym. adductus à Constantin. Caietan. in Isidoro.

ANNO CHRISTI 636.

Tud. lib. 3. Chronicor. Orbis. Marin. Sicu. lib. 5. Mem. Hisp. p. 5. Sacrar. Concett. S. Braulio ser. de S. Isidoro.

Ordinis, sed quo ambigimus, nisi idemmet contenturi agere probare: nec vlla quæ nos à mente nostra reuellat, coniectionem, rationem nec auctoritatem adducit: si enim adduceres, lubentes id pro quo sine iure, sed bono amore decertat, retribuissemus. Stant certè pro nostro asserto, & validissima S. Ildephonsi in Epitaphio sanctorum Leandri, & Isidori verba, vbi Leander, & Isidorus ex Ordine vatum de genitum Priores, vt supra ostenditur in Nota pro Leandro, ne hic vocemus alia ad reprehendum alià: tàcuela in hoc Paradiso, & adducenda latius in Floru Sanctorum Carmeli nostri opere, Hispano. At tandem non prætereamus illustrissima illa S. Braulionis verba pro nostro Isidoro dedu ita, sermone quodam, qui extat in antiquissimo manu exarato Isidori libro, in veterum opere, seruato apud Carthusianos Monachos Cœnobio Aula Dei, nostræ Vrbis Cæsaraugustanæ, vt vidimus, ubi sunt ista:

Interea fratres charissimi dignum est, vt hunc sanctissimum Confessorem Isidorum omnibus laudibus attollat Ecclesia: sed maximè Hispaniarum quæ præ cæteris, eius specialiùs salu berrima resultat doctrina. Nam sicut Gregorius Romæ successit Petro, ita B. Isidorus in Hispaniarum partibus doctrina Iacob successit Apostolo. Semina namque vitæ æternæ quæ Petissimus Iacob seminauit, hic beatissimus Doctor Isidorus, verbo prædicationis quasi vnus ex quatuor paradisi fluminibus sufficienter irrigauit: atque vniuersam Hispaniam, tam exemplo boni operis quàm famâ sanctitatis, velut splendidissimus Solis radius illuminauit. *Hæc ille. Eadem ad verbum inuenies in antiquissimo Rutensis Ecclesiæ Breuiario in festo S. Isidori lectione 7.*

Philippus II. Hispaniarum Rex, S. Isidori libros qui ex multis non nisi aliqui, & seorsim editi, & ferè deprauati legebantur, Doctorum virorum industria corrigendos, & illustrandos diligentissimè curauit, vt testis est Constantinus Caietanus in epistola ad lectorem, initio Bibliotheca S. Isidori præfixà.

DE CEDMONO LAICO.

CAP. XLVII.

Anno Christi 670.

CEDMONVS Laicus, ex his quos Fratres Obedientiæ vocant cuius Patriam, vnò nationẽ, (etsi credamus, aliquibus ducti, fuisse Syrum) inuenisse nequiuimus; Compertissimè tamen constat, fuisse Heliadem in quadam ex Prouinciis terræ sanctæ Sixto referente, edidit per omnes Bibliorum historias poëmata sacra, quæ in Bibliis antiquioribus habentur.

Floruerat inter Monachos Palestinæ, anno Christi 670. sub Adeodato Pontifice Summo, & Imperatore Constantino Pogonato. Sub tempore Cedmoni Laici, & adhuc credimus sub eius industria, fuisse Senis in Gallia Cœnobium Carmelæum erectum: colligimus euidenter ex historia Gallica Carmelitarum, per Petrum Landucium, & Orlandum Maieu, litis vulgata.

Alter est abs dubio a Cedmono Simplice Benedictino, de quo Possevinus.

Damus Carmelitam ex Catalogo Guadalaxar, & Episcopo Alguerensi.

ANNO CHRISTI 686

Six. Sen. lib. 4. BB

In suo Bibliotecam sanctam

Historia Græca.

Possevin to. sac. app.

DE S. THOMA ANTIOCHENO.

CAP. XLVIII.

Anno Christi 686.

SANCTVS THOMAS, natione Græcus, Cœlestinæ austerus incola Solitudinis, Antiochenus Presbyter, Antiochiæ aduentans, vt acciperet pro Monasterio suo anniuersaria subsidia, in maxilla percussus ab Anastasio Ecclesiæ Antiochenæ procuratore, ei mortem subitam prædixit, qui vna tantummodo transacta die illam oppetiit.

Virtute multâ tandem, & sanctitate clarissimâ notus, ad immortalem vitam migrauit à carne: cúmque mortuus, & in Peregrinorum sepulchro positus miraculis effloreret: Antiochiam transportatur, & in Cœmeterio Ecclesiæ sepultus grassantem in ciuitate pestem gloriosè sedauit. Quo fauore Antiocheni deuincti, quotannis, vsque huc, diem eius, festum celebrant grati, atque deuoti.

Floruisse ex Euagrio constat temporibus Imperatoris Iustiniani Iunioris, dum supremam Christi in Ecclesia arcem teneret Conon Patriarcharum Orbis Princeps Maximus, Annis reparatæ salutis Adami 686. De eo Euagrius, Moscus, Nicephorus, Baronius, Eribertus, & alij.

Io. Mosc. in prato spi. cap. 88

Euag. lib. 4. cap. 14. Hist. Ecc.

Niceph. hist. lib. 17. c. 34.

Baron. Mar. Rom die 18 Nouemb.

Ioseph. à Iesu lib. 1. c. 41. vit. V. Francisci à puero Iesu.

Porrò illum Carmelitis adscribit expresse Iosephus à Iesu, ex Ordine Discalceatorum renouati Carmeli, & Catalogus Episcopi Alguerensis, & Guadalaxara.

V ÆTAS

Anno Christi 700.

ÆTAS NONA,

Quæ est ab anno Christi Iesu septingentesimo, vsque ad annum eiusdem octingentesimum Octaua.

Fundatæ Religionis anno 1634.

DE S. IOANNE DE ATARES.

CAP. XLIX.

Anno Christi 700.

Sanctus Ioannes de Atares (quē celebres nostri Regni, & tēporis historiographi integerrimū ac sanctissimū virū vocāt natione Hispanus Celuber, & iuxta vetustissimam temporum traditionem, Atares oppidulo, prope Iaccam Ciuitatem satus parentibus ignotis. Vitam ille Anachoriticam (& cuius ad imitationem nisi Heliadum illorum Carmeli, cuius vitæ cælestis experimentum, iam sine dubio tūc vel ad Occiduas Europæ partes habebatur?) abditissimus ab oculis omnium prope Pannum montem in Regno Aragonum Vrueli monti vicinum, in abditissima specu transegit, viuus, Deo tantum, quod creditur, notus & mortuus, primùm Eremitę sacro, nomine Votus siue Otus (qui cum Felice quodam Cæsaraugustæ etiam oriundo Ciuitate, nobili vtrique genere sati, post [illegible] & [illegible] Ioannem, in Generali Hispaniæ Saracenica inundatione, mundo relicto, in eadem specu [illegible] vitam Anachoriticam duxēre, & postea Benedictini propositi [illegible] [illegible] [illegible] postea [illegible] Religionis societate, eadem vt [illegible] sectarum, virtutúmque, & anachoriticæ vitæ cubi[illegible], Blancas teste, [illegible] duo, Benedictus quidam & Marcellus, qui assiduè, cum primis ieiuniis, & aliis virtutis operibus Deo detenti vacarunt) qui per miraculum, abditissimi recessus intima accedens penetralia inuestigare; disponente Domino, in imo altissimi montis inter duorum horridos hiatus Eremitorium D. Ioanni Baptistæ, Carmelitarum in lege Gratiæ Principi sacro dicatum inuenit; in quo venerabilis senis Ioannis Anachoritæ sacrum cadauer ante altare iacebat, cum [illegible] angulari lapide, qui puluinaris vice Anachoritæ sancti sanctum caput suscipiebat hac inscriptione sequenti:

EGO IOANNES, PRIMVS, IN HOC LOCO EREMITA, QVI OB AMOREM DEI, SPRETO SÆCVLO PRÆSENTI, VT POTVI, HANC ECCLESIAM FABRICAVI IN HONOREM S. IOANNIS BAPTISTÆ, ET HIC REQVIESCO. AMEN.

Porrò floruisse constat, ex fide dignissima relatione vetustissimi cuiusdam auctoris Macharij (qui scripsit illustrissimæ Domus, quæ nunc Abbatia regalis est, memorias antiquiores, vt asserit Britus) tantum Patrem ante annos & propè, septingentos, à Christo Iesu, sub Dominatione S. Sergij I. Pontificis O. M & Imperio Tiberij III. Absi mari: Domúmque istam celeberrimam fabricasse temporibus iisdem, vt Noë arcam, ad quam tanquam ad asylum omnes currerent, fugientes diram Sarracenorū grassantem omnia cladem, quæ totam conabatur absorbere Hispaniam.

Ducti sumus Ioannem istum inter Carmelitarum Eremicolas adcensere ex verbis, & mente Hieronymi Blancas asserentis apertè eum *in D. Io. Baptistæ honorem, sacellum siue delubrum struxisse, exile illud, in quo ad rupis procera hiatum omne tempus ætatis suæ more sanè Baptistæ sacri, Anachoretarum antiquorum instituto deditus, piè ac Religiosè traduxerat.* Vestigia sine dubio Heliadum illorum Anachoreticam in Palæstina, & Ægypto vitam ducentium terens, in honorem S. Ioannis Baptistæ, qui eorum in Gratiæ lege omnium fuit Coryphæus illustris, quem venientem in spiritu, & virtute Heliæ Ataresius in vitæ proposito sequi conatus est. Id quod à multis idem professum habes temporibus in diuersis Europæ partibus, in quibus, multi hoc genus vitæ susceperunt [illegible] facti primigeniorum Heliadum sub Anachoretico, seu Eremitico ductu. Habes in Galliis per annos Christi 75. S. Amatorem, de quo actum est suprà codē anno & (vt alios omittamus multos) in Betica in Territorio Arcilocensi S. Victorem de quo M. Maximus, & Martyrologium Romanum, & S. Bernardus multa.

Vide quæ diximus ex Coto in fine Elogij S. Leocadiæ sub anno 301 Ætate V.

Io. Britus in hist. S. Ioan. à Pinna li. 1. cap. 8. Hiero Blancas com. rerum Aragonen. De Sagrar. Reges Regni tit. 1. 13. sub an. 719.

Blancas cit.

Macharius. hist. S. Io. à Pinna.

Io. Britus hist. c. 8. hist. domus S. Io. à Pinna [illegible] Io Britus Abbatiæ domus illius [illegible] c. 8 & 9. hist.

Blanc. vbi supra.

M. Maxim. Chronic. ad annũ Christi 278. martyr. Rom. die 26 [illegible]

S. Bernard. [illegible]

Anno Christi 714.

DE ANASTASIO, SIVE ARTEMIO IMPERATORE.

Cap. L.

Anno Christi 714.

Pin. 1. p. Mo. Eccl. lib. 18. cap. 4.
Platus de bono, lib. 2. cap. 26.
S. Ang. Catalo. SS. c. 82
Coria. lib. 9. cap. 26.
Bergom. & Zonaras a Coria citati.
Claud. in Gall.
Baron. to. 9. Annal. ann. 714. n. 16. & ann. 718. n. 4.

ANASTASIVS huius nominis II. Imperator, quẽ Artemium cognomẽto alij vocant, dum Regni habenas inter Græcos per annos 40. rexisset, cessit Imperio & in Thessalonicæ Conuentu Heliadum, Testibus Pineda, Plato, S. Angelo, & Coria, sacræ nostræ Religionis habitum accepit, vbi, vt affirmant Bergomensis, & Zonaras, sanctissimè vixit vt felicissimè moreretur in Christo, Anno Christi 714. sub Gregorio Pontifice O. M. huius nominis II. Claudius Robertus in sua Chronologia Galliæ Christianæ ponit Artemium Anastasiũ anno Christi 715. quo anno Platus affirmat Heliadum cucullum induisse. Vide Baron. tum tom. 9.

Damus Carmelitam ex Ordinis Chronico Maiori Catalogis adductis, Et Episcopo Alguerensi in Manuscripto suo.

DE SS. THEODORO, ET THEOPHANE.

CAP. LI.

Anno Christi 714.

Martyr. Romanum suo die 27. Decemb.
Vide de eis Lippom. tom. 5.

SANCTVS THEODORVS natione Palæstinus, patriâ Hierosolymitanus, ab ineunte ætate senile, vel in puertitia sua gerens cor, virtutibus multis eluxit: occupatus in disciplinis eruditionis, & sapientiæ, efformandus altiùs in virtutibus Sabbæ Abbatis sanctissimi Monasterio dedicatur, cum Theophane fratre, natu minore, sed Dei æquali famulatu, virtutũq; nitido splẽdore.

Acumine Theodorus ingenij pollens, breui vniuersæ culmen eruditionis adeptus est, quã ferunt, libros plures de diuersis, suâ dignos, & refertos mirabili sapientiâ, descripsisse.

Hi ergo vtrique naturâ germani fratres Theodorus, & Theophanes post multa alia, aduersùs Leonem Armenum, Imperatorem, pro sanctarũ Imaginum cultu strenuè decertantes lætissimi insultarunt: Pro quo ad ostium Põti relegati, cibo, potu, veste priuati, ludibria, verbera, carceres, & multa alia dirissima experti, vt bene attriti, malè peterent corpore, gloriosa de Tyrannis reportauêre trophæa. Mortuo Leone à Theophilo rursus Imperatore, cui etiam pro eodem Imaginum cultu restitère, exilium item, verba, & verbera cruda passi sunt. Redditâ posthæc, tandem Ecclesiæ pace, Theophanes Niceæ Episcopus creatus est, vt in pace Christi quiesceret, & quieuit ibidem, sed Theodorus senio, morbo, & afflictationibus multis oppressus animam deposuit ad superos transferẽdam, postquam Leonis præfati, & Theophili dictis temporibus strenuissimè strenuissimi fidei pugiles, & Carmeli hæredes insignes in Sabbæ, & hominis nobilissimi, Magni Patris Heliæ sectatoris, discipulatu militantes pro Deo, & sanctis effloruissent. Vno sub Ecclesiæ immobili vertice, Petri hærede nobilissimo, S. Gregorio dicto II. salutis datæ annis 714. plus minusve.

Metaphrastes.
Lippomanus.

Istorum Sanctorum acta latè habes, ex S. Simeone Metaphraste, in Lippomano descripta Tomo V. sanctorum, sub die 17. Decembris, qua ipsa eorum illustris memoria perhibetur in Romano Martyrologio.

DE THEODOSIO IMPERATORE ET EIVS FILIO.

Cap. LII.

Anno Christi 718.

Theophanes à Baronio citatus to. 9. Annal. ann. 714. n. 6.
Theophan. citatus.
Illescas lib. 4. 1. p. hist. P. c. 25.
Zonaras & Pineda a Coria cit. lib. 9. c. 27.
Claud. citatus.
Bar. tom. 9. Annal. ann. 716. n. 1. & 2.

THEODOSIVS huius nominis III. Græcorum Imperator, ex collectore vectigalium factus, sed à Leone, superis annuentibus, huius nominis Tertio sceptro priuatus, apud Chrysopolis Cœnobium vnà cum filio, vt dicit Theophanes, & Illescas, Heliotarum vitam amplexatus est, anno Christi 718. Ibi, scilicet Ephesi, miraculis coruscans Pater) Zonara, & Pineda, & Theophane à Baronio citato, asserentibus, vitam cum morte felicissimi cõmutarunt, Sub Summo Ecclesiæ vertice S. Gregor. huius nominis II. P. O. M. Hunc credimus esse illum, quem Claudius Robertus vocat Adramitenum, & ponit sub anno 715. Vide Baronium tomo 9. Carmelitam damus ex Ordinis Chronicis Catalogis, & Marco Guadalaxara in suo compendio de illustribus, & SS. Carmelitis, Hispanico dato.

DE S. IOANNE DAMASCENO CHRYSAORAS

Cap. LIII.

Anno Christi 730.

Baron. in Annot. ad Martyr. sæpe.
Vide Sur. to. 3. Baron. 6. Mai.
Trithem. de script. Ec. & Co. a lib. 9. cap. 26.
Possevin. to. 3. S. ap.

SANCTVS IOANNES DAMASCENVS, natione Syrus, patriâ item, vt alter de quo anno 480. scripsimus, Damascenus (licet enim in quibusdam euentibus aliquanto similis, & idem appareat, diuersus tamẽ & alter est, sed nõ mirũ quod casus, & tempora in vnum aliquando conincidant, vt Baronius adnotauit.) Is quidem, fuit coætaneus venerabili Bedæ, & sicut Occidẽtem iste, sic ille Orientem sanctitate, & mirâ sapientia decorauit. Chrysaoræ, & Mansur, cognomento notant illum Trithemius Abbas, & Possevinus, diuersũmque faciunt istum à primo.

Patribus ortum asserunt sanguine, sapientiâ, & prudentiâ præclaris. Patre defuncto, in eiusdẽ munere, erat enim ex primariis Damasci, suffectus est. Ast cũ in Imaginũ adoratione abolẽda Leo III. totus vt leo rugiẽs Imperator, inueheretur, diuini honoris zelo Ioannes succensus, velut verus Heliæ alũnus, contra eũ operosissimis epistolis, se erexit, quibus multos duxit ad fidẽ. quæ causa fuit, quod ab Imperatore sic fuerit laboribus multis attritus, vt quæreretur ad mortẽ. filio

ANNO CHRISTI 730.

Vide Vincentium Belouacens. in Specu. & S. Antoninũ

item crimine de epistolis interceptis, pro recuperanda è Sarracenica manu, ciuitate Damasco accusatus. Itaque demum, non capitis, sed manus obtruncatione à Rege Sarracenorum damnatus est, vt qua, penna cultum sacrarum Imaginum exulcerat, pœnâ effusi sanguinis, & manus amputationis, feruidum Zeli Dei ardorem contestaretur. Ad Virginem igitur deuotus accurrit, fauorem expostulaturus: Ioannes si mihi alicui, quem in somnis alloquens præsentissima Mater, solata est, manúmque illi restituit. Ad hæc pœnitentia ductus Imperator, veniam petit à Damasceno, Proregemque Regni sui constituendum rogat, sed renuit omnia Ioannes, & honore neglecto Paternam rem familiarem, in pauperes distribuit, & ipse ad Cosmam quemdã Magistrum Hierosolymis in conuentu S. Sabbæ degentem accedit, vbi ab Abbate benignè receptus habitum Virginis Matris de Monte Carmelo, teste S. Angelo, & Coria, ipso enixè poscente, suscepit. Ibi adeo litterarum illico, & virtutum omni incremento profecit, vt omnes antecelleret Synchronos suos. Exhortationibus Magistri deuictus, multa metro, & prosâ opera egregia confecit, summâ inter Græcos habita veneratione. Baronio teste, extant orationes de imaginibus, contra Leonem Imperatorem lib. I. quibus Bellarminus adnectit, de fide Orthodoxa libros 4. in quibus vniuersam ipse recto ordine Theologiam accingit. Contra impugnatores sanctarum Imaginum orationes tres, quas credimus esse diuersas à primis, lib. I. De Logica lib. I. De Physica lib. I. De Introductione dogmatum lib. I. De duabus voluntatibus Christi lib. I. De centum hæresibus lib. I. De Trisagio lib. I. De altercatione Christiani cum Sarraceno, lib. I. Historiam Barlaam, & Iosaphat lib. I. De his qui in fide dormierunt, lib. I. Parallelorũ lib. III. De Transfiguratione Christi. De natiuitate Mariæ Virginis Matris, & Assumptione eiusdem, lib. I. Aduersus Manichæos, Dialogus lib. I. Vita S. Stephani iunioris, lib. I. Contra Acephalos, lib. I. Contra Nestorianos, lib. I. quos duos adducit Henricus Canisius. De his operibus vide Obseruationes Bellarmini, & Posseuinum notantem, hunc Sacerdotem non fuisse, etsi virum multa excultum disciplinâ nobilem.

S. Angel. catal. c. 84. Coria lib. 9. c. 26.

Baro. annot. ad Martyr. 6. Maij. Bellar. in de script.

Floruit autem Damascenus Ioannes temporibus Leonis III. anno 730. & sub Summo Ecclesiæ Patre S. Gregorio II. sanctitate plenus, Hierosolymis in Monasterio S. Sabbæ volauit ad astra. Bellarminus affirmat diu vixisse post Leonem, & multa pro fide à Copronymo passum esse: omnia sunt sanè facilia.

Hic ille Ioannes Damascenus est, quẽ S. Thomas, pro sententia de liberata ab inferis Traiani anima refert, & citat.

Quidam ferunt, hunc Ioannem illorũ Græcorum errorem incurrisse dicentium: *Spiritum sanctum non à Filio, sed à Patre tatum procedere.* Sed tunc, vt notat Angelicus Doctor, illum defendens, sententia ista nondum erat ab Ecclesia definita. Tritemius lib. 2. de vir. illust. S. Benedicti, Ioannem quemdam sibi Damascenum adducit, sed sine dubio alterum eum censemus à nostris omninò.

Henric. Canisius to. 4. antiq. lect. Bellarm. de script. in Damasc. Baron. to. ... S. ... 63. vsque ...
S. Aug. cit. ... S. Thom. 4. ... Thomas ... Trith. lib. 2. de vir. ill. Bene. c. 23

Damus iure Carmelitam ex communibus Ordinis Historiis.

DE S. ANDREA CALYBITE MARTYRE.

CAP. LIV.

ANNO CHRISTI 761

Anno Christi 761.

SANCTVS ANDREAS CALYBITES, quẽ Theophanes Andream mirabilem appellauit, Græciæ Monachus, & Helianus Anachorites, cuius patriam, (si Constantinopolis non fuit) inuenisse nequiuimus, natione etiã Græcum fuisse non dubitemus: cum ob persecutionem, peculiariter in Monachos (Imaginũ adorationẽ vitâ & sanguine contestantes) indictam, cum aliis ad tutiora se loca eremi collegisset, è Cœnobio, vt credimus, Constantinopolitano Heliadum, eodem quo illuc abierat cælesti spiritu, Cõstantinopolim iterùm reuocatur; ne sine confessione patenti oppressa veritas, veluti cogitaretur extincta; & vt magis propriij sanguinis clamore exaltata, fausta fronde virescens, de nefaria erigeret Constantini Copronymi, crudescentis tunc Imperatoris, impietate, trophæa.

Apud. Suriũ 17. Octob. & alios.

Igitur piarũ animarũ amore victus, vt zelũ Dei magno, vt verus Heliæ filius, & excelso ostẽderet animo, patria terrâ relicta, tanquam generosus Athleta Byzantiũ accessit, non Principes timens, Imperialem adiit arcem, Imperatorémque palam & liberè arguere aggreditur (in manu Christi pẽdentis in Cruce Imaginem ferens, & sæpe exosculans, & adorans pedes, & genua eius coram Imperatore) Valẽtinianistã illum, & Ciuilianum appellans, sic, dicẽs, debet coli Deus, sic venerari imagines eius, statimque Christicolas adstantes precibus, hortatu, & consilio muniuit. Iussus ergo illicò comprehendi, interruptâ loquelâ, animo excelsus deiicitur humi, superhumerali exutus, & monasticâ veste, pugnis capite cæditur, manibus, pedibusque ligatur, & ludibriose hinc inde pertrahitur: sed quem terrere sæuitiis nequierant, in casum mansuetudine allicere tentãt: cęlos enim, quibus firmabatur, martyr aspiciens, liberrimis, & manifestioribus veritatis verbis ante Imperatorem loquutus est. Non te negabo, inquit, Christe Saluator, non te pulchrâ frustrabor confessione, non tuá contemptui imaginem habebo: cædatur autem meum corpus, ô Imperator, lingua secetur, & exscindátur pedes, ego paratus sum omnia pati potiùs quàm meũ Christum, vel vmbrâ tenus, ore vilipẽdere, nec corde. Iis nouâ crudescens Imperator irà, exclamat iubens Martyrem nudari, & funibus extensum vehementer boum durissimis neruis flagellari, vsque dum riui sanguinis è corpore fluentes factus sit totus purpureo sanguine candens: tũc lapidibus oppetitus confractis maxillis, & omni affectus iniuriâ, nec blãditiis allectus, nec feritate deuictus, maiori libertate Imperatoriam denuò corripiebat amẽtiã. Pro persecutoribus orans, tyrãnos, quod tormẽta tardarẽt redarguẽs, eò factus animosior, quò diriùs premebatur, spirãs Christi amorẽ, flagellis iterũ cæsus, adhuc priorum plagarum aperta per mẽbra vestigia ferens, laniatis carnibus, fossis lateribus, vsque ad plurimæ carnis partis ablationẽ, fidei semper seruans thesaurũ in corde, pedibus iterum ligatus per publica cõpita ducitur acerbè raptatus, dumque cursum

suæ

ANNO CHRISTI 761.

suæ passionis peragerer, arrepto cultro, pedem Martyris, quo exultabat vt gigas ad currendam velocissimus viam, nefarius quidam amputauit, quo linquens Martyr cursum in terris, gloriosum spiritus eius illum perfecit in cælis, ad eum ascendens, qui posuit animam eius ad vitam, & perfecit pedes eius tamquam ceruorū, vt collocaret illum super excelsa, in Psalmis *locantem*. Anno iuxta Baronium Christi saluantis 761. sub Summo Ecclesiæ Principe S. Paulo I. Stephani III. dicti II. Germano fratre, & Imperatore Constantino Copronymo, iuxta computa Claudij.

Baron. qui videndus est to. 9 ab ann. 761. a n. 16. vsque 17. Claud. in sua Gallia.

Damus Carmelitam, ex Chronicis Carmeli, Catalogis, & Manuscripto Episcopi sæpe vocatis.

DE S. STEPHANO CONSTANTINOPOLITANO ET SOCIIS EIVS.

CAP. LV.

Anno Christi 777.

SANCTVS STEPHANVS natione Græcus, patria Constantinopolitanus, multorum Abbas Cœnobiorum Heliadum, & Christi Martyr illustrissimus. Orationis & lachrymarum vi parentibus iam annosis à superis datus. Vouerat enim Anna senex mater illius, si filium, vel in senecta reciperet, continuo dicaturam, obsequio Virginis Carmelitarum Matris, Billio teste: voti compos effecta (sanctissima Virgine Maria in somnis ei apparente) remansit. Enimverò cum in templo oraret S. Sophiæ, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, ad senem sic loquutus est: *Benedicat Dominus fructum ventris tui, per merita, & intercessionem Protomartyris Stephani.*

S. Angel. catal. SS. c. 84.

Iacob. Billius in vita S. Stephani.

Nato puerulo, cùm vel in bona adolescentia illum patres litteris, moribúsque melioribus imbuissent (erat enim elegantis ingenij, & illustri memoriâ pollebat) gloriosum futuræ sanctitatis, sapientiæque diuinæ confestim specimen dedit. Labente tempore, vixdum decimum sextum attigerat annum, deferentibus Patribus, in Monasterio Auxentij prope Bithyniam, quod Carmelitarum erat, ad Monachismum cooptatus est, à Ioanne sanctissimo Abbate, ubi mira illico virtutis, & spiritus diuini exempla monstrauit mirabilis vt Sol inter sidera clarens.

Continentiâ fuit, & corporis maceratione singularis: Pro domicilio specum sibi sine tegmine parauit, vbi ad multos vitæ annos pruinis, grandinibúsque expositus, vitam transegit ferreo semper amictus cilicio.

Ergo cum Constantinus V. Copronymus, Leonis filius Imperatoris iniquissimi, in Catholicos, Patre defuncto, inuehere cœpisset, adorationemque sacrarum imaginum abolere omnino contenderet: Ecce Stephanum nolentem iniquo Copronymi decreto subscribere, à militibus tentum, tenebricosóque, angusto, & humido carcere detrusum, ibique hymnos Deo alacriter per sex dies pedibus adstrictum, canentem, vnà cum Basilio, Petro, Andrea, aliísque trecentis triginta & nouem Monachis propositi sui sectatoribus, qui ob defensionem sacrarum Imaginum, ibi etiam carcerati à Tyranno detinebantur, vt variis cruciati suppliciis, veritatem Catholicam effuso sanguine confirmarent. At, cùm eos tum Stephanus in fide solidasset, pauperem habitum Heliæ Patris, quo tegebatur in pauperes diuisit, sola tunica pellicea, quæ melota erat, manente; cúmque paupertatis auidissimus, capucium, & superhumerale, siue scapulare vellet etiam distribuere in eosdem, socij eum, ne sine Monachi signo Tyrannos, & mortem aggrederetur deprecabantur: ad quos, id se facere respondit Stephanus, ne post obitum Helianus, & Virgineus habitus, minoris quàm par erat factus à Tyrannis, vilis haberetur, pessumdaretúrque iret.

ANNO CHRISTI 777.

Coria diuer. lib. 9. cap. 17. *Nota de habitus veneratione Heliani.*

Tandè è carcere educendus factus tortoribus obuius, regiísque ministris, vna voce primò prostratis: Ego (inquit verus Christi passionum sectator) sum Stephanus quem vos ad mortem quæritis, cúmque manus iniecissent in eum, è terra leuati carnifices, per vicos pugnis, fustibus, & sputis agitatus per lapides repens vsque ad Templum S. Theodori Martyris, qué vel in medio tormétorum numquam destitit salutare, deductus est. Ibi carnifex vnus, diabolico furore correptus, audiens Martyré S. Theodorum audè inuocantem, diro illum fuste in capite percussit, quo spiritus sanguine coronatus Stephanum, supera tenuit: propter quod cæteri amplius in Martyrem desæuientes, quòd spiritum tam celeri cursu exhalasset, manus eius, digitosque secarunt, & totum corpus lapide ingenti tutuderunt, ventrem, intestina, iecora, & viscera exilire facientes, concaua corporis lapidibus impleuerunt, & titione fero denuo caput percutientes, vsque ad cerebri reuulsionem irati sunt. Inde reptantes illum per silices, & petrosa, extra mœnia corpus feris obiectum reliquère, Anno ætatis Martyris 53. Christi verò 777. iuxta Billium, sub Summo Ecclesiæ vertice Adriano I. & Imperatore Leone Copronymi filio.

At cùm multis à morte Deus signis Martyrem nobilitasset, à Monachis corpus in Oratorio locatum, summâ habitus est Constantinopoli in suo Cœnobio, (quod Damascenus I. erexerat) veneratione. Horum acta fusè descripta habes apud Io. Damascenum in editione Billiana, apud Surium Tomo 6. Coriam, qui eum inter Carmelitas adscribit: quem sequitur S. Angelus, Villegas. Meminit eiusdem Menologium Græcum, Zonaras, Cedrenus, necnon Ioannes Hierosolymitanus, & innumeri alij.

Iaco. Billius in vita S. Io. Damasc. ap. Surium Sur. to. 6. Cor. diuers. lib. 9. cap. 27. S. Angelus Cat. c. 84. Villegas 3. p. flos. Menol. die 28 Nou. Zon. 3. p. Annal. in Constantin. Copronym. Cedren. in Compen. an. a 5. eiusdē Imp. Io. Hieroso. in vita S. Io. Damasc. Mar. Rom. 28. Nou.

DE S. PLATONE CONSTANTINOPOLITANO.

CAP. LVI.

Anno Christi 780.

SANCTVS PLATON natione Græcus, patriâ Constantinopolitanus, nobilis sanguine, nobilissimus virtutibus, & sapientiâ: Heliæ Monachus in Conuentu Constantinopolitano, qui pluribus annis aduersus hæreticos sanctorum Imaginum fractores inuicto animo, vt verus sectator Heliæ Magni viriliter decertauit.

S. Angelus Cat. c. 84.

ANNO CHRISTI 780.

Theodor. Stud. in vita eius.

Menolog. die 4. April. Baron. 4. April. S. Angel. cit.

Floruerat iuxta Theodorum Studitam, qui luculentâ oratione, quam recitat Lippomanus, eius acta conscripsit, annis Christi 780. sub Imperiis Leonis 4. Copronymi filij, & summo Ecclesiæ Pontifice Adriano I. Meminit eius Græcorum Menologium, Baronius, & Lippomanus.

Inter Carmelitas recensetur à S. Angelo, & aliis.

DE ANTONIO MELISSANO.

CAP. LVII.

Anno Christi 780.

ANTONIVS MELISSANVS, Græcus natione, Constantinopolitani Cœnobij à S. Ioanne Damasceno erecti filius, sapientiâ celeberrimus & pietate decoratus. Scripsit ad virtutes sequendas, & vitia vitanda lib. II. quos ex patribus collegit. Vera viri latet ætas, scimus autem fuisse Constantinopolitani Cœnobij decus: & cùm vltimus sit ex auctoribus, quos citat in suo libro Ioannes Damascenus, crediderimus ad annos illi proximos effloruisse, ideóque in re dubia ne incerta pro certis exhibeamus, iuuat illú temporibus Adriani I. Pontificis O. M. & Constantini Porphyrogenetæ, cum Matre Irene regnantis adnectere, annis 780. à Christi Iesu ortu.

BB. VV. PP. to. 5. edit. à Iac. Billius.

Extant libri, in Bibliotheca Veterum Patrum sed cautè legendi tanquam ab Hæreticis latinitate donati; & prælo remissi. Vide obseruationes Iacobi Billij additas ad Epistolas Isidori Pelusiotæ: & Frontonis Ducæi notas, & Indicem expurgatorium Romæ impressum anno 1607.

Damus Carmelitam ex Catalogo Episcopi Alguerensis Manuscripto de viris illustribus Carmeli, & aliis.

DE S. NICETA ABBATE.

CAP. LVIII.

Anno Christi 780.

S. Angel. catal. 85. Baron. April. 3. Nota F.

SANCTVS NICETAS Græcus natione, sanguine clarus, fidei zelo illustrissimus, Conuentus Carmelitarum S. Medecij (alij Meditij) in Oriente filius, & multorum Heliadum Monachorum Abbas, qui ob cultum sanctarum Imaginum sub Armeno Leone multa passus est, teste Baronio.

Vixit temporibus Tharasij Episcopi Constantinopolitani, à quo fuit Presbyter ordinatus anno Christi 780. cùm summam Petri sedem haberet Adrianus I. & arcem Romani Imperij conscenso Constantino Porphyrogeneta cum Irene Matre.

ANNO CHRISTI 799.

Metaph. Lippoman. Sur. to. 2. Molan. 3. April. Baron. 3. April. S. Angel. Catal. 85.

Res eius gestas Theosterictus eius discipulus scripsit oratione luculentâ, quam recitant Metaphrastes, Lippomanus, & Surius. Mentionem illustrissimam faciunt Molanus, & Baronius, & S. Angelus, qui illum inter Carmelitarum classes adscribit cum Episcopo, & aliis.

DE THOMA GALLICO V. PATRE.

CAP. LIX.

Anno Christi 799.

B. Mantuan. lib. de vita beata c. de orig. Car. § vltimo.

Conuentus Senæ in Tuscia erectus.

Chronic. Senense. Fr. Boersius in suis Prouinciis in Prou. Tusciæ.

V. P. THOMAS Gallicus, nationem cuius, & patriam, nequiuimus inuenire, sed virum fuisse clarà sanctitate, & sapientia venerabilem, compertum habemus; eo quòd fuerit vnus ex selectissimis Carmelitis illis, quos Carolus Magnus è Conuentu Carmeli Montis eduxit (post coronatum Imperatorem, post captam terram Hierosolymorum, anno 798. post reædificatum gloriosum Christi sepulchrū, & cæteratempla, à Sarracenis diruta, sub Tyranno Humat, Maumæ successore) & traduxit ad Europam, tamquam virum pium, sanctum, & doctum, qui anno prædicto reficeret, & reædificaret Senense in Tuscia Cœnobium Carmeliticum, quod iam ante annos 707. à liminibus ibidem erat erectum, vt constat ex Chronicis Senæ vetustissimis Manuscriptis quæ postea typis dedête Petrus Landucius, & Orlādus Maleuoltis: Cuius copia, Boërsio teste, authentica Manuscripta seruatur in Archiuio Carmelitarum Transpôtinæ à Pamphilio de Buciardes publico Senæ notario adscripta.

B. Mantu. de vita B. sub titul. de origine Carmelitarum.

Tandem senio venerabili decorus obiit Senis Thomas, quo anno vix potuimus inuenire; sed constat floruisse tempore Caroli Magni, prope annos 799. Summo Pontifice Leone III.

Hunc credimus esse Thomam, de quo illustre meminit Mantuanus noster asserens purpureo Martyrij diademate coronatum in Italia fuisse, quò cum paucis se contulerat Religionem Heliadum dilatare.

ÆTAS DECIMA,

Quæ est ab anno CHRISTI IESV octingentesimo vsque ad annum eiusdem nongentesimum Nona.

Fundatæ Religionis anno 1734.

DE MICHAELE CVROPALATA IMPERATORE, PROCOPIA VXORE, CVM NATIS eorum.

CAP. LX.

Anno Christi 812.

MICHAEL Curopalata (quem Michael Studita virum Imperio dignum & in eo administrando æquissimum vocat) Græcorum Imperator, & iuxta Zonaram Stauratij successor, Vir pius, laudabilibus virtutibus, moribúsque compositus: Zelo Imperij augendi pluries plures scepiri profligauit inimicos, & zizaniorum semina diuersarum hæresum sub Nicephoro Imperat. exortarum, Manichæorum, Iconoclastarum, & aliorum vigilantissimè compescere laborauit, Theophane teste. Sed cùm aduersùs eum, Leo quidam Dux exercitus, populi furorem concitasset, eius (qui iam Leonem acclamauerat Imperatorem) perterritus diro furore post annos duos cessit Imperio, & sese in Insulam Protham in oratorio Phari relegauit, vnà cum Procopia & natis suis, Theophane teste, ibique inter Heliades adnumeratus Professione Monachorum acceptâ, Coriâ teste, deuicto sæculo felicissimum vitæ cursum gloriosè in Christo perfecit. Regnare cùm cœpisset, iuxta Zonaram, anno 812. sub Summo Ecclesiæ Principe Leone III. Pontifice O.M. Vide Baronium tom 9.

Michael Studita in vita Theodor. Studitæ tom. 3. p. Theophan. à Baron. cit. Zon. 9. ann. 812. n. 4. Theophan. cit. à Baron. Annal. to. 9. an. 813. n. 4. Coria dilucid. lib. 9. Zonaras li. 3 Baron. to. 9. Annal. ann. 811. nu. 6. 8. 11. 12. & an. 812. n. 1. 2. 3. & 4. & ann. eod. n. 11. & 12. & an. 813. n. 1. 4. & 11.

Ex Ordinis Historia generali & Catalogis adductis sæpè, iure omni Carmelitam damus.

* *
*

DE BARSE, ET EVLOGIO.

CAP. LXI.

Anno Christi 814.

BARSES, ET EVLOGIVS natione Syri: qui in finitima Perside, cũ Ægyptiis certantes, virtute clarissimi fulsêre, Nicephoro teste: quique, post longum Monastici Heliani propositi certamen, Episcopi sunt facti non in vrbe aliqua, sed honoris gratia in Monasterijs suis Episcopalem consequuti consecrationem: itavt rectè aliquis dignitatem illam, tanquam præmium seu remunerationem pro exactissimo philosophandi instituto eos accepisse dicat, quibus similes innumeros, ex antiquioribus Patribus illis, qui Monasticam Heliæ Magni disciplinam sectati sunt, inter Ecclesiæ dignitates maiores, adnumerabis sæculis illis.

Niceph. li. 11 cap. 40.

Floruêre igitur Barses, & Eulogius, hoc Xentapuli encomio digni, quibus annis vix inuenire valuimus apertè: Sed, quod coniicimus, huic ætati, & annis plus minúsve Christi 814. iure credimus addendos, sub Summo Romæ Episcopo Leone III. & Ludouici Pij Imperio, seu si mauis Caroli Magni.

Niceph. Ca-lixt. Xentapulensis.

DE SANCTO THEODORO STVDITA.

CAP. LXII.

Anno Christi 826.

SANCTVS THEODORVS STVDITA (quem Catholici dogmatis defensorem acerrimum, verum Dei amicum, sapientiâ, & scientiâ affatim præditum iteratis crebrò fidei confessionibus

ANNO CHRISTI 826.

Baron. to. 9. Annal. ann. 825. n. 75.

celebrem, sanguine sæpe fuso decorum, vitáque ab adolescentia, moribus optimis instituta, illustrem, Baronius vocat, Natione fuit Græcus, patria, quod coniectari potuimus, Constantinopolitanus, & filius Conuentus Ciuitatis eiusdem S. Ioanni Baptistæ dicatus.

Bellar. in de script. in Theod. ann. 812.

Baron. to. 9. Annal. ann. 798.

Quoad ea quæ, verbo docens, & exemplo scripsit, alia refert Bellarminus, alia ex Michaele Studita Theodori discipulo Baronius. Ecce ergo quæ ex Baronio in primis eduximus: Orationem de S. Platone, in qua asserit lege sanxisse Imperatorem Leonem, siue Copronymum, ne quis Monachus ampliùs efficeretur, omnéq; vsque ad Irené, viá ad monachismū præclusisse. sic Heretici in Religiosū statū debacchati sunt sēper, credētes vt si illustrissimā hanc Ecclesiæ partem de medio tollant, actum agere, vt omnino ruat Ecclesiæ fides: at incassùm curant nauem subuertere Petri, cui firma semper fides à Christo promissa est.) Constitutiones Monachorum Iambicis versibus scriptas. Paruā Catechesim, 134. sermonibus distinctam, quibus de variis virtutibus agit. Magnum Catechisticum, tribus partibus comprehensum, quod egregia Cœnobij sui Constantinopolitani, vtilissima doctrina, instituta declarat, singularem in illo suadendi vim, cum suauitate connectens. Panegyricum volumen, in quo insignes Domini dies festos, Deiparæ, & Baptistæ Ioannis, (cuius solitudinem, & vitam ab hominibus semotam hymno intonat eleganti) enarrat, & præclaris orationibus ornat. Alium Iambicis versibus, in quo ortum primi Parentis, lapsúmque describit: Caini inuidiam, & in Abelem iniectionem: Noë exortum, vitam, & conuersationem. Eodem opere vniuersam Iconomachorum hæresim, quos vt malorum fautores, anathematis notâ perurit. Epinicium Canonem, seu victorialem, nouem Odis distinctum, cani solitum Constantinopoli Dominica I Quadragesimæ, dum sacrum Crucis lignum, & venerandæ imagines processionaliter gestabantur. Epistolarum ducentarum & eo amplius libros quinque, quos carcere trusus, & mille molestiis affectus dictitauit, in quibus libertas animi, industria, solicitudo animarum, spiritus erectio, & inuicta Patris fortitudo conspicitur: quarum duæ extant in Bibliotheca Veterum Patrum, tomo tertio, Editionis secundæ. Harum si vim considerես, totidem dices esse fulmina cælitùs emissa, quibus omnes Hagiomachi, & Iconomachi, stolidi nouatores, hæreticorum fæces, validè percussi penitus conteruntur. Dogmaticum etiam librum refutationum, ad dissoluenda Iconomachorum sophismata; his sic eos vrget, & angit, versique argumentis illorum deiicit mendacia, vt nec illos respirare desinat. Contra Imperatores item impios inuehitur, illorum vitam, & mores perpetua nota inurens. Ista Baronius, è quibus multa desiderantur.

Refert Canonem Baron. tom. 9. ann. 842. a n. 28.

Epinicium vide Iacob. Gretserum tom. 1. de Cruce.

Baron. to. 9. Annal. ad ann. 816. num. 25.

BB. VV. PP. tom. 3. edition. 2.

Baron. to. 9 Annal an. 802. & 798.

Bellarm. de script.

Sur. tom. 6. die 16. Dec.

Præter quæ Bellarminus refert scripsisse Platonis Abbatis prædecessoris sui vitam, quæ habetur in Surio, & historiam sui temporis lib. I. Misera tandem inedia in carcere pressus, solo, diu, Christi corpore pastus, post refutatos Mechianos, perstrictos hæreticos Imperatores, subuentam Catholicam Ecclesiam, vel à persecutoribus veneratus, sexagenario maior, suæ præscius mortis, & spiritu prophetico quo Nicephori Imperatoris mortem prædixerat, illustris, Constantinopoli è carcere migrauit ad astra, anno iuxta Baronium Christi 826. sub Imperio Ludouici Pij, iuxta computa Claudij & R. Pontifice O. M. Gregorio IV. Vide de viro hoc admiranda in Baronio ex Michaele Studita.

ANNO CHRISTI 830.

Baron. cit. Claudius sua Gal.

Baron. to. 9. Annal. ab an. 746. vsque ad 835.

Porrò Carmelitam fuisse, ipse apertis asserit verbis, oratione de S. Platone in qua Heliam Magnum Dei Prophetam, *nostrum Heliam* vocat; & euidenter colligitur ex Baronio citato. Prætorquam quòd penè omnes Ordinis historici veteres & noui eum Carmelitam aperto calamo profitentur. Et certè nescimus quo sibi iure certent alij pro Theodoro, nisi iure acquirendæ huius de tanto viro gloriæ nobilissimæ. Sed quod decus alienis ornari pennis in furto? Quisque iusta iura sua tueatur, nostra inglorius haud arripiat.

DE BERTRAMO PRESBYTERO.

Cap. LXIII.

Anno Christi 830.

Catalog. SS & Viror. illust. Carm. à Guadalaxara.

BERTRAMVS Presbyter, & Monachus, natio cuius, & patria latet; in diuinis, & sæcularibus litteris celebris fuit, sed vitæ sanctimoniâ perillustrior. Multa scripsisse ferunt, subiecta tantum inuenimus: Commendabile opus ad Carolum Regem Lotharij Imperatoris fratrem, lib. 1 Gesta Caroli Magni, lib. II. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Clauit sub Summo Vertice Ecclesiæ Gregorio IV. & Imperio Leonis III. Cononis Isaurici Iconomachi, anno Christi Seruatoris 830.

Carmelitam damus ex apertis assertis Catalogorum Virorum illustrium Carmeli, & Manuscripto Episcopi Alguerensis.

Bap. la Nuça hom. 20. in Euang. §. 8.

Refert Episcopus Barbastrensis, hac nostra ætate sub ementito nomine cuiusdam Catholici viri Bertrami Presbyteri Oecolampadium impudentissimum hæreticum opus quoddam contra Venerabilissimum Eucharistiæ Sacramentum euulgasse: Tu candide lector hæc adnotes, si forte huius nomine Bertrami vulgasset opus aper ille ferus; vel cuiusvis alterius Catholici, viri vt eum censeas vindicatum à crimine tanto.

DE IOANNE DE ERIGENA.

Cap. LXIV.

Anno Christi 850.

IOANNES ERIGENA dictus, cuius natio, & patria latent. Monachus Heliæ, omni litterarum decore decorus, Græcâ, & Latinâ peritissimus linguâ. Iubente Carolo filio Ludouici, fratre Lotharij Imperatoris, transtulit ad Latios Hierarchiam, & libros S. Dionysii quatuor & scripsit

super

ANNO CHRISTI 851.

Trith de vir. Pitf. de vir. ıl. sub ætat. 10. & an. 854.

super eosdem, lib. quatuor, & alia quædam, teste Trithemio.

Claruit anno Christi Iesu 850. sub S. Leone IV. Pontifice O.M. & Lothario Imperatore.

Alter est iste Erigena ab illo quem commendat Nicolaus Papa I. Epistola ad Carolum Cæsarem, de quo Pitsæus agit, ille enim Carmelita non est. Nos hunc Carmelitam damus ex Catalogis adductis & Episcopi Manuscripto.

DE OCTO MARTYRIBVS CORDVBENSIBVS.

CAP. LXV.

Anno Christi 851.

SEx primùm incluti Heliades, scilicet PETRVS Sacerdos; WALABONSVS Diaconus, SABINIANVS, WISTREMVNDVS, HABENTIVS, & IEREMIAS, qui, dirum Sanctorum cædis auidum Iudicem, detestatione & execratione Arabicæ superstitionis adeuntes, Christianam professuri fidem, statim decollati sunt. 7 Idus Iunij anno 851. Eorum corpora posteà stipitibus suffixa, post aliquot dierum spatium incendio in cineres fuère redacta, isque in amnem demum eiectus. Hos certè in Monastica solitudine, teste Baronio, tanquam in Pharetra sua absconderat Dominus, futuros aliquando sagittas acutas, in manu potentis ad faciendam vindictam in nationes & increpationes in populos. Erant planè in Diœcesi Cordubensi & alijs Hispaniæ, hinc inde iam tunc plura in solitudine Monasteria, tùm Heliadum, tùm Basilianorum, tùm Augustinianorum, tùm Benedictinorum excitata quædam tépore multo (& ante ea Heliadum alia ab altiori temporis æuo cóstructa, vt ex Viuario dedimus tibi adnotatum in SS. Fabricio & Philiberto, sub annis 368 Ætate 5.) tanquam munitiones strenuæ à facie Idumeæ, seu tanquam Dauidicæ turres ædificatæ cum propugnaculis, in quibus mille clypei, & omnis armatura fortium Israëlis esset. Ex ipsis enim quique præliaturi pro Christo armabantur ad bella Catholica, & promouebantur ad coronas, & triumphos meliores, vt narrant S. Eulogius, Baronius, & Leo Ostiensis.

S. Eulog. lib. 2. cap. 3. cui titu. Docum. Martyriale. Baro. in Annal. ad ann. 851. num. 4. Leo Ostien. lib. 1. cap. 31. S. Eulog. lib. 2. cap. 6. qui Cordubensium Marty. rum acta declarat.

His ex eodem Eulogio addes Theodemirum Monachum Heliadem etiam qui strenuè certaminis campum ingressus, Martyriali lauro donatus est, & in Ecclesia S. Zoili Martyris, Cordubæ, vnà cum Paulo eiusdem Cordubensis Ecclesiæ Diacono tumulatus. Nec absit ab eis meritò quoque inter insignes Heliades adnumeranda sacrimonialis quædam, nomine Maria, virgo equidem insignis, quæ clàm è Monasterio egressa sub Martyrij ardore (nescit subellis legibus amor) aditura forum, quæsitura que pro Christi fidei confessione coronam, vera Heliæ Patris filia, vnam in Ecclesiam sui Cœnobij diuertens, Florámque ibi Virginem item, sed non Heliadem inueniens, sociam eam ad Martyrij palmam adhibuit: Confessæ námque vtræque, & dito carcere trusæ, vbi diu fuère detentæ, & à S. Eulogio harum præsente passionum inspectore, & sincerissimæ veritatis scriptore) consolatæ, & roboratæ, tandem ad iuguli locum adductæ, sacra vultibus suis signacula imprimentes, datis ceruicibus, carnificis gladio prostratæ sunt.

Earum corpora canibus primùm exposita, sed minimè læsa, in flumen proiecta sunt. At, quæ fuère earum Virginum reliquię repertæ in Ecclesia S. Aciscli reconduntur.

Hæc ex Eulogio dicto, & Baronio ad annum Christi 851. sub S. Leone Papa IV. & Imperio Lotharij, seu Michaelis III.

PRO HIS SANCTIS, ET MVLTIS ALIIS DE Cœnobiis antiquis Hispaniæ,

NOTA VNA.

HOS nunc solummodo, serenissime legens singulatim tibi damus Martyres, ex multis Hispaniæ, quos Corduba ferax, hac ex parte fœcundissima peperit nobilis Ciuitas Christo, (sola inter inimicos constantia magnâ Catholicæ fidei vexillum erigens, iis annis, sub Habdarraghman Sarracenorum Rege in Hispania regnante, vel Mahomad filio successore, Baronio teste.

Baron. to. 9. Annal. ad an. 821 n. 58

Hos certè Carmelitis adiecisse non dubitauimus, cum ex varijs compertum extet Annalibus & historiis, varia iam tunc, & à tempore multo in varijs Hispaniæ solitudinibus, & populis Heliadum, vt & alterius varij instituti Monastici fuisse constructa Cœnobia. Etenim notum habetur in primis, Canali in Lusitania Monachos Nigros, sic vocatos, adfuisse ad annum Christi 419 à trecentis nonaginta tribus annis saltem, hoc est ab anno data salutis Orbi 26 vt Flauius affirmat, quos cum Ecclesia Christi Christianos esse exortos compertum est item: & in Hispaniam adductos, refugos ex Iudæa, metu Nabuchodonosoris, annis Orbis conditi, iuxta computa nostra 3451. Fundatæ Religionis ab Helia anno 328. plus minúsve. Id quod nobis dedisse videtur Eutrandus, externus, & grauissimus Auctor, & antiquissimus, in hæc verba prorumpens, in Antipodosi: Magna pars, *inquit*, eorum, qui ex Iudæa traiecerant in Hispaniam tempore Nabuchodonosoris, erat ex Carmelitis discipulis SS. Heliæ & Elisæi: *Hos ad imitationem Heliæ, Ioannisque Baptistæ diuinis contemplationibus deditos, persecutionum metu, & Gentilium odio actos deserta incoluisse, Carus affirmat. Hispalis Bætica nobilis Ciuitate, Toleti, & Corduba plura quoque quondam Carmelitarum Monachalium Monasteria fuisse, ex dandis tibi constabit auctoribus: illorum nomina omnia hic faciè tibi relata dedissemus, nisi omnium Monachorum diuersi Ordinis in Hispania degentium (Toleti vt Flauius affirmat fassum est S. Augustini Cœnobium, quod Cisla, ab Athanagildo Rege Visigothorum, M. Maximus in Chronico nomine notat, de eoque fusè agit Ioan. Marieta. Item Athanagildus in ea vrbe Toletana sub eo Monasterium aliud Ordinis S. Benedicti*

Flau. Lucius Dexter. in Chronico ad ann. 419.

Eutrand. in Antipodosi n. 133. Roder. Carus in Notis ad Flauium.

Dexter ad an. 441. Maximus ad an. 562. Ioan. Marie. lib. de Orig. Eremit. S. August. Hisp. scripto. c. 1. ps. 2.

ANNO CHRISTI 851.

M. Max. in Chronico ad ann. 562.

dicti in honorem S. Iuliani apud Aruernos dictum Agaliense fundarat, sub Eupreniio primo Abbate Græco, ex Italis vocato, postea ad Toletanam sedem euecto, vt testis est M. Maximus: ante quod Santtina anno Christi 544. iam apud S. Petrum Caualirensem celebre Monasterium Ordinis eiusdem erexerat, quò Monachos ex Italia transmisit S. P. Benedictus, eodem Marco Maximo teste; vetera Annalia miserandis Sarracenorum, Gothorum, Hunnorum, Alanorum, Sueuorum, Vandalorum inuasionibus, quibus Hispaniam totam infandis cædibus, dirisque incendiis euertere conati sunt, Dextero dicente, periissent, Cœnobiis omnibus æquatis solo, penéque sacris cunctis euersis.

M. Max. an. 550.

Flau. Lucius Dexter ad ann. 424.

Attamen ex variis narrat auctoribus Morgadus, nonnulla quondam ramenta Hispali extasse, notè testantia Hispalitani Carmelitarum Monachalium peruetusti Cœnobii vestigia; nam cùm pro erigendo nouo nunc Obseruantiæ Carmelitica Cœnobio, alta crypta defoderentur, ecce tibi concauo specus sinu repertum cymbalum, pondere magnum, sub quo Magnæ Virginis Matris Dei alabastrina deaurata condebatur imago super thensa, siue tetraphoro reposita, prostratúsque ante eam Carmelitarum integro amictus habitu Monachus.

Alphonf. Morg. lib. 1. de magnalib. Hispal. Ciuit.

Nec solum Canali, & Hispali, verum ex Sancto habetur Eulogio, a Coria nostro dato, Corduba Vandalorum Ciuitatis fuisse quondam tria promiscua Cœnobia, Tabenense (sic dictum teste Omonseno, à prima illius reformationis origine retento nomine, quæ facta fuit in Insula Tabenensi à S. Pachomio Abbate, quod formosissimum in exercitatione vitæ Monasticæ virorum atque ancillarum Dei rumoribus decoratum vocat Eulogius. *Cuteclarense, septimo milliari à Corduba distans, ad partem Aquilonarem Montana nigra, vulgò dicta* Sierra morena, *& Pinnamellariense: & hæc erecta ante inceptum Constantinopolitanum Concilium, ab Agathone Pontifice, & à Leone II. anno, Christi 680. conclusum Quodque ista ex Heliadum de Ordine fuissent, probat S. Eulogius ex verbis Georgii Monachi Bethlehemitici de Cœnobio S. Sabbæ in Palæstina Is enim cùm recuperandorum pensuum annualium à Cœnobiis, missus ab Abbate suo illò Africam, Hispaniamque venisset, Corduba tentus a Mauris epistolam scribens, ad suum Abbatem, pro sua in Hispania nimia mora, apertis illam verbis rem ostendit.*

S. Eulog. Cordub. lib. . capit. 15. dilucidant.
Dionyf. Omonsen. in vita S. Pach. Abb.
S. Eulog. in memoriali SS. lib. 2. c. 2.

Videndus Ruspotta de his Cœnobiis hist. Eccles. Mentoscæ sec. 7. c. 5. num. 2.

S. Eulog. in vita S. Georgii Martyr Monachi.

Porrò Pinnamellariense Cœnobium, sic dictum à pinna mellis, sub nomine S. Saluatoris erectum, quartòque milliari à Corduba Ciuitate seiunctum, & ad meridiem situm, prope Albaidam: quod sub Tabenensi fuit Abbate, filios germinans virtute florentes, & clarà notissimos sanctitate, inter quos adscribitur S. Fandila, & S. Petrus Martyres, & S. Pomposa, erat enim promiscui sexus more illo peruetere, quo Monachi vnà cum sacrimonialibus vitam degebant, pariete medio tamen.

Cuteclarense, sub obedientia quoque Tabenensis efflorens, & Abbati Generali Carmeli, vt cætera alia subiectum, sub nomine S. Mariæ ad partem visebatur Occidentis, prope Pinnaflorem. Huius Monachis Frugelius præerat Abbas, sicut Virginibus Artemia sacris: Claruit multà sanctitate lucidum; habuit enim, vt omittamus cæteros S. Petrum Astigitanum, siue Ecijensem, Vvalabonsum, Sabinianum, Mariam, & S. Auream inclytos Martyres Christi. Sic quoque Tabenense validissimà coruscum sanctitate nituit in Sanctis maximè Abbatibus Martino, & Ieremia: Martyribus Isaac, & Georgio: Elisabetha Abbatissa S. Digna, & Columba Martyribus, & Virginibus egregiis.

Fuit, necnon, aliud antiquissimum similiter erectum Carmelitanæ Religionis Toleti Cœnobium, (vt apertis verbis Archipresbyter Iulianus affirmat & adstipulatur Ruspotius exteri auctores, confirmat quæ seruata à Carmelitis hodierna possessio.) adeò vetustà antiquitate venerandum, vt Petrus Alcocerius, & Petrus Sanctius non dubitent asserere, Cœnobium Carmelitarum sub nomine antiquo S. Mariæ ab Alficen esse omnium vetustissimum in dicta Ciuitate Toleti. Hoc quidem tanta Religionis gloria Catholicæ vbique temporum luxit, vt de eo Alphonsus VII. Castellæ Rex qui regnauit, Illesca dicente, ab anno 1108. vsque 1159. priuilegio quodam in gratiam Monasterii S. Cernantes, alias S. Seruandi, & propriùs certè Benedictinæ familiæ concesso, vbi Tutelæ vice, & patrocinii prætextu & non aliàs aggregat Cœnobium Carmelitanum Toleti, dicto S. Ceruantes seu sancti Seruandi Monasterio (mos Regibus erat antiquus, Cœnobia, quæ sola erant in eorum Regnis, quia à regimine primi sui Ordinis verticis longissimo dissita loci interuallo, pro eorum obseruantia firmiori, & meliori virtutum incremento, aliis adaptare, & adfiliare Cœnobiis etiam Ordinis diuersi: id quod mille exemplis ex Annalibus Hispaniæ constat) hæc verba remittat: S. Maria de Alficen quæ nunquam Christianitatis locum perdidit, & quamuis sub potestate paganorum nunquam desiit à Christianis incoli, & venerari, licet sub iugo perfidæ gentis: *Imò Eutrandus seu qui idem est Luitprandus addit:* tempore captiuitatis Episcopum Patriarcham Toletanum degisse in hac domo, & Ecclesia S. Mariæ de Alficen, *velut in Apostolico Tutelari: fuisséque domum istam (in qua Recessuindus Vvisigothorum Rex coronatus & inunctus est, teste Luitprando addente, Flauium etiam Vvitizam filium Egicæ Regis Gothorum etiam hic coronatum & inunctum esse) Cœnobium Carmelitarum, etiam sub Sarracenis, Petrus Sanctius, ex eodem Alphonsi Regis priuilegio deducto testimonio probat verbis apertis: Ad hæc, ad illud confluxisse viros aliorum Cœnobiorum sub quadam S. Basilii Carmeli filii, regula degentium tanquam ad asylum Carmelitanum (dum dira Mahomad manus, & cruentante & cruentatà rhomphæâ diuersi Christicolas status, in odium Christi, vel absorbebat inique, vel propulsabat acerrimè, eorum depopulatis Cœnobiis, & Ecclesiis, adeò vt in tota Hispania vix remanserit Ciuitas Cathedralis, quæ non fuerit, aut incensa, aut diruta Roderico Toletano Episcopo deplorante; cuique vetusta vertenti Annalia patebit.*

Vide Cottam nostrum lib. 3. c. 5. Iulian. de Eremitis n. 15. Rusp. Eccl. hist. Mentosæ sæculo 7. c. 4. n. 4.
Alcoc. lib. de Magnal. Tolet.
Sanctius p. 3 hist. moralis & Philosophiæ in vitis Roman. & Reg. Tract. de Eccl. & Cœnob. Tolet.
Illesc. 1. par. Pont. lib. 5. cap. 51.

Luitprand. in fragmen. 128.
Idem in Chron. an. Christi 653. & ann. 701.

Roder. lib. 3. cap. 20.

Et tandem fuisse quondam Carmelitana Cœnobia multa præter ea adducta in diuersis Hispaniæ partibus, ante Sarracenas incursiones, post plantatam in ea fidem immediatè constructa, satis demonstrant, & antiquissima picturæ à mille abhinc, & eo ampliùs annis sanctissimi Patris nostri Heliæ, sub habitu antiquo Carmelitano, quæ vt alias præteream, videre sunt vsque hodie, in antiqua Salmanticana Cathedrali Ecclesia; apud Requenæ Parochiale templum Conchensis Diœcesis. & in Parochiali Paradina Ecclesia Abulensis Diœcesis: & cum his etiam Apostolica Indulta pro Carmelitarum domibus & Ecclesiis data in gratiam eorum, qui vt re-

erigerentur

Anno Christi 851.

erigerentur Carmelitana Cœnobia, & Ecclesiæ à Sarracenis euers... elecmosynas elargirentur. Id quod constat ex Bullis Adriani II. ann. 867. Stephani V. ann. 885. Sergij III. an. 902. Ioannis X. an. 917. Ioan. XI. ann. 933. & Sergij V. an. 1004. Quas concessiones factas fuisse, non pro erectione Cœnobiorum Terræ sanctæ sed pro Cœnobiis Hispaniæ erigendis, & illud nostro iudicio probat apertè: In Terra sancta ditione, haud Christicolas esse, si Monachos tuleris, qui Indulgentias acquirere, & pendere studerent, quique sodalitium Carmelæa Virgini sacrum augere insudarent: id quod item à RR. Pontificibus in d ctis Bullis contendebatur.

Sed quorsum hæc tam longo repetita principio, & nō inopportunā digressione vocata, nisi vt diceremus mirum non esse, nos Monachos Martyres Cordubenses multis aliis præter multis, ad Carmelitas ex vetustissimo illo tempore nuncupasse, ex Hispania nostra, cum ex dictis constet, vel an illis præstimus suis strenuas munitiones à facie Idumea, Dauidicásque Cœnobiorū turres plantatas ita fuisse tunc a Deo, vt ex illis tanquam è pharetra brysh sagitta illa, vt diximus, & innumera alia prodirent (quorum nomina heu mœror! edax temptis absorpsit) ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis & ad alligandos Reges *suos* in cōpedibus, & nobiles eorū, *siue Tyrannos Præsides, & iudices,* in manicis ferreis *Catholica pro fide certantes.*

DE S. PETRO, ET ALIO MARTYRE PETRO.

Cap. LXVI.

Anno Christi 854.

DVo isti inclyti Martyres Christi effecti fuēre in Arabica Cordubę persecutione, inter annos Christi 851. & 856. vt ex vetusto Ordinis Chronico & historia Granatensi deducimus. Hi, Prophetico Heliadum Monachatu clarissimi, etsi cęlesti virtutū segete clariores, è Carmelo in Occiduas Hispaniæ partes descendētes: (quo tempore Martyrio pro fide Christi innumeri coronabantur, à Sarracenica Habdarragmanis manu qui sedem Cordubæ fixerat Regni, annis iuxta Baronium 821. vitam pro Christo vltronei obtulēre, eo quòd blandimenta Tyrannorum spreuissent, vt incontaminatam Christo fidem Catholicam exhiberent, & Martyrij lauro meruēre tempora cingi, sub Summo Principe spiritus Catholici Leone IV. & Imperio in Occidente Lotharij, anno Christi 854. His bellē Poeticum illud accommodamus:

O Par Empyreo dignum! cui sola voluptas,
Posse voluptates spernere, posse pati.

Meminit istorum Coria noster. Eos inter Carmelitas pronuncui Conuentus Tabenensis, & Pinamellariensis, & Cutcclarensis, in Montanis Cordubæ tunc siti cum S. Petro Ecigensi, S. Wala onso, Maria Sorore, Ieremia Tabenensis Cœnobij primo lapide, Georgio Conuentus S. Sabbæ prope Bethlehem (qui ad Europæ & Africæ Cœnobia aduenerat, vt annuos Cœnobiorum pensus colligeret) S. Digna, Pomposa, Fandila, Columba, Aurea & S. Isaac. Vide Granatensem Historiam de corporibus Sanctorum nuper in Monte sancto adinuentis, & eleuatis.

Ord. Chron. antiq. Hist. Granatensis.

Baron. to. 9. An. ad ann. 821. n. 38.

Coria dilucid. lib. p. capit. 29.

Anno Christi 856.

DE S. ARGIMIRO MARTYRE.

Cap. LXVII.

Anno Christi 856.

SANCTVS ARGIMIRVS Carmeli Monachus, qui de Carmelo descendens, cùm Hispaniam venisset, reddititibus annuis recuperandis à Cœnobiis vetustissimis Orientis, Cordubæ in Arabica persequutione ab Arabum iudice dino; eò quòd spurcissimum nefandumque suem impium Mahumam veneri renuisset, cruci affixus, diróque mucrone toto corpore discerptus, Martyrij lauro pro Christi Catholica fide coronatus, gloriosus occubuit.

Eius passionis meminit, annúmque designat S. Eugenius, & Petrus Galesinus, sed promptè assentimur computo Eulogij, asserentis, passum esse anno Christi Iesu 856. Sub Benedicto III. Pontifice O. M. & Lothario Occidentis Imperatore. Vide Baronium.

Damus Carmelitam cum Generali Ordinis Chronico & Catalogis adductis.

Chronicon vetustiss.

S. Eug. lib. 3. de SS. c. 16. Galesin. in Martyrol. ad diem 28. Ian. S. Eulogius lib. 3. memorialis SS. c. 16. Martyr. Ro. die 28. Iunij.

DE THEODORA AVGVSTA IMPERATRICE, Theoctiste Matre, & filiabus.

Cap. LXVIII.

Anno Christi 856.

THEODORA Augusta Imperatrix, Mena vocata, Theoctistæ filia, ex regione Paphlagonum, omnium virtutum genere clara, sacrarum cultus Imaginum, venerationisque serenissima tutrix, quippe quæ anno 831. teste Baronio, cum Matre Theoctiste sacras quòd coleret imagines occultè, ad Theophilum Imperatorem delata: vtræque in discrimen adductæ, callida tergiuersatione eluserunt illum, vt scribit Ioannes Curopalata. Pro extirpandis Iconomachis, diu multúmque laborauit.

Hæc igitur cùm priùs Theophilo Imperatori Constantinopolitano hæretico nupsisset, connubio, ob viri acerbitatem, relicto, in Monasterio paupere Catiano nomine, Virginum Heliadum, cum Theoctiste Matre, & filiabus Thecla, Anastasia, Anna, Pulcheria, & Maria se recepit. Zonara teste, vesti ia Heliadū, quis ambigat sectatura vbi sanctissimè florés, migrauit ad astra ipsâ & aurâ defunctis, Principissę ob nimiam Cœnobij paupertatem (quæ sanè inimicissima est, vt Rodericus adnotauit, Obseruantiæ Regularis, si

Baron. to. 9. ibi.

A Baron. cit. ibi. n. 1. 2. 3. & 4. & ann. 842. n. 8.

Zonaras 3. p.

Eman. Roderic. c. tom. 4. c. 3. concl. 3.

ANNO CHRISTI 859.

Coria lib. 9. cap. 15. Coria cit. Franciscus à S. Angel. Catal. SS. Car. cap. 106.

Communitates adstringat, maximè inter Moniales, cuius rei clarissimum experimentum habemus) in Monasterium Gastriorum, quod Auia Theoctiste erexerat, translatæ sunt. His claras Carmelæi Politellas fuisse, cum aliis affirmant citatus Coria, & S. Angelus, floruisseque annis 856. sub Summo Orbis Patre Leone IV. & Occidentis Imperio Ludouici II. Iunioris.

DE KALOGERO IACOBO.

CAP. LXIX.

Anno Christi 859.

Arnoldus Vvion in ligno vitæ.

KALOGERVS IACOBVS, natione Græcus cuius Vvion meminit, cum inter Benedictinos annumerans, alij Basilianum faciunt, nos autem testimonio aperto Additoris cuiusdam ad opera Possevini ex sacra Societate Iesu Carmelitam iure damus firmiori.

Scripsit Posseuino teste, vir pius & sapiens Græcorum sermonum lib. 1. qui in Bibliotheca Cassinensi Manuscript. asseruatur. Tituli sunt De Conceptione B. Mariæ. De duodecim Tribus Israël. De Conceptione & generatione eiusdem. De loco dicto, *Sancta Sanctorum.* Dat autem adauctor citatus floruisse virum inter Græcos Heliades Salutis annis 859. sub Nicolao I. Pontifice O. M. & Imperio Ludouici II. Iunioris.

Catalogi Prafati sæpe inter Carmelitas adducunt.

***

ANNO CHRISTI 906.

In ap. Sacr. to. 1. Additor operolus in Manuscript. ad Posseuini Apparatum.

ÆTAS VNDECIMA,

Quæ est ab anno CHRISTI IESV nongentesimo, vsque ad annum eiusdem millesimum Decima.

Fundatæ Religionis anno 1834.

DE S. MARCO EREMITA.

CAP. LXX.

Anno Christi 906.

Zonaras citand. BB. tom. 5. edit. 2. Niceph. lib. 14. c. 54. Ecclesiast.

SANCTVS MARCVS Carmeli Eremita dictus Excitator qui Leonem VI. Imperatorem curauit, & decennium vitæ illi prædixit, vt Zonaras & alij Græci scriptores asseruerunt. Scripsit opuscula multa, quorum aliqua habes in Bibliotheca Veterum Patrum, sed credimus fuisse illa multis ab hæreticis nostri temporis erroribus inspersa, & deprauata: ideo licet aliquandiu niue fuerint candore puriora, nunc lectorem monemus, illa legere caute, ne periculorum tricis irretitus, ipse à via deuiet, veritatis.

Monasticâ vitâ versatum esse, multáque scripta reliquisse, maximè lib. VIII. & alios XXXII. de Ascetica vita, Nicephorus affirmauit etiam.

Chro. infra Gal. Phocius & Zonar. lib. 6. c. 29. Eccl. hist. Posseuin to. 2. S. App. & in Append. p. 554.

Floruerat temporibus Leonis Imperatoris, longæuam ducens ætatem vsque ad Lambertum nonum, qui floruit iuxta computa Claudij anno 906. sub Summo Ecclesiæ Principe Benedicto IV. Pontifice O. M. Vide de eo Photium, Zonaram. & tandem Posseuinum.

Fuit & alius Marcus cognomento *Scriptor*; item Eremita, quod plurima SS. Anachoretarum Ægypti scripserit gesta: quæque virtute nobis Angelum sibi synaxim sacram dantem adspexit. Tantâ nituit pudicitiâ & præcautione refulsit, vt requisitus à matre, quod ad eam visendam accederet, non nisi indutus sacco scisso, & fuligine facie retinctâ, clausisque oculis, Equilino teste, approximarit.

Equilin. li. 9. cap. 55.

DE S. HILARIONE MARTYRE.

CAP. LXXI.

Anno Christi 921.

SANCTVS HILARION, cuius nationem, & patriam non nouimus. Virum tamen fuisse multâ sapientia, & sanctitate venerandum, Christi Martyrem ingenuum, terræ S. Prouincialem, eiúsque corpus in Cypri requiescere Regno, in oppido, cui nomen Hilariô dedit, solemni sarcophago tectum, & sub custodia Regis Cypri, Ioannes Grossus Generalis Ordinis Magister affirmat. An scripserit aliquid, ncio, sed virtute pro fide Catholica verbo & ense decertasse nde inter alleuceramus. Non nouimus tempora Patris, nunc tamen studij & multam post lect orem non fine fundamento, vndec mæ adscripsimus Ætati, sub anno Seruatoris Christi 921 quo supremam Ecclesiæ tenebat arcem Ioannes X. & Occidui Soli regebat Imperiales habenas Côradus Imperator.

Inuid Car. Catal. 2.

Meminit inter alios Hilarionis nostri, & internostros Carmelitas annumerat Thomas Sarracenus, quem sequitur Romanus Emanuel, Ioannem vtrique Gall. sectantes.

Thom. in Menologio suo. Man. Rom. in Catalog. SS. Car. Gal. cit.

DE

ANNO CHRISTI 990.

DE S. SIMEONE ARMENO.

CAP. LXXII.

Anno Christi 990.

SANCTVS SIMEON, ARMENVS cognomento, quia genere Armenus. Is est qui Anachoreticæ vitæ cunabula, Heliadum more, in Palæstina exercuit, vsque dum cælesti monitu migrauit in Occiduas oras. De huius Patris primordiis vitæ, auctor anonymus quidā nobis, & cunctis hucvsque (qui res eius gestas est prosequutus, tanquam synchronos Simoni) se certiorem factum fuisse per epistolas ab Arsenio Patriarcha Hierosolymitano, testatus est in vita viri. Sed quæ ipsi obtigerint, dum peregrino habitu se contulit in Vrbem à Palæstina, cùm hæreseos accusatus periclitatus esset nisi diuinitùs liberatus fuisset, nosse si cupias, Baronium consule ex eodem ignoto auctore.

Catalogus SS. Ordin. Carm. à Fr. Marco. Guadalaxara conscriptus, Tarrisque Cæsaraugustæ datus.

Baron. Annal. ad annū 1016.

Porrò, si quæ Simeon posteris dederit scripto, adhuc latet. Damus tamen eum tanquam virum à Deo illustratum in vita, & morte miraculis, magnique vbique habitum, maximè Mantuæ; vbi substitit reuerenter exceptus à Bonifacio, & Richelda Principibus. Tandem Mantuæ ad superos iuit septimo Kalendas Augusti, Dominicæ Incarnationis anno Millesimo decimosexto sub Benedicto VIII. Pontifice O. M. & Henrico Claudo Occidentis Imperatore. Quem tamen Simeonem bonâ lectoris gratiâ ad hanc paupertimam virorum amandamus ætatem, in qua Simeon luxit, & arsit, vt inconcussæ successionis Helianæ familiæ in ore trium saltem testium omne testimonium, & verbum existat.

ANNO CHRISTI 1034.

Scimus Baronium frequenti suâ semper de Carmelitis aduersa sententiâ hunc ad Ordinem Benedictinum adduxisse, eò solummodo quòd (eadem qua in Palæstina Heliana professione & habitu contentus vsque ad vltimam vitæ auram) in Monasterio Benedictinorum Mantuano requiescere intellexisset, quasi non esset sæculis & locis omnibus solemnissimum vnius familiæ in domibus & templis aliarum, Sanctorum corpora requiescere & venerari.

Carmelitam virum damus ex Manuscripto Episcopi Alguerensis de Viris illustribus Carmelitarum.

Vide Posteriorum to. 3. S. Appar.

Nunc, sub breui horum trium solummodo virorum ætatem istam nos claudimus vndecimam Non enim fingunt omnia Cretes. Et cùm difficile fuerit alios viros hac adhibe idos Ætate adinuenire, nobiscum impossibile fuit agere vt alios dissito nimis temporum interuallo florentes huic ætati extra morem nostrum adijceremus.

ÆTAS DVODECIMA,

Quæ est ab anno CHRISTI IESV millesimo, vsque ad annum eiusdem millesimum centesimum Vndecima.

Fundatæ Religionis anno 1934.

DE MICHAELE PAPHLAGONIO IMPERATORE.

CAP. LXXIII.

Anno Christi 1034.

MICHAEL PAPHLAGONIVS Orientis Imperator, de quo Pineda affirmat, quòd, cùm se morti proximum sentiret, Imperio cedens, ad quod illicitâ accesserat industriâ, in Cœnobio à se erecto, quod Carmelitarum Græcorum fuisse affirmant S. Angelus, & Coria, facti pœnitens, lachrymis, & pœnitentiâ durâ, cucullo amictus Heliadum, criminum multorum maculas abluerit: adeò abstractus à sæculo, & totus, & tantus deditus Deo, vt neque ab vxore Zoë Imperatrice, quæ ad eum inuisendum, vel amore coniugis, vel fama laudabilis vitæ deducta accesserat, videri fuerit passus, in vltimo suæ tramite vitæ, quem gloriosè in Christo mundum timuit admirans.

Pineda li. 19. c. 20. §. 4. & lib 30. §. 1. S. Ang. Cat. Cor. dilucidarij lib. 9. c. 29.

Floruerat autem iuxta Zonaram, & Coriam, annis Christi Iesu 1034. sub summa Ecclesiæ Dominatione Benedicti IX. & Imperatore Occidentis Conrado.

Zon. 3. part. Cor. citatus.

Damus Carmelitam ex communis historicorum Ordinis voce, & assensu.

* * *

Anno Christi 1041.

DE MICHAELE CALEPHATE IMPERATORE ORIENTIS.

Cap. LXXIV.

Anno Christi 1041.

MICHAEL cognomento CALEPHATES, Orientis Græcus Imperator, quem Zoe Paphlagonij Imperatoris vita functi Imperio coronandum curauit. Cui ille adeo se ingratum ostendit, vt tondendam eam in primis in Sanctimonialem, atque in exilium deportandam curarit. Sed tunc propria crimina exosus, in Monasterio Thessalonicæ, cui nomen Studito, vt asserunt Pineda, S. Angelus, & Coria, quod esset Heliadum, habitum Cœnobialem suscepit, erutis primùm à populo, de Zoæ exilio indignato, oculis. Qui postquam Michaëlem ingratissimum ad cucullum coegerat induendum, & oculos eruerat, ne ad regnum ab Imperatrice reuocaretur, vt affirmat Pineda, Zoëm Imperatricem, & Theodoram Sororem è Monasterio ad Imperium iterum aduocauit, sacro Virginum velo relicto, vt asserit Gualterus.

Pin. lib. 19. cap. 21. §. 24. S. Ang. Car. tal. cap. 1 [illegible]. Coria. lib. 9. c. 19. Baron. Anno 1041. Pineda cit.

Porrò Michaël floruerat Zonarâ teste, anno Christi Iesu 1041. sub summo vertice Catholicæ Matris Benedicto IX. & Occidentali Imperio Conradi.

Iac. Gualter. in Chronol. secul. 11. a b ann. 1000. Zon. 3. p.

Damnus Carmelitam ex iure testantium suprà in altero Michaele.

DE S. GERARDO PATRIARCHA ANTIOCHENO MARTYRE.

CAP. LXXV.

Anno Christi 1042.

SANCTVS GERARDVS natione Italus, patriâ Venetus, totus ab infantia diuino Christi amore perustus. Christo se addicere decreuit, sicque sacræ purissimæ Virginis Matris in Monasterio Heliadum habitu indutus, perpulchro virtutum suarum odore aliquandiu permansit. Sed cum studium illi sacra Palæstinæ loca visendi feruidè incessisset, Superioris obtentâ benedictione, iter cum sociis aliquot arripuit.

Contigit autē transire Pannoniam, vbi in ciuitate Alba Iulia Sāct. ss. Stephanus Prouinciæ illius primus Apostolus, Regni illius tūc Rex magnus habebat habenas, qui cū rescisset, Gerardū accersiri iussit, ibiq; per dies aliquot remanere coëgit: Sanctissimam igitur Monachi conuersationem expertus, ad nouelli illius agri cultum eum operariū habere cupiuit: itaque clàm, eius sociis itineris dimissis, eum inuitum, custodibus etiam adhibitis, apud se detinuit, sed postea è supero mētis nouo concepta lumine Gerardus, Regiæ animum volūtati. Sed seculi fragoris impatiens, aulico quæ strepitus taedens, in vastam secessit Beei Eremum, vbi ab hominibus vno dempto Monacho Mauro, qui victū suppeditabat, totus abstractus, ita in terris ieiuniis, vigiliis, & austeritatibus detentus versabatur, vt contemplationibus assiduis, in carne extra carnē viuens, totus animo semper esset in cælis. Inde, cùm Rex Sanctissimus annuentibus superis Catholicam fidem in Regno suo firmare cœpisset, ad regendā Dei Ecclesiam, populósque erudiendos, & cōfirmandos in fide, Gerardum ad ciuitates reduxit, Episcopúmque Canādiensem instituit, ex benedictione Benedicti IX. summi Pontificis. Verbo igitur, pariter & exēplo, Episcopus factus, dispersas oues ad Christi caulam adduxit, breuique Pannoniam omnē Christi fidissimo iugo subegit; omnium sic ad se corda alliciens, vt velut Abraham alter magni veneratus, multarum gentium Pater ab omnibus acclamaretur. Crescēte autē multitudine fideliū, auxilio Regis, & gratiā Pontificis summi, vbi quæ nouæ erigebantur Ecclesiæ, in quibus decē Episcopales erectæ sunt, industriā Gerardi, è quibus præcipua ad ripā Morisij fluminis, *Morisena* vocata, sub nomine S. Martyris Georgij erecta est, cuius primus Pastor Gerardus electus. Hic Episcopus iterū creatus forma factus gregis sui, multis virtutibus, multò accuratiùs cœpit lucescere, misericordiæ humilitatis, & pietatis radios viuaciores effundens. Maximā erga Virginem Matrem reuerentiā, & deuotione refulsit, eius cultum inaudito seruore fidelium in cordibus mirabiliter adauxit.

Surius, & Ep. Equilin. in vita S. Gerard.

Cúmque Pannoniam omnem in fide Christi sui prædicatione firmissime solidasset, super infidelium in terra Sācta commorantium crudelitate cōmotus, audiens Christianorum oppressiones, & loca Sancta viliter à Barbaris habita, Romā accessit Regio Stephani nomine, & proprio zelo deductus, Pontificémque adiens Benedictū IX de Christianorum Principum desidia, & Barbarorum crudelitate in terra Sancta, illi querelas exhibuit: tunc à summo Pontifice benignè susceptus, ad Henricum II. Imperatorem Legatus à latere Apostolicus constituitur, & Patriarchali Antiochiæ infulā decoratur.

Apud Imperatorem igitur agens nobilissimum iuuenem nomine Guidonē à Malefaida Lemouicensem industrium vidit, & deuotum militem Imperatorium, Hunc adeò diuinis suis verbis adussit, vt penè militare deponere cingulum, & omnia bona sua vendere disposuisset, id nisi Deus monito prohibuisset cælesti.

Ad Albam Iuliam, reduce Patriarcha Gerardo, Rex Stephanus volàuit ad astra, cui Petrus successit, & Petro Tyrānus quidam; quem cum palàm de sceleribus multis redarguisset in templo, eiusque miserandum exidiū Regni propheticâ voce proposuisset, prope Danubium, post alia, iubet Episcopum diris lapidibus appetere, sed nihili illis læsus, suspensi enim à superis detinebantur in aëre, ne Martyrem ferirent, pro persecutoribus orans, lancea confoditur, & demum ad palum currus, vt Surius Equilinus, Bergomensis, & alij asserunt, ex iugo montis præcipitatus, quo præceps ad ima rotauit, eò celer, ad alta cæli cacumina euolans, Protomartyr Venetiæ effectus illustrissimus, palmam adiit perennem spiritus accepturus, anno, à quo post partum Virgo illibata remansit 1042. sub summo Ecclesiæ Patre Benedicto IX & Occidentis Imperatore Conrado.

Petr. de Natalib. lib. 3. c. 145.

Surius. Bergom.

Anno Christi 1042.

Porrò

Anno Christi 1056.

Sur. tom. 5. 24. Sept. & to. 4. invit. S. Stephan. Regis. Bonif. de reb. Anno. Dec. 2. lib. 1. & 2. Trith. de vir. lib. 3. c. 139. Ven. Annal. tit. Car. Gonon. in vit. SS. PP. Occid. Equil. 3 capit. 145.

Porrò sapientissimum fuisse pluresque homilias pro festis composuisse Sanctorum, & de laudibus Virginis Almæ, penè quotquot eius acta prosequuntur referunt. Inter quos Surius, Bonfinius, Trithemius, Equilinus, Venetiæ Annales, Benedictus Gononius Cælestinus, & alij innumeram à nobis in nostro de viris Sanctorum Carmelitarum Hispanico relati, vbi si iuuat videbis fusiori stylo acta Martyris scripta.

Carmelitam fuisse testatur sacra de Ritibus Congregatio, & omnes vitæ Protomartyris scriptores ex nostris: cuius in Ordine tanquam de Carmeli filio ex Apostolico trium Pontificum diplomate fit in Ordine toto Officium Duplex sub die 24 Septembris.

DE MICHAELE STRATONICO IMPERATORE ORIENTIS.

Cap. LXXVI.

Anno Christi 1056.

Michael VI. cognominatus Stratonicus, ex crudelissimo Tyranno, & lupo voraci in subditos, & milites, per misericordiam Dei factus est agnus mansuetissimus ouilis Christi: & tactus dolore cordis quòd in suos nimium desæuisset, purpuram (cùm placuit ei qui illum à peccatoribus segregaret) pro cucullo mutauit, & cum Augusta vxore, Baronio & Gualtero ferentibus, in Thessalonicæ Conuentu Studito nomine, Zonarâ teste, quod, vt asserunt citati S. Angelus & Coria Heliadum erat, felicissimos vitæ suæ cursus peregit.

Baron. 1056. anno. Gualt. Chro. sæc. 11. ab ann. 1000. Zon. 3. p. S. Aug. Catal. c. 7. Cor. lib. 9. cap. 29. Pin. lib. 19. cap. 25. §. 1. & 3.

Floruisse constat ad annos Christi Iesu 1056. sub P. Summo Victore II. & Occidentis Imperatore Henrico nigro. Vide Pinedam.

Damus Carmelitam ex communi Historicorum Ordinis plausu.

DE ISAAC COMNENO ORIENTIS IMPERATORE.

Cap. LXXVII.

Anno Christi 1057.

Isaac, seu Isaacius Comnenus, Græcorum Orientalium Imperator, contra Stratonicum à Militibus, & Ducibus acclamatus, sapientissimus, & sapientium amator, castitate purissimus & puritatis corporeæ curator sedulus, pro qua tuenda non dubitaret mortem subire multoties; (sed heu! *nemo sine crimine viuit*,) pecuniarum auidissimus, suos inuitè bonis familiaribus priuabat. At miserente Deo, ad caulam Christi perducere deperditam ouem animam suam, curauit. Subitò namque cum cum aprum ad maris oram insequentem, lux missa circumfulsisset de cælo, tremens, ac stupens, cadens in terram, Christi se submisit Imperio, cúmque iam penè moribundus peccata feruidè fleret, cedens Imperio, & mundo valedicens, ad pristinam salutis firmitudinem adductus est Thessalonicæ cum Augusta vxore habitum induit Heliadum, Coriâ teste. Ibi vitam virtutibus plenam, vterque in suo Cœnobio feliciter consummarunt, in Christo.

Anno Christi 1057.

Coria. lib. 9. cap. 29. Zon. 3. p.

Floruisse constat ex Zonara, & aliis annis à reparata hominum salute 1057. sub Summo Principe Clauium, Stephano X. dicto IX. & Occidui Imperatoris Henrici nigri Imperio grādi.

Damus Carmelitam ex Catalogis Ordinis & Communi Historicorum Ordinis voce.

DE THEODORA ORIENTIS IMPERATRICE.

Cap. LXXVIII.

Anno Christi 1057.

Theodora dicta II. Porphyrogeneta, Constantini Imperatoris filia, & Basilij item Imperatoris neptis, Zoæ Imperatricis soror, quæ Argyropili Imperatoris contempto connubio, vnà cum Eudoxa Sorore, sacri pudoris velum sub Heliadū professione suscepit, Coriâ, & S. Angelo testibus: vbi postquam per annos decem & octo, multis virtutibus clara fulsisset velut inter sidera sidus: deficiente pro Imperio successore, morte sublato Constantino Monacho, inuita deducitur, vt regnet, e Monasterio: Cúmque in templo S. Sophiæ à Regni Primoribus coronata esset, retento, & venerato Sacræ Religionis Mariæ habitu direxit, innupta, habenas Imperij.

Cor. dilucid. lib. 9. c. 29. S. Ang. Catal. SS. Car. cap. 81.

Pòst, Christo, hominibúsque gratissima propè septuagenaria, Olympo prædita mansit. Christi Seruatoris anno 1056. ab Imperio suo iuxta Gualterum secundo. Sub Summo Principe Clauium Victore II. & Occidentis Imperio Henrici Nigri, iuxta computa Claudij.

Gualter. cit. Clau. Rob. in sua Gall.

DE MICHAELE DVCAS ORIENTIS IMPERATORE.

Cap. LXXIX.

Anno Christi 1071.

Michael Dvcas VII. dictus Parapinaceus, aliis Parapicenus, Vir simplex, & purissimus, qui suauitate sua decorasset Imperium, & omnium corda sine dubio demulsisset; nisi regni gubernacula ad Tyrānos primores reduxisset; quos cùm de medio tollere posset, etiam populo clamante, suauitate suâ nimiâ deuictus sustulit illos; propter quod à populo abiectus, Nicephorus Botoniates eius loco suffectus est. Quòd cùm Cosmas quidam Constantinopolitanus Patriarcha, qui Helianus fuerat Constantinopolitani Cœnobij S. Saluatoris, & tūcà Confessionibus, & Consiliis Ducæ Imperatoris, videret, quod Monasticam in Cœnobio prædicto vitam profiteretur, zelosus prouide contulit. Itaque inter Heliades Imperatore profitente Monachale commercium, & vitam, ad gradum Sacerdotalē promotus est, & Ephesinus factus Episcopus, quam Ecclesiam cùm vnà tantùm die rexisset, vt totus expeditior cælestium contemplationi vacaret, Infulæ cessit & totus deditus Deo, integer vitæ, scelerisque

Coria lib. 9. cap. 29.

Anno Christi 1078.

[illegible] felicissimo vitæ fine, Monachus quieuit in [illegible]: quo anno inuenire nequiuimus, sed ex [illegible], & Gualtero constat sponteum Imperio, anno Saluatoris Iesu 1078. à Nicephoro III. Botoniate, vt asserit Gualterus, sub Summo Ecclesiæ vertice S. Gregorio VII. & Imperatore Occidentis Henrico Nigro.

Boton. Anno laud. 1078. Gualt. sæc. 11. ab an. 1090. Cor. lib. 9. cap. 98.

Porrò inter Carmelitas Coria censet & Episcopus Alguerensis.

DE NICEPHORO BOTONIATE IMPERATORE ORIENTIS.

Cap. LXXX.

Anno Christi 1078.

NICEPHORVS BOTONIATES Orientis Imperator, & vir mira sagacitate, & prudentia clarissimus, quà cunctos Imperij sui inimicos suppeditauit. Is est de quo Pineda refert, quod anno 1078. Imperium suum fuerit auspicatus: & quod post annos tres teste Baptista Egnatio, sæculo miserit nuntium, & Monachi cucullum amixerit, in Cœnobio nomine Peribleptu, quod Carmelitarum fuisse testantur S. Angelus & Coria nostri; quem sequuta est vltrò Maria Nicephori vxor. Hi igitur in sancta pœnitentia Angelicam potius quàm humanam vitam agentes, in suo quisque Cœnobio, mirabiles mundo, & gratissimi Christo, vitam cum morte, post annos aliquot commutarunt.

Pin. lib. 19 cap. 10. 6. 1. & 2. & c. 23. § 1. Gualt. Chronol. sæcul. 11. ab ann. 1000. S. Ang. Cathal. c. [illegible] Cor. lib. 9. c. l. c. 29. Cor. & S. Ang. cit. Zon. p. 3.

Illorum dies, & annus obitus penitus auolant à notitia nostra; sed regnasse constat annis, quibus suprà, sub Summo Ecclesiæ Patre S. Gregorio VII. & Occidentis Imperatore Henrico Nigro.

Inter Carmelitas censetur à Coria & S. Angelo. Vide Zonarã, & citatos in Margine auctores.

DE S. PETRO AMBIANENSI EREMITA.

Cap. LXXXI.

Anno Christi 1100.

PETRVS, dictus Eremita, natione Gallus, (aliis Hispanus) Ambianensis patriâ, in Prouincia Pica dicta Æmilio teste, nobili Ambiani genere satus. A pueritia diuerso se scientiarum genere, & bonarum litterarum studio dedit; sed iuuenilem nactus ætatem, bellicis, & arma sequutus.

Pau. Æmil. lib. 1. de gestis Francorum [illegible] cum aliis & [illegible] Chronici Hierosol. lib. [illegible] Abb. Stadensis in Chronico suo ad an. 1096. & Ab. Trithem. in Chronico H[illegible] Petr. Angel. [illegible] Syriadis. Coria lib. 10. cap. 1. A[illegible] Vergadem inuentione rerum lib. [illegible] Chronolog.

Pronectior tandem, sæculo relicto, quo libentiùs Deo vacaret, deserta petiit vbi vitam Ereminticam professus aliquando; assiduo orationis exercitio detentus, multo virtutum nitore coruscauit. Beatissimæ Virginis Matris deuotione, & obsequio fuit insignis, ex propter, Buga, & Coria dicentibus, ore assiduè, & corde Angelicam illam salutationem ad Virginem mirâ in ore deuotione innata ferebat, vicibus penè innumeris, quotidie salutationem recitans Gabrielis Archangeli ad Virginem Matrem.

Vt autẽ pro cordis affectu [illegible], [illegible] sine dubio ductus, quosdam [illegible] ad formã Rosarij composuit, & [illegible] recitare Angelicæ salutationis vices [illegible].

En igitur sanctissimæ Virginis Mariæ Rosarij gloriosior, primæua Petri tempore in Galliæ partibus origo, Carmelitis optimo iure, sine dubio, inter cætera stemmata gloriæ adscribenda. Namque cum Petrus iste noster, per annos aliquot Eremiticus in moribus Heliadum egisset, (sunt qui dicant, sed inane, Cœlestinum prius Monachum egisse, postea Eremitam) studio sepulchri Christi inuisendi pio, Hierosolymam petiit, vbi cum sanctissimos in Carmelo commorantes Monachos Beatissimæ Virginis Mariæ vidisset, miro cordis eos prosequebatur affectu, tanquam Matris tantæ singulares filios: illorum igitur sancta conuersatione delectatus, & tam gloriosa sodalitate fruendi feruidus desiderio, Beatissimæ Virginis Mariæ habitum enixè à Carmeli popościt Abbate. Desiderij sui compos Petrus effectus, ecce in Carmelo cucullo amictus est Heliadum. Videns tunc damna, in Christianos à Sarracenis illata, & sub tam vili Barbarorum ditione Terram Sanctam subiectam, diuinum propagandi honoris, & fidei Catholicæ augendæ feruidus zelo, verus Heliæ filius, pro recuperatione terræ sanctæ poscenda, de Abbatis sui licentia, post annos aliquot, ad Vrbanum II. se contulit, enixeque [illegible] Pontificis vestigiis exosculatis, cum deprecatus est pro re tanta, vt suum Apostolicum, & salutare patrocinium exhiberet: Tunc Pontifex Petrum ad Adamarum Podiensem, siue Aymericum Antiochenum, à latere Legatum remisit indulto prædicandi Cruciatam in Orbe vniuerso; id quod, Petrus excellenti animi feruore & [illegible] Rosarij gratissimâ deuotione (sibi à Virgine Maria in visione manifestato de salutatione *Aue Maria* per globulos siue lapillos recitãda) fructuosissimè obiuit, ita vt multos sacræ illi adaptauerit militiæ.

Io. Pineda Monarch. Eccl. l. lib. 2. c. 4. & Pos[illegible] App. Sacr. tom. 3. in Petro. *Sunt qui dicant.* Ad. [illegible] Podien. [illegible] B. Angel. Catal. c. 94 & Coria lib. 10. c. 1.

Quibus à Legatis Præpositus constitutus, & Dux Constantinopolim perrexit, vbi copiosissimam Catholicorum Principum aciem inuenit, quibus fraterna fœdera iniens, vsque ad Antiochiam, sub Adamaro Duce, cum suo exercitu perrexit, vbi verbo Petrus, & opere viriliter decertans, capta est ciuitas è manibus impiorum. Inde, Adamaro mirâ sanctitatis voce defuncto, vnà cum Bertholdo de Maiefuda (de quo Anno sequenti loquemur) Doctore Parisiensi, & [illegible] Sacerdote, qui aderat Antiochiæ dum caperetur, in Tripolim Petrus aduentauit: ex Tripoli in Acconem, & ex Accone, quæ Ptolemaida dicitur, Hierosolymam accedentes, cum dura obsidione presserent, & Saracenis occisis, Catholicus exercitus Ciuitatem cum magna gloria ingrediens, *In* triumphi [illegible] anno 1099. Godefridum de Bullon, qui Dux exercitus erat, Regem coronarunt.

At Petrus noster remeans in C[illegible] gloriæ decorus [illegible], quibus gloriosissimæ felicissimam [illegible], ad [illegible] inter suos Carmelitas [illegible] anno 1100. sub Paschali II. Summo Christiani Dominatore: & Occidentis Imperatore Henrico Nigro, iuxta computum Claudij.

Claud. Rob. [illegible] Vincent. [illegible] Aniar. [illegible]

Vide de Petro isto [illegible] Francorum & A[illegible] & alios ex nostris.

[illegible] Carmel[illegible] Petrum [illegible] Carmeli assensu.

RELI

RELIGIONIS BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO

STATVS QVARTVS.

ÆTAS DECIMATERTIA.

FVNDATÆ RELIGIONIS anno 2034.

NOTA VNA.

AB ANNIS IESV 1120. *meritò quartum Religionis nostræ Statum amplissimum assignamus, illius felicissimum ducentes cursum, vsque ad faustissimam in Religione Obseruantis Carmeli apparitionem sideris illius venustissimi, Diuinæ THERESIÆ, quæ tanquam signum magnum amoris æterni, Dei erga hanc selectam sibi Religionem, & eius MARIÆ Virginis Matris, apparuit in Obseruantia Carmeli Annis Iesu Christi 1561.(vt Sole pulchrior non semel antiquo illa illo, quo Prophetarum, & Apostolorum tempore, amplissimæ sanctitatis, & generationis cælestis innumeræ, sicut stellæ cæli decore vario extiterat, perstaret:) Iterum ex ipsa se hæc vnica Carmelæa Phœnix ab igne antiquo flammantis Prophetæ illius Heliæ vnica filia quasi renascens, reuiuisceret & reuiueret in vna sola fœmina Virgine Matre Theresia, quæ sola potuit facere confusionem illustrem in domo militantis Ecclesiæ.*

Hoc temporum statu longissimi cursus per varios casus, per mille discrimina rerum (felicibus quamquam semper auspicijs) Propheticus Marianus ordo pertransiit. Etenim Annis Iesu 1120. *Aymericus Patriarcha Antiochenus, & à latere Legatus Apostolicæ Sedis, sub Pontificalibus Calixti II. vt colligitur ex Paleonydoro congregauit in vnum Carmeli Eremicolas Montis Heliæ filios, Bertholdum à Malefayda, in Priorem consti-*

Paleonydor. lib. 3. c. 2.

tuens eis. Cúmque conspiceret plures Latinos Carmelum conscendere Montem, quo Helianum vitæ profiterentur institutum, eosque Græcis litteris ignaros esse (ex quo difficulter ad obseruantiam Regulæ à Ioanne Patriarcha datæ Græco sermone, opus erat) adducendos, de Græco illam in Latinam idioma traducere studuit: vt (congregatis iam in vnū, & ad seueriorē, vtiliorémque Eremiticæ vitæ sectam hac via reductis Monachis, qui quondam Heliæ Anachoresim fuerant professi, secessi in speluncis, & cauernis Carmeli; non tamen relictâ tunc Eremiticæ vitæ formâ: namque cum, iuxta Aymerici dispositionē in cellis suis segregati manerent, ad orationem tamen, & diuina persoluenda in templo simul quotidie, assignatis horis, conueniebant) faciliùs ad professionem Heliadum tenendam peruolarent, sub Regula Ioannis, non Aymerici (vt male nonnulli credidére) militantes. Annis paucis transactis (plures vt aliàs, persecutiones ab Ordine Heliæ vario tempore perpessas historicis recensendas omittamus, námque variis vbique & semper Marianus Ordo pressionibus afflictatus est, nitens semper ad subuersionē illius, licet incassùm, inimicus qui fuit homicida ab initio cum suis ad inuchendum in Religionem & pietatem omnem fœderatis) Othone Frisingensi recitante, quâ mente nescitur, Calo-Ioannes Græcorum Imperator pepulit è Sede Carmeli, cùm iam variis illos oppressionibus afflictasset, Heliades ibi commorantes, iuxta annum 1126. à quibus sexdecim transactis, iterum in eosdem diro irruens furore vindictæ, eodem auctore dicente, Carmelitarum plurimos gladio confodit.

Othon. Frising. lib.7. cap. 28 & Hieronym. Roman. 1.p. lib 5.cap.10.

Post annos igitur 45. qui erat Iesu 1171. Albertus Patriarcha Solymus ad instantiam fratrum Carmelitarum, nouam quandam conscripsit breuiorem compendiosiorémque Regulam, non equidem ex Basilij Regula, seu institutionibus voce, scriptôve ab ipso traditis Monachis suis, Eugini Ponti concinnata, (nil enim diuersius inter se quàm Basilij & Alberti Regulæ, sicut nil similius, vt patet intuentibus, & probatur ex Ordinis speculo, quàm Ioannis Regula, quam illuc vsque firmiter Carmelitæ obtinuerant, & Regula Alberti:) sed ex Ioannis Regula, cuius quasi appendix est, compactam exhibuit: Hanc approbarunt Alexander III. Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Concilium Lateranense & Lugdunense: Imò ipse iam Albertus ex auctoritate Patriarchali, in eo quòd eam obseruandam præstitit, approbauit: erat enim apud Patriarchas tunc auctoritas, & ius Religiones, & Regulas approbandi, vt constat ex Doctoribus apertè. Sed de his alibi latiùs.

Specul. Ord. lib.8.c.4. Vide Thom. à Iesu lib. 7. antiq. Car.

Hanc porrò post annos 77. anno videlicet Christi Iesu 1248. Innocentius IV. ad instātiam Fratrum aliquatenus temperauit. Post hæc, Eugenius IV. annis Christi Domini 1431. illam iterum temperauit, erat enim rigidissima, & ex humana fragilitate tunc inuincibiliter inobseruabilis; ita vt ex timore retraherentur multi à Religione Heliadum suscipienda. Sub his mitigationibus Regulæ Alberti, ex Apostolica prouidentia factis, & rationabilibus multis causis expostulantibus (de quibus latè Speculum Ordinis, Episcopus Alguerensis, Turiasonensis Episcopus, & alij) Marianus Propheticus Ordo processit, vsque ad annum 1561. multo feruidus perfectionis halitu, grandi floridus virorum incremento celebrium, è quibus aliquos quatuor his sequentibus Ætatibus accipies: vt ex libatis inconcussam his sæculis etiam Ordinis successionem accipias.

Specul. Ord. lib.8.c.6. Episcop. Alguerent. Aduert.7. sup. Reg. Albert. Episc. Tur. in vita S. Theres. lib.1 cap.11.

ÆTAS DECIMATERTIA

Quæ est ab anno Millesimo centesimo CHRISTI IESV, vsque ad annum Millesimum ducentesimum eiusdem duodecima.

Fundatæ Religionis anno 2034.

PRO NOVO A TEMPORE S. BARTHOLDI ORDINIS STATV.

NOTA VNA.

DEVENIMVS iam Diuino Numine dante, scopulis difficilioribus liberati, tanta vetustatis indagandæ, in veritate firmissimum figentes pedem, & pennam, noua, vt vetera Prophetici Propositi, Heliadum tradituri, nouum Marianæ Religionis in BERTHOLDO *percurrere* STATVM; *nouósque palmites prodere, & quos Vinea florigera Carmeli sacra Mariæ illustres tollit cælo, rore cadente, botros: postquam à Professione Monachali, & Heremitica ad Mendicantis se traduxit statum, & de Græcorum moribus, ad mores, & modos transiit Latinæ professionis. Eapropter, ne ieiunus noui huius status, & mutationis in Ordine facta, viros aliquos illius ex insignioribus, lector accipiat, operæpretium duximus ante Bertholdum Notam istam præmisisse.*

Sciat igitur nostros olim multo annorum interuallo, videlicet à Tempore Heliæ Magni in veteri lege vsque ad Ioannem Baptistam in noua, & à Ioanne ad vsque tempora Aymerici Patriarchæ Antiocheni Anachoriticam institutionẽ vitæ, siue Heremiticam fuisse secutos, vt constat ex dictis, cùm de Ordinis Origine, & antiquitate pertractaremus, in Præambulationibus ad Paradisi positis ingressum. Cùm ergo præfatus Aymericus iam Antiochenus electus Patriarcha legatione Apostolica fungeretur pro recuperãda Hierosolymorũ Ciuitate (sub Vrbano II. Pontifice O. M. & Godefrido Bullonio Lotharingiæ Duce, qui Solymæ Ciuitatis capta, diuino fauente Numine, anno 1099. *Rex à militibus exercitus erat electus, & Adamaro, siue Aymerico, Bertholdi nostri Germano fratre,) laudabilémque Patrum nostrorum, tunc verò Anachoresim profitentium, ad imitationem Heliæ Magni, & Ioannis Baptistæ in latere Carmeli Montis, iuxta eiusdem Heliæ fontem commorantium, vitã sanctam & diuinam conuersationem conspexisset, speciali eos fauore, & intimâ cordis dilectione prosequi decreuit. Quare deinde maioribus nostræ Religionis progressibus consulens, & fidelium vtilitatibus cupiens occurrere, Diuino actus numine, & supero impulsu, innuente prouidentiâ clarâ immaculatæ* MARIÆ *Virginis Matris nostros ab arctiori illo viuendi solos sibi genere, ad communem, & Cœnobialẽ vitam, quâ populo essent vtiliores reducere instituit. Licet enim solitariæ vitæ illius propositum sublimioris esset perfectionis, (vtpote quam S. Basilius Martyrio comparat: Nazianzenus cælestem agnominat: Chrysostomus digniorem reputat Paradiso, & Angelicis Choris æquiponendam. Hieronymus illam non solitudiné, sed Dei Paradisum acclamat, & alij Patres vt S. Epiphanius, & Cassianus multa de vitæ huius dignitate, & perfectione tradidère) nouit tamen Aymericus paucorum esse hanc professionem altissima, sentibusque laborum, & periculorum multorum interfertam; cùm vel è contrà socialem, & communem vitam multis emolumentis, & commodis, spiritualibus etiam Christi militibus accommodatiorem, vt testis est ipse Basilius, qui plura Anachoriticæ militiæ incommoda recenset: Confirmat hoc id, quod de Ioanne Abbate vtriusque vitæ oculato teste Cassianus retulit. Is ergo postquam annos triginta in Cœnobij congregatione, & in solitudine viginti complesset summa in vtrisque sanctitate, & perfectione relucens, prouectiori demum ætate sua ad prius vitæ institutum in communitate sociali sese vltro reuocauit.*

Et (ne multa congeramus breuitati consulturi) Quid tutius in hac assidua hominis militia vitæ, qua semper manus conserit cum inimicis, quam multorum manibus subueniri? & quid periculosius quam solum hominem bella gerere? Melius est, clamabat Ecclesiastes diuinus, duos esse simul quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur, væ soli: quia cùm ceciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet? Et si quispiam

Guill. Tyrius lib. expedi. Belli Sacri.

S. Basil. ep. ad Aquilon.

Naz. apol. pro fug.

Chrys. ho. 8. in Mat.

Hiero. ep. ad Heliodor. & ep. ad Rustic.

S. Epiph. in compendiaria doctrin.

Cassia. in collat.

Bas. Reg. fusius, q 7.

Cassia. coll. 9. cap. 3.

Vide Basil. S. & Io. Cassian. de solita. vit. periculis.

Ecclis. c. 4. à n. 9.

ANNO CHRISTI 1100.

præualuerit contra vnum, duo resistent ei: funiculus triplex difficilè rumpitur: His similia multa vel in humanis auctoribus reperiemus, nam certum est, quod ad sustentandam subleuandamque humanæ vitæ inopiam, homine indigeat homo: vt enim non omnis fert omnia tellus, sic quiuis non quibuslibet abundat: vnde peruulgatas apud Latinos, & Græcos habemus parœmias: Vnus homo, nullus homo: Manus manum fricat: Multæ manus reddunt leuius onus. Quippe homines natura fecit gregales, & vt agerent bini: vnde Plato, homines animalia ciuilia, & ad societatem nata vocabat: quandoquidem eo genio sunt ista, vt sola viuere nequeant, sicut apicula, quæ si sola sint, pereunt citò. Et nullum omnino rerum est genus, quod aut auulsum ab aliis per se ipsum constare, aut vim suam, atque æternitatem conseruare possit. Homines hominum causa genitos, vt ipsi aliis alij prodesse possint, Stoici dixêre: & sapienter Orator: Illa sapientia diuersarum, atque humanarum rerum scientia est, in qua continetur Deorum, & hominum societas quædam, & communitas inter ipsos: quis enim artifex tam per se sapit vt non indigeat aliorum auxilio mutuo? Nullus est nostrum, qui non vel cæci, vel loripedis agat partes, vt quà sit eundum, minimè videat, aut quà progrediendum vlterius planè non habeat. Sic eleganter de claudo, & cæco cecinit Antiphilus vnus ex Græcis auctoribus.

Stoici. Tullius de officiis.

Antiphilus cita Claudio Minoe. ad Emb. Alciati. 140.

Attollens humeris claudum, qui luce carebat,
Claudi oculos dubiam tentat inire viam.
Conuexêre simul quod fors vtrique negarat:
Natura ambobus sic satis vna fuit.

Enimuero verissimum illud Alciati est:

Alcia. Emb. 41.

Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa est.

Confirment dicta, vt redeamus ad nostra, innumeri exitiales solitariorum euentus, qui cum diu in solitudine, ieiuniis, vigiliis, & summo vitæ rigore cucurrissent; tandem stadij in fine à versuto præpediti inimico, tricis maleuolentiæ suæ, cùm carerent enodatore, irretiti miserè, in foueam sunt sempiternam eiecti: Non opus, in scribendo solitariorum pericula, & Cœnobialium emolumenta innumera, nobis est diu immorari; Cassianum, Heribertum Rosweydum legat, & alios qui volet multa scire de re, sat sit nunc lectorem præsciuisse, solitariam vitam, sociali & Cœnobitica in perfectione, & puritate emulere: hanc autem securitate, iucunditate, facilitate, & aliis perfectionis fructibus, solitariam euicisse.

Cassian. in coll. Herib. Rosweid. de vita & verbis seniorum.

Igitur Aymericus his ductus, & aliis vitæ communis vtilitatibus fratres nostros cælesti monitu (non vt mitigaret vitæ Anachoriticos rigores, nec vt relaxaret morum purissimam obseruationem & integritatem, sed vt cunctis esset proficuus Ordo Propheticus, quod emunctissima charitas est) ex Anachoritica norma viuẽdi, ad Cœnobialẽ traducere duxit. Ita tamen, quòd Eremiticam vitam, ad formam communem redactam, seruaret, & sic prudenter ab eo strictissima illa Patrum antiquorum Anachoresis temperata fuit, & ad mitiorem, commodioremque Eremitarum vitam, vt in Regula præfigitur Alberti Patriarchæ, reuocata.

Ideo dicitur à Sixto in Bull. duin antea, Carmelitæ tanquam Religionis speculum, & exemplar speciali charitate fulgentes.

Hoc igitur tempore, anno scilicet ab hominum per Christum restaurata salute 1096. postquam Aymericus Carmeli Anachoretas ad præfatam viuendi normam reduxit, & celebre eisdem Cœnobiũ in Carmelo ædificauit, quo collegialiter in vnum intra claustra, & dormitoria communia communem die noctúque vitam Monasticam, Latinorum more, peragerent: statim Bertholdum, qui ex voto facto ante expeditionem sacram, factus fuerat paulo ante Monachus in Carmeli Cœnobio eisdem præfecit, & Latinorum more congregatorum in Cœnobiis, Priorem Generalem appellarunt. Olim enim etsi fratribus multis vnus præerat, qui ABBA inter Syros, & PATER, inter Latinos nuncupabatur, voluit attamen hanc Monachorum Ecclesia Latinæ consuetudinem nostros habere. Quapropter firmissima, & vetusta omnia Ordinis monumenta Bertholdum S. primum Priorem Generalem Ordinis, inter Latinos annumerant. Ex quo contigit (liceat hæc vel per transennam hic attingere) quod cum fratres nouam viuendi formam, ab Aymerico (non tamquam primo Religionis nostræ institutore, vt perperam, & ignoranter credidêre nonnulli, sed tanquam renouatore immortali) traditam libenter assumpsissent, non tanquam Regulam, Aymericus enim numquam Regulam Carmelitis dedit, sed collegialiter in vnum viuere instituit, sub Regula ab Aiverto Patriarcha data, quam Aymericus vt legatus à latere in Syria, confirmauit: nouam igitur sibi regulam viuendi necessariam fore comperêre (neque enim Ioannis Patriarchæ regulam iam pridem in ordine susceptam sufficere tunc iudicabant, cùm Anachoritica vitæ propositum, de quo ipsa ferebat, iam esset absolutũ. Albertum itaque Patriarcham adierunt postea vt sibi iuxta nouum vitæ propositum nouam viuendi item traderet normam. Quod satis indicant priora Alberti in regula verba: Multifariam multisque modis sancti Patres instituerunt, qualiter quilque in quocumque Ordine sit, &c. viuere debeat. Verùm quia requiritis à nobis, vt iuxta propositum vestrum, tradamus vobis vitæ formam, quam tenere in posterum debeatis, &c. Propositum igitur, de quo meminit Albertus illud est sine dubio, quod nostri tenuêre, in communitate viuentes secundum ab Aymerico formulam descriptam: & iuxta hoc dari sibi regulam exquisierunt, quam Albertus tunc Patriarcha Hierosolymitanus iure suo, & potestate tradidit anno 1171. perstrictam capitibus 15. & eductam è libro Patriarchæ Ioannis XLIV. què tẽpore Bertholdi Prioris Generalis Aymericum de Græco in Latinum transferre fecisse Gratianus recenset noster.

Pôsthac tandem occurrendum (cum dixerimus Bertholdum S. primum Carmelitarum Latinorum Priorem Generalem fuisse suffectum) censebamus, quibusdam antiquitatis Carmelitanæ inuidis, & sciolis multis, qui vetusta nostra historia ignari penitus asseruisse non erubuêre, Carmelitarum exordium ad hæc Aymerici tempora reuocandum esse, Carmelitasque insanæ vanitatis arguendos, quod optimo iure Regale genus suum, & originem claram ad Magnum Heliam, & Eliseum Prophetas hereditaria, & inconcussâ successione reducant, sed hos mehercle non confutandos hîc ducimus, aliò rem fusius agendam reuocantes. Etsi

Hieronym. Grat. an. in Reg. discipli. F. Boersius in Catalog. in Bertoldo.

Quid prodest muscas operosis pellere flabris,
Negligere est satius pellere quod nequeas.

Qui volet legat præter ea quæ deditnus retro Præambulationibus ad Paradisum fa tis, iam) vetera, & recentiora Ordinis monumenta, & innumeram exterorum Doctorum aciem à nobis in libro de vitis illustrium S.S. Carmelitarum allatam.

ANNO CHRISTI 1120.

In vet. Bullar. Ord. Carm. Vitecæ Lugduni 1604. Bulla prima Damasi attēcit.

Legat Pontificum Bullas, & compendium Priuilegiorum nostrorum nouiter [illegible] *RR. Patris Fr.* [illegible] *Maria Hispanica congre*[illegible] *Generalis, collectum, & in eo maxime* [illegible] *IV. qua & Mare Magnum appellatur, sub* Datum Reatæ, *Pontificatus sui anno I. ibi, vt in innumeris aliis luce clarius* [illegible] *Carmelitas sue Religionis primordia non a tempore Aymerici duxisse; sed tunc tantum ad normam Occidentalium Monachorum, & vitæ modum fuisse redactos (vt diximus, & eleganter scribunt Sabellicus, Polydorus, & aly) qui sparsim primitus, sua quique domicilia disiuncti incolebant: & ab hinc Latinorum more Monachorum, collegialiter, &* [illegible] *a Græcis, licet eadem* [illegible] *sub Religione: & quod relicto Græco, siue Syriaco nomine, quo* [illegible] *Abbas,* [illegible] *retur vt dicebamus: vel quia primus erat Bertholdus, qui a Patriarcha Latino Prior Generalis constituebatur; vel quia primus sub dispositione Latina Prior erat electus, (cùm precedentes qui omnes Græci fuêre, vel Hebræi, & in veteri lege,* [illegible] *Abbates vsque ad Bertholdum fuêre vocati) non mutante tamen Ordinis substantiam accidente vocabuli vario. Et prorsus miro contigit modo vt Occidentalibus Monachis, Orientale; & Orientalibus, qui erant Carmelitæ ibi nati à tempore Magni Patris Heliæ Occidentale nomen obtigerit: vt Benedictina Religio illustrissima, sacra,* [illegible] *& sanctissima* [illegible] *milias, Primates suos, Abbates vocat, quod Græcum prorsus siue Orientale vocabulum est. Sunt etiam Basiliorum illustrissima, & sanctissima propago, firma Ecclesia Dei, & fulgentissima columna, Rectores Abbates, vertices cognominat suos.*

Salel. lib. 5. [illegible] vet. [illegible] lib. [illegible] aucto-ribus.

Nunc iam dictis supersedentes, vt in Bertholdo tanquam Latinorum Generali I. auspice [illegible] [illegible] *Si tamen relinquimus lustratorem* [illegible] *Carmeli Archiphyla-* [illegible] *Græcos vertices primos, qui in cuiusque floruêre, Priores Generales in hoc opere signasse, quia* [illegible] *ad Tēpora* [illegible] [illegible] *Patriarchis suis Hierosolymis* [illegible] *Monasterio 16. c. Abbatibus 18. cum seqq: & ferè per totam 18. qu. 2. cap. qui verè 22. cum aliis 16. q. 1.) à quibus iurisdictio in* [illegible] *Abbates siue Rectores denominantur. Huic* [illegible] *Patris Gabrielis Vasquez doctrina, cuius verba in gratiam* [illegible] *bet;* Efficere potest Summus Pontifex, vt congregatio Religionis alicuius Præposito Generali qui non esset Religiosus [illegible]: & tunc non minus esset Religiosa Congregatio, quàm modò; posset enim statuere Pontifex vt Episcopus esset Præpositus Generalis in sua Diœcesi, & nullus alius, vt ab illo in reliquos Præpositos [illegible] deriuaretur. Tunc autem etiamsi [illegible] non esset Religiosus, neque [illegible] illa Congregatio non minus esset Religio, quàm sint quæ nunc habent Præpositum Generalem Religiosum, quia tunc emitteret tria vota sub vno capite habente iurisdictionem, secundum Regulam ad compellendum vouentes ad obseruantiam [illegible] Regulæ & votorum, quod solùm requiritur ad statum verè, & propriè Religiosum: sicut etiam nunc sunt multa Monasteria Monialium loci Ordinario, tanquam Generali præposito subdita.

Gab. Vazq. 1. 2. q. 96 ar. 4. disp. 16. c. 9. n. 10. to. 2. in 1. 2

Has Vasquez, quæ quidem non pugnare cum decore nostri Carmeli [illegible] *, si in partibus Græciæ contigerit* [illegible] *pora Bertholdi huiusmodi Regiminis vsus, vt credimus, saluâ doctiorum censurâ: dum vix ex nostris inuenerimus vllum qui nobis è Græcis hac vsque dederit* [illegible]

DE S. BERTHOLDO PRIORE GENERALI PRIMO E LATINIS in Ordine electo.

CAP. I.

Anno Christi 1121.

ANNO CHRISTI 1121.

Franciscus Bo[illegible] in Catalog. Generalium Cap. 321

SANCTVS BERTHOLDVS cognomento à Malefaida, seu de Familiaco, natione Gallus, patriâ Lemouicensis, Solomeniss (nob[illegible] [illegible] Hungariæ Regis [illegible] pia [illegible] Christo ab ineunte ætate deditus totus, primos herbescentis adolescentiæ cursus bellis, & armis exercuit: Adfuit sacræ illi pro recuperanda Terra sancta expeditioni, quam Godefridus Bullonius inclytus Lotharingiæ Dux felici perfecit omine, anno Christi 1099. Veuerat Bertholdus, iam Sacerdos, & Parisiensi Doctorum infulis decoratus, dum Antiochia ab hostibus premeretur, vt si benè satagessissent [illegible] patribus, qui in Carmelo Propheticam Helindum vitam profitebantur, quos non [illegible] Patris sui, & S. Petri [illegible], offerendum, & sub illius Religioso iugo vitam [illegible]. Voti compotem [illegible] fecerunt, anno Christi 1098. & quæ Antiochiæ vouit, adimpleuit in Carmelo. [illegible] solum luminosis illis [illegible] sed prudentia, [illegible] & sanctitate magna floreret, uidem ab Aymerico, Adamato, [illegible] cui [illegible] frater, iis temporibus à latere Legato Romani Pontificis in terra sancta: [illegible] Religionis in Archipraesulem [illegible] Carmeli Generalis [illegible] pellabatur) [illegible] est, & electus anno Christi 1121. vt [illegible] Pierus. & Boe[illegible].

Vide de eo [illegible]

Hac ergo sede [illegible]

Pierus [illegible]

ANNO CHRISTI 1121

Fr. Boet. Catalogo General. Ord. Car. fideliter educto ex hist. & lib. Origin. M.S vbi acta comitiorū Generaliū continentur nostræ Relig. quę in Archiuio trāspōtinæ seruantur quēque sequimur tanquā veriorem in ele tionibus Gen. Latinorum. Erard. fasc. temp. Pal. lib. 3. c. 1 Claud. in sua Gallia. Claud. Rob. cit. in sua Gallia in Catal. Gener. Car. f 14.

& exemplo docuit: scriptis, & prædicationibus posteros hæreditauit, etsi modò (heu dolor!) desiderentur. Adeò felici floruit sanctitate omni tempore vitæ, vt, Erardo dicente, sui celeberrimâ famâ iam apud posteros notus multis miris effulserit, & reuelationibus cælestibus illustratus fuerit: inter clara sanctitatis suæ indicia animas penè innumeras fratrum Carmelitarum, quos dira Sarracenorum absorpserat rhomphæa, laurealibus Martyrij ab Angelis in cælum ascendentes videre meruisse plures affirmant. Multis, tandem gloriosisque virtutum monilibus ornatus, cùm Ordinem suum, iuxta Paleonydorum, annis 45. floridè rexisset, tempore Alexandri III. Summi Pontificis & Federici Ænobarbi Occidentis Imperatoris iuxta computa Claudij, anno ab Orco euerso 1166. ætatis suæ 115. vt affirmat Claudius idē feliciter quieuit in Christo Iesu: Clarúsque mirandis in morte, in Oratorio Carmeli, (quod cum Cœnobio illustrissimæ molis Aymericus inceperat, vt Carmelitæ iam Latinorum more collegiatim viuerent in vnum, & Baldeuuinus de Burgo, cum Fulco filio, & Regni hærede perfecère) tumulatus est. Vide si iuuat nostrum Hispanico de vitis SS. librum in vita sancti Bertoldi.

Auctores autem qui vitam S. Bertholdi scripsère, vel qui illius illustrissimam memoriam ferunt, videre habes cum actis eius fusiùs scriptis libro nostro de vitis SS. Carmelitarum, in fine vitæ S. Bertholdi.

In Collecta.

Damus Carmelitam ex Apostolico Indulto, huius officium totus celebrat Ordo Carmeli, sub die 29. Martij, tamquam de vno viro vt recitat officium eius, qui totum, Carmelitarum Ordinem ómni sanctitate texit, & auxit.

DE GERARDO LAICO MILITVM MALTÆ LAPIDE PRIMO.

CAP. II.

Anno Christi 1166.

S. Ang. c. 89. catal.

GERARDVS CARMELI MONTIS MONACHVS, Laïcus ex his, quos in Ordine isto, *Fratres de Obedientia* vocant: Natione Palæstinus. Vir fuit miro in pauperes feruidus amore, & singularissimum hospitalitatis in peregrinos exemplar: Egregiæ sanè indolis, & solertiæ vir, prudentiâ, fortitudine, & multo virtutum nitore clarus.

Paleon. lib. 9 cap. 1.

Is cùm Procuratoris vices gereret pro Abbate Carmeli in Cœnobio sanctimonialium Hierosolymæ, vt refert Paleonydorus: pro subleuandis Peregrinorum necessitatibus, & ærumnis à Sarracenis, in aduenas illatis. & leuandis vtriusque sexus ægrotis, ex varijs orbis partibus confluentibus illò, vt sacra redemptionis nostræ loca, & gloriosum Christi Domini Sepulchrum venerarentur, & exoscularentur, Cœnobia Carmelæi Ordinis duo vetusta quæ Sarracenorum infestationibus penè erant depopulata, de licentia Abbatis Generalis Carmeli in duo insignia Xenodochia, charitate feruidus, erexit. In iis ipse à Calixto II. Papa pro viris factus est Rector, & Præses, primúsque confirmatus institutor, Antesignanus, & Magnus Magister nobilissimæ Militiæ Hospitalariorū quos nunc vocant Milites S. Ioannis Baptistæ in Melite siue Malta: Pro fœminarum alendarum Xenodochio altero, Ioannam, siue Agnetam quandā Romanam Europæam Rectricem Gerardus instituit. Religio ista Militaris nobilissimorum Ecclesiæ Militum sub statutis primùm à Gerardo, & Raymundo de Podio immediato successore, Magnóque. Religionis Magistro datis aliquando militauit: sed tandem ex decreto Concilij Lateranensis ab Innocentio III celebrato S. Augustini Regulam, quam modò profitentur amplexata est, sub qua, & certis Ordinis decretis iuxta varia illius Comitia, siue *Sambleas*, clarissimè floret.

ANNO CHRISTI 1166

Porro cùm excellentissimis charitatis exemplis erga Peregrinos, & ægrotos, nouos suos Milites Gerardus instruxisset, zelo noui augendi Instituti, totus ebibitus, post annos sexdecim à sua Equitum, siue Hospitalariorum S. Ioannis Baptistæ in Hierusalem institutione. Hierosolymis, in suo Xenodochiali Cœnobio, è seculo vitæ in pace descendit prope annos Christi Iesu 1166. Sub Alexandro III Pontifice O. M. & Occidentis Imperatore Federico Ænobarbo, iuxta Computa Claudij.

PRO GERARDO, ET INSTITVTIONE MILITIÆ S. IOANNIS BAPTISTÆ IN Hierusalem.

NOTA VNA.

Habetur cū Ordinationib. Sābleatum M. S. hoc in illustri Carm. BB. Cœnobij nostri Cęs. ad dextram intrantis lit.

INFIRMA nos, & malefida scriptorum aliquorum cogit mens, Originem illustrissimæ Militiæ Maltæ Laconicè perstringere, vt probemus, Gerardum Carmelitam, illius fuisse genuinum institutorem, & Magnum Magistrum, in Ordine Nobilissimorum Equitum S. Ioannis Baptistæ primum. Initium igitur huius Religionis fuit (si grauissimo eiusdem monumento fideliter ex Maltæ Archiuis educto, manuque fidelissimi Militis Maltæ exarato adhibenda erit fides) Cœnobium, seu Xenodochium quoddam Hierosolymis à tempore Machabæorum erectum, pro subleuandis necessitatibus ægrotantium militum, vel sepeliendis iisdem in bello occisis.

Cum igitur sub regimine Ioannis Hircani equitis nobilissimi & ingeniique Prophetæ Iudæ Machabæorum Ducis successoris Ciuitas sancta

ab

ANNO CHRISTI 1166.

ab Antigonio Epiphanes tetrâ obsidione premeretur, coactus est Hircanus reconditis thesauris in monumento David, partem unam exhibere, ut obsessi respirare ab inimico aliquantulo possent: & partem pro ædificando Cœnobio (sic loquitur Manuscriptum citatum) seu Xenodochio ad imitationem S. Iudæ Machabæi largiter expendere, ubi ægroti curarentur, & cura pro mortuis sepeliendis susciperetur, ab aliquibus inibi degentibus viris. Xenodochium hoc Hircani, ut vetustissima tradunt Militaris huius ordinis monumenta, usque ad tempora peruenit Christi, qui illud suâ pluries sacrauit sacratissimâ præsentiâ, multaque miranda (ferunt) & eximia charitatis & amoris opera cum suis Apostolis, operatum esse in eo. Huius Cœnobii, seu Xenodochii pia in pauperes exercitamenta, usque ad tempora Titi, & Vespasiani perdurarunt, & captâ à Tito Ciuitate defecêre; ut postea, tempore docete, in Cœnobia duo Carmelitarum sexus utriusque, quod credimus ut asseritur, dirâ illâ Titi persecutione transactâ, erigerentur. Eapropter iterum peregrini undique, visendi sacri Sepulchri Seruatoris Iesu studio, ibi confluentes, dirè à Barbaris vexati, pressi fame, ærumnis afflicti, sine domo, sine protectione, & umbrâculo hac, illácque errantes miserè peribant: Quorum misertus pro cordis sui affectu, pius quidam post multa tempora Religiosus vir (quem vetustissima historia Girat vocant, nostra, Gerardum) ad imitationem antiqui illius Iudæ, & deuotissimi Hircani Cœnobii, seu Xenodochii, è duobus illis Cœnobiis virorum uno, & altero fœminarum, iam pridem erectis, à Carmelitis, & iniuriis Barbarorum penè depopulatis, quæ prope Christi Sepulchrum fuerant erecta, duo Xenodochia Gerardus ille, qui Procuratoris vices pro Abbate Carmeli in Cœnobio Sanctimonialium gerebat, struxit, cui nomen unì dedit, S. Ioannis Baptistæ, alii autem, quod pro reficiendis mulieribus erigebatur, S. Mariæ Magdalenæ: fertur ab aliis insignitum esse primum nomine S. Mariæ de Latina, eo quòd Latini quidam Nundinatores aliquandiu ibi fuissent recepti quod postea iidem, dotibus annuis auxère hoc nomine decorantes. Auctor Gallus addit à Religiosis fuisse administratum virorum Cœnobium: (Lequel estoit gouuerné par des Religieux du Carmel.) Pro viris constituit se, administrantium Gerardus Rectorem: pro fœminis Annam quandam, siue Romanam Agnetem præposuit, non voto, sed iuramento, omnes sexus utriusque ibi ministrantes, assistere astringens, ægrotantium necessitatibus & seruitio. In his ergo cum tot pietatis operibus, ut numerari nequeant, in peregrinos, & valetudinarios exhibitis, Gerardus, & Anna cum ministris suis splenderent, nonnulli Malfenses quidam nundinarii, & Principes alii confluentes illo charitate deuicti, pretiosis datis dotibus Xenodochiorum temporalia bona breuiter auxêre: Eáque, ut Catalogus Magistrorum Militiæ ex Gallico auctore affirmat, sub Sedis Apostolicæ protectione recepta sunt, & grandibus Priuilegiis à Lucio II. Summo Pontifice quàm primùm aucta, qui statim Gerardum Rectorem illorum Apostolicâ confirmauit auctoritate, & sacras constitutiones pro regimine ministrantium, siue degentium in Cœnobiis illis, seu Xenodochiis, quas Gerardus scripserat Apostolicâ item benedictione communiuit, anno salutis 1143. ut affirmat Pineda. Ex quo factum est, ut assiduo Xenodochii illius, quod Cœnobium vocant vetusta Ordinis memoria, seruitio, multi sese deuouerint, non solùm ægrotos reficere, sed armis etiam eos ab infestationibus Barbarorum defendere, in honorem gloriæ Christi, amoris, & fidei eius Catholicæ, Iudam, & Hircanum imitantes, qui una manu peregrinis subueniebant, & altera pro defensione legis, ense viriliter dimicabant.

Porro Gerardus annis sexdecim charitate, virili vigore, prudentiâ, & multis virtutibus insignis vitam ibi transegit, cuius loco, vitâ functi, Ministrorum Xenodochii suffragio communi, F. Raymundus de Podio Gallus Delphinas, ut scribit Iaques Bossius, Præses selectus est: & Frater vocatus, eò quòd, ut credimus, ex fratribus siue Monachis Carmeli Gerardus fuisset assumptus, ut Religionem nobilissimam S. Ioannis inciperet, vel ex Fraterna assidua charitate, quam cum successoribus professurus erat, vel ut tantum Principem Gerardum, hoc etiam glorioso nomine fratris imitaretur; nomen tamen Rectoris, seu Præsidis, quod à Lucio II. fuerat Gerardo inditum, in Magni Magistri Xenodochii, & Hospitalariorum S. Ioannis in Hierusalem nomen transferens. Raimundus autem vir fuit, ut historiæ Ordinis Gallicæ narrant, magna prudentia fortitudinis, & Zelo, cumque quos Gerardus ad nouum sodalitium tam pro mittetur receperat, plenos feruore, & charitate, augendaque gloria Dei Zelo vidisset ignitos, auctoritate Eugenii II. Regulam, siue institutionem quamdam illis præscripsit, & eosdem talari nigro amictu, & albâ cruce quatuor angulos, in quatuor extremitatibus notatâ, in pectore signauit, quò significaret, illos ut nobiles cordis puritate, & fidâ amoris Christi in proximos charitate, intentionis cælestis acquirendi Regni, tramite recto, pro gloria Dei, & proximi bono, dimicaturos semper, & iaculaturos in hostes fidei Dei, quod innuit crux in pectore, quatuor quasi iaculis compacta.

Sub iis Gerardi, & Raymundi institutionibus in unam regulam quasi coeuntibus, Regula S. Augustini accommodatis (decreuerat enim Lateranense Concilium sub Innocentio III. celebratum omnes institutiones Regulares, ad unam è tribus, scilicet vel S. Basilii, vel S. Augustini, vel S. Benedicti esse reuocandas) in obseruantia trium votorum Essent altum (voto námque tres Raymundus adstrinxit quos Gerardus simplici iuramento deuinxerat) vixêre, quotquot nobiles equites, siue Sacerdotes, siue viri, siue fœminæ Militari Religiosæ vitæ proposito, sese dicarant, & in posterum dicarentur. Creuit igitur, & dilatatus est incremento mirabili Religiosorum & virtutum nobilissimus Ordo S. Ioannis Baptistæ nomine decoratus, præsertim ab eo tempore, quo Godefridus Bullonius accepit è Barbara manu Ciuitatem: & Raymundo vita functo, in posterum processit, ad dicti Cœnobii siue Xenodochii Regimen, Magistrum Ordinis Magnum, suffragio communi, creantes iidem illi, qui militia dicta nobiles, & Sacerdotes ex voto fuerant adscripti: & sic sine intermissione, inconcusso gradu Religione currente, ad usque tempora nostra electi fuêre suis vicibus, Magni Magistri Militiæ Hospitalitatis S. Ioannis Baptistæ ut videre habes in Catalogo Magistrorum, Gallo auctore composito, & Parisiis apud Nicolaum Maon mere anno 160. impresso.

Currente tempore, & Ierosolymâ à Barbaris captâ anno 13 9 prima Religionis Sedes translata est

Manuscript. cit.

Ord. Militiæ S. Ioann. vetustæ memoriæ.

A. Chronicis antiq. Carmelitarum.

Historia Hierosolymitana, & Catalogus Magistrorum Melit. Gall. scriptus.

Auctor Gallus in Catalogo Mag. Militiæ S. Io. Gallicè scriptus.

Catalogus Magistrorum Magnorum S. Io. cit.

Pin. lib. & c. 12. §. 2. Monarchiæ Ecclesiast.

ANNO CHRISTI 1166.

Ut constat ex MS. vetermo sacræ S. Ioan. Militiæ Lq. Bossius in hist. Ord. Militiæ S. Ioan. p. 1.

Hist. Ord. Militiæ Gallica.

ANNO CHRISTI 1166.

est Rhodos. anno penè eodem, indéque Melıten siue Maltam, huiusque hodie gloriose perdurat, glorioso sui nomine non perituro. Illustrissima de inimicis reportata trophæa, Religiosam professionem, virorum nobilissimas propagines, militum ingenuorum acies, à mari, vsque ad mare notas; & a flumine, vsque ad terminos orbis terrarum terrore nominis sui veneratas ab infidelibus, quis breui compendio cinget? Sufficiat nobis gloriosam illius originem, pro voto, etsi transcursim pertigisse, vt probaremus, ad nostra redeuntes, Gerardum nostrum illius institutorem, Monachum Carmeli fuisse. Et nisi breuitatis nostræ studium præpediret nos, multis rationibus hoc probauissemus assertum; sufficiat tamen auctoritates aliquas nixas fundamento aliquorum adducere.

Carmelitanam ergo Religionem, quæ in Terra sancta prima est sortita natiuitatis suæ cunabula, nunquam primæ sedis istius locum, professionémque amisisse, compertum est: & quanquam a Barbaris variè fuerit, & miserè capta Ciuitas Hierusalem, semper ibi Carmelitarum Religio primissimum habuit domicilium, & sedem, vt testes fuêre, per epistolam ad Bonifacium VIII ex Accone missam, Nicolaus Lorges, siue Lorginus, Vicesimus Magnus Magister militiæ Hospitalariorum S. Ioannis Baptistæ, electus anno 1279. & Guillielmus de Belloloco Magister Generalis Templi, quæ incipit: Inuenimus, &c. *& refertur à Vualdensi nostro: & Rodericus Nicosiæ Episcopus, & Gerardus Ebroicensis Episcopus, & Vicarius Hierosolymitani Patriarchæ, & Guilhelmus Episcopus Tiberiacensis, per epistolam item missam ad eundem Bonifacium Papam anno 1284. Itaque ibi manentes pijs perfectionis omnis operibus semper fuêre detenti, alij contemplationi assiduæ vacantes: alij autem fraternæ charitatis operibus insistentes: vel bona etiam temporalia, quibus egebant ipsi pro communi suo victu in pauperes vexatiores diuidentes: quapropter de illis Sixtus IV loquens in hæc verba illustria prorupit:* Tanquam Religionis speciali charitate fulgentes: Sanctorúmque Prophetarum Heliæ, & Elisæi, & aliorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes. *Et paulo post de fructibus sanctitatis, & bonorum operum loquens, adiungit:* Fructus quoque vberes, quos dictus Sacer Ordo in agro militantis Ecclesiæ in propagatione Religionis, & fidei Orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter & producit, ac in futurum producturum fore indubitanter speramus, paterna charitate intuemur, &c. *Inter eos autem omnes feruidus Gerardi nostri charitatis ardor illuxit. Quem sanè Carmelitam fuisse è Carmelo in sanctam ciuitatem adductum vices agere Procuratoris Sanctimonialium Carmelitarum, scitissimus, & fidissimus antiquitatum nostrarum indagator Paleonydorus asseruit, sic:* Gerardus interea Ordinis Carmeli Montis, atque Procurator Monialium Ordinis nostri perpendens Christianis continuè periculum imminere, in subsidium peregrinorum inchoauit nouum Ordinem Militantium Hospitalariorum, S. Ioannis Baptistæ, sub Regula S. Augustini. *Paleonydorum sequutus est Coria, S. Angelus, Oliuanus, & omnes Ordinis historiographi, à quibus non stant, si benè perpendantur, S. Antoninus à Pineda citatus, Villegas nisi dicamus errasse, dum affirmat Gerardum, Equites, & Militiam S. Ioannis albâ insigniuisse cruce, quod factum est, vt diximus, à Raimundo: & Hieronymum Roman. Augustinianum, etiam, vt in multis, à veritate discessisse, dum dixit:* Institutum hoc nobilissimum Hospitalariorum, non antè, *sed tempore Godefridi Bullonij, dum Hierosolyma pro Christianis staret incepisse. Hæc dicta sufficiant: rationes autem multas, quibus veritas ista de erectione Militiæ nobilis istius congestas inuenies in Coria nostro. Vide etiam Hierosolymitanorum siue Rhodiorum (nunc Militensium) Equitum scriptores: Melchiorem Bandinum, Antonium Geoffredum siue Viradierum, si typis iam extat historia Ordinis ab eo incepta, Antonium Foxanum Hispanum illius prosequutorem, Torquatum Taxum qui Hetrusco Poemate de huius Ordinis egregijs facinoribus dilucidè tractauit, & alios, apud Iacobum Bosium.*

Catalogus Mag. Magistr. Maltæ Gallicè scriptus.

Tho. Vvald. to. 1. tit. 19. ad contumelias Vvitcleph. c. 89.

Sixtus IV in Bulla *Dum attenta.*

Paleon. lib. 3. cap. 11.

Coria dilucid. lib. 1. c. 22. & li. 9. 30.

S. Ang. Catal. cap. 89.

Oliuan. to. 2. gour. disc. cap 22. §. 5. n. 28.

Pin. §. 2. lib. cit.

Villeg. p. 2. Flos S. reformat. in vita Sacerd. Aaron.

Coria. citatus.

Bandinus.

Geoffredus.

Foxanus.

Taxus.

Iacob. Bosius.

DE S. BROCARDO PRIORE GENERALI LATINORVM CARMELI SECVNDO.

CAP. III.

Anno Christi 1166.

SANCTVS BROCARDVS patriâ, & cognomento Hierosolymitanus, secundus Latinorum Generalis Prior Carmelitarum: vir insigni vitæ sanctitate præexcelsus, variôque doctrinæ genere excultus. Miro verè amore oues sibi Carmeli traditas pauit, & zelo insignis, Dei honorem, ac fidei Catholicæ integritatem tutatus est.

Is, quoniam diuina viderat prouidentia, Carmelicolas suos è patrio Carmeli solo à Barbaris repellendos, dispergendósque per Asiam, Africam, & Europam verbo, & opere eos multo hortatus, ad Propheticæ vitæ continuationem inconcussæ obseruantiæ, sedulò monuit. Vt autem Pontifici Romano, cæterisque Europæ Prælatis, & Principibus Propheticus foret gratior ille cœtus, ab Alberto Hierosolymorum Patriarcha, qui Carmeli quondam fuerat Monachus, vt pro iure suo ordinario Carmelitis more Monachorum in Europa degentium Regulam, ac quandam viuendi normam in scriptis nouam tradere dignaretur, expostulauit. Annuit piis pij viri votis Albertus, tunc à Latere Legatus Apostolicus, & Carmelitis (qui in lege veteri, iuxta præscripta ab Helia, & Elisæo vitæ eorum exemplaria per manuductionem nullæ traditionis adductæ: & in noua iuxta Euangelica dogmata Christi, & Apostolorum, & Ioannis Patriarchæ Regulam ab anno Christi Iesu 400. exhibitam, fidelissimâ obseruantiâ gloriosè vixerant) ad instar Monachorum Occidentalium, Regulam, vitæque dirigendæ methodum, Idibus Ianuarij anno 1171. Ptolemaidæ tradidit, ex doctrina Ioannis Patriarchæ & sacræ Scripturæ monitis deductam, annis plus minúsve 45. ante Dominici, &

Anno Christi 1166.

Francisci Sancti Religionum approbationem, vt comprobat Sacrum Lateranense Concilium, quod Carmelitanam, & Augustinianam Religionem illi præcessisse testatur.

Hanc Regulam Alberti, de qua alibi fusè differtum est, nos Carmelitani de Obseruantia antiqua (loci, & temporis supputatâ ratione) licet sub mitigationibus Innocentij IV. anno 1248. & Eugenij IV. anno 1431. factis, mirâ obseruantia, ad vnguem custodire, & obseruare gestimus, multis magnâ sanctitate florentibus; non enim institima Pontificum mitigatio Regulæ, firmissimos in nobis veris Carmelitis, & primis sanctitatis spiritus exussit, vt ex iteratis Sanctorum fructibus est videre.

Quod ad nostrum Brocardum attinet, multi à nobis citati alibi, illustrem de illo mentionem faciunt asserentes, quòd post mortui suscitationem, multorum millium miraculorum effectionem: post indutias in Damasco, concione ad Iordanem factâ, cum Saladino Syriæ, Ægyptique Rege, nullus ad hoc ab Alberto Patriarcha: post acquisitum Deo, & Religioni nostræ Viceprincipem Mamelucum, Sultani in Damasco Proregem, & sanitati donatum (erat enim leprosus, mambúsque contractus) ex Monte Carmelo, ad Montem, qui Christus est, Sanctitate, migrauit illustratissimus octogenarius, multis cùm iam sacris dogmatibus suos instruxisset, & per annos eos 31. rexisset, ab anno quo in Carmelo Prior Generalis electus est, qui Christi erat, iuxta computum Transpontinæ quod sequimur 1166.

In lib. nostro de vitis SS. Carm. vita Brocardi.

Boërsius Catal. Gen. in Brocardo.

Quoad ea quæ scripsit, Posseuinus adducit, sui Ordinis Canonum lib I. statuta in Carmelo facta lib. I. piarum exhortationum, lib I. Porrò Regni Christi gubernacula gerebat in terris, dum Brocardus anno 1197. ad astra volauit, Cælestinus tertius: & Occidui solis Imperiale sceptrum Henricus Ænobarbi filius. Vide Paleonydorum Lucium, & Coriam, & S. Angelum, & nostrum de vitis SS. Carmelitarum Hispanico librum. Vbi plures S. Brocardi scriptores tibi damus.

Catalog. Transpontinæ in Brocardo. Posseuin. in appen. li. B. Paleo. lib. 3. cap. 2. P. Lucid. in BB. Car. Coria li. 10. c. 3. S. Ang. Catal. c. 90.

DE S. ANGELA PALÆSTINA VIRGINE BOHEMIÆ REGIS FILIA.

Cap. IV.

Anno Christi 1166.

Sancta Angela Virgo natione Palæstina (patriam habuisse Tyrum sunt qui dicant.) Patrem Raymundum Bohemiæ Regem habuit. Hanc, temptis mundi diuitiis, & honoribus, Sacrum velamen virginei pudoris, Christo, & Virgini Mariæ dicatam, suscepisse in Prouincia Bohemiæ, & in Pragæ Cœnobio, ferunt aliqui: In Tyro Palestinæ, post Patris mortem, de manu Brocardi Carmeli Prioris velum Virginum & Virginis Mariæ habitum induisse alij tradunt; necnon natione fuisse Bohemam domóque Pragentem, & hoc certius habendum, vt Posseuinus affirmat.

Inter ea tamen, quæ de hac sacra Virgine notanda veniunt, circa ea quæ scripta reliquit Accipite Del-Rium agentem de reuelationibus huius Virginis Sanctæ, sic enim ait: *Fuerunt multa huiusmodi, quarum extant reuelationes vt S. Angele Virginis filiæ Bohemiæ Regis, Ordinis Carmelitarũ, quæ scripsit retrò abhinc ante annos CCCCI. Reuelationum lib. I. Ad suas Moniales, Exhortationum lib. I. & alia:* Posseuinus addit Contemplationum de Christo lib I. de Eucharistia lib I.

Claruit in vita, & morte illustrissima Sanctitate decora, annis Christi Iesu 1166. Sub summa Ecclesiæ sede, sedentis Alexandri III. & Imperio Federici Ænobarbi ab Adriano coronati.

Damus Carmelitam hanc Virginem Angelam ex Catalogis de viris Illustribus & fœminis egregijs Carmeli per Marcum Guadalaxaram & Episcopum Alguerensem, S. Angelum, S. Tiagum & alios.

Anno Christi 1173.

Anton. Posseuin. to. 1. sacri appara. in appendice lit. A. Martin. Del-Rius tom. 2. Moguntiæ [illegible] lib. 4. sect. 4. Refert Del-rius dicta etiã Leander Granat. Benedictio. lib. *Lux mirabilium* arte. 2. §. 8. affirmat eandé Carm. & lib. illum scripsisse Reuelationum. Posseuin. cit.

DE MAMELVCO PROREGE DAMASCI

Cap. V.

Anno Christi 1173.

Mamelvcvs natione Arabs, ex Damasci ciuitate Prorege, suasionibus S. Brocardi ad Christi fidem allectus, & fastidito sæculo, Heliadum consortio ab ipso Brocardo in Carmelo annumeratus est.

Exemplo vitæ insignis effulgens, strenuus Christianæ militiæ breui factus Athleta, volauit ad astra, vt acta Brocardi referunt, anno Christi Iesu 1173. sub summo Ecclesiæ Patre Alexandro III. & Imperatore Occidentis Friderico Ænobarbo ab Adriano coronato.

In vita S. Brocardi. M. S. codice vetusto quod habemus ex Bibl. sign. Cisterciensis Monasterij Oliuæ, in Reg. Nauarræ vbi habentur varia de SS. Ordinis diuersi acta illustrissima

DE AYMERICO ANTIOCHENO PATRIARCHA.

CAP. VI.

Anno Christi 1187.

Aymericvs, siue Hatmervs cognomento à Malespida natione Palæstinus, ex Antiochenæ Ecclesiæ Decano, factus ibidem Patriarcha, & postea Legatus Apostolicus à *latere* in Syria. Primus fuit, qui, vt diximus Anachoriticam Carmelitarum Obseruantiam è Græco more, ad mores Latinos traduxit, & ex Monachali, Mendicantem nostram Religionem effecit, Apostolicâ qua fungebatur Legati *a latere* in Syria auctoritate.

In notis ad initium huius ætatis.

Vir fuit doctus, & sanctus, zelóque Christi fidei feruidè flagrans, quique precibus summis, lachrymis, & epistolis multis, pro recuperatione Terræ Sanctæ, cum Rege Anglorum anno 1187. plurimùm intudauit. Teste Baronio,

Baron. ad ann. 1181.

ANNO CHRISTI 1187.

multis ædificatis Monasteriis (in Heliadum honorem) suauissimo se iugo Religionis submisit (cuius erat nobilis propagator & custos Ouilis Mariani constitutus, non certè institutor aut promotor aut auctor, vt sibi malè persuasit Baronius.) id quod auctores multi recensent: & dum sileat Ordinem Baronius, cui submisisse se credendum, nisi illi, quem summa amoris vi ex corde prosequebatur, qui erat Carmelitanus? Hoc facili suadendum negotio: Sed tamen de nostro nil addere decernimus.

Multi ex auctoribus seuerioris notæ Aymericum inter nostrates Carmelitas adscribunt, vt Santiagus, & alij: Nos verò non modò tanquam Professione Heliadem, sed tanquam affectu grandem Eliadum fautorem ante Monachatum, & propagatorem ingenuum, tanti beneficij gratia huius ergò, vel tanti nominis Patriarchę nota, Chartam hanc decorare gestientes huc adscribimus cum inter Carmelitas illustres huius Paradisus nostri germina sacra. Scripsisse ferunt Epistolarum librum I.

S. Tiag. in Catalogo Carm.

Floruerat autē annis Christi 1187. sub summo Pōtifice Gregorio VIII. & Friderico Ænobarbo.

Scimus ex S. Patris nostri Cyrilli epistola ad Eusebium Eremita prolixâ satis colligi, floruisse hunc celebrem Aymericum annis Christi 1099. in quibus, aut in circa satis, nostros, vt fatur ipse Cyrillus, per obedientia vinculum, suo modo colligauit. Sed cum ad hunc annum 1187. recessisse non putamus, cum parum veritatis formæ potiori conducat hæc annorum hîc, vt alibi, vsurpata inter viros alteros intercapedo narrandos siue enarratos. Æqui bonique hæc quæsumus consulas lector amicus.

Vide notas retro in initio Ætatis huius datas. Et Vvastelum Apologiâ contra Baronium cap. 21.

ANNO CHRISTI 1225.

ÆTAS DECIMAQVARTA,

Quæ est ab anno Millesimo ducentesimo CHRISTI IESV, vsque ad annum trecentesimum supra millesimum eiusdem tertiadecima.

Fundatæ Religionis anno 2134.

DE ECASTO GRÆCO.

CAP. VII.

Anno Christi 1200.

ECASTVS, aliis Eastus, sed errore, Carmeli Cœnobij filius, natione Græcus, doctrinâ, & religione Posseuino fulgentissimus teste: in interpretandis diuinis & cælestibus charismatibus, supremique sacrificij mysteriis cælesti sapientiâ, & indicibili proprietate donatus, ex iis à Ioachimo mirificè commendatur Abbate. Transtulit è Græco in Latium (fuit enim Græco, & Latino sermone peritissimus) diuinum S. P. nostri, Cyrilli de Missæ mysterio oraculum ab Angelo oblatum Cyrillo.

Posseuin. to. 1. S. App. ad appen.

Ioach ep. ad S. Cyrill.

Florebat in Carmelo Posseuino dicente, annis Christi Saluatoris 1200. sub Innocentio III. Pontifice O. M. & Imperio Othonis contra Philippum: adscribunt eum inter Carmelitas Moderni Ordinis Chronographi ex vetustissimis exemplaribus, & Catalogi adducti.

Posseuin. to. 1. S. App. ad appen. f. 727.

Emanuel Roman. & alij.

DE SANCTO CYRILLO CONSTANTINOPOLITANO, CARMELI PRIORE GENERALI LATINORVM TERTIO.

CAP. VIII.

Anno Christi 1225.

SANCTVS CYRILLVS natione Græcus, patriâ Constantinopolitanus, nobilissimo genere natus, alter omnino à duobus aliis, de quibus suprà loquuti sumus, Montis Carmeli Monachus, & totius Prophetici Ordinis Heliæ tertius inter Latinos Generalis Magister in Carmelo selectus. Vir sanè Sanctissimus & Prophetico spiritu clarus. A teneris vnguiculis, Ioannis Baptistæ, & Samuelis exempla sectatus, Deo totum se dedit: adeóque in omni doctrinarum genere capessendo profecit, vt insignis doctor ab omnibus habitus sit. Vberrimâ enituit facundiâ docendo, promptitudine, & agilitate in concertando.

Ætate 5 sub an. 385. Et ætate 6. sub an. 444.

Cùm audisset Iconij Soldanum sacros Christianæ militiæ libros optasse, codicibus sumptis, & Doctorum commentariis, Iconium venit, tantóque verborum spiritu

Sultanum

ANNO CHRISTI 1225.

Sultanum aggressus est, vt breui eum cum suis Ciuitatibus numero decem, villis, populis, & locis, quorum incolæ quinquaginta millia hominum numerum excedebant, vt sanctus Antoninus insinuat, & prosequitur Coria noster, in Christo regenerarit, & omnes suâ manu Baptismi sacri tinxerit vndis. Compulit interea Cyrillum Constantinopolitanus Imperator Emmanuel legationem facere, ad Alexandrum III. Pontificem Opt. Max. pro redigendo Romano in vnum Imperio iam pridem diuiso: Legatione peractâ Constantinopolim rediit Cyrillus: & ecce inter eum, & Constantinopolitanum Patriarcham de Spiritus sancti Missione exortam controuersiam: cúmque rationibus Græcos nequiuisset multis, ad Catholicam doctrinam adducere, malitiæ, & tempori cedens, illorúmque errores fugere cupiens, Constantinopolim à Virgine sanctissima Matre admonitus in somnis reliquit: ad eum enim sic est in somnis alloquuta Regina Maria: *Cyrille noli trepidare, si Græcorum cupis aufugere errores, vitam in Eremo Montis Carmeli arripe, ducendam.* Tunc per calcata bona temporalia pergens, diuiso in pauperes ære, Syriam illico enauigat Cyrillus.

S. Antonin. 2. part. t. 17. c. 9. §. 7. Coria lib. 10 cap. 6.

Ex. Ordinis Chronico in vita sancti.

Obuius fit Carmeli Priori Brocardo, Attico illum salutat eloquio, propositique sui arcana detegit; quo tanto hospite, Doctore, & viro Brocardus exultans, post multa inter vtrosque alloquia, Cyrillum aliquantulò Brocardus quiescere monet: Ad quem sanctissima Virgo Maria in somnis iterum loquens: *Hic tutus eris, Cyrille*, dixit. Die sequenti habitu est à Brocardo indutus Carmeli: quo tantâ illico sanctitate profecit, vt mirabilis cunctis, Deo, Virgini, Angelis, & Sanctis, à quibus variè meruit honorari, gratissimus esset. Inter alia virum vidit eximio venerandum aspectu, iuxta se infulatum stantem, & alloquentem: *Ne timeas Cyrille: sum Basilius Carmeli quondam Montis Eremita; Cæsariensium Pastor: accessi tibi à Deo nuntiare, vt in Armeniam pergens verbum Dei disseminès ibi, & Christi lucernam accendas.* Quo audito, & Priori audita pronuncians, cum Eusebio fratre, benedictione obtentâ ad Armenos, factumque diuini verbi semen disseminans ibi, totam Armeniam ad Christi fidem attraxit.

Hinc, decem annis elapsis, ad Carmelum ab Armenis remeat, vbi Angelicis affatibus, & aspectibus crebrò potitus, multis etiam reuelationibus à Domino honoratur. Inter quas in venerabili S. Hilarionis Carmelitæ festo, Missæ peragens solemnia Cyrillus, Angelum videt virgineo in nebula aspectu, liliatâ in manu virgulam ferens, duásque argenteas Græcis litteris tabulas inscriptas ostendens, Cyrillóque dicens: *Cyrille, has tabulas misit tibi Deus omnipotens, tanquam suo famulari.* In his compendium quoddam, vndecim capitulis distinctum, erat scriptum, in eôque quædam de futuro Ecclesiæ statu prædicebantur: hoc misit explanandum ad Abbatem Ioachimum Benedictinum, virum insigni præditum sapientiâ.

Bartholom. Pisanus lib. de laudib S. Francisci.

Contigit autem Brocardum cedere è viuis, anno 1197. cuius loco in eodem Carmelo suffectus est Cyrillus, qui summâ laude annis viginti septem rexit Heliæ currum. Famâ viri Innocentius III. auditâ, Cyrillum Hierosolymitanâ Patriarchali infulâ decorauit, sed insulæ cedens ob humilitatem in Carmelo suo remansit Pastor ingenuus.

ANNO CHRISTI 1225

Miraculis eum clarum in vita, & morte reddidit Deus: cæcum sanauit, illúmque postea defunctum vitæ quoque nouæ luci donauit. Prophetico, quo claruit spiritu, Ecclesiâ Dei, & dilectissimum Matris Virginis Carmelæum Ordinem, ob hominum scelera, de medio terræ sanctæ tollendos prævidit. Sed pro Ecclesia, & Religione sua ad Virginem orans, diuina Virginis auxilia persensit, nam B. Virgo maiori quâ antea incremento in varias orbis partes disseminandam fore: Religionem Heliæ promisit, totiúsque mundi lumen, & splendorem futuram: & multis Summorum Pontificum fauoribus, & Priuilegiis decorandam.

Porrò ad ea quæ scripta reliquit accedentes: inprimis habemus, Ad Abbatem Ioachimum opuscula de oraculo Angeli, lib. I. De incremento Ordinis sui, lib. I. Epistolarum ad diuersos, lib. I. sed singularem ad Eusebium fratrem, teste Paleonydoro: Prophetiarum, lib. I. Hæc nobis omnia Coria dedit.

Tandem felicissimâ morte decorus, & venerandâ senectâ, coronatus honore, & gloriâ, faustus, & felix ad supera volat, anno Christi Iesu 1225. sub Summo Ecclesiæ Principe Honorio III. & Imperatoribus Occidentis Philippo, & Othone: vel potius iuxta computa Claud. j, Friderico II. Sepultus est in Carmelo, iuxta corpora sanctorum Bertholdi, & Brocardi.

Errant, qui duos Cyrillos Alexandrinum, & Constantinopolitanum, vnum, eúdémque faciunt, cùm nec tempus in eos consentiat, nec ordo gestorum.

Paleo. in ep. ad Rumoldum.
Cor. lib. 10. cap. 7.
Claud. Rob. in sua Gallia Christiana.
Gilb. in vita S. Cyrill.
Io. M. in vita S. And. in vita S. Tith. de temp.
S. Antonin. 2. p. tit. 17. c. 9. §. 7. Iacob. Ph. de S. Ital.
Herm. in vit. S. Fr. l. de S. nup. canon. c. 3.
Paleo. lib. 3. cap. 4.
In vita S. Cyrilli Constantin. Do-ctores.

Quæ diximus fideliter eduximus è Gilberto Anglico, Ioanne Maria de Polluciis, Andrea Torresano, Trithemio, S. Antonino, Iacobo Philippo, Hermano Schedelio, Equilino, Paleonydoro, Breuiario Ordinis antiquo anno 1495. impresso; & moderno, & aliis adductis à nobis in nostro de vitis sanctissimi Carmeli Hispanico libro. Agit de hoc Cyrillo Constantinopolitano officium solemne, tamquam de sui Ordinis filio, & Patre Ecclesia Ierosolymitana sub die 6. Martij ex Apostolico veteri indulto, & noua Pauli V. & Vrbani VIII. concessione. Latè vitam illius scripsit Conradus Aldendorpus Carmelita sub annis 1590.

* * *

ANNO CHRISTI 1129

DE B. BERTHOLDO PRIORE GENERALI LATINORVM Quarto.

CAP. IX.

Anno Christi 1229.

Catalog. G. M. transpõtinę & alij Ord. scriptores moderni.

BEATVS BERTHOLDVS huius nominis II. natione, & cognomento Lombardus, inter Latinos IV. Carmeli Generalis Prior electus in Carmelo anno 1229. Ab anno enim 1225. obitus S. Cyrilli, vices tantum Generalis Vicarij potestate rexerat.

Vir fuit prudentiâ, & virtutibus altissimè decoratus: Fidei Christi, Ordinisque Heliæ zelator ingenuus; eapropter multos è Carmelo in varias remisit Orbis partes Euangelium prædicare, & Religionem propagare Mariæ. Floruit autem virtutibus, sapientiâ, & Religione mirabilis. Cúmque suos, quos Prioris Generalis stemmate rexerat, per annos septèm ad sancta verbo, & opere suislet hortatus, mirificis sapiētiæ, & sanctitatis incrementis Heliæ Ordine, suo tempore adaucto, volauit ad astra, anno à quo Christus de Virgine Matre processit 1236. sub Pontificalibus Gregorij IX. & Imperio Othonis, in Occidente regnantis.

PRO B. BERTHOLDI TEMPORE.

NOTA VNA.

Ex. Ord. Chron. lib. 1. cap. 8.

CREVERAT *in gentem magnam Propheticus Ordo, palmitésque extenderat suos, vtraque lege, à mari vsque ad mare in partes omnes Orientis, sed Sarracenorum terrore compressus Christianorum tutiora quæritabat loca, Galgalis, Hiericunte, Carmelo, Jordane, Quarentana, & aliis Terræ sanctæ partibus relictis. Mortuo Cyrillo suo, magnus ille Carmelitarum populus, qui quondam supputari non poterat, ad pusillum populum redactus est. Eapropter cum de successore Cyrilli deligendo peragere comprimeretur, in Carmelo congregatus, sub Generali Ordinis Vicario Bertholdo, Lombardo, post alia, an deceat Ordinem tam diè à Barbaris afflictatū in terra sancta è partibus illis, ad Europam traducere, peractum est* Scinditur interea studia in contraria *Religiosus Heliadum* cœtus: *alij transmigrationi annuentes, adducebāt illud Christi*; cùm persequuti vos fuerint in hac ciuitate fugite in aliam: *alij renuentes, amore sacri soli illius victi, se vitam ibi profusuros, si opus esset, affirmabāt, nulle quanquam promererentur iniuriis: illo Christi etiam validissimè firmati:* Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. *Ast, inter hac ad firmius afflictorum deuenientes asylum, cum in Deo, & Virgine Matre insistunt precibus, ad quos orantes silentio noctis de more suo pia Mater accurrit semper, & vbique Carmelitis suis afflictis præsentissima Protectrix, & Turrix, Angelicis stipata cateruis apparens: & in medio Gremij constituta, sic omnes Carmelicolas suos affata est:*

Non Syriæ, aut Solymæ est tantùm Carmelicus
Ordo,
Splendor, sed lumen totius Orbis erit.

Quibus auditis ecce omnes vno consensu propagare Religionem in partibus Occiduis celeres se accingunt. Tunc igitur erecta sunt Cypri Cœnobia, & quæ in Sicilia sanctus Angelus cum sociis erexerat, numero notando creuere virorum, & vsque nunc in tot adaucta, vt in duabus Prouinciis partitis illius, S. Alberti, & S. Angeli cognominibus, notatis ad numerum prima excedat 57. illustrium Cœnobiorum: & secunda ad numerum 48. vt Constat ex Catalogo Boersij nostri.

Boersius.

Huius tempore Patris, & Generalis Magistri, illud, quod tanquam futuro euentu Bertholdus I. prauiderat, adimpletum & visum est, innumeras scilicet Carmelitarum animas, ad supera volare, quorum corporum vitas dira Sarracenorum rhomphaa, furore absorpserat diro: nam huius tempore Patris innumeri è nostris ferocia calcantes hominum tormenta, ludibria, & verbera experti, gladiis, fame, frigore, afflictione, & exilio compressi, æternas adiere Martyrij palmas in astra capturi. vt memorant Ordinis illustriora monumēta passim. Interea sanctionibus seueris, & seuerioribus illarum obseruantia in partibus Cypri, & Siciliæ, priscam patres vigoris sui integritatem sanctis germinibus pullulare fecerunt, vt notarunt Tursellinus, & Mantuanus.

Hor. Tursell. l. 8. hist. Lauretanæ Mantua. fastorum lib. die 8. Septemb.

DE PETRO ANGLICO, ET DE REGINALDO

CAP. X.

Anno Christi 1230.

Brou. tom. 3 Annal. p. Bar. ad ann. 1143.

PETRVS ANGLICVS natione, vir nobilis, & eruditissimus, præclaráque Religionis præstantia venerabilis. Is totius Religionis nominē, cum Reginaldo, quem Raymundum Bzouius vocat, etiam Anglico natione, & professione Carmelita, Concilio adsuit Lateranensi, sub Innocentio III. anno Christi 1215. celebrato, in quo vt Bergomensis asserit 1500. adfuère Prælati, inter eos Patriarcha Albertus cum

Bergom. lib. 13. sup.

ANNO CHRISTI 1229.

multis

ANNO CHRISTI 1230.

Thom. à Iesu lib. 1. antiq. Car. S. Tiagus in catalogo Illust.

multis Carmelitis, quos, vt affirmat Thomas, è Carmelo deduxerat ipse, vt notos faceret Heliades in Europa. Tantam igitur ij nacti sunt sapientiâ, & Religione suâ, inter sacros Concilij, Patres, auctoritatem, vt eorum causâ, & studiosa petitione sancitus sit Canon ille celeberrimus: *In Capite Ne nimia de Religiosis domibus*, qui postea anno 1273. in Concilio Lugdunensi, sub Gregorio X. fuit confirmatus, vt asserit S. Tiagus noster.

Plura ferunt doctissimum Petrum scripsisse moribus, & Christi Ecclesiæ vtilissima, quæ modò desiderantur, fatemur autem nos nulla typis vulgata vidisse. Hi celeberrimi Patres duo fuêre, inter innumeros, quos diuina in Carmelū prouidentia duxit, temporibus illis, quibus Sacer Propheticus Ordo pellendus erat è natiuo solo Carmeli, & Syriæ, & in Europam ducendus. Itaque quo dilectæ vineæ translatio, gloriosioribus fieret incrementis in Europa *Crescerétque in vineam latiorem*, vt promiserat Ezechiel, temporibus S. Bertholdi, Brocardi, & Cyrilli Priorum Generalium Carmeli, prouidentissimus Deus plures vocauit viros, ex variis partibus Europæ, vt vel terræ sanctę visendę desiderio capti, vel vi mirabilium vitæ exemplorum Carmelitarum terram illam incolentium (quorum gloriosæ famæ odores vel per remotiora Regna erât diffusi) iugo se Heliano submitterent: & vitæ sanctitate, & sapientiâ grandi, quâ relucebant in Europæis partibus, Heliæ plantarent Propheticam disciplinam, & Virginis Mariæ Ordinem almum: Horum ergo hi duo, inter innumeros alios, celeberrimi fuêre Reginaldus, & Petrus, de quibus Bzouius affirmat quod eorum precibus motus Innocentius Pontifex Maximus Regulam vniuerso Carmelitarum Ordini ab Alberto Patriarcha præscriptam F. Hugoni tituli S. Sabinæ Presbytero Cardinali Ordinis Prædicatorum, & Guillelmo Anteradensi Episcopo corrigendam dederit, anno 1248. atque per hos correctam, leniram, & declaratam Apostolicâ auctoritate approbarit, Lugduni anno Pontificatus sui quinto, Kal. Septemb. & citat Paleonydorum lib. 3. antiquit. Car. pro suo asserto Bzouius: sentit idem Thomas à Iesu, antiq. Car. lib. 1. cap 8. fol. nobis 76.

Ezechiel. c. 17. v. 6.

Thom. à Iesu lib. 1. antiq. Car. c. 8. fol. 76. Bzou. cit. eodem.

Floruerat autem annis Christi Iesu 1230. sub Gregorio IX. Pontifice O. M. & Imperio Othonis, contra Philippum. Annus & locus obitus illorum latuit.

DE S. IOANNE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.

CAP. XI.

Anno Christi 1231.

SANCTVS IOANNES, patriâ Hierosolymitanus Dauidico de genere satus, Parentibus Iesse, & Anna Hebræis, S. Angeli Martyris sanguine, & Professione Carmelita, Germanus frater, Nicodemi Patriarchæ cum fratre discipulus, Carmeli Montis Cœnobij in Hierusalem sub titulo S. Annæ filius.

ANNO CHRISTI 1231.

Cùm vix annorum octo puer esset, trilinguis peritissimus erat, mirabile dictu! sui temporis Oratorum facilè, & Rhetorum Princeps, sacrarum scientiarum omnigeno stemmate clarus: sed Catholica pietate, & virtutum celebri nitore nitidior, & venustiore venustissimus, vt à Virgine Maria, quæ nomen illi, & Angelo fratri indiderat, ante ortum Patribus enunciatum est. Clarus miraculis, vt loquitur Enochus oculatus testis, in mortuorum suscitatione, paralyticorum curatione, cæcorum visu, energumenorum libertate, & variarum ægritudinum medelâ miro idem diuini præconio verbi refulsit.

Enoch. in vita S. Aug. cap. 7.

Tanto igitur virtutis, & sapientiæ magnæ candore decoratus, Patriarchalem, pro Onufrio, defuncto, Hierosolymorum infulam meruit Bzouio, & Carthagena dicentibus. Si quæ scripserit, siluit Enochus Patriarcha Ierosolymitanus: S. Angeli Martyris socius primùm in Carmelo, & peregrinationum suarum indiuiduus collega oculatusque actorum Ioannis, & Angeli testis, & fidissimus scriptor vitæ illorum, quam capitibus 28. Thomas Bellorosius Canonicus Panormitanus, & Apostolicus Notarius (è quo dicta in hoc capite accepimus,) diuisit, & dedicauit Reuerēdissimo P. G. Nicolao Audectio. Floruisse constat Ioannem, annis Christi 1231. sub Summo Clauium Principe Cæli, Gregorio IX. & Imperio Othonis contra Philippum.

Al. Bzou. Annal. tom. 13. Io Carthag. tom 3. hom. lib. 17.

Thomas Bellorosius

DE S. ANGELO HIEROSOLYMITANO MARTYRE.

CAP. XII.

Anno Christi 1231.

SANCTVS ANGELVS, ita vocatus, quod ab Angelo, potiùs à Maria Virgine Deipara inditū sit nomen illud, nunciatus ante ortum suis illustrissimis Parentibus Iesse, & Mariæ, fuit Ierosolymis ortus, ibidémque in Monasterio S. Annæ Carmelitarum, vnà cum Ioanne fratre admirabilem, sanctamque pueritiam transegit: nedum Virginitatis candore; sed virtutum, & litterarum omnium, tribus linguis, & in omni bona Philosophia peritissimus puer nitore decorus.

Eius sanctitatem eximiam, auctam in Carmeli Cœnobio, cælitus elapsam doctrinam, prædicationis, & Prophetiæ diuinum numen, duo lumina mundi, & duo stellantia Sydera clara poli Dominicus, & Franciscus, Patriarchæ illustrissimi, Romæ mirifice commendarunt. Hi igitur vnâ die, orbi felicissimâ, apud S. Ioannem in Laterano ad Romanum populum, Angelo sermonem habente, coëuntes, (vt refert Iustinianus Antist. Prædicatorij Ordinis vir celeberrimus ex libro quem Romæ, anno Christi 1580. in Vaticana Bibliotheca numero 3813 sereperiisse fatetur, in quo erat scripta vita B. Angeli nostri, & trium luminarium Ecclesiæ vaticinium illustre, hic fideliter referendum à

Vinc. Iustin. Antist. Liber erat Anto ij Diuæ auctoris

ANNO CHRISTI 1231.

nobis) nunquam Angelus à duobus Patribus agnitus antea, nec visus, vir verè Angelicus nominatur, summisque honoribus ab ambobus afficitur.

Huic ergo, inter alia, eodem Iustiniano teste, postquam ipse Francisco Christi stigmata imprimenda prænunciarat: & Dominicô, quod hæreticorum futurus esset debellator acerrimus: Franciscus ipsi mortem ab inimicis Christi in Sicilia infligendam, & Martyrio coronandum prænunciauit: & Dominicus, quod priuilegio Christi Iesu compressurus esset truculentam hæreticorum rabiem, aucturus Catholicam Ecclesiam, & Christi nomen per eum ad sydera tollendum prædixit: Quæ omnia vt fuère prænunciata à tribus Prophetis Christi fideliter euenère.

Cùm igitur per Siciliam (imò per omnem penè plagam Europæam missus à Christo sibi, vt hæc præciperet, apparente in deserto Quintéanæ, vt tradunt vitæ inclyti Martyris scriptores omnes,) Angelus velut nubes imbrifera prædicando discurreret, vtpote de quo in Apocalypsi credimus dictum illud: *Ego Iesus misi Angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesiis.* Leocatam veniens à nefario quodam (quod sororem publicè pœnitentiam agere fecisset, cúmque ab incestu publico diuellere conaretur) media in concione quinquies in pectore, & capite pugione confossus est, fidei Catholicæ, & doctrinæ sanctæ veritatem proprij effusione sanguinis confirmás: qui flexis genibus pro persequutore, & populo Martyr alacriter orans, cælos petiuit laureatus suo sanguine sacro: extemploque diffusa per corpus clarissima lux, cælestis harmonia, suauissimúsque odor, Martyris exitum honorarunt. Ex sacrarum litterarum studiis, & lucubrationibus suis, plurima scripta reliquit, sed extant tantum, Genesio Rossano teste, Prophetiæ, præsertim, quas de Regno Turcarum amplificando, de Rep. Christianorum affligenda, vsque ad tempora, in quibus Turcæ in Italiam aduentarunt, lib. I. qui in Italia excusus est, vt asserunt Mantuanus, & Thomas à Iesu.

Script. omn. Ex Enocho Patriar. Berengario.

Apoc. c. 22. v. 16.

Gen. Ros. Orad Card. S. Borromæ. de lau. S. Ang.

Clarus miraculis in vita, & morte (splendens lux de fumo, candens de sentibus lilium, rubens Rosa de spinis, infidelium filius, fidelium Pater effectus. Doctor, Virgo, Martyr, & Euangelicorum præconum Dux, & Rex) sex vitâ functis, virtute pallij sui, reuocatis ad vitam plurimisque ad sensum Christianæ Religionis, & ad Euangelij fidem, ab Idolis traductis, floruit, & obiit annis Christi 1231. sub Summo Orbis Arbitro Gregorio IX. & Imperio Othonis contra Philippum.

Mantuan in Apol. pro Car. Tho. in annot. M.S. ad Lucium.

Eius corpus apud Leocatá, in Ecclesia quondá SS. Philippi, & Iacobi, nunc autem S. Angelo dicata, ex industria Generalis Henrici Syluij, & Carmelitis ex Indulto Apostolico Pauli V. concessâ, vt loquitur Boërsius, celebri Sarcophago tumulatum est. Cui pro voto Epitaphium hoc scripsimus anno 1633. in die Corporis Domini; Cæsaraugustæ.

Fr. Boërsius in vita Henrici f. 65. & seq. & in Prouinciis Or. Prou. S. Angeli.

S. D. H. E. L.

ANGELO Iesu, Carmeli Syderi inter Sydera,
Gentis Heliadæ præmicanti Gloriæ grandi,
Ecclesiæ totius incremento,
Sex in pallij virtute sui, Sepulchrorum spoliatori;
Summo Prodigiorum opifici:
Animarum, cordiúmque Dominatori strenuo:
Totius in verbo Christi Orbis præfulgenti iubari,
Fidei Catholicæ Propagatori grandi:
In sanguine proprio Fidei fidissimo Testi:
Magno nationum Solymæ, Siculæ, Italicæ,
Et, vt alij arbitrantur, Hispanicæ, Apostolo:
Heroi inclyto Gentis Carmeli,
Tutelari Diuo.
Gloriosum hunc Tumulum placidi eleuamus.

Anno Christi 1234.

Enoch. in vita S. Tho. eiusdem. Chronic. Ord. Ioan. Pint. in Hierar. Car.

Martyrium eius dicti fideliter in hoc S. Angeli capite libro . . . ex Enocho Solymo Patriarcha, Thoma Bellorosio, Ordinis Chronico, Ioanne Pinto, & aliis grauissimis Auctoribus, qui fideliter, ex Enocho primo fonte, & auctore, vitæ Sancti teste oculato, vel à iuuenili flosculo vitæ, S. Martyris acta prosequuti sunt. Vide, si iuuat, nostrum de vitis SS. Carmelitarum Hispanico opus, ibi fusissimè Patris Angeli encomia & egregia facinora capies.

DE S. ALBERTO PATRIARCHA IEROSOLYMITANO.

Cap. XIII.

Anno Christi 1234.

Pin. lib. 21. c. 161. Eccl. Monar.

Aubert. Miræus in Elogiis.

Sanctvs Albertvs quem Pineda Leoertium vocat, natione Gallus, patriâ Ambianensis, vir doctus, & sanctus, Petri illius Eremitæ, qui, Vrbano II. Pontifice, belli sacri extitit au . . . pronepos Episcopus Vercellensis, Bethlehemitanus, & Ascalonitanus. Vnus ex quindecim viris, teste Auberto, qui Balduinum Flandriæ Comitem suis suffragiis Imperatorem Constantinopolitanum constituerunt, Apostolicus in tota Syria Legatus, demum Hierosolymitanus Patriarcha factus . . .

Carmelitis vitæ Regulam, iuxta morem priscorum Patrum Carmeli, ex imitatione Magni Patris Heliæ & Elisæi, Christi Euangelio, & Apostolorum doctrina, Ioannis Patriarchæ sacris dogmatis, in libro sacro de institutione Monachorum datis, & methodum Basilij Magni compactam præscripsit & dedit. Hæc est quam, post Regulam illam prædicti Ioannis Patriarchæ Solymi XLIV. Carmelitæ hucvsque venerantur & seruant; non Augustinianam, vt quidam dixit Macarronicus Auctor innominatus (imo vero innominandus) à Bergomensi perperam allatus, vt fatur elegans Lucas Waddingus Franciscanus & Marchez. Neque acceptam à S. Basilio Magno, vt anonymus elegantissimæ lenis . . . Basilij Regulam dantis SS. Augustino, Benedicto, Alberto Patriarchæ, & S. Francisco, ex nonnullis malè adductis auctor suadere nititur: inuerso quoque iure manus auidus gloriæ, Basilianis Albertum adscribens nostrum.

Daça lib. de Orig. Relig. S. Francisci c. 20. & 1. Iac. Philipp. Bip. lib. 9. ad ann. 392. Vvaddingus in Apolog. pro Monachatu S. Francisci. Et Ioan. Marchez defens. sui Ordin. Io. de Vineta Chronic. cap. 7. Bergom. cit. Sixt. Senen. lib. 4. BB. sacræ. Possevin. tom. 2. App. Sacri.

Hunc ferunt toto diruptum corpore fuisse à Barbaris pugionibus furiosique durissimè agitatû in vrbe Hierusalem, dum ad ægrotos Dominicum Christi Corpus deferret, vel, vt alij asserunt, dum Pontificalem processionê contra fidei inimicos, vt diuinum imploraret auxilium, faceret, pro Pastorali munere suo teste Vineta. Sed ante hunc gloriosum agonem, ad instantiam Innocentij Papæ III. teste Bergomensi descripsit luculento & veraci sermone, vt fantur Sixtus & Possevinus, Innocentio III Pontifice M. mandante, de statu Terræ sanctæ lib. 1. De Regula Carmelitarum, lib. 1. Astitit Lateranensi Concilio, iuxta Bergomensem, refecitque Oratorium Virginis in Carmelo quod ab anno Christi octogesimo, primum orbis à Virginis ascensione in cælos, erat erectum.

Claruerat temporibus Federici II. & sub Summo Principe Patrum Gregorio IX. annis Christi 1234 sepultus est Hierosolymis.

Mantuan. in Apolog. Thom. lib. 1. c. . . . Raph. Volat. in Antrop. Molan. 8. April. in Mart. Erard. Fast. ad an. 1293. S. Angel. Cat. fol. 92. Possevin. in App. Sacro. Lucius in BB. Car. Vita S. 8. April. Chronic. Ordinis. 10. cap. 4.

Porro Carmelitam fuisse testantur Mantuanus, Thomas à Iesu, Volaterranus, Molanus, Erardus, S. Angelus & alij, & constat ex Catalogo Episcoporum Vercellensium: Confirmatque Breuiarium Carmelitarum antiquum vbi iussu Pij III. de S. hoc iubetur officium duplex. Possevinus dissentit ab his, sed forsan Lucij errore vno deceptus Vide, si iuuat, nostrum de vitis SS. Carmelitarum opus in vita S. Alberti Patriarchæ. Vide de Alberto hoc, Ordinis Chronicon.

De variis Carmelitarum Regulis sub quibus ab Helia Principe & Duce eorû Eliseo Heliades hucvsque militarunt, videndus Thomas à Iesu speciali opere de eis, lib. cui frons: *Commentaria in Regulam Primitiuam*, &c. vbi disertè de omnibus Regulis Carmelitis præscriptis agit auctor & eruditè.

DE ALANO BRITONO PRIORE GENERALI LATINORVM QVINTO.

Cap. XIV.

Anno Christi 1237.

Anno Christi 1237.

Ex Catalogo Transpontinæ . . . nato ad Carmelitas . . . Romæ.

Alanvs natione Britonus Quintus Latinorum Generalium anno Christi Iesu 1237. selectus. Vir fuit Christiana pietate clarus prudentia, vehementia, & sophiâ, & fortitudine, vt tem . . . exigebant, magnis; Et certe celeberrima foret tanti memoria Patris, nisi in flebilia tempora incidisset, quibus Sultanus Saladinus, ab iniquo Rademundo rogatus, totam misero suo Terram sanctam subiugasset Imperio. Quo factum est, vt, Accone obsessa, Carmelitæ diris Barbarorum pressionibus victi, Eremis relictis, vetustoque Carmeli Montis Domicilio pene deperdito, ad Ciuitates, & Christianorum oppida se receperint, vt adimpleretur Ieremias propheticâ voce deplorans: *Prædo irruit, ablata est . . . de Carmelo.*

Ierem. 48. v. 33.

Coria li. 10. cap. 8.

Porrò cum Ordinem suum per annos quinque rexisset Alanus, Coriâ teste, non sine clara sanctitatis voce, anno à Virgineo partu 1236. superam petiuit spiritus arcem, sub Summo Romanæ Vrbis Principe Gregorio IX. & Imperio Federici II. in Concilio Lugdunensi depositi. Sepultus est Coloniæ, vbi obiit.

***

PRO TEMPORE GENERALATVS ALANI.

NOTA VNA.

HVIVS tempore Patris, cum, vt fatum est, misero Syria tota subduceretur Saladini Imperio, qui ex iniquissimi Raymundi consilio, demista est illam fuerat aggressus: opus fuit nostros in varias deduci Occidentis, & Europa partes. Tum enim floridissima quondam (proh mæror!) Anglia Prouincia exordia sumpsit, faustôque nascentis initio populata est, infausto licet, Hæreticorum insultibus fine, nostris penè temporibus singularis ferme depastus sit eam, igne Monasterius absumptis, sacris, & Regalibus Bibliothecis grandibus vstis, viris, & feminis illorum, ob Catholica fidei defensionem laureatibus Martyrij coronatis.

Rem autem, non sic prætereundam, paucis accipite, illiusque dilecta sponsula Carmeli felicissimi initium, de quo latè scripsit noster Guillielmus Conuentrensis Anglus, tenete. Quo tempore Alanus in Carmelo gubernacula duxerat, duo insignis præditi valore Angli, D. Io. Vasius, & D. Richardus à Grey inter Syros agebant, missi Duces à Richardo Anglorum Rege in Saladinum Sultanum. Hi igitur Acchone cum nobilibus alijs, & viris Religiosis recepti, dirè obsessi premebantur à Turcis, cùmque aquæ maximè penuriâ laborarent, fontis memores Heliæ, qui à Ptolemaida quatuor millibus aberat, ad illum confluunt, aquas accepturi, sed heu! ecce exsiccato fonte, ab Heliadum discessu exsiccatus est vertex, & pascua Carmeli, luxerûntque speciosa virorum. Tunc omnibus orantibus misericors Deus suorum suspiria videns, vndante de nouo fonte, sitim enecat populi electi. Quo miraculo Christianorum phalanx alacris, & alleuiata, ingentes Deo, & eius Virgini Matri retulit gratias, & laudabilem Carmelitarum, qui aderant ibi, morem, & vitam admirata est, támque ingenuæ sanctitatis gentem venerata, in Angliam duxêre Carmelitas, vt nouam sacri germinis Heliæ plantationem facerent: Vt, quæ ex Barbaro furore, ibi in Asia, & Aphrica, dum saperent Christum, vt loquitur Mantuanus, septuaginta & amplius Monasteria ampla, magnifica, & pulcherrima, à tempore Aymerici erecta, deperdita deplorabantur, erecta totidem, & amplius, vigore nouo, in Europa reuiuisceret Ordo Carmeli.

Igitur inter nobilissimos viros, qui huic egregio operi ... manus, & munifica corda, illi fuêre ... Duces, Io. Vesius, seu Vasius, & Richardus Grey, qui benedictione ab Alano Generali Carmeli Priore obtentâ, nostros, pio cordis affectu, in Angliam ante annos 1240. adduxêre, & erexêre in confinibus Scotiæ Cœnobia multa. Primi ergo conducti sunt lapides tanti ædificij erigendi, Ino, & Radulphus quidam, de quibus infrà dicendum segregatim. Hi cum in Orientem ex Europa ad bellum sacrum fuissent profecti, & in Carmelo habitu, & Professione Heliana decorati, sanctitate clarentes, cum alijs socijs multa erexêre præsertim in Anglia Cœnobia, eorum aliqua in locis desertis & solitudinibus vastis: pro quibus ædificandis bonorum suorum nobiliorem partem munifica manu largiti sunt nobiles isti, & principes alij illius Regni, de quibus speciali Catalogo egimus supra Præambulatione 30. & 31. Nunc autem scire sufficiat splendidius quàm in aliqua alia Europæ parte hunc Ordinem floruisse, vsque ad numerum centum, & triginta Cœnobiorum, & amplius virilis sexus, & fœminei, quorum pars magna Apostolicis, & Regalibus stemmatibus insigniebatur, eo quod à Summis Pontificibus, & Regibus ædificata, & magnis dotibus aucta fuissent: magisque abundasse, & numero Monasteriorum, & dictorum virorum copiâ, Lelandus, & Pitseus affirmant, qui nobis ad centum, & quadraginta insignes viros, & eo amplius subministrarunt ex Anglia, & nobili Britannia tantùm, de quibus in sequentibus agemus Ætatibus incipientes à Simone diuino

Ex Ord. Chro. lib. 10. cap. 8. Et Speculo Ordi. & alijs.

Guilliel. Conuentrensis.

Mantuan. in Apol.

Io. Pitsæus in indice Cent. lib. de scr. illust. & script. Ang.

DE GERASIMO IOANNE, ET PETRO SOCIIS.

CAP. XV.

Anno Christi 1238.

GERASIMVS natione Græcus, quem Enoch Patriarcha, *virum diuinum* vocitat. Nazarensis fuit Episcopus, & S. Angeli Ierosolymitani Martyris, ante Episcopatum in Sicilia prædicationis, & peregrinationum (vnà cùm Ioanne, qui etiam postea Cæsariensis fuit factus Episcopus, & Petro quodam, qui item postmodum, curriculis sui peractis muneris, Ascalonitanus fuit designatus Episcopus) fidissimus, indiuisúsque collega. Claræ omnes Angelici Martyris sanctitatis, & zeli hæredes, & participes summi, quique eum, vt fatur Enochus, vsque ad diem sui gloriosi Martyrij sunt sequuti: & ab eo in varias orbis partes, cum maximè in Hispaniam, & Gallias, ex diuino præcepto Euangelium prædicare, & Propheticum propagare Carmelæum Ordinem sunt remissi. An autem ipsi post Episcopales infulas acceptas Martyrio fuerint pro Christo litati, affirmare non audemus, sed nec improbamus. Cohonestasse autem excelsa virtute suâ Carmelum, doctrinaque mirabili illustrasse pares, compertissimum accipimus ex Enocho. Cui adhæret vetustus Manuscriptus codex commodatus nobis à R. P. Fr. Marco Guadalaxara (vbi de varijs illustribus Carmelitis memoriæ illustres habentur) Viros hos in Hispanias aduentantes primordia illustrissima in Hoscensi Cœnobio nostræ Aragoniæ Prouinciæ dedisse, Sangosensisque vetusti Cœnobij postea primos lapides esse, post Gallias peragratas, & ante infulas Episcopales acceptas, quas pro mercede laboris sui à Pontifice Summo Gregorio IX. sub quo, & imperio Federici II illustrissimi floruêre d unum

Henochus in vita S. Angeli M.

Manuscriptus Codex de viris illustr. auctore anonymo Carmelita.

ANNO CHRISTI 1250.

neruosè zelante honorem, annis Christi Iesu 1238.

DE S. SIMONE STOKIO PRIORI GENERALI Latinorum sexto.

CAP. XVI.

Anno Christi 1250.

Coria lib. 3. cap. 6. Pitsæus in de Scrip. Angliæ ad ann. 1265.

Franciscus Boersius in Chron. Carm. Chron. Galcomæ, f. 279. & in Catalogo, f. 341. Lelandus de viris ill. Angliæ in Simone.

SANCTVS SIMON *Stokus*, vel *Stokius* cognomento, nobilibus in Anglia parentibus ortus imò Regio sanguine cretus, vt Coria affirmat, Patria Cantianus. Ætatis suæ anno duodecimo, teste Pitsæo, in solitudinem secessit, inque concauæ quærens hirtoso trunco, ferreis pungentibus aculeis, vndique strato (quem sic inuenisse paratum credidère nonnulli) vitæ Domicilium, ad annos sexaginta parauit: ab hoc cognomen accepit, nam *truncus*, idem Latio sonat, quod Anglicè *stok*, parentum suorum hominibus Simon incognitus) suppresso cognomine sibi, Lelando teste, ab omni hominum commercio sensotus eò mentem cælestium contemplationum copiosiori pabulo pauit, quò parciùs corpus terrenis fouit alimentis: Eò habuit in solitudine liberiorem, & assiduam Virginis Mariæ, Angelorum, & Sanctorum communionem, quò rariùs hominum se immiscuerat alloquiis. Precibus vigiliis, ieiuniis, & assiduæ corporis macerationi intentus, aquæ frigidæ potu epotus, herbarum, radicum (& si quando, pro corporis nimia debilitate subleuanda) pomorum syluestrium se alebat esu.

Io. Cheron. in assertionibus de B. Simone in Lyceo Parisiensi publico publicè habitis.

Per annos tredecim, quos, Ioanne Cherone teste, solus in trunco residens semper inclusus transegit, à canibus mirabiliter panem cādidissimum ferentibus quotidie sustentatus est. Ast omnis huius, quam corpori intulit, austeritatis dolorē, assidua cælestium emolliebat meditatio, absorptáque in Christo mens; ita vt pati corpus, extra corpus videretur: tantâ spiritualium dulcedine eius animus detinebatur, vt versans in terris, in cælis semper esse videretur. Celebri prophetiæ spiritu, quo claruit, solus in trunco notus Angelis, & acceptissimus Deo, venturos aliquando in Angliam, è Syria Palæstinæ, quosdam Monachos Carmeli Montis, imitatoresque Heliæ Magni, & asseclas fideles, (quorum ipse propositum vitæ prosequuturus erat) prædixit. Rei exitus veritatem comprobauit nam ex Palæstina in Angliam (Radulpho Fresburno, & Iuone Religiosissimis viris ducentibus, & prima Cœnobiorum Angliæ sternentibus limina) Carmelitæ venère, ad quos, solitudine dimissa, diuino Spiritu ductus gressu celeri, se contulit Simon alloquēdos.

Ab Eremo, & solitudine trunci deductus à Deo, totúmque penè Angliæ Regnum inuadens, velut imbrifera nubes circúmquaque discurrens, Euangelicæ prædicationis dandæ fidelibus zelo, verbo pariter, & exemplo cunctos sapientiâ, & doctrinâ Christi sibi cælitus infusâ imbuens confestim fama viri cælestis, per omnia peruolauit. Breui igitur tempore elapso, à discessu trunci, & solitudinis dilectæ, Virginis habitum Carmeli humili pectore petiit à Rodulpho, mox susceptus ab illo, ferè octogenarius (vt Pitsæus, grauissimus, fidissimúsque Anglicarum rerum scrutator affirmat) cælestis doctrinæ, claris virtutibus ornatæ (erat enim compositus moribus, charitate feruidus, mansuetus in omnes, ad patientiam fortis, pronus ad misericordiam, eloquentissimus ad Euangelizandum, vehemens, & efficacissimus ad persuadendum, diuini eloquij enucleator insignis, in iudicio certus, in eloquio modestus, strenuus in agendis, humilibus blandus, pœnitentibus benignus, rigidus superbis, & inflexibilis obstinatis, & tandem adeò omnibus gratus, vt Anglorum animos à vitiis ad virtutem mirabiliter mutauerit) gloriosum specimen dedit. Adeò ergo illum maiores sui colere cœperunt, vt tanquam virum cælitùs elapsum suspexerint: tantâque illum prosequuti sunt veneratione, vt in proximis Generalibus Ordinis comitiis Londini, aliis Arlesfordiæ, anno 1250. celebratis, in totius Ordinis Generalem Magistrum, non tantùm electus, quantùm raptus, vt omnibus præesset, ab omnibus fuerit, sextus è Latinis. Quod munus tot virtutibus strenuus Pater, strenuè per annos quindecim administrauit, omni Religionis incremento.

Claud. in sua Gallia Christiana.

Fundauit Cœnobia multa, in quibus altissimas virtutum, & obseruantiæ grandis radices emisit, & maximè, vt asserit Claudius Robertus, Louaniense insigne Cœnobium, quod anno 1259. ab ipso erectum est. Humilitatis singulare adeò exemplar se præbuit in vertice Montis, vt importuno Fratrum, & Doctorum Oxoniensium rogatu, coactus, reluctans, & renitens, Theologiæ lauream susceperit. Diuinâ etiam erat scientiâ perfusus, quæ maximè enituit (vt Coriolanus affirmat, & confirmat Carmelitarum Menologium) in Concilio Lugdunensi, vbi concionem habuit, velut lapsam à spiritu cælesti, pro sedandis euellendisque tumultibus Ecclesiæ, quibus tum dirissimè affligebatur, amasia Christi Sponsa. Tuendæ Catholicæ Religionis efferbuit zelo, eámque non per se tantum, sed per suos (quos ad Concilium misit Tarraconense dimicare contra infensissimos fidei hostes, vt Petrus Ioannes Sarracenus testatur) tutatus est. Id tandem mirum inter mira viri videtur, singularis scilicet, & mutuus ad Virginem Mariam affectus, qui illum, assiduis illam orationibus interpellare cogebat, & pro Ordine suo quem multis Pontificum donis decorauerat, singulare donum & ornamentum à Virgine accipere gestiebat: Sicque frequenter, etsi non metricè, metrum callens, orando dicebat:

Francīscus Longius Coriolan. in suo Chronologico Breuiario. Menologiū Ordinis Car.

Sarracen. in Menologio suo.

Eia Carmeli rosa pulchra Montis,
Vitis insignis, decus atque cæli,
Quæ paris mundo placidam salutem.
Integra restans.
Mater insignis celebrisque Virgo,
Ferto Carmeli soboli leuamen,
Fratribus: ferto titulum supremum,
Stella refulgens.

Pars hymni ab Auctore decantati. Paulus V. in Offic. sol. com. V. M. de Monte Carm.

Del-Rius lib. 4 disquisitionum Magicarum c. 1. quæst. 2. sect. 1.

Nec defuit feruido suo Zelatori superliberalis Virgo Dei Mater; nam, vt meminit Del Rius Londini noctu, salutis anno 1261. Generalatus Simonis vndecimo, Angelicis comitata Choris,

splen

ANNO CHRISTI 1250.

Auctoris pars Carminis alibi decantati longo discursu.

* Si in gratia decesseris.

Praeamb. 34. latè.

splendenti lumine amicta apparuit, illi similia dicens, & sacrum Scapularis signum, quo tunc Simonem induebat, in manibus gerens:

Dilecte hanc fili Scapularem suscipe vestem,
Quae ex imis nostri pignus amoris erit.
Gratia magna tibi, Carmeli ac fratribus extet,
*In qua quis moriens * liber ad astra volet.*
Signa salutis habe, fugitura pericula mundi,
Perpetuum & nostri fœdus amoris erit.

Quibus disparuit piissima mater, suúmque Simonē profusum præ gaudio lachrymis linquens, electumque Carmelitarum Ordinem singularissimo venustatum decore, ditatúmque dono cælesti; de quo cum iam suo loco pertractauerimus, ad nostrum Simonem redire iuuat.

Pitsæus & Lelandus citati. Posseu. to. 3. S. App.

Ad ea igitur, quæ in tanta scripsit sapientissimus, sanctitate, venientes, Hæc nobis Pitsæus, & Lelandus & Possevinus submittarunt. In primis Canones cultus diuini. lib. I. De Christiana pœnitentia, lib. I. Sermonum, lib. I. Antiphonas plures ad Virginem Mariam, & sanctos Ordinis sui metrice scriptas, inter quas illam, quam quotidie singulare; [illegible] pro Carmelitis expostulebat, quam alibi transcriptam dedimus: & illam, quâ vtitur Ordo Marianus Carmeli, ad Canticum *Benedictus* in Officio Sabbatj, & in Officio solemni Commemorationis, cuius initium est: *Aue stella matutina, peccatorum medicina*; quorum operum multa (heu!) modò desiderantur, cum sacri Scapularis pignore glorioso, combusto cum illis, ab efferata hæreticorum Angliæ ira.

Lib. de vitis SS Car. Hispanico.

Tandem verò, singulari dono cælesti, in mortali corpore degens, essentiam Dei, quomodo Paulo, & Benedicto diuis concessum fuerat, teste Cherone, situs anno 1265. volens ad superos, cuius animam per manus candidissimæ, & immaculatæ Matris Mariæ, in Cælo Triadi sacræ præsentari viderunt plures viri Religiosi Burdegalensis Cœnobij vbi spiritum exhalarat, multaque virorum, & fœminarum piarum, loco adstantium, Catholica caterua, inter quos par lyrici etiam duo, in illo caritate, eadem dono cælesti, vidisse testati sunt, vt in relationibus è Prouincia Vasconiæ, multis ab insigni Magistro Prouinciali Cherone reperimus, & publicæ illæ assertiones citatæ defendunt.

Io. Cheron. Prouincialis Vasconiæ in asserti. citatis.

Viuus, & mortuus, & mortuus multa miracula fecisse cōpertum est, inter quæ cum Diabolus facturo sacrum Simone, aqua pro vino potiuidet, in vrceolo aquam, & hostio similis conuertit in vinū. In domo fratris sui pisces assos, in testimonium veritatis viuus in catino positos, viuos in vndis natare fecit. In summa æde Burdegalensi primò sepultus vt Pitsæus affirmat, ad sepulchrum eius multa miracula patrabantur, sed postea apud suos commodiori loco translatum, Carmelitas, cùm per noctes tres assidua Choro inter Matutinas, cum fratribus simul gloriosus apparuisset, sacrum eius corpus, quod leuari de terra præcipiebat, elegantiori sarcophago tectum, & eleuatum est. Ex quo tempore noua suæ sanctitatis, & gloriæ signa, cælestis dedit. Mulierem enim ex partu laborantem, & mortuam inter viuos allegit: Burdegalensem sui Cœnobij Priorem, desperatum medicis, voto facto pristinæ sanitati restituit. Hæreticum pictorem, qui per ludum, sancti effigiem in capsa pingebat, paralyticum factum, sed factū pœnitentem, abiurantémque hæresim, ad sepulchrum, & pedes Sancti prouolutum, membris sanum, & integrum reddidit.

Pitsæus.

Floruerat autem, centenario maior, temporibus Alexandri Trecensis, & Vrbani IV. Narbonensis Pontificum Summorum, & sub Imperio Occiduo Conradi Imperatoris, & Angliæ Regno Henrici III.

NOTA VNA.

F*VSIORI solito more depinximus Sanctissimi Patris nostri Simonis vitam, & aliqua acta, eo quod breuissima notitia hucusque, vir tantus (cui grandia, & grandiora sine dubio debemus) nobis his partibus, notus aduenerit. Et quia singularia (ignota multis dixerimus potiùs,) ne gratis nos ea de nostro addidisse videamur, oportuit dare quosdam ex multis qui S. Patris Simonis vitam, facta, miracula, Prophetias, & mortem, commentati sunt: inter quos ex innumeris, vt loquitur Pitsæus, accipe Monaldum Rossarium Vascum, Rolandum Bouchierum, Anonimum, Nicolaum Harlemium, Camillum de Auxilio, Paleonydorum, Io. Lelandum, & Io. Pitsæum, Baptistam Venetum, Ioannem Grossum, Franciscum Boersium, Franciscum à S. Angelo Didacum Coriam, Thomam à Iesu, Ioannem Carthagenam Franciscanum, & Simonem Cobellium; præter quos multos alios à nobis, in libro de vitis SS. Carmelitarum Hispanicè scripto, citatos, illustre meminêre Breuiarium Ordinis antiquum, & nouum, officium recitare de S. Simone præcipientia, tanquam de S. Ordinis sub officio duplici minori 16. Maij, & sub die 16 Iulij, in festo solemnis Commemorationis Virginis Mariæ de Monte Carmelo, sub his verbis:* Non solùm nomenclaturam tantum munificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verùm & insignè sacri Scapularis, quod B. Simoni Anglico tribuit. *Proprium eius officium, quod antea recitabatur, Robertus Baleus composuit, anno 1497. cuius originalem copiam, cum cæteris auctoris huius, & multorum doctorum Angliæ, combussêre hæretici, dum Conuentum Burchamiensem euerterent, sacra frangerent, Monachos occiderent, & pellerent omnes. Vsi etiam sumus in pluribus huius vita, & aliorum Patrum, authenticissimis relationibus, ex Vasconia Prouincia missis, & habitis ad opus nostrum industria grandi, & non paruâ sollicitudine & labore certè.*

Pitsæus cit. Menal. in Catal. S S. Britanniæ. Rol. Anon. Nicol. in Catal. Camil. c. 7. Summæ SS. Carm. & antiq. Ordin. Paleonid. lib. 3. cap. 5. & 7. Leland. Pits. in de script. Angl. Venetus. Specul. Car. fol. 104. Grossus. Viridarij Clau. 2. S. Angel. in summa memorat. Coria Diluci-dario lib. 1. c. 16. & lib. 10. c. 12. & lib. 11. c. 3 Thom. lib. 1. c. 8 Antiq. Carthag. lib. 16. tom. 2. hom. 2. de laud. Car. Cobellius in compend. Chron. In vita S. Simon. 16. Maij. Die 16. Maij. Lectio 2. nocturn. à Paulo V. Confirmatis.

DE VENERABILI IVONE ANGLO.

CAP. XVII.

Anno Christi 1250.

Ex Lelando & Pitsæo in de viris illust. Angliæ.

IVO, quem cognomento *Palestinum* vocant, cùm ipse Anglus fuerit natione, Vir fuit sanctitate venerandus insigni, vnus ex viris insignibus, qui Carmelitas in Anglicos fines adduxêre, plantare

Reli

Anno Christi 1266.

Religionem eorum cum Redulfo Fresburno. Ibi, pluribus ad Propheticam Helianum Religionem viris denuò adductis, multa noua in Anglia Cœnobia construxit, ita vt intra annos octoginta ab aduentu in Europam, 40. Cœnobia & amplius fuerint à liminibus ad summos vsque vertices erecta, à summis Pontificibus Orbis, & Regibus, & Principibus Regni illius: (sic tunc amore, & veneratione grandi colebatur ab omnibus, nouiter in Europa cognitus Mariæ Carmelitarum populus.) Sed heu lachrymabile nefas! ea, cum aliis multis successu temporis erectis, ab impiissima Iezabele secunda Angliæ infanda Regina nostro penè tempore, breui sunt diruta, solo æquata, funditúsque euersa, & euulsa.

Floruerat multâ virtute, & religione insignis Simon Stoc sic in Anglia, vt in Carmelo, & Palæstina, & sapientiâ clarus & eruditione proficuus, viuus, obiens, & mortuus norma factus Religiosæ pietatis, sicque, vt Lælandus, & Pitsæus affirmant, scripsit de terræ Sanctæ iactura, & Heliadum aduentu in Angliam lib. II. Tempus obitus siluere scriptores vetusti, sed vixisse vidimus annis Christi 1250. sub summo Orbis arbitro Innocentio IV. Flisco, Imperante Conrado, contra Guillielmum in Occidente. Vide Pitsæum.

Pitsæus sup. cit.

DE NICOLAO GALLICO PRIORE GENERALI LATINORVM SEPTIMO.

CAP. XVIII.

Anno Christi 1266.

Catálogo G. Trampó-um asseruato M.S.

NICOLAVS Gallicus, Natione Gallus, Tolosanus patriâ, septimus fuit totius Ordinis Generalis Magister inter Latinos in Comitiis Tolosæ anno Christi 1266. selectus. Tanti prædecessoris merito fidelissimus sanctitatis assecla, æmulator & hæres virtutum. Is egregius, fuit aquila illa magnarum alarum, quæ semper ad alta nubila mente, & amore feruidè volans, totum se assiduæ tradidit contemplationi, & actioni diuinarum. Peruigil sanè Pastor, Pastoris semper munera tractans, & nunquam sine cælo terrenis consulens.

Ezechiel. c. 17. v. 3.

*Vixdum sextum Generalatus annum compleuerant (Trithemius vigesimum dicit, nunc Ordinis fideliori Catalogo, quem sequimur, & Paleonydoro auctori seuero, assentimur, Trithemio Magno habentes venerationem debitam) (cùm tactus grauissimo dolore cordis, ob dispersionem sui Ordinis in terra Sancta (pellebantur enim suo tempore Carmelicolæ è natiuo solo, ô mœror! ô dolor! inimicorum Dei dirissimâ resolutione) Generalis muneri cedens, vt Deo libentius diuinâ contemplatione vacaret, ad Auracensem Conuentum in eremo cælestibus deliciis affluentem, quietique accommodam, se recepit: vbi totus deditus Deo, ad vsque vitæ suæ finem perseuerauit.

Paleo. lib. 3. antiq. c. 9.

Anno Christi 1268.

Multa scripsit testibus Trithemio, & Bergomensi multus ipse doctrinâ singulari, & mirabili sapientiâ notus, sed tantum extat elegans liber, quem se vidisse testatur Paleonydorus in Leodiensi Carmelitarum Bibliotheca: Huic titulus, *Sagitta ignea* lib. I. (in quo deperditam deflet antiquam Carmeli sedem, patriam, & domum,) & claret in eo, Nicolaum humanis, & diuinis literis eruditissimum fuisse: grandi sanctitate Carmelitarum Ordinem prisco illo tempore fulsisse: & quàm sit vera S. Cyrilli Prophetia dicentis: *Ab infantia sua primordio* (loquitur de Ordine dilecto Carmeli) *vsque in tempore pubertatis Margarita multiplicibus Parentum sanctitudine excisa de petra durissima vallis Virginis nitebit, donec pedetentim muscarum stercoribus, & viarum pulueribus fuscabitur.*

Trith. de script. Eccl. Bergom. in supplem. Pal. lib. 3. c. 9.

Cyrill. Constant. lib. Prophetiarū sacrum.

Clarueràt sub Pontificalibus summis Innocentij V. Pontificis O.M. & Imperio Rodolphi Absburgensis in Occidente regnantis anno Christi 1270. Tandem obiit miræ sanctitatis voce celebri, Auracique tumulatur, ingenti populi luctu.

Huius tempore Patris multis à Pontificibus summis Ordo noster muneratus est, de quibus Consule Ordinis Chronicon. Vide etiam Posseuinum tom 2. S. Apparatus, & Iacobum Philippi Augustinianum, in suo fasciculo temporum.

Chron. Or. lib. 10. c. 13.

DE GVILLIELMO ALBERNO EPISCOPO PARISIENSI.

CAP. XIX.

Anno Christi 1268.

GVILLIELMVS ALBERNVS natione Gallus, patriâ Parisinus, vtriusque amator clarissimus literaturæ, subtilis ingenij, & vniuersâ morum honestate prælucens. Composuisse plurima referunt multi grauioris notæ Doctores: at tantùm nobis sequentia Bergomensis administrauit. De Trinitate volumen egregium, lib. I. de Prima Genesi, lib. I. De sacramentis lib. I. Summæ virtutum, & vitiorum, lib. II. De animalibus, lib. I. De bonitate & malitia, lib. I. De Mundo, lib. I. De Confessione Nouitiorum, lib. I. De remediis triginta contra tentationes, lib. I. Contra pluralitatem beneficiorum, lib. I. De ergastulo animæ, lib. I. De Rhetorica diuina, lib. I. In Psalmos Dauidicos, lib. I. In Cantica, lib. I. Cur Deus homo, lib. I. In Prouerbia Salomonica, lib. I. In Euangelium Matthæi, lib. I. cuius initium est *Ponam adhuc*. De dæmonibus, lib. I. In Ecclesiasten, lib. I. Sermonum diuersorum, lib. I. De fide & lege, lib. I. Et alia quæ necdum videre meruimus.

Bergom. lib. 13. supplem.

Floruit, & obiit, sub Vrbano IV. Pontifice O.M. Narbonensi, vel sub Clemente IV. item patriâ Narbonensi, Occiduo Imperio vacante, annis datæ salutis à Christo, 1268.

ANNO CHRISTI 1270.

Porro fuisse Carmelitam Catalogus Illustrium Carmelitarum Galliæ ad nos è Gallis emissus recenset, & penè insinuat Claudius Robertus. Cuius autem Prouinciæ & Cœnobij filius fuerit, doleo siluisse vetustos auctores.

Catalogus Gallus. Clau. in sua Galata Christiana Cat. Epis. Lutetiæ Parisiorum.

DE S. LVDOVICO GALLIÆ REGE.

CAP. XX.

Anno Christi 1270.

SANCTVS LVDOVICVS huius nominis nonus, siue, vt alij numerant XI. Galliæ Rex. & Orbis diuinum sanctitatis simulacrum, ex Ludouico item Galliæ Rege, & Blancha Alphonsi Regis nostri Castellæ filia genitus Matre. Suessione in Gallia, anno ætatis suæ duodecimo Regni gubernacula, & Coronam accipit. Huius nobis viri amplissima laudibus præberetur occasio, ex tam egregia eius sanctitate, & ex gratitudine debita, pro innumeris Ordini nostro beneficentiis illatis, sed sit excusationi locus, dum non historiam attexere, sed viros, & acta Laconicè perstringere nostri nunc muneris sit. Sit virtutum eius admiratio præconium gloriæ, & silentium in eis fidus interpres maiestatis earum. Nonnulla tamen tanto Rege facinorum suorum præsegmina liceat memorare, ex variis attexta doctoribus.

Igitur is, cùm vel à tenera ætate, & primis pubertatis initiis, pietatis, & sanctitatis studiis deditus fuisset, assiduè illud velut vitæ exercitatorium; voluntatisque stimulum ob oculos habuit, ex piæ Matris Blanchæ sententia, ad filium sæpè dicentis: *Malle se illum mortuum quàm mortiferi peccati reum.* Familiare fuit illi corpus ieiuniis, & ciliciis atterere. Fidei illius illud semper memoriâ dignum habemus, Quod cùm Parisiis Sacerdote Missam in Aulæ Regiæ sacello celebrante, vidissent adstantes plures, eleuationis tempore specierum loco panis infantem pulcherrimum, rogatus fuit Sacerdos non manus demittere, vsque dum Rege vocato, eum ipse conspectare posset. Rege pio ite renuente, sese eiusmodi miracula in incredulorum fieri gratiam causatus: sibi verò compertissimum esse Iesu Christi Domini corpus verè in Eucharistia esse.

Bossius li. 8. de sig. Eccl. sig. 32. c. 6.

Religiosa eius pietas, atque deuotio ex vniuerso vitæ eius decursu relucet, speciatim verò, ex plurimis Ecclesiis, Monasteriis, & Sodalitiis, & Xenodochiis, ab ipso instauratis, & ædificatis. Quàm ardenti autem zelo accensus esset pro Dei, & Ecclesiæ eius honore, & fide, demonstrat satis duplex eius in terram Sanctam profectio: postquam expeditionis Sanctæ Cruciatæ Dux creatus fuit, anno 1245. in Concilio Generali Lugdunensi. Prior profectio fuit anno 1248. posterior autem 1270 quæ vtræque, eximiam illi peperêre gloriam propter in eis rem militarem præclarè gestam, &, vel animum inter innumera incommoda semper infractum.

Boss. lib. 14. de sig. p. 145. ex Villanæo ann. 1258.

Tilm. Aq. ad ann. 1239. Geneb. in Cælesti. 4. Geneb. in Innoc. 4. ex Platina. Æmilio & aliis.

De politica eius sint satis hæc; blasphemis, inanitèrque Dei abiurantibus cæleste, & diuinum numen, & nomen, liliandam frontem curauit. Litterarum studia Parisiis mirè dilapsa, restaurauit egregiè. De Aula Histriones expunxit omninò, palpatores, & id genus homines Dignitatum prensationibus, honorúmque emptionibus aditum interclusit: Duella seuerè vetauit. Charitatem eius, commiserationémque in pauperes abundè testantur Collegia, & Xenodochia multa ab illo fundata. Inter quæ memorandum in primis est, magnum illud Parisiense Prochodochium ab ipso summoperè auctum, vbi nunc visitur etiam pauperum innumera multitudo: memorandum, & celebre illud quingentorum cæcorum Nosocomium, ab eo in vrbe eadem constitutum. Illud verè Regiam hanc claritatem reddit illustriorem quod S. Ludouico nequaquam satis esset, necessaria pauperibus suppeditare, nisi & ipsemet Rex pauperes crebrò inuiseret, & propriis illis manibus inseruiret, & vel in eorumdem catinis, & scutellis illotis, ipse, ipse, comederet pauperum relictas micas.

Til. ann. 1248. & seqq. Til. ann. 1257. Til. cit. ann. 1257. Geneb. in Alex. 4. Annal. Franciæ Nicol. Ægidij. Sur. in vita die 25. Aug.

De præclara illius Religione, & diuini cultus zelo deficient verba narranti: verus Mathatias factus, fidei propagationem summoperè sitiens, Phinees instar, maximo ardore in Christianæ fidei violatores inuehebat. Sapientiæ eius, & cælestis spiritus, item, quædam nobis monumenta reliquit: inter quæ Robertus Gaguinus affirmat repertam esse Chartam præceptorum, quæ Rex ille Sanctus filio suo Ludouico primogenito dum Tunetum obsideret dictauit, & scripsit, eámque ex Caroli Thesauro receptam, Girardum de Montaguto Regium Scribam Carolo exhibuisse, anno 1364. Habetur in Surio in fine vitæ S. Ludouici. Huic titulus est: *Præcepta & institutiones pro primogenito filio à S. Ludouico Rege sub mortem proposita*, lib I. Item Pragmaticam sanctionem, quæ extat in Bibliotheca Veterum Patrum tom. 6. Editionis tertiæ. Eiusdem memorabile fœdus cum Raymundo Tolosatum Comite, vt tradit Posseuinus.

1. Machab. cap. 2. v. 1. Num. 25. v. 11. Gagu. lib. 6. de gestis Reg. Anglor. Posseuin. tom. 2. S. ap. Surius tom. SS. 4. sub die 25. Aug. Bib. V. V. Patr. tom. 6.

Denique tot virtutum monilibus coronatus, cum in hoc mundo annis XLIV. regnasset, prope Tunetium in reditu è Syria, temporalem cum non amplius peritura, coronam commutauit, salutis anno 1270. Sub summo Ecclesiæ Patre Clemente IV. & Imperio Alphonsi Hispani contra Richardum regnantis. In Sanctorum Canonem à Bonifacio VI. aliàs VIII. cooptatus est, anno 1298.

Posseuin. tom. 2. S. ap. Tilm. & Iacob. Gualt. in Chronol.

Eius corpus è Syria ductum, Lutetiam Parisiorum translatum est, quod in celebris S. Dionysij Templo asseruatur, & colitur: caput verò in sacra æde Sanctæ Capellæ. Clarus in vita, & morte miraculis semper. Vide Surium, qui eius vitam ex Gaufrido de Belloloco ipsius Regis Confessario recenset.

Sur. tom. 4. die 25. Aug.

PRO

ANNO CHRISTI 1270.

PRO S. LVDOVICO REGE,

NOTA VNA.

NON spiritu aggregandi viros sanctimoniâ vitæ, animæ sapientiâ, vel sanguinis insignes nobilitate (cùm potius opus nostrum & labor positus sit in omittendis multis ex proprijs quàm in adaptandis alienis:) inter Heliades Ludouicum S. Regem adnumerauimus, quod & alij Ordinis Carmelitarum Historici fecêre; dum constet ipsum non Monachum egisse, (etsi Religiosissimi, & Sanctissimi viri clarissimum dederit specimen, adeóque moribus & vitâ compositissimus fuerit Rex, vt clarum se mundo exemplar omnigenæ exhibuerit Religionis, & Catholicæ pietatis.) Sed enimuerò cùm vnus fuerit è sæculi Principibus, de religione nostra optimè meritus, cuius Tertiariorum habitum, & professionem amplexatus est, vt fatentur Ordinis Chronici, sine iniuria Seraphicæ, & Prædicatoriæ Religionis, quarum etiam fertur habitum Tertiariorum gestasse. Cùmque pro grandi Heliaceæ Religionis nostræ propagatione, dilatatione, & incremento, in Galliæ maximè ditione, ingentem nauauerit operam; è Syria illam Orientali solo, ad Occiduas Galliæ partes, ex Virginis Mariæ monitu traduxerit, par fuisse tam celebri Rege, tam decoro filio nostros Heliades decorasse indicauimus: non inter nostrates verè professos, tribus essentialibus Religionis votis adstrictos, illum censendo, sed tanquam Tertij illorum Ordinis clarissimum iubar, clarâ sanctitate præexcelsum commemorando: (id quod alij diuersorum Ordinum historiographi in adnumerandis inter suos eos qui inter illius Ordinis Tertiarios militarunt egregiâ sapientiâ vel virtute conspicui, vt videre est in historijs SS. Dominici & Francisci diuis:) vt ansam præbeat virtutum illius enarratio, describendi aduentum nostrorum (qui, Mæcenate sub tanto, felicem attigit euentum) ad Gallias è partibus Syriæ propagationem, necnon & gloriosam toto Europæo Orbe diffusionem, vt essent in lucem gentium, à mari vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum.

Rem tractant innumeri domestici, & exteri auctores, quam paucis comprehendere placuit; ex exterorum maximè relatu. Oportuit igitur, cùm placuit Optimo Deo, qui nos segregaret è natiuo solo, propter varios Paganorum incursus (vt fatetur in Bullis transmigrationis Innocentius, & Alexander IV.) priscis Ordinem Carmeli, Syriæque mansionibus denudari, & ad regiones Europæ varias, remotas, & cismarinas, non sine grandi spiritus afflictione transferri: eorúmque multos Carmelitarum mare tranfretare, & apud Massiliam primitùs applicare, cuidam eremo à Massilia leucâ vnâ diuiso, iuxta fontem B. Mariæ Magdalenæ, suique Ordinis in Europa Cœnobium ibi primum, cui nomen Conuentus aquarum latarum, struere. Post quæ, cùm alia plura vellent, exules illi Carmelicolæ, Ordinis sui erigere Cœnobia, in varijs Europæ partibus, & à Diœcesanis locorum prohiberentur, necessitate compulsi, sese ad Innocentium IV. contulerunt, ex Virginis Mariæ monitu (vt narrat Ordinis Chronicon,) qui Paternâ & munifica manu sui Pontificatus anno 4. largè concessit, in Bulla, Vt ait Apostolus, Nostros in diuersis Europæ partibus ædificare monasteria, celebrare diuina, & ea omnia liberè exercere, quæ Ordinis ab alijs fuerant concessa, quo totus Ordo Carmeli Orbi toto proficuus esset, & dilataius.

Inter hæc anno 1248. S. Ludouicus Francorum Rex sanctissimus (qui Catholicæ fidei dilatatione ardenti æstuabat affectu,) ad Terram sanctam & super gentem transfretauit incredulam, vbi per annos quinque remanens, Ciuitatum multarum, & Castrorum mœnia multa solidauit, firmissimisque vallis circumsepsit. Tuncque item Terræ sanctæ loca requirens prope Carmelum Montem appulit, vbi aliquanto demorans, Blanchæ Matris mortem audiuit. Cúmque in propria redire pararet, & esset in mari, nocte mediâ: contigit saxo nauim approximasse, iuxta Carmeli Montem, & binâ impulsione tam fortiter esse collisam, vt à nautis irremediabiliter submergenda censeretur; at cùm perire omnes, sine dubio crederent, extemplo Carmeli Cymbalum quo fratres ad matutinas horas aduocabantur, periclitantium tinnijt in auribus: cuius audito sonitu, Rex pius Nauarchum, cuiusnam demum interrogauit, tinnitus esset? Ad quem Nauarchus, siue Nauta primus, à Monasterio cymbalum esse Carmeli, respondit. Tunc nouâ Rex pius deuotione Virginis Mariæ accensus, ex voto Monasterium Marianum Carmeli proponit inuisere: si Regem, gentémque suam Sanctissima Virgo Maria à tanto periculo suo merito, & prece liberare dignaretur. Ecce illico, Virgine ad Regem apparente, fera maris sedata est turbulentia, Mariâ sanctissimâ promittente vt si suos è Syria Carmelo Carmelicolas, Rex in Gallias traduceret, in optatam eum, & omnes suos vitæ securitatem asserturam. Montis ergo iuga Carmeli sanctissimus conscendit illico Rex, vbi deuotione singulari, de more à fratribus cantatas audijt Matutinas. Quibus auditis, iussa ✱ Virgine Priori Carmeli detegens, locum contemplans, conuersationem, & Patrum sanctitatem admirans, miro, & singulari ab illinc Ordinem nostrum prosequutus est amore; præceptique Virginei memor, sex, ex illis sanctissimis viris, fratres à Priore Generali poposcit, quos tamquam alter Ioseph fratrum suorum consolator, fauente humana anno 1245. in Galliam adduxit, & in Lutetia Parisiorum Monasterium illis Regale, ædificauit, prouentibúsque ditauit magnis, vt affirmat Primus Episcopus Cabilonensis, Antonius Demochares, Iacobus Gennensis, Abrahamus Bzouius, & ex nostris Paleonydorus, & alij multi, inter quos Mantuanus, sic, de S. Ludouico agens, cecinit rem:

Multaque pro Christo passus discrimina tandê
Carmeli iuga contendit, nostrósque reuisit
Per montis spelæa Patres, vbi vixerat olim
Maximus Helias: secúmque ad Gallica duxit
Littora pleròsque illorum: sic nostra propago
Venit ad occasum, terrámque exiuit in omnem.

Ex hoc dilatari cœpit Sacer Ordo Marianus in Galliæ partibus: multiplicarique in multas Prouincias Europæ, Prouinciæ in domos, Domus in

Fr. à S. Ang. in Catalogo SS. Car. c. 95. Philip. Rombotus lib. 9. de gestis Carm. cap. 6. Cor. lib. 10. c. 82. & alij.

Cor. lib. 3. c. 7. S. Ang. citat.

Innocent. in Bull. *Paganorum incursus.* Alexan. in B. *Dudùm Fra. Eremitæ Ord. B. M. de Monte Carm.* Philip. Ribbotus in specul. hist. c. 8. *Primū Europæ Cœnobium.*

ANNO CHRISTI 1260.

Chronic. Ord. lib. 2. cap. 6. & 7. Ferdinand. Castill. in Chronico Ord. Prædicatorij p. 5. c. 51. & 52.

Chronic. Ord. lib. 1. c. 26.

Episc. Primus in Topographia f. 109. v. Carmelus. Democ. de Ministerio sacrificij altaris, cap. 16. f. 52. Iacob. de vitis SS. Italicè scripto lib. Brou. to. 1. Annal. ad ann. 1255. Paleo. lib. 3. c. 6. Mantuan. in Apol. tem tractat omnem, & cecinit aduentū nostrorum in Gallias de fastis dieb. in Carm. de S. Ludouic.

ANNO CHRISTI 1270.

viros, qui virescendo florescerent, & florescendo virerent gloriosis sanctitatis, & sapientia incrementis: & rutilarent salutari prosequutionis instantia, humilitate gaudentes, castimonia splendentes, & velut lucerna perlucida pulchritudine conuersationis elucentes, in arce obseruantia viuentes in conspectu altissimi, & Beatissima Matris nostra Maria Genitricis Dei, Deo odoramentorum phialas plenas in oratione assidua presentantes, famulantes superis, veluti perfecti Christi serui, in spiritu voluntaria paupertatis, sacra pagina, & omnigena scientia documentis instructi, perutilesque fructus saluberrima prædicationis in gratiam fidei, & Euangelij Christi Iesu salutaribus exemplis, in Dei Ecclesia producere non desistentes, vt de eisdem Carmelitis loquutus est Cardinalis Berengarius, Episcopus Tusculanus. Tamque opulenta Cœnobiorum sodalitate floruit abhinc Ordo Carmeli, vt præ alijs, ante hæresis flammam Gallias vorantem, Parisiense Cœnobium, numerum trecentorum insignium fratrum, vnà ibi degentium excederet, vt loquitur Gregorius XIII. extinctionis in Bulla Congregationis Albiensis, qua Parisiensium Cœnobio Carmelitarum erat vnita.

Bereng. in ep. ad Cap. Gen. Londini celebratū, pro recommend. M.G. Gerardi de Bononia quæ habetur in specu. O. Car. & apud Cotta lib. 1. c. 26. Gregor. in Bull data ann. 1584.

Nec solum S. Ludouicus magnis nostros, inter Reges, fauoribus prosequutus est; sed & omnes eius successores, vsque ad Henricum IV. Primogenitum Borbonica domus, & Clarissimo sanguine S. Regis Ludouici satum, de quo infrà loquemur, cùm de Generali Henrico Silio verba faciemus.

DE PETRO SVVANINGTONO.

CAP. XXI.

Anno Christi 1270.

PETRVS SVVANINGTONVS natione Anglus, Patriâ Norfolcensis, teste Pitsæo sed *Brunhamensis* Cœnobij filius: omnium primus ex ordine Heliadum, inter Anglos, S. Theologiæ fuit Doctor, & Professor Publicus Oxoniæ primùm, dein Burdegalæ in Vasconia. Iste excelsus vir, Thoma Sarraceno teste, missus est à Sanctissimo Patre Generali Simone Stochio cum Reuerendiss. Patre Reginaldo Scoto Carmelita, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali electo ad Innocent IV pro defensione Mendicantium Religionū, (quas diro dente mordebat, & corde infectabatur canino Guillelmus Sorbonicus de S. Amore vt affirmat Gabriel Prateolus;) exhortante Sanctissima Virgine Maria, ad Innocentium III. Ante quem, factus Orator, summum tapit in admirationem Patrem Ecclesiæ, cæterósque illius Principes, à quo mille modis gratissimè acceptus, mitis est pro defensione Mendicantium fauoribus cumulatus, & auctus. Erat enim Petrus noster vir omnino notæ melioris, doctrinâ insignis. Habuit is in re hac, singularem Mœcenatem Gilbertum nostrum eruditissimum, virtuosissimúmque Episcopū Hamarensem, Conuentus *Noruuici* filium.

Pitsæus de viris illust. Angliæ.

Thom. in Monologio.

Dempsterus in Menolog. Scotorum ait obiisse Reginaldum an. 1249. Prateolus in Elen. hæret.

Nonnulla in senectute passus est Petrus iste à Gerardo Bononiensi Magistro Ordinis Generali, eo quod illorum se partibus applicuerat, qui dicto obsistebant Gerardo, quo minus Carmelitani Angli in plures Prouincias diuiderentur, teste iuniore Lelando, sed tanta animi alacritate, & religiosâ prudentiâ se præstitit, vt clarissimum suæ fortitudinis, & prudentiæ dederit specimen. Ad ea verò quæ scripsit, sequentia Lelandus dat. Scripturarum lecturas, lib. I. In Magistrum sententiarum lib IV. Quodlibeta 47. lib. I. Quæstiones ordinarias lib. I.

Io. Leland. iunior in de viris illust. & scrip. Eccl. Britanniæ.

Floruit autem annis gratiæ 1270. & vsque ad tempora Gerardi Bononiensis venerabilem senectam adduxit, sub summo Vertice Ecclesiæ Clemente IV. & sub Henrico III. Angliæ Rege, Occidentisque Imperio Alphonsi Hispani, contra Ricardum regnantis.

DE PETRO ARGENTORATENSI.

CAP. XXII.

Anno Christi 1270.

PETRVS ARGENTORATENSIS, natione Germanus, vir doctissimus; & de Religione sua optimè meritus, propter laudabilem zelum incrementorum illius. Scripsit, Posseuino teste, Historiam vberem Belli Argentoratensis Patriæ, sub Gualtero Episcopo. Viuebat annis salutis 1270. sub eodem Pontifice, & Imperatore, quo Petrus Suuaningtonus cui fuerat familiarissimâ amoris necessitudine coniunctissimus, Collega moribus, sapientiâ & professione Carmelitica.

Anton. Posseuin. in apparatu sacro, tom. 3.

DE HANNIBALDO ROMANO CARDINALE.

CAP. XXIII.

Anno Christi 1270.

HANNIBALDVS ROMANVS, natione Gallus, Patriâ Parisiensis, & Conuentus eiusdem filius, & sacri illius Lycei clarissimum lumen, & doctor: alter etsi eodem inciderit tempore, ab Hannibaldo Romano Ordinis Prædicatorū, de quo Sixtus, & Alfonsus Fernandius: Ille enim natione fuit Italus & patriâ Romanus, vt Posseuinus insinuat; noster autem Gallus Parisiensis, vt relationes à Parisiis missæ demonstrant.

Sixtus Sen. in Bull. Alfonf. in sua Concertatione Prædicatoria.

Is noster ob eximia Religionis, & sapientiæ præsegmina, ex Carmelita factus est Abbas Ordinis Cisterciensis: & deinde creatus Cardinalis Ecclesiæ Christi. Huius præclaras animi dotes non facili verbo prosequeremur, illi nunc sint silentia laudes.

Posseuin. to. 2. S. app.

Scripsit Posseuino teste, in libros sententiarum, libros IV. Quodlibetorum, lib. I. & alia: vixit ad anos 1270. sub Clemente IV. Pontifice O.M. & Alphonso Imperatore.

Relationes Parisiens. 1619.

DE

ANNO CHRISTI 1272.

DE V. REDVLPHO TEDESCO PRIORE Generali Latinorum Octauo.

CAP. XXIV.

Anno Christi 1272.

V. REDVLPHVS TEDESCVS, natione Alemannus, octauus Patitus Carmelitarum Latinorũ Prior electus: totus vir diuini amoris flammâ perustus, mamillis sanè Regum assiduæ contemplationis lactatus à puero, eiúsque adeò ignitus amans, vt post triennium, Coria, ex Paleonydoro, dicente, à suscepto munere translatum, Generalis Magistri cesserit officio: & sese, (solùm vt Deo libentiùs, tutiúsque tradere posset, in Conuentu *Alneuvicensi* in Angliæ Eremo, contemplationi accommodo recepit. Vbi, assiduo Dei famulatu, & cælestium iugi meditatione detentus, ad vsque felicem vitæ mirabilis suæ exitum transegit. Miris virtutum ingenuarum exemplis exhibitis, aromatizans, odorem dedit dulcissimæ sanctitatis.

Coria li. 10. cap. 15.

Huius Patris tempore quàm plures Carmelicolæ à Sarracenis in Terra sancta ex Monasteriis Eremi Quarentanæ, in Valin, & in Montanis Nigris, combustis domibus, Tyrannorum iugulio dati, cælestem martyrialis trophæi palmam percepêre vt ad astra volarent. Tunc item, vt asserit Paleonydorus, Antiochia capta est, eiúsque Carmeliticum Cœnobium igne periit ambustum. Si quæ autem Beatissimus scripserit Pater, latuit omnino: quo tandem tempore decesserit è viuis, nec valuimus inuenire; at quis dubitet virum tam deditum Deo felicissimâ fuisse morte præuentum, cælóque volasse, facie ad faciem vt videret, quæ hic per speculum, & in ænigmate contemplatus erat attentus.

Paleo. lib. 3. cap. 9.

Floruisse damus, Pitsæum sequentes, annis electionis suæ 127: sub Summo Principe Clauium Gregorio X. Placentino, & Alphonso contra Ricardum Imperatore.

DE V. REDVLPHO FRESBVRNO ANGLO.

CAP. XXV.

Anno Christi 1274.

V. REDVLPHVS cognomento FRESBVRNVS, quem vocant alij Palæstinum, natione Anglus, patriâ Nortumbriensis, nobilissimo sanguine satus. Ab adolescentia, vt loquuntur Lelandus, & Pitsæus bonis Præceptoribus deditus, litteras meliores vnà cum Christianæ Religionis ebibit zelo Flosculo autem illustrissimæ suæ pubertatis, cum Richardo Angliæ Rege ad Orientem profectus est, vt contra Sarracenos Christiani nominis hostes iuratos, arma gereret. Cùm igitur ad Carmelum Syriæ aduentasset, viso sanctissimo Carmelitarum instituto illo, mancipaturum sese in vastis montis illius solitudinibus Dei, & Virginis Matris obsequio, eorum habitum, vitæque propositum suscipere decreuit, & propheticæ Heliadum illicò disciplinæ se tradidit. Post multa igitur, redeuntibus è Syria in Angliam Baronibus Ioanne Besci, & Ricardo à Grey, cum multis militibus aliis, Redulphus item, cum socio sibi Iuone Armorico Britanno assumpto, in eandem reuersus est, vt ibi ingentis antiquæ classis Heliæ gloria domicilij noui. Carmelitis prima fundamenta pararet, vt contigit, iuxta Pitsæum salutis anno 1240. Paratos igitur multos ad Propheticum Heliadum institutum Monachos vocauit in Angliam, quibus ipse ad annos 14 Prouincialis munere præfuit. Porro non solùm spiritus ædificia eleuans, sed ex suis potissimum bonis familiaribus quæ sæculo habuerat, prima materialia Regni illius Cœnobia struxit, iuxta *Alnetuvicum* vnum, in Holnensi Nortumbriæ deserto, eo quod (vt testis est Nicolaus Harpsfeldius Cantuariensis Archidiaconus) Carmeli Montis in Syria speciem quandam repræsentaret: Alterum verò in *Ailesfordiensi sylua* in Cantia.

Io. Leland. hr. & Io. Pitsæus cit.

ANNO CHRISTI 1274.

Pitsæus Tabula Carm. illustr. um Angliæ.

Nicol. sæcul 13. c. 29 fol. 486. Histor. Anglicanæ exaratæ ab Edmundo Campiano, & vulgatæ à Ricardo Gibbono Anglo.

Rexit autem suos Redulphus non tam regulę seueritate, quàm piis exhortationibus, & virtutum exemplis. Porrò, teste Pitsæo, scripsit ad suorum instructionem, Piarum exhortationum, lib. I. Epistolarum, lib. I. viri pietatem, sapientiam, & mirandum spiritum feruoris sui, redolentes. Dierum demum plenus, meritis ferax, & miraculorum gloriâ clarus, vt affirmat Pitsæus, anno quo Eduardus viuendi fecerat finem, sydera Redulphus calcaturus noster ascendit, 1274. sub Summo Ecclesiæ sanctæ Arbitro, Gregorio X. & Imperio Rodolphi Abspurgensis Imperatoris Occidui.

Io. Pits. cit.

DE HENRICO STERONE.

CAP. XXVI.

Anno Christi 1274.

HENRICVS STERO, natione Gallus, vir pius, & studiorum affectione insignis: Posseuinus Germanum dat Altaensem; sed nos id ex relationibus Parisiensibus reiicimus, & Carmelitam fuisse Parisiensem affirmamus ex eisdem.

Relata Parisiens. f. 2.

Scripsit Chronicon ab anno Federici primi, qui fuit Christi Iesu 1152. vsque ad Redulphum Abspurgensem, qui fuit annis 1273. vsque quos feliciссimè floruerat inter suos Gallos Carmelita, sub Summo Principe Ecclesiæ Gregorio X & Imperio eiusdem Redulphi. Videndus Henricus Canisius.

Canisius to. 1. Antiq. lectionis.

Anno Christi 1275.

DE PETRO DE EMILIANO PRIORE GENERALI LATINORUM NONO.

CAP. XXVII.

Anno Christi 1275.

PETRVS DE EMILIANO natione Rutinensis, sed Narbonensis Prouinciæ filius. Nonus, inter Latinos, Generalis Prior, Burdegalæ selectus, anno 1275. Vir suo albo sane lapillo censendus, deuotus, venerandus, & pius. Quinquies qui ingenuus Ordinis zelator & Patens, Comitia generalia indixit: quorum vltimum in Monte Pessulano celebratum anno 1291. æterna memoriâ dignum; nam in illo, vbi omnes adfuere Prouinciæ, ad instantiam Cardinalis Geruasij, Ordinis nostri Protectoris Generalis, reassumpta fuere alba pallia, (quæ nostri gestarant ab Helia Magno, & Helia Patre ipso mandante, vt affirmat Patriarcha Ioannes, nongentis triginta tribus ante Christum Seruatorem annis, & post gloriosam eius Natiuitatem, sexcentis sex, qui omnes circulum complent annorum mille quingentorum triginta nouem; Hæc Humaris, sæuissimi Tyranni, diro dimiserant præcepto, coacti pro barratis commutare, anno Christi Iesu sexcentesimo sexto; vsi sunt Carmelitæ illis vsque ad annum 1287. siue, vt malunt alij, vsque ad annum 1291. in quo celebratum est prædictum Generale Capitulum in Monte Pessulano.) Vti sanè nos par erat albis hisce pallis, vt tenebamur ex præscripto Patris Heliæ; siquidem iis indutum Heliam, & viros alios, iuxta Rabbinorum traditionem, Sabachæ patri Magni filij Heliæ ante ortum Deus in visione demonstrarat: quo etiam albo pallio, Elisæum discipulum cooperuerat Helias inclytus Pater: Et quod magis adnotandum, Virginem etiam Beatissimam Mariam, Carmelitarum singularissimam Matrem, Zelatori suo Anselmo Cantuariensi, S. Brigittæ, & aliis multis dilectissimis suis candido constat apparuisse pallio amictam: Quo vel item in Apocalypsi hocce amictam perhibitam fuisse notescit. Quapropter sanctissimus Pontifex Honorius IV. reassumptionem albi Pallij, sine barris, vel lineis vllis fuscis, siue cæruleis, vt Carmelitæ detulerant vsque ad diem S. Mariæ Magdalenæ anni prædicti, plumbea Apostolica Bulla muniuit, & Geruasij Cardinalis Protectori præfati solicitudine, voti compos Propheticus Heliadum Ordo effectus est. Tuncque item, vt Ribbertus affirmat, additum est super album pallium pro ornatiori incessu capucium album, quod nunquam tunc vsque Carmelitis fuerat in vsu.

Tandem ad nostrum Petrum redeuntes, cùm Ordinem suum felicissimè annis 20. rexisset Generalatus cessit officio vt liberiùs, vir sanè cælestis Christo vacaret, diuinis totus contemplationibus intentus: itaque anno 1295. in Conuentu se Coloniæ recepit, vbi mira vt semper, vir utrum segmina exhibuit: & post pauca, supera petiit suo Clauibus Bonifacij VIII. & sceptro Adolphi, siue Artaulphi Nassawici Imperatoris Occidui.

Huius tempore Patris, anno videlicet Christi 1291. euersum est omnino Carmeli Cœnobium, saluâ tamen manente vsque hodie illius Ecclesiâ quam nec flammâ, nec ferro infringere Saraceni potuerunt, vt affirmant Sibertus à Beka, & Paleonydorus, Duseldorpius & Faber, tanquam oculati testes qui testantur firmam inconcussámque vidisse illam anno 1489. idemque confirmat Wilhelmus Anglus, magnificæ molis, & structuræ generosæ addens esse Templum, mole, & structurâ omnia Religiosorum templa à se visa superans. Et quod mage gaudeas vsque ad tempora Reuerendissimi P. Io. Stephani Quirola, sacellum hoc Templum siue Seunion (quod prisci Patres nostri anno 85. à Christo post Virginis ascensionem, in Virginis honorem, Orbis primum erexerant, vbi Helias Magnus quondam nubeculam paruam, orans, Virginémque Mariam, in spiritu prophetico cognitam, futuram adorans ascendentem de mari quasi vestigium hominis, tantæ Virginis nobilissimo consperexerat typo) perdurasse in pignus quasi fidelissimum recuperandæ possessionis Carmeli vetustæ. Iuxta Vaticinia Isa. c. 35. Ieremiæ c. 50. & Michææ c. 7. & aliorum. ibique in gyro plus centum tunc Græcos Monachos Heliades vixisse, præter multos alios in Terra sancta dispersos, clarissimum tanti Patris Generalis testimonium habemos manu suâ verissimâ obsignatum fidelissimo calami charactere. Id quod confirmat Coria noster.

Pat. Io. lib. de instit. Monachor. Reassumptio palliorum alborum.

Rabbin. cit. à S. Epiphanio alibi dato.

Apocal. c. 19. v. 8.

Vide de hac mutatione Ord Chron. lib. 2. cap. 4. & lib. 10. cap. 15.

Philip Ribb. lib. 7. c. 7.

Anno Christi 1276.

Euerardus in fasciculo temp. ad an. 1291. Sib. in additionib. Paleonydor. lib. 3. c. 50. Ioan. Duseldorpius. Petrus Faber. Vvilliel. Anglus à Coria in Dilucidario relat. lib. 10. c. 17.

M. S. RR. P. Patris G. Quirolæ quod est apud nos è Prouincia Betica ab Amico fideli misso missum. Coria li. 10. cap. 17. ad finem. Isai. cap. 35. Ierem c. 50. Michææ cap. 7.

DE RIGALDO RHEMENSI ARCHIEPISCOPO.

CAP. XXVIII.

Anno Christi 1276.

RIGALDVS natione Gallus, vir illustrissimâ pietate, & Religione celeberrimus, Archiepiscopus Rhemensis in Gallis, ex Carmelo assumptus. Huius viri scripta, Marcus Guazus magni haberi ab omnibus affirmat, scripsitque nonnulla in sacram Scripturam.

Floruisse constat ex eodem, annis Seruatoris Iesu 1276. sub Adriano V. Pontifice O. M. Filisco, & Imperatore Occidentis Abspurgensi Rodolpho.

Ex Catalogo illustrium Carmelitarum à Guadalaxara & Episcopo Alguerensi Carmelitam damus.

Guazus in Cronico Galliæ.

Anno Christi 1276.

DE GILBERTO DE NORVVICO ARCHIEPISCOPO.

Cap. XXIX.

Anno Christi 1276.

Gilbertus à Norwico natione Anglus, *Norvvicensis* Cœnobij filius, ob insignem Religiosæ vitæ præstantiam, & sapientiæ fulgorem, Hamatensis Archiepiscopus in Anglia selectus est. Multa ferunt Angli scriptores scripsisse, vidimus tantum, de Nominibus Dei, lib. 1. sapientiam tanti Doctoris redolentem: & de animarum curatione, lib. II. Si autem alijs posteritatem ditauit latet omnimodè.

S. Tiagus in Catal. illust. Car

Floruisse constat, iuxta Santiagum, annis 1276. temporibus Adriani Papæ, & Imperatoris Rodolphi.

Eum Carmelitam aduocant item alij multi.

DE DVOBVS NOVITIIS ILLERDENSIBVS.

Cap. XXX.

Anno Christi 1278.

Anno Christi 1278.

Cataloniæ Prouinciæ Relata.

Dvo Gemelli siue Gemmantes Mariæ Dei Virginis Matris filioli, & Christi sui Iesu puelluli Amasij, & ipsi duo Tyrones Helianæ militiæ, sub vexillo Religiosissimi Illerdensis Cœnobij Carmelitici militare incipientes (vt qui translati ad cælestem è terrena militiam, in breui expleuêre tempora multa, satis viuentes ad æternitatem, satis ad æternam famam, & gloriam sui nominis promerendam) hoc veniunt, iure suæ ingenuæ puritatis, inserendi Paradiso Carmelitici decoris.

Etenim ij cùm candidatum in bellis adhuc infantiæ penè suæ, vel à primis vnguiculis spiritum Virgini Mariæ de Monte Carmeli, & puellulo suo Iesu in prædicto Illerdensi Cœnobio vnà ambo litassent, habitare in vnum vltrò dediti Christo perpetuæ potiùs acquirere vitæ dignitatem, quàm perituræ vsuram diligere cœperunt, prius Christum, quàm mundum scientes. Quo factum est, vt, Religionis Carmelidæ limine in primo, vnà ambo pueri Iesu, è brachiis Imaginis cuiusdam Matris Virginis suæ pendentis (quæ nunc in altari Ecclesiæ dicti Cœnobij veneratur, & alibi quondam, feruido amore perusti, ad eum, de more, quotidie post prandia Patrum peruolarent adorandum, & colendum, simulque, certamine sacro, nec sine puerili sancto amoris affectu, cibandum quotidiano eis obsonio à Religione concessio, super altare dictæ Imaginis in sui cum que catinis posito, certantes inter se, quis amplius à puero Iesu diligeretur credentésque acceptum à puero Iesu vt sumeret in cibum, id quod ab alio forsan surripiebatur. Semel, & centies oblatiunculam Deo, eò gratissimam, quò ex sinceri cordis puerili puritate perortam, læti quotidie continuarunt, etiam inter sese pugnantes de maiori semper in puellulum Iesum vtriusciusque amore.

Dum interea contigit, eos vapulare opus esse ex aliquo crimine leui à Magistro motum Domus, ex quo puerili timore correpti aufugerent Domo, & triduo extra illam, vt ipsi testati sunt postea, commorarentur, vbi, nouerit Deus: illo transacto, perpulchra, ecce, ignota fœmina pro Cœnobij foribus adest, Priorem aduocans, ei que Virgineos dilectos sibi multùm pueros offerens, & orans enixè, imò præcipiens, vt fertur, quod mite cum eis agat, & amplius commissi leuis criminis immemor, eos à flagellis, & omni pœna quos ipsa sub sinu suæ protectionis, & domus abdiderat, liberos reddat. Annuit piæ votis fœminæ Religiosus Pastor, & Prior; sed admirans fœminæ assertum, (quæ triduò eos domo in sua aluisse, & abdidisse fatebatur, id quod Nouitij contestabantur æquale, cùm amborum incognita in Cœnobio absentia Patribus fuisset, supplente abs dubio diuinitùs puero Iesu, Angelico famulatu, figuras vbique, & species illorum) Deum & Virginem eius Matrem laudauit, sinceri puerorum amoris, & puritatis fidissimos agnoscens, & præsentaneos remuneratores: quippe qui, breui vtrosque graui simul Deus morbo demulcens, simul illos ad astra vocauit, vel in incipientis Religiosæ vitæ suæ primordiis, vt ab immaturo occasu, Orientem illis vitæ pararet æternæ: & vt qui ex Dei gratia fuerant facti Virginei flores in medio exortu fœcundi Carmeli Paradiso, gloriâ corusci, & coronati æterno decore, hoc nostro censendi venirent seræ posteritati.

Sepulti sunt ergo in Virginis Mariæ antiquo sacello ad pedes sui dilecti Iesu: ex quo tempore res ind dem contingit quotannis, multis memoranda diebus: quòd primo quoque vere, dum rosæ & violæ durant, è tumulo scilicet ambo rum puerorum, videntur assurgere pulcherrimæ, & venustæ, cæruleo pigmentatæ colore, vt mites aculeis suis apiculæ multæ, insciæ nocere tangentibus eas, imò gratissimum ex se emittunt odorem, in testimonium verè Angelicæ quasi puritatis, & innocuæ vitæ Tyronum illorum militum Heliæ Ducis, ibi in Carmeli sui Claustro iacentium.

Extat loco eodem admirandæ rei perenne monumentum, ab eodem Priore suscitatum, Virginis Mariæ per venusta imago dicta *del milagro* hinc inde associata Nouitiis, vt ipsa eos, quod creditur, & est seniorum firmus assensus, Virgo Maria reuocarat ad claustra Priori commendandos: quæ antiquitùs ibi erat imago transmissa est ad maius altare Ecclesiæ dicti Cœnobij, vbi magna est semper à fidelibus prosequuta veneratione.

Annus huius illustris euentus penè celatus est nobis; quapropter, cùm ad rei veritatem parum intersit, hos viros pueros, tot illustria Carmeli germina dicta, ad annos nunc apponere Religiosissimi Cœnobij erectionis illius,

ANNO CHRISTI 1278.

quæ contigit, vt ex Relatis ab eo mihis habemus, à salute hominibus per Christum æternè restituta, anno 1278. Sub Imperio Apostolico Adriani Papæ, & Romano Cæsare Rodulpho.

Hæc ex Relationibus nouissimis à Prouincia Cathaloniæ remissis per R. P. Præsentatum Franciscum Font, à secretis A. R. P. Prouincialis Cathaloniæ, & eius iussu collectis, tum ex firma seniorum Cœnobij Ilerdensis traditione.

Si in relatis hoc Elogio, aliquid quod aduersetur decretis SS. Patris N. Vrbani Papæ VIII. sub die 13. Martij 1635. deprehensum sit vel erratum, omnino abolemus illud, stantes sensus summi capitis Ecclesiæ, & nihil assertum esse volumus: etsi rem, scripserimus firmâ Optimorum traditione multo iam sæculo roboratâ.

DE GVILLIELMO PAGHAMO EPISCOPO.

CAP. XXXI.

Anno Christi 1280.

GVILLIELMVS PAGHAMVS, natione Anglus, Patriâ Cantianus, Oxoniensis, & Parisiẽsis Doctor, & Gobelino Alemanno teste, publicus vtrobique S. Theologiæ professor. (Alter est iste ab eo, qui Paghanerus, siue de Pagula dictus, qui floruit anno 1350.) Ob singularem pietatem, doctrinam, prudentiam, & grauitatem suam, in Cœnobio Genuæ communi Patrũ suffragio Angliæ, & Scotiæ, Prouincialis eligitur. Hoc felicissimè munere expleto, à Clemente Papa V. Midensis Hiberniæ creatus Episcopus, ibique felicissimus obiit in Christo.

Gobelin. s in relationibus Italicis.

Virum hunc Lelandus diuinum vocat auctorem, sequentiáque ex eius ditissima scientiarum gaza, monumenta ministrat. Super Magistrum sententiarum, lib. IV. Placita Theologica, lib. I. Quæstiones ordinarias lib. I. Concionum ad populum, lib. I. De profectione intellectus, lib. I. De veritate formali, lib. I. De actuali notitia, lib. I. De ente rationis, lib. I.

Lelan. in de scrip. Angliæ.

Vixisse fertur sub Eduardo I. annis Christi iuxta Pitseum 1280. & sub Summo Pontifice Nicolao III. Vrsino, & Imperatore Absburgensi Rodolpho.

DE GVILLIELMO DE SAMVCO.

CAP. XXXII.

Anno Christi 1280.

GVILLIELMVS DE SAMVCO, (alijs Gamaco, Sannico aliis) alter omnino à Guillielmo illo de Sanuiliaco, de quo agemus sub anno 1350. Natione fuit Gallus, alij Syrum, alij credunt Palæstinum fuisse, vocantque Sannicum: quidquid verius sit, eruditissima litterarum omnium phalange vir fuit illustrissimus, ingenio subtilissimus, & integritate virtutum venerandus.

ANNO CHRISTI 1280.

Multa ferunt edidisse volumina; sequentia at solum percipere valuimus. Decretales Religiosorũ, lib. I. super sentẽtias, lib. IV. Chronicon de progressu sui Ordinis, per Syriæ Prouincias (in quibus floruerat ipse, & adfuerat tempore, quo lachrymabilis facta fuit Carmeli depopulatio, nostrorúmque in Europam translatio, vt ipse testatur) lib. I. Declarationes Regulæ Alberti, lib. I & alia.

Sannicus li. 9. c. 8. de peculiarib. gestis Car. Posseuin. in Appa. sac. c. 1 Trithem. de viris.

Claruit ex Posseuino, & Trithemio, sub Summo Ecclesiæ arbitro, Nicolao, & Imperio Rodolphi.

DE S. HENRICO, DVCE ALENCASTRIÆ.

CAP. XXXIII.

Anno Christi 1284.

SANCTVS HENRICVS natione Anglus, Halencastriæ Dux ex Tertiariis Ordinis clarissimus sanctitatis splendor. Vir, vt loquitur Paleonydorus, Sanctangelus, & Coria, miraculorum gloriâ clarus, cuius virtutum illustrissimarum agmine grandi, Carmelus maximè munitus splendescit. Obiit Halencastriæ, iuxta S. Angelum annis Christi Iesu 1284. Sub Summo Patrum Patre Martino II. dicto IV. Turonensi, & Imperatore Rodolpho.

Paleo. lib. 2. c. 7. Cor. lib. 10. c. 13. S. Angelus in Catalog. SS. Car. c. 91. S. Ang. cit. loco.

DE S. PHILIPPO FLORENTINO.

CAP. XXXIV.

Anno Christi 1285.

SANCTVS PHILIPPVS cognomento Florentinus, natione italus, quem Baronius institutorem Ordinis seruorum B. Mariæ vocat, patria fuit Florentinus, ex nobilissima Bonitorum, alij Bonitutorum familiâ ortus. Is, cùm prius Lutetiæ Parisiorum medicinæ operam dedisset, reuersus in Patriam Carmelitarum habitum suscepit, vt Chronicæ Florentini Cœnobij, quod caput est Prouinciæ Tusciæ, ex perpetua, & inconcussa traditione testantur; id quod Bergomensis insinuare videtur, & affirmant, præter alios, Coria, sanctus Tiagus, S. Angelus Guadalaxara.

Baron. in Mar. 23. Augusti. Chron. Floren. Car. Philip. Bergom. in suple. lib. 13. Coria lib. 1. cap. 22. Philip. S. Tiag. in Catalogo vir. ill. Car. S. Angel. c. 101. lib. SS. Car. Guadalaxa. in Thesau. c.

Singulari claruit, inter virtutes innumeras, deuotione erga Virginem Mariam, quam dum

ANNO CHRISTI 1285.

frequens inuiseret, qui die in Ecclesia ea verba ex Actibus Apostolicis legebantur: *Philippe accede, & adiunge te ad currum istum*: in ecstatim actus, currum aureum, quem Ouis, & Leo ducebant (sanctissimâ Dei Matre Angelicis comitatâ Choris insidente, nigráque Philippo vestimenta porrigente) conspectauit attentus. Nocte sequenti, ab eadem Dei Genitrice ad seruos deducitur suos (qui viri septem erant, vt affirmat Azorius, generis clari nobilitate, quique voce cælesti tunc diuinitùs admoniti in proximum Senarium nomine, se receperant Montem, vbi Deo, & Virgini famulaturi vigilantiùs, latebant, & aliquanto latuêre; quo tempore Federicus II. Imperator, Pontifici Summo Gregorio IX. infensus, totam Romanæ Ecclesiæ dominationem vexabat; sed eorum sanctitas tantâ se prodidit luce, vt multos ad eorum traduxissent societatem) Ad hos ergo regendos, & Religiosa noua disciplina Seruorum Virginis, cum in Philippo, & septem illis, ve sole nouo oritura, instruendos adducitur, & hortatur, Marianæ Religionis Propheticæ filius. Quare summo diluculo surgens, ad Montem Senarium adiit, vbi receptus tanquam Angelus Dei, vitam aliquandiu in Monte illo mirabilem egit. Ibi spelunca, in quam pœnitentiæ causa ingredi, & lachrymas profundere solitus erat, conspicitur adhuc. Eluxit igitur, inter virtutes innumeras, mira patientia, & humilitate. Sacerdos factus, paulò post in Capitulo Seruitarum Florentiæ celebrato, Prior Generalis illorum electus est, quod munus ab eo sæpiùs, sed incassùm renunciatum, annis 18. tanta prudentia gessit, vt non solù in Italia, sed & in Germania, & alibi, commédatum sibi à Virgine Seruorũ Ordinem, multis Monasteriis structis, vtraque structura propagauerit.

Acta Apost. c. 8. v. 29.

Io. Azor. instit. mor. lib. 13. c. 11.

Dissidentium paci, & errantium sedulus studuit correctioni; Pistorij Guelphorum, & Gibbelinorum factiones per seipsum, Florentiæ autem, vnà cum fratre Latino Cardinale Legato, sedauit. Foroliuienses, quòd à Martino IV. Pontifice O. M. defecissent, publica in concione reprehendit: à quibus, verbo, & verbere duro mulctatus est. Peregrinum vnum ex percussoribus cõuertit in bonum qui eandem Seruorum Religionem ingressus, vitæ postea floruit sanctitate. Visitando, & prædicando Embdam vsque Frisiæ Occidentalis Metropolim aduentauit, multis ab hæresi, & aliis vitiis per Ciuitates, & loca conuersis ad Christum. Plura vitius miracula fecit, quorum vulgata fama per orbem, Viterbij Cardinales, Clemente IV. Pōtifice O. M. vitâ functo, de successore deligédo cùm dissiderent, nonnullis proponentibus, obstitit ille, nam re cognita, clam inde recedens apud Montem Tuniatum delituit, vbi balneis, quæ vsque in hodiernum diem S. Philippi vocantur, sanandi morbos virtutem adeptus est. Spiritu Prophetico claruit, quo in blasphemos absorptionem, ab igne cælitùs elapso, & mortem minatus est. Tandem à Germania rediens, Tuderti in Ecclesiam ingressus, & ad altare Virginis orans quasi diuinans, cùm verba illa, *Hæc requies mea* pronũciasset, paulo pòst in festo Assũptionis Virginis in morbũ incidit, ex quo octauo die suos ad obseruantiam regularem hortatus,

De miraculis vide Ferrariũ de SS. Italiæ die 23 Aug.

sacrisque munitus Sacramentis Ecclesiæ, anno salutis à Christo 1285. migrauit ad astra, sub Honorij IV. Pontificali Summo, & Rodolphi Imperio Occiduo. Eius sanctitas multis à Deo miraculis post mortem patefacta est: quare Leo X. cùm illum, grauissimis curis impeditus, in album sanctorum adscribere non potuisset, seruitis fratribus, vt de illo officium duplex 10. Kal. Septembris recitare possent, indulsit. Eius corpus Tuderti in Vmbria latens, hoc disticho eleganti; vianti proponitur.

Huius quem genuit Florentia, Virgo vocauit,
Ossa Tuder retinet, spiritus alta colit.

Huius Sancti vitam fusissimè libris V. descripsit Archangelus Ianus Florentinus, & Philippus Ferrarius, quibus nos sumus ad hæc vsi. Vide monumenta Ordinis Seruitarum, quæ Baronius dignissima fide testatur esse.

ANNO CHRISTI 1285.

Archang. Ianus Philipp. Fer Seruitæ. Baro. in notis ad Mar to Kal. Sept.

PRO S. PHILIPPO FLORENTINO.

NOTA VNA.

DEDECVISSET *sanè nos tantum virum, citatos sequentes auctores, inter illustrissimos Carmelitas omisisse recensere: Ex eo enim Carmelo ingens accresceet sine dubio gloria; siquidem ex Carmeli filiis seligi in Patrem, & Principem Religionis tantæ Seruorum Beatissimæ Mariæ Virginis Philippus iste meruit: Quæ quidem adeo in Ecclesia Christi Deo, hominibúsque habetur accepta, vt à Summis Pontificibus (cùm eam Philippus iste cum septem illis viris illustribus, iuxta Rodericum, fundasset anno 1233. sub Pontificatu Gregorij IX. Virgineòque monitu hunc nigrum quem deferunt habitum, & S. Augustini Regulam dedisset) Alexandro IV. Azorio teste confirmari meruerit, & inter quatuor Illustrissimas Mendicantes connumerari, annis circiter, iuxta Rodericum 1255. Pineda, sequutus Garinaium, affirmat fuisse postea confirmatam à Benedicto XI. Bonifacio VI. Vrbano VI. & Innocentio VIII. & merito quidem, nam tot virtutum incrementis, tot fructibus sanctitatis, & sapientia claruit, & claret, toto penè Orbe diffusus nobilissimus iste, adhuc solo nomine, Ordo, vt in sex supra viginti Prouincias auctus, diuisúsque à Nicolao Penesiano eius Generali Magistro, in duas Conuentualiũ, & Obseruantium partes, tercentis, & amplius virorum Cœnobiis, & Mulierum triginta, clarâ sapientiâ, & sanctitate celebrium locupletatus sit: ad Cardinalitiam dignitatem quinque ex illis assumptis, ad Archiepiscopalem tribus, ad Episcopalẽ viginti tribus, dignitatem itẽ euectis, miro nitore illustrissimâ celsitudine omnigena corona Ecclesiam Christi firma fide professione, inconcussa obseruantia, & fidelissima subiectione semper adaugens, coronãs, & refulgere faciẽs Seruitarũ Mariæ Virginis Ordo cõspicuus. Porrò nomini tãto eius cuius superior fuerat impositio cælitus emissa ex voce enim quadam puerorum infantium, & lactentiũ ortum habuisse Rodericus affirmat: nam quidam pueruli videntes aliquos, ex primis illis Viris fundatoribus eleemosynam petentes, & necessaria in*

Eman. Rod. to. 1. qq. reg. q. 2. ar. 6.

Azor. Instit. mor. lib. 13. cap. 11. Rod. cit.

ANNO CHRISTI 1285.

Ægidius Camartus G. Minimorũ in Helia Thesbite ca. 4. sec. 11.

Ciuitate quæritantes exclamare clarissimâ voce cœperunt : En , *dicentes ,* serui Beatæ Virginis Mariæ veniunt , date eleemosynam illis) *erat ergo futura sine dubio è fronte responsio.* Habet enim (*Camartus dicebat*) nescio quid secretæ energiæ omne magnum vocabulum, quo mentem possessoris ad res omnes magnificas aggrediendas exacuit. *Non igitur in vanum Religiosissimus iste Ordo suscepit Mariæ Seruorum illustrissimam nomenclaturam, nisi eius magnitudinem illius, tot , & aliis multis virtutibus ornaret viris insignibus florẽs illis operibus generosissime responderet , egregiisque illud facinoribus illustraret vti illustrauit , & illustrat, & illustraturum fore speratur, & creditur.*

Carmelitam iure optimo damus ex communi Ordinis nostri voce, asserto, & traditione.

DE SANCTIS VIRGINIBVS IOANNA, ET ANNA.

CAP. XXXV.

Anno Christi 1286.

SANCTÆ IOANNA , & ANNA , natione Gallicæ, patriâ Tolosates, nobilissimæ : lilia duo selectissima, & ante Dominum odorositate virtutum , & candidissimæ pudicitiæ pulcherrimè albicantia : miraculis vtræque insignes mactatæ spiritu Sponso cælesti , cælestes animas felicissimæ tradidère Tolosæ , vbi eorum corpora aliquando iacuêre. Sub dominatu Summi Principis spiritualis in terra Regni Christi, Honorij IV. & Imperio Occiduo Rodolphi. Earum illustrissimam memoriam tradunt Paleonydorus, Coria, S. Angelus, & omnes penè Chronici Carmeli , eas inter illustrissimas Heliades recensentes.

Paleo. lib. 3 cap. 12. Coria lib. 11 cap. 16. S. Ang. Catal. ca. 98. & 99.

DE THOMA HILLEIENSI.

CAP. XXXVI.

Anno Christi 1290.

Possevin. t. 3 Apparatus.

THOMAS HILLEIENSIS, (aliis *de Vlleya*, quidã illum *de Ileia* vocant ,) natione Anglus , Suffolcensis patriâ , piam à patribus piis originem duxit, à quibus à teneris vnguiculis educatus in Christi timore, adolescentiæ sanctæ clara statim limina tenuit , & *Gippeswicensi* in Cœnobio, puerulus adhuc suscepta professione , miro virtutis, & ingenij acumine clarescere cœpit. Cantabricensis fuit Doctor insignis, & publica tunc Theologiæ Professione omnium ora in se intensissima tenuit : adeò vt, cognomento *Coryfologus* fuerit insignitus, teste Lelando. Gobellinus affirmat Brugis etiam publicè docuisse Theologiam , Chelmestono nostro Collegam fidelissimè factum.

Lelandus de vir. ill. Angliæ. Gobellinus lib. de pœnitentiis. Pits. de vir. ill. Angl.

Ast ad ea quæ scripsit Pitsæus subiecta dat. In Apocalypsim S. Ioann. lib. I. In varia S. Scripturæ loca Tractatus, lib. I. Concionum ad populum, lib. I. Quæstionum Theologicarum , lib. I. Introductiones ad lecturam , lib. I. & alia non pauca.

Fuit in viuis sub Nicolao IV. & Rodolpho Imperatore, & Regno Eduardi I. annis Christi 1290. Eisengrenius ponit eum ad annum 1284.

ANNO CHRISTI 1290

Eisengrenius.

DE CENTVM QVADRAGINTA MILLE MARTYRIBVS.

CAP. XXXVII.

Anno Christi 1290.

CENTVM QVADRAGINTA MILLE MARTYRVM, & Virginum Carmelitarum sacratissimum agmen , qui ob crucis gloriam , Orthodoxæ fidei Ecclesiæque libertatem, temporibus Homar III. Holman, Hali, & Abibucar , Maiumæ, illorũ ferissimi Ducis, successorũ, ab anno Christi Iesu 537. (Paleonydorus numerat 636.) vsq; ad annũ 1290. (vt testis est S. Cyrillus Constantinopolitanus , Carmeli Prior Generalis, Eusebius, S. Antoninus, Helinandus, Hugo, Lyra, Coria, & Thomas à Iesu, omnésque Ordinis nostri Chronici ingenioris notæ, feralem subeuntes grassatorum rabiem , pretiosi compendiosâ effusione cruoris , & martyrialibus trophæis constantissimè obtentis , Carmeli verticem splendentem æuo felici ad sidera vsque (occumbentes omnes) extulerunt : gloriosi sua felici quisque centuriarum serie. sub PP. Summis, & Imperatoribus ab anno, vsque ad annum Regni spiritus, & terræ moderamina gerentibus.

S. Cyr. de gest. Car. 7. & 8. Euseb. lib. de Martyr. & maximè l. 8. hist. Ecc. ca. 9. vbi diuersos horũ agit agones. S. Antonin. 2 p. hist tit. 6. c. 1. §. 11. de illis explicãs illud Apocal. 14. Helin. in Chronico. Hugo Flor. in Chronic. Nic. de Lyra sup. cap. 14. Apoc. Coria lib. 9. cap. 25. Thom. li. 1. c. 12. Antiq. Car.

DE D. BERENGARIO TOBIA CONVENTVS CÆSARAVGVSTÆ lapide primo.

CAP. XXXVIII.

Anno Christi 1290.

D. BERENGARIVS Tobias , Natione Hispanus, Celtiber Cæsaraugustanus patriâ, ex nobilissimo Tobiarum ibi sanguine prognatus, de quibus nobilissimam memoriam tradunt Regni nostri illustrissimi Annalistæ , maximè Hieronymus Zurita , & eruditissimus I. C. Hieronymus Blácas vtrique ad annos Christi 1179. sub Rege Aragonum Alphonso II. dicto Casto, cognomento.

Blácas Aragonensium rerũ Commentariis, sub Sancio Tobia Iustitia Aragon. X V. Zurita Ann. t. 1. ad ann. 1179. lib.

Filiũ fuisse credidissemus antiqui nostri Hoscensis Cœnobij (quod iam tunc ab annis 1220. plus minúsve gloriatur, vt suprà vidimus , erectum.) Sacræ item Theologiæ Doctor fuit ingenuus Berengarius iste, & Doctorum Parisiensium infulâ ingenuâ nobilissimè coronatus : in eiusdemque ciuitatis Parisinæ Summo Atheneo, ad quem creditur , & fertur fuisse missum ex Hoscensi Cœnobio (quâ causâ siletur, cùm sacrum, vetustumque nimis Sertorianum Lyceum iam tunc, imò vt tradunt vel ante tempora

Anno Christi 1290.

Christi, ibi in Hosca Ciuitate suscitatum extitisset.) Stagiriticæ primùm doctrinæ, deinde sacri vtriusque Dei Testamenti publicus ex merito suo fuit Interpres, & enucleator famigeratissimus: fuit item eloquij cælestis cælestia intonans tuba, & velut è cælo vir missus ab alto tonans.

MS. Ducis. MS. Archi. Cæsaraug.

Zelo fuit Religionis augendæ suæ omnimodo feruentissimus, Cœnobiticæ regularis disciplinæ vexillifer strenuus (vt nobis referunt duo antiqua, & nobilia Manuscripta alterum Excellentissimi cuiusdam Ducis de Villa formosa, alterum verò Illustrissimi Archiepiscopi Cæsaraugustani D. Ferdinandi ab Aragonia, celeberrimi vtrique antiquitatum Celebericarum indagatores; quæ nobis ex pignore amoris commodauit insignis Regni nostri Aragonij Chronographus Doctor Lupercius Leonardus ab Argensola, Canonicus Cesaraugustanæ Ecclesiæ S. Saluatoris, Tyrio vir nimis aptus honori, & marmore dignus) Is tantus ergo Berengarius noster primus iure accessit sorte nostra, nostri esse illustrissimi Cæsaraugustani Cœnobij lapis adnumerandus, Namque maxima viri auctoritate, & hortatu (dum ageret Cæsaraugustæ, quò accesserat aliorum negotiorum causa) Hugo de Mataplana, Clarissimus Cæsareæ Augustæ Ciuitatis antistes commotus, erigendi Cœnobij licentiam, libens, subministrauit, die XV. Iunij anni M.CCXC. id quod constat item ex membranula subscriptionis authenticæ in Archæo nostri Cæsaraugustani Cœnobij seruata vt, & ex Annalibus Blancas ad annum 1290. sub Rege Alphonso III. in Aragonia regnante.

Archæum Cæsaraug. Cœnobij Carmelitarum. Blancas.

Rei huius ne posteris memoria abscedat, liceat in gratiam tanti Cœnobij tantisper oratione calamum sinere prolabi.

Tantus igitur iste vir, rem Cœnobiticæ huius erectionis tractare incipiens, tantam gratiá in oculis Patrum Patriæ, Dominorum, Procerum, Nobilium, & populi omnis inuenit, vt breui rem felicissimum ad exitum cunctis perduxerit optatum. Ex quo, Episcopali obtentâ benedictione, & concessâ à Consulibus, & Ordinis Summo Vertice, qui tunc erat Petrus Emilianus, de quo suprà suo loco, hoc est sub anno 1275. peregimus, optatâ licentiâ: adscitisque necnon ab Hoscensi Cœnobio (quod iam tūc ab annis plus minúsve septuaginta erat erectum, vt suo loco, dum de origine Prouinciæ istius peractum est suprà differeremus) Fratribus necessarijs, quibus associati sunt Ordinis, & Cœnobij item Hoscensis, duo insignes pietate, & eruditâ sapientiâ Sacerdotes, qui tunc vt mos frequens illis in hanc accedere ex Hosca Ciuitate, vltronei accesserant, Doctrinâ docere Christi, & sacra fidelibus Sacramenta ministrare, & vt pauperibus ægrâ valetudine laborantibus in Xenodochiolo, tunc S. Helenæ Reginæ, post tempora SS. Iustæ, & Rufinæ, nunc vulgò *de Carmine* dicto (quod solùm, vt fertur, erat ægris pauperibus domicilium pietatis vniuersum in hac Ciuitate, antequam Alphonsus Aragonū Rex hoc illustrissimum, quod nunc extat, toto Orbe, ex munifica, & generosa in omnes Christianos pietate, struxisset sua) necessarium famulatū ex misericordia subministrarent, tantæ tàmque gloriosæ Deo, Matri eius Virgini Mariæ, & Ordini nostro structuræ nobilissima Berengarius iste noster initia dedit.

Impar sanè erit hic perimere silentio, id quod seduli, & diffusi exteri in gratiam Cœnobij nostri tractant auctores, maximè Venerabilis Seraphicæ familiæ Pater Didacus Murillus, qui inter alia, quæ ne nimis diffundamur omittimus, rem sanè notandam adnotauit: scilicet felicem tantæ erectionis horoscopum signasse, & futura grauissima firmasse posterorum euenta, omni felicissima Religioni nostræ in hac nostra illustrissima Mariæ Virginis de Monte Carmelo, & religiosissima semper domo: quod pro sacro tāti spiritualis, & materialis ædificij loco, situ, & solo, nobis solum illud, & sedes obtigerit sorte illa quæ sanguineo sacro innumerabilium Cæsaraugustanorum Martyrum cruore purpurata fuerat: adeò vt ab erectione Cœnobij istius tempore, imò à Daciani persequutione dira vsque ad hanc nostram ætatem, & tempora, conspicere fuerint marmoreæ, lapideæve columnæ multæ, ex his, quæ in gyro, sine ad dorsum delubri insignis S. Helenæ Reginæ dicati (quod nostro Cœnobio dedit originem, die 17. Iunij præfati anni M. CCXC.) aderant, vt firma fert hominum, & Monachorum nostrorum traditio, ad quas Christi innumerabiles Martyres Cæsaraugustani adstricti, cruenta pro Christo tulerant flagra. Propter quod, & propter degentiū semper fratrum notissimum virtutum exemplar, tanti est semper habitum Cœnobium istud à Regibus Aragonum, vt illud semel, & iterum elegerint pro sacris Regno suo sanctionibus, Forisve Regni nostri faciendis. Ex eóque illud etiam Maria Serenissima Alfonsi Regis huius nominis V. Vxor, multo est amore prosequuta, idque plurimis sanctorum reliquijs honorauit, inter quas sanctissimo pignore salutiferi ligni redemptionis nostræ, quod clarissimis miraculis illustratum est, vbique temporum in hac Ciuitate, & vbique locorum. Sed de his, & alijs hic ista paucula libasse sufficiant, de quibus in fusioribus Relationibus de origine, & rebus illustribus huius Prouinciæ, Cœnobiorúmque eius à nobis ex præcepto Ordinis elaboratis, alio integro libro latè dixisse supersit. Nunc iam redeamus ad nostrum Berengarium insignem.

In Fund. S. Mariæ de Columna & his. excell. Cæs. Tract. 2. cap. 39.

Porrò prætereà, si quid vir tantus, tantúsque sapiens scripsisset, quod ederet Typis, prætervolat nobis. Sed sapientiâ omni, omnique virtutum studio clarissimum Patrem lecturis suis tum Philosophicis, tum Theologicis in publico Parisiensi Musæo dictitatis, celebrem sibi gloriam composuisse, quis dubitabit? Hæremus heu! vbinam è viuis abscesserit, an Parisiis, an Cæsaraugustæ, credimus tamen ex pietate sua felicissimum in Christo virum Patrem ad astra volasse, quem clarum sapientiâ, & virtute multâ noscimus floruisse, annis 1290. à data salute Adamææ posteritati per Christum, sub Orbis, & Vrbis æquilibrio sublimiori, Nicolao IV. & Imperio sacro Rodulphi Abspurgensis iuxta computa Claudij Roberti quæ sequuntur.

Anno Christi 1290.

DE IOANNE CHELMESTONO.

Cap. XXXIX.

Anno Christi 1290.

IOANNES CHELMESTONVS, (Chelnestonum vocant alij.) natione Anglus, Oxoniæ celeberrimus Doctor, & Publicus primarius sacræ Theologiæ interpres. Vir vitæ innocentia, & clarà sapientiâ celeberrimus. A Gerardo Generali Ordinis Magistro in varias missus Germaniæ inferioris partes, publice Theologiam edoctus. Omnium Principum corda facillimo ad se negotio deduxit, Gobelino, & Ioanne Vineto testibus. Sæculis tamen futuris placidior futurus, quædam refert his titulis scripsisse Pitsæus. Determinationum logicalium, lib. I. Lecturarum scholasticarum lib. I. Quæstionum ordinar. lib. I. Quodlibetorum, lib. I. Sermonum, lib. I. Collationum, lib. I. & alia.

Gobelin. lib. de præsit. cit. Vinet. in Chronic. Pits. cit. Posseuin. to. 1. S. ap.

Claruit anno 1290. sub Pontifice, & Principibus quibus Thomas Hilleiensis.

DE S. FRANCO GROTTI SIVE DE SENIS.

Cap. XL.

Anno Christi 1292.

Anno Christi 1292.

SANCTVS FRANCVS GROTTI, cognomento de Senis, natione Tuscus, patriâ Grottensis, quod est oppidulum sex millibus distans à Sena Ciuitate Tusciæ. Eius grauida Mater vidit se in somnis horribile parere monstrum, móxque in virum transferri pulcherrimum, visione innuente futuram Franci in iuuenili suo iniquitatem flore, virilísque ætatis sanctimoniâ admirabilem cælis. Ob id nomen illi, nec sine diuina prouidentia, *Franci* à Patribus Mafseo de Lippi, & Calidonia Danielis, impositum est; vt qui in iniquitatibus Francus futurus esset, foret etiam Deo dâte. Francus sanctitatis celsitudine.

Bonis igitur doctrinis à Patribus puer instructus, tàm rudis euasit ad litteras ingenij, vt vix litterarum rudimenta prima discere posset. At cùm eleganti esset membrorum, & virium appositurâ donatus, Coriarium Patres illum fecère.

Defuncto Patre, omnigeno confestim sceleri se tradidit Francus: Matrem pessimdabat, verbisque afficiebat audacibus: bonorum floeri consilia sancta ducebat, adeóque scelestus est factus, vt videres in eo hominem sine Deo, derelictum à superis, infernalibúsque furiis quasi totum arreptum. Id solum illi in animo erat, patrare scelera cuncta, cum scortis, lenonibus, aleatoribus, blasphemis, & latronibus familiarissima semper, vt impudicam illam sodalitatem, impudentissimè semper inhonesta, & scelesta sectando. Correptus à multis, factus est sicut aspides surdæ obturantes aures suas, quæ non exaudiant voces incantantium, ad salutis suæ scientiam.

Dolore diro filij nequam, pia mater absumpta, felix tandem quieuit in Christo: Tum Francus ad sodales suos, maiora adhuc scelera spirás, sic fatus est: Iam mortua est iniqua illa, & inimica anula? nunc totis viribus celer, sceleri cuncto me trado; iniquique mox factus est propositi compos. Sed tamen misericorditer agente cum illo, misericordiarum Patre, cùm placuit ei qui illum à peccatoribus segregaret, vt vbi abundarat iniquitas, superabundaret & gratia, repentè illum in virum bonum ex monstro iniquitatum horrendo transtulit, & de vase contumeliæ, in vas reduxit gloriæ, ex Saulo Paulum, & ex Leui Matthæum.

Contigit igitur, vt cùm cuidam militiæ sæculi fuisset adscriptus, & securior se nouis, militis licentiâ, tradidisset sceleribus: nihil non iniquum aggrediens, blasphemus fieret, & contumeliosus Deo. At, cùm malè aliquando alea talo Franco cessisset, oculos sibi pro aleis lactandos eruere tentauit, Deúmque abiurans execrabatur maledicens Deo, Angelis Dei, & diei natiuitatis suæ. Tunc diuini immensa pectoris bonitas, mittens de summo accepit eum, & eduxit de aquis multis iniquitatis suæ, oculorum cauas, tam acri dolore depungens, vt penè obiret: quo Francus in se reuersus misericordiam Dei totus lachrymis perfusus orabat; vt si vellet crimina illi dimitteret magna: cúmque in proposito cordis sui dolore per dies aliquot insisteret, S. Iacobi viam in Regnum Galleciæ nudis pedibus peregrinus accepit, bonis suis prius; de concilio Confessoris, in pauperes distributis.

Viam iam igitur carpens, cùm repentè incidisset in triuio, hærens, quà dubitabat eundum; tunc vocem Francus pueri sic fantis è cælo percepit: *France, France, France, dextera manus arripe viam, & securus accedes ad portum*: cúmque rectus abiret statim diabolus Peregrini habitu mentito obuius illi fit, illum à via salutis deuiare nitens, sed luce Frãcus cælesti deductus, vsque ad S. Iacobum in Compostellam perrexit. Ibi mensibus aliquot detentus, insomnis noctes plures & dies orationibus, vigiliis, & lachrymarum effusione iugi transegit, pro scelerum suorum semper remissione precando. Diris corpus catenarum macerationibus affligebat, ieiunio vacabat assiduo.

Hinc Romam abiit aspero indutus cilicio, vbi absolutione à Summo Pontifice obtentâ, nudis pedibus loca sancta reuisit in Vrbe. Quadragena vna solo aquæ potu, & pane se aluit; feriis sextis, & Sabbatis radices tantum crudas herbarum mandebat. Per Vrbis vias, & plateas incedens sacco ferreo accinctus, omnes verbo, & opere prouocabat ad pœnitentiam. Multis inde ab iis peregrinationibus actis, Dei zelo, & animarum saucius salute, Lauretum Virginis Mariæ domum, Carmelitarum tunc possessionem, & Cœnobium insigne visitauit, vbi in ecstatim actus Virginem sanctissimam Mariam solantem se, & ad incepta perficere hortantem, videre meruit, & audire.

Horatius Tursellinus in histor. Lauretana.

Senas

ANNO CHRISTI 1292.

Senas inde redux, mira sua sanctissimæ vitæ, & horribilis pœnitentiæ exempla monstrauit. Hic, cùm in Ecclesia S. Dominici totus oraret feruidus, ei iterum sanctissima Virgo Maria mirabiliter apparens, in hæc verba prorupit: *France dilecte, si obtentam gratiam à filio cupis augere, hostésque tuos viriliter debellare, homines fuge; & in solitudine maneas.* Quo audito, Francus, miro despectu abiiciens omnia pro Christo lucrando, in vastam mox secessit eremum, & exiguâ foueâ quantum corpus caperet effossa inclusus, corpus denuo dirissimè macerauit, paucis herbis crudis aliquando pro cibo contentus, assiduæ orationi vacans, & diro verberum, sacci, & catenarum pondere pressus. Cúmque in tam aspera vita, vsque ad ætatem annorum septuaginta perstitisset, post Dæmonis acriores deuictos insultus, sanctissima Virgo Angelicis comitata choris, iterum apparens Franco dilecto, florum coronam, & habitum suorum Carmelitarum in manibus gestans, eo quo ipsa amicta, sic est ad illum vt pia Mater affata: *France dilecte fili, si vis ad vitam ingredi perennem, & coronâ gloriæ sempiternæ donari, habitum istius arripe in Sena Carmelo professionem.* Quo audito illico Francus ad Priorem Conuentus se contulit Carmelitarum: humiliterque, reuelatione narratâ, ab eò habitum Virginis Carmeli postulauit: à quo alacriter susceptus ad sodalitium fratrum vnanimi Patrum assensu, in albo Carmelitarum adnumeratur. Sed cùm habitu, quo esset induendus, ad manum illico Conuentus careret; disponente Deo, ecce adolescens pulchritudinis miræ adest ad Cœnobij valuas, habitúmque Prælato, quo induatur Francus statim libens offert: quo vir cælestis indutus inter Carmeli fratres, quos Laicos, siue de Obedientia vocant, adnumeratus est. Monachus ergo Virginis Mariæ factus, supra mirandum illico, & inimitabilem transactæ vitæ modum, mirabilius aliud tyrocinium vitæ parauit. Obedientiâ fuit indicibili, castitate purissimus, & paupertate supra modum insignis. Totus sanctitatis, & pœnitentiæ operibus incredibili feruore deditus, cunctos admiratos habebat, & ad laudandum Omnipotentem prouocabat. Cùm die quodam ad imaginem Crucifixi orans pro peccatis suis misericordiam fusis lachrymis, totus ferro, ferreísque circulis adstrictus, postularet, blandis Christi Iesu verbis refici meruit; sed cùm tamen de propitiatione sua anxius semper, acri timore perculsus esset, à Virgine Maria Genitrice Dei ecstasin passus, de condonatione criminum meruit fieri certior. Nihilominus in dies austeritates corporis magis, & ampliùs augebat miris, nouísque virtutibus lucere gestiens. Spiritu prophetico, & miraculorum gloriâ clarus, ab omnibus cœpit summâ haberi veneratione; sed profundissimâ sui humilitate, & despectu fundatus, vana hominum consortia vitabat, aurámque famæ abhorrebat ex corde.

Tandem senio, & sanctitate venerandus, cùm durissimo lecto, morbo graui correptus, decubuisset, nec propter senium, & infirmitatem, corporis austeritates tantisper remitteret, debilitato robore corporis, se morti proximum Priori, & fratribus prænunciauit: crucem deferri sibi grandem miro supplicauit affectu: quâ allatâ, durissimo suo lectò desiliens, expansis in cruce brachiis, velut Christi amore confixum, debile corpus adaptauit in cruce, sicque supinus in cælum oculos, lachrymis madidos infigens, Dei misericordiam ardenti affectu, & fratrum veniam admirandâ solicitabat humilitate: cúmque adstantes, qui penè innumeri erant, ad pœnitentiam, & Dei hortatus esset amorem, salutis anno 1292. sub summo Ecclesiæ Christi Arbitro, Nicolao IV. & Imperatore Occidentis Adolpho Nassaunico, octogenario maior, immaculatum Christo tradidit spiritum: monstrante cælo lætitiam tanti illustrissimi ciuis noui suscepti; miro per totum Cœnobium splendore diffuso, qui illico conglomeratus, & in cellula morientis inclusus speciosissimam animam concomitans in cælos, suauissimo odore diffuso, totus ab oculis adstantium, & videntium euanuit.

Miraculis multis à morte clarescere cœpit, qui in vita mirandis excellentis pœnitentiæ & diuini amoris operibus eluxerat. Eapropter è communi sepulchro translatum, incorruptum multis annis corpus, & celeberrimo Sarcophago tectum est: mirâ vniuersæ Tusciæ, & populi Senensis veneratione, vsque in præsentem recolitur diem. Et cùm tantis miris claruisset mortuus, viuus, & obiens, ad instantiam Senæ Ciuitatis, & Conuentus, Clemens V. eum in Sanctorum numerum retulit, anno 1308.

Quæ diximus, ad vnguem eduximus ex Gregorio Lombardello Dominicano, Saluatorio Serra Carmelita, Francisco Boërsio, qui Sancti vitam fusè tractarunt. Et ex Michaële à Monte, Chronico Carmeli, Petro Lucio, Io. Cartagena, speculo Carmeli, Paleonydoro, S. Angelo, Thoma à Iesu, qui illustrem Franci memoriam cum aliis agunt. Vide nostrum de vitis Sanctorum Carmeli librum: vbi fusissima legas acta illustrissima Franci Diuini.

Greg. Lombard. à Castificat. S. Ing. in Senæ fidei Senatu. Saluat. Serra. Fr. Boërsius in fast. Prou. Tusciæ Prou. f. 140. & in Thesaur. Carm. Foncius comp. hist. Carm. lib. 2. c. 4. Chron. Car. lib. 1. c. 14. Lucius in comp. in Catalogo Gener. in Ioan. Bolif. f. 135. Cartag. to. 4. hom. 2. de laud. Carm. Specul. t. vlt ex Bapt. Veneto & Io. Grosso in viridario SS. Carm. Paleonydo. lib. 3. cap. 12. Thom. lib. 1. cap. 7. Antiq. Carm. S. Angelus in Catalog. SS. Carm. c. 30.

DE RAYMVNDO DE INSVLIS PRIORE GENERALI LATINORVM decimo.

CAP. XLI.

Anno Christi 1297.

ANNO CHRISTI 1297.

RAYMVNDVS de Insulis natione Gallus, patriâ Tolosanus, Decimus inter Latinos Carmelitarum Prior Generalis, electus (non Treuiris, vt quidam auctor affirmat, vbi Petrus de Emiliano cesserat) sed Burdegali, in capitulo sequenti anno 1297. celebrato. Vir fuit sanè Religione, & Catholicâ pietate conspicuus, macte animi, generosóque corde signatus, vtpote à Deo pro temporis exigentia sine dubio Carmelo donatus. Nam, vt recitat Ordinis Chronicon, plurimis tunc variè vexatus est laboribus Ordo Carmeli Mariæ

Ex Catalog. G. Transp. tinam Romani Cœnobij Carmelitarum.

Chron. Ord. lib. 1. c. 1.

ANNO CHRISTI 1297.

in Occidente, vel à domesticis locorum ordinariis, nescio quo iure opprimentibus illum. Sed fauentibus superis stantéque non procul Sorore, & Matre Maria quæ Honorio III. & Innocentio IV. apparere dignata est commonens illos, suis fauere ex corde Carmelicolis, nouiter in Europam traductis ab Oriente, & à molestiis iniustissimè contra illos inflictis abstinere, nisi Dei, & Virginis indignationem in se velint excitare: de quo etiam monuit purissima Mater Petrum Lingtoniensem Episcopum in Anglia, & alios. Hoc ergo fauore supremo, spumantes procellosæ persecutionis vndæ, mirificè sunt sedatæ: tranquillàque pace in posterum Marianus Ordo frui à Virgine Matre donatus est: quo exultante in Christo, & toto animo lætante in Deo, Raymundus Generalis Pater Officio cessit, vt libentiùs Deo iugi contemplatione vacaret, anno à Christo nato 1301. sub summo Principe Ecclesiæ Bonifacio VIII. & Alberto Occidentis Imperatore.

Tandem in Tolosæ conuentu, vbi cucullum susceperat Heliæ, receptus, Defensorio, siue Apologetico libro I. sui Ordinis elaborato, & multis exhibitis eximiæ virtutis, & pietatis suæ exemplis, post pauca volauit ad astra: & celebri in suo Cœnobio pompâ sepultus adest.

DE HENRICO DE HARENNA.

CAP. XLII.

Anno Christi 1299.

Petr. Lucius in BB. Car. lit. N.

HENRICVS DE HANNA, siue vt vocant alij, de Arena, siue Harenna, natione Anglus, patriâ Norvvicensis, Solitudinis magnus Amator. Habitum Virgineum induit in *Sylvestri* Norfolcensis regionis Cœnobio, apud Brunhamiam: ibidem, teste Lelando, & Pitsæo per annos plures diuinis contemplationibus totus intentus, admirandæ virtutis clarissima specimina dedit.

ANNO CHRISTI 1299. Leland. cit. Pitsæ. cit.

Diuini verbi fuit declamator, velut missus è cælo, zelôque animarum insignis, vix à prædicando cessabat. Adeò fuit spectabilis viri pietas, prudentia, & singularis in omni litteratura erudita versatio, vt anno 1254. Londini in Generali Capitulo electus fuerit secundus Angliæ Prouincialis, quod munus per octodecim annos adeò strenuè administrauit, vt omnium ad se, benignitate, & prudentiâ suâ facilè corda demulserit. Rogatu suo Richardus Cornubiæ Comes, domum celeberrimam quam apud Oxoniam in vico *Stocvvel* habebat, pro erigendo Carmelitarum Cœnobio insigni, donauit, teste Lelando.

Tandem Galliæ factus Prouincialis, per Regna Franciæ; Scotiæ, Hiberniæ, & per totam Germaniam incredibili industriâ, multis Monasteriis erectis, suum ordinem mirabiliter adauxit.

Iacob. de Plebe in Indice Pisano Ordin Seruorum. Leland. & Pitsæus cit. Anton. Posseuin. in Appar. to. 1.

Scripsit, teste Iacobo de Plebe, Pitsæo, Lelando, & Posseuino Epistolarum formulare egregium, lib. I. Ordinationes Cœnobiorum, lib. I. Concionum variarum, lib. I. & alia. Felicissimis tandem laboribus, & candido senio confectus Stanfordiæ spiritus alta petiit viri, salutis anno 1299. sub Bonifacio VIII. Pontifice O. M. & Imperatore Alberto.

Hic est idem ille quem obiisse censet Posseuinus Stanfordiæ anno Iesu 1399. fuit in anno Chalcographi lapsus.

***

Anno Christi 1300. | Anno Christi 1303.

ÆTAS DECIMAQVINTA,

Quæ est ab anno Millesimo trecentesimo CHRISTI IESV, vsque ad annum millesimum quadringentesimum eiusdem decimaquarta.

Fundatæ Religionis anno 1234.

DE VINCENTIO LEONE EPISCOPO.

CAP. XLIII.

Anno Christi 1300.

VINCENTIVS LEO natione Siculus, Panormis in Sicilia satus, Bosensis in Sardinia Episcopus, clarâ virtute, & præstanti sapientiâ felicissimus. An aliquâ scripserit omnino nos latuit, sed assiduo virum fuisse litterarum exercitamento præstantem, Reuerendissimique Magistri Desiderij à S. Martino Magistrum, Lucius noster affirmat.

Lucius in Sincstesi ad [illegible] f. 83. lit. V.

Tandem cùm sacram Insulam, & Carmelum illustrasset, felix in Christo Bossæ requieuit, crediderimus annis Christi 1300. sub Bonifacio VIII. & Imperatore Alberto.

DE PETRO RIMI, seu, DE PERPINIANO.

CAP. XLIV.

Anno Christi 1300.

PETRVS RIMI, RIV, seu RIMES vel, vt eum Trithemius vocat, & Sixtus, ex cognomento famosiori DE PERPINIANO, Natione Cathalanus. Vir in scripturis sanctis eruditissimus, & scholasticæ Philosophiæ subtilis enodator, ingenio ingenuus, & eloquentiâ mirabilis. Multa scripsit, inter quæ Lucius sequentia solummodo dat. Super sententias lib. 4. Quæstiones sententiarum, lib. II. Super totum Psalterium, lib. I. Sermones varios, lib. I. Viuebat insigni nomine clarus annis Christi 1300. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Trithem. in de viris Sixtus lib. 4. BB. sacræ.

Lucius in BB. Carmelitana. Posseuin. to. 3. S. app. Relata Cataloniæ Prouinciæ.

DE HVNFREDO NECTONO.

CAP. XLV.

Anno Christi 1303.

HVNFREDVS NECTONVS, Natione Anglus, Patriâ Norfolcensis, Norvvicensis Cœnobij in Anglia filius. Cantabricensis fuit Doctor celeberrimus, non lauro tantum, sed auro coronatus: ob auream doctrinam, & ingenium *Aureus Doctor* appellatus, Publicus lectissimi illius Lycei sacræ Theologiæ diuinus Interpres, solidissimè sapiens, vehementissimúsque diuini Verbi declamator. Lelandus illum hoc disticho exornat:

Leland. apud Pitsæum.

Laudibus Hunfredum meritis super astra feramus,
Cui data Grantanæ Laurea prima scholæ.

Scripsit teste Lelando, Pitsæo, Iacobo de Plebe, & Lucio sermones Dominicales, lib. I. Super articulos Theologiæ, lib. I. Quæstiones ordinarias, lib. I. Scholasticas lecturas, lib. I. Plenus demum bonitate, & senio feraci pace quieuit in Christo, periodum vitæ claudens in Norvvicensi Carmelo, salutis anno 1303. sub Bonifacio VIII. & Imperatore Alberto.

Leland. cit. Pitsæus cit. Iacob. cit. Lucius cit. Posseu. to. 3. S. app.

Alter omnino iste Hunfredus est ab Hunfrido siue Vnfredo illo Nekione de quo agendum est sub anno 1370. hac ætate cap. 128.

DE GOBELINO ALEMANNO.

CAP. XLVI.

Anno Christi 1305.

GOBELINVS ALEMANNVS, Germanus natione, Germaniæ Prouinciæ Prouincialis, omni sapientiæ merce ditissimus, ditior tamen prudentia Christianâ. Commissarius

ANNO CHRISTI 1305.

Relata Belg. Poſſeuin. in ap. ſacro.

Commiſſarius Apoſtolicus Angliæ Regni cum Conrado de S. Georgio Carmelita item inſigni, pro ſedando Eccleſiæ ſchiſmate quodam in Anglia: cuius in functione miram Patrum ſapientiam, & prudentiam contemplatus eſt orbis.

Plura ſcripſiſſe compertum eſt, ſed Poſſeuinus ſequentia extare tantum affirmat: Statuta arbitraria, lib. I. in quibus ſuorum fecit Angelicè ſopire diſſidia. De pœnitentiis, lib. I. Diſputationum, lib. I. Viuebat feliciſſimus annis datæ ſalutis à Chriſto 1305. ſub Clemente V. Burdegalenſi, Pontifice O. M. & Imperatore Alberto.

DE GVILLIELMO ALCHONIENSI.

CAP. XLVII.

Anno Chriſti 1306.

GVILLELMVS ALCHONIENSIS, natione Gallus, Pariſienſis Doctor, & in celeberrimo illo orbis Lyceo Publicus Sanctæ Theologiæ, & celebratiſſimus interpres. Acerrimus fuit hæreticorum Antagoniſta, contra quos, S. Tiago noſtro teſte, verbo, & calamo, vt fidiſſimus fidei Pugil Catholicæ, viriliter decertauit: ſcripſit dogmate vario varia aduersùs eos, indefeſſôque gutture Chriſti illuſtriſſimus canis effectus latratu, & morſu multo illos dilacerauit.

Pariſiis in ſuo Cœnobio florebat, ſeruatæ à Chriſto ſalutis, anno 1306. ſub Clemente V. Burdegalenſi Pontifice O. M. & Alberti Imperatoris Imperio ſacro.

DE SANCTO ALBERTO DREPANITA SICVLO.

CAP. XLVIII.

Anno Chriſti 1307.

Primus Cabiloneſ. in Topogra.

SANCTVS ALBERTVS cognomento Drepanita, natione Siculus, patriâ quondam Ericio, nunc Drepanus Siciliæ ciuitate vocata. Ex nobiliſſimo Abbatiorum, & Palicorum (Primo teſte) ſanguine ſatus. Inter legis gratiæ, ſine dubio viros, vitæ ſanctimoniâ, animi fortitudine munctâ, virginalis pudicitiæ caſtimoniâ, maceratione corporis, paupertatis amore, indefeſſo orandi ſtudio, orationis efficaci vi, diuinæ gloriæ zelo, miraculorum vbique gentium actorum ſplendore, rerum geſtarum copiâ, exitu vitæ mirabili, Canonizatione eius ſingulari, facilè Princeps, & ſingulariſſimum Archetypon.

Tam diuinis benedictionibus; vel à iuuenili floſculo candidæ ætatis ſuæ, ita præuentus à Deo, vt à puſiolo, ſenile geſſerit cor, ætatem moribus vincens, & grauitate ſenum, & iuuenum probitate decoras. Liberalibus diſciplinis adeo ſubtiliter inſtructus eſt, vt breui clara ſapientiæ Pharus, & purum extiterit pietatis ſar. Doctorali decoratus infula prædicatione ſua magi, quâ non ſolum Siciliam verùm vniuerſum penè orbem mirabiliter inſtruxit, multos mirabilius ad Chriſti fidem compulit aduolare.

ANNO CHRISTI 1307.

Poſſeuin. [illegible] ap. ſac. [illegible] in 63. Carm.

Multa ad ædificationem Eccleſiæ ſcripſiſſe teſtantur Poſſeuinus, & Lucius noſter, è quibus hæc paucula legimus: Inſtructionum ſacrarum, lib. I. De Regula Ordinis, lib. I. De eiuſdem progreſſu, lib. I. Ioannes Mariana Politianus his addens, adducit ſcripſiſſe, de timore Dei, lib. I. De patientia, lib. I. De mundi contemptu, lib. I. De fallaciis diaboli, lib. I. Homiliarum ſacrarum, lib. I. Horum aliqua deſiderantur adhuc quia vix ſunt prælis emiſſa. Claruit Siciliæ Prouincialis ſæpè ſelectus.

Io. Mariana Politian. in vita S. Alb.

Multa Alberto Diuo debemus, inter quæ quod ſub horoſcopo, & auſpice tanto initia Religioſæ noſtra Carmeliticæ profeſſionis indigni ſuſcepimus, anno 1609. ipsâ eius feſtiuitatis die, quam quatuordecim miraculis manifeſtiſſimis ab eo in ſuo deuoto ſacello peractis Cæſaraugustani Cœnobij, & ſacram coronauit ſolemnitatem, quam celebrare ouanter tunc confluebat vndique fidelis populus vniuerſus. Placuit igitur ex innumeris mirandis eius in lectoris gratiam, & aliquale Patris noſtri obſequium,

Ingreſſus Auctoris in Religionem Carmelitanam, in die feſto S. Alberti.

Sit puerile licet, gratum tamen iſtud habebit,

à Mantuano noſtro emendicaſſe nonnulla, quæ ſparſim affert in hymno vitæ illius. Sic igitur ea diuinus cecinit Carmeli Chriſtianus Vates:

Mantuan. lib. Hymn. SS. vbi patrum vita & acta recitat.

Vide hunc hymnum eius Commentarium Iodo. Aſcenſ. Badij præfixum operibus noſtri Mantuani to. I.

Cœtus Alberto populi frequentis
Vota perſoluat: referatque grates:
Et ſalutaris veniant ad vnda
Pocula turba.
Cum puer ſeptem ſuperaſſet annos
More Baptiſta fugiens paternum
Limen: ad ſacram properauit almæ
Virginis ædem.
Candido velans humeros amictu
Vertit ad mores tenerum ſeueros
Corpus & canos iuuenilis ætas
Induit annos.
Vicit altricem ſcelerum iuuentam,
Atque fallaces Erebi figuras
Cum pugillari redimita cultu
Venit imago.
Semper à curis animum caducis
Flexit ad vitæ ſtudium beatæ:
Riſit humanæ genus omne laudis,
Riſit honores.
Prauigil ſomnos abigens inertes
Vel pios ibat manus in labores,
Vel reuiſebat meditans vtrumque
Linguæ volumen.
Feruidam ventris moderans orexim
Fluminum potum, tenuique menſa:
Debiles raro recreabat ægri
Corporis artus.
Regia ſpreuit thalamum puellæ,
Arma, theſauros, pariiſque fultas
Porticus ſaxis, Tyrióque veſtes
Murice tinctas.

Ibat

ANNO CHRISTI 1307.

Ibat in casus patienter omnes,
Prosperam sortem tulit, & sinistram,
Sicut inuicto scopuli marmoros
Pectore fluctus.
Criminum nullo superatus æstu
Maximos cæli meruit fauores:
Et potestatem super ima mundi
Regna minoris.
Arua Messanæ cruciata longâ
Mortis ærumnâ, meminère quando
Vexit ignotus pelagi per vndas
Nauita fruges.
Ciuitas duro famis in periclo
Mox erat tristi peritura fato,
Motus Alberti prece supplicantis
Audiit æther.
Tota vicini regio Pelori
Risit ad tantæ subitum salutis
Nuncium: versa petiêre prora
Littus liberum
Languidos potâ reparauit vndâ
Inde translatus fuit ad nepotes
Mos: vt vndanti fluuio quotannis
Labra coronent.
Spiritus aulæ Stygiæ procaces
Qui sub humanis violenter audent
Inquietantes habitare membris
Trusit ad Orcum.
Iura naturæ rigidámque legem
Mortis: & fati validam potentis
Robur inflectens, animam latentis
Traxit ab orco.
Tale miratæ facinus profunda
Iudices noctis, timuêre rursus
Ne Dei proles iterum silentem
Viseret vmbram.
Transiit siccis rapidum per amnem
Passibus: castum tulit vnda corpus:
Militat cælus pietas inermis
Tanta per omnes.
Ora leprosis populata squammis
Osculans tetra cute squalentem
Depulit morbum: nouitque primo
Corpus honore.
Spiritus iacto vitreum lapillo
Fregerat Lychnum, puero legenti
Nocte lucentem: tenuísque lumen
Igne ferentem:
Frusta collegit puer, & silenter
Tristis effudit lacrymas ad aram:
Frusta coniunctis coiere labris
Corpus in vnum.
Ante conspectum populi frequentis
Ad viri funus cecinêre laudes
Nuncij, summo tenuem per auram
Æthere lapsi.
Corporis manens odor insepulti
Extitit multis medicamen ægris:
Ipsa languores varios fugabant
Saxa sepulchri.
Sponte non vllo ferientis ictu
Æra de summis sonitum dedêre
Turribus: quando superam petiuit
Spiritus Arcem.
Antè nocturna referentur vmbra
Et dies Phœbi fugiente curru
Occidet: quàm sit reticata tanta
Gloria laudis.
Sic precor nostri miseratus esto,
Tempus infelix miserámque sortem
Pestis instantem, famis atque belli
Auferat iram.
Auferat vitæ scelus expianda:
Et suis placans precibus Tonantem
Non sinat tantis hominum subesse
Regna periclis.

Migrauit igitur Albertus ad Astra, Messanæ, in Sicilia cuius animam in candidissimæ columbæ specie ad cælos aduolantem multi vidère, anno Christi è Virgine nati 1307. sub Clemente V. Pontifice Opt. Max. Burdegalensi, & Alberto I. Imperatore in Occidente regnante.

Vide si iuuat, & vacat à curis, nostrum de vitis SS. Carmelitarum opus, vbi fusiùs vitam, & acta Seraphici Patris ducentes, plures, qui illa suis scriptis illustrarunt, recitamus, & adducimus tibi.

DE GERARDO A BONONIA PRIORE GENERALI LATINORVM Vndecimo.

CAP. XLIX.

Anno Christi 1307.

GERARDVS à BONONIA, natione Italus, patriâ Bononiensis, vndecimus inter Latinos Generalis Carmelitarum Prior, Brugis in Flandria vnanimi omnium assensu anno 1307. selectus. Maximum sui temporis Ecclesiæ Catholicæ lumen, Parisiensis Doctor. Vir pietate, doctrinâ, & Christi Iesu diuino exultus amore: cuius præconia laudum ad vsque sidera tollit Romanæ Ecclesiæ Dei Eminentissimus Cardinalis Berengarius, Episcopus Tusculanus, in Epistola commendatoria pro tanto Patre ad Capitulum Londini celebratum specialiter destinata. Is igitur postquam gloriosissimum Mariani Ordinis statum depinxerat Berengarius illustrissimus, sapientiâ, sanctitate, & virorum excellentia rutilantem, ad eius conseruationem, & incrementú allectus animo, sic de Gerardo Generali ad Capitulú Generale gloriosè alloquitur: *Profecto considerantes ex infinitis charitatis huiusmodi, quod Religiosus vir Frater Gerardus de Bononia, Prior Generalis eiusdem Ordinis, sacræ Theologiæ Magister, modernis diebus, apud Sedem Apostolicam constitutus, apertis thesauris suæ grandis sapientiæ, sic in conspectu Domini nostri Summi Pontificis, & fratrum suorum, multiplicium odorositate virtutum redolens: morum quoque candore, ac consilij maturitate complacuit: quod ob multimoda scientiarum fluenta, quæ de suo pectore velut de promptuario pleno fluunt, ab ipso Domino nostro, & fratribus suis in reputatione non modica: & pro vno de mundi huius litteratis elegantioribus reputatur, & ab illis quasi vasculum plenum aromatibus est dilectus: non indignè coniicimus, quod dictus Ordo propter ipsius Prioris Generalis excellentiam meritorum, ac propter fauorabilem beneuolentiam, quam ob ipsius Prioris*

ANNO CHRISTI 1307.

Chronic. Ord. lib. 1. c. cap. 4. Catalog. Transp. Generalium.

Refertur a speculo Ordinis f. 83. pag. 2.

ANNO CHRISTI 1307.

Generalis grandia merita ab Apostolica Sede consequitur; Ordo ipse honore grandescit, & proficit vtilibus incrementis. Et si ipsum Prioratus Generalis regimen ipsius cedere fortasse contigerit, Ordo posset ex hoc verisimiliter minorari. Quamobrem si dictus Prior Generalis in Generali capitulo per fratres eiusdem Ordinis celebrando cedere, vel illud resignare voluerit: laudamus, & tibi speciali affectu quo ipsum Ordinem vel fratres ipsius prosequimur, sano consilio suademus: quatenus resignationem, vel cessationem eandem nullatenus admittatis. Nam illud, si fieret, statui & honori supradicti Ordinis, sicut firmiter credimus, plurimum derogaret, ac nobis etiam propter multa quæ inde Ordini sequi possent incommoda displiceret. Datum, &c. Hæc Berengarius Cardinalis.

Quinque tantus iste Pater Generalia comitia iunxit: currúmque rexit Heliæ grauissima dexteritate, per annos decem, in quibus, mirè temporalibus, & spiritualibus sui Ordinis incrementis, assiduo labore resudans, eum fecit accrescere. Statuta omnia, quæ alia Comitia decreuerant in vnum compilare fecit volumen egregium. Ordinem suum in partes Europæ in vndecim Prouincias diuisit: Rituale Ordinis in formam meliorem redegit: Officium sanctissimi Sacramenti, quod laudent in sæcula, cuncta creata simul, & Immaculatæ Virginis Mariæ Conceptionis, quam prædicent omnes creaturæ cæli, & terræ, celebrari Apostolicâ obtinuit auctoritate: eadéq; recitari fecit officiũ S. Ludouici Francorum Regis, & alia multa ad diuinum cultum attingentia disposuit. Istius tempore Generalis Clemens V. Pontifex Opt. Max. priuilegium de 140. annis pro erectionibus Conuẽtuum concessit, pluribúsque Indulgentiis ditauit Ordinem nostrum: Eiusdem solicitudine Ioannes XXII. Clementis successor, Bullam *Sabbatinam* vulgò vocatam ex Mariæ Virginis Dei Matris præcepto Carmelitis concessit, & declarauit in publica expeditam Apostolica forma: nécnon aliam cuius initium est: *Sacer Ordo vester*. In qua sub protectione S. Matris Ecclesiæ, cum exceptione ab Ordinariis nostrum Ordinem amplectitur.

De quibus vide Ord. Chronich. lib. 11. c. 12.

Porrò sapientissimus cum fuerit Generalis iste Magister in sacra potissimè Theologia, vt opera ab illo scripta, & grauissimum Eminentissimi R. Eccl. Cardinalis testimonium ostentant, scripsit super sententias, lib. IV. Quodlibeta plura, lib. I. Quæstiones ordinarias, lib. I. Sermones de sanctis, lib. I. De tempore, lib. I. Demum summam Theologiæ notabilem incepit, quam morte præuentus, vt testis est Lucius, & Posseuinus, qui hæc scripta recensent, perficere non valuit.

Luc in BB. Car. Posseui. to. 1. sac. ap.

Obiit Auenione, & ibi sepultus est anno ab Orco euerso 1317. sub Summo Ecclesiæ Iudice, Ioanne XXI. dicto XXII. Caturcensi, & Ludouico V. Bauaro contra Fridericum in Occidente regnante. Vide Trithemium.

Trithem de vir. illust. & scrip. Ecc.

ANNO CHRISTI 1310.

DE ROBERTO BASTONIO.

CAP. L.

Anno Christi 1310.

ROBERTVS BASTONIVS, illustri apud Anglos sanguinis stemmate cretus, patriâ Eboracensis, prope Notthinghamiam, Conuentus *Starburgensis* Prior (Philippum habuit germanum fratrem Ordinis nostri Doctorem peritissimum.) Vir fuit *integer vitæ, scelerisque purus*, in omni excellentissimus sapientia: Rhetorum facilè sui temporis Princeps, Poeseos etiam honoratissimâ cinctus Oxonij lauro.

Hector Boetius lib. 14. hist. Scotorum, ann. 1304.

Hunc, vt Boëtius affirmat, Eduardus I. Angliæ Rex in Scotiam secum adduxit, vt obsidionem Stribelliensis Castri, totúmque bellum eleganti suo Carminis penicillo delinearet, quod præstitit ad Regis gratissimum optatum. Sed heu! anno vno tantummodò lapso, in manus incidit Scotorum, iussúque Roberti Brusij tormentis compulsus palinodiam cecinit, vt testis est Belledenus.

Io. Belleden. in Scotica traslatione. Pits. cit. Posse to. 3. f. appar.

Porrò, Pitsæo teste, scripsit: De Stribelliensi obsidione, lib. I. De altero Scotorum bello, lib. I. Orationum Synodalium, lib. I. De variis mundi statibus, lib. I. De diuite Epulone, & Lazaro mendico, lib. I. De Scotiæ variis bellis, lib. I. De Sacerdotum Luxuriis, lib. I. Epistolarum ad diuersos, lib. I. Contra Artistas, lib. I. Tragœdiarum, & Comœdiarum, lib. I. Poëmatum, Rithmorum, & alia multa.

Tandé Nottinghamiæ feliciter obiit, salutis anno 1310. sub summo Domino Apostolicæ Clauis, Clemente V. Burdegalensi, & Imperatore Occidentis Ludouico Luthzemburgensi, Eduardo II. in Anglia regnante.

Posseuinus asserit vsque ad annum 1314. superuixisse.

DE IACOBO DE BRVGIS.

CAP. LI.

Anno Christi 1310.

IACOBVS DE BRVGIS natione Fládet, patriâ Brugensis, Parisinus Doctor, cuius illustrem in suis sententiarum libris mentionem Bacconstorpius noster agit. Vir fuit pius, & eruditione graui notissimus, Godefridi Cornubiensis discipulus Scripsit, teste Iuliano Gassarto. De impassibilitate animæ, lib. I. De motu intellectus, lib. I. & alia, quæ non vidimus adhuc.

Io. Bac. in 2. sent. dist. 29.

Iulia. Hasar. in BB Tigurina.

Floruerat annis Christi 1310. Sub Clemente, & Ludouico eisdem.

ANNO CHRISTI 1311.

DE GVILLIELMO HANABERGO.

CAP. LII.

Anno Christi 1311.

GVILLIELMVS HANABERGVS, natione Anglus, patriâ Soutreiensis, est oppidulum Londino affine: Oxoniensis fuit Doctor, & in Norvvicensi capitulo, anno Domini 1278. celebrato, quintus Angliæ Prouincialis electus: quo munere sanctè, solicitè & feliciter perfunctο, à Summis Pontificibus quàm plures in Anglia humanitates obtinuit, quas Reges, Regnique Proceres confirmarunt, & amplexati sunt.

Scripsit, teste Pitsæo, sermonum variorum, lib. I. lecturarum Theologarum, lib. I. Determinationum celebrium lib. I. Quæstionum Ordinat. lib. I. Londini demum felicissimus obiit, anno Messiæ missi 1311. sub Clemente V. Pontifice, O. M. & Ludouico Luxemburgensi Imperatore, Rege sub Eduardo II. in Anglia regnante.

Pitsæus cit.

DE GVILLIELMO LIDLINGTHONO.

CAP. LIII.

Anno Christi 1312.

GVILLIELMVS LIDLINGTHONVS, natione Anglus, patriâ vel Lidlingthoniensis, vel Cantabriensis. Stanfordiæ tamen Conuentus filius, Oxoniensis Doctor, omnigenâ vir celeberrimus virtute: fructuosissimus Euangelicus disseminator, Angliæ Prouincialis: à Gerardo Bononiẽsi Ordinis Magistro Generali ad Generale Capitulum in Gallia Narbonensi celebratũ, anno 1303. vocatus accessit, in quo, Lidlingthono nostro renuẽte, Anglia in duas Carmeli Prouincias diuisa est. Postea Parisiis S. Theologiæ Publicus in communi Lyceo interpres eligitur, & posthæc Terræ sanctæ, totius Palæstinæ, & Insulæ Cypri in Capitulo Genuẽnsi anno 1309. Prouincus sufficitur.

Tandem reuersus ad Patriam, muniis hisce peractis, Gobelino teste, & Pitsæo, composuit In Matthæi Euangelium lib. I. Sermonum ad populum lib I. Lecturas Theologicas lib. I. Determinationes lib I. Contra decretum Capituli Narbonensis lib. I. & alia quædam.

Gobelinus de script. Pitsæus cit. ætate, & Lelandus.

Stanfordiæ demum felicissimus venerandâ senectâ spiritum egit, annis Christi Iesu 1312. sub Clemente V. Pontifice Opt. Max. & Imperio Ludouici Lutzemburgensis.

ANNO CHRISTI 1312.

DE SIMONE CORBEIENSI

CAP. LIV.

Anno Christi 1312.

SIMON CORBEIENSIS siue è Corbila, natione Gallus, Parisiensis Doctor, Galliæ Prouincialis, vir celeberrimus. Posseuino teste, scripsit Scripturarum Glossar lib. I. serm. lib. I. & alia.

Posse. to. 3. S. Ap.

Florebat teste Trissuntio Incarnati Verbi annis 1312. sub Clemente V. Pontifice Opt. M. & Ludouico Imperatore.

Io. Trissun.

DE GVILLIELMO RADINGIO.

CAP. LV.

Anno Christi 1312.

GVILLIELMVS RADINGIVS, natione Anglus, S Theologiæ Doctor, eruditionis, & Religionis grandi stemmate conspicuus. Vitiorum omnium sempiternus osor, æternæ auidissimus gloriæ. Oxoni fuit ad annos plures Publicus S. Theologiæ Professor, tàm excelso sapientis nomine, & industrij viri, vt Londinum vocatus fuerit, cum aliis Doctoribus vt sub Vvinchelseio Cantuariensi Archiepiscopo, pro Tribunali, Templarios de atrocibus quibusdam sceleribus examinaret. Adfuit etiam, Pitsæo teste, Viennensi Concilio Generali, vbi admirabilem sapientiæ suæ spiritum coram sacris Patribus patefaciens, omnes rapuit in admirationem.

Porrò extinctis Templariis, sub Clemente V. Pontifice O. M. Radingius collectis articulis accusantium, & responsionibus accusatorum, ex his omnibus volumen compilauit, lib I. scripsit etiam Quæstionum quarumdam lib. I. & alia multa, teste Pitsæo. Posseuinus addit Lecturas Theologicarum lib. I. Sermonum lib. I.

Pitsæus de scrip. Angl. Posseuin. t. I. sac. ap.

Claruit ab Orbe redempto, anno 1312 sub eodem Clemente Pontifice, & Imperatore Ludouico.

DE HENOCHO PATRIARCHA:

CAP. LVI.

Anno Christi 1316.

HENOCHVS Patriarcha Hierosolymitanus, vt vtamur Brouij verbis, Ordinis Carmeli Monachus, vir doctrinâ, & vitæ integritate conspicuus, ab ipsa natura insita habuit virtutum omnium semina selectiora, quorum intuitu Patriarchalem Hierosolymorum insu-

Brouius.

ANNO CHRISTI 1316

lam conscendere meruit: accedente igitur gratiæ diligente cultura, mirificos protulit Henochus suo tempore fructus, quorum numero annumeramus duo illa Ecclesiæ cādelabra ante Dominum lucentia, & oliuas illas duas, Germanos fratres SS. Ioannem, & Angelum, venerabiles incolas Carmeli, de quibus dissertum est suprà, qui spiritus Henochij filij eius ad Sydera attollunt excellentiam. Si quæ inter doctrinam exempli mirabilis sui posteris scripta reliquerit, præter vitam S. Angeli Martyris lib. I. ignoratur omninò.

Suprà sub anno 1131.

Claruit Bzouio teste, & Carthagena annis Christi 1216. Nos autem senio graui, & venerando, decorum vsque ad annos Christi 1316. superuixisse putamus, & in his spiritum, credimus centenario maiorem, egisse, saluâ firmiori sententiâ sub Summo Principe delectionis Amasiæ Christi, Ioanne XX. dicto XXII de quo mirum; vt adnotauit Bellarminus quod dici placuerit XXII. Ioannes, cum nullus nominis huius præcesserit XXI. & sub Imperio Ludouici Lutzemburgensis.

Abr. Bzou. to. 13. post. Baronium. Io. Cartag. t. 3. ho. 17.

Bellarminus in Chronologia f. 12. in Tab. Pontificum ad ann. 1316.

DE SIMONE DE SPIERA PRIORE GENERALI LATINORVM Duodecimo selecto.

CAP. LVII.

Anno Christi 1317.

SIMON DE SPIERA, (vocant alij *de Spirra* sed malè, alter enim ille ab isto est,) quem à Catalogo Latinorum Generalium communiter Ordinis Historici expungunt, eo quòd, cùm ad Generalatum fuerit assumptus, præpeditus breuissimo tempore morte, currus Heliæ habenis cedere compulsus, ad astra iubente Christo volarit. Nos autem, cum magna viris insignibus, sit meruisse fat, cum Generalium Catalogo adiecimus, tamquam electum Coloniæ anno 1317. Fuerat igitur sapientiæ, & religionis præclarum Archetypon clarissimus iste pater. Si quæ scripta posteritati dederit, ingenue fatemur nulla vidisse. Obiit̄ tamen ipso anno, mense, hebdomadâ, & penè electionis suæ die Coloniæ, sepulrúmque ibidem fuisse, constat apertè ex relationibus è Prouincia Inferioris Alemanniæ, & antiquo Ordinis Chronico, quod habuimus apud nos. Cui sic tumulato sub Summo vertice Ecclesiæ Ioanne XXII. & Imperatore Ludouico Pulchro Austrio sic ponere iuuat:

Catalogus asserit Generali in Transformatiano. Archiuo seruatus.

Relationes ab Alemanniæ, f. 16. MS. Chronicon Ordinis antiq. MS.

Nobile Carmeli decus, istâ Simon in Vrnâ
Occubat exili contumulatus humo.
Mortuus ecce iacet, morte extinguuntur honores,
At virtus mortis nescia, morte viget.
Discite mortales fortis memoranda supremæ
Fata: quibus mors est indelig, vita breuis.

Incerti.

ANNO CHRISTI 1318.

DE GVIDO DE TERRENA, Cognomento DE PERPINIANO PRIORE GENERALI Latinorum Terciodecimo.

CAP. LVIII.

Anno Christi 1318.

GVIDVS DE TERRENA dictus DE PERPINIANO, quem alij cognomento *Guidum*, seu *Guidonem Parisiensem* appellant, eo quod Parisiis tanta Doctorum Vrbis, & Lycei admiratione ob singularem, & inauditam viri sapientiam Doctoris laurum acceperit, vt per antonomasiam vocatus fuerit *Doctor Parisiensis*. Tertius decimus Carmelitarum Latinorum Generalis, anno Christi Saluatoris 1318. Burdegali electus est non Coloniæ. Natione fuit Cathalanus, patriâ nobilissimus Perpinianēsis. Vir tunc, Heuerardo Carthusiensi teste, inter sapientissimos sui temporis Patres, sapientior. Virtute, simul, & Religione lucidissima insignis. Vixdum tertium sui Generalatus expleuerat annum, cùm Ioannes XXII. Pontifex O. M. eum summo Christi accensum zelo honoris, & omni litterarum incremento contemplans refertissimum, Maioricensi primùm, deinde Elnensi infula decorauit. Porrò posteritatem instructurus sequentia scripta laborauit, Trithemio, Coriâ, & Marieta testibus. Super octo libros Physicorū. lib. VIII. In libros de anima, lib. I. Super sententias, lib. 4. Quodlibetorum, lib. I. Quæstionum ordinar. lib. I. Ad imitationem S. Augustini Concordiam Euangelicam, lib. I cui titulus *Quatuor vnum*. Correctorium iuris super decretum, lib III. De vita, & moribus Christi, lib. I. De perfectione vitæ Catholicæ, lib III. ad Ioannem Papam XXII. lib. I. contra hæreses tam eleganter, & fideliter Hæreticorū omnium errores refutans, & recensens in eo, vt meritò affirment Lucius, & Minucius nostri, primum fuisse Guidonem, post S. Augustinum, qui primas tulerit omnibus in hoc scriptorum genere: hunc citat Bellarminus, & omnes melioris notæ Doctores maximi faciunt; & venerantur huius libri doctrinam; & veluti à superis lapsam viri sapientiam: quidquid Alphonsus à Castro, Zamorensis Guidonem virum sanè suo tempore præclarissimum Religione & sapientiâ illustrissimum Catholicâ, diuini honoris, & Orthodoxæ fidei defensorem acerrimum obscurare inuidus contendat.

Catalog. Trasimpon. Petr. Lucius in comp. hi. Car. c. 12. Heuerar. fascic. tep. ad ann. 1334.

Trith. de vir. Coria lib. 11. cap. 14. Io. Marieta lib. 11. ca. 56

Petrus Lucius Franc. Minucius à Riuda in Comp. hist. Car. cap. 11. Bellar. in Chronol. tēp. ad ann. 1330. Franc. Maurolycus & annal. de B. Ber. in frōte operum.

Is tamen est, quicquid dicat, cui nemo secundus
Vitâ, doctrinâ, religione, modo.
Eloquio pollens, pollēns pietate sagaci;
Non minus ingenio, simplicitate magis,
Et qui, quæ tractat spirante volumina sacro
Numine constaunt, maximus iste Pater.

Sanderus

ANNO CHRISTI 1318.

Sanderus Mon. Eccl. lib. 7. Euerar. cit. Posseu. to. 1. Sac. App. Val. Taxandrus. Andr. Sco. in sua Hispan. BB. Coria lib. 21. c. 14.

Sanderus refert contra omnes hæreses scripsisse librum, quem dicasse Albanensi Cardinali Ganzelino Euerardus affirmat: vulgatumque esse Lutetiæ Badianis typis. Aiunt etiam scripsisse contra Arnoldum à Villanoua Cathalanum lib. 1. quem Posseuinus Reprobationes Operis Cathalonici intitulat. Item in Cantica Euangeliorum, lib. 1. vt colligitur ex classe scriptorum Carmelitarum in Valerio Taxandro: Tandem in maiorem Bibliorum sacrorum partem scripsit libros plures, quamquam vix ad manus habeantur, Posseuino notante. Vide Andream Scotum Belgam, & Coriam.

Demum peracto strenuè Infulatum officio, tot operibus sapientiæ plenus, & religiosâ decorus pietate, post erectum à se Maioricense Cœnobiū Auenione ad sydera volat, sed translatus est in Perpinianum ad Carmelicolas suos, Episcopique pompâ celebri parentatus ibidem. Anno ab Orco euerso 1330. sub Summo Ecclesiæ Arbitrio Ioanne XXII. Caducensi, & Imperatore Ludouico V. Bauaro, contra Federicum moderante Imperij axem.

Huius tempore Generalis Alemanniæ Prouincia in duas, inferiorem, & superiorem diuisa est.

DE GODEFRIDO CORNVBIENSI.

CAP. LIX.

Anno Christi 1320.

Pits. & Lelandus in de script. Angliæ. Posseu. to. 1. S. Appar.

GODEFRIDVS CORNVBIENSIS, natione Anglus, quem Baccondorpius noster *solemnem Doctorem* vocat eiúsque argumentis sæpissimè, citato vtitur doctore. Publicus fuit Lycei Parisiensis S. Theologiæ Professor. Scripsit Pitsæo, Lelando, & Posseuino testibus, super sententias libros IV. Decem quodlibetorum, lib. 1. Super prædicamentalibus, lib. 1. In Aristotelis posteriora, lib. 2. In Physicam eiusdem lib. 8. In eiusdem Metaphysicam, lib. 12. In sex principia Gilberti Porretani, lib. 1. Contra Gerardū de Bononia, lib. 1. super diuisione Anglicæ Prouinciæ cui restitit cum Guilhelmo Lidlingthano.

Claruit, eodem Pitsæo, & Lelando teste, qui viri encomia ad sydera tollunt, sub Ioanne XXII. & Ludouico V. Bauaro Imperatore, salutis anno 1320.

DE SIBERTO DE BEKA.

CAP. LX.

Anno Christi 1320.

Bergomen. Supplem. lib. 13. an. 1320.

SIBERTVS DE BEKA, quem Sibertum Tedescum vocat Bergomensis, natione Teutonicus, Geldriensis patriâ, inferioris Alemanniæ Prouincialis, in diuinis Scripturis, Iure Canonico, & sæculari Philosophiâ eruditissimus homo: Professionis suæ feruidissimus cultor.

ANNO CHRISTI 1320.

Iacob. Phil. cit. Posseu. to. 3. S. App. Trithem. de script. Eccl. Paleonydor. lib. 3. c. 10.

Multa, Iacobo Philippi Augustiniano teste scripsit. Super sententias lib. 4. De Censuris noui Iuris, lib. 1. Fasciculum florum diuersarum historiarum; lib. 1. quartò ab auctore cogni tum: iteratisque prælis posteritati missum. Considerationes super Regulam Carmelitarum li. 1. Ordinale Dominici sepulchri, ad normam Carmelitarum antiquiorem, subtili, & solerti calamo castigauit, lib. 1. quod per totum Ordinem seruari sancitum est ad vnguem in Capitulo Generali Coloniæ celebrato 1315. Habuimus copiam Ritualis istius, in membranis descriptam, anno nostræ Probationis in Nouitiorum domo Cæsaraugustæ quam, etsi difficili vetusto charactere notatam legimus sæpe. Paleonydorus citat librum alium Additionum, Siberto, non Liberto auctore, vt eum vocat, ex Chalcographorum credimus siue Amanuensium iniuria: in quo Beka noster affirmat, se vidisse antiquissimam in Carmelo Ecclesiam Ordinis stantem, nec à Saracenis dirutam eousque.

Claruit nomine egregio sapientis in Coloniensi Carmelo, sub Ioanne XXII. Pontifice O. M. & Ludouico V. Bauaro Imperatore Occidentis, annis Iesu 1320.

DE PHILIPPO BASTONIO.

CAP. LXI.

Anno Christi 1320.

PHILIPPVS BASTONIVS, Roberti, de quo suprà. germanus frater, illustri sanguine satus, natione Anglus, patriâ Nottinghamiensis, siue Eboracensis, omni hic scientiarum genere perpolitissimus, sed se ipsum Rhetoricâ, & Poëmate vicit: nihilominus, teste Iuniore Lelando, Doctissimarum Concionum vulgauit librum 1. Epistolarum, lib. 1.

Leland. Iunior. cit. Pitsæ. in de vir. illustr. Angliæ.

Demum religiosissimo nomine volauit ad Astra in suo Cœnobio, anno gratiæ 1420. sub eodem Pontifice & Imperatore.

DE IOANNE GOLDESTONO.

CAP. LXII.

Anno Christi 1320.

IOANNES GOLDESTONVS, vel Glodestanus, vt alij vocant, natione Anglus, patria Eboracensis, Doctor, & publicus apud Parisienses, & Oxonienses S. Theologiæ, sed diuinus Interpres: morum vir integritate conspicuus, vtraque Phi-

ANNO CHRISTI 1321.

losophiâ clarus, facundus eloquio, & summâ prudentia albo lapillo censitus, Diuinus & indefessus, verbi Declamator, velut datus à superis. Post se testibus Pitsæo, Sixto, Iacobo de Plebe, & Lucio sequentia scripta reliquit. Moralitates in Psalterium, lib. 1. Commentariorum in Matth. lib. 1. Moralitates in eúdem, lib. 1. Moralitates in S. Ioannis Euangelium, lib. 1. In eiusdem Canonicam, lib. 1. Diuisiones sermonum, lib. 1. Sermonum de Sanctis, lib. 1. Sermones de Tempore quinquaginta, lib. 1. Collectaneorum, lib. 1. In sententias, lib. IV. Disputationes sententiarum, lib. 1. Determinationes Theologiæ, lib. 1. Quodlibetorum, lib. II. Quæstiones Ordinarias, lib. 1. Orationum ad Clerum, lib. 1.

Claruit, Pitsæo teste, sub eisdem Pontifice, & Imperatore, & sub Eduardo II. Angliæ Rege.

Pits. cit. Sixt. Sen. in BB. Sacra. Iacob. de Pleb cit. Lucius in BB. Car.

Posseu. to. 2 Sac. App.

Pitsæ. cit.

DE IOANNE DE ALERLO PRIORE GENERALI Latinorum quartodecimo.

CAP. LXIII.

Anno Christi 1321.

IOANNES DE ALERLO, siue de Alerio, Gallus natione, patriâ Tolosanus, quartusdecimus Latinorum Generalis. Carmelitarum Magister Generalis, electus anno 1321. in Monte Pessulano. Clarissimum sane fuit sacrarum litterarum decus, & fulgentissimus Carmeli Sol. Huius tempore Patris, pluribus à Pontifice Summo, & magnis priuilegiis Ordo noster est illustratus, quæ videre sunt in Chronico Ordinis magno.

Scripsit, teste Sixto Senensi, & aliis, super sententias insigne volumen, lib. 4. In Ecclesiasticum, lib. 1. & alia plura, quibus peractis, & strenuissimâ dexteritate munere exhibito, totum se Deo dicare volens, libenter officio cessit, quod per annos nouem administrarat. In his duo Comitia Generalia celebrauit, Barchinone vnum (vbi ordinatum fuit, quod Antiphona *Salue Regina* in finem horarum omnium diuini officij recitaretur. Anno celebrationis Capituli istius, qui fuit Christi Iesu 1324. constat ex lib. actuum Generalium, in Archiuo Transpontinæ seruato, Cœnobium Ordinis iam fuisse erectum in Vrbe Alma Romæ, vt Boersius affirmat) Alterum Albiæ anno 1327 vbi varia sunt ad diuinum cultum attinentia sancita.

Demum laurum vitæ cincturus, vir bonus ad astra volauit Tolosæ in suo, vbi se receperat, Cœnobio, (Christo assidua pace sanctissimæ contemplationis vacaturus, officio cedens) anno reparatæ Adami posteritatis 1341. vt in Necrologio Florentino signatur, referunt Iacobus Seruita, Trithemius, & Lucius.

Lib. 2. c. 5. Sixt. in BB. Posseu. to. 2. Sac. App.

Salue Regina

Cœnobium Romæ Sanct. Martini in Montibus. Boersius in Catalog. G. Car. in G. Alerlo.

Necrol. Florent. Iacob. Philip. cit. Trithem. cit. Lucius cit.

ANNO CHRISTI 1324.

DE RICHARDO BILGRAVE.

CAP. LXIV.

Anno Christi 1321.

RICHARDVS BILGRAVE, natione Anglus, vir probus, & sapiens. Iuxta Posseuinum scripsit Determinationum Theologicarum, lib. 1. Quæstionum sacræ eiusdem Sophiæ alium.

Florebat sub eisdem Pontifice, & Imperatore ab ortu Christi 1321. annis.

Posseu. to. 3. Sac. App.

DE IOANNE MAGNI EPISCOPO.

CAP. LXV.

Anno Christi 1321.

IOANNES MAGNI, Magni quidem nomine clarus, natione Cantaber, sapientiâ, & virtute multâ Aquileiensem meruit Episcopatum, quod magno animarum lucro, & vigili ouium suarum cura, ad annos plures administrauit. Filium credimus fuisse Cœnobij Pompeiopolitani in Regno Nauarræ.

Tandem clarus virtutum stemmate, ad astra volauit Aquileiæ, & in sua Ecclesia sepultus, anno Christi 1321. Cùm prius Episcopalium Ordinationum scripsisset, lib. 2. sub Summo Pontifice Ioanne, & Ludouico V. Bauaro Imperatore.

Ex relationibus à Tolosa remissis folio 5. *Cœnobium Pompeiopolitanum.*

DE BERNARDO DE ROMA CARDINALE.

CAP. LXVI.

Anno Christi 1324.

BERNARDVS DE ROMA Eminentissimus Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, à Ioanne XXII. creatus, Natione Italus, Romanus patriâ. Vir tantæ doctrinæ & Religionis viridi lauro, & auctoritatis, & famæ, vt à Pontifice Summo Sutruensis primùm Episcopus, deinde Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creari dignus fuerit.

Scripsit, vt constat ex Speculo Carmeli, & Posseuino super 4. libros sententiarum, lib. 4. Ad Clerum Romanum, lib. 1.

Claruit, iuxta Posseuinum, annis Christi 1324. sub Ioanne prædicto, & Ludouico item V. præfato.

Relata Belgica secúda.

Specul. Car. Anton. Posseu. in App. Sacro.

ANNO CHRISTI 1330.

DE OSBERTO PIKINGHAMO.

CAP. XLVII.

Anno Christi 1330.

Io. Pineus à Victo.

OSBERTVS PIKINGHAMVS, alij Perkenham, siue Bikenham natione Anglus, patriâ Linnensis, sed Norfolcensis Cœnobij filius, Parisiensis Doctor, Publicúsque indidem interpres: vir sanè eruditione, & multâ pietate decorus, de omni benemeritus scientia, disputator acutissimus, & concionator, vt datus à superis. Patriam, Orbem, & Ordinem, variâ & summâ Doctrinâ illustrauit, cuius præcipuè fama Angliæ peruasit, & Galliæ fines.

Io. Pitsæ. Arnold. Bostius. Trith. & Leland. sæpe citati.

Fuit demum, Pitiæo, Bostio, Trithemio, Lelando, & aliis testibus, inter sui temporis viros celebres, celeberrimus ipse, cuius rei luculentissimum exhibent testimonium sequentia, quæ posteris profutura scripta reliquit. Postillæ seu Commentarij Sacrorum Bibliorum, lib. I. Sermonum variorum lib. I. De Conceptione immaculata Virginis Mariæ, lib. I. De visione Dei, lib. I. super sententias, lib. IV. Item quæstiones sententiarum, lib. IV. Determinationes Theologiæ, lib. I. Replicationum suarum, lib. I. Quodlibetorum, lib. I. Placida Theologica, lib. I.

Posseuin. to. 2. & Ap.

Obiit Londini, & sepelitur ad suos vbi viri facta celebria solemni æternantur Epitaphio piis Manibus apposito, anno gratiæ 1330. Sub Ioanne XXII. Pontifice O. Max. & Ludouico V. Bauaro Occidentis Imperatore.

Claudius Rob. in sua Gallia f. 12. de Guilhel. Boitrateno accommodatum Carmen.

Eloquio clarus, studióque, & floridus olim
Parisiis leges, Doctor, vtrasque legit.
Nobile Carmeli germen, fideique Sacerdos,
Carne subactus humo, sydera mente capit.

ANNO CHRISTI 1330.

DE V. PETRO DE CESIS PRIORE GENERALI Latinorum Decimoquinto.

CAP. LXVIII.

Anno Christi 1330.

Fr. Bostius in Thesau. spi. Car. in Catalogo Gen. Carm.

VPETRVS DE CESIS, (alij *Cæsa*, alij *Casa*, sed corruptè cognominant,) natione Aquitanus, patria Lemouicensis, satus ex nobilissimo sanguine Cesis, qui multis Romanam Ecclesiam Cardinalibus, Ducibus, Principibus, & Marchionibus, Italiæ solum, & quod maius est Orbem totum suprema Tiara Syluestri II. Papæ nobilitauit. Decimus quintus Carmelitarum Latinorum apud Valencenas Galliæ Prior Generalis electus, anno 1330. vbi Alerius cesserat officio. Filius fuit Conuentus Bononiæ, qui tunc erat ex Aquitaniæ Prouincia. Comitia duo iunxisse constat, aliud in Nemacensi Cœnobio, quod est in Prouincia Narbonæ anno 1333. In Bruxellensi aliud, anno 1336. quod est in Prouincia Brabantiæ. Petrus iste insigni vir clarissimus sanctitate, vt grandia innumeráque ab eo miracula peracta testantur, Trithemio, Bostio, Heuerardo, Boé. sio, & Corra dicentibus, postquam Ordinem suum per annos duodecim mirabilibus incrementis rexisset, mirificâ omnem illum obseruantiâ clarescere faciens, à Clemente VI. Bassionensis Episcopus primùm, deinde Patriarcha Hierosolymitanus electus est, teste Paleonydoro, Trithemio, Heuerardo, Sabellico, & Leone à S. Ioanne,

Trith. de v. tis. Arnold. Bos. citat. Heuerar. cit. Boerius in Cat. Gener. in ii. Petro Cesis. Corra lib. 1. cap. 6. Paleo. lib. 3. cap. 2. Trith. citatus. Heuer. citatus. Anton. Sabel. Æneade 9. lib. Orig. Car. Leo à S. Io. Rhedo. in Carm. in Typo vestis Relig. sec. 1. f. 119.

Demum vtraque in Præfectura mira semper sanctitatis & summæ sapientiæ exempla demôstrâs, plures conscripsit libros, maximè sup. sententias, lib. IV. methodo sublimi. Sermones de tempore, & sanctis, lib. II. In Aristotelis Politica, lib. I. & alia. Vide Trithemium.

Trithem.

Post hæc, ferace meritorum fruge, copiosissimus Bassione ad astra volauit, vbi in sinibus spôsæ suę recôditus, affulget, vt in vita, & in morte miraculis multis. Obitus autê illius annus latet, sed hic ingenuè à peritiori desideramus addi.

Posseu. t. 3. S. App.

Floruerat temporibus Ioannis XXII. Benedicti XII. & Clementis VI. Burdegalensis Summorum Pôtificum, & sub Imperio Ludouici V. Bauari, & Caroli IV. Bohemi, Occidêtis Imperatorû. Tanto igitur Patri gaudêtes dabimus ista:

Ex Incerto.

Quem decor, & mores quondam celebrare solebant:
De Cesis Petrum frigida petra tegit.
Quem pietas, virtus, & honos, & pulchra Sophiæ
Nobilitas vexit: clarus ad astra volans,
Repperit illustrem cælesti munere famam:
Quam nequit in tanto mors abolere viro.
Nec moriens moritur, nec viuens viuere credam
Mors illi fuerat viuere; vita mori.

DE

Anno Christi 1330.

DE HENRICO DE AQVILA.

Cap. LXIX.

Anno Christi 1330.

HENRICVS DE AQVILA, natione Germanus, Doctor Parisiensis, & vir sanè Religione præstantissimus, aquilinique acuminis ingenio sanè dotatus Scripsit in Cantica Canticorum, lib 1. Contra Petrum de Crosalit, lib.1. Quodlibetorum, lib.1. Quæstiones ordinarias, lib 1. teste Posseuino.

Posseu. citat.

Floruerat annis gratiæ 1330. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE GILBERTO VRGALIO.

Cap. LXX.

Anno Christi 1330.

GILBERTVS VRGALIVS, cuius Regnum, & Patriã à Posseuino silentur, dum asserit fuisse Carmelitam, sacræque Theologiæ ingenuum professorem: scripsisseque de Theologicis, lib.1.& alium, cui frons: *Summa quarundam legum*, lib 1. Vixitque annis ab euerso Tartaro à Christo 1330. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Posseuin. cit. in append. tom. 1. Sacr. Appar.

DE ANTONIO EPISCOPO.

Cap. LXXI.

Anno Christi 1330.

ANTONIVS, GERVNDENSIS cognomento, natione eum quidam Catalanum existimant, Celtiberum alij: Vir celebri memoria dignus: ob insignem pietatem, & sapientiam, grandi dignissimam Heroe Heliade: Episcopus Galtelliensis à Ioanne XXII. creatus, postea Episcopi Gerundensis Coadiutor Episcopus.

Religionis suæ augendæ feruidus zelo Gerundense Cœnobium, annuis dotibus auxit, salutis annis 1314. Plura scripsisse docemur, quorum adhuc tituli latent.

Obiisse constat annis Christi 1330. sub Ioanne XXII. Pontifice O. M. & Imperio Ludouici V. Bauari, sepultúmque est inter suos Gerundenses Carmelitas, in frequenti Cœnobij Capitulo, vbi celebri sarcophago (cui insculpta est Episcopi Fundatoris imago, cum inscriptione hac:

HIC REQVIESCIT IN CHRISTO F. ANTONIVS EPISCOPVS. GERVNDENSIS EPISCOPI COADIVTOR.)

contectus asseruatur. Hæc ex relationibus R. P. Onufrij Scholani à Catalonia missis anno 1633.

Relationes Catalaniæ.

Dant item Philosophum & Philosophiæ Interpretem strenuum fuisse in Gerundensi Musæo Relationes nouissimæ, diuini Verbi sui temporis inter declamatores facilè Principem: Extatque sermonum Dominicalium & Sanctoralium Tomos plures.

Relationes nouissimæ.

DE IOANNE WALSINGHAMO.

Cap. LXXII.

Anno Christi 1330.

IOANNES WALSINGHAMVS, (alij *Vualgran*, *Vualsergram* nonnulli, sed errore, non enim sic editiones Antuerpiensis & Parisiensis,) Natione Anglus, Burnhamiensis Cœnobij in Norfolcia filius, Parisiensis, inter Sorbonicos Doctores, sapientissimus Doctor, & Publicus, Trithemio teste, sacri illius Lycei Professor diuinæ Theologiæ. Pius vir, & candidus mente: Angliæ vndecimus Prouincialis, anno 1326. selectus. Albienti in Aquitania adstitit Concilio, vbi cùm mira spiritus, & ingenij tu. dederit signa, à Ioanne Papa XXII. vocatus, Auenionem perrexit, vt contra Guillielmum Occamum, de Potestate Pontificis Summi, alijsque articulis disceptaret; at malè sibi conscius Occamus, debitasque ne temeritatum suarum pœnas solueret timens, comparere ausus haud est, Ioanni Primas in omnibus cedens. Ioanni prædicto Pontifici fuit charus Ioannes noster, charior tamen successori vndecimo Benedicto, apud quem insigni honore est habitus, & pretio.

Trith. citat.

Scripsit Trithemio teste, & aliis in Prouerbia Salomonica, lib.1. super sententias, lib.4. Determinationes Theologicas, lib. 1. Quæstiones ordinarias, lib. 1. Quodlibeta, lib. 1. Conclusiones disputabiles, lib. 1. Lecturas Theologas, lib. 1. De cursu sacræ Scripturæ, lib. 1. Sermones 60. lib. 1. Contra Occamum de Ecclesiastica potestate, lib 1.

Trith. citat. Posseu. to. 1. S. App.

Demum felicissimâ morte præuentus, Auenione vocatus est ad cælos, anno à plenitudine temporis, quo misit Deus filium suum natum ex muliere factum sub lege, 1330. sub Pontifice, & Imperatore eodem.

DE IOANNE DE CAMPOLONGO EPISCOPO.

Cap. LXXIII.

Anno Christi 1331.

IOANNES DE CAMPOLONGO, natione Catalanus, patriâ Perpinianensis. In celebri illo & antiquo, & illustrissimo Carmelitarum Cœnobio, virorúmque celebrium agro

Anno Christi 1331.

feracissimo, bonis moribus instructus, Concionator eximie veluti cælitus elapsus, zelo seruidus, & facundiâ clarus. Ob ingentem viri doctrinam, & sapientiam diuinam Elnensi infulâ decoratus est, vt affirmat Catalogus illustrium Carmelitarum Perpiniani Cœnobij nostri, ex quo item constat virum floruisse annis à Christo nos in filios adoptante, 1331. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Catalog. è Catalaunia missus.

Relata item nouissimè missa à R.P. Mag. Priore Barchinonensi & huius nostræ Prouinciæ Visitatore & reformatore & Præside (pro Capitulo Prouinciali Valentiæ ann. 1637. celebrato) Generali & Apostolico Martino Roman, natione Celtibero.

DE RICHARDO MESSINO EPISCOPO.

CAP. LXXIV.

Anno Christi 1332.

RICHARDVS MESSINVS, natione Anglus, Lelando teste, Episcopus Dormiensis fuit, Pitsæus multo fundamento, vt ipse affirmat, credit scripsisse multa quorum titulos noscere non valuit, nec nos alicubi inuenimus: constat verò virum fuisse lucidissimo radio sapientiæ signatum, & religiosæ vitæ splendore venustum, Floruisséque annis Christi 1332. sub eisdem Pontifice summo, & Imperatore.

Lelan. cit. à Pitseo in de Script. Angliæ.

DE IOANNE BVRLÆO.

CAP. LXXV.

Anno Christi 1333.

IOANNES BVRLÆVS (ne legas solicite lector *Eblans*, fuit enim iste insensatissimus, scelestissimus, & impudentissimus Angliæ hæreticus.) Natione noster fuit Anglus, Stanfordiensis Cœnobij filius, Oxoniæ Doctor, in sacris scripturis commentandis disertissimus, de quibus multa subtilissimè pandit arcana, teste Lelando, & Pitsæo. In diuidendo Anglicanam Prouinciam, obstitit Generali Gerardo, sed victus euasit.

Leland. & Pitseus cit.

Lelando teste, scripsit in Porphyrium, in Aristotelem, in Gilertum, in Petrum Lombardum, libros XXXVII. Tamen gloriosâ venerandus senecta, Regnante in Anglia Eduardo tertio, feliciter Stanfordiæ decessit, à Tartaro victo anno 1333. sub Ioanne prædicto Pontifice summo, & Imperatore Ludouico V. Bauaro, contra Fridericum regnante.

Leland. & ai. j.

Anno Christi 1334.

DE IOANNE BLOXHAMO.

CAP. LXXVI.

Anno Christi 1334.

IOANNES BLOXHAMVS, natione Anglus, Cestriensis Cœnobij filius, Oxonij Doctor, publicúsque S. Theologiæ Professor, vtráque disertissimus litteraturâ, sed mage disertus virtutum peritiâ, & animi moderamine recto: Angliæ fuit Prouincialis, & Generalis Visitator Scotiæ, Eduardo II. Regi charissimus, & III. Eduardo notissimus etiam, & in difficillimis Regni negotiis ab ipso semel, & iterum in Hiberniam, & Scotiam Legatus: Prudentiâ suâ & auctoritate, multa inter Regni Proceres nexuit incompossibilia.

Inter hæc nunquam doctrinæ immemor antiquæ, sequentia posteris, teste Pitsæo; & Lelando, scripta reliquit. In Magistrum sententiarum, lib. IV. Quæstiones disputatas lib. I. Sermones, lib. I. In Apocalypsim annotationem, lib. I. Hibernensium Ordinationes, lib. I. epistolas 186. lib. I.

Pitsæ. & Leland. cit.

Tandem sacro venerabilis æuo Oxonij teste Pitsæo, felicissimæ vitæ diem clausit extremum, anno Redemptoris Iesu 1334. sub Benedicto XII. Pontifice O. M. Tolosano, & Imperio Ludouici Bauari.

Posseu. to. 2. S. ap.

DE RICHARDO BLYTONIO.

CAP. LXXVII.

Anno Christi 1334.

RICHARDVS BLYTONIVS, BLYTON aliis, natione Anglus, patriâ Lincolniensis, & teste iuniore Lelando Oxoniæ sacræ Theologiæ Doctor, & decimus Angliæ Prouincialis: integritate vitæ, & non vulgari doctrinâ clarissimus, quique præstantissimis sæculi sui, diuini verbi declamatoribus, meritò accedit anteferendus. Patris eloquentiam feruorem, & zelum in dicendo, sæpè admiratus secundus Eduardus Anglorum Rex, amare, colere vehementer, sibique in secretis confessionum virum eligere compulsus est.

Lelan. iunior citatus à Pitsæo.

Scripsit, teste Pitsæo, repertorium sententiarum, lib. I. Sermones per annum, lib. II. Epistolarum lib. I. Quæstiones Ordinarias, lib. I. Compendium priuilegiorum Mendicantium, lib. I. & alia.

Pitseus cit. Posseu. to. 2. S. ap.

Tandem decrepitus, venerandâ senectâ, Lincolniæ spiritum egit, ab Incarnato Verbo de Virgine Matre 1334. sub Benedicto Pontifice O. M. & Ludouico Imperatore prædictis.

DE

ANNO CHRISTI 1337.

DE DANIELE EPISCOPO.

CAP. LXXVIII.

Anno Christi 1337.

Bruschius li. 2. de Monachis. & Belgic are. lata.

DANIEL, Germanus natione, vir mirandæ sapientiæ, sed virtutis mirabilioris exuperantiâ summus. Bruschio teste, Verdensi aliis Ardensi in Germania Episcopio decoratus: Ciuitas eluxit super Carmeli Montem, imò supra totius Ecclesiæ Dei posita excelsè. Si quæ scripserit neque in Bruschio, neque in alio de Daniele nostro agente vidimus adhuc: floruisse tamen constat apertè, Carmelitámque fuisse, & filium Germaniæ inferioris Prouinciæ ex auctore prædicto, annis à solis ortu iustitiæ 1337. sub Benedicto XII. Pontifice summo & Ludouico V. Bauaro Imperatore.

DE IOANNE GVELDENERO.

CAP. LXXIX.

Anno Christi 1340.

Posseu. to. 2. S.ap.

IOANNES GVELDENERVS natione Germanus, Coloniensis patriâ, & Cœnobio, Parisiensis Doctor insignis. Scripsit Posseuino teste, Sermonum de Sanctis lib. I. Per Aduentum lib. I. Quadragesimale lib. I. Collationes feriales lib. I.

Floruit celeberrimâ concionationis dexteritate, & pietate illustris religiosâ, annis à Matris Magnæ Virginis partu felicissimo orbis 1340. sub Benedicto XII. & Ludouico Bauaro Imperatore.

DE HVGONE DE S. NEOTO.

CAP. LXXX.

Anno Christi 1340.

Lelandus à Pitsæo adductus cit. lib. 6.

HVGO de S. NEOTO natione Anglus ad fanum natus S. Neoti, filius Conuentus Huclinensis: Teste Lelando Cantabricensis fuit Doctor, Diuini verbi Præco diuinus. Pietatis, & eruditionis suæ, quibus maximè enituit, sequentia Pitsæus administrat: In S. Lucam lib. I. De Conceptione Beatæ Virginis Mariæ lib. I. Sermonum per annum lib. I. Quæstiones disputatas lib. I.

Demum felicissimum vitæ cursum Huclini consummauit anno à Virgineo Partu 1340. sub summo Clauium Ecclesiæ dominatore Benedicto XII. & Imperio Ludouici V. Bauari.

ANNO CHRISTI 1340.

DE SIMONE AB SPIRRA.

CAP. LXXXI.

Anno Christi 1340.

Trith. & Luc. vs cit. locis.

SIMON ab SPIRRA (non SPIERA confundunt enim duorum nomina alij.) natione Teuthonicus, totius Alemanniæ Prouincialis, Parisiensis Lycei Doctor insignis. vtrâque excellentissimus literaturâ, ingenij acumine eloquiique summâ dexteritate donatus. Sequentia, Trithemio, & Lucio nostro testibus, posteritati scripta mandauit. Super sententias lib. IV. Sermonis varij lib. I. Contra Iudæos lib. I. Super sacram Scripturam lib. II. Postillam Coloniæ lectam lib. I. & alia multa quæ ad nostram necdum sunt adducta notitiam.

Toti demùm celeberrimus sapientiâ, & Religione suâ orbi, Coloniæ moritur in suo Cœnobio, ibique sepultus nouissimam expectat tubam regnaturus in astris, ab anno Christi Iesu 1340. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE HVGONE DE S. HEST.

CAP. LXXXII.

Anno Christi 1340.

Relationes ab Alemanniæ Prouincia missæ fol. 1.

HVGVS, siue HVGO de S. HEST, natione Teutonicus, vir celebris, pietate clarus, doctrinâ illustris, & religiosâ disciplinâ venustus: scripsit, vt ex Relationibus ab Alemannia capimus, præter id quod ab aliis notatum est, de immaculata Virginis Conceptione lib. I.

Florebat in Prouincia inferioris Alemanniæ salutis à Christo annis 1340. sub Pontifice & Imperatore iisdem.

DE LVCA BOSDENO.

CAP. LXXXIII.

Anno Christi 1341.

Leland. & Pitsæ. citati.

Posseu. to. 2. S.ap.

LVCAS BOSDENVS, (non Bosderus, vt aliis,) Anglus natione, multo virtutum nitore affulgens, vir fuit enim teste Lelando, & Pitsæo *integer vitæ scelerísque purus*. Oxoniæ Doctoris Lauro meritissimè cinctus. Scripsit, testibus illis, In sex principia Gilberti Porretani lib. I. Philosophiæ naturalis lib. I.

Claruit à reparata salute anno 1341. in Angliæ Prouincia sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE

DE RVPERTO GALLO.

CAP. LXXXIV.

Anno Christi 1341.

RVPERTVS GALLVS, Gallus natione, in diuinis vir scripturis eruditissimus, subtile nactus ingenium infatigabili assiduitate litteris incubuit. Diuini fuit verbi declamator velut à cælo delapsus. Varia de Sanctis scripturis opuscula dedit, quibus æternum posteris sibi nomen adeptus est. Multa vulgauit è quibus Iacobo de Plebe Seruita, & Sixto sequentia extant: Super sententias lib. I V. In lib. Sapientiæ lib. I. De septem peccatis mortalibus lib. I. Moralitatum lib. I. De immortalitate animæ lib. I. In Canticum Canticorum lib. I. opus inabsolutum. In Prouerbia Salomonis lib. I. In Ecclesiasten lib. I V. In Euangelia lib. I. De libertate credendi lib. I. De effectibus stellarum lib. I. (fuit enim Astrologus insignis.) In omnes epistolas D. Pauli lib. X I V. Sermones de tempore lib. I. De Sanctis lib. I. De Scacchorum ludo lib. I V. & alia plura. Nonnulli eorum aliquos libros Rob. Holkoto Ordinis Prædicatorum, nescimus quo iure, tribuunt: quidquid sit, Robertus noster Sapientissimus ab omnibus habitus est.

Trithem. de v. i. Iacob. in Indice. Sixt. in BB. sacra. Posseuin. to. n. 3. S. app.

Clauit in Prouincia Franciæ in Conuentu S. Almandi, annis erepti hominis de diutissimo Lacodæmonis iugo per Christum 1341. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Vide Poss. 1. tom. 3. S. ap. in Holkot.

DE IOANNE POLLESTEDO.

CAP. LXXXV.

Anno Christi 1341.

IOANNES POLLESTEDVS (*Pollestede* aliis,) natione Anglus, patriâ Suffolcensis Gippesvvicensis Cœnobij filius, Oxoniensis doctor, testibus Lelando, Plebe, & Lucio integerrimæ doctrinæ, & vitæ celeberrimus vir in omni disertissimus scientia: Angliæ septennio Prouincialis electus anno 1351.

Lelan. l. cit. Iac. de Pleb. cit. Lucius cit.

Præclarissimi ingenij sui fœtus hos in lucem felicissimè emisit: Super sententias lib. I V. Concionum per annum lib. I. Sermones in visitationibus lib. I. Indicum copiosiorum S. Augustini operum omnium lib. I. qui incipit *Amat mortem*, &c. Epistolarum ad diuersos lib. I. Quæstiones varias lib. I. In Physicam Stagiritæ lib. V I I I.

Eboraci tandem Prouincialis transtulit auum, vbi sub polito marmore recubat tectus, sub iisdem Pontifice & Imperatore; anno Iesu 1341. Hæc Posseuinus ex citatis.

Posseuin. in app. S. to. 2.

DE IOANNE BAMPTONO.

CAP. LXXXVI.

Anno Christi 1341.

IOANNES BAMPTONVS natione Anglus, Cantabrigensis Doctor, acutissimi vir ingenij, teste Lelando, & Pitsæo. In perscrutandis Stagiritæ subtilitatibus nulli secundus, & qui plurimùm insudauit in illis. Scripsit de veritate propositionum lib. I. Scholasticas lecturas Theologiæ lib. I.

Lelan. l. cit. & Pitseus.

Clauit, iuxta citatos, sub Eduardo I I I Angliæ Rege, Pontifice summo, & Imperatore quibus supra, annis Christi 1341.

DE IOANNE CAMPSENO.

CAP. LXXXVII.

Anno Christi 1341.

IOANNES CAMPSCENVS, (*Campsen* Trithemius vocat, Lucius *Campson*,) natione Anglus. In Sacra pagina, & SS Patrum lectione auidissimè versatus. Diuini eloquij declamator vehementissimus.

Trith. cit. de vir. Lucius cit. l. B. Carm.

Scripsit, teste Trithemio, & Pitsæo, contra Wiclephitas, & Lolhardos, quibus fuit scutica dira, Sermonum de tempore lib. I. De Sanctis lib. I & alia. Et floruisse habemus generosum fidei Zelatorem, circa annos, orbis liberati 1341. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Trith. cit. Pitsæus cit.

Tu caue, ne istum, lector, cum Campeno, de quo anno 1404 agemus, commisceas.

DE BARLAHAMO CALABRIENSI.

CAP. LXXXVIII.

Anno Christi 1342.

BARLAHAMVS CALABRIENSIS, omnigenæ vir eruditionis armamentarium, cuius Elogium est à Græcis Imperatoribus, Bergomensi teste: Nullum fuisse homine isto repertum virum, qui tam auidè, abundè & viuidè Græcas litteras imbibisset, testantur scriptores Elogistici. Multa Græco axiomate composuisse fertur quæ integra nunc desiderantur à Græcis.

Iacob Phil. Sup. et Bergom. in supplem. ad an. 1342.

Floruisse constat in Calabriæ Prouincia, iuxta Bergomensem eundem, annis salutaribus à Christo 1342. sub Clemente VII. Lemouicensi, & Imperatorio Ludouici V. Diademate Bauari, in Fridericum regnantis.

ANNO CHRISTI 1342.

DE RICHARDO RADVLPHI.

CAP. XXCIX.

Anno Christi 1342.

Vvaſt. Apolog.c.15. Paleon. li. 1. antiq. Carm. cap. 7.

RICHARDVS RADVLPHI Ardinachanus, ſic eum Waſtelius appellat, vir magnus, & de Religione Carmelitarum optimè meritus: meritò illum Paleonydorus inter Carmelitani Ordinis accenſet alumnos egregios: Fuit Hiberniæ Primas, Diuini verbi declamator zelo feruidus, ſpiritu grauis, eloquentiâ candidus, & candidâ item morum honeſtate venerandus. Scripſit ſermonum libros plures.

Florebat illuſtri nomine notus ſalutis datæ Orbi annis à Chriſto 1342. Aueniomēſi in Cœnobio, vbi ad Cardinalium cœtum de immaculata Virginis Conceptione ſermonem habuit inſignem: ſub Benedicto XII. Orthodoxo orbis Antiſtite Maximo, & Imperio Conſtantis, & Conſtant.j Fratrum vnà regnantium.

Vvald. tit. 9. de Sacram. c. 89. n. 3.

Scimus Waldenſem noſtrum, contra hæreticos validiſſimè de more decertantem, Richardum hunc Ardmachanum, ſeu vt ipſe nominat, Armachanum, non tanquam Carmelitam, teſtē aduocare, ſed veluti Carmelitarum amicum. At certè in re hiſtoriæ, ſicut in S. Theologia, & acerrimis contra Eccleſiæ hoſtes concertationibus, Waldenſi iure meliori primas damus, ſed nunc bonâ pace tanti Doctoris, fides adſit pro Paleonydoro: Non certè ex auida cumulandi Carmelo cupidine viros, ſed vt meritò tanto Primate, noſter in eo paradiſus Carmeliticus aliquanto amplius efflorear, & condecoretur.

DE BENEDICTO XII. PONTIFICE O. M.

CAP. XC.

Anno Christi 1342.

[illegible] Gualſ[illegible]

BENEDICTVS Pontifex O. M. huius nominis XII. (XI. ab aliis, alij X. Iacobus Furnius ſiue Furnerius Caturcenſis antea vocatus: Ioannis XXII. Pontificis O. M. ex ſorore nepos, natione fuit Gallus, Cadurcenſis, ſiue Saccarduni [illegible] Diœceſeos Parmienſis Ciuitatis,) hone[illegible] [illegible]ibus ortus. Ingenuæ auctoritatis vir, [illegible] grandis ex ſummo Carmelitanæ fa[illegible] Theologo vt Catalogus Toloſæ Vniuerſitatis affirmat, & ex eo Lucius, Coria, S. Angelus, & alij. Ciſtercienſis Ordinis Abbas in Gallia à Chriſtianiſſimo Rege Galliæ Philippo Valeſio huius nominis VI. cognomento *Catholico* electus eſt: quæ cauſa eſt quod illum Auctores exteri è Benedictino Ordine ſiue Ciſtercienſi, ad ſupremam arcem Eccleſiæ aſſumptum adſcribant, nullus tamen Carmelitam fuiſſe ante Abbatialem Ciſtercij dignitatem negauit, id ſolùm curantes, vt nouiſſimum ſtatum, à quo in ſummum Pontificem eſt vocatus ſcriptis tradeient.

In ſūmo igitur Eccleſiæ vertice ex Cardinali S. Priſcæ collocatus, forma factus Catholici gregis, radios ſapiētiæ, & intimæ virtutis animæ ſuæ diffundens, vniuerſam Chriſti Eccleſiam illuminauit. Conſtantiſſimæ iuſtitiæ, vt loquitur Platina, & Illeſcas, & virtutum omnium ſingularis fuit archetypus; viros virtute præſtantes ex intimis viſceribus adamauit, iniquos odio habuit, & ſuper Dei inimicos tabeſcebat: pacis fuit altor ingenuus: magnus pauperum Pater, Eccleſiæ Chriſti Mæcenas verus, & fidiſſimus ſponſus: omnia quæ habuit illi, & Chriſti pauperibus erogauit: conſanguineos à ſe ſemper elimines fecit, Papam, circumferens hæc, ſæpe dicebat, non habiturum conſanguineos in terra; ſed totum ponendum in Dei Eccleſiis adaugendis ære, amore, ingenio, induſtriâ, & integrâ vi: Ordinationem faciens tantum vnam, & in ea ad Cardinalitiam euehens ſex viros, dignitatem, non carnem reſpexit, & ſanguinem, non amicitiam, nec ſæculares ſibi reſpectus propoſuit: ſed ſolam ſapientiam, pietatem, iuſtitiam, & omnes animi dotes, & Deum.

Pap. Platina de vitis Pontif. Benedicto XII. & Guundiſaluus Illeſcas 2. p. Pont. li. 6. c. 3. in Benedicto XII.

Ingenia ſumma, ſummo eſt proſequutus honore, viros ſapientiâ pollentes maximè adauxiſſe curauit, inter quos Franciſcum Petrarcham diuino Poëmate clarum, Zetum Pictorem elegantiſſimo penicillo ſuo. Gregorium Ariminenſem, & Thomam de Argentina in Theologia ſancta Doctores ſummos, maximis honoribus, & muneribus adauxit. Fidei fuit verus defenſor, & zelator auidiſſimus, pro qua augenda Regi Alphonſo II. Caſtellæ, & Leonis *Cruciatam* dedit contra Guandæ, & Marrochij Sarracenos, cuius ope benedictionis, illuſtriſſimam Alphonſus Benamarini victoriam decantauit.

Sapientiſſimus ipſe Pontifex, multo poſteros ſacro dogmate inſtruxit: prouerbialiſſimus erat, tamquam qui prudentiâ magnâ præditus, Salomon alter diiudicabatur. Eius ingenij eruditiſſima poſteris dediſſe volumina Lucius noſter affirmat, qui ſe Bizuntij in Anglicanis Bibliothecis aliqua vidiſſe teſtatur, prælos deſiderantia. Hermanus Schedelius ſententias nonnullas Pontificis noſtri dat, ingenio, & ſpiritu eius dignas eleganti, è quibus ex vngue poſſes agnoſcere leonem. Poſſeuino teſte, ſcripſit vitam S. Gualteri Abbatis, Regiſtrum epiſtolarum & Conſtitutionum in X Tomos diuiſum quod extat Manuſcriptum in folio in BB. Vaticana Regali Romæ. Item cōſtitutionem de Reformatione Monachorum Nigrorum, quæ appellatur *Benedictina*. Extat Manuſcriptum cum Commentariis Petri Boerij Abb. S. Aniani in Bibliotheca S. Benedicti de Mantua, vt Poſſeuinus recenſet ipſe. Dogma fidei eſſe declarauit: *Animas in gratia decedentium cum ſufficienti criminum ſatisfactione, vbi è corporibus ſoluentur, recto tramite in cælos Deo ſtatim fruituras aduolare.*

Illeſcas cit. & Flos SS. de SS. Hiſpan. Chronicon Alphonſi II. cap. 254. & Chronicum trium Ordinum Militarium.

Lucius in BB. Carm in Benedicto. Herma. Sche. in Chronic. typus & Iconib. elegantiſſim. Nurembergæ impreſſo. Poſſeuin. in app. tom. 1. & tom. 2. li. I. v. Iacob. Fur.

Deinum dierum plenus, & multis optimis operibus coronatus, quibus à multis *Sancti* titulo decoratur, extremum vitæ ſpiritum Auenione dedit, anno Chriſti Ieſu 1342. (ſub

ſummo,

ANNO CHRISTI 1342.

Summo, & immortali sæculorum Pontifice Christo ad dexteram Patris in cęlis sedēte. Temporibus Imperij terreni Ludouici V. contra Fridericū regnantis) cùm rexisset annis septem, mensibus 4. & diebus 10. Ecclesiam Dei, quæ tota lachrymis madida, pompam funeris tanti Patris, & Pastoris deperditi prosequuta est. Ad eius sepulchrum hoc Epithaphium affixit Claudius de La-Ville, Gallus Medicinæ celeberrimus Doctor.

(ANNO CHRISTI 1342. Claudius Medicus l. 2. heroicorum Epitaphiorū epita. 4.

HIC IACET BENEDICTVS, QVEM CARMELVS PROTVLIT: CASSINVS ALVIT: VATICANVS CORONAVIT.

Non quòd Romæ in Vaticano Pontificio fuerit summo diademate donatus, sed, quod Pontificatus dignitas à Diuo Petro qui in Vaticano primus Pontificale summum gessit, defluxerit ad successores ritè selectos vniuersâ clauium potestate exhibitâ à Christo Apostolo Petro Ecclesiæ post Christum Principi primo, & cæteris successoribus eius Canonicè assumptis, quidquid hæretici grunniant.

S.Anton. tit. 21 cap. 7. Onufr. Panuin. an. 1334 Geneb. ann. 1335. Naucle. Gener. 45. Rapha. Vol. in Chron. Ciaccon. de Vitis PP. in Benedic. XI. dict. XII. Bergom. suppl. lib. 13. ad ann. 1334. Chron. Ord. lib. 11. ca. 6. Fr. à S.Ang. cat. c. 105.

De Benedicto nostro vide S. Antoninum, Panuinum, Genebrardum, Naucleum, Volaterranum, Cicconium, Bergomensem, & Carmeli Chronicon, S.Angelum, & alios.

PRO BENEDICTO XII.

NOTA.

Neque nouum, neque inusum vt scioli censuere censores, vt Abbates excellentissimi sacri & nobilissimi Benedictini instituti siue Cisterciēsis familiæ viros multos ex Carmelo varijs temporibus a Pontificibus Summis, & Imperatoribus, & Regibus assumptos fuisse: rem comprobant Benedictus noster, quem ex Carmelo assumptum in Abbatem Cassinensem siue Fontis frigidi v. Posseuinus affirmat, & ex Abbate Pontificem apertissimè demonstrat Claudius in Epitaphio prædicto, & auctores innumeri: Comprobat R. D. Martinus Cuperus Melchinensis, qui ex Carmelitarum inferioris Alemanniæ Priore Prouinciali annis Christi 1572. Diui Crispini celeberrimi Benedictinorum Monasterij, inter Valencenas, & Hannoniæ montes Abbas, ex Abbate Chalcedonensis Episcopus electus est, vt testatur Petrus Lucius Belga, Comprobat R. D. Matthæus Flecha Cathalanus, sed filius Valentini Cœnobij, qui item ex ordine nostro assumptus à Carolo V. Imperatore, non solum Portellensis, sed Thianensis, S. Benedicti Abbas electus est. vt testatur S. Angelus: testatur R.R. D. Melchior Solerius, viuens adhuc dum scribimus ista, natione Cathalanus, qui à Philippo III. Hispaniarum Rege, ex Cathaloniæ Prouincia Carmelitana assumptus, Caningotrensis Abbas Ordinis S. Benedicti selectus est, & vsque in hodiernam lucem lucet illustrissimâ sapientiâ & Religione, Carmelitas, & Benedictinos simul illuminans: & comprobant etiam innumeri alij, in Gallia, Italia, Alemannia, Flandria, & Hispania similiter ex Ordine nostro in Abbates aliorum Ordinum assumpti.

Posseuin. t. 3 sac. App. in Benedict.

Lucius in sua BB. Car. in annot. ad Benedic. XII & in Comp. hist. Car.

Fr. S. Ang. in Benedict. XII. c. 105. Catalogo. S. Car.

Ex relationibus à Cataloniæ Prouincia fol. 22.

Non igitur nouum, quod Benedictus Pontifex dum Iacobus esset Furnius ex nostris illo tempore assumeretur, nec mirum, quod hi, qui eius acta tanquam Pontificis Summi describunt, statum solummodo memorent è quo assumptus est ad Summum Pontificatum oblito primo: Nos autem domestici, qui domestica profundiùs inuestigasse tenemur, vtrosque status Religiosos in Benedicto notefactos damus. Non sanè alienæ auidi gloriæ, sed omnis notitia dandæ studiosè deuicti: & veritatis indagandæ operosi.

DE GALFRIDO ALEYQVANTO.

CAP. XCI.

Anno Christi 1342.

GALFRIDVS ALEYQVANTVS, natione Anglus, Doctor Oxonicus. Vir sapientissimus, qui lucubrationibus multis Carmelum exornare instituit, iugis & infatigabilis studio. Posseuino teste, edidit in quatuor Petri Lombardi Sententiarum libros lucidissima Commentaria: In diuum Lucam interpretationes, & sermonum variorum volumina varia.

Posseuin. Ap. sac. t. 1.

Viuebat annis à quibus trabeâ carnis Christus indutus de aula vteri Virginei visitare dignatus est Orbem 1341. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

* * *

ANNO CHRISTI 1342

DE PETRO RAYMVNDO DE INSVLA CRASSA PRIORE GENERALI LATINORVM DECIMO sexto.

CAP. XCII.

Anno Christi 1342.

PETRVS RAYMVNDVS de Insula Crassa, natione Campanus, Tarsaci Prouinciæ Narbonensis Cœnobij filius quem Carthusianus à Lucio relatus, Theologiæ S. & Iuris vtriusque sapientiæ principem vocat. Lugduni anno 1342. decimus sextus Latinorum Generalis Prior electus est. Vir fuit diuina prudentia clarus, nitida sapientiæ fax, & qui Religionis zelo suæ maximos exuperauit Patres. Propagandæ igitur obseruantiæ zelo illo deductus, diuersa in vnú volumen Ordinis statuta componere fecit sub Rubricis 49 quæ postea in Conuentu Tolosæ in Generali Capitulo anno 1351. celebrato, confirmatæ sunt.

Petr. Lucius in Catalogo Gener.

Tempore huius Generalis in quatuor alias est Ordo Mariæ Prouincias adauctus, Romanam, Tolosanam, Boloniensem, & Cathaloniensem, & post pauca, his est etiam Vasconiæ Prouincia composita, numerus enim Cœnobiorum paulatim accrescens legis metam attigerat hoc tempore, vt in Prouincias, hæ omnes singulæ instituerentur.

Tandem quinque Generalibus Capitulis celebratis, (Mediolani vnum anno 1345. in Prouincia Lombardiæ: In Vietensi Cœnobio alterum anno 1348. Prouinciæ Galliæ: In Conuentu Tolosæ tertium anno 1351. Perpiniani quartum anno 1354 Prouinciæ Cathaloniæ, & quintum in Conuentu Ferrariensi anno 1357. Prouinciæ Congregationis Mantuanæ.) In quibus multis sanctissimis à tanto Pátre sanctionibus datis, diuino cultu in Regione tota, & Regulari obseruantia mirificè adaucto, & à sacris Pontificibus magnis priuilegiis Prophetico Ordine communito: cùm iam Bergomensi teste, super Sententias, lib. IV. scripsisset, & alia multa, Lucio teste, quorum nedum titulos expiscari valuimus, felix supera petiit, in Monte Pessulano, ibique honorifico Generalis Magistri marmore tectus est anno 1355. sub Summo Iudice Ecclesiæ, Innocentio VI. Lemouicensi, & Imperatore Carolo IV.

Vide Chronicon Ord. lib. 11. ca. 6. per totum.

Bergom. supple. li. 4. Lucius BB. Carm. Posseuin. t. 1 S. App.

ANNO CHRISTI 1344.

DE HVGO BIRLEYO.

CAP. XCIII.

Anno Christi 1344.

HVGVS BIRLEYVS aliis *Vverlei*, natione Anglus, nobilibus parentibus ortus, sed nobiliori Norvvicensis (aliis Petroburgēsis,) Cœnobij filiatione decoratus, sanguinis stemmati illustrissimo celsissimarum virtutum nitorem, & nobilitatem veriorem adiunxit. Oxoniæ fuit Doctor ingenuus. Tantæ lectionis, Lelando teste, auidus, vt vix inter antiquos, & recentiores libros suæ professionis, lectu dignum à suis peruolauerit oculis. Vnde ad tale est eruditionis culmen euectus vt vixq; huc eruditissima opera eius nobilissimum magnæ sapientiæ Birleij experimentum exhibeant. Omnem non modò diuinorum Doctorum, sed & Prophanorum, & Poëtarum litteraturam percurrit non sæpe legendo.

Leland. cit à Pitsæo.

Oxoniæ fuit S. Theologiæ scripturalis publicus Professor, qui ex limpidissimis ingenij sui fluentis, Trithemio, Sixto, Plebe, Lucio, testibus, & aliis, sequentia opuscula dedit: Figuras historiarum lib. I. In Matthæum Euágelistam lib. I. Collationes in eundem lib. I. Prælectiones in D. Paulum. lib. I. Lectiones scripturarum lib. I. Placita Theologica lib. I. Sermones per annum lib. I. Determinationes lib. I. Quæstiones Ordinarias lib. I. Historiam vberem Petroburgensem, lib. I. & alia.

Trithem. Sixtus. Plebe Lucius citati. Posseuinus to. 1. S. Ap. Arnol Vvio lig. vitæ.

Claruit à reparata salute anno Christi Iesu 1344. sub Clemente VI. Lemouicensi Pontifice O. M. & Imperatore Ludouico Bauaro V.

DE PAVLO DE PERVSIO.

CAP. XCIV.

Anno Christi 1344.

PAVLVS cognomento PERVSINVS, natione Gallus, Vir Religione præclarus, varia magnæ auctoritatis opuscula cudit, quibus luculentum ostentans ingenium gloriosam sui memoriam transmisit posteritati. Credimus húc esse Doctorem illum egregium in iure Canonico, & Ciuili celeberrimum, qui cum Barlaamo Calabriensi familiarissimam iniit necessitudinis familiaritatem: magni à sapientioribus habitus, & qui in operibus multis ingenij sui, ob humilitatem celauit nomen, & statum, teste Bergomensi, qui affirmat Pauli nostri esse opus, cui titulus *Delle generationi delli Dij Greci, & Latini*, lib. I. & Bibliothecarium fuisse Roberti Siciliæ Regis. Trithemio teste extat etiam opus eiusdem propè diuinum, quod in Gymnasio Parisiensi recitauit, cum Publicus ibi esset S. Theologiæ interpres: super Sententias lib. IV. Quodlibetorum lib. I. & alia quædam.

Bergo. li. 13. Suplem.

Trithe. de script.

Claruit

Anno Christi 1344. Pollcu. to 2. 5 app.

Claruit Parisiis trino Theologiæ, & Iuris vtriusque redimitus tempora lauro, & satis iuuenili ætatis flore emarcuit morte præreptus felicissimâ in Deo: temporibus Clementis VI. & Ludouici Bauari; sepultus est Parisiis inter suos Carmelitas anno ab ortu Christi Iesu 1344.

DE PETRO LASCELLAS.

Cap. XCV.

Anno Christi 1344.

Dom Petrus Lascellas natione Celtiber, patriâ Cæsaraugustanus Parisinus Doctor, suo tempore nulli secundus Lycei illius, toto orbe celeberrimi, publicus quondam Sacræ Paginæ interpres: Hunc eundem credimus esse Petrum illum Celtiberum de quo nobis loquuntur Relationes ex Prouincia Tolosæ missæ, asserentes filium fuisse Conuentus Burdegalensis, qui postea ob eximium, auidissimúmque scientiarum studium, ex eo Parisios aduentauit, vbi Sacram didicit Theologiam: támque in ea, & liberalibus disciplinis profecisse, vt Doctoris nobiliorem promeruerit Lauream, & successu temporis, Tolosanæ primùm Vniuersitatis Cathedram Stagiritæ, deindéque Theologiæ S. Expositiuæ Parisiensem satis iuuenili ætatis suæ flosculo illustri.

Relationes Prouinciæ Tolosæ. f. 3. & 7.

Diuinus fuit Verbi cælestis concionator Religione clarissimus, & Prudentiæ parens ingenuus. Si quæ posteris scripto, typôve reliquit, obticent omnino præfatæ Relationes.

Floruisse constat Dom Petrum nostrum (quê *Domni* insignimus titulo, eo quod vt vidimus in antiquissimis Cœnobij nostri membranis, in Archiuio seruatis, *Domni* nomine Sacerdotes omnes venerabiles antiquitùs insigniebantur, sicque hâc antiquitatem obseruauimus vsque ad penè tempora nostra.) Annis Christi & electionis prædictæ sub Nicolao IV. Pontifice O. M. & Imperatore Occidentis Rodolpho Abspurgensi. Constat etiam venerandam adduxisse senectam vsque ad annos Christi 1344. in quibus Cæsaraugustæ in suo Cœnobio spiritum felicissimè egit, & tumulatus est.

Huius viri memoriam celebrem nobis exhibuêre insignia duo Manuscripta, vnum Illustrissimi Archiepiscopi Cæsaraugustani D. D. Ferdinandi ab Aragon, alterum Excellentissimi Ducis Villæ formosæ, vtrique seueri Regni, & Ciuitatis nostræ antiquitatum indagatores egregij antiquitate iam nonnullâ venerandi. Extant vtraque Manuscripta in Bibliotheca S. Saluatoris, Ecclesiæ Metropolitanæ huius ciuitatis nobilissimæ.

Archæum Cæsaraug. Carm. M. S. Archiep. Cæs. M. S. Ducis Villæ formosæ.

Anno Christi 1345.

DE VENERABILI RAYMVNDO SECLOSA.

Cap. XCVI.

Anno Christi 1345.

Venerabilis Raymvndvs Seclosa (aliis Saclosa) Laicus, ex his quos fratres vocamus de Obedientia, Natione Catalanus, patriâ Minorisensis, & Conuentus eiusdem Religiosus filius, conuersationis integræ vir, dilectissimus Christo, hominibusque proficuus: Hunc Deus reuelationibus, & fauoribus multis illustrem fecit, abscondita, & cooperta multa sapientiæ, & voluntatis diuinæ, Angelico sæpè ministerio pandens. Cum igitur in sui Carmelitici Minorisensis Cœnobij Ecclesia, labore proprio manuum suarum; erat enim Architectus insignis in sæculo, quique tunc quidquid sudore sub, & manuum labore lucrabatur, pauperibus erogabat omninò, Capellam, insignem Beatis Apostolis Simoni, & Iudæ dicandam, pro deuotione sua, struere vellet, factum contigit celebri memoriâ dignum, quod paucis attingere iuuat.

Minorisa ciuitas est tribus leucis seclusa ab amplissimo, & toto orbe celeberrimo Sanctuario S. Mariæ Montis Serrati: nocte ergo media quadam tribus diuersis vicibus, voce cælitus elapsâ, audiit Raymundus diuinam sibi pandi voluntatem; quâ præcipiebatur, non sanctorum Apostolorum sub titulo, sed sub Triadis titulo Sacræ insignire Capellam; eapropter, vt certior fieret de Oraculo supremo, prodigium contigit videntis ad oculos die sequenti, mysterij Trinitatis gerens typum: etenim nonò Kal. Martij anni 1345. post ortum Solis horâ cunctis tertiâ ignea flamma, siue lucidum signum albicans, & splendidissime coruscans inspiciente, & admirante populo, è prædicto Montis Serrati Sanctuario, ad Ecclesiam Conuentus dicti Minorisensis Carmeli, supra paruum intra Ciuitatis mœnia montem eleuatum, paulatim, & visibiliter, viam duxit tramite recto, vbi dum sponte, feriente nullo, Cœnobij cymbalum mirabiles sonos dabat, ingressum lumen illud, in tres æquas diuisit se partes, & ibi aliquantulo tempore manens, & altaribus tribus, scilicet Maiore, S. Saluatoris, & Triadis Sacræ collustratis, flamma illa in tribus aliis æqualibus diuisa, sisque tribus demum coeuntibus in vnam vt antea, per eandem rediens viam, ab oculis omnium euanuit; Carmelitis Deum verum, vnum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate venerantibus, & Matris Virginis Mariæ laudes decantantibus, & hymnos.

Ex Archæo Ciuit. & Cœnobij Minorisensis relatio deducta fideliter.

Hoc ergo inaudito vnquam, audito tunc prodigio eiusdem Diœcesis Episcopus Vrbem, quæ per septennium vsque in illum diem sub Interdicti vinculis ligata fuerat, à vinculis absoluit Ecclesiasticæ pœnæ. Rem illicò, ciuitatis & Patriæ Patres ad Pontificem summum Auenione morantem adduxêre trecentorum testium testimonio munitam; quos Pontifex gratè audiens, & annuens illis, multis gratiis,

ANNO CHRISTI 1345.

& Priuilegiis Capellam condecorare decreuit. Dominicâ posterâ die, Prior Conuentus R. P. Bernardus Carmisserius, (visionis, & reuelationis conscius, ne sæculorum volubili casu, tantæ rei deficeret memoria,) Concione ad populum factâ, rem planiùs, & elegantissimè aperuit, publicóque Petri Pulchri Scribæ Regij testimonio stabiliuit.

In huius mirandi beneficij memoriam & tanti miraculi, vulgò vocati, *le miracle de la lumiere*, seu, *el milagro de la lumbre* annis singulis, primâ Dominicâ Quadragesimæ, Missam celebrant in prædicto Sacello, sermonéque ad populum habito, adstantibus Patribus Patriæ, cunctis res denuò innotescit: & omni Dominicâ anni, post vesperas fratres omnes in Capella conuenientes SS. Trinitatis dicta gaudiis concinunt, metro continentibus rem, & mirabilem euentum. De hoc hæc dicta sufficiant.

Ad nostrum V. Raymundum redeuntes, claruisse tantummodò constat annis Christi 1345. sub summo Principe Ecclesiæ Clemente VI. Lemouicensi Pontifice O. M. & Ludouico V. Bauaro.

Ex relationibus à Cathalonia missis solertia R.P.M. Fr. Antonij Oliuani à Maldonado Carmelitæ Cæsaraugustani, de quo infrà agemus, & alius.

DE GERARDO CVSSACO.

CAP. XCVII.

Anno Christi 1346.

GERARDVS CVSSACVS natione Gallus, Lemouicensis Cœnobij filius, Diuini declamator verbi cælitùs elapsus, vir religione eximius: lucubrationum suarum fœcundos dedisse in sæcula fœtus Trithemius affirmat, at tantum scimus sexaginta sex sermonum ad Clerum lib. I. Bernardo S. Cyriaci Cardinali dicatum. Ad populum sexaginta quatuor, lib. I.

Floruerat Posseuino teste, annis Iesu 1346. sub Clemente VI. Pontifice O. M. & Imperio Caroli IV.

Trith. in Prosthesi vir. ill.

App. sacri tom. 1. ad appendicem.

DE IOANNE BACCONDORPIO.

CAP. XCVIII.

Anno Christi 1346.

IOANNES BACCONDORPIVS, quem *Bacchonem*, siue de *Bacchone* vulgò cognominant alij. Natione Anglus Baccondorpio exiguo Norforcelsis Regionis pagulo natus, filius Conuentus Blaenæy, prope Vualsinghamum, in Angliæ Prouincia. Missus Oxonium, vt post humaniores litteras altiora studia capesseret, inde peractis Philosophiæ cursibus, S. Theologiæ nouis inceptis, Luteriam Parisiorum adducitur, eos perficere. Nullum de concepta de se opinione fefellit; imò cunctorum grandem de se superauit spem.

Iuris vtriusque & S. Theologiæ Laureis Parisiis honoratus est puerulus penè, cunctis admirantibus stupendum adolescentuli ingenium, multiplicem Doctrinam, solidúmque iudicium. Omnes Auerrois sententias mordicùs tenuit, & Scholæ eius suo tempore quasi Princeps habitus est, adeò vt *Resoluti Doctoris* cognomẽtum acciperet. Collecto instar apis argumentosæ scientiarum purissimo melle, reuersus est in Patriam, & Londini anno 1329. duodecimus Angliæ Prouincialis eligitur, quo munere quadriennio functus, Romam vocatur, vt super grauissimas de Matrimonio quæstiones, sententiam proferat coram Orbis arbitro supremo. Tunc fama viri, vt Gallicos, & Anglicos, sic Italos cœpit peruagari fines, satiúsque solito clarescere, & augeri per orbem.

ANNO CHRISTI 1346.

Extat iste (rem cape mirandã) velut Zachæus alter, Pitsæo teste, staturâ adeò pusilla, sed ingenio adeò prægrandi, vt mirareris in tam exili corpusculo, tantas Deum virtutes supposuisse, & in homuncione tantillo naturam adeò sublime ingenium collocasse. (Fit plerumque natura, vt innati spiritus vis ipsa collectior paruæ compaginis membra aptissimè regat, & quod mentis est ad excogitandum pleniùs, atque validiùs illustret; sed tamen frequentius est hos saltem ad regimina ineptissimos oriri.) Tam grandia volumina scripsit, vt vix corpus tulisset, quod peperit ingenium: nam si librorum eius ingenua moles composita sarcina, Auctoris humeris imposita fuisset, homuncionem sine dubio cedere oneri compulisset.

Pitsæus cit.

Contigit aliquando (Lelandus, & Pitsæus affirmant) quod cùm laudabili clientes otio vacarent tumulum quemdam librorum à se compositorum per iocum originali sarcina struerent, in quo, ex ioco, eum quasi sepelire volebant, adeóque inter tot libros tectus & quasi sepultus remansit vt toto bis corpore tecto, etiam super illud librorum ingens numerus exuperasse corpoream quantitatem Pyramidali figurâ contectam, visum sit. Ex ordine nostro (quantumuis, vt Pitsæus & Lelandus affirmant, Doctissimorum Carmelitarum supra Religionem omnem feracissima fuerit Anglia) vix huic vnquam parem produxit, vix imò totus Orbis ætate illa Doctorem doctiorem protulit: *Nemo doctiùs*, ait de illo Paulus Pansa Italus Rhetor, *confundebat Iudæos: nemo neruosiùs Turcas vel infideles confutabat: nemo feliciùs argumentorum stibus hæreticos pungebat: nemo Christi veritatem dilucidiùs dilucidabat: nemo manifestiùs Antichristi falsitatem, & imposturas prauamens, detegebat, illiúsque colores fallaciæ plenos demonstrabat: nemo subtiliùs difficiles nodos soluebat: nemo clariùs obscura sacræ paginæ loca explananabat, reconditos sensus, & verba arcana solidiùs aperiebat.* Verum:

Lelandus & Pitsæus cit.

Pitsæus & Leland. cit.

Paul. Pansa orat. de laudib. Sapientiæ habita Romæ in [illegible] sapientia.

Rustica cur nostris intexo verba tabellis?
Est sua maiori gloria digna sono.
Nil oculis Titan quibus omnia conspicit, vnquã
Doctius aspexit: nec Rubicunda soror.
Frustra ergo lucem tento illustrare tenebris,
Molior hac demens: fama superstes erit.

Auctoris.

Iam librorum Catalogum, quos scripsit, cum Trithemio, Plebe, Lucio, & aliis adnectamus. In primis vniuersos Sacræ Paginæ libros à Genesi, vsque ad Apocalypsin, non breui, sed ele-

Trith. cit. Iacob. de Pleb. cit. Pet. Luci. cit.

gantissimo

ANNO CHRISTI 1346.

gantissimo stylo commentatus est. Super quosdam Sacræ Bibliæ, duplicata volumina dedit: sunt quæ hic prima sequuntur: In libros Regum lib. IV. In librum Paralipomenon lib. II. In Esdram, & Nehemiam lib. IV. In minores Prophetas lib. XII. In Machabæos, lib. II In Epistolam ad Corinthios lib II. In ad Thessalonicenses, lib. II. In ad Timotheum lib. II. & præterquam quod, super omnes epistolas, singulis singula volumina fecit, his demptis quæ supra scripsimus duplicatis, rursum super omnem D. Pauli doctrinam alios XIV. lib. composuit. In acta Apostolorum lib. IV. In Epistolas Canonicas lib. VII. Hæc in sacram Bibliam volumina scripsit. Demum Commentariorum libri subducti calculo absoluti classis huius, octoginta quinque fuêre Pitsæo testibus, & Lelando.

Pitsæus & Leland. cit.

Deinde in S. Augustinum de ciuitate Dei composuit lib. XXII. In eundem de Trinitate lib. XV. In Anselmum de Verbi Incarnatione lib. I. In eundem super librum *Cur Deus homo?* lib. II. De fide & Baptismo lib. I. Sermonum lib. III. De aduentu Messiæ, lib. I. Compendium legis Christi, lib. I. Concordiam Christi, & Prophetarum, lib I. De Dominio Christi, lib. I. De paupertate eiusdem, lib I. de Conceptione Mariæ Virginis lib. III. Iterum de Conceptione, lib. I. De cessatione legalium, lib. I. Regulas Christianæ fidei, lib. I. De præceptis, & consiliis, lib. I. Compendium vitæ Christianæ, lib. IV. De peccatis, & remediis, lib. I. De dignitate Ecclesiæ, lib. I. De perfectione iustitiæ, lib. I. De sanctificatione Sanctorum, lib. I. Canones Pontificum, lib I. De generali Iudicio, lib. I De visione Beatorum, lib. I. Quod sit inter superos vocalis laus, lib. I. In Magistrum sententiarum, lib. IV. Quæstiones Ordinarias, lib. I. Placita Theologica, lib. III. Determinationum, lib. I. De iurisdictione Claustralium, lib. I. Tractatum de ordine suo, lib. I. Speculum Carmelitarum, lib. I. (alterum sanè ab eo, quod communiter apud nos, hoc eodem nomine adscriptum, habetur à multis Carmeli Doctoribus compositum) cuius initium est: *Cum populum Israël haberet Dominus.* In Regulam Carmelitarum, iurium, & historiarum eorundem, lib. I. quem per Antonomasiam Parisini vocant, *Bacchonis scriptum.* De non ducenda fratria, lib. I. Contra Magicas artes, lib. I. Contra superstitiones, lib. I. Contra sæculi vanitates, lib. I. Contra Idololatriam, lib. I. De Sphæra iudiciali, lib. I De Astrorum scientia, lib. I. Contra Ioannem de Poliniaco, lib. I. De Iudæorum perfidia, lib. I. Rationes contra Iudæos, lib I In Prædicamenta Aristotelis, lib. III. In Perihermenias, lib. II. In eius Priora, lib. II. In Posteriora, lib. II. In Topica, lib. IV. In Elenchos, lib. II. De Sophismatibus, lib. I. In Physicam, lib. VIII. In de Anima, lib. III. Quæstiones de Potentiis animæ, lib. I. In Meteora, lib. IV. De cælo, & mundo, lib. IV. De Generatione, & corruptione, lib. II. De sensu, & sensato, lib. II. De sensu, & sensibili, lib II. De multiplicatione specierum, lib. I. De motu animalium, lib. I. De memoria, & reminiscentia, lib. II. De somno, & vigilia, lib. II. De cogitatione, & breuitate vitæ, lib. II. In Aristotelis Politica lib. VIII. In Ethica ad Cancellarium, lib. X. In Metaphysicam, lib. XII. Qui omnes in vniuersum conficiunt numerum ducentorum viginti septem librorum.

ANNO CHRISTI 1348.

Bacchonis libri 227. Possev. to. 2. S. app.

Quibus expletis humani spiritus extremum felicissimus halitum expleuit Londini inter Carmelicolas suos, anno Christi 1346. sub summo Pontifice Clemente VI. & Imperatore Carolo IV. Bohemo: regnante in Anglia Eduardo III. Rege.

Placuit autem Iulij Roscij Hortini Carmen nostro adaptare Bacchonio.

Vide Ord. Chronicon lib. 11. cap. 7. In G. Petro Raym. Ex Iulio Roscio mutuatû Carmen.

Compleruns monumenta Orbem tua: nulla sub astris
Quæ non Bacchonem nouerit ora fuit.
Curentur, quâ lege docet fera vulnera mentis,
Quâve animis ope sit restituenda salus.
Hinc queritur per te prædâ spoliatus opimâ
Tartarus: & versas in sua damna vices.
Lætetur tibi vere Orbis, tibi plaudat Olympus.
Te merito ciuem iactet vterque suum.

DE IOANNE IOLIAHANO.

CAP. XCIX.

Anno Christi 1348.

IOANNES IOLIAHAN, *Iolihhnum* aliis, natione Anglus, patriâ Nordvvallus, vir sapientia, & pietate notissimus. Scripsit, Possevino ferente, Quæstionum Theologicarum lib. plures. Moralitatum, lib I. De arte prædicandi lib. I. De Matrimonio, lib. I. Isagogen ad Metaphysicam lib I. Flores ex S. Chrysost. lib. I. Collationes per ann. lib. I. Indices in D. Anselmum.

Possev. to. 2. S. ap.

Florebat annis salutis hominis 1348 sub Clemente VI. Pontifice O. M. & Carolo IV. Imperatore.

Sunt qui crediderint hunc virum esse eundem cum Ioanne Folshamo, sed aberrant à vero: diuersum enim omnino apud auctores diuersos clarissimè habemus.

DE IOANNE DE VINNETA.

CAP. C.

Anno Christi 1348.

IOANNES DE VINNETA Brito natione, Armoricensis patriâ, Galliæ dignissimus Prouincialis, summæ vir eruditionis, & pietatis excelsæ. Quædam posteris opuscula dedit, testibus Iacobo Trissuncio, & Possevino, è quibus accepimus sequentia tantùm: Annotationum in quartum librum Regum, lib. I. Vitas trium sororum Mariæ Virginis Matris Dei, lib. I. De officiis diuinis, lib. I. Concionum Synodalium, lib. I. Chronicon Ordinis, lib. I Determinationû, lib. I.

Trissunc. de vir. ill. Britanniæ. Possevin. ap. & tom.

ANNO CHRISTI 1348.

Florebat, iisdem testibus, annis Adamææ posteritatis à Iesu saluatæ 1348 sub Clemente VI. Pontifice O.M. & Imperatore Carolo IV. Bohemo. Vide Iacob. Trissun.

DE IOANNE FOLSHAMO.

CAP. CI.

Anno Christi 1348.

IOANNES FOLSHAMVS, natione Anglus, patriâ Nortumbriensis, alij Norvvicensem credunt. Cantabrigensis fuit Doctor, omni doctrinæ genere clarus, sed clarior virtutum segete feraci. Publicus fuit, teste Lelando, & Pitsæo, Cantabrigiæ Sacræ paginæ professor, totius Angliæ benignissimus Prouincialis, quem Magistratum, ab electionis sexennio vnà cum morte dimisit.

Leland. & Pitsæus cit.

Scripsit, testibus prædictis, in aliquot Salomonis libros, lib. plures. Flores excerptos è S. Chrysostomo, lib. I. Quæstiones Theologiæ, lib. I. Indices in Anselmi S. opera, lib. I. De arte prædicandi, lib. I. Moralitates rerum, lib. I. De Matrimonio, lib. I. Collationes per annum, lib. I. In Isagogen Metaphysices, lib. I. Norvvici tandem volauit ad astra, ibique sepultus est ad suos Carmelicolas, sub eisdem Pontifice summo, & Imperatore. Anno Christi Iesu 1348.

Posseu. to. 2. S. app.

DE IOANNE DE CLARAVO EPISCOPO.

CAP. CII.

Anno Christi 1349.

IOANNES DE CLARAVO, natione Cathalanus, Conuentus Perpinianensis filius, Bosnensis Episcopus, Vir celeberrimus, & auctoritatis tantæ, vt Auenione coram summo Pontifice plures sæpissimè sermones haberet.

Scripsit Posseuino teste, Commentarios in lib. IV. sententiarum, lib. IV. Lecturas alias lib. II. Sermones lib. III.

Posseuin. in S. app. to. 2.

Obiit teste Valerio Taxando, & Perpinianensi Catalogo, Bosnæ, salutis anno 1349. sub Clemente VI. Pontifice O. M. & Imperatore Carolo IV. Bohemo. Relata nouissima à Cathaloniæ Prouincia remissa, viri Patris filiationem, Conuentui adscribunt Barchinonensi, ipsa Cœnobia sua iura tueantur, nos certò asserimus decus fuisse tantæ Prouinciæ; Vt ex relatorum vario sensu in dubio damus, an obierit anno præfato, vel anno 1349. vt alij tradunt.

Val. Catal. Scriptorum Hisp. Catal. Carm. Perpinian.

ANNO CHRISTI 1350.

DE GALCERANO CASANANCO EPISCOPO.

CAP. CIII.

Anno Christi 1350.

GALCERANVS CASANANCVS, aliis Casanatus, quem gente credimus prognatum Hispanâ, domôque Religiosâ Vallensem, quæ est Villa Cathalonici Regni in Diœcesi Tarraconensi: nisi ex eo quod sit Casanatus, ab Alemannis duxerit Parentibus ortum. Quidquid sit, vir fuit insigni sapientiâ præsignatus, sed morum illustrior integritate meliorum. A sacra selectus primum exomologesi Cypricæ cuidam Reginæ, deinde Chrysopolitanus designatus Episcopus, Maioricensisque Episcopi OEconomus.

Relata Cathalonicæ Prouinc.

Is fuit ingenuus ille Pater cuius amoris ergò, Hispaniam accedens præfata Regina, dum per Vallensem Villam ageret iter, munificentissimis donis, pro cultu sacro, Cœnobium illud ditauit, & auxit. Nulla dant Relata viri titulis sapientiæ suæ pignora posteritati relicta, nec alibi nos vidimus, aut legimus vlla; scimus tamen multo, & claro, suo sæculo, nomine effloruisse: quod conijcimus paucis ab annis erecti Cœnobij Vallensis, cuius prima limina data constat fuisse salutis à Christo datæ orbi, anno 1325. vt referunt Cathalonica Relata, & obiisse Maioricis vbi inter suos illustri marmore subtegebatur. Itaque virum reponere placet ad annos Christi Iesu florentem, plus minúsve 1350. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, quibus floruit, & obiit Ioannes de Clarauo præfatus.

Hæc ex nouissimis Cathalonicæ Prouinciæ relatis.

DE ADAMO SAXLINGHAMO.

CAP. CIV.

Anno Christi 1350.

ADAMVS SAXLINGHAMVS, natione Anglus patriâ Norvvicensis, in Scholastica vir concertatione, & vtraque Philosophia acutus, & in concionibus elegans: teste Lelando, & Pitsæo. Scripsit Disputationum Theologicarum, & Philosophicarum lib. II. Concionum Latinarum lib. I.

Leland. Pitseus. Posseu. to. 1. S. app. in appendice.

Claruit Eduardo Anglorum Rege, sub summo Clauium dispensatore Apostolicarum, Clemente VI. Lemouicensi Pontifice O. M. & Imperatore Carolo IV. Bohemo anno Christi 1350.

DE

Anno Christi 1350.

DE GVILLIELMO DE SANVILIACO.

Cap. CV.

Anno Christi 1350.

GVILLIELMVS DE SANVILIACO, aliis *de Familiaco*, Tolosanus patriâ vir sapientiæ, & Religionis summo vertice dignus, Parisinus Doctor, doctissimè scripsit, Posseuino teste, & aliis, Expositionis sacrificij altaris, lib. 1. In sententias, lib. 4. De variis quæstionibus totidem. Sermonum per annum, lib. 1. Religiosorum decretales, lib. 1. In quatuor Decretales, lib. 1. & alia.

Posseuin. in Apparatu Sacro.

Diem clausit inter suos Tolosanos feliciter extremum, anno salutatæ salutis à Christo, sub eodem Pontifice, & Imperatore, 1350.

DE VVALTERO HECTONO.

Cap. CVI.

Anno Christi 1350.

VVALTERVS, alias Gualterus Hectonus, siue Heston natione Anglus, patria Lincolniensis, ex oppido Stanfordio, ibidemque Monachus, teste Lelando, & Pitsæo, Cantabrigensis Doctor: Vir morum integritate circumdatus vndique. Vtrique in litteratura admodum versatus, multâ suos prudentia rexit.

Pitsæus, & Lelandus citati.

Testibus prædictis scripsit Quæstionum de anima, lib. 3. Quarundam propositionum, lib. 1. Stanfordiæ tandem reddidit spiritum, ibique sepultus anno 1350. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Posseu. to. 1. Sacri Apparatus.

DE IOANNE REPINGALLO.

Cap. CVII.

Anno Christi 1350.

IOANNES REPINGALLVS, natione Anglus, patria Lincolniensis, Stanfordiensis Cœnobij filius. Parisiensis Doctor & cælestis diuini oraculi præco, velut è cælo delapsus: multos sedentes in tenebris, & in vmbra mortis illuminauit fulgidâ spiritus, & verbi sui diuini face: & in danda scientia salutis populo Dei multum insudauit zelo feruidus validissimo, diuini Zelotes factus honoris, quo multos ad Christi suaue iugum adduxit. Publicus fuit Cantabrigiæ Professor, Theologiæ sanctæ, quem subtilitas ingenij, doctrina solida, maturum iudicium, & mira Religionis obseruantia, ad vsque sydera eleuauerunt.

Fuit à secretis Confessionum Reuerendissimi D. Ioannis Lincolniensis Episcopi, cuius suasu, & rogatu solicito, Pitsæo teste, sequentia in lucem volumina adduxit. Dominicale Sermonum 83. lib. 1. Sanctorale Sermonum 42. lib. 1. Synodalium Sermonum, lib. 1. De visitatione Episcoporum, lib. 1.

Pitsæ. sæpe cit. Posseu. sæpe datus, to. 2. S. App.

Demum, ex Stanfordia peruolauit ad astra, anno à Virgineo partu Mariæ sacræ Θεοτόκου 1350. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE AVONIO.

Cap. CVIII.

Anno Christi 1350.

IOANNES AVONIVS, (*de Northampthona* vocatus ab aliis) natione Anglus, patriâ natus Northamptoniâ, Angliæ meditullij ciuitate, S. Theologiæ Doctor & publicus Professor, multa scientiarum suppellectile diues: disertus, eloquens, gratiosus, & grauis, in genere concionandi nulli secundus. Mathematicorum sui temporis, Pitsæo teste facilè Princeps, qui non solùm cognita nouit, verùm, & noua, & à nullo antea excogitata primus, & excellentissimus adinuenit.

Belgica Relata secunda.

Pitsæus.

Scripsit Posseuino, Plebe, & Lucio testibus, celebre Ecclesiæ Kalendarium, quod est perpetuum *Almanak*. Hunc postea notationibus illustrauit noster Richardus Maidestonus, lib. 1. Annulum Philosophicum, lib. 1. cuius vt relata Belgica ferunt, artifex fuit primus. De rebus Mathematicis, lib. 1. Variarum concionum, lib. 1.

Posseu to. 2. à S. Plebe. Lucius citati.

Obiit demum felicissimus Northamptoniæ, apud Carmelicolas suos, salutis anno 1350. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Belgica Relata.

DE IOANNE DE S. EADMVNDO.

Cap. CIX.

Anno Christi 1350.

IOANNES DE S. EADMVNDO, natione Anglus, Gippesuvicensis Cœnobij filius. In lectione, & meditatione sacrarum Scripturarum exercitatissimus. Multa scripsit Pitsæo teste, quę temporis lapsu, vt multa alia, perierunt: Inuenimus tamen commentariorum in Lucæ Euangelium, lib. 1.

Pitseus sæpe [illegible]

Claruit, Pitsæo teste, sub eisdem Pontifice, & Imperatore, salutis anno 1350.

DE

Anno Christi 1350.

DE ODOMO CAMPO.

Cap. CX.

Anno Christi 1350.

ODOMVS CAMPVS, alij Odonium, Campanum vocant, elegantissimi ingenij vir, & singularis erga Virginem Mariam amoris, & zeli. Multa scripsisse perhibent Relationes ab Italia missæ, sed ex his vidimus solummodo opus de puritate Virginis, sapientia, & spiritu auctoris mire refertum, lib. 1.

Relationes ex Prouincia Romanæ fol. 8.

Viuebat, Possevino teste, reparatæ salutis anno 1350. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE THITHLESHALO.

Cap. CXI.

Anno Christi 1354.

IOANNES THITHLESHALVS, alij scribunt *Tithlesh*, natione Anglus. Tithlesh. in Norforcio Angliæ felici sydere satus. Norvvicensis Cœnobij Prior, Oxoniensis Doctor, trinâ Doctoris corolla redimitus tempora lauri, hoc est S. Theologiæ, & Iuris vtriusque.

Eximia Baltono, & Trithemio testibus, in agendis, dirigendisque difficillimis negotijs præditus fuit dexteritate; Eapropter Romam ab suo Ordine missus est, sed ibi vitam cum morte commutauit: post factos in Religione virtutum, & litterarum feliciter cursus.

Robert. Balstonio epistolarum. Trith. cit.

Scripsit, Iacobo Plebio teste, plures in Testamentum vtrumque libros: sed extant maximè eruditionis suæ candidissimi testes: In Apocalypsim Ioannis Postilla, lib. 1. Prælectiones sacrorum Bibliorum, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1. De Sanctis, lib. 1. In Magistrum Sententiarum, lib. 4. Determinationes Theologiæ, lib. 1. Quæstiones de anima, lib. 1. Extant alia Manuscripta viri Oxonij in Bibliotheca Collegij Balliolensis.

Iac. à Pleb. in indice suo.

Tandem Romæ spiritum egit, ibidémque in Anglorum schola sepultus est anno gratiæ 1354. sub Innocentio VI. Pontifice O.M. & Imperatore Carolo IV. Bohemo, Pitsæo teste.

***

Anno Christi, 1356.

DE IOANNE BALISTARIO PRIORE Generali Latinorum Decimoseptimo.

Cap. CXII.

Anno Christi 1356.

IOANNES BALISTARIVS, natione Catalanus, patriâ Maioricensis, decimus septimus Prior Generalis Latinorum, Burdegali anno 1358. selectus: adeo doctus, vt Paleonydoro dicente, secundum, nec parem in Theologia, sua tempora viderint. Annis sedecim adeo feliciter currum texit Heliæ, vt suo tempore Carmelitanus viderit Ordo diuinum illud Isaiæ adimpletum de Carmelo vaticinium, Middédorpio testante: *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit sicut lilium: Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.* Tot namque illustrissima sanctitate Christo ingentes peperit fructus, vt nusquam, à Transmigratione in Europam, à natiuo Carmelo, & partibus Syriæ, Palæstinæ, & Solymæ, tantis floruerit; tot germina illustria, vberésque fructus feracissimus protulerit vt bellè & lepidè Christianus quidam cecinerit vates:

Isaiæ 35. v. 1. & 2. Iacob Midd. nouæ hist. Monasticæ qui id de Carmelitis cópletú asserit tempore Constantini Magni.

Nulla quidem visa est vnquam florentior ætas,
Talia quæ Christo lilia grata daret.

Tunc enim floruêre quotquot hac, & ætate sequenti damus tibi candide lector, & alij. Nec tanti Patris regimen, & ingenua pietas, sanctitatis solummodo tantæ fructus tam peperit vberes, sed etiam, cùm gratissimus esset sicut Deo, etiam sæculi Principibus huius, Ordo maximis gratiarum dotibus à Sũmis Ecclesię Pontificibus creuit acceptis, quæ videre sunt in Chronicis, & monumentis Ordinis apud Paleonydorũ, Coriá, & alios. Igitur inter tanti muneris vigilias paterno, & solicito impensas zelo Religionis augendæ, non litterarum immemor fœcundissimam sapientiæ etiam in Religione structuram erexit, sui memoriam illustrissimam posteritati litans sequentibus scriptis, teste Trithemio, Volaterrano, & Valerio Taxandro, qui gloriosum Patris nomen grandi laude ad sydera tollunt. In primis scripsit super Sententias, lib. 4. *De Bello forti militantis Ecclesiæ*, lib. 1. quem sic Seruita Iacobus intitulat, cum alij *de nouissimis temporibus* inscribant eundem. Constitutiones Ordinis sui, lib. 2. Contra Antichristum, lib. 1. dicatum Gregorio Papæ XI. quem Trithemius insigne volumen appellat, eundémque credimus esse cum illo, quem Lucius noster *de nouissimis temporibus* intitulauit: Sermones varios, lib. 2. Maioricis tandem felicissimus obiit in Christo, & in suo Cœnobio sepultus, celebrique

Paleonyd. lib. 3. c. 11. Coria lib. 12. cap. 8.

Trith. cit. Repha. Volaterran Val. Taxand. in Catal. scrpt. Hisp. Seruita in indice citat. sæpe.

Lucius in BB. Car.

ANNO CHRISTI 1356.

cum inscriptione insigni marmore tectus, Iudicij diem sibi felicissimum exoptas, ab anno salutis Adami 1347. quo Christi Catholicam moderabatur Ecclesiam prædictus Gregorius XI. Occidentalis Imperij habente habenas Carolo IV. Bohemo. Non est Balistarius iste, vt notat Posseuinus auctor ille, qui in Indice Romano prohibitus est inter auctores primæ classis.

Posseu. to. 2. S.app.

DE DOM SANCIO DE VLL, EPISCOPO ALBARRACINENSI.

CAP. CXIII.

Anno Christi 1356.

DOM SANCIVS de VLL, (sic habent sæpe membranæ antiquissimæ in Archæo Conuentus Cæsaraugustæ, non Dull, vt malè alij) natione Hispanus, Nauarrus, Regalensis patriâ, est oppidulum leucâ vnâ à Sangosa Villa Regali Regni semotum illius, Diœcesis Pompelonensis. Vir fuit celeberrimâ præditus indole naturæ, magnâ prudentiâ, pectore sincero, virili, & valido corde. At quod grauius virum exaltat, famámque eius ad vsque sydera tollit, illud est singulare in eo graui fuisse religionis omnis præstantiâ sublimem, & mirifico animorum zelo feruidè accensum. Is tantus vir cùm à Confessionibus, & pœnitentiis in Curia Pontificis suprema annis nouê Ioanni XXII. Pontifici O.M. qui priùs dicebatur Cardinalis Caturcensis, quique sedit iuxta Computa Claudij ab anno 1316. vsque ad annum Christi 1334.) inseruisset, dum resideret Auenione, electus est ab eodem Episcopus primùm Albarracinensis in Regno Aragonum, deindéque Segobricensis in Regno Valentiæ.

Carillius Mótus Arago. Abbas in Catalog. Episc. Albarracin.

Pastorali anxius animarum curâ pro immunitatibus Ecclesiarum sibi commissarum à Domino validissimè decertauit; erat enim industrius, & expeditissimus homo, & ad omnem negotiorum molem adaptatissimus item. Multas Synodos habuit, in quibus, commissum sibi gregem optimis sanctionibus communiuit: Fidelis & peruigil animarum Pastor, non tantùm has virtutum multarum nutriuit alimento; verùm & Carmeli sui Sangosense Cœnobium optimo, quo hucvsque lucet, structo opere decorauit, iaciens, & ex toto præsentis erigens domus & limina Templi, magnificâ sanè structurâ suâ generosâ, à liminibus, vsque ad maceriem eleuatâ, Episcopalibus suis expensis. Etenim curauit vt fratres sui (qui antea, vt vel tunc, in inaccommoda domo vitam transegerant, apud Eremitorium quoddam, domiciliúmque illis exile, supra montem positum vulgò vocatum *Nuestra Senora de la Vega*. Quod erat trans fluuium, Magrada quondam, nunc Aragon, situm, in quo à primis annis sui fundationis, & erectionis Cœnobij hoc est Christi Iesu 1225. Christo, & Virgini Matri Mariæ famulabantur: quique Regnorum bellis, & armis, & eorum insectationibus coacti ab eo antiquo loco ad partem quâ nouiter Cœnobium nunc stat erectum ex consilio Procerum Regni declinauerant, & præ Religionis, & Patriæ egestate commodum habitaculum sibi haud præparasse valuerant) alleuiati habitaculo commodiori Deo libentiùs inseruirent: pro quo illis, regalis sanè operis structuram, Domus, & Templi magnifici, suo dignis zelo, suique generosi cordis pignora clara, hucvsque perstantia, construxit, & disposuit ad mœnia Villæ, & ad oras labentis fluminis Aragonij.

Sangosensis Cœnobij antiquissima erectio & translatio.

ANNO CHRISTI 1359.

His ergo, aliísque bonorum operum clarissimis ornamentis illustris: post Pontificalem Infulam annis 37. decoratam, post Canones scriptos pro animarum regimine, & Pastorum spiritualium cura lib. II. qui in Albarracinensi Archæo, vt nobis relatum est à Decano illius Ecclesiæ, seruabantur, Auenione felicissimus in Christo diem clausit extremum, annis Christi, (si citatum sequamur in eo, Abbatem Carillium) 1356. etsi certè pugnet computus iste cum antiquissimis Chartis in membrana exaratis, quæ habentur, & vidimus nos ipsi in Archæo Cæsaraugustani nostri Carmeli (cuius fuit Filius professione, etsi habitum Sangosæ Virginis induerit) quarum in vna vel altera reperitur Sancium Dull istum, anno Christi 1397. Priorem egisse Cæsaraugustanum, & anno 1402. Prioratum absumpsisse, eiúsque loco electum fuisse D. Fratrem Ioannem Horda.) Sub summo vertice Ecclesiæ Innocentio VI. & Imperio Caroli IV. Bohemi in Occidente regnantis.

DE MATHIA COLONIENSI EPICOPO.

CAP. CXIV.

Anno Christi 1359.

MATHIAS COLONIENSIS, natione Germanus Parisiensis Doctor, & vir clarissimâ prælucidus virtute, & grandi sapientiâ. Ignotæ Sedis Episcopum fuisse, sermonésque scripsisse ad populum & tandem obiisse Bruxellis Posseuinus adducit, salutis annis 1359. sub Pontificatu Innocentij VI. Pontificis O.M. & Imperio Caroli IV. Bohemi.

Posseu. to. 2. S.app.

DE ROBERTO A S. FIDE.

CAP. CXV.

Anno Christi 1360.

ROBERTVS à S. FIDE Anglus natione, patriâ S. Fidepopulo: filius Conuentus Norvvicensis. Vir magnæ sapientiæ, quâ multis Academicis concursibus magnum sibi nomen adeptus est. Romanæ adiit sacra oscula Vrbani VI. Pontificis O. M. pedibus acturus.

Nic. Harpsfel. hist. Anglic. sæc. 14. c. 17.

Eius

Anno Christi 1360.

Pitsæ de script. Angliæ

Eius miram admiratus Pontifex prudentiam, sapientiam, & in agendis dexteritatem, in Angliam aliquando, quandoque in Hispaniam illum Apostolicis Legationibus, & auctoritate remisit, grauissima Ecclesiæ negotia peracturum, teste Pitsæo. (Sederat Auenione Clemens dictus VII. contra Vrbanum.)

Multa scripsisse colligimus ex Lelando, quorum titulos nec ipse ministrat, nec vidimus in alio.

Fungens in Hispania Apostolica Legatione feliciter compositis rebus, defunctus est in Curia Regis Catholici anno Christiano 1360. sub Innocentio VI. Pontifice O. M. & Imperatore Carolo IV. Bohemo in Occidente regnante.

Alij traducunt virum ad ann. 1386.

DE HENRICO BOYCH EPISCOPO.

Cap. CXVI.

Anno Christi 1360.

Henricus Boych, natione Germanus, Prouinciæ Alemanniæ inferioris filius, Croatiæ episcopus, vir sapientissimus & zelo fidei illustrissimus Scripsit. Posseuino teste, de Celebratione Missarum lib. I. Epistolarum familiarium lib. I. ad Ioannem Hildeshemensem.

Posseu. to. 2. S. app.

Floruit annis Iesu 1360. sub Innocentio VI. Pontifice O. M. & Imperatore Carolo IV. Belgica relata notant hunc diuersum esse omnino ab eo de quo agemus anno 1450.

Relata Belgica, c. 7.

DE GVILLIELMO CONVENTRIÆ LAICO.

Cap. CXVII.

Anno Christi 1360.

Gvillielmvs à Conventria, natione Anglus, patriâ Conuentriensis, & Cœnobij ciuitatis eiusdem filius: à curuatis cruribus siue læsa coxendice, à multis vocatus Guillielmus claudus. Laicus fuit, non Sacerdos, ex his, inquam, qui inter nos, fratres actiuæ vitæ vocantur. Vitiatus fuit corpore, sed animo venustus, & elegans: acutissimo enim ingenio, stylo compto, iudicio maturo, & multa virtutum segete polluit. In sacrarum litterarum meditamine assiduus, in interpretandis illis perspicuus, dexter, & clarus. Quidquid protulit eleganter est eloquutus, quidquid scripsit politissimo stylo perfecit: habuit in promptu Latini eloquij nitidiorem ornatum. Adolescens in sæculo, & iuuenis in Conuentriensi Carmelo, omnem Poësim, Rhetoricam, Dialecticam, & omnes melioris notæ auctores ad excolendam linguam Latinam, indefesso & diligenti labore percurrit.

Omnia viri scripta elegantiam sonant, redolent pietatem, eruditionem sapiunt: at super hæc, quæ virum pretiosiorem reddunt, vna est diuina religio, sanctitas egregia, & humilitas mira, adeò vt suis operibus nullam nominis sui signaturam prætingere voluisset: Id quod frequens fuit nostris Carmelitis insignioribus, quæ causa est vt multis egregiis omnis sapientiæ operibus à Carmelitis confectis & elaboratis ferant alteri honores. Sed factum est, non sine superum superа, quod credimus, prouidentiâ, vt in libro primo quem de laudibus edidit Ordinis nostri Guillielmus noster per capitales litteras primis libri lineis infixas, suum nomen inaduertenter descripsisset, horum omnium Lelandum tradimus testem. Pitsæo autem teste, & Posseuino quæ sequuntur posteritati scriptis elegantissimis dedit. De laudibus Ordinis sui, lib. II. Elucidarium fidei, lib. I. Præconia Immaculatæ Matris Dei Mariæ, lib. I. Contra peccata, lib. I. De aduentu Carmelitarum in Angliam, lib. I. Scutum Carmelitarum, lib. III. De Regula, & Confirmatione lib. I. Annales breuiores, lib. I. Compendium historiarum. lib. I. Diuersorum Carminum. lib. I. Conuentriæ demum moritur & sepelitur inter suos, anno Christi Iesu 1360 sub eodem Pontifice & Imperatore.

Anno Christi 1360.

Leland. de script. Angl. Pitsæ. cit. Posseu. to. 1. S. app.

DE PETRO BERETTO EPISCOPO.

Cap. CXVIII.

Anno Christi 1360.

Petrvs Berettvs natione Italus vir omni virtutum genere excultus, omni sacrâ sapientiâ & naturali Philosophiâ clarus. Fuit à Confessionibus Clementi VI. Pontifici O. M. Sacri palatij Magister & fidei in solio supremus Romæ Censor, & postea Nassionensis Episcopus creatus. Scripsit, quod viderimus tantum, Manuale deprecatorium antiquo charactere recusum.

Floruit Romæ salutis ann. 1360. obiitque Nassionæ, (Vassione alij,) sub Innocentio VI. Pontifice O. M. & Carolo IV. Bohemo, Imperatore.

Leland. & Pitsæus cit.

DE GVILLIELMO LINCOLNIO.

Cap. CXIX.

Anno Christi 1360.

Gvillielmvs Lincolnivs natione Anglus, patriâ Lincolniensis, Cantabrigensis Doctor, vir religione conspicuus pauca cuius reperimus scripta, licet eruditione multâ, & pietate ingenuâ, suum clarificauerit nomen & Ordinem.

Teste Lelando, & Pitsæo scripsit super Magistrum sententiarum, lib. IV. Quæstionum 25. lib. I. Oppositionum Scholasticarum, lib. I

Anno Christi 1360.

Claruit à plenitudine temporis anno 1360. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE SIMONE VVIKINGHAMO.

Cap. CXX.

Anno Christi 1360.

SIMON WIKINGHAMVS Anglus natione, Parisiis inter Sorbonicos Doctores Doctorali laurea cinctus. (Est Parisiis primum Regale Collegium tempore S. Ludouici IX. erectum, Babia teste, per Robertum de Sorbona in quo non nisi selectissimi sapientiâ viri illustrissimâ, eâ Sorbonicorum, quod aiunt, Doctorum infulâ decorantur toto celebrandi meritò in orbe.) Ita pietatem cum eruditione connexuit vt totius Ordinis sine pari fuerit decus, notante Lelando, qui quatuor scribit fuisse Wikinghamos suo Catalogo dignos: Simonem, Thomam, Richardum, & Henricum, omnes Theologiæ S. Doctores ingenuos, ætatis eiusdem omnes: inter quos hunc dignissimum censet ob ingenij subtilitatem, miram in concionando dexteritatem, & singularem sapientiam: quarum luculentissimum præbent experimentum sequentia opera edita in lucem, quæ Pitsæus dat: Lecturæ scripturarum lib. I. Sermonum lib. I. Quæstionum lib. I. Quodlibetorum lib. I. & alia plura.

Lud. Babia in vita S. Sixti Pont. c. 43.

Lelan. datus a Pitsæo.

Pitsæ. in de Scr. Angl. hac æta.

Claruit salutis conditæ homini à Christo 1360. sub Innocentio VI. & Carolo IV. Bohemo.

DE GVILLIELMO LVBENHAMO.

Cap. CXXI.

Anno Christi 1361.

GVILLIELMVS LVBENHAMVS, natione Anglus, patriâ Conuentriensis, eiusdémque Cœnobij filius: Oxoniensis Doctor, summâ vir in agendo dexteritate politus, prudentiâ, & sapientiâ mirabili decorus, Angliæ Prouincialis decimus septimus.

Scripsit Pitsæo teste in Stagiritæ Philosophi Posteriora, quæstionum 53. lib. II. Quæstionum 25. in Magistrum Ordinariarum lib. I.

Pitsæ. cit. Posseu. to. I. S. app.

Senex Conuentriæ felix in Domino quieuit anno Orbis reparati 1361. sub Innocentio VI. Pontifice O M. Lemouicensi, & Imperatore Carolo IV. Bohemo.

Anno Christi 1361.

DE IOANNE PASCHALLO EPISCOPO.

Cap. CXXII.

Anno Christi 1361.

IOANNES PASCHALLVS, Paschale aliis, natione Anglus, patriâ Sulfolcensis, Gippervvicensis Cœnobij filius, Doctor Cantabrigēsis. Singularissimâ vir in concionibus facundiâ insignitus, & spiritus almi feruore repletus. Hunc Guillielmus Norvvicensis Episcopus, ob elegantissimam viri naturam, sibi in suffraganeum adsciuit, Benedicto XI. Pontifice O. M. benedicente, sub Episcopi titulo Scaturiensis. Sed non multò pòst Eduardus Rex III. Angliæ, magnæ doctrinæ illius, summæ pietatis, & eruditionis nomine allectus, Landauensem illum Episcopum designauit, teste Lelando: & Pitsæo teste scripsit, & in lucem edidit Latino sermone homilias 80. de Sanctis, lib. I. De tempore homilias 67. lib. I. Conciones per annum, lib. I. De Passione Christi, lib. I. Lecturas scripturarum, lib. Quæstiones disputatas, lib I. Obiit felicissimus Landaui, & in sua Cathedrali tumulatus sponsa, honorificè seruatur ab anno humanæ Redemptionis per Iesum 1361. sub eodem Pontifice O. M. & Imperatore.

Possеu. to. I. S. app.

Leland. cit. Possеuin. cit.

DE S. PETRO THOMA EPISCOPO ET MARTYRE.

Cap. CXXIII.

Anno Christi 1366.

SANCTVS PETRVS THOMAS, natione Gallus, ex Prouincia Vasconiæ, Conuentus Candomi filius. Decimum vixdum quintum compleuerat annum, cum coram immaculatæ Matris V. Mariæ imagine, genibus flexis, totus lachrymis madefactus, cælestique erga piam Dei Matrem irroratus amore, integer Deo & V. Mariæ se dedit ex corde. Professione emissa sub habitu V. Mariæ de Monte Carmelo, rigidis ieiuniis, vigiliis, meditatione iugi, & oratione assidua, omnem sensuum corporis clamorem studuit obturare. Sacerdos factus, Luteriam studiorum causa remissus, adeò profecit, vt breui Doctoris Lauream fuerit assequutus gloriâ grandi. Hac decoratus, viuidius orationibus insistens, maximo virtutum progressu, sanctimonia vitæ claruit illustriori. Tantus abhinc fuit Mariæ Dei Matris purissimæ amor erga Thomam, suum vt sæpe ad commiscendum dulcia cum eo lecto alloquia, ad cellam descenderet de cælo. Quare summis illum fauoribus cùm prosequeretur Virgo Maria, multoties Cœnobij, cui Prior præerat, seu Visitatoris Generalis munera gereret S. Thomas, quotidianas per se

ANNO CHRISTI 1366.

Cong. de Ritibus OFES. Petri Thomæ lect. 2. 2. Noct. confirmato & concesso ab Vrbano VIII. 1628. Macer. in vita S. Fauent. in vita Sancti Carta. hom. de laudib. Carm. Menesc. in Miscellanea de Antichristo, cap. 5. Ord. Chron. lib. 11. c. 11. Ex officio S. a Sancta Sede concesso lect. 5. 2. Noct. Colligitur ex Origen. sup. Numerorum lib.

subleuabat necessitates. Etenim cùm egestate quadam aliquando premeretur, dilecto apparens serenissima Virgo sic illum solata est: *Ne timeas Petre, omnia tibi necessaria adijcientur.* Tanto Ordinis sui zelo augendi Petrus efferbuit, vt quotidie pro illius progressu, ad Deum, & Virginem preces effunderet. Contigit ergo (vt referunt Sacra de Ritibus congregatio, Philippus Macerius, Cypri Regis Cancellarius, & Ioannes Fauentinus, & confirmant Carthagena, Onufrius Menescalius, Chronicon Ordinis, & innumeri alij) cùm quadam Pentecostes nocte Thomas pro Religionis Marianæ progressu instantiùs, flexis genibus, ad Virginem Mariam oraret, quod superliberalissima Virgo, in cellula apparens sic loqueretur ad illum: *Confidito Petre: vsque in finem mundi, Carmelitarum Religio permansura est: Helias namque eius institutor, & auctor iam olim etiam hoc à filio meo impetrauit.* Hic sanè, (opportunâ digressione, promissionis tantæ) liceat aliquantulum nobis immorari.

Hæc est duratio illa perpetua, quam suo sensu Regius cecinerat Psaltes, Deum sine dubio Heliam in Taboris vertice sic alloquentem, introducens, & ad postulata Prophetæ Magni respondentem in hæc verba: (Colligimus ex Origenis narratione in libros Numerorum: húcque vocamus dicta suprà in initiis Nostri Paradisus Præambulatione 27. à num. 2. vbi rem tractantes verba eiusdem Psalmi vocauimus.) *Disposui testamentum electis meis, vsque in æternum præparabo semen tuum. Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ Regibus terræ. Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli.* Et multa alia, quibus eadem in spiritu prædicta promissio Heliæ facta firmatur in eodem Psalmo: Ac si respondisset Christus ad postulantem Heliam (in Taborio à Patre luminum tunc, vt multorum Patrum ora testantur, vniuersorum Princeps constitutus, & hæres.) Disposui testamentum electis meis, hoc est, *Yo Elias he declarado mi voluntad en faber de mis escogidos y tus hyos los Carmelitas.* Qui sine dubio electi sunt singulariter Dei & Virginis Matris eius, vt nos Trithemius in hæc verba vocauit: *Elegit sibi Deus Ordinem Carmelitarum, ob suum, Matrisque honorem.* Et vel item, electi sunt (*electos meos*) Christi coadiutores facti, & socij vnici, Apostolorum eius in Euangelio opus, vt nos vocabat, strenuissimos Iosephus Antiochenus. At iam quid ... fuerit voluntate, & testamento Christus ... in Propheta, & ad Prophetam alloquens Heliam: *Vsque in æternum præparabo semen tuum* gentem tuam, tuos Heliades: & *primogenitum* Synagogæ & Ecclesiæ meæ Ordinem tuum, quem possedi, tamquam mihi ab initio selectum, vt esset initium viarum ad me, (rectiores certè ad Christum viæ, Religiosi status sunt, quorum omnium initium est in Ecclesia Dei Carmelitanus Ordo. *Quemadmodum enim*, Trithemius dicebat, *beatissima Virgo Maria Paradisi nobis aditum prima omnium aperuit, ita Carmelitarum Religio principium, & formam cæteris Ordinibus dedit.*) *Excelsum ponam præ Regibus terræ*, faciens in nouissimo die sedere viros eius super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. *Et ponam in seculum seculi semen eius*, in Carmelo plantatum, Carmelitas regeneratos ex aqua, & Spiritu sancto, tanquam qui primi ex prædicatione Ioannis conuersi ad fidem, Baptismo primùm Ioannis baptizati, deinde Baptismate Christi sunt. *Et Thronus eius* (hoc est totus Heliæ Magni Ordo, qui celsioris gloriæ eius celsior thronus fuit quàm igneus currus quo vectus fuit ad alta Cherubicis alis Pater Helias) erit *sicut dies cæli*, qui Solis indeficienti cursu, vsque ad finem mundi peruolaturo metiuntur; vt

Psal. 88. v. 4. 27. 29. & alias.

Hebr. 1.

Trithem. de laud. Carm. c. ...

Trithem. de laud. Carm. cap. 7.

Matth. 27. v. 28.

Dum fluat vnda maris, curràtque per æthera Phœbus,
Viuat Carmeli candidus Ordo Heliæ.

Et ni fallimur, eadem est ab Spiritu sancto præsignata duratio, Ecclesiastici 45. 28. Heliæ & Ordini eius: Cùm ad Phinees Eleazari filium, sub nomine loquens Heliæ, ob zelum Dei, sic est promissum pro Sacerdotio suo, filiis, & domo: *Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, ideo statuit illi testamentum pacis, Principem Sanctorum & gentis suæ, vt sit illi, & semini eius Sacerdotij dignitas in æternum.* Hæc quidem verba Heliam Magnum quasi digito monstrant, vt adnotauit elegantissimè Camartus. Nam quis illo in viuis adhuc agente firmiori dierum longitudine gaudet in Paradiso dum seruatur, vt Antichristum sanguine suo extinguat, defendat Ecclesiam, & cum suis Christi gloriam in immensum exaltet? Et quod firmius semen, semine suo spirituali Sanctorum, quorum fuit Princeps Helias, Sacerdotij hucvsque dignitatem sic obtinet? & in perpetuum, vsque ad mundi finem, iuxta Virginis almæ responsum, ad suum Petrum hoc capite datum inuiolabiliter obtinebit, inconcussâ successione, & infractâ serie? Hæc duo sunt, quæ Phineæ promittuntur à Deo, & longæuitas dierum in eo, quâ gaudet Helias, & Sacerdotium sempiternum, quod semini Carmelæo hucvsque saltem collatum, totum hoc nostrum opus in viris celeberrimis inuiolata adstantibus adhuc hæreditate demonstrat. Quod si sententiæ consentiendum nobis esset Rabbinorum, asserentium, vt Camartus affirmat, Heliam, & Phineem vnum, eundémque fuisse Sacerdotem, & virum, quis de promissione ambigeret, manifestissimè ab Spiritu sancto in littera facta? Ast (cùm à tanto dissideamus errore, & Rabbinica nuga) compertum educimus promissionem factam Phineæ, sub nomine Heliæ, signare durationem in sæcula intelligendam pro Magni Prophetæ domo, Sacerdotio, in filiis Ordinis sui, iuxta sensum à Patribus acceptum: & vtrosque, Phineem scilicet, & Heliam participes factos gratiæ eiusdem, sicuti in zelo Dei insignes vterque sunt habiti. Id quod item insinuat nomen Heliæ, iuxta Hebraicam vim; nam, vt constat ex Hieronymo אל inter decem Dei vocabula ponitur, & significat fortem, siue Deum, quod etiam Dominum Isidorus interpretatur, יה iuxta Hebræorum inscriptionem

Eccl. 45. n. 28.

Ægid. Camar. in Elia Tesbite c. 3. sect. 2.

Camart. cit.

Hieron. ep. ad Marcell. Isidor. lib. 1. Etymol. c. 8.

ANNO CHRISTI 1366.

ptionem אליהו *Eliyahu*: alij alia fione facta ad Græcam vocem ἥλιος, interpretatatur Heliam, *Helion*, siue Solem, quæ nomina perpetuitatem exhalant, vt declaretur cum Deo, & Sole dilectum Ordinem permansurum, siquidem Helias, vsque ad desitionem Orbis distribuitur permansurus in sacris: quis enim Ordo tam acceptus Deo ab Ecclesia, & Virgine Maria tam probatus, parem non saltem cum illis ducationis suæ cum Principe vitam?

Hoc demum est quod ipsum Mariæ nomen à Virgine ipsi dilecto, & selecto sibi inditum Ordini sacro, apertè demonstrat. Enim verò, si, vt Germanus Patriarcha Constantinopolitanus dixit: *Continua respiratio non solum est signum vitæ, sed etiam causa: sic sanctissimum Mariæ nomen, quod in seruorum assiduo ore versatur, simul est argumentum, quod vera vita viuunt.* Quæ ergo labra melleum Mariæ nomen frequentiùs vertunt, quàm Carmelitarum labra? Hi antomasticè filij in Ecclesia Dei Mariæ vulgò dicuntur: ij tanto nomine sunt illustrati, vt à Pontificibus Summis gratiis multis sint communiti, qui hos Carmelitas Heliæ Magni filios, filios Mariæ Virginis Matris nomenclaturâ coronent. Si ergo inter omnia eorum ora dulcissimum Mariæ nomen necessario crebriùs circumfertur, & nominatur: hi, sine dubio, firmiori sunt & veriori vitâ victuri: qui ergo vitâ viuêt verâ, in æternû viuet, viuent in sæculum sæculi, viuent cum cæli diebus, positi Primogeniti, celsiores, præ Regibus terræ, ædificatâ illorum sede, in generationem, & generationem, & illorum semine benedictionibus pleno in sempiternum seruato, sed quomodo non seruabitur firma, & perstans Carmelitana Religio, cùm plantatio sit quam plantauit Pater cælestis ne eradicaretur vsque ad mundi defectionem. Etenim plantatio omnis quam non plantauerit ipse, eradicabitur.

Iam igitur ad nostrum redeuntes Thomam, cùm in Hispaniam aduentasset (ad quam à Magistro Generali Ordinis, cum Philippo Ferrariensi fuit missus, vt in Prouinciis illius maximè Vandaliæ, Lusitaniæ, & Castellæ, quæ essent bona nutriret, & pietatis, & sapientiæ, & regiminis studio custodiret, & augeret nutrita, vt rectè colligit Coria noster.) Ex Carmelita, Pacensis primum, ad instantiam Alphonsi Regis XI. factus est Episcopus, vt testantur Theatrum Ecclesiarum Hispaniæ, & Trithemius: deinde Cretensis in Cypro Archiepiscopus: & demum Patriarcha Constantinopolitanus ab Innocentio VI. anno 1352. Post quæ Legatus est Apostolicus constitutus ab eodem Bononiam missus, vt factum Theologiæ publicum ibi Lyceum erigeret, sub patrocinio Androini à Roca Presbyteri Cardinalis, & ibi etiam sacræ Paginæ, in qua versatissimus erat, esset publicus interpres & sol primus tanti Lycei, vt testatur Petrus Thomas, ex Registro Doctorum illius vniuersitatis & Carmeli viridarium: Ex quo, iure Diuo Thomæ nostro, Poëticum illud apponimus:

Quid non Thomaso facunda Bononia debet?
Instaurare bonas ibi qui feliciter artes,
Barbariémque procul solus depellere cœpit?

Multis, inter hæc, libris conscriptis (ex quibus habemus elegantissimum de Virginis Mariæ Conceptione, eiúsque excellentiis, opus, lib. 1. citatum à Bernardino de Bustis Sermonum, lib. 1. Epistolarum, lib. 1. & super Sententias, lib. 4.) secundâ Apostolicâ Legatione, Patriarchali iam infula decoratus, vsus est, Bruschio teste, & Renato Coppino, pro belli sacri expeditione facienda contra Infideles à Petro Rege Hierosolymæ, & Alexandriæ, cùm capta fuit. In qua, qui verbo, & calamo sapientissimè dimicauerat pro Ecclesia Christiana, consilio, auxilio, & prudentia grandi factus militiæ illius Capitaneus Generalis, Bellorum Dei Triarius robustissimus, in Hæreticorum Phalanges dignissimus primipilus, aureæque legis Gratiæ Mauors vnicus, pro fide Catholica tam viriliter decertauit, vt bellicosissimus tum in Regis signifer, non dimissis Patriarchalibus insignibus, nec candidâ Virginis Mariæ Carmeli veste, multas sed illustrissimas de infidelibus, & Tartareæ regionis inimicis victorias sæpissimè reportauerit.

Tandem post Rheguæ Regnum, quod gratis Europæ Prouincia Græcorum vulgò vocata est, lucratum: superbissimum Regem illius ad fidem ad ... & ex pertinacissimo fidei Sanctæ Antagonista, Constantinopolitanum Imperatorem, Christi suaui iugo submissum, validissimè pro Deo, fideque dimicans sua, teli, siue lanceis ab inimicis, in ipso bello confossus. ... Famagustam Cypri in nauicula impeditus adducitur, Boërsio, & Leone à S. Ioanne, dicentibus, spiritum agere Martyr inclytus Christi: quem reddidit illico Saluatori suo, anno 1366. sub Summo Pontifice Vrbano V. Mimatensi, & Imperio Caroli IV. Bohemi; clarus in morte, vt in vita miraculis fuerat, sepelitur ad suo. vbi inuocatur à populis, ouanter ad eius confluentibus sepulchrum, pro pestis, & epidimiæ morbo.

Quæ diximus, ad vnguem eduximus, ex citatis auctoribus, & aliis multis quos videre habebis, in nostro de vitis S S. Carmelitarum Hispanicè libro.

Eius dies festus sub pompa duplicis officij, ab Ordine vniuerso Carmelitarum, ex Apostolicis indultis celebratur, sub die 23. Ianuarij.

Germ. Constantinop. Orat. de V. Dep.

Vide infrà de hac concessione capit. 144. huius Ætatis ... Nicol. de Luca.

Coria lib. 1. c. 10. & lib. 10. c. 17. & lib. 11. c. 11. Theatrum in Eccl. Pacensi. Trithem. de viris.

Petr. Thom. in Menologio Regist. DD. Viridi. Car.

Bernard. de Bustis ser. 4. Mariale. Bruschius lib. 2. de Monachis. Renatus Coppin.

Bergom. lib. 13. sup.

Boe ... in Fron Valcomæ. Leo à S. Ioanne in ... vitis ... 133.

DE HENRICO DOLENDORPIO.

CAP. CXXIV.

Anno Christi 1366.

HENRICVS DOLENDORPIVS natione Theutonicus, ante Tilmanum Alemanniæ inferioris Prior Prouincialis: Acerrimus quæstionum Scholasticarum dilector, Euangelicæ orationis verè diuinus exactor. Trithemio, Posseuino, & Lucio

Trith. in de viris ill. Car.

* Paradisi Carm. Tom. I.

ANNO CHRISTI 1366.

Lucius in FF. Car. Possev. to. 2. Sac. App. Trith. in ep. magno.

testibus, scripsit super Sententias, lib. IV. Sermonum variorum, lib. 2. In Philosophiam moralem lib. 1.

Cessit è viuis Coloniæ, & inter suos sepultus ibidem, anno Christi Iesu, 1366. sub Pontifice Vrbano V. Mimatensi, O.M. & Imperatore Carolo IV. Trithemius ponit eum anno 1370. sed est Chalcographi error.

DE S. AVERTANO CONFESSORE.

CAP. CXXV.

Anno Christi 1366.

SANCTVS AVERTANVS, aliis, sed impropriè, Albertanus, Gallus natione, patriâ Lemouicensis, & Conuentus eiusdē filius. Miris à tenera ætate sanctitatis signis effulsit. Religiosus factus sub vexillo Genitricis Dei Matris Sanctissimæ de Monte Carmelo, qui in terra inuia, & inaquosa sæculi, sanctimoniæ, & virtutum opera protulerat magna, vir factus mirifico nominis sui (quod *viridarium arborum onati*) splendori, splendorem celsitissimæ sanctitatis adiunxit. Verùm id quod inter admiranda vitæ suæ memora animum ad admirationem allexit, est illud quod Lucæ Hetruriæ ciuitatis contigit. Enimverò cùm è Galliis in Italiam sanctissimus Pater aduentasset Auertanus, Lucam appulit, vbi de morte sibi imminente monitus à Deo, ingressum postulans ad vrbem (quæ tunc propter grassantem pestem in illis partibus à Militibus custodiebatur) ingredi præpeditur à custodibus: ad hos igitur Auertanus propheticâ voce: *Erit*, inquit, *subitò tempus in quo pigebit vos mihi liberum aditum ad vrbem vestram denegasse: me gestietis ingredi, sed vires animum fallent.* Paucis prætereitis, Auertani spiritus iuxta mœnia vrbis ad supera volat, corpore ibi cælesti splendore circumfuso manente, & miros odores halante. Cumque miris coruscatet multis, tota Ciuitas cum Episcopo, & Clero admirata confluxit ad locum, visòque prodigio tanto, piguit omnes Auertano aditum denegasse, & cùm illud introducere tentarent, vt honorifico sepulchro tumularetur, immobile Auertani corpus inuentum est: Ex quo Templum ad partem interiorem muri, quæ locum respicit gloriosi transitus eius erigere decreuerunt. Cum ergo per vrbis ianuam nequirent introducere corpus, per summa mœnium, erecto ponte, introductum est, & celebri Lucæ in Templo, sarcophago erecto conditum, grandi fidelium veneratione seruatur. Ibi miraculis hucvsque clarissimus, magnâ populi frequentiâ recolitur. Transitus eius annus contigit anno salutis, 1366. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Quæ diximus fideliter eduximus ex Ordinis Chronico, Philippo Ferrario Seruita, & aliis à nobis relatis in vita S. Auertani in libro SS. Carmelitarum Hispanicè scripto, vbi habes videre plures ex his qui Sancti nostri illustrem memoriam agunt. Sufficiat hîc adnotasse de eo in vniuerso Carmelitarum Ordine Duplex Officium, ex Apostolicis indultis, celebrari, tanquam de Sancto Ordinis Carmeli sub die 25. Februarij.

Philipp. Cat. SS. Italiæ 25. Feb. Chron. li. 11. cap. 13.

ANNO CHRISTI 1366.

DE D.D. ALPHONSO INFANTE CASTELLÆ, & vxore eius Madalfa, Ludouici IX. Galliæ Regis nepte.

CAP. CXXVI.

Anno Christi 1366.

SERENISSIMVS CASTELLÆ INFANS D.D. ALPHONSVS, cognomento *de la Cerda*, filius, ex Patre Ferdinandi, Castellæ item Infantis dicti *de la Cerda*, eo quod ab vtero Matris in pectore setam, Cerdámve notabilem eduxerit. Nepos Castellæ Regis Alphonsi cognomento sapientis, qui pene Romanorum Imperator coronatus fuisset, nisi tantâ sapientiâ, & summa Christi Vicario obedientia, valeret (fuit tamen dictus Hispaniarum Imperator & Legione coronatus vt narrat Illescas in sua Pontificali 1. par. lib. 1. c. 15.) Pronepos Ferdinandi III. cognomento, *Sancti*, Hispalis acquistatoris: Ex Matre verò nepos Ludouici IX Galliæ Regis sanctissimi, de quo suprà scripsimus, filius enim fuit Blanchæ prędicti sanctissimi Regis filiæ. Is cum Madalfa connubia gessit in Gallia, cumque ab Arbitris quibusdam Censoribus iniustè spoliatus suo iure abuisset, Dominationis quorundam locorum Hispaniæ factus est hæres ex pacto, pro Regno Castellæ, quod ad illud attineret ex morte Ferdinandi Regis filij Alphonsi illius sapientissimi; at, cùm ad sua è Gallia vbi connubia egerat, cum Madalfa vxore rediret, Onobalisturiam Bethicæ populum vulgo *Gibraleon* qui inter alios contigerat ex pacto illi, appulit. Et cum sacræ Virginis Mariæ de Monte Carmelo Religioni (quæ tunc vigebat in Galliis, floridissima, fauore sanctissimi Ludouici Regis, qui eam è Terra S. Syriæ Parisios, & omne in Regnum adduxerat Galliæ, vt diximus, cùm de Ludouico S. Rege tractaremus) Alphonsus, & Madalfa sua addictissimi essent, nostrorum aliquos ex Galliæ Regno, pietate sua, in Regna deduxère Castellæ vt iam indidem plantatam ab antiquissimis temporibus Religionem paruo tamen incremento Cœnobiorum dilatatam, in Hispanias augerent, selectis ad id in Gallia viris insignibus, quos ex his qui sibi sapientiâ, & virtute notiores erant, elegerat ad hoc propositum: & sibi Consiliarios, Concionatores, & Confessarios destinarat tanquam nobilissimæ virtutis, & sapientiæ Mœcenates. Ij ergo Onoballisturiæ, Infantis sumptibus, dotibus, & ære, primum erexère Cœnobium Bethicæ Prouinciæ. Tandem Madalfa defuncta, Religiosissimus Princeps, qui iam cum vxore Tertiariorum

Vide Gund. Illescas Pont. c. p. Chronicon Ord. lib. 10. c. p. 17.

In Nota.

Vide Cherusum in Prou. Betica

habitum

ANNO CHRISTI 1367.

habitum à Gallia fuerat professus in Ordine Sacro Mariæ Virginis de Monte Carmelo, relicto sæculo, temporisque terrenis omnibus, in suo Cœnobio se recepit. Vbi domicilium humanæ vitæ sibi parans, sub Ordinis iugo æternam item sibi Aulam compararet in cælis. Sanctissimum ergo vitæ Tyrocinium inter Monachos ab initio dispositum, toto vitæ suæ tempore ita prosequutus est, maiora in dies Sanctitatis talia opera patrans, vt omnes raperet in admirationem.

Chronicon Ord. citat. loco.

Tandem præmia percepturus æterna felix volauit in astra, quo anno nequiuimus inuenire: sed vsque ad hos floruisse, eduximus ex Chronographia Tornamiræ, Scilicet 1366. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Franciscus Vinc. Torn. capit. 72. M... ... & pri... ...

DE GVALTERO KELONO.

Cap. CXXVII.

Anno Christi 1367.

GVALTERVS KELONVS, alij Walterum Kellauuim, natione Anglus Ducatus Eboracensis, Albertonensis Cœnobij regalis filius. Vir in quo pietas, & eruditio certatim summam sunt visæ contendisse gloriæ arcem. Bis Prouincialis electus est Angliæ, Carmelitico choro cogente. Tamen inter tanti muneris munia, Pitsæo teste, posteritatem sequentibus illustrauit scriptis, Quodlibetis Theologicis, lib. 1. Determinationibus, lib. 1. Sermonibus variis, lib. 1.

Pitsæ. cit. Harpsfeldius sæc. 14. cap. 31.

Tandem Albertone inter suos quiescit felicissimus in Christo, salutis anno 1367. sub Innocentio VI. Pontifice O. M. & Carolo IV. Imperatore.

DE HVNFRIDO NEKIONE.

Cap. CXXVIII.

Anno Christi 1370.

HVNFRIDVS NEKION, alij Vnfredum, Nordvalus, mirâ vir eruditione, & morum probitate perillustris Lucio teste, scripsit Sermonum Dominicalium, lib. 2. Quæstionum Theologicarum, & Scholasticarum lecturarum varia lucubrauit, opera quibus inter sapientissimos celebri nomine habetur. Scripseritne alia, penitus auolat.

Lucius BB. citat.

Floruisse scimus annis Christi Iesu 1370. sub Vrbano VI. Neapolita: contra quem Auenione Clemens, dictus VII. antea vocatus Robertus Genebennensis, siue sub Gregorio XI. Lemouicensi Pontifice O. M. vt placet aliis, & Imperio Caroli IV. Posseuinus obiisse fert anno 1303. sed est Chalcographi erratum.

Posseu. to. 3. Sac. App.

Alter omnimodo iste à Nectone est. Necton ille, Nekion iste propriè vocandus.

ANNO CHRISTI 1370.

DE GONDESCALO A COLONIA.

Cap. CXXIX.

Anno Christi 1370.

GONDESCALVS à COLONIA, natione Germanus, Vir Religionis gazâ ditissimus, & sapientiæ fœcundissimus labro Scripsit Posseuino teste, Quæstiones Sententiarum, lib. VII. Determinationum, lib. I.

Posseuin. in App. Sacro.

Floruerat in Coloniæ Conuentu Carmelæo Prouincialis Belgiæ, hominis erepti ab Orco euerso, per Christum 1370. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE TILMANO AQVENSI.

Cap. CXXX.

Anno Christi 1370.

TILMANVS AQVENSIS, siue vt illum Trithemius vocat, de Aquisgrano, natione Theutonicus, siue Germanus, vt Sixtus ait, insignis sacræ paginæ Professor Publicus Parisiis, & Coloniæ Lyceis, sublimi vir clarus ingenio, & spiritu labiorum in declamando diuino verbo cui secundus, qui parem habuit nullum? Stagiriticæ Philosophiæ illustria posteris syntagmata dedit. E quibus, Trithemio teste, & Posseuino, lectura vna singulariter nobilis extat, quam publice Coloniæ dedit. Iuxta Sixtum scripsit in Euangelium Matthæi, lib. 1. Coloniæ abrumptum. Sermones varios, lib. 1. In varios sacræ Scripturæ libros: lib. Allegoriarum III. Super Sententias, lib. 4. & alia.

Trith. cit. Sixt. lib. 4. BB. Sacræ.

Claruisse damus annis 1370. sub eisdem Pontifice Gregorio XI. & Carolo Imperatore IV.

Ioan. Trissa scribit claruisse ann. 1360. Scripsisseque Commentarios in Biblia, & Quæstionum Theologicarum, lib. 1. alij de anno aliter sentiunt, sed est error notissimus, ab Amanuensibus.

Ioan. Trissa a Posseu. cit. Sixt. BB. cit.

DE ROBERTO WALSINGHAMO.

Cap. CXXXI.

Anno Christi 1370.

ROBERTVS WALSINGHAMVS, quem *Rupertum Fvalsingen* Carmelitam vocat Sixtus Anglus natione, Norvvicensis Cœnobij, filius S. Theologiæ insignis Doctor Oxoniensis: ibi

ANNO CHRISTI 1370.

inter alios sapientissimos, discipulum habuit nostrum Carmeli inter sydera sydus Baccondorpium, vel de Bacchone, à quo non taró in suis subtilissimis commentationibus, summis laudibus, quâ Magistro reuerentia innata debetur, Robertus citatur, & laudibus effertur: citat hunc etiam Waldensis noster, tanquam Catholicæ veritati testem aptissimum, & professorem insignem. Adeò fuit omnium ore doctorum supremæ notæ, doctissimus, vt multas multorum sui temporis & prisci, Theologorum refutare valuerit sententias, subtiliter suam, & firmè in multis defendens.

In doctrinali & alibi sæpè.

Scripsit, teste Pitsæo, Lucio, & Lelando, super Ecclesiasticum, lib. 1. Determinationes scripturæ, lib. 1. Elucidationes sententiarum, lib. 4. Quodlibeta Maiora, lib. 1. Conciones ad populum, lib. 1. Quæstiones ordinarias, lib. 2. Quæstiones solemnes, lib. 1. Quæstiones vespertiales 12. lib. 1. Contra quandam Gerardi de Bononia resolutionem de diuidenda Angliæ Prouincia, lib. 1.

Pits. cit. Lucius cit. Leland. cit.

Tandem gloriosè Norvvici obdormiuit in Christo, salutis anno 1370. Catholicæ Ecclesiæ dum solers tractaret habenas Gregorius XI. & Imperiales Carolus IV.

DE IOANNE HILDESHEIMO.

Cap. CXXXII.

Anno Christi 1370.

IOANNES HILDESHEIMVS, *Hildenheim* aliis, natione Theutonicus, Hildesheim Saxoniæ Ciuitate satus, primâ nobilitate Patribus insignitis ortus: Diuinarum litterarum grauissimus Professor, Theologus, Philosophus, & Poëta celebratissimus Numine, & omine felicissimo inter celeberrimos diuini verbi Præcones sui temporis facilè Princeps. Beato Petro Thomæ, de quo scripsimus, familiarissimâ coniunctissimus fuit amoris necessitudine, Trithemio teste. Auenione multa, prosâ, & Carmine opuscula elaborauit. E quibus Trithemio, & Lucio dantibus, hæc capito solùm: De Translatione trium Regum in Ciuitatem Coloniæ, lib. 1. ad Florentium Monasteriensem Episcopum in Westphalia Chronicon iucundum, & vtile, lib. 1. De Monstris Ecclesiæ metricè, lib. 1. De Antichristo, lib. 1. Tractatum Dialogisticum, lib. 1. In turpia pingentem, lib. 1. Sermones varios, lib. 1. Sui Ordinis defensorium, lib. 1. De fonte vitæ, lib. 1. Contra Iudæos, lib. 1. Epistolarum 80. lib. 1. Sermones de tempore, & Sanctis, lib. 2. & alia multa: præsertim varia carminum epigrammata.

Trith. cit. Lucius cit. Possev. to. 2. S. App.

Claruit, iuxta citatos Trithemium, & Lucium, annis 1370. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE NICOLAO DVRHAMO.

Cap. CXXXIII.

Anno Christi 1370.

NICOLAVS DVRHAMVS, natione Gallus, patria Dunelmensis, ideò Dormum malè agnominant alij Nouicastriensis Cœnobij filius, quod aliter quondam Monochopolense dicebatur. Bina illustrissima laurea Doctoris Oxoniæ cinctus, ibidemque, vt quidam affirmant, Publicus Theologiæ, & Philosophiæ Professor. In Oxoniensi hoc Lyceo *Magni Nicolai Carmelitæ* cognomentum adeptus est, Bostio, & Lelando dicente. Sed quod viri gloriam super sydera tollit, illud est vnũ: Quod cùm in Oriente teterrima illa insensissimi putidissimi, vilissimi, & impudentissimi Wiclephi pestis fuisset opposita Catholicę & integerrimæ Christi Ecclesiæ saluti (extra quam nulla sanè salus habetur) Tanquam validissimus Domus Dei medicus, se exhibuit curatoré: Tanquam Christi fidissimus Athleta se opposuit antagonistá: Tanquá Christianissimus, & Catholicissimus fidei Pugil, Doctor, & defésor, se exhibuit zelatorem, solem, & murum, & tanquam verus Heliæ filius se dedit defensorem: & tandem vt verus Carmeli militiæ miles Catholicæ militiæ vexillifer inuictus, bellorum Dei Triarius robustissimus, & in hæreticorum phalanges omnes nobilis primipilus inter primos impugnatorem, & debellatorem se totum obtulit. Wicclephi errores impios, omnes verbo, & calamo firmissimis rationibus eneruauit, confudit, & ad Tartara vsque deiecit.

Bostius de rebus Angliæ. Leland. de script. Angliæ.

Scripsit Pitsæo, Lelando, & aliis testibus, præter alia multa, quorum titulos nec Pitsæus diligentissimus Anglicarum rerum scrutator inuenit. super Sententias. lib. 4. Originalia Doctorum, lib. 1. Contra Wicclephum lib. 1. aureo calamo omni iure rescribendum, æréque & marmore dignum. Quæstionum, lib. 1.

Pitsæ. citat. Leland. cit.

Claruit anno gratiæ 1370. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE NICOLAO DE LINNA.

Cap. CXXXIV.

Anno Christi 1370.

NICOLAVS DE LINNA natione Anglus, patriâ Linnensis, ex Comitatu Norfolciæ, filius Conuentus ciuitatis eiusdem ad stagnum Tegæum in suburbio Ciuitatis quondam positi. Vir fuit, teste Lelando, & Pitsæo, in prophanis, & diuinis scientiis insigniter eruditus; sed

in Ma

Anno Christi 1370.

Chaucerus de reb. Angliæ. Pitsæ. in de scrip. Angl.

in Mathematica claruit multùm: Astrologorum enim sui temporis in Anglia facilè Princeps. Collegam habuit indiuiduum Ioannem Sombæ, eiusdem Cœnobij insigne germen, etsi Chaucerus hos duos Clericos fuisse contendat, sed malè, vt Pitsæus adnotauit. Porrò Nicolaus fuit subtilissimo vir ingenio, cuius opera magni habita in nobilissima Carmelitana Norvicensi Bibliotheca seruabantur, Teste Pitsæo, è quibus hæc tempori sunto, & æuo posteritatis profutura capito; eodem asserente: de Sphæra iudiciali, lib. I. De figuris, & signis, lib. I. De natura Zodiaci, lib. I. De Planetarum domibus, lib. I. Astrologorum dogmata, lib I. De mundi reuolutione, lib. I. De vsu Astrolabij, lib. I. De Eclipsi Solis, lib. I De astrorum iudiciis, lib. I. Defensorium Ordinis Carmeli, lib. I. Pro ægrotantibus, lib. I. De variis genituris, lib. I. Canones Tabularum, lib. I. & alia quædam.

Claruit annis Iesu 1370. & Linnæ obiens sepelitur inter suos: sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE GVLLIELMO CALISFORDIO.

Cap. CXXXV.

Anno Christi 1371.

Posseuin. t. 1. Sac. App.

Lucius in BB.

Trith. vtroque op. Posseuin. cit.

Rebuffus de reb. Anglicis.

GVILLIELMVS CALISFORDIVS, alij eum *Talusfordum* vocant, alij *Talusforde*, natione Anglus, Cantabrigensis Doctor, & ibidem Sacræ Theologiæ publicus, & scitissimus indagator. Trithemio, & Lucio testibus, integritate vir vitæ celeberrimus erat, & spectatissimâ doctrina clarus.

Diuini enim verbi contra hæreticos maximè diuinus, & veluti cælitus declamator elapsus. Scripsit sermones de Tempore, lib. I. De sanctis, lib. I. Lecturarum, lib. I. Variarum sacræ Scripturæ, lib. I. quas omnes in Cantabrigensi Palæstra docuerat, Palæstrita insigniter edoctus. Alia etiam scripsisse ferunt sed titulos eorum nec Lucius, neque Trithemius nobis subministrarunt.

Alexander Rebuffus fert floruisse annis Christi 1371. sub Gregorio XI. Pontifice Opt. Max. & Carolo IV. Imperatore Occidentis.

DE NICOLAO RITZONO.

Cap. CXXXVI.

Anno Christi 1372.

Trith. & Lucius cit.

NICOLAVS RITZONIS, Siculus natione, Conuentus Catanienfis, in Prouincia Siciliæ Prouincialis famigeratissimus, vir vitæ integerrimæ præstantiâ clarus, sermonum declamator dexterrimus. Trithemio, & Lucio dantibus, nonnulla posteris opuscula dedit, inter quæ sermones elegantes de tempore, lib I. De sanctis lib. I. Quadragesimalium sermonum Bononiæ habitorum, lib. II. & alia.

Anno Christi 1372.

Posse. to. 1. S. Ap.

Claruit iuxta Caroli IV. tempora, sub Gregorio XI. Pontifice Optim. Max. annis Iesu 1372.

DE THOMA VVIKINGHAMO.

CAP. CXXXVII.

Anno Christi 1372.

Vide in Simone Vvikinghamo

Lelandus

Lelandus cit. à Pitsæo.

THOMAS VVIKINGHAMVS, natione Anglus, patriâ Norvvicensis, eiusdémque Cœnobij palmes: Vir fuit celebri litterarum opinione decorus, Cognominis, & Ordinis sui trium aliorum celebriorum virorum, literarius sed laudabilis Antagonista.

Multos Lelando teste, eruditionis primæ edidit libros præclaram viri redolentes eruditionem. Sed proh! inuida forsan, vti assolet, conciuium sepeliuit obliuio; refert tamen se vidisse Lelandus, sermonum Thomæ nostri, lib. I. Testamur item nos vidisse in celebri Tirasonensis Ecclesiæ Cathedralis Bibliotheca annum agentes ætatis nostræ 21. ab hinc autem dum scribimus ista 22. duos alios prædicti Thomæ libellos, mediæ tamen molis, Quorum primo titulus est, *Modus concionandi*, cuius initium, *Misertus fueram iamdudum*. Secundo verò titulus erat, *Isagoge scripturarum*, cuius initium, *De Moyse compertum est*. Cætera non hausimus oculis adhuc, nec ad nostram aduenêre notitiam.

Claruisse tamen constat annis Christi Iesu 1372. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE GVLLIELMO A S. FIDE.

CAP. CXXXVIII.

Anno Christi 1372.

Pitsæus.

Posseuin. t. 1. Ap. Sac.

GVILLIELMVS à S. FIDE, natione Anglus, Ad Fanum S. Fidei Virginis natus, Teste Pitsæo, Cantabrigensis Doctor fuit, insignis pietate, religione, & sapientiâ.

Scripsisse ferunt imitationes Theologorum, lib. I. Theologicas determinationes, lib I. De immaculata Virginis Mariæ Conceptione lib. I. Quodlibeta, lib. I. Sermones per anni gyrum, lib. I.

Tandem Norvvici felicissimus obiit, à miro Messia anno 1372. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

> ANNO CHRISTI 1373.

DE S. ANDREA CORSINIO EPISCOPO.

CAP. CXXXIX.

Anno Christi 1373.

SANCTVS ANDREAS CORSINIVS, natione Italus, Florentinus patriâ, & Conuentus eiusdem filius. Ex Corsiniorum familia generoso sanguine, claro sagis satus, & venerato togis (cuius gesta multa Eoas, Occiduasque peruaserant oras) Nicolao Patre, & Matre Peregrina. Hi, cùm diu matrimonij gaudia expectarent, penè spe generis sui despecti, supplicibus cælum votis implorarunt vterque. Diuparæ primùm præsentia Numina, nocte, diéque Peregrina solicito postulabat affectu: vt si prolem susciperent quamcumque, Mariæ continuò sacraturos. Vixdum hæc ora versarant, cum Christi feræ Matris Numen pia iam cognouerat sponsa. Post dies paucos, ecce peregrina ætate, mater Peregrina concepit, obstupente naturâ: cúmque sobolescere aspiceret vêtrem effœtum, & turgentia iam matris viscera, serotinam illico prolem sponderent, vna dolet genitrix, inter exultantia Corsinicæ familiæ, & Florentiæ gaudia. Equid? vexabant matris incognita mentem Omina:

> Dominicus Valerianus in vita sancti metrice scripta.

Scilicet illa sibi noctu gestare voracem
Visa Lupum: iacras qui deinde ingressus in ades.
Ora Agni indueret.

Expectata igitur lucescente iam die, maturi ventris pignora ad auras luminis eduntur: Imponitur Andreæ de nomine nomen puello felici: Educatur à Parentibus ingenuè: crescit: studiis traditur. At, cum illo crescunt crescente, Matris timores: nam, etsi intactum semper pudoris lilium seruasset) Ephebus nullo non se alio crimine fœdat: primæ eius lanuginis ardor, nil linquit inausum, nil intentatum omittit: tractat arma, canes alit, Baccho, & Marti indulget, diuina pariter, & humana promiscua faciens, Parentum factus osor, & imperij illorum irrisor. Igitur deuicta dolore mater male sana, turbida, sic querula de filio, ad filium affata est:

> Valerianus.

Si despecta tibi tantorum gloria auorum,
Nec tua te tangunt fama ornamenta Nepotum:
At sperare Deos memores fandi, atque nefandi
Ne pigeat, Moriemur: ceterum te triste manebit
Supplicium; qui quaerat enim est, qui inducet adstat.
Móxque vitrix, cælo repetet Rhamnusia pœnas.
Hoc erat exanimem, quod me perterruit omen.
Tu Lupus, ille Lupus: nosco praenuntia partus
Signa mei: an Lupus, ille Lupus, qui vestiat Agnum
Ad Templi ingressum? nimium firmata priori
Omina parte parens infelicissima cerno;
Absona, prob! quantum discordant vltima primis.

Quibus, & aliis perterritus adolescens, ad querulos matris sonitus hæret, tacitis luminibus immobilis, & ora pudore suffusus, conscius ergo sui premit corde dolorem altum, nec fari audet, quod vincula linguæ ipse pudor struat, & silentia indicet victo. Ad eum iterum mater: non nobis, fili, sed Mariæ Virgini natus es, expergiscere de somno hoc, noli longiùs per socordiam, & mores improbos, nobilissimi sanguinis tui vitam inficere.

Ergo vbi loquendi finem posuit Peregrina, eius Andreas oratione percussus, pœnitentiâ actus est. Mariam Virginem precabatur, vt impetraret à filio, ne delicta iuuentutis, & ignorantias eius meminisset. Et cùm Carmeli ad limina Florentini primo manè cum matre accessisset totus lachrymis suffusus ad Virginem Matrem, se Lupum in agnum conuerti rogitabat. Oratione peractâ, Hieronymum Melioratum, Prouinciæ tunc Tusciæ clauum regiminis agentem, adiit alloqui, oratque ipsum, vt intra pascua Carmeli, illum introducere dignetur. Admissus est ergo, iam agnus è Lupo conuersus Andreas, qui vt animi firmitas eius, in proposito nouæ vitæ suscepto notescat, vilioris conditionis seruitiis Cœnobij, illico à Cœnobiarcha mancipatur. Quorum studium omne tam libentissimo amplexatus est animo, vt mirum sit eius obedientiam, & humilitatem certatim ouantes breui referre.

> Dominicus Valerianus.

Relligiosa Patrum vix castra ingressus, Auerno
Indixit bellum, iuuenili corpore versans
Ingentes animos: Mirum? Tyronis ad artes
Quantumuis, veterana cohors componitur, atque
Iam bene pugnandi Andreas exemplar habetur.

Accidit igitur, vt prandentibus fratribus, Ianuæ custodia Tyroni Andreæ mandaretur. Quid tunc? Quid non molitur liuor? Antiquus se fuga ille, qui de cælo lapsus, semper animis inuidet, ad Cœnobij ianuam citus, & festinantissimus, stat. Andream à proposito Religiosæ vitæ suscepto auertere conaturus; sed signo ipse salutis clypeatur, ianuâ pulsus, terga dare tetermus cogitur hostis vilissimus.

Peracto iam annuo cum laude ab Andrea tyrocinio, emisit vota ritu solemnia. Tunc ipso se maior, maiorum iussa virtutum meritis capessens, omnigenæ pietatis mirabili exercitamento, sic se Sacerdotio parat, vt iam miracula patret. Itaque virtutibus ardens, & in dies grandiori pullulans felicitate, initiatur sacris. Et cùm nobiliori fastu, Equitis nobilissimi filio digno, prima celebranda Missa disponeretur, fuga ludens tacitâ, syluestria Ordinis sui claustra, milliari septimo ab Vrbe dissita, nouellus adit Sacerdos: vbi deuotissimè Sacerdotij sui prima Deo vitalia liba ferenti Andreæ, Beatissima Virgo Maria

Angelicis adstat consociata Choris,

dicens ad eum: *Tu meus esto Andreas seruus: mea gloria eris: legi te precunctis vnum in vota aliquando vocandum.* Et hæc dicens, paulatim se Virgo eleuauit in auras.

Paucis abhinc annis, Pisis comitia iunguntur, vbi gremij Patrum assensu, populosam in Lutetiam Parisiorum imbuendus litteris mittitur. Tribus annis elapsis, fit redux ad suos. Diuionémque (alij Auenionem) transiens, Patritium ibi Cardinalem, legatione Apostolica fungentem, inuisit, & cæcum ad limina stantem

> Valerianus in vita S.

tem pro foribus Templi S. Mariæ de Donis lumine conspexit, his verbis: *qui caecigeno lumen Seruator reddidit, ille tibi reparet visum*: & vidit, & gauisus est. Ab hinc Andreas miraculorum iam multorum lumine claruit.

Post hæc, Florentiæ eligitur Prior, in cuius administratione munij, quantâ effulserit sanctimoniâ, difficile est fatu.

Inculpata illi vitæ integritas, venerabile morum
Exemplar, numquam Andrea moderatior alter.
Iustitia vindex: obseruantissimus aequi:
Ingenuus genio, veniaque paratus.

Interea concidit Fesulanus Antistes, munere functus vitæ: Corsinius ab omnibus vnus petitur, & appetitur: rescivit ipse, & timens, ne sub tanto onere premeretur, latitare fugit ad Carthusianos, tertio ab Vrbe milliario viuentes: nequicquam Diuûm Numina fugitimus, cuius decora laudum à lactantis pueri erant ore perficienda. Tuncque cùm Clerus ambigeret eligendum, infans in medio fatigati Cleri lustrantis Andream prosiliens,

Andream prodit latitantem, & numine siguãs: sic fatus: *Elegit*, ait, *Dominus Andrea in Sacerdotem sibi, ecce apud Carthusienses orat.* Mittuntur illico Legati hortaturi illum ad suscipiendam infulam, sed cùm renueret:

Valerianus in vita S.

Ipsa reluctantem monitu sanctissima Virgo
Calestis firmans animas, succumbat vt vltrò
Designato oneri:

Tunc Andreas gratias agens, onus antea excussum constanti mente suscepit. Episcopus factus, ætatis anno quinquagesimo octauo incredibili enituit sanctitate: Fesulam perennauit omni nominis gloriâ, miraculis eam illustrans, & sanctimonia sua coronans.

Ætatis suæ septuagesimo anno in Natiuitatis Domini nocte, dum liba vitæ sacra in Ecclesia Cathedrali solemni pompâ perageret, Virgo ei Regina cæli gloriosa apparens, sui diem obitus prænunciauit, ex quo tali gaudio suffusus est, vt qui antea à graui pœnitentia (sibi enim vni soli crudelissimus, erat, vt corpus animæ seruitio subigeret) totus squalore, & macie corpore esset perfusus, deinde Seraphico madidus rubore, pulcherrimo apparuisset vultu. Cælo igitur promissa tandem apparuit illi alma serena dies Quis quanto spiritu, & animi deuotione sui diuinis refectus fuerit epulis enarret? Quis plura, quæ ab eo, vt Lucius ait, & Posseuinus conscripta sapientiæ suæ volumina numeret? Quis vigilẽ omnium curam dicat? Quis longa ieiunia, pœnitentiam, lachrymas, suspiria, dira verbera, saccos? quis patientiam, pietatem, humilitatem, restitutam pacem, sedata bella prudentiâ, & solertiâ suâ? quis quæ circa obitum viri felicissimum gesta, quæ verba, zelum, & vitæ præcepta? quis quas dederit traditiones Religionis? quis lumen quod morientem circunfulsit? quis odorem suauitatis à defuncto corpore halãtem?

Lucius BB. Carm. Posseuin. t.1. Sac. Appar.

quis quàm multos qui ex diuersis languoribus, morbisque vexati, sacri corporis tactu miræ sunt sanitati dati? quis miracula tandem innumera effabitur, & scribere possit?

Ante diem clauso componet vesper Olympo.
quàm tot nos Heroicarum virtutum simus memoriæ potentes.

Tandem ætatis suæ anno 71. Religionis 55. Pontificatus duodecimo, & ab Incarnato Verbo 1373. sub Pontificatu supremo Gregorij XI. & Imperio Caroli IV. Andreæ nostri

Valerianus

Spiritus æternâ felix in pace quieuit.
Affuit extemplò superum Regina: sequuntur
Calicolæ plenis proceres legionibus: atque
Vasa, preces inter, suspiria, & inde suorum,
Penniger im præeunte choro, Paana canente,
Victor Io, bellator, Io succede triumpho,
Deducunt animam calorum in Regna beata.

Corpus eius, de more, funebri pompâ Fesulis, vbi occubuerat in Christo, in Cathedrali Ecclesia lapideo conditur busto, quanquam testamento liquisset, ad Carmelitas Florentiæ sepeliri. Qui nacti opportunitate, clam noctu sublatum corpus Florentiam detulêre, ex quo tempore multis miraculis claret, quibus commotus Eugenius IV. Æthereæ arcis Clauiger summus, eum in Sanctorum calculo censuit: quem postea post diligẽtissimum studium exhibitum à Reuerendissimo Ordinis Magistro Henrico Syluio, cuius precibus Christianissimus Galliæ Rex Henricus IV. annuens solemnem Andreæ canonizationem à Sanctitate Clementis VIII. semel poposcit, & iterum cuius rogatu Magni & etiam Etruriæ Ducis Ferdinandi, Corsinorum nobilissimæ familiæ, Reuerendissimi Ordinis Magistri Gregorij Canali, Illustrissimi Domni Octauij Archiepiscopi Tarsensis, Philippi de Corsinis eius fratris, filij Illustrissimi Nerei de Corsinis, Magni Baronis, Vrbanus po. stea, VIII. sub die XXII. Aprilis, Indictione XII Pontificatus sui anno VI. & Seruatoris Christi 1629. Dato diplomate, & Indulgentiis insignibus solemni Canonizationis ritu decoratũ Andream toti Sanctum proposuit Ecclesiæ. Huius S. vitam, & acta piè, & eleganter habes scriptã à Reuerendissimo D. Francisco Cattanio Diacetto virtute, & eruditione nobilissimo Patritio Florentiæ, & Fesulæ Episcopo: à D. D. Gabriele Flamina Veneto, ex Canonico Regulari, Glusiensi Episcopo, viro eloquentissimo, & in vtroque genere sciẽtiæ disertissimo, è quibus Surius, Dominicus Valerianus, Rector Parochialis Ecclesiæ S. Ioann. in Fonte Rauennæ ciuitatis, elegantissimo metro posteritati litarunt.

Sur. to. 1 die 9. Ianuar. Valer. in Metrop. vita S. Andreæ.

Vide alios in nostro de vitis sanctorum Carmelitarum Hispanico libro: vbi fusiori calamo auctorum nomina, qui vitas, & Acta illustrissima Sanctorum Carmeli tractarunt beneuolo, & cãndido tradimus lectori. Nunc demum ex Valeriano prædicto, Tumulum Andreæ struere Diuo, & superaddere placuit Carmen.

Anno Christi. 1373.

Valerian. in vita S. Andr. fol. 20.

Anno Christi 1374

ANDREÆ DIVO EPITAPHIVM.

Quem Carmela Lupum verterunt pascua in Agnum:
Quem sibi delicias Genitrix sanctissima legit.
Vrbs sibi Pastorem excepit Fesulana, Patrémque,
Hic iacet Andreas Corsinius. Ossa, Viator
Tu cole, Fama decus; potiorem sydera partem.

Eius diem festum sub Duplicis officij solemnitate Apostolicis concessionibus tamquam pro vno de SS. Ordinis sui vniuersus celebrat Carmelitarum Ordo die 40 Ianuarij cum integro officio proprio de S. Andrea. Vide Posseuinum.

Posseuin. t. 1 Sac. App.

DE IOANNE HORNEBIO.

Cap. CXL.

Anno Christi 1374.

IOANNES HORNEBIVS, natione Anglus, ad Fanum S. Botulphi in Comitatu Linconiæ satus Cantabrigiensis fuit signatissima sapientiâ Doctor. Teste Pitsæo grauissimam habuit cum Ioanne Stocco Dominicano, voce totius Ordinis nostri, concertationem, eo quod Stoccus, male suæ debitæ modestiæ fidus,

Pitsæo cit.

Inuidus enim alterius macrescit rebus opimis. Hornebium nostrum, quodam satis acri pugugilet scripto. At *Io* triumphi cum caneret Hornebius, vel publicâ concertatione, vel satis eleganti libro exarato, cessarunt classicum canere vtrique: sed in præmium suæ dexteritatis, obtinuit Hornebius ab Academia Cantabrigensi publicum instrumentum, & insuper Diploma Apostolicum, ad Carmelitarum tutelam firmiorem, quo cauebatur, ne de cætero Dominicani nobis esse antiquiores contenderent. Quod Academia decreto firmauit, & expediri iussit Ioannes Dovvicus Vniuersitatis Rector teste Pitsæo.

En tandem litterarios fructus quos noster posteris protulit Hornebius, ex Iacobo de Plebe, Lucio & Trithemio, & aliis Sermonũ ad Clerũ pro Ordine suo, lib.I. Ad populum, lib.I. Historiæ Visitationis B. Virginis Mariæ ad Angliæ Reginam lib.I. De nominis Iesu historia, lib.I. Pro introitu sententiarum, lib.I. Determinationes solemnes pro Carmelitis, lib.I. Quæstiones Ordinarias, lib.I. Defensorium antiquitatis Ordinis nostri, lib.I. Adepti triumphi contra Dominicanos, lib.I.

Iac. à Plebe Lucius & Trithe. cit. Posseuin. to. 2. S. App.

Claruit à plenitudine temporis annis 1374. sub Greg. XI. P.O.M & Imperatore Carolo IV.

DE IOANNE A S. FIDE.

Cap. CXLI.

Anno Christi 1374.

IOANNES à S. FIDE, natione Anglus, Norfolciæ Cœnobii filius, & Pater, Oxoniæ Doctor. Erat vir iste, teste Pitsæo, egregiis corporis, & animæ dotibus prædîtus, candidus, & sincerus. In Philosophia, & Iurisprudentia clarus, in enodandis diuinæ Dei Scripturæ sensibus, cælesti lumine donatus, in concionibus fœcundus, & elegans, feruidus in fide, diuinique zelotus honoris.

Immortale inter hæc viri nomen ad posteros fecere, ingenij sui monumẽta celebria. E quibus extant Trithemio, & Sixto, Posseuino, & Plebe testibus sequentia. In Matthæum, lib I. Directorium operis eiusdem, lib.I. Glossemata in Ioannem, lib.I. In Canonicam eiusdem, lib.I. annotationes in eandem. lib.I. Ioannis Magnalia, lib.I. Collationes scripturarum, lib.I. lecturæ scripturarum lib.I. Quæstiones disputatæ, lib I. In Euang. Matth. lib.I. Sermones de sanctis, lib.I. De tempore, lib.I. Tabulæ Iuris, lib.I. Loca contrafactarum. quæ esse videntur, lib.I. Concordantiæ D. Thomæ lib.I. In Aristotelem de cælo, & mundo, lib. II. Horum omnium elenchi, lib.I.

Trithe. cit. Sixtus cit. Posseuin. t. 2 Sac. App. Plebe cit.

Burnhamiæ tandem diem clausit extremum, salutis anno 1374. sub Pontifice O. M Gregorio XI. Medices, & Imperatore Carolo IV. alij traducunt virum ad annos, 1359. At nos selegimus ista.

DE IOANNE FVSTGINO.

Cap. CXLII.

Anno Christi 1374.

IOANNES FVSTIGINVS, alij *Fust*, natione Theutonicus, patria Crutzennachensis, in comitatu Spanhemensi, Argentinæ Prior, omni litteratum, & religionis nobiliori signo decorus, Celebris diuini Verbi declamator.

Posseuin. to. 2. S. App.

Ad instructionem neotericorum concionantium, adhuc Cruthzenachi lector, scripsit, & edidit volumina pretiosa. E cæteris vel etiam hæc, teste Lelãdo, & Trithemio sequẽtia capito: Quæstiones sententiarum, lib. I. Sermones de tempore, lib.II De sanctis, lib. II. Quadragesimales, lib.II. Si quæ alia scripserit, auolat Huius Patris opera literaria tamquam celeberrima quidem in Bibliotheca Conuentus nostri Cruthzenchensis originaliter seruabantur, ast proh luctus! à Lutheranis Cœnobium capitur omne, fratribus in exilium actis, & illorum familiaribus bonis, vel igne combustis, vel violenta manu abreptis, anno 1374. à Virgineo Matris in tactæ flore extracto Iesu; sub Summo Ecclesiæ Principe Gregorio XI. & Imperatore Carolo IV.

Leland. cit. Trithem.

Posseuin. cit.

ANNO CHRISTI 1375.

DE BERNARDO OLLERIO PRIORE GENERALI LATINORVM decimo octauo.

CAP. CXLIII.

Anno Christi 1375.

BERNARDVS OLLENSIS, aliis, & propriùs *Ollerius* Hispanicè *Oller*, natione Hispanus ex Cataloniæ Regno validissimo, ditissimo, & forti, suprafidele Regibus, & Dominis suis, Patriâ Minorisensis, (non Maioricensis vt malè alij) & Conuentus illius lumen egregium. Prior Generalis electus in Cœnobio Podiensi, anno salutis à Christo 1375. In diuinis vir scripturis eruditissimus, elaborator assiduus apprimèque versatus. Religiosæ pietatis, sinceræque fidei, & zeli integerrimus fuit.

Possevin. in appar. ad appen. to. 1. Taxa. in BB. Hispaniæ, & Relata Cataloniæ Prou. nouissimè remissa.

Multa scripsisse perhibent Posseuinus, & Taxandrus, sed extant pauca, sequentia enim vidimus tantùm De ordinis Origine sui lib. I. Vrbano VI. dicatum. De immaculata Virginis Conceptione Mariæ, lib. I. & alia.

Propter schisma exortum inter Vrbanum VI. & Clementem VII. Bernardo in partes Clementis simplici, & purâ fide declinante, ab Vrbano aliàs beneuolo Bernardo Patri, regiminis clauo priuatus est, eiúsque loco Michaël de Bononia subrogatus. Quo non obstante, vigilem semper, & magno pastore, vigilique custode dignam curam sanà adhibuit fide gregi sibi ab Ordine, & Deo commisso: erant Ordinis Prouinciæ in Pontificis adoratione diuisæ, firmissimæ tamen in vnius ritè electi obedientia, quisquis esset: aliæ Vrbano; aliæ verò Clementi obtemperantes, nulla Ecclesiæ pacem non volens, nec subiectionem debitam debito capiti negare præsumens.

Tandem Brugis celebratis Generalibus Comitiis, anno 1388. gloriosa immarcescibilis lauri præmia suscepturus voluit ad astra, sub Vrbano VI. Pontifice Opt. M. & Imperatore Carolo IV. Huius tempore Patris, vt asserunt Coria, Paleonydorus, Lucius, Boërsius, & alij, multi claruère in Ordine sexus vtriusque clara sanctitate conspicui Heliades, quorum nomina partim hìc, partim in nostri dabimus Paradisi parte secunda quæ Parergon erit de vitis illustri sanctitate & sapientia in Carmelo conspicuis.

Coria lib. 11. c. 12. Paleo. lib. 3. c. 12. Lucius in Comp. Boersius in Catalog. G. Latinorum.

Huic Reuerendissimo Patri, inter alia perennis famæ in viro monumenta munificentiæ suæ, Regale hoc Minorisense, & Religiosissimum Cœnobium debet, duo sacra pignora illustrissima: Caput videlicet S. Vrbani Papæ & Martyris cum magna eiusdem corporis parte: necnon Coronâ ab spinea Christi Iesu spinas duas mirabiles sanè, à quarum vna visum est, vt traditur, & comprobatum multis testibus habetur, in feria quinta Dominicæ Cœnæ nocte sub media cruoris sacri guttas effluere: Hæc quidem aiunt omni veneratione reculta teneri, ex quo Ollerius noster ea ab Vrbe deduxit, & Cœnobio suo exhibuit, & obtulit habenda magni, cum aliis capsulis tribus Sanctarum vndecim millium Virginum cineribus & ossibus plenis quas possidet etiam ex munificentia nobilissimi cuiusdam equitis, domus illustrium Comitum de Guimeran & Pinos.

Relata nouissima per R. P. Francescum Fout. a (?) A. R. P. Prouin. Prou. Cataloniæ.

ANNO CHRISTI 1375.

DE B. THEODORICO ALEMANNO.

CAP. CXLIV.

Anno Christi 1375.

BEATVS THEODORICVS ALEMANNVS cognomento (alij vocant Theodericum) natione Alemannus, summâ, vt loquitur Paleonydorus, Sancti spiritus gratiâ præclarus, miraculorum gloria insignis, carnis domitor suæ teterrimus, nudum enim inter alia, corpus ferreâ loricâ nocte diéque premebat.

Paleo lib. 3. c. 12.

Præsente Romanæ Vrbis Senatore, puellam à demone vexatam liberauit. Senis surdo restituit auditum: Florentiæ contractum hominem ex integro sanauit: Venetiis, tandem spiritum immaculatum reddidit Christo. Ibi in incorrupto corporis exuuio manens, magnâ veneratione recultus, à morte miraculis clarus, cæci ab eo visum, surdi auditum recipiunt, & debilis quisque sospes à sepulchro regreditur eius. Et vel leuissimo pallij eius attactu multa mira operantur à Deo. In assignando obitus felicissimi anno variant auctores, Boërsius eum anno 1320. obiisse affirmat. Sed nos Paleonydorum, S. Angelum, & alios, cum Ordinis Chronico secuti, obiisse asseueramus, anno missi Messiæ 1375. sub summo Ecclesiæ Principe Vrbano VI. & Imperatore Carolo IV.

Boërsius in Prouincia Veneta. Paleon. li. 3. c. 21. S. Ang. Catalogo SS. Car. c. 107. Chro. 2 Ord. lib. 12. c. 12.

DE IOANNE GLVELO.

CAP. CXLV.

Anno Christi 1378.

IOANNES GLVELVS, natione Theutonicus, patriâ Aquisgranensis, Coloniensis Cœnobij filius, & Pastor. In diuinis vir Scripturis eruditus: in declamandis concionibus celeberrimus sui temporis operarius.

Peperit ingenio ingentia opuscula suo. Sed extant, quæ viderimus, Carmelitarum Speculum vnum, lib. I. alterum ab speculo quod circunfertur sub nomine Philippi Ribboti & aliorum. Quadragesimalium Sermonum, lib. I. De Sanctis, lib. I. Extant hæc & alia huius patris Manuscripta, teste Lucio, in Bibliotheca Aquisgranensi. Scripsit etiam de tempore, lib. I.

Lucius BB. Posseu. to. 2. S. app.

Claruit Coloniæ ad annos Christi 1377.

sub

Anno Christi 1378.

sub summo Arcis Catholicæ Clauigero Vrbano V I. & Imperatore Carolo I V. Bohemo.

DE NICOLAO DE LVCA.

Cap. CXLVI.

Anno Christi 1378.

NICOLAVS DE LVCA natione Italus, patriâ credimus fuisse Romanum, totius Ordinis Procurator Generalis diligentissimus, augendæque Religionis zelo feruidissimus.

Is fuit celebris ille vir cuius argumentoso, officiosóque Marte Vrbanus V I. Pontifex O. M. qui Nicolaum nostrum intimâ est prosequutus amoris necessitudine, multa Ordini nostro, & spiritualia, & temporalia indulsit beneficia. Inter quæ illud in primis, quod in Capitulo Generali celebrato Brugis, concessum est à prædicto Pontifice, iustis de causis ab illo absente (mos enim fuerat Pontifices almos nostris Generalibus adesse vsque illuc comitiis, eáque suâ sanctissimâ decorare præsentiâ, vt Ordinis Speculum nouum insinuat) scilicet & Indulgentiis datis nos iure vocandos esse filios Virginis Mariæ Θεοτόκου, hoc est Matris Dei, non (vt quidam malignitatis filij inuidiæ spiritu agitati contendebant, non obstantibus de huiusmodi illustrissimo titulo confirmationibus Apostolicis) Mariæ cuiusdam hæreticæ, quæ Carmelum quondam incoluerat, post fluxæ carnis scandala, facta ex lebete in phialam, ab Angelo conuersa, quæ opinio sic aures, & mentem maleuolorum quorumdam peruaserat, vt non solùm in publicis disputationibus, sed etiam in determinationibus, & aliis Scholasticis actibus prouoluerent, & eiicerent, vt videre est in Ordinis speculo. Hæc & alia multa à summo Principe Vrbano obtinuit solertissimus iste pater, quæ nobis nunc recensere non vacat, ea de munere Chronicorum confectoribus linquentes. Porrò scripsisse multa credimus Patrem sapientissimum, quorum tituli auolant adhuc, sed compertissimè habemus eius esse librum, cui titulus: *Victoriale Carmelitarum*, lib. I. in quo firmissimè confutat sententias eorum, qui titulo Mariano, iure debito Ordini Prophetico, & Origini ab Helia, & Eliseo deductæ, detrahere tentant.

Spec. Ord. Explicatio. 1. fol. 84. nobis.

Ord. spec. cap. 2. f. 84.

Floruisse constat tantum Patrem Romæ Vrbani V I. temporibus, scilicet annis Iesu 1378. sub Imperio Caroli I V.

DE IOANNE CLYPSTONO.

Cap. CXLVII.

Anno Christi 1378.

IOANNES CLYPSTONVS natione Anglus, Nortinghamiensis Cœnobij, & Patriæ filius, Cantabrigensis Doctor, & Publicus ibi Sacræ Theologiæ Expositiuæ Professor: Diuinus Orator, & Poeta excellentissimus, qui excellentissimè virtutis, & omnis religionis & pietatis studium, studio litterarum indefessè semper adiunxit. Supra omnem se illius æui elegantiam, & sapientiam extulit.

Anno Christi 1379.

Teneantur sequentes, quas posteris lucubrationes emisit, teste Pitsæo, Expositorium Biblicum, lib. I. Exempla sacræ Scripturæ, lib. I. In varios sacros textus, lib. plures. Postilla in S. Ioannem, lib. I. Quæstiones in Magistrum sententiarum, lib. I V. Disceptationes Scholasticæ, lib. I. Sermones ad Aduentum, lib. I. Sermones hyemales. lib. I. Æstiuales, lib. I. De Sanctis, lib. I. De communi Sanctorum, lib. I.

Demum Nortinghamiæ inter suos, felicissimus, ad sidera volat, anno à Redemptore Iesu nato 1378. sub Vrbano V I. Pontifice O. M. & Imperatore Carolo I V.

DE IOANNE HELINIO.

Cap. CXLVIII.

Anno Christi 1379.

IOANNES HELINIVS, *Elinum* alij vocant, natione Anglus, patriâ Norfolcensis, Linnæ Cœnobij filius, Theologiæ S. Cantabrigensis Doctor, quem mirâ virum sanctitatis voce pollentem Pitsæus vocat. Magni fuit semper habitus, ob insignem pietatem, religionem, & sapientiam inter Anglos. Assiduus fuit, eodem teste Pitsæo, Sacræ Ioannis Apocalypseos meditator, quasdámque icones ad pleniorem abstrusissimæ literæ libri intelligentiam effinxit, & pinxit dexterâ manu, & commentariis elegantissimis lecturam illam difficilem illustrauit, lib. I. Composuit item lecturas sacræ Scripturæ, lib. I. Concionum, lib. I. Quodlibeticarum Quæstionum, lib. I. & alia.

Pitsæ. citat.

Londini demum in Christo felicissimus supera petiit, sub summo Orbis Arbitro Vrbano V I. & Imperio Caroli I V. siue Venceslai anno primo.

DE IOANNE CONDETO.

Cap. CXLIX.

Anno Christi 1380.

IOANNES CONDETVS natione Gallus, patriâ Hannoniensis, filius Conuentus Valencenensis, inferioris Alemanniæ. Vir sapientissimus, & clarâ illustrissimus pietate, Diuinæ litteraturæ clarissimus, & indefessus indagator; Posseuino teste, scripsit super S. Ioannis

Posseu. to. 1. S. app.

Canonicas

ANNO CHRISTI 1380.

Canonicas, lib. I. Lecturam in sententias, lib. IV. Sermones de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I.

Floruerat annis 1380. sub Pontifice O.M. Vrbano VI. & Venceslao Imperatore.

DE IOANNE TOMSONO.

CAP. CL.

Anno Christi 1380.

IOANNES TOMSONVS natione Anglus, patriâ Norfolcensis ex Tomson oppido, Cœnobij Blacuenensis, vel vt alij volunt Nigettanensis filius. Oxoniæ Doctor, à puerulo in sacræ Marianæ Religionis arce subiectus virtutum, & litterarum tam illustri dotes incremento percelluit, vt sui temporis diuini Verbi inter præcones facilè Principis nomen adeptus sit. Ingenio floruit, viguit eloquio, claruit spiritu, vt tandem laudant in posteris eum opera eius.

Scripsit, teste Lelando, Iacobo Pitsæo, & Lucio nostro, tacuerimus vt alios: In Ecclesiasticum, lib. I. Postillam S. Ioannis, lib. I. Directorium dictarum Postillarum, lib. I. Commentaria moralia in sacram Scripturam, lib. I. Indices horum, lib. I. In Sententias, lib. IV. Locos communes, lib. I. Abbreuiationes Doctorum, lib. plures. Sermonum de Tempore, Sanctis, & Quadragesima, lib. III. Ad Clerum sermones, lib. I. De mirabilibus mundi, lib. I. Ex Ridevvalbo ad Fulgentium, lib. I. Ex Triberto, de transformatis, lib. I. & alia plurima, quæ cum iis asseruata, & habita magni fuisse ferunt Lelandus, & Pitsæus, in pulcherrima, & feracissima librorum variorum, & lucubrationum insignium Carmelitarum, Norvvicensi Bibliotheca Carmelitana, quam cum fratribus, & Cœnobio, ignibus suo tempore dedit secunda illa impia Iezabel, Angliæ Regina.

Lelan. cit. à Pitsæo. Pits. de script. Iacob. in extre. Luc. in BB. Carm. Posseu. to. 2. S. app.

Porrò Tomsonus noster claruerat apud Wigormienses Lucio teste annis reparati mundi 1380. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucid. citat.

DE IOANNE BORVBIO.

CAP. CLI.

Anno Christi 1380.

IOANNES BORVBIVS natione Anglus, patriâ Norfolcensis, in humanis vir, & diuinis litteris disertissimus. Publicus fuit Cantabrigensis Lycei Interpres & S. Theologiæ Doctor, suæ gentis zelator insignis, de Carmelitis optimè meritus.

Plura scripsit, Paleonydoro teste. Contra obtrectatores propositi nostri, lib. I. De primaria fundatione ab Helia Ordini Prophetico facta, lib. I. Si quæ alia posteris dederit, non vidimus.

Paleo. lib. 2. c. 4.

Floruerat, quod credimus, annis liberati Orbis à iugo Tartareo per Christum 1380. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE GVILLIELMO BADBIO EPISCOPO.

CAP. CLII.

Anno Christi 1380.

GVILLIELMVS BADBIVS aliis *Radbius* natione Anglus, Oxoniensis Doctor, Wirgonmiensis, aliis Yvinborniensis Episcopus, à Clero toto selectus. Huius famosi hominis encomia laudum complures sunt prosequuti Carmelitæ Doctores, inter quos Robertus Ibotus elegantissimè. Diuini verbi declamator insigniter insignitus, in Oxoniensi Academia sacram Theologiam commentatus nomine illustri. Excellentissimus Lancastriæ Dux Ioannes pluris eum faciens, à secretis confessionum suarum elegit. Religione simul, & sapientiâ clarens: Pitsæo teste, scripsit celebrium concionum, lib. I. De pœnitentialibus, lib. I. Constitutionum Synodalium, lib. I.

Belgica relata.

Floruit annis Christi saluantis omnes 1380. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE STEPHANO GILLETO.

CAP. CLIII.

Anno Christi 1380.

STEPHANVS GILLETVS natione Burgundus, Cœnobio Lugdunensis, & Narbonæ Prouincialis. Vir eloquentissimus, & eruditione profluus. Scripsit, Posseuino teste, Sermonum lib. III. Collationum lib. I.

Posseu. to. 1. S. App.

Florebat sub eisdem Pontifice & Imperatore: Redempti hominis anno 1380.

DE GVILLIELMO KOKISFORDIO.

CAP. CLIV.

Anno Christi 1380.

GVILLIELMVS KOKISFORDIVS quem Lucius noster *Cock-forde* vocat, natione Anglus, patriâ Norfolciensis, sed Linnæ conuentus filius, Cantabrigensis Doctor, & publicus ibidem S. Theologiæ dissertor. Insignis vir fuit ingenij, & sanctitatis multæ, vt loquitur Pitsæus. Sedulus in studiis, & in omni secularis, & diuinæ Philosophiæ genere excultissimus.

Lucius in BB. Carmel. Pitsæus cit.

ANNO CHRISTI 1380.

Grossius. Faber. Allartus. Plebe. Trithemius. Pitsæus. Lelandus, & Lucius.

Plures,& exteri, & domestici Doctores de viro gloriose memorant, & laudes illius ad vsque sidera attollunt,inter quos Grossius.Faber, Allartus,Iacobus de Plebe, Trithemius, Pitsæus, Lelandus,& Lucius. Quibus testibus,scripsit Postillas in sacram Scripturam, lib. I. In Canticum Moysis,lib.I Super Sententias, lib.I V. Sermones de Tempore lib I.De Sanctis,lib I.& alia.

Claruit anno salutis à Christo Deo datæ 1380. sub eisdem Pontifice,& Imperatore.

DE THOMA BROMIO.

CAP. CLV.

Anno Christi 1380.

THOMAS BROMIVS,natione Anglus,Londinensis Patria,& Cœnobij eiusdem filius,& postea Pater. Oxoniensis fuit doctor, publicusque ibi,teste Lelando, Professor. Vir vitæ prudentis,& integerrimæ,maximæque auctoritatis. Totius Angliæ vicesimus Prouincialis, in Cantabrigiæ Capitulo anno 1362. vnanimiter electus.Hoc munus lance sanè recta,cunctæ virtutis cultor,sed castitate maxima candidissimus factus, ingenuè ad annos septemdecim perfecit. Discolos & refractarios,ad ouile Virgineum pastorali affectu, & pietate paternà reduxit. Antiquam illam Ordinis austeritatem,& rigorem aliquantulo humana fragilitate languidam, in quibusdam ditionis Angliæ Monasterijs pristinæ firmitati reuocauit strenuè.

ANNO CHRISTI 1381.

Leland.& Pitsæ.cit.

Lelando, & Pitsæo testibus, sequentibus libris Carmeli Bibliothecam adauxit publicè datis.De laudibus Paginæ Sanctæ, lib.I In præfationes D. Hieronymi, lib.I. In epistolam Pauli ad Romanos, lib.I. Lecturæ Theologalis, lib.I. Sermonum de tempore, lib.I. Quæstiones variæ, lib.

Londini demum vitam finiuit illustrem, illustriori potiturus in astris,ibique est conditus,busto illustrissimo Pater, anno Christi Iesu 1380. sub eisdem Pontifice,& Imperatore.Cui sic apponere tumulato iuuat:

Incerti.

Vita decens: mores placidi: sine felle venustas:
Vir pius: in tumulo, conditur hoc, Bromius.

DE RICHARDO VVIKINGHAMO.

CAP. CLVI.

Anno Christi 1381.

RICHARDVS WIKINGHAMVS,natione Anglus. Norfolcensis Prior, & sacræ Theologiæ Professor maximi nominis,& famæ, in Burnch[illegible] Cœnobio.Laudationis vir pietatis,& scientiæ. mira dicendi facundia,eleganti linguâ, voce, & spiritu in concionibus, à Deo dotatus.

Pitsæus. Leland. In mor. cit. ab illo. Possev. to. 3. S.app.

Posteris hæc dedit. teste Pitsæo, & Lelando: In I & II librum sententiarum,lib.I I.Sermonum 106.lib I I & alia plura.

Fatis demum Norvvici cessit, anno Iesu Christi 1381. sub Vrbano VI. Pontifice O.M. & Imperatore Venceslao.

Lelandus. Posseu. to. 3. S.app.

Fertur,ait Ioannes Lelandus, in lucem emisisse, de vita Christiana, lib. I Sermonum de tempore.lib I.& claruisse ab homine de Tartaro liberato, anno 1381. Christi Iesu. Sub eodem Pontifice,& Imperatore.

DE RICHARDO DEPEDALO.

CAP. CLVII.

Anno Christi 1381.

RICHARDVS DEPEDALVS, natione Anglus.Linnensis patriâ, & Cœnobij eiusdem filius,in Norfolcensi Prouincia,S. Theologiæ Doctor ingenuus,& verb. Diuini proclamator illustris.

DE V. RICHARDO LAVINGHAMO MARTYRE.

CAP. CLVIII.

Anno Christi 1381.

Trithem. de viris ill. Car. Lucius BB. Carm. Posseu. to. 3. S.app. Sixt.Sen.BB. sacr.

V. RICHARDVS LAVINGHAMVS, quem Trithemius,Lucius, & Posseuinus *Lauenham* vocant, *Lauman* Sixtus, natione Anglus, patriâ Suffolcēsis,Gippesvvicensis Cœnobij à pusillulo filius, semper senioris virtutis, & sapientiæ suæ clarum specimen exhibuit. Oxoniensis fuit Doctor,& Magni Waldensis nostri Magister illustrissimus fonsque de cuius erumpentibus zeli, sanctitatis,& sapientiæ riuis,Thomas Waldensis affabrè epotus,sapientià,sanctitate,& zelo Ecclesiam Christi fœcundissimè irrigauit.Ingenio fuit Lauinghamus subtilissimo,fluēti eloquio,acri iudicio,sed spiritu fidei eminentissimus.Geniū fuit sanè felicissimum orbi,hoc ingenium, & spiritū tanti patris in tam infelicibus temporibus Deum orbi dedisse,quando scilicet Wicleffiana teterrima pestis Angliam,& Lolhardorum Borboniam omnem exurebant,sanam,Catholicam,& diuinā Ecclesiç Christi fidem,& doctrinam eius obruere,sepelire,& iugulare curantes.His enim cruentissimis hostibus, putidissimis hominibus, & toti eorum vilissimæ genti,(qui Leges,Reges,imò

Sanctos,

Anno Christi 1381.

Sanctos, & Deum ipsum flocci pendentes pessumdare, & calcitrare contendebant) validissimè se opposuit validissimus iste fidei pugil, verbo, calamo, opere, sanguine, vita. In eorum igitur erroribus refutandis omnem adhibuit industriam, incredibilem laborum superans cassem: & doctrinam, datis libris (Vvicleffo superstite adhuc, vt fatur Harpsfeldius) ostentans, qua ingentes sibi, & toti Catholicæ Ecclesiæ peperit fructus Odio odit perfecto iuratos hos Christi, & Ecclesiæ hostes, hostiléſque eorum versutias publicis inuadere disputationibus aggressus est, deuicit illos, viriliterque aduersus eos militans, cor, & viscera sacra zelo Dei, & diuini ardore spiritus exulta mõstrauit. In concionibus vehementer irruebat in eos, & nullũ demũ non lapidé reliquit inmotũ, quo non se infensissimũ hæresum cõtusoré exhiberet. Propter quod charissimus factus Regi Richardo II. (cui fuit à cõfessionum secretis, & Simoni Subdetto Cantuariensi Episcopo, de quo statum agimus.

Nicol. Harpsfel. in hist. Vvicleffianæ c. 15.

Inter hæc, Iacobo de Plebe, Lucio, & aliis testibus quos non perfunctoriè peruoluimus, insignium quæ sequuntur lucubrationum participem fecisse posteritatem inuenimus. Dictionarij sacræ Scripturæ, lib. I. Scholasticorum Commentariorum in Esaiam, lib I. Annotationum in Tobiam, lib I. In D. Paulum ad Titum, lib. I. Scripturæ lecturarum, lib. I. Quæstionum super *Magnificat*, lib. I. Sententiarum, lib IV. Determinationum notabilium Oxoniæ, & Londini publicè lectarum pro libris reuelationum S. Brigittæ, lib. VIII. Historiæ trium Magorum, lib. I. Ex S. Augustino de Ciuitate Dei, lib I. Abbreuiationes Bedæ, lib. I. Argumentorum in Epistolas D. Hieronymi, lib. I. Exceptionum Doctorum, lib. X. Compendij Gualteri Kelutij de fundatione sui Ordinis, lib. I. Clypei paupertatis, lib. I. Quæstionum communiũ, lib. I. Lectionum Oxoniens. lib. I. Orationum ad Clerum, lib. I. Sermonum de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. Determinationum contra Lolhardos, & Vvicleffitas, lib. I. quas viuente Vvicleffo publicauit. Contra quoslibet alios Hæreticos, lib. I. Contra Ioannem Purveium, lib. I. Terminorum naturalium, lib. I. Speculi naturalis, lib. VIII. Quæstionum physicarum, lib. VIII. De sensu, & sensato, lib. I. Compendij meteororum, lib. IV. De scire, & nescire, lib. I. De proprietatibus elementorum, lib. I. De finito, & infinito, lib. I. De proportionibus, lib. I. De distantia Planetarum, lib. I. Fuit enim Astrologus insignis. Compendij de Anima, lib. I. De potentiis animæ, lib. I. De potentiis actiuis, & passiuis, lib I. De primo instanti, lib I. De natura instantium, lib I. De cælo & mundo, lib. II. De identitate, & diuisione, lib. I. De Regulis consequentiarum, lib. I. De arte obligatoria, lib. I. De conuersione propositionum, lib. I. De exceptiuis, & exclusiuis, lib I. De ampliatiuis, lib. I. Summarum Logicæ, lib. I. Virtutis encomia, lib I. In Aristotelis Ethica lib. X. Vocabularij Theologiæ, lib. I. De inuentoribus rerum, lib. I. De futurorum euentu, lib. I. Quæstionum Vesperalium, lib. I. De dictis Senecæ, & Iulij, lib. I. De causis naturalibus, lib. I. Canonum Sophismarum, lib. XII. De speciebus argumentorum, lib. I. De suppositionibus, lib I. De Insolubilibus, lib. I. De syntagmatibus rerum, lib. I. De fallaciis, lib. I. De decem Prædicamentis, lib. I. Sunt omnia volumina 116. E quibus facilè colliges, quam fuerit assiduus tanti Patris in litteris labor, quámque verè Poëticum illi dabimus:

Iac. à Plebe in indice. Lucius in BB. cit.

Dicere nemo potest rectè peruisse Richardum,
Ingenij cuius tot monumenta vigent.

His confectis, proh dolor! cùm à Rege in Regiam vocatus fuisset, vt Regis conscientiam in viam salutis dirigeret monitu sancto, seditiosorum hæreticorum tumultu in Londinensibus suburbiis excitato, cùm Catholicę veritatis semper se acerrimum, & fidissimum defensoré exhibuisset (cum Illustrissimo D.D. Simone Subdetio Cantuariensi Archiepiscopo, egregiæ sanctitatis, & zeli viro, & aliis clarissimis viris) irruit in eos impetu horribili facto, & gladiis confossus ab hominibus impudentissimis, & Catholicæ fidei diris osoribus, fatis compellitur cedere, vt gloriosæ sanctitatis, zeli, & sapientiæ suæ, æternam meritorum palmam, compendio sanguinis emptam in cælis accipiat: salutis anno 1381. sub Summo Ecclesiæ clauigero Vrbano VI. & Venceslao Imperatore Occiduo.

DE MICHAELE ANGRIANO DE BONONIA, PRIORE GENERALI
Latinorum decimonono.

CAP. CLIX.

Anno Christi 1381.

MICHAEL ANGRIANVS à BONONIA, *Aygnanū* inappositè quidam illũ agnominãt. Martinus Italus, Michaelé Lombardum appellat, natione Italus, Bononiensis patriâ, & Conuentus Carmeli Ciuitatis eiusdem filius fuit. Magnum sane (vt verbis vtamur Erudi) Carmeliticæ Religionis quinimò totius Christiani Orbis luminare, & oraculum sapientiæ, diù qui super cognomento est *Incognitus in Psalmos* vocatus. In diuinis scripturis fulgẽtioribus facibus Ecclesiæ Dei meritò comparandus. Hunc Vrbanus Papa VI. Vicarium priùs Generalem toti Ordini præfecit: & postea in Priorem Generalem inter Latinos decimumnonum Ordinis eiusdem cõmuni Patrum calculo Veronæ annumeratus accessit. anno Christi 1381. Rexit Heliæ curũ annis quinque. (alij impropriùs nouem affirmant) singulari prudentiâ, & dexteritate mirabili, sub Obedientia Vrbani Papæ, tempore schismatis inter Clementem VII. & Vrbanum VI. quem deosculatæ sũt Hispaniæ, Cathalonię, & Britãniæ, Prouinciæ: sicut Clementé Italiæ, Germaniæ, & Pannoniæ.

Iacob. Serui. in Indice. Ital. ora. de claris Doctorib. Carm. Erat. in fasc. ad an. 1381.

Latuit aliquãdo sub *Incogniti* nominis velamine, eximia peregrina, & præstãtissima auctoris nostri in Psalmos omnes Dauidicos doctrina tãti à sapiẽtibus habita, vt Angelici Doct. S. Thomę de Aquino sapiẽtia, & eruditio reputarẽtur à multis lucidissimę Patris lucubrationes & studia. Verum ab studiosis sacratã litteratũ, tam dulciter ebibebatur, vt, quã auctoris *Incogniti* sub nomine, velut è cælo delapsã, doctrinã venerabãtur, sub claro auctoris cogniti nomine notã fieri auidiùs exultarẽt, auerẽt, & cõcupiscerent feruido corde: Ducebant enim indecens, tantũ Carmelitam diutiùs, in tam præclaro opere, sub

ANNO CHRISTI. 1381.

Incogniti velamine detineri. Eluxit igitur auita dies, solertia proborum Patrū Carmelitarum in qua *Incognitus* cognitus est Michael Angrianus à Bononia, Psalmorum mirabilis doctrinæ Cōmentariorum mirabilis auctor. Enimverò, post longissimum à Carmelitis ipsis adhibitum studium in Venetiarum Carmelitana Bibliotheca Manuscriptus auctoris codex repertus est, ibique, Leonardo Priolo Carmelita teste, Michaelis Generalis nostri delineata figura, quasi hominis Magistri in suggestu legentis, habitu Heliaduin induti, audientium multorum varij generis classe circumdati, vti cum apud Parisinos publicus sacræ paginæ professor agebat: Id vltra, ad finem Commentariorum prædicto rum in Psalmos hæc reperta fuit etiam inscriptio, Basilio Angusolà testante. *Explicit lectura Psalterij, compilata per Fratrem Michaelem de Bononia, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, inter Doctores Parisienses Minimum.*

Priolus in prolog. sup. lib. Sent. Mich. Bononiæ.

Angusola. In præf. ad lectorem de recogn. veri auctoris quę habetur initio Cōmētariorū excusorū nouiter Lugduni per Petrum Landry an. 1603.

Post virtutis, & Religiosæ pietatis incrementa multa, integer Angrianus vitæ, inauditæ eruditionis, celsiora cacumina tenuit, vir enim fuit, vti religiosa pietate præclarus, sic etiam ad omnia doctus, naturæque instinctu totus acumen: quique in Stagiritica doctrina, Canonibus sacris, & sacra Theologia, clarissimus Parisiis, & orbe toto refulsit, inter sui temporis Doctores Parisiorum candidatos lauro facilè Princeps enituit.

Multa, & præclara opuscula, & opera grandia scripsit: ex his, quæ ad nostram aduenēre notitiam hæc sunt, Petro Lucio dante, Super Sententias, lib IV. Tabulæ sententiarum, lib. I. In totum Psalterium grande opus, de quo satum est, lib II. In Euangelium Matthæi, lib. I. In Euāgelium Lucæ, lib I. Tabula Moralium S. Gregorij Papæ in Iob lib I. Tabula super decreto, lib I. Quæstiones sententiarum, lib. I. De purissima Virginis Conceptione Mariæ, lib. I. quod insigne, & præclarum opus à Trithemio, & Iacobo Seruita vocatur. Sermones varij. lib. I. Quadragesimale notabile, lib. I. In multos etiam libros Aristotelis Commentaria, lib. X. In Valerium Maximum, lib. I. Dictionarium diuinum, lib. I. Opus quod à littera A, vsque ad C, tantùm adducere, valuit morte præreptus. In Philosophia, Canonico iure, & in Oratoria varia scripsit, quorum tituli latent. Præter prædictos X. in Aristotelis libros, scripsit in Ethicā eiusdem, lib. III. Senis etiam in Bibliotheca Carmelitana habetur, Nicolao Aurifico, à Lucio nostro citato, dicente, aureus liber Manuscriptus eiusdem Patris, in quo tota Seruatoris Iesu Passio diligenter expenditur. De hoc illustrissimo Doctore plures exteri auctores magnificam, & illustrem mentionem faciunt, inter quos Sixtus, Gesnerus, Canalius, Trithemius, Erardus, Angusola, Martinus Italus, Ioannes Clesius, Ioan. Venetus, Sanderus. & alij, sæpe à nobis citati.

Pet. Lucius in BB. lib. M. Trich. de scrip.

Trith. de viris. Seruita in Indice

Lucius in annot. BB. Car.

Tandem bonis operibus, & clara doctrina excellentissimus Bononiæ diem clausit extremum, habitu felicissimo, anno Christi Seruatoris, iuxta Lucium nostrum 1416. sub Summo Principe Clauium, Ioanne XXII. Neapolita dicto XXIII. Imperatore Occidentis Ruperto Paruo, iuxta computa Claud. j. cum ad annos tantū quinque suos rexisset. Sepultus est inter suos in Carmelo illustrissimo Bononiæ, ante summum altare. Vide Petrum Lucium Belgam in suo Commentario Carmelitico, & Posseuinum.

Claudius Robert in sua Gallia Christiana.

ANNO CHRISTI 1381

Pet. Lucius Posseuin. t. 2 Sac. App.

D. ROBERTO ORMESKIRCO.

CAP. CLX.

Anno Christi 1382.

ROBERTVS ORMESKIRCVS, natione Anglus, Oxoniēsis Sacræ Theologiæ Doctor, Multa vir teste, Lelando, & Pitsæo virtutis, & variæ lectionis, qui multa scripsit, & egit memoriā digna, titulos etsi non viderimus, præter librum, quem contra obtrectatores sui Ordinis scripsit, qui Manuscriptus teste Pitsæo, in Oxoniēsi Carmelitarum Bibliotheca seruatus fuit, vsque ad vniuersale pyraccedium ab Hereticis, Bibliothecis nostris factum. Huic operi præfigebatur inscriptio: *Defensorium Ordinis Carmelitarum.*

Lelādus cit Pitsæus cit.

Posseu. to. 3. Sac. App.

Obiit tandem Oxoniæ inter suos, Pitsæo teste, salutis datæ anno 1382. sub Vrbano VI. & Imperatore Occidentis Venceslao.

DE IOANNE CHODOBONENSI.

CAP. CLXI.

Anno Christi 1383.

IOANNES CHODOBONENSIS, natione Theutonicus, cuius sacrum ingenium, sacra fuit officina scientiarum; cuius spiritus multā locuples virtute, virum dedit æterno marmore dignum. Certatim virtutes, & sapientiam sectatus est,

Catalog scriptor. Epis. Alguerēsis, & Guadalaxara in Syllabo suo.

Plura è penu sui grandis, & operosi ingenij luci dedisse fertur, at tantùm vidimus, cum Santiago nostro: De virtutibus, & vitiis, librum vnum, quem ille *Polypodium* vocat, nos *Polypharmacum* inscribimus, propter plura vitiorum venena, & totidem pharmaca in ea virtutum, quæ ibi feruido signantur stylo, & pinguntur penicillo subtili.

Floruerat annis Christi 1383. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE A RAYDE PRIORE GENERALI Latinorum vigesimo.

CAP. CLXII.

Anno Christi 1387.

IOANNES à RAYDE, natione Lombardus, Mediolanensis patriā, Carmelitarum Latinorum Prior Generalis dignissimus vigesimus electus Brixiæ vnanimi Patrum

Catalog. Transpontinum Archiuii.

ANNO CHRISTI 1387.

assensu, anno 1387. Vir fuit planè pietatis, prudentiæ, & sapientiæ grandis, qualem durissima Schismatis Ecclesiæ tempora turbata sedare corda petebant. Subiectas igitur, vt tantus vir, sui Ordinis sibi Prouincias, Italam scilicet, Germanam & Pannonicam, quæ Vrbano VI. subiciebantur, claro virtutum exemplo, & religiosæ disciplinæ incremento, digniori, sincera fide sectandæ veritatis, & debitæ obedientiæ debito Ecclesiç Principi Summo, moderatus est.

Tandem tribus Generalibus Comitiis celebratis Francfordiæ anno 1393. Placentiæ 1396. & in Conuentu Syluarum 1399. ibique prudentiæ, vigorosæ virtutis suæ, & sapientiæ claris segminibus exhibitis, felix acquieuit, emisso spiritu in Christo: Mediolani tamen sepelitur anno à Virgineo partu, 1393. sub Vrbano VI. & Imperatore Venceslao, cùm rexisset suas sibi subiectas Prouincias, annis sexdecim.

Quæ dederant Patres liqui felicius aucta:
Vires non animus, succubuêre mea.

Videndus S. Tragus in Catalogo Manuscripto, & Franciscus Boerius in Catalogo Generalium Carmelitarum.

Certa lib. 11 cap. 17. Lupus Alg. in Catal. Boerius.

DE IOSEPHO A TIMNA.

Cap. CLXIII.

Anno Christi 1389.

IOSEPHVS à TIMNA, Bethicum natione fuisse credimus, at Conuentus Pietræ in Prouincia Lombardiæ filium. Vir fuit miro & subtili politus ingenio, qui sacræ paginæ arcana reserare sciunt acutè, Publicus in quadam Alemanniæ Vniuersitate professor effectus est.

Disputauit de pluribus, sed pauca posteris dedisse nouimus. extat tamen Italico liber vnus, cui titulus, *Horologium Regis Achaz*, in quo de motibus cæli, & sublunaribus ditionibus, elegantissimè, nostro iudicio, tractat.

Florebat iuxta Sintragum nostrum annis Christi Redemptoris 1389. sub Bonifacio IX. Pontifice O. M. & Imperio Venceslai.

Sintragus in Catalog.

DE FRANCSCO MARTINI.

Cap. CLXIV.

Anno Christi 1390.

FRANCISCVS MARTINI, natione Hispanus, ex Cathaloniæ Regno oriundus, Barchinonensis illustrissimi Cœnobij filius, Theologorum decus, suique æui illustrissima fax, & vt verbis vtar Erardi, Orbis ornamentum, & clara lucerna. Vir fuit spiritus, & doctrinæ fœcundissimæ.

Multa, posteros ditaturus, scripsit, Lucio teste, è quibus vidimus, Apologeticon de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, lib. I. Compendium gloriæ Carmelitarum, lib. I.

Lucius in BB Carm. 87.

Claruit de religione Christiana optimè meritus, teste Trithemio, Iacobo, Philippo, & Sabellico, & Lucio, & Cathusiano, in Barchinonensi celebri Cœnobio, vbi obiit, multorum insignium doctorum Doctor effectus, floruit anno 1390. sub Bonifacio IX. Pontifice O. M. & Imperatore Venceslao. Gloriosam viri memoriam agunt Bergomensis, Posseuinus, Volaterranus, Scotus, & alij.

ANNO CHRISTI 1390. Trith. de viris. Iac. Phil. Bergom. M.A. Sabellicus in Enneadib. Bergomen. Posseuin. Volaterran. Scotus etc.

DE RICHARDO CVNETIO.

Cap. CLXV.

Anno Christi 1390.

RICHARDVS CVNETIVS vulgo *Kenet* Brito natione Pharmacopola peritissimus. Scripsisse refert Posseuinus de virtutibus aquarum

Floruisse habemus ex relationibus Tolosæ, Mundi tede apti annis 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, ex Manuscripto Episcopi Alguetensis, de scriptoribus Carmelitis.

Posseuin. t. 3. Sac. App. Relata Tolosæ.

DE BERNARDO ANGRIANO.

Cap. CLXVI.

Anno Christi 1390.

BERNARDVS ANGRIANVS, natione Italus, Bononiensis patria, in omni vir sacrarum litterarum labore exercitatissimus. Plura scripsisse ferunt, sed Posseuino teste, tantùm extat Sermonum, lib. I.

Claruit iuxta eundem, in Cœnobio Bononiensi Orbi refulgens, annis Christi Iesu 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Ex Manuscripto Catalogo Episcopi Alguetensis.

Posseuin. t. 3. Apo. Sac. ad appendicem.

DE GVILLIELMO STARNEFELDIO.

Cap. CLXVII.

Anno Christi 1390.

GVILLIELMVS STARNEFELDIVS, alij *Strenefeldium* vocant, Anglus natione, patriâ Citium habuit, Conuentus Neuvendenensis filius fuit, & Oxoniæ Doctor insignis, teste Lelando, Pitsæo, & historia Starnefeldiensi.

Scripsit religione præclarus, & sapientia venustus Neuvendemensis Cœnobij nostri historiam, lib. I. Lecturas lib. I & alia quæ nondum vidimus.

Obiit anno gratiæ 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Leland. & Pitsæus. Hist. Starnefeldiensis.

ANNO CHRISTI 1390.

DE CONRADO ALPENDORPO EPISCOPO.

CAP. CLXVIII.

Anno Christi 1390.

CONRADVS ALPENDORPVS, natione Alemannus, Episcopus Arotensis, vir pius, & de Catholica Ecclesia optimè meritus, sapientiâ clarissimus, posteris reliquit tantùm, Posseuino teste, vitæ S. Cyrilli Doctoris, lib.I.

Posseuin. Belgicarelata.

Floruerat anno reparati Orbis 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. GVILLIELMO REVEV.

CAP. CLXIX.

Anno Christi 1390.

VGVILLIELMVS REVEV, *Rebuffus* aliis, natione Anglus, filius Conuẽtus Northamptoniensis, Oxoniensis Doctor, & sui Conuentus Pastor ingenuus. Teste Lelando, vir fuit raris virtutum ornamentis perpolitissimus. Quædam ingenij sui monumenta ad posteros emisit, alia ex Gallica in Latiam linguam translata, maximè *Speculum contemplandæ Deitatis*, cuius auctor est S. Edmundus Cantuariensis Episcopus.

Lelandus, & Pitsæus cu.

Scripsit etiam Posseuino teste de miraculis S. Mariæ Virginis, lib I. Lecturas sententiarum, lib. I. Collationes varias, lib I. Demum sanctitatis voce præclarus diem finiuit extremum, in Cœnobio suo, anno Christi Iesu 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Posseuin. to. App. Sac.

DE IOANNE LONEYO.

CAP. CLXX.

Anno Christi 1390.

IOANNES LONEYVS, Louey siue Loueye, natione Anglus, patriâ Linnensis, Oxoniensis Doctor, vir totus acumen, vir totus almæ religionis, & pietatis insignioris auidus, Christi honoris zelator mirus, maximè doctrinæ Parens, cuius labores Vvaldensi, & Pitsæo testibus, eò fuêre Catholicæ Ecclesiæ salubriores, quò nequiores temporibus illis hæreses pullulantes erant, , neruosè, & publicè multum aduersùs sui temporis hæreticos disputauit.

Tho. Vval. in fascic. zizanior. 1. Pitsæ. in Catalog. scriptorum Angliæ

Iisdem testibus, posteritati emisit scriptis, De Missione Spiritus sancti, lib.I. Lecturas solemnes, lib. I. & alia, quorum titulos expiscari non valuimus, quanquam eorum plura Londini legisse Pitsæus affirmet.

Londini demum in suo Cœnobio ad supera volat, salutari anno 1390. per Iesum: sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1390. Posseuin. t. 2 Sac. App.

DE IOANNE BEBERLAIO.

CAP. CLXXI.

Anno Christi 1390.

IOANNES BEBERLAIVS, natione Anglus, à natalis sui oppido cognomen arripuit; Doctor, & Publicus Oxoniensis Lycei sacræ Theologiæ professor. Vir fuit, teste Lelando, & Pitsæo, celeberrimâ fama notatus.

Leland. Pitsæus.

Sequentia posteris profutura concessit, testibus iisdem, literaria monumenta. In Magistrum Sententiarum, lib.IV. Disputationes Ordinarias, lib. I. & alia, quorum titulos nec Pitsæus subdit.

Claruit ab assumpta à Verbo diuino carne 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE BERNARDO DE AMBASIA CARDINALI.

CAP. CLXXII.

Anno Christi 1390.

BERNARDVS DE AMBASIA, natione Gallus patriâ Tolosanus. Prouinciæ, & Cœnobij illius illustrissimi Prouinciaus. Vir admirandæ eruditionis, & religiosâ pietate clarissimus, sacri Palatij in Romana Curia Magister & Ecclesiæ S. Cardinalis amplissimus.

Multa scripsit, Posseuino ferẽte, qui sequentia tantùm titulis dat, super Sententias, lib. IV. In Epistolam D. Iacobi lectiones 64. lib. I. In Ioannis Canonic. lectiones 112. lib. I. Sermonum hyemalium, lib. I Æstiualium, lib. I. Quadragesimalium, lib. I. Variarum collationum, lib. I. Fuit enim diuini Verbi viuacissimus declamator.

Posseu. to. 1. Sac. App. ad appẽdicem. Relationes è Belgio.

Floruerat vt nobis apertè dant relationes à Prouincia Prouinciæ datæ, qui eum inter illustrissimos Tolosates Carmelitas adscribunt, annis Christi Iesu 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Posseuinus floruisse ponit annis 1364. Ex Catalogis Episcopi Alguerensis, & Guadalaxara, de viris illustribus Carmeli Carmelitam damus.

Rel. ex Prou. Tolosæ.

DE

ANNO CHRISTI 1390.

DE IOANNE DE EBORACO.

CAP. CLXXIII.

Anno Christi 1390.

IOANNES DE EBORACO, natione Anglus, Doctor Oxoniensis, Publicúsque ibidem sacræ paginæ enucleator, ad annos plures.

Posteris in lucem sequentia opera dedit, præter illa quæ omni pretio digna in Norvvicensi Bibliotheca Carmelitarum seruabantur, vt testis est Pitsæus. Præconia sacræ Scripturæ, lib. I. Lecturas in Genesim, lib. I. Expositiones Ordinarias, lib. multis.

Pitsæ. cit.

Florueral annis ab orbe redempto 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Carmelitam damus item ex Catalogis proximè citatis.

DE THOMA LVMBEIO.

CAP. CLXXIV.

Anno Christi 1390.

THOMAS LVMBEIVS, *Lumbeum* alij, *Lombe* Trithemius appellat, natione Anglus, Linnensis Cœnobij clarissimus filius, Oxonij sacræ Theologiæ Doctor, & publicus eiusdem ibidem indagator. A multis, & exteris, & domesticis Doctoribus celebratus altissimè, ob insigné viri eruditionem. Is est qué Bostius, Trithemius, Hasartus, Harpsfeldius, in suis celeberrimis Catalogis adscribunt. Vir fuit cuius vitæ integritas, & ingenij doctrina, meritò præclara censetur, cuius veritatis luculentissimum exhibent comprobamentum, ingenij sui, assiduíque laboris sui fœcúndissimi fœtus. Zelum patris strenuissimè prædicant etiam impensi, & indefessi animi labores in confutandis omnibus sui temporis erroribus, hæreticis, & hæresibus vniuersè pullulantibus, Fuit enim sempiternus hæreticorum osor, & mastix, & antagonista.

Arnol. Bostius, Trith. Hasartus, Harpsfeldius.

Multa viri scripta vidisse se testatur ipse Lelãdus: at Trithemius, Plebe, & Lucius sequentia recensent: Lecturas in sacram scripturam, lib. I. super Sententias, lib IV. Determinationes Theologicas, lib. I. Quæstiones ordinarias, lib. I. De Incarnatione Verbi, lib I. Sermones per annum, lib. I. Contra Lolhardos, Vvicleffitas, & alios hæreticos, lib. I.

Trith. de vir. Iacob. Ser. in indice. Posseu. to. 3. Sac. App.

Linnæ tandem apud suos obiit, anno à Christo Iesu salutis orbi exhibitæ 1390. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1390.

DE RICHARDO TENETTO.

CAP. CLXXV.

Anno Christi 1390.

RICHARDVS TENETVS, vel *Kenetus*, *Cunetium* alij dicunt, natione Anglus, & Oxoniensis Lycei lauto triplici Doctoris insignitus, Theologiæ scilicet, Philosophiæ, & Medicinæ. Philosophicis cursibus absolutis, herbariæ se dedit rei, & distillationũ varietate delectatus, herbarum, florum, radicum, & aquarum qualitates, effectus, & naturas curiosissimè scrutatus, Medicinam calluit, sic vt omnes in admirationem eleuaret.

Post hæc, Lelando teste, sacræ Theologiæ imbibitus studiis, adeò profecit, vt Magnus Theologiæ haberetur Magister. Ineunte annorum ætate, totus se pietatis, & charitatis ardentissimæ operibus traduxit, Confessionibus, & Prædicationibus suis, ita vt plurimos languidâ animæ salute laborantes, in firmissimũ vitæ melioris perduxerit statũ. Proditur, Pitsęus ait, varia de variis scripsisse, sed ad nos nihil quod sciuerimus, tituli allatum est, præter librum de virtutibus aquarum, I.

Pitsæus.

Claruit Oxoniæ, Pitsæo teste, salutis anno 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE REDVLPHO SPALDINGO.

CAP. CLXXVI.

Anno Christi 1390.

REDVLPHVS SPALDINGVS, natione Anglus, Stanfordiensis patriá, Cantabrigensis eminentissimus Doctor, & S. Theologiæ diuinus interpres.

Elegantia opera felici posteris peperit partu, Pitsæo teste, inter quæ, hæc nobis dat: Sermonum, lib. I. In Stagiritæ Philosophi Elenchos quæstiones 45. lib. I. Determinationum sacræ Scripturæ lib. I.

Pitsæus. cit. Posseu. to. 3. Sac. App.

Obiit Stanfordiæ anno Christi Iesu 1390. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PHILIPPO RIBBOTO.

CAP. CLXXVII.

Anno Christi 1391.

PHILIPPVS RIBBOTVS natione Hispanus Cathalanus patria, & Cœnobio Gerundensis & illustrissimæ illius Prouinciæ dignissimus Prouincialis, in diuinis, & Ecclesiasticis scripturis versatissimus. Inter multa quæ (vt ipse clara

Ribbotus MM. SS. originalib. quos habemus in Bibliotheca nostra Cæsaraug. ad lenã in gredientis propriáque exhibuis auctoris manu scrip.

Anno Christi 1391.

religione, & pietate præstans, homo testatur) scripsit, libri sunt decem quæ variis linguis ex Latio à pluribus sunt traducti diuersæ nationis auctoribus, & prælis iteratis recusi, pretio sunt nobiliori iure optimo habiti. Agit in eis in primis de prima Ordinis nostri institutione, lib. I. De primis fundatoribus, & professoribus, lib. I. De locis Monasticis, lib. I. De rectoribus eorum, & qualiter se gesserint antiquæ legis Monachi, li. I. à quibus fuêre baptizati Carmelitæ primitiui, & quis eos ad legis gratiæ notitiã adduxisset, lib. I. Quare dicimur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmeli, lib. I. De habitu, & eius mutatione, & antiquitate Heliadis familiæ, lib. I. De scriptoribus Regulæ, & declaratione eiusdem, lib. I. De ædificatione Monasteriorum Prouinciæ Syriæ, & destructione Terræ Sanctæ lib. I. De protectione, exemptione, & confirmatione Ordinis, lib. I. Hæc ex ipsius Manuscriptis citatis eduximus ordine vero: & sunt qui in Speculo Carmelitarum vno nomine: *De peculiaribus gestis Carmelitarum* afferuntur: his addit Trithemius, & Lucius de viris illustribus, lib. I. & Sermonum, & Epistolarum lib. II. hos nondum vidisse fatemur ingenuè; sed scimus esse typis datos.

Trith. citat. & Lucius cit. sæpe. Possle 1. to. 3. Sac. App.

Floruit Regularis disciplinæ scitissimus auctor, sempiterno marmore dignus, Salutis annis, vt ex eodem Manuscripto patet apertè, 1391 sub Alexandro VI. Pontifice O.M. & Federico Augusto Romano Cæsare.

Obiit tamen Petrelatæ in suo Cænobio vt ex sarcophagi apertura patet inscriptione, quo ibidem in medio corpore Ecclesiæ sui Cænobij contegitur, anno 1391.

DE IOANNE BERCHO.

Cap. CLXXVIII.

Anno Christi 1392.

Ioannes Berchius, *Berch* illum Paleonydorus agnominat, natione Pisto, Moncalerensis Cœnobij, ex Lombardiæ Prouincia filius, vir sanè doctissimus, & religionis præstãtiã cãdidatus.

Paleonydor. lib. 3. c. 15.

Multã litterarum versatione, plura scripsisse perhibent, è quibus prælo datum tantùm inuenimus: super Euangelia, lib IV Opus, quod Santiagus noster, incomparabile vocat.

Floruit iuxta eundem, & gloriosam Paleonydori memoriam, annis Redemptionis humanæ 1392. sub Bonifacij IX. Pontificatu Summo, & Imperio Venceslai.

S. Tiagus in Catalogo illustr. Car. Paleonydor. citat.

DE ROBERTO IVORIO.

Cap. CLXXIX.

Anno Christi 1392.

Rupertus Ivorius, *Iorius* aliis, natione Anglus, (etsi è parentibus Normandis; Iuoria oriũdus ciuitate) Lõdini satus vitæ auspicia felicia tenuerit. A puero inter Carmelicolas felici horoscopo natus & educatus, felicissimum tempore ingenij, & pietatis specimen praebuit. Post suscepta S. Theologiæ Cantabrigensem laurum; maximi inter maximos Doctores habitus est, nam lectionis sacræ assiduo deditus exercitamento, mirus fuit in diuinis enucleandis scripturis & scientiis: Iudicij grandis maturitatem, cum grauissima sapientia nexuit.

Anno Christi 1394.

Fuit Angliæ Prouincialis vigesimus, per annos tredecim felicissime sua munia gerens. Is strenuus ille Carmelita est qui Londinensis Cœnobij Bibliothecam illustrissimam auxit, vberrimam illam ingenti librorum supellectile complens, vt testantur Iacobus de Plebe, Sixtus Senensis & Lucius noster, qui vel etiam scripsisse fatentur, Commentariorum in Ecclesiasticum, lib. I. Lectuarum scripturalium, lib. I. Concionum ad Clerum, lib. I. Sermonum ad populum, lib. I. Registri monumentorum illustrium Prouinciæ Angliçæ, lib. I. & alia plura.

Plebe citat. Sixtus citat. Lucius cit. Possleu. to. 3. Sac. App.

Londini floruit, ibique sepultus est, saluati hominis à Christo Iesu anno 1392. sub eisdem Pontifice & Imperatore. Eisengrenius ait 1306. sed est Amanuensis vel Typographi incuria.

DE PHILIPPO FERRARIENSI CARDINALE.

Cap. CLXXX.

Anno Christi 1394.

Philippus à Ferrara, seu Ferrariensis, Siculus natione, alij Gallum ex Tolosa oriundum affirmant, cuius singularis eruditio, morum integritas summa, exactissimæ sapientiæ fastigium, & absolutissimæ maturitatis sonus Vrbanum sextum Pontificẽ O.M. adduxit vt eum Generalis Inquisitionis primum Præsidẽ sufficeret, Legatúmque *à latere* totius Christiani Orbis. Trithemio teste, Episcopus fuit Pacensis in Hispania, post S. Petrum Thomam de quo egimus suprà: postea, iuxta Ordinis Chronicon, Ecclesiæ Dei Eminentissimus Cardinalis. Miram habuit in concionando spiritus dexteritatem, támque singulari persuadendi vi refulsit, vt multos ab iniquitate, ad Christum aduocauerit.

Coria lib. 1. c. 10. & lib. 11. c. 19. Trith. de vir. illustr. Chron. lib. 11. c. 19. & lib. 1. c. 10.

Scripsisse perhibent (etsi Coria nihil scripsisse credat) Sermonum de tempore, lib. 1. De Sanctis, lib. 1. & alia plura.

Coria citat. Eisengrenius.

Claruit orbe toto fulgidus, sapientiæ, & religione clariori titulo merito censitus: anno 1394. & post erectam Vandalam, Lusitanam, & Castellæ veteris Prouinciam, vnà cum S. Petro Thoma Pacensi Episcopo Cygnæo & sanctissimo senio confectus, non sine voce sanctitatis, Romæ volauit ad astra obuenientis gloriæ fructum percepturus à Deo, sub Summo Clauium Principe Bonifacio IX. & Vencesllao Imperatore.

***

ANNO CHRISTI 1394.

DE IOANNE SVVAFFAMO EPISCOPO.

CAP. CLXXXI.

Anno Christi 1394.

IOANNES SWAFFAMVS, *Suvashamum* alij vocant, natione Anglus, Linnensis Cœnobij filius, Cantabrigensis Doctor illustrissimus. Mirandæ pietatis, & sapientiæ Pater, Catholicæ fidei zelator ignitus, quique Wicclephianæ sectæ truculentam rabiem, & vesana dogmata, verbo, & calamo, validissimo compressit, sectanos & refractarios illius dirissimè pungens: Extant adhuc teste Lelando, eius libri, inuictæ suæ sapientiæ testes insuperabiles. Fuit à Gregorio XI. maximi habitus, cuiúsque gratiâ Banchorensis factus Episcopus.

Leland. cit. à Pitsæo in de scrip. Angliæ.

Demum sub Bonifacio IX cum Angliæ Rege Richardo II. Stanfordiensi adfuit Concilio, vbi cum alijs Episcopis, & Doctoribus Wiccelephitarum errores damnauit. Scripsit autem, teste Waldensi nostro, Pitsæo, & Lelando, cum alijs, contra Wiccelephitas, librum I. Variarum concionum, lib. I. & alia quorum nondum titulos inuenimus.

Vvalden. de Sacram. tit. 9. citat. ab Harpsfeldio sæcul. 15. cap. 9. hist. Anglicæ. Pitsæus cit. Lelandus cit.

Obitus dies, eiúsque tumulatio nos latent, etsi ad annnum vsque Christi 1394. venerandam senectam adduxisse non dubitemus, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE RICHARDO MAIDSTONO.

CAP. CLXXXII.

Anno Christi 1396.

RICHARDVS MAIDSTONVS *Maydescon* vocant alij, natione Anglus, ab oppido natalitio Rofensis Diœcesis in Cantia, sic cognominatus: Ailesfordiensis Cœnobij filius, licèt antè, de societate fuerit eorum, qui in Collegio Marthonensi degebant; S. Theologiæ in Oxonia, & professor Publicus, & Doctor ingenuus: omni vir structissimus sapientiâ, Poëta, Rhetor, Mathematicus, & Theologus insignis; sed longè insignior, candidâ morum sanctorum honestate: Principibus multum (propter conditionis suauitatem, facilem dexteritaté in agendis, & grádem prudentiam animi sui) amabilis: Inter hos, súmo eu amore prosequutus est Ioannes Lincastriæ Dux qui in arduis, & difficilioribus Reipublicæ suæ negotiis vsus est admirando, & sapientissimo Patris consilio frequenter, eúmque sibi à sacra elegit exomologesi. Istius Patris fidei Catholicæ Zelus, velut Solis viuidissimus radius totus effulsit, quo, contra Wiccelephitas viuidissimè verbo, & calamo decertauit: terruit eos, & vsque ad inferos, eorum putidissima, & vilissima dogmata deiecit.

Possev. to. 1. Sac. Appar. Relata Belgica.

ANNO CHRISTI 1397.

Tritheimio, Lucio, & aliis testibus scripsit: In Canticum Mosis, lib. I. In Cantica Salomonis, lib. I. In septem Pœnitentiæ Psalmos Anglicè, lib I. Compendium operum S. Augustini, lib. I. Precationes Metricas, lib. I. Sermon. de Tempore, lib. I. De sanctis, lib. I. Sermones Oxonienses, lib. I. Cóciones 16. ad Clerum, lib. I. De Sacerdotali functione, lib. I. Super Sententias, lib. IV Lecturas Scholasticas, lib. I. Quæstiones Ordinarias, lib. I. Determinationes contra Ioannem Ashwarbij, lib. I. Contra Lolhardos, lib I. Contra Wicclephitas propter quod illius gloriosè meminit Nicolaus Harpsfeldius, lib. I. Conciones in annulum Philosophicum Ioannis Auonij, siue de Northamptonia, lib. I. Super concordia Richardi Regis, & Londinensium Ciuium, versu elegantissimo, lib. I. Cessit è viuis Ailesfordiæ, ibique tumulatus est, anno gratiæ 1396. sub Summo Pontifice Bonifacio IX. & Imperatore Venceslao.

Trith. cit. Lucius cit.

Harpsfeld. in hist. Vvicclephiana cap. 15.

DE PETRO CELLAS.

CAP. CLXXXIII.

Anno Christi 1397.

PETRVS CELLAS non *Lascellas* ille de quo hac egimus Ætate sub anno 1344 alter enim iste est natione Celtiber, patriâ Cæsaraugustanus, vir pietate clarus, & sapientiâ nobilis, Deo Principibúsque sæculi pergratus, Huius Cæsaraugustani Cœnobij quondam Prior; sed meritis vt honoribus auctus postea, anno scilicet Christi 1397. Prior Prouincialis & Vicarius Generalis omnium Cœnobiorum Hispaniæ vt ex chartis vetustissimis dignoscitur in Archæo Cæsaraugustano seruatis, electus est. Is tantus vir mirâ morum honestate venerandus in æua, Serenissimo Regi Ioanni gratissimus, & notissimus à Confessionibus secretis, & consiliis selectus est.

Ad eius instantiam (ex eodem Archæo constat sub charta facta anno 1391. & aliis,) Regem multas elargitum esse Cœnobio donationes, & priuilegia; illud extat apertè, apertam fuisse ad instantiam Petri ad murum Cæsaraugustanum pro commodiori ciuium famulatu Portam, quam *Baltaxe* vocant. Religionis, & Obseruantiæ Carmeliticæ fuit zelator ingenuus & vigil: Multis fidelium subuentionibus subuenta fuisse, tempore huius Pastoris insignis, huius Prouinciæ Cœnobia, hoc maximè nostrum, eo solum prætextu, quòd eorum fratres obseruantiâ & virtutibus singularibus cunctis populis diligibiles essent, constat ex chartis antiquissimis in Archæo seruatis ad eos Christi Iesu annos 1397.

Porrò si quæ scripserit posteris ignoramus: Diuinum tamen ex quibusdam eiusdem scriptis fuisse diuini verbi præconem palàm nobis est factum.

Anno

ANNO CHRISTI 1397.

Annus, & locus latuit obitus eius, sed floruisse felicissimum Deo comperimus, annis Seruatoris Iesu 1397. sub Bonifacio IX. & Imperio Venceslai.

Hæc ex Archæo Cæsaraugustani Carmeli nostri deduximus ad fidem.

DE RICHARDO NORTHALO ARCHIEPISCOPO.

CAP. CLXXXIV.

Anno Christi 1397.

RICHARDVS NORTHALVS, natione Anglus, patriâ, & Cœnobio Londinensis, Prætoris illustrissimi Londinensis filius. Vir fuit clarioris sapientiæ decus, & virtutis singulare archetypon: maiores in dies omni illustri expectatione fructus emisit. Propter eminentem in concionando dulcedinem, & salem, Regi Richardo II. fuit gratissimus, cuius fauore, annuente Bonifacio IX Pontifice O. M. Dublimensis Archiepiscopus XVII. creatus est.

Ingenij monumenta sui, hæc damus ex Pitsæo. Sermonum per annum, lib. I. ad Ecclesiarum Pastores, lib. I.

Pitsæ. citat. Posseu. to. 3. Sac. Appar.

Dubliniæ tandem felicissimus cessit è viuis, honorificentissimóque sarcophago tectus, in sua Ecclesia venturum Regem Christum expectat iudicaturum viuos, & mortuos, ab anno euersionis rudentium Tartaritarum 1397. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE CONRADO ANSBERGIO EPISCOPO.

CAP. CLXXXV.

Anno Christi 1398.

CONRADVS ANSBERGIVS, ex nobilissimo sanguine Comitum satus *Ansberg*, Carmelitanus illustrissimus Doctor, Venerumponensisque Episcopus. Vir pari nobilitatis, & virtutis, & sapientiæ lance, & lauro, coronatus, eruditionis suæ plura monumenta reliquit posteritati; Det etsi nulla singulari titulo Posseuinus inscripta, sed floruisse asseuerat Carmelitam, annis Iesu 1398. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Posseu. citat. & Belgica relata.

DE PETRO STOKES.

CAP. CLXXXVI.

Anno Christi 1399.

PETRVS STOKES, alij Steccum vocant, natione Anglus, Huchinensis, Cœnobij Nortfolciensis, in Diœcesi Londinensi filius. Vir (verbis in omnibus his Pitsæi vt vtamur) Zelo Christi Domini plenus. Tanto apud Oxoniæ Doctores est habitus honore, vt proximum, ab Academiæ Præside supremo, Magistratum gesserit ibi.

ANNO CHRISTI 1399.

Anno 1382. Regiâ munitus auctoritate, & Cantuariensis Archiepiscopi Guilhelmi Curtnæi Diplomate instructus, Oxonium venit, vt hæresim Vvicclephi publicæ discussioni subiiceret, & solemni is solus disputatione refutaret. Productis igitur irrefragabilibus aduersus insolentissimam hanc belluam argumentis, rem felici omine, & nomine absoluit; sed recalcitrante adhuc Vvicclepho deuicto, contra victricem Petripalmam, & famam scripsit, *alibi* eum *canis* vocabulo mordicùs appellans, proprio, quod credimus, Petri nomine, præ pudore, si quis in hæreticis posset inueniri, vti non audens audentissimus ferus.

Porrò Stokus sequentia, teste Pitsæo posteritati dedit. Commentariorum in Bibliam Sacram, lib. I. Præconia sacræ Scripturæ, lib. I. Contra Vvicclephi articulos, lib I. propter quem à Nicolao Harpsfeldio ad sydera viri zelus, sapientia, & virtus extollũtur. Quæstiones Ordinarias, lib. I. In Magistrum Sententiarum, lib. IV. Quæstiones Quodlibeticas 54. lib. I. Lecturas Scholasticas, lib. I. Collationes varias, lib. I. lectionum replicationes, lib. I. De superioritate Cleri, lib. I. Defensorium Holchotis, vel vt alij volunt, Holcami, lib. I. Contra Philippum Repingtonum, lib. I. Contra Nicolaum Herefordium, lib. I. & plurima alia.

Pitsæ. citat.

Harpsfeld. in hist. Vvicclephiana c. 15. Posseu. to. 3. Sac. Appar.

Demum Magistratu vltrò deposito, rediit ad suos Carmelitas, sarcinam ibi corporis feliciter depositurus, vt perenni cum Christo in cælis gloriâ frueretur, ab anno eiusdem 1399. sub S. Pontifice Bonifacio IX. & Imperatore Venceslao.

DE V. IOANNE KININGALO.

CAP. CLXXXVII.

Anno Christi 1399.

V. IOANNES KININGALVS, *Kynyngamus* aliis, natione Anglus, Gippesvvicensis Cœnobij filius S. Theologiæ clarissimus Oxoniensis Doctor, Angliæ, & Hiberniæ Prouincialis vigesimus primus, ad annos quinque; vir modestus, prudens, & religiosissimâ pietate lucidissimus, sed vt Lelandi verba recipiamus, Philosophus grauis, & Theologus Sanctus. Ioanni Lancastriç, & Aquitaniæ Duci dilectissimus, eique à sacris confessionibus vnus. De quo celeberrimo Heliade B. Thomas Waldensis primum fuisse memorat (id quod confirmat Harpsfeldius) qui in arenam ex omni Religiosa, & Christiana classe, hæretico adhuc viuente,

Leland. cit. à Pitsæo in de vir. illustr. Angliæ. Vvald. in Zizaniorum fasciculo.

Harpsfeld. in hist. Anglica cap. 15 hist. Vvicl. & &c. 15.

verbo,

ANNO CHRISTI 1399.

S. Lucas c. 11. 50. Matth. 27. 57. Marcus cap. 15. 43. Io. 19. 38. Harpsfel. hist. Angli cæ. c. 1 in sex primis sæculis.

verbo, & calamo prosiliit, contra insolentissimum, & vesanissimum Vvicleffum, qui susceptam ab Anglis fidem Christi (primum ibi per Iosephum ab Arimathæa, quem virum bonum, iustúmque sacri Euangelistæ Christi vocant, vt affirmat Harpsfeldius, & postea ab Augustino S. confirmatam, quæ incorrupta, ac pertinacera tot sæculorum lapsu perdurarat, & vel nec leui motu labefacta constiterat) labefactauit, & euertit omnino, non vnâ tantum hæresi contaminans omnia, sed & omnium ferè veterum hæreticorum dogmata putida, ab Orco denuò deducens, & Anaxagoram, Apuleium, Sagarellinos, Rogaristas, Aërios, Vigilantios, Eunomios, Arianos, Pelagianos, Pharisæos, Abailardos, Manichæos, Choreitas, Dathanitas, Abironitas, Nicolaitas, Budeizitas, Virgiantios, Iouinianos, Montanistas, Petilianistas, Camperios, Photinos, Samosatenos, Parmenianos, Donatistas, Massilianos, Pelagianos, Berengarios, Nestorios, Apollinarios, Vincentinos, Vvaldos, Iacobitas, Diodoro philosophos, Abelardos, Iconomachos, qui vetera Seueri Xenaiæ, Constantini Augusti, qui est Copronymus dictus, & aliorum damnata dogmata renouarunt, Albigensium, Publicanorum, Pneumaptochorum, aliorúmque in inferno sepultorum, ab imo Tartaro cum eorum omnium seminibus, & pseudodoctrinis, ad auram eleuans, ad aures aduocauit.

Vide de his eorúmq. erroib. inter alios Nicol. Harpsfeldiú in historia Vvicleffiana c. 2. 3. 4. 8. & 11.

Is igitur tantus Carmeli filius, & verus Patrizator Heliæ Parentis, validissimus factus fidei pugil, Defensor, Doctor, Zelator, & Miles, vno Vvicleffo, armis sapientiæ, Zeli, Doctrinæ, & Religionis Catholicæ, deuicto, hos omnes validissimè suppeditauit, confudit, exuperauit, & remisit ad Tartara.

Pitsæ. cit. & Possev. to. 2. S. app.

Scripsit, Pitsæo teste, & Posseuino in Threnos Hieremiæ, lib. I. In Ezechielem, lib. I. in S. Iacobi Canonicam, lib. I. Sacræ Paginæ præconia, lib. I. Super Magistrum sententiarum, lib. IV. De Christi natiuitate, lib. I. De passione eiusdem, lib. I. De Spiritu sancto, lib. I. De Angelica natura, lib. I. Sermones de tempore, & Sanctis, lib. II. Quæstiones varias, lib. I. Contra propositiones Vvicleffi, lib. I. Grande volumen, super Ideis eiusdem, lib. I. Pro primo suo ingressu, lib. I. De temporis ampliatione, lib. I. De esse intelligibili, lib. I. Ad quædam loca allegata, lib. I. Commentarios in Metaphysicam, lib. XII. & alia plura præsertim in sacram Scripturam.

Tandem illustrissimis de tantis fidei inimicis, & Tartaro reportatis Trophæis, candidissimo venerabilis senio, & sanctissima vita coronatus, Eboraci supera petiit, sui regiminis anno sexto, & vniuersæ salutis à Christo datæ 1399. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Diuersus iste Kiningalus est ab eo alio de quo sermo fiet illustris ætate sequenti sub anno 1451.

ANNO CHRISTI 1399.

DE S. ANTONIO HVNNO MARTYRE.

CAP. CLXXXVIII.

Anno Christi 1399.

SANCTVS ANTONIVS HVNNVS siue Hungarus natione, & cognomento celebri, Christi Martyr inuictus cuius vita cælestis fuit norma virtutum & pudicitiæ typus: qui terebrato capite, extractóque corde, corde Christi fidem adauxit viuus, & obiens, vt regnet in astra perennis cum Christo, apud Turcas, salutis anno, quod credimus, 1399. sub Orbis vertice diuo Clemente VI. & Imperio Ludouici V. Bauari contra Fridericum regnantis.

S. Tiagus in Catalog. Ill. Carm.

Ex vetustissimo è Belgico relatu cum Icone remisso. Damus Carmelitam ex communi scriptorum Ordinis asserto, & ex Relatis à Belgio vnà cum Icone Patris remissis.

Belgica relata.

Anno Christi 1400.

ÆTAS DECIMASEXTA,

Quæ eſt ab anno Milleſimo quadringenteſimo CHRISTI IESV, vſque ad annum milleſimum quingenteſimum eiuſdem quintadecima.

Fundatæ Religionis anno 2334.

DE ARNOLDO AB AVSTRIA.

CAP. CLXXXIX.

Anno Christi 1400.

ARNOLDVS AB AVSTRIA, natione Teutonicus, Conuentus Viennæ Auſtriæ filius (ciuitas eſt inclyta, & ædium ſtructurâ magnifica, & rerum clariſſima copiâ, Imperatoriaque ſedes, vbi nos ampliſſimum habuimus Cœnobium) vir fuit Arnoldus nobiliſſimè edoctus, ſubtiliſſimo politus ingenio, & religiosâ illuſtrior pietate.

Trith. de Scr. Carm. Lucius BB. Carm.

Scriptis nonnullis Trithemio, & Lucio teſtibus perennem poſteris ſui memoriam amandauit. Inter quæ celebriora damus: Super Sententias, lib. IV. Sermonum variorum, lib. III. Quæſtionum variarum à ſe diſputatarum in Gymnaſio Viennenſi, vbi Doctoris Laurea acceptâ illuſtriſſimâ, publicus fuit ad annos multos Imperatorius indagator.

Claruit in Viennæ Auſtriæ Muſæo, ſi Indici Piſano crediderimus, anno gratiæ 1400. ſub ſummo Principe Eccleſiæ Bonifacio IX. & Imperio Ruperti dicti Parui.

DE IOANNE BOTRELLO.

CAP. CXC.

Anno Christi 1400.

Pitſeus & Lelandus.

IOANNES BOTRELLVS natione Anglus. Expertiſſimus in Logicis, ſubtiliſſimi Doctoris nomen accepit, vir fuit Religione nitidiſſimus.

Scripſit Pitſeo teſte, de vtilitate Logicæ lib. I. Summulas Logicales lib. I.

Claruit annis Orbis liberati anno 1400. ſub eiſdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE MVLTONO.

CAP. CXCI.

Anno Christi 1400.

IOANNES MVLTONVS, natione Anglus, Norvvicenſis Cœnobij filius; cuius ſupra ingenuam pietatem, & morum honeſtatem excellam, mirabilem in concionando dexteritatem, leporem, & ſalem, nulla vnquam obliterare valebit obliuio. Subtiliſſimo ad conceptus ingenio enituit, & indefeſſo ſtudio ſacris ſemper paginis incubuit.

Pitſæo teſte, ſcripſit ſermonum nonaginta nouem per annum, lib. I. aureo lapillo notandum.

Pitſæus cit. Poſſeu. to. 2. S. app.

Claruit annis Orbis erepti è labibus æternis Adæ per Chriſtum 1400. ſub eiſdem Pontifice, & Imperatore.

DE EBERHARDO MAYNARDO.

CAP. CXCII.

Anno Christi 1403.

EBERHARDVS MAYNARDVS, natione Alemannus, patria Moguntinus, vir Angelicâ ſapientia mirificus, & Catholicâ venerandus pietate.

Plura refert ſcripſiſſe Poſſeuinus, ſed libens ſolùm ſequentia ſignat. De triplici vita, lib. I. Per Aduentum, lib. I. Per Quadrageſimam, lib. I. Fuit enim in Euangelicis ſuggeſtibus ſui temporis in concionando luminare maius in Orbe.

Poſſeuin. cit. in appendice ad I. tom. App. S.

Florebat autem, Poſſeuino teſte, annis 1403. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Poſſeuin. cit.

DE

DE VVALTERO DISSÆO.

Cap. CXCIII.

Anno Christi 1404.

VVALTERVS DISSÆVS, alij *Gualterum Dyssе* appellant, natione Anglus, patriâ oppidulo Disso, Comitatus Norfolciæ. Norvvicensis fuit Cœnobij filius, doctrinâ, & religione præclara clarissimè floridus, Cantabrigensis Doctor, Parisinus, & Romanus S. Theologiæ publicus Interpres: Teste Lelando à Confessionibus Ioannis, & Constantiæ Lancastriæ, & Aquitaniæ Ducum: quâ, & aliis occasionibus quæ celebrem reddidêre in omnibus Patrem, anno Iesu 1387. ab Vrbano VI. Pontifice O.M. eiúsque successore Bonifacio IX. vt ex Trithemio, & aliis educimus, creatus, & Confirmatus est Legatus *à latere* in Regna Hispaniæ, Angliæ, Granatæ, Castellæ, Portugalliæ, Aragonum, Legionis, Cathaloniæ, Nauarræ, ad Vasconiæ partes, & ad alias Europæ Prouincias, vt Crucem Christi contra infideles, hæreticos, & schismaticos, vbivis gentium inuenirentur, strenuus, vsque ad mirificam muneris celebritatem, adduceret. Tantam ergo sibi in posteros famam comparauit, vt nulla vnquam vetustas eam sit deletura valens, nulla obliuio obliteratura potens.

Io. Leland. cit. à Pitsæo.

Trithem. de scrip. Car. & Posseu. to. 1. S. ap. & to 3. videndus.

Scripsit, Pitsæo Teste, in Sententias, lib. IV. Quæstiones Theologicas, lib. I. Sermones de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. Contra Wiclefitas, & Lolhardos, lib I. cuius gloriosè meminit Harpsfeldius. Determinationes varias, lib I. De schismate Ecclesiæ, lib. I. Ad Præsides Ecclesiarum, lib. I. Epistolarum ad Vrbanum, & Bonifacium Papam, lib. I. diuersorum aliorum sermonum, lib. I. In Psalmos aliquot, lib. I. & alia.

Pitsæ. cit.

Harpsfel. lib. 11. Vviclef. cap. 15.

Claruit sub summo Ecclesiæ Dei Arbitro Innocentio VII. & Imperio Roberti, dicti Parui, anno 1404. ab Orco euerso.

DE IOANNE CAMPENO.

Cap. CXCIV.

Anno Christi 1404.

IOANNES CAMPENVS Alemannus natione. Inter Frisones sui temporis Theologorum facilè Princeps, sic eruditionis suæ clara opera Orbi pandunt.

Posseuino teste, scripsit in Sententias, lib. IV. Quodlibetorum, lib. I. Artium summulas, lib. I.

Posseuin cit. tom. 2. S. ap.

Credimus floruisse in Prouincia Alemanniæ superioris, annis salutis à Christo Iesu 1404. Sub eodem Pontifice, & Imperatore vitâ religiosissima clarum. Carmelitam damus ex Relatis missis à Belgio, & Catalogo Episcopi Alguerensis.

DE PETRO DE NONGENTO.

Cap. CXCV.

Anno Christi 1404.

PETRVS DE NONGENTO natione Gallus Normannus, Publicus S. Theologiæ in Musæo Parisiensi Professor.

Scripsisse dant Gallica Parisina Relata: In Magistrum Sententiarum lib. IV. Quæstiones Ordinarias lib. II. Scholastica quodlibeta lib. I. Concionum lib. III. Floruisséque anno salutis à Christo 1404. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Gallica à Parisio Relata.

Damus etiam Carmelitam ex manuscripto Episcopi Alguerentis Catalogo.

DE THOMA MALDONIO.

Cap. CXCVI.

Anno Christi 1404.

THOMAS MALDONIVS, sic eum Harpsfeldius appellat, Maldonum vocant alij, natione Anglus, ab oppido natalitij sui cognomen accepit. eiusdem Cœnobij fuit filius. Cantabrigiam missus est, vt vtriusque Philosophiæ campis peragratis, ingentis sui nominis culmine gauderet: Theologiæ Sacræ cinctus est illustrissima lauro. Subtile enim nact is erat ingenium: fuit ergo acerrimus disputator, concionator egregius, egregióque nomine, quo claruit dignus. Reuersus ad Meldulense suum Cœnobium Prior eligitur, præfuturus muneri, dum aura vitæ felici gauderet.

Nic. Harpsf. in hist. Angl. sæc. 15. c. 17.

Scripsit, Pitsæo teste, & Nicolao Harpsfeldio, qui nobilissimam eius mentionem facit, multa; At sequentia nobis suis titulis exhibet Pitsæus: Introitus Sacræ Bibliæ, lib. I. Lecturam in Genesim, lib I. In Epistolam D. Iacobi, lib. I. Sermones de tempore 36. lib. I. Sermones de B. Virgine Maria 34. lib. I. Lectiones 48. In Psalmos, lib I. Collectiones solemnes, lib. I. Super Sententias, lib IV. Determinationes Theologiæ, lib. I. Quæstiones Ordinarias, lib. I. Quodlibeta, lib. I. Actus Vesperiales, lib. I.

Pitsæ. cit. Harpsf. cit.

Posseu. to. 3 S. App.

Tandem notâ doctrinæ, & spiritus sui nobilissima datâ, felicissimus in Christo, Meldulensis sui Cœnobij Prior, diem clausit extremum, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

* *
*

Anno Christi 1405.

DE MATTHÆO A BOLONIA PRIORE GENERALI LATINORVM vigesimoprimo.

CAPVT CXCVII.

Anno Christi 1405.

MATTHÆVS A BOLONIA, vigesimus primus, inter Latinos Carmelitarum Prior Generalis Bononiæ anno 1405. electus. Vir fuit candida morum honestate singularis, sapientia clarus, & Catholicæ Ecclesiæ, & pacis intimæ di[illegible] tor viuidissimus. Is cum suos, per annos aliquot [illegible] regiminis dexteritate rexisset, vitrò cessit muneri, vt morem gereret Pontifici sacro Ioanni XXIII. Ecclesiæ pacis studenti. Rei paucis accipe euentum.

Salutis anno 1411. Cùm Ioannes XXIII. exortum auellere studeret ab Ecclesia Christi iam diù schisma quod per annos fere 50. durauit vt notat Harpsfeldius, sub Vrbano VI. & Clemente VII. (enimuerò cùm è viuis felicissimè XI. Gregorius discessisset, maxima dissensio de Pontificis electione orta est, alij quod vellent è Gallica natione: ex Italica alij aliquem in Pontificem, vel prece, vel pretio, & vel vi creari. [illegible] Bartholomæum Barensem quemdam Archiepiscopum, Neapolitam patriâ. siue Pisanum, extra Cardinalium Collegium, etsi [illegible] in Pontificem Itali Cardinales numero IV. crearunt, Vrbani VI nomine insignientes illum. Cæterùm Cardinales Galli numero XVIII. causati hominem vi creatum, & coronatum, Fundis, Gebennensem Cardinalem, legatum antea in Italia, Pontificem delegere, Clementémque VII. vocauerunt eum. Hinc magna in Ecclesia Dei discordia exorta est, cùm alij Vrbano; Clementi alij obtemperare niterentur) Exortum igitur schisma cùm soluere niteretur, Pisis iniit prædictus Pontifex Ioannes Generale Concilium: quo celebrato, Carmelitas omnes conuenit de gremio Comitiorum Generalium suorum, tùm eos qui ex parte Clementis, malè selecti, erant, tùm qui ex parte Pontificis Vrbani: eosque hortatur, & præcipit in Christo, Bononiæ inire Generalia Comitia, ibique Generales vtrosque libenter suo cedere iuri, & muneri suo. (Elegerant enim morte Raymundi cuiusdam, cognomine Aquarij Galli Narbonensis, quo iure nescimus, Auenione, hi qui erant ex partibus Antipapæ Clementis, selecti anno 1384. Ioannem Grossi, anno 1389 in Comitiis Perpiniani celebratis, qui simul cum Matthæo subiectas sibi Prouincias scilicet Gallicam, Hispanam, Catalonam & Britanniam, sanâ fide, moderabatur. Iustissimi factus ergo compos voti Pontifex almus, ad vltroneam cessionem, vt morem gererent sacro Principi Clauium Ecclesiæ vtrique Religiosissimi, & obedientissimi Generales, deuenerunt. Hac facta, vnanimi omnium assensu, anno 1411. ibidem in Generalem totius Ordinis Magistrum electus est, Ioannes Grossi, Matthæo animis exultante propter dissolutum in Religione sua schisma, & nouam Ecclesiæ, & Religionis Marianæ, pacem exortam, vero [illegible] manente Ecclesiæ Principe Martino V. Pontifice O. M.

Ad nostrum iam Matthæum redeuntes, vir cùm fuisset de Catholica Religione, & humillima Ecclesiæ subiectione optimè meritus: Vt assiduæ meditationi totus, & contemplationi, & orationi iugi traderet se in suo Bononiæ Conuentu vbi habitum, vt & Aurum vitæ in Ciuitate eadem gaudens se recepit felicissimum vitæ suæ cursum consummaturus.

Post multa igitur sanctitatis exhibita exempla, doctrinæ & sapientiæ documenta data, inter ea, quæ Posseuinus adducit scilicet Quæstionum Theologicarum lib. & in summulas Petri Hispani lib. I. Obiens felicissimus in Christo volauit ad astra, sibi is anno 1414. Pisis in suo Cœnobio, vbi sepultus est, sub summo Ecclesiæ Christi Patre Ioanne XXII. dicto XXIII. Neapolita, & Imperatore Sigismundo.

Incerti acumen nodũ, Patri.

Debueram Prior esse, fui: me vincere, vici,
Tollere schisma, tuli: cedere, deposui.

Anno Christi 1406.

DE THOMA COLBIO EPISCOPO.

CAP. CXCVIII.

Anno Christi 1406.

THOMAS COLBIVS natione Anglus, Norvvicensis Cœnobij filius, Oxonij, vel Cantabrigiæ Doctoris Lauro illustrissimâ donatus, vir Magnæ Religionis, & Diuini eximius zelator honoris. Hæreticorum fuit firmissimus mastix, & malleus, sic cognomento vocatus, propter indefessam spiritus sui vim in eorum insolentissimis assertionibus euertendis. Diuinus, & cælestis fuit etiam diuini verbi declamator: à Regni Proceribus magni sanè habitus: singulari quem amore Richardus II. prosequutus est, ab eodem ad Lismorensem seu Zisivor.ensem simul, & Waterfordensem infulam Episcopalem euectus, in Hibernia; Pitsæo teste, non pauca in lucem emisit, quæ eius eminentem doctrinam, & pietatem affatim testatam legentibus agunt. Inter hæc, sequentia Pitsæus dat: Indices, & notationes in Genesim, lib. I. In Psalmum *Miserere*, lib. I. In Orationem Dominicam. lib. I. Præceptorium diuinæ legis, lib. I. Lectiones sacræ Scripturæ, lib. I. Collectanea sacrorum dogmatum, lib. I. Conciones Sacras, lib. I. De puritate Ecclesiæ, lib. I. Tabulas in Dialogos S. Gregorij Papæ in Pastorale eiusdé,

[Marginalia: Harpsfeld. [illegible] 5. c. 8. De hoc testimonia vide Ordinis Chronicon lib. 11. c. 9. Per [illegible] In decas do [illegible] eos omnes, [illegible] Platinam, Illescas, & cæteros. — Posseu. to. 2. S. App. — Relata Belgica. — Pitsæus cit. sæpe cum Lelando. Posseu. to. 3. S. App.]

in

ANNO CHRISTI 1407.

in homilias eiusdem. In S. Augustinum de Trinitate; In eundem de verbis Apostoli. In quæstiones 83. eiusdem in Polychronicon Carnotensis, in Guillielmum Senganum de fide, & legibus.

Fertur in Domino obdormiuisse, salutari anno 1406 sub Gregorio XII. Veneto Pontifice O.M & Imperio Roberti Parui, tumulatúmque fuisse in sua Lismorensi Ecclesia Cathedrali.

DE IOANNE MVRRHONO.

CAP. CXCIX.

Anno Christi 1407.

Harpsfel. in hist. Angl. sæc. 15.

IOANNES MVRRHONVS, *Marrtium*, vocat Harpsfeldius, si forsan, id quod credimus certò, is est ille insignis Carmelita, de quo meminit, inter illustrimos Pugiles fidei, qui aduersùs Wicleffum, & suos decertarunt: alij *Marro*, *Marte* alij, alij *Marrheij*, natione Anglus, è pagulo Ducatus Eboracensis cognomen, qualecumque fit, accepit. Oxoniensis Doctor, sed filius Cœnobij Doncastriensis. Vir supernæ gloriæ zelo ignito ignitus, quo totis viribus Wicleffitas insectatus est, verbo, voce, spiritu, & calamo, non solùm Euangelicâ, sed vel scholasticâ concertatione perenni. Multos ex his ad Christi fidem integram profitendam adiecit, ad veritatis securioris, Pastoris æterni Christi, caulam aduocans, eorúmque fallaces imposturas, & tenebricosas ambages manifesto veritatis Catholicæ radio dissipans.

Trith. in de Scriptoribus Carm.

Trithemio teste, qui morum viri felicissimum omen, ingenij acumen, & multiplicem doctrinâ ad sidera leuat, sequentia Ioannes ad posteritatem opera dedit. Postillam in Cantica, lib I. Super Sententias, lib. IV. Determinationes in Wicleffitas, lib. I. Sermones, lib I. Quæstiones, lib. I. Compendium Originalium, lib I. In Martialis Epigrammata, lib I.

Demum felicissimus ad pacis, lucisque regionem migrat è viuis Doncastriæ inter suos, salutis datæ anno 1407. sub summo Clauium Christi hærede Gregorio XII. & Imperatore Roberto Paruo.

DE IOANNE BRAMMARTO.

CAP. CC.

Anno Christi 1407.

IOANNES BRAMMARTVS, natione Teutonicus, Aquensis patriâ, inferioris Alemanniæ Prouincialis: sæcularis diuinæque Philosophiæ diuinus indagator: in declamandis concionibus sui temporis facilè Princeps.

Magni habenda opuscula, diuinam diuini spiritus, & ingenij sui flammeam peritiam halantia, posteris obtulit, de quibus Trithemio, & Lucio testibus extant: Super Sententias, lib. IV. Sermones varij, lib. III. Quæstiones variæ, lib. II. Multa vel alia cùm scripserit, quæ nondum vidimus.

Coloniæ tandem felici morte præuentus, inter suos obiit, Lucio teste, salutis anno 1407. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1409.

Trithem. in de vir. Lucius in BB. Carm. Entengrenius. Posseu. to. 2. S. App.

DE IOANNE BACCONSTORPIO.

CAP. CCI.

Anno Christi 1409.

IOANNES BACCONSTORPIVS, natione Gallus, Parisiensis Doctor, alter à Ioanne illo Bacchondorpio, siue de Bacchone, de quo diximus, anno 1346.

Speculum Carmeli in viridario Grossi clane 2. tit. *Francigena.*

Scripsit notabiliter, Speculo Ordinis teste, super Sententias, lib. IV. In Epistolas Pauli, lib III. Lecturas super Metaphysicam, lib II. Quæstiones Ordinarias, lib. II. Quodlibeta, lib II.

Claruit apud Gallos Parisiisque: quod credimus, obiit in Christo: salutis anno 1409. sub Alexandro V. creato in Concilio Pisano, & Roberti Parui Imperio.

DE PAVLO BONETO.

CAP. CCII.

Anno Christi 1410.

PAVLVS BONETVS (*Ponetus* aliis, aliis *Venetus* sed malè, *Bonetum* enim sanius legimus in Codicibus & Catalogis Episcopi Alguerensis;) natione Gallus, patriâ Narbonensis, Lunellensis Cœnobij filius, vir religiosus, & pius, Diuini verbi declamator illustrissimus, & infatigabilis sator eiusdem: assiduus etiam librorum gloriæ suæ Heliadæ gentis versator.

Thom à Iesu in M.S. quem habemus apud nos. fa. 6. Posseu. to. 3. S. App.

Scripsit iuxta Thomam à Iesu, venustissimum Viridarium, vbi de Ortu, frugibus & floribus suæ Religiosæ Heliadum militiæ venustissimè tractat, lib. III. queis Titulus *Viridarium Mundi*. Concionum ad Populum, lib. I.

Florebat, iuxta Thomam eundem, annis Christi 1410. sub Ioanne XXII dicto XXIII. Neapolita, & Roberti Parui Imperio.

Damus etiam Carmelitam ex Catalogo Episcopi Alguerensis.

DE BENEDICTO A S. FIDE.

CAP. CCIII.

Anno Christi 1410.

BENEDICTVS à S. FIDE, natione Anglus, Conuentus Norvvici Pater: vir virtute

ANNO CHRISTI 1410.

potens, & sapientiâ clarissimus, prudentiâque venerandus. Coluit Henricum Minutillum Archiepiscopum Neopolitanum, & tandem Tusculanum Cardinalem: cuius opera, cùm summo Pontifici Bonifacio IX. de nota meliore Benedictus commendatus esset, honorificis non semel legationibus Apostolicis est functus.

Pitsæus cit. Leland. cit.

Inter hæc tandem erudita opuscula non pauca edidisse testantur clarissimi Anglicarum veritatum indagatores Pitsæus, & suus Lelandus, quorum tamen cùm nulla titulis dent, memoriam omittimus sapientioribus dandam.

Neapoli tandem fatis concessit in Christo, salutis anno 1410. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE MARCHINELO.

CAP. CCIV.

Anno Christi 1410.

IOANNES MARCHINELVS, natione Flander, Leodiensis Carmeli decorator, vir sapientissimus, & Catholicæ pietatis sectator, & defensor illustrissimus.

Posseuin. cit.

Scripsit, iuxta Posseuinum, & alios, De pugna spiritus, lib. I. Sermonum, lib. I. Quæstiones Theologicas ad omnes hominum status profuturas, lib. III.

Viuebat felicissimus in Deo annis Christi Iesu 1410. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE GROSSIO PRIORE GENERALI LATINORVM vigesimosecundo.

CAP. CCV.

Anno Christi 1412.

IOANNES GROSSIVS, *Grossus* ab aliis, natione Gallus, Tolosanus Patriâ, Boloniæ in Capitulo Generali Latinorum Generalium Generalis Prior vigesimus secundus, ritè summâ Ecclesiæ, & Ordinis pace selectus anno 1411. qui iam aliâs primò, anno 1389. ab his, qui in schismate Ecclesiæ, ex partibus erant Clementis VII Perpiniani fuerat selectus.

Vir fuit pietatis, & litterarum Lauro meritò redimitus meliori, quippe qui in functione sui commissi muneris studiosissimus fuit, augendæque Religionis Zelator ingenuus; eam enim omni regularis vitæ incremento multis modis adauxit, sapientiam extulit, & sanctitatem suorum generoso coronauit sui affectus ornatu: quas vt altioribus firmaret liminibus, tria Generalia Comitia finxit. In Balneolarum Cœnobio, anno 1416. primum: in Monte Pessulano, anno 1410. secundum; & Apamiæ, anno 1415. tertium.

ANNO CHRISTI 1413. Trithem. de vir. ill. Car. Posseuin. cit. tom. 1. & S. Angelus, & alij.

Sapientiæ suæ, inter hæc, thesauros dites non celauit: scripsit enim, Trithemio teste, & Posseuino præclarissimum opus, cui titulus, *Viridarium*, lib. III. vbi latè de Ordinis sui institutione, & progressibus agit, de viris illustribus Ordinis, lib. I. De Sanctis Ordinis Carmeli Tractatulum, libello I. Sermones, lib. I. & alia quorum auolant à nostra notitia frontes.

Boitiius in [illegible] gen. f. 349. Chronicon lib. 11. c. 18.

Tandem cùm Currum rexisset Heliæ grauissimâ dexteritate, Marianúmque Ordinem suum Cœnobiis decem erectis à se, & Prouinciis duabus auxisset, senio fessus venerando, Generalatus sui anno tertiodecimo ab electione secunda cessit officio, & illicò cessauit à vita, vt migraret ad astra, grandia virtutis, & zeli sui præmia percepturus: salutis anno 1424 iuxta Ordinis Chronicon, sub Martino dicto V. qui totam Ecclesiam Christi, in summa pace constituit; & Imperatore Sigismundo.

DE IOANNE GREESSO EPISCOPO.

CAP. CCVI.

Anno Christi 1413.

IOANNES GREESSVS, alij *Gessum* vocant, natione Anglus, Oxoniensis Doctor, cui pietas, probitas, & eruditio magnum genuêre cognomen. Episcopus fuit Lemorensis, & Watertordiensis in Hibernia.

Huius lucidissimi Pastoris labores, sub sui corporis tumulo latent, eo quod apud exteros scripserit populos (quæ causa est multas etiam, & grauissimas vetustiorum Carmelitarum lucubrationes cessisse tempori, & hominum memoriis, eò quòd scilicet, nostri in tam remotas orbis partes, ab Occiduis, in Orientales deguerint.) Itaque Greessi nostri operum tituli, & tempora latent. Memini tamen, me libellum quendam (ait Pitsæus) Manuscriptum reperisse, cui titulus *Gloria Carmelitarum*. Ex quo colligit ipse, virum floruisse salutis humanæ annis, plus minúsve 1413. Sub Pontificali summo Ioannis XXII. dicti XXIII. & Imperio Sigismundi Orientis Imperatoris.

Pitsæus cit.

DE GVILLIELMO HARSICCO.

CAP. CCVII.

Anno Christi 1413.

GVILLIELMVS HARSICCVS, (alij *Harsyck*.) natione Anglus Conuentus

Burnha

Anno Christi 1415.

Burnhamiæ filius, Cantabrigensis Doctor. Vir (vt verbis vtamur Decani Lotharingię Pitsæi) cui suo sæculo diuinum numen, & nomen ęternum, pietas, religio, & sapientia impertiêre.

Pitsæus cit. Poileu. to. 1. S. App.

Pauca è multis scripta viri reperit scitissimus scriptorum Angliæ indagator, sequentia ergo tantummodo dat: Distinctionum Theologicarum, lib. I. Disceptationes Magistrales, lib. I.

Clatuit sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE BARPTHOLOMÆO PEYRO EPISCOPO.

Cap. CCVIII.

Anno Christi 1415.

Barptholomævs Peyro aliis *Payro*, Cathalanus patria, Perpinianensis, & Cœnobij illius filius. Vir celebris Religionis, & sapientiæ lauro decorus: Elnensis Episcopus à Gregorio XII. selectus.

Perhibent scripsisse multa, sed vidimus solùm: Sermonum de Sanctis lib. I. fuit enim diuini verbi Præco celeberrimus, vt affirmant Catalogus Carmelitarum illustrium Perpiniani, & relationes primæ à Prouincia Cathaloniæ missæ.

Catal. Perpinian. Relatio à Catalonia missa, anno 1623. Marinæus Sic. de Regib. Catholicis lib. 19.

Obiit felicissimus propter verbum Dei saluris anno 1415. alij 1420. & sepultus est in sedis suæ finibus.

Huius tempore (liceat hic hæc ex optione, non omittere, ex anni conuenientia) florebat Neapoli in Cœnobio Carmeli, vt refert Lucius Marinæus Siculus, Carmelita quidam cuius nomen silentij obuoluitur vmbra, vir litteris, moribus, & spiritu Prophetico clarus, qui ad Regem Alphonsum Aragonum sic est alloquutus: *Hodie, Rex, in Hispania citeriori puer ex genere tuo ortus est, qui Maximus inter Christianos Principes nominabitur, quippequi, res magnas, sanctas & multas domi, forisque geret, quibus fidem nostram, Religionem Christi, & nomen Hispaniæ altius attollet*: Exitus rei acta probarunt, vt probarant in multis à viro isto iam antea prædictis; nam nuntium illicò Rex ab Hispania fidelissimum accepit, de felicissimo partu Reginæ vxoris; quo horoscopo insigni, eductus ad auras vitæ fuerat, in Villa nomine *Sos* Aragonum Regum, Serenissimus Princeps Ferdinandus.

Floruêre igitur vtrique hi illustres Carmelitæ, sub summo Pontifice Ioanne XXII. dicto XXIII. & Imperatore Sigismundo.

DE ROBERTO MASCALLO EPISCOPO.

Cap. CCIX.

Anno Christi 1417.

Robertvs Mascallvs, natione Anglus, Ludluiæ in Cambria natus, fidissimus fuit, & assiduus omnis virtutis & litterarum bonarum operator, Oxonij Theologiæ, & Philosophiæ lauros summas adeptus est.

Anno Christi 1417.

Propter suam eximiam doctrinã, & virtutem Regi fuit Henrico IV. charissimus, atque à Confessionum secretis. Apud Henricum V. pluris factus est item: Vtrique verò familiarissima illum sunt beneuolentia prosequuti. Prior Henricus, præterquam quod, pro sacra exomologesi vsus est eo, in grauibus etiam Regni negotiis, grauissimis legationibus ad Reges exteros amandauit: demúmque eundem ad Herefordensem Episcopatum euexit: Posterior autem, vt missos multos alios faciamus honores, anno gratiæ 1415. eum cum duobus aliis Sarisburiensi scilicet, & Bathoniensi Episcopis, ad Concilium misit Constantiense, ex Anglia, vbi & pietatis & sapientiæ suæ radios mirificè refulgere fecit, vt affirmat Harpsfeldius.

Relata è Belgica Prouincia.

Posthæc, inter multa quæ Pitsæo, & Harpsfeldio teste, lapsu periêre temporis, hæc posteris relicta cognouimus. Sermones coram Rege, lib. I. fuit enim Regius, admirabilisque diuini verbi Præco. Sermones vulgares, lib. I. De legationibus factis, lib. I. Ad Herefordienses, & Salopienses, lib. I.

Harpsfeldius hist. Anglic. sæc. 15. c. 15. de Episc. Herefordensib. Pitsæus cit. Harpsfel. sæc. 15. c. 10. Poileu. to. 3. S. App.

Ludlouiæ tandem felicem vitæ tramitem habuit, à Virgineo partu immaculatæ Mariæ Virginis anno 1417. sub summo vertice Sponsæ Christi Martino V. alias III. & Imperatore Sigismundo.

DE THOMA CRANLEYO ARCHIEPISCOPO.

Cap. CCX.

Anno Christi 1417.

Thomas Cranleyvs, natione Anglus, vir virtute, & sapientiâ grandi clarissimus. Dublinensis Archiepiscopus, ab Henrico Rege Angliæ IV. & totius illius Insulæ Prorex meritissimè electus. Multa Lelandus scripsisse testatur, at fatetur ingenuè se viri tantùm legisse, & vidisse Epistolam ad Regem auctoris simul sapientiam, ingenij subtilitatem, & laudatissimos commonstrantem mores, continentémque querelas contra Hibernenses. Bzouius, ex Pitsæo, aliam adducit centum & sex Carminum elegantissimam.

Leland. in de scrip. Angliæ.

Obiit tandem Dubliniæ Pontificatus sui vigesimo anno, & Christi Seruatoris 1417. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE STEPHANO PETRINGTONO EPISCOPO.

Cap. CCXI.

Anno Christi 1417.

Stephanvs Petringtonvs (*Petringonem* vocant inappositè alij,) natione Anglus,

Anno Christi 1417.

glus, Oxoniensis Doctor, Anglicæ Prouinciæ vigesimus tertius Prouincialis, ad annos 15. Pitsæo teste, plus mille quingentis, ipse solus, præfuit suo tempore Carmelitis. Vir sanè fuit multâ præditus Religionis pietate, & sapientiâ & vt vno, relictâ ambage verborum, referamus verbo, is fuit in quo vno vbertim ea plura claruêre, quæ in vndique integerrimo viro desiderari quiuerant.

Pitsæ. in de scriptorib. Angliæ.

Oraculum fuit habitus Londini, dum ad Londinenses verba dabat verbi æterni æternæ vitæ; eorum enim omnium animos miro spiritus sui ardore, & sapientiâ cælesti ad Christum omni modo allexit. Turmatim videres ad virum in ambone dicentem, populos ita confluentes, vt vir virum, femina feminam, infantulum infans, puerum puer, per porticus eructare Ecclesiarum, videretur. In tantum igitur eius fama, toto ab orbe diffusa breui volauit, vt notus omnibus, & magni à Principibus habitus, ad Regiam nobilium vocatus raperetur voce; Regique Henrico IV. tanti fuit, vt Reginæ ipsi, & Primogenio Regis filio, Walliæ Principi, aliisque Regalis curiæ Primariis viris, à confessionum secretis selectus æstimaretur.

Porrò vbi mox Henricus V. Regale solium anno 1414 conscendit, Stephanum suum, Oxonium Commissarium contra Lolhardos, & Vvicleffitas delegauit, quò de illorum, & aliorum erroribus inquireret, & iudicaret: hac dum legatione fungebatur Menevensis apud Demetas creatur Episcopus I. ad S. Dauidem in Vvallia: & annis pòst, Cicestriensis Præsul eligitur; at suâ primâ Sede contentus, secundæ fefellit spem, felicissimâ, vt affirmat Harpsfeldius, præuentus morte.

Harpsf. hist. Ang. sæc. 15. c. 19.

Contigit ætate ista, vt per celebre Parlamentum statutum euulgaretur, quòd nullus ante vigesimum primum annum Mendicantium cucullum Religionum indueret: id quod ferre haud sustinens Stephanus noster, ad Cantuariensem Archiepiscopum Thomam Arnudelium, de quo latè tractat Harpsfeldius, librum scripsit, in quo multis rationibus probat, liberum, sanum, & laudabile esse, cuilibet in annis discretionis constituto Religiosum statum amplecti. Ista Lelandus, Pitsæus, Trithemius, & alij.

Harpsfel. cit. c. 9.

Claruit illustrissimus iste Carmelita totus admirabilis, in Vniuersitate Oxoniensi, quo tempore Ioannes Vvicleff insolentissimus, & infernalis homo, exustus est, Ecclesiæ sententiâ, cuius, non vltimus Stephanus noster extitit Iudex & auctor.

Leland. cit. Pitsæus cit. Trith. cit.

Scripsit solertissimus Pater dicente Pitsæo & Lelando sequentia. In D. Paulum, lib. I. Sermonum de Sanctis, lib. I. De tempore sermones 72. lib. I. Super Sententias, lib. IV. De Sacerdotali functione, lib. I. Quæstiones Ordinarias, lib. I. Determinationes, lib. I. Collectaneorum, lib. I. Repertorium argumentorum, lib. I. Contra statutum Parlamenti, lib. I. Contra Vvicleffitas, lib. I. Contra Lolhardos, lib. I. Contra Nicolaum Herfordum, lib. I. Lectiones notabiles super Sacram Bibliam, lib. I. Epistolarum ad diuersos, lib. I. Super Eclogas Theodoli, lib. I. In Fabellas Æsopi, lib. I. & alia quædam.

Pitsæus cit. & Lelandus cit.

Vide Pitsæi de Menebensibus Episc. libr. si Typis morte auctoris vulgatum habueris.

Londini tandem ad supera nitido potiturus exultat Olympo, salutis anno 1417. Sub summo Principe Clauium Apostolicarum Martino V. & Sigismundo Imperatore.

Anno Christi 1418.

DE STEPHANO ANGLO.

Cap. CCXII.

Anno Christi 1417.

STEPHANVS ANGLVS cognomento, natione Anglus, Oxoniensis patriâ, in diuinis vir litteris, & Philosophicis eruditissimus, vitâ compositus, & eloquio purus, ingenio præstans, & genio summus.

Scripsit Lucio teste, in lib. Sententiarum, lib. IV. & alia plura vulgasse Lucius idem affirmat; nos tamen præter dicta nihil aliud de scriptis eius inuenimus: nisi sit Stephanus iste, Anglicus ille Stephanus, Parisiensium decus, quod probauerimus, de quo Bergomensis affirmat, Parisiis sacræ Scripturæ publicum fuisse Professorem, & scripsisse in quinque libros Mosis, lib. V. in Iosuë, lib. I. In Iudices, lib. I. In libros Regum, lib. IV. Super 12. Prophetas minores lib. XII. & alia plura, Posseuinus addit ex Trithemio scripsisse item contra Lolhardos lib. I. Contra Wiclephitas lib. I. Sermonum lib. II. Quæstiones varias lib. I. Repertorium argumentorum suorum lib. I. & præter prædictos libros lecturas alias in Biblia Sacra. Iacobus Seruita addit, de functione sacerdotali lib. I. Contra Nicolaum Herelorde, lib. I. In Eclog. Theoduli lib. I. In Æsopi fabulas lib. I.

Lucius in Bibliotheca Carm.

Philipp. Bergom. lib. 10. suppiem. Posseu. to. 3. S. App.

Ponit illum Bergomensis anno vitæ per Christum, 1199. Nos verò, quidquid sit de viris, siue viro, nostrum floruisse Oxoniæ asseueramus, anno Verbi Incarnati 1417. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Iacob. de pleb. in indice Carm.

Sunt qui crediderint, hunc eundem esse cum Stephano Petringtono, sed toto sanè aberrant cælo, duos in vnum confundentes, eo quòd similibus titulis opera nonnulla litteraria nauarint, tempore penè eodem, quasi si id sit nimis nouum, aut mirum valdè, & infrequens inter litterarum studiosos, & sapientes. Cedant ij oportet Pitsæi sententiæ Anglicæ gloriæ indagatoris strenuissimi certè.

DE THOMA PEVERELLO EPISCOPO.

CAP. CCXIII.

Anno Christi 1418.

THOMAS PEVERELLVS (*Peberolus* aliis impropriùs) natione Anglus, patriâ Suffolcensis, Oxoniensis Doctor, probitate celebris, & eruditione singularis vir: maximi ob eas à Primoribus habitus Regni, & Orbis. Tres, Lelando teste, successu temporis Episcopatus habuit; nam Richardus II. dum vice secundâ

Pitsæus, & Lelandus.

Relatæ Belgica.

ANNO CHRISTI 1418.

Hiberniæ expeditionem, anno 1398. ageret, Ostiensi illum donauit Episcopio: anno sequéti, Bonifacio IX. Pontifice O.M. annuente, Landauenti in Cambria Insulâ Episcopali decoratus est: Tandem anno 1417. ab Henrico IV. Angliæ Rege, sub XII. Gregorio ad Vbigormiensem Ecclesiam erigitur.

Scripsit diutino vitæ exemplo, & religione semper excelsus, præclara hæc, teste Pitsæo, volumina. Sermones solemnes, lib. I. Ordinationes sui Cleri, lib. I. Quæstiones Theologiæ, lib. I. & alia.

Vide Pitsæũ in Catalogo de Episcop. Vbigormiẽsibus. Posseu. to. 3. S. App.

Vbigormiæ tandem felicissimus obiens in Christo suæ Cathedralis conditur humô, salutis anno 1418. sub summæ pietis Ecclesiæ auctore summo, & Pontifice O.M. Martino III. dicto V. & Imperatore Sigismundo.

DE IOANNE VVANYFFLETO.

CAP. CCXIV.

Anno Christi 1418.

IOANNES WANYFFLETVS, natione Anglus, Cantabrigensis Doctor, & Lincolnensis Carmeli filius, qui solidissima consequutus omnigenæ virtutis, & litteraturæ fundamenta, clarus enituit orbi. Sacri Euangelici Numinis fuit declamator dexterrimus, industriusque fidei mysteriorum, Lelando teste, scrutator.

Leland. cit. à Pitsæo. Posseu. to. 2. S. App.

Locupletissima Patris testimonia perhibent opera eius, in Bibliothecis illustrioribus reposita. Extant enim Commentariorum in Sacram Scripturam, libri plures. Determinationum Logicalium, lib I. & alia non pauca, testibus eisdem.

Claruit ab ortu Christi Iesu, anno 1418. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MICHAELE HERBRANDTO.

CAP. CCXV.

Anno Christi 1418.

MICHAEL HERBRANDTVS de Duren (non *Hiltbrandus*; is enim Carmelita non fuit vt malè quidam auspicatùs est auctor, sine iure nostris Hiltbrandum adscribens) natione Teutonus Moguntiæ Prior Curtcennacensis, vir sapientissimus, & qui apud omnes clarissimo nomine gauisus, & decoratus est. Tanti à Ioanne Spanhemensi Comite vltimo habitus, vt quicquid Michaël vellet, generosa manu suâ confestim erogaretur Cœnobio.

Diuini dimnus fuit concionator verbi quippe religione clarus, & doctrinâ præstans sequentia venturis æuis opuscula porrigere valuit: de tempore Sermones, lib. I. de Sãctis, lib. I. Collationes Synodales multas, & varias, lib. pluribus: & alia.

Trithem. de scrip. & vitis illustr. Petr. Lucius in BB Carm.

Claruit sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1420.

DE CONRADO TREMONIO.

CAP. CCXVI.

Anno Christi 1419.

CONRADVS TREMONIVS, cuius Regnum, & patriam inuenimus in nullo adhuc, Carmelitam fuisse insigni virtute, & clarâ insignem sapientiâ Thomas à Iesu nobis dat: scripsisseque grandi quâ pollebat ingenij dexterâ manu, sui Ordinis virorum illustrium Catalogum, lib. I. Sixtus & Posseuinus affirmant.

Thom à Iesu in C. M. S. de viris Carm. Sixtus in BB. Sacra. Posseuin. in Apparatu.

Floruit annis gratiæ, 1419. Sub Martino V. Pontifice O.M. & Imperatore Sigismundo.

DE HIERONYMO OCHONO EPISCOPO.

CAP. CCXVII.

Anno Christi 1420.

HIERONYMVS OCHONVS, siue de Ochon, natione Cathalanus; Cœnobij illustrissimi Perpinianensis filius: à sacra primùm exomologesi Eminẽtissimo Cardinali D.D. Petro à Luna, tum Elnensis propter admirandæ virtutis, & sapientiæ pignora clara Episcopus electus est (vt Elnenses Catalogi Episcopilogici testantur & Relationes à Cathaloniæ Prouincia missæ,) ex Carmelitis assumptus.

Episcopilogium Elnense. Relation. missæ à Prouincia Cathaloniæ à R.P. Onofrio Scolan. ann. 1633.

Scripsisse habemus in lib. Machabæorum & & vidimus opus elegantissimum, lib. I. è quo constat, vt ex Cathalogo Elnæ floruisse annis Christi 1420 Sub Martino III. dicto V. & Sigismundo Imperatore.

Catalogus Episcopi Alguerensis.

DE HVGONE CARMELITA EPISCOPO.

CAP. CCXVIII.

Anno Christi 1420.

HVGO cognomento CARMELITA, quem Philippus à S. Iacobo inter insignes Ordinis Episcopos accenset; Sed is nomen, vti & Patriam, & Regnum obticet; Galliæ tamen Episcopum egisse non dubitamus.

Phil. pp. Santiago. in Catalogo illustr. Carm.

Doctor fuit Parisiensis, quique nomine clarissimo, & pietatis, & sapientiæ plura in scriptis posteris dedit. Inter quæ tantum vidimus in Sententias, lib. IV. Quodliberorum, lib. I. Decretorum, lib. I. & alia acutissimi ingenij sui celso splendore radiantia.

Claruit sub prædictis Põtifice, & Imperatore.

Anno Christi 1420.

DE DAVIDE KIRBVRRIO EPISCOPO.

Cap. CCXIX.

Anno Christi 1420.

DAVID KIRBVRRIVS, natione Anglus, vir virtute clarus, & in Theologiæ cognitione dexterà lauro notatus, Mitræ eruditionis suæ, & religiosi nominis prætextu, ad Dormorentem est Episcopatum adscitus, teste Lelando, & Pitsæo: qui scripsisse quædam affirmant, etsi eorum titulos non ostendant.

Leland à Pitsæo. cit.

Ludloæ demum felicissimus fatis concessit, salutis anno 1428. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ADAMO HEMLINGTONO.

Cap. CCXX.

Anno Christi 1420.

ADAMVS HEMLINGTONVS, natione Anglus, patria Norfolcensis, Oxoniensis Doctor ingenuus, vir dexterà virtute signatissimus.

Scripsit plura e qu bus Pitsæus, & Lelandus sequentia titulis ornant: Concionum, lib. I. Quæstiones, lib. I. De actu Pa[r] sienti, lib I.

Leland. à Pitsæo. cit. Posseu. to. 1. S[ixt]. Lipp. in appendice.

Norvvici exuuia terrea reliquit annis Christi nati 1420. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALANO A LIMNA.

Cap. CCXXI.

Anno Christi 1420.

ALANVS à LIMNA siue *Lynna*, natione Anglus, patriâ Linnensis, in Norfolcia; eiusdem filius & postea Pastor Cœnobij ad annos plures. Cantabrigensis fuit Doctor, Philosophus, & Theologus illustris.

Vir certè mirè industrius, nullôque fatigabilis labore: qui sacras omnes scripturas sedulus peruoluere non cessauit. Subtiliter docendo, disputando dilucidè, concionando eruditè, & sapienter scribendo, ingenter Carmeli gloriam adauxit.

Herculeo, (sic fatnur) labore, teste Sixto, Pitsæo, Lucio, & aliis, scripsit: Eludicarium sacræ Scripturæ, lib. I. Moralia Bibliorum, lib. I. De vario Scripturæ sensu, lib I. Sermones notabiles, lib. I. Prælectiones Theologicas, lib. I. Elucidationes Aristotelicas, lib. I. & alia multa. Præter quæ in omnes etiam sequentes auctores indices composuit In Reductorium Bibliorum. In antiquitates Iosephi: In S. Hieronymum super Iosuë: In quæstiones S. Augustini. In homilias S. Basilij In Moralia S. Gregorij In eundem super Ezechielem. In homilias eiusdem. In Richardum super Threnos. In eundem de somnio Nabuchodonosoris. In eundem super Psalmos. In eundem de 12. Patriarchis In S. Bernardum super Cantica, & *Missus est*. In tria oscula eiusdem. In Threnos Lotherij, in Gorhamum super Matthæum, & Lucam. In Costatim super Apocalypsim. In Dialogum S. Augustini. In Cantica Mecham. In Miracula S. Mariæ. In Mariale maius. & in Mariale minus. In stimulum amoris. In reuelationes S Brigittæ. In Prophetias eiusdem in homilias Alcuini. In Petrum de Aurora. In Gerardum Laodicensem In officium Ioannis Belleth. In Hugonem Victorinum. In Compendium Theologiæ. In opus de scriptoribus Britanniæ In Petrum Blesensem. In sermones Gilberti In sermones Parisiensis. In S. Thomam Aquinatem de perfectione. In sententias eiusdem In Scoti sententias. Et in sententias Bacchondorpij. In Ægidium, de Regimine Principum. In sermones Losani. In Quadragesimale Voraginis. In sermones Antiquorum. In sermones proprios In Conflictum Vitiorum. In proprietates Bartholomæi. In historiam Lombardicam. In Eusebium. In D. Ambrosium. In Rabbanum Maurum. In DD. Chrysostomum, & Cyrillum. In Ioannem Cassianum. In S. Ioannem Damascenum In S. Remigium. In Bedam venerabilem In Haymonem & Cassiodorum. In S. Anselmum. In Berchorum, & alios.

Sixtus BB. sacra. Pitsæ. cit. Lucius in BB. Carm. Et vide Bzouium cit. tom. 15. ann. 1412.

Posseu. to. 1.

E quibus facillimo negotio deduces, quàm fuerit prolixus in euoluendis Doctorum libris, quàmque varia doctrinarum merce fuerit refertus. Hæc omnia, vt est testis Pitsæus, & plurima alia viri scripta manu auctoris ipsa perenni curà seruabantur in Angliæ Bibliothecis Carmelæis, præsertim in insigni illa Norvvicensium Carmelitarum toto Regno celebriori, ditiorique.

Pitsæus cit.

Linnæ tandem celebris iste Pater spiritum hausit salutis à Christo, annis 1420. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Hunc Bzouius primas tulisse refert, ex iis qui inter Carmelitas & alios Ordinis varij Wiclefsianos errores certaminibus sapientiæ surrexerunt extirpare & comprimere.

Bzouius to. 15. Annal. post Baron. ad an. 1412.

DE ROBERTO A ROSSE.

Cap. CCXXII.

Anno Christi 1420.

ROBERTVS ROSSÆ, *Rosseum* illum Sixtus agnominat, natione Anglus, vir spiritu candidus, nitidus sermone, & eruditione grandi, prælocuples. Cuius illustrissimam mentionem reddit Harpsfeldius, qui vbi sæculi quindecim viros, ex variis Ordinibus Angliæ sapientia, & spiritu famosiores adnumerauit aliquos, de nostro & nostris sic fatur encomiasticè: *Sed cæteros omnes in hac litteraria Palestra, & scriptionis laude Carmelitæ, vt & alijs sæculis, superant*: & aliquorum nomina dans, primum omnium inter famosiores Robertum

Sixt. in BB. sacra lib. 4.

Harpsf. hist. Anglic. sæc. 15. fol. 640.

nostrum

ANNO CHRISTI 1420.

nostrum adnumerat, cum Ioanne Torpo, siue Torpeo, Henrico Wichinghamo, Ioanne Keningalo, Guillielmo Bintræo, Roberto Ballo, Alano à Limna, Ioanne Bostonio qui missus est (ait) ad Concilium Senense, sub Martino V. Ioanne Barninghamo, & Nicolao Kentono Carmelitis insignibus.

Lucius cit.

Multa Robertum composuisse ferunt scriptores, è quibus titulis signat Lucius: In sex vel octo Sacræ paginæ libros Commentaria eruditissima, lib. VIII. & Sixtus ait scripsisse in Genesim, Exodum, Leuiticum, & Ecclesiasticum, Scholasticam Postillam.

Sixtus cit. Posseu. to. 3. S. App.

Clarebat felicissimus clarâque religione probatus, Annis Christi 1420. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE TACESPHALO.

CAP. CCXXIII.

Anno Christi 1420.

IOANNES TACESPHALVS, natione Anglus, prope Norvvicum in Anglia satus; Oxoniensis Cœnobij Professus, & filius, & Pater. Oxoniensis Doctor: pietate vir, & Religione nobilissimus, qui humanam litteraturam, vniuersámque sacram humanámve scientiam mirificè adeptus est. Enituit in omnibus celeberrimus, velut inter ignes luna minores, & quasi Sol refulgens, sic item iste effulsit in templo Dei. Wicleffitarum fuit constantissimus osor, eorum errorum omnium profligator viuidissimus, flammeus gladius inter eos, eorúmque putida dogmata domans, quo tempore calamo, & spiritu oris sui, eos interficere agebat acerrimus ille, & nunquam satis gloriosè memorandus Wicleffitarum, Hussitarum, Lolhardorum, & aliorum huius fœtidæ farinæ malleus, & antagonista Vvaldensis noster Thomas, qui nondum prælo, siue vniuerso scripto communi, lucidissimas suas vulgarat lucubrationes, toti Ecclesiæ illuminaturas.

Igitur Romam mittitur Tacesphalus noster, vt Martini Papæ V. Benedictionem, & approbationem Apostolicam amplissimam exhibeat clarissimis luminibus Vvaldensis ingenij, & facibus spiritus sui. Quâ iam re absoluta, Lucio teste, in Vrbe ad supera Tacesphalus migrat. (Cùm lucubrationum suarum gazâ nobili posteritatem ditatam reliquisset, Pitsæo teste, maximè Commentariis in Apocalypsim, lib. II. Sermonibus de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. quibus acerrimos in hos dirissimè iuratos Ecclesiæ inuehebat hostes, super Sententias, lib. IV. & aliis.) Salutis anno plus minúsve, 1420 Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius & Trithem. cit. Pitsæus.

ANNO CHRISTI 1424.

DE BERTRAMO FIZALAMO.

CAP. CCXXIV.

Anno Christi 1424.

BERTRAMVS FIZALAMVS, id est, Alami filius, Anglus natione, Lincolniæ ex illustrissimo Anglorum sanguine cretus, eiusdem Cœnobij filius, vbi & Religione, & sapientiâ præclarus factus est vir.

Pitsæus de vir. il. Angliæ.

Præter Bibliothecam insigné, quam suo, amicorúmque ære erexisse, struxisséque à liminibus, ad vsque maceriem perhibent: pietatis etiam, & eruditionis suæ monumenta hæc, inter aliorum innumera alia, posteris profutura reliquit: Quæstionum Theologicarum, lib. I. Super IV. lib. Sententiarum, lib IV. Concionum ad populum, lib. I. Selecta quædam ex variis auctoribus, lib. I. & plurima alia, quæ in Collegio Ballio feruntur, teste Pitsæo.

Tandem, post felicia opera multa patrata, felicissimus Lincolniæ quieuit in Christo, ibidémque sepultus adest. Sub summo Ecclesiæ Apostolico Capitaneo, Eugenio IV. & Imperatore Occiduo Sigismundo

DE BARPTHOLEMÆO RACCOLIO PRIORE GENERALI

Latinorum vigesimotertio.

CAP. CCXXV.

Anno Christi 1425.

BARPTHOLEMÆVS RACCOLIVS, siue *Roquacallius*, nobilis filius Comitis Roquacallij, vigesimus tertius inter Latinos Carmelitarum Generalis Prior, in Conuentu Nautenensi Briticæ Prouinciæ, salutis anno 1425. selectus. Tantâ excelluit altissimus iste Ordinis supremus Apex excellentiâ virtutum, benignitate in suos, rarâ prouidentiâ, & propagandæ Religionis Helladæ zelo, vt breui quatuor enim tantummodo annis, admirandi currus Heliæ rexit habenas: si quid fors, transactum schisma in Religione dissoluere potuisset, ad perfectiorem religiosi decoré status reduxerit, solidissimeque vniuersum religionis nostræ obfirmauerit opus.

Fuit item clarâ notus, Magister iste Generalis sapientiâ, & summo litteratum vertice clarus, adeò vt illum Massiliensi insulâ dignum Episcopali, Martinus V. Pontifex O. M. censuerit, & honorârit.

Ab vniuersa ingenij sui trutina, sequentia promens in æuos opera, Posseuino, & Lucio restibus, clarissimus orbi notefactus est vniuerso: Super Sententias, lib. IV. Concionum ad Clerum, lib. I. & alia.

Posseuin. in app. ad apud dicem. Luc. in lib. 2 in compendio Posseuin cit. Ex Claud. Rob. in sua Gallia... cum mod...

Tandem sedecim annis post Episcopalis susceptæ dignitatis, Apostolicam functionem, clarus in ea migrauit ad astra, salutis anno 1445. & in Sede sua sepultus est, sub summo vertice Ecclesiæ Dei Eugenio IV. & Imperio Alberti II. iuxta computa Claudij.

EPITA

Anno Christi 1426.

Anno Christi 1428.

EPITAPHIUM RACCOLO.

Ante oculos saxum Doctorem deprimit ingens,
Cuius ad interitum sacra Minerua gemit.
Siste gradum lector: fuluo dabis oscula saxo,
Raccolij Corpus hac tenet vrna Patris.
Maßilia heu! plora, mæstisque incede lacertis,
Hic perit in toto quod volat orbe decus.

DE IOANNE BARATTO.

CAP. CCXXVI.

Anno Christi 1426.

IOANNES BARATTVS, non *Beretus* vt alij: natione Hannonius, Valencenensis Cœnobij, totius imò Carmeli lumen: Parisiensis Doctor, quem

Illa caput regni Phœbique Lutetia nutrix

summis honoribus auxit.

Scripsisse habemus, ex Tigurina Bibliotheca: De reuelatione diuinorum, lib. I. In Sententias, lib. IV. Determinationum Theologiæ, lib. I. Quæstionum communium, de sui temporis malis, lib. I Collationes Synodicas, lib.. & alia, ab ipsa Tigurina recensita, sed nondum titulis nota.

Biblioth. Tigurin.

Claruit ab Orbe de Tartaro erepto, annis 1426. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE HAINCTONO.

CAP. CCXXVII.

Anno Christi 1428.

IOANNES HAINCTONVS, natione Anglus Lincolniensis patriâ, ibidémque suæ gentis Prior electus, & publicus Philosophiæ interpres, qui multos, hosque insignes discipulos habuit, teste Lelando, sui sæculi inter eruditissimos facilè Princeps, & inter virtute notos, facilè Dux, & antesignanus. Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ peritissimus. Sacræ paginæ facillimus indagator & sacrorum Patrum peruolutor assiduus.

Lelan. cit. à Pitsæo cit.

Scripsit, Sixto teste, Adnotationes in Matthæû, lib. I. In S Lucam, lib. I. & S. Ioannem, lib. I. In Epist. ad Corinthios, lib. I I In ad Hebræos, lib. I. In Canonicam S. Ioannis, lib. I. In eandem adnotationes, lib. I. In Apocalypsim lectiones 46. lib. I. Sermon de tempore, lib. I. de Sanctis, lib. I. Summam de virtutibus, lib. I. Quæstiones Theologicas, lib. I. Collectanea quædam lib. I. In Vesperis Gualterij Hunti, lib. I. & alia multa, quæ olim in Bibliothecis Anglicis inueniebantur, pretio seruata grandi.

Sixtus Sen. in BB. Sacra.

Tandem Lincolniæ moritur, ibidémque sepultus est inter suos, salutis anno 1428. Sub Eugenio I V. P. O. M. & Imperatore Sigismundo.

Abstulit vna dies xxx decus: vtaque luctu
Conticuit sacra tristis facundia lingua.

Cornelij Seueri accommodû viro.

DE THOMA CONNECTA.

CAP. CCXXVIII.

Anno Christi 1428.

THOMAS CONNECTA natione Britonus, patriâ Cameracensis, Sacræ Paginæ tam scitissimus euolutor, vt assidua illius meditatione, & lectione diuturna pectus suum Bibliothecam fecerit Christi. Supremi fuit Iudicis in vitæ verbo fidissima, & lucidissima fax, zelo feruidus diuino, & cælesti munitissimus sapientiâ: post quem concionantem turmatim Cameracenses, Tornacenses, Atrebatenses, Samarobrigenses, Tarbanenses, Pontacenses, & alij innumeri populi, imò totus penè orbis abibat, quia virtus de ore viri exibat, quâ sanabat incurabiles animæ morbos, in gratiæ, & sapientiæ virtute, à superis data.

Ex Relationibus Tusciæ.

Incredibile est, quàm numerosi hominum, mulierum, & puerorum exercitus ab ore pendentes eius, ad eum accurrerent, ita vt sæpius in vna adnumerarentur concione, vt Bzouius affirmat ad sexdecim aut viginti millia hominum. Concionaturus fune per medium tenso, viros à mulieribus dispescebat. In Sacerdotum impudicitiam, & auaritiam vehementer inuehebat, & tanto diuini zelo ardebat honoris, vt nunquam desisteret reprehendere plura, quæ nunc vix culpabilia censerentur. Tam grauissimè in velamina quædam feminarum verbo irruebat, quæ turrita eo tempore ad capita gestabantur, vt in tanto audientium numero ne vna quidem ad eum modum ornata conuenire ad conciones auderet: Incitabat pueros, vt illa à capitibus detraherent, & conuitiis feminas incesserent, nisi muliebre immundum illud auferrent. Aliquorum quondam in se odium concitauit, & Christi imitatus exemplum, aliò declinans, metuendas imò fugiendas malorum pensitauit insidias: sicque nauigium conscendens, ex portu Walerici Fani, in Britanniam, vnde venerat, facessiuit.

Bzouius Annal. tom. 15. infra citand.

Hęc fusiùs Engeran. qui postea miserabili sorte igne virû in accesa domo concrematû memorat sed falsus est in viro Carmelita: quê post multos ad pristinam animæ salutem restitutos post plura

Engeranus cit. à Bzouio.

ANNO CHRISTI 1428

Maieru: lib. 16. annal. Brouius to. 15. annal. ad ann. 1428. n. 21.

sacræ exempla vitæ exhibita orbi: post multos conscriptos libros, concionantem vidisses grandi coram populo Christi & ex spiritus feruore animam exhalasse in ipso templi Romani suggestu inter lucTuosas deuoti populi voces, clamantis: *Pater, Pater*, & inter eiulatus incerto veluti halitu sensus: *heu! heu! defecit populo vox Dei: Quid de Regno? Quid de nobis? Quid de nobis? Quid de Regno? va terra! va terra!* Contigit casus Maiero, & Bzouio testibus salutis anno 1428. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Damus virum Carmelitam ex Catalogis sæpe datis, & vnâ Religionis voce communi.

DE IOANNE BESTONO.

CAP. CCXXIX.

Anno Christi 1428.

IOANNES BESTONVS, vel *Bastonus*, natione Anglus, Linnensis Cœnobij filius, quem pietas, ingenium [illegible] celebrem fecère nomine [illegible] Dei ut fuit vehementer, per [illegible] ne Euangelium Christi [illegible] Linna, quod quadruplicē Sacræ [illegible] um semper loco cuilibet exhibuerit. Lela[illegible] lenam Doctoris Lauream Cantabrigiæ, & Parisiis accepisse, & vtrobique publicum Theologiæ Sanctæ fuisse professorem emeritum. Thomas noster Waldensis ait, missum fuisse Bastonum ad Senense Concilium, sub Martino V. anno 1424. congregatum, vt Oratoris munus ageret, quam laudabilissimè legationem obiuit.

Alanus à Linna.

Leland. cit. à Putæ.

Tho. Vvald. in epistolis.

Iacob. à Plebe & Lucius cit.

Porrò Iacobus à Plebe, & Lucius affirmant, scripta sequentia dedisse posteritati. Lecturas sacræ Scripturæ, lib. I. Sermonum, in Euangelia, lib. I. Sermonum in Epistolas D. Pauli, lib. I. Quæstiones ordinarias, lib. I. Super vniuersalibus Holchoti, lib. I. Rudimenta Logicæ, lib. I. Epistolarum ad diuersos, lib. II. & alia quædam.

Linnæ tandem felicissimè obiit ab Adami lapsu felicissimè à Christo deleto, anno 1428. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE NICOLAO DORHINO.

CAP. CCXXX.

Anno Christi 1429.

NICOLAVS DORHINVS, alij *Durhinum*; *Dormeh, Dorham*, siue *Durham* nonnulli, natione Anglus; Oxoniæ Doctor, in cuius insigni Lyceo celebrem famam docendo, & disputando comparatat.

Viuacissimi ingenij sui Officinam ditem, in quibusdam opusculis notefecit: è quibus extant: In Sententias, lib. IV. Determinationes quæstionum, lib. II. Tabula Originalium. Alia insuper dedisse posteris perhibetur, quæ Trithemio teste confecerat Oxonij. Contra Wicleffi hæreses interea lib. I.

ANNO CHRISTI 1429.

Trithemius & Lucius citat. Possen. to. 2. S. App.

Claruisse pater annis Christi 1429. sub Eugenio IV. Pontifice O. M. & Imperio Sigismundi.

Ad annum eum aduocat 1350. Sed per errorem, Pisanus Index.

Pisan. Ind.

DE IOANNE BATTO.

CAP. CCXXXI.

Anno Christi 1429.

IOANNES BATTVS, *Butium* alij, *Batte Posseuinus*; natione Anglus, apud Transarbinos ortus, Eboracensis Cœnobij filius, vir, Lelando teste, pius, prudens, & eruditus, Græcis, & Latinis litteris instructissimus. Oxoniæ Doctor, & Professor publicus S. Theologiæ.

Poss. to. 2. S. App.

Leland. cit.

Scripsit insignes multos, insignis suæ doctrinæ, libros, teste Lelando, Iacobo à Plebe, Einsengrenio, Lucio, & Pitsæo, quorum hæc nota, apud citatos auctores clara præfigitur: Theologiæ encomium, *Theosophia*, dicit Eisengrenius, lib. I. Determinationes, lib. I. Replicationes argumentorum, lib. I. De Assumptione B. Virginis Mariæ, lib. I. Sermon. per annum, lib. I. Collationes Synodales, lib. I. Ad Clerum Oxoniensem, lib. I. Compendium Logicæ, lib. I. Super Porphyrij Vniuersalia, lib. I. Super Aristotelis Prædicamenta, lib. III. In sex Porretani principia, lib. I. De constructione partium orationis, lib. I. & alia multa.

Lelandus. Plebe in indi. Carm. Eisengrenius, Lucius & Pitsæus sæpe citati.

Obiit Eboraci felicissimâ morte acceptus à Deo, à partu Virgineo anno 1429. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE BESSARIONE.

CAP. CCXXXII.

Anno Christi 1430.

BESSARION, Græcum natione credimus Trapezuntinum. Sed inter Latinos florentem à iuuenili spectamus virore floridæ vitæ suæ; Clarissimâ vir fuit candidatus sapientiæ, & virtutis auctoritate, quique, vt Iouius scribit, in celeberrimo gentium omnium Concilio, quo Florentiæ disceptantibus Græcis, & Latinis, præsidenteque Eugenio IV. Pontifice O. M. mirificè enitens Senatorij Ordinis ornamenta prometuit, & in sacra purpura cum Isidoro alio Thessalonicensi Archiepiscopo conspectatus.

Petrus Longius in Breu. suo Chronol. sub anno 1438. Paulus Iouius in Elogiis virorum Doctorum.

In Bessarione (Iouius elogizat) virtutes omnes vsque adeò, præcellenti temperamento.

conccn

Anno Christi 1430.

concentúque ad admirationem responderunt, vt nemo eo Christiana probitate spectatior, nemo admirabilior doctrinâ, & nemo denique generosis moribus ornatior, atque splendidior hoc ipso, à morte eius sexaginta annorum curriculo in Senatu conspectus sit. Vsque adeò, extra inuidiam, gloriosa sui famâ fruebatur, vt Eugenius, Nicolaus, & Pius eum sibi successorem, si fas esset, adoptare percuperent: neque (optimè de Republica merito) Senatorum studia defuère. Diu, multúmque in Concilio elaborauit in vnam coadunare Græcam, & Latinam Ecclesiam. Post alia, eodem Iouio teste, cum Legationis honore, illum ablegauit in Gallos: legatione factâ è Gallia rediens, post multa Sanctitatis opera data, scriptos libros cótra Episcopum Ephesi, (de quibus & aliis vide Posseuinum tom 1. & in appendice Catalogorum, Codicum Græcorum Manuscriptorum, quæ est in fine vniuersi Apparatus Sacri: cùm & in Collegio Græcorum Romæ extet Bessarionis ad Alexium Lascarim de Processione Spiritus sancti libellus; & refutatio Epistolæ Marci Ephesij missæ ad Orientales Græcè Manuscript. & in Vaticana Bibliotheca Manuscriptus codex Physicarum demonstrationum de Deo, ad Gemistum,) vnioni Ecclesiarum obsistentem, concepto morbo substitit Rauennæ, & septuagesimo septimo floridissimæ senectæ suæ anno, moritur ibidem.

Funus autem Romæ celebratum est in templo Apostolorum, vbi marmoreum tumulum sibi viuens cum hac Græca inscriptione (Græco & Latino ipse sermone peritissimus) extruxerat, quam sic Maioranus Salentinus à Iouio datus, vertit:

Maioranus Salentinus.

Bessarion feci hunc tumulum, qui conderet ossa,
Venerat vnde olim, spiritus astra petet.

Floruisse constat sub Eugenio IV. Veneto, à quo ex Archiepiscopo Niceno creatus est S.R.E. Cardinalis, salutis, & vniuersæ pacis à Christo annis 1430. & Imperatore Sigismundo.

Porrò & Carmelitam Occidentalem egisse etsi ipse in Eois auroris fuerit educatus, nobis apertissimè probatur; Ex relatione missa ab Italiæ Prouincia, & picturis antiquissimis, virum Heliadum habitu dantibus indutú: id quod vel etiam Iouius comprobat, etsi non littera, pictura viri Helianum indumentú præferentis: in quibus exprimendis pertinax multorum annorum studium, sumptuosámque curiositatem posuisse se Iouius fatetur, propriis is figuris, & faciebus, & ornamentis toto terrarum perquisitis orbe. In eius encomium sequentia ex Iano Vitali, & Latomo Iouius Carmina in elogio posuit:

Relationes Italicæ.

Iouius in Musæi Iouiani descriptione ad finem.

Ianus Vitalis Latomus.

Non tibi sit laudi sanctum celebrasse Platonem,
Castáque Socratica frena pudicitia.
Non quod virtutum exemplum, quòd lumen honoris,
Quòd Sol extincta religionis eras:
Verum quòd per te migrauit Græcia Romam:
Et didicit Latios Attica Musa sonos.
Per te hinc Romanas miratur Thybris Athenas
Argolicam & Romam Græcia BESSARION.
Qui si Romanas esses moderatus habenas
Sortitus nostrum post sua fata Pium
Sæcula vidissent, summum par illa virorum,
Quale nec vlla prius hora, vel ora tulit.

Latomus à Iouio datus

Fuit Bessarion iste, teste Episcopo Pompelonensi, perpetuus Pompeiopolitani Episcopatus Administrator à Calixto III. constitutus, & à Pio II. confirmatus & floruit: vsque ad Federicum Imperatorem cùm extremum egerit diem sub Sixto IV. salutis anno 1473. Legatum in Galliis Apostolicum agens:

D. Prud. à Sandoual. in Catalog. Episc. Pompelon. sub Episcopo quinquagesimo.

Damus item Carmelitam ex Catalogo virorum Carmeli illustrium Episcopi Alguerensis, qui pro nobis, & nostro Bessarione adducit Chronicon Ordinis vetustum Ægidij Fabri Car. Brabantini: cui nos addimus Catalogum etiam de viris illustribus Petri Garnengij Britonis quem apud nos habemus satis vetusto cusum charactere anno 1501.

Scimus fuisse Bessarionem alium Sanctum de quo meminit Romanum Martyrologium 17. Iunij, cuius Anachoritica acta Græci in suo Menologio breui compendio recensent: & est frequens mentio eiusdem vt & disciplinæ in Vitaspatrum: identidem in Phrygia floruisse censendum inter Carmelitas adnumeratum.

ANNO CHRISTI 1430.

DE V. THOMA VVALDENSI.

CAP. CCXXXIII.

Anno Christi 1430.

Harpsfeld. de reb. Angliæ sec. 15. c. 17. & in hist. Vvicleph. c. 15. Sixt. Senen. lib. 4. BB. sacræ Pitseus cit.

V. THOMAS WALDENSIS cognomēto in vita *Gaiden* ex parte vocatus, *Netterum* illum Harpsfeldius & *Vvaldenum* appellat, eo quod ex nobilissimo Netterorum in Anglia sanguine fuerit satus in oppido Walden in Essexia ex quo illū Sixtus agnominat *Vvalden*; Ioannem Netterū & Matthildem habuit Parentes, Pitsæo teste.

Tenellus satis adolescentulus horoscopo natus felicissimo Londini Carmelæam Mariæ Virginis Religionem amplexatus est Infuit illi vel ab vnguiculis ad virtutē, & litteras deditissima, præclara & auidissima indoles; eapropter Prouinciæ Patres solicitè illum ad omnis perfectionis, & sapientiæ arcem capessendam applicuēre. Sublimes igitur, Oxoniam vbi caperet Musas, mittitur, vnanimi voce: has ergo adeò viuaciter, & velociter excoluit, & plenissimis imbibit labris, vt neruosam industriam ingenij acumini sui adnectens, absoluto dicendi cursu, docendi illico potestatem fuerit adeptus. & tam in Philosophicis, quàm in Theologicis facultatibus insigne Magisterium communi Senatus Academici voce, ingenti inter omnes acceperit decore & honore.

§. I.

CElebris nos cogit tanti viri singularis virtus & doctrina, ne breui illam perstrictam calamo prætereire patiamur: liceat igitur (præter propositum nostrum) capitibus tribus, quorum in primo, selectissimorum Doctorum de Waldensi nostro encomia: functiones eius in secundo: & tertio egregij ingenij tanti Magistri relicta monumenta, breuiori, etsi, quàm res tanta exigit, lectoribus exhibere stylo.

Ioan. Bapt. Rubeus epistolis quæ in Editione Veneta habentur, to. 1.

In primis, vt multa Doctorum de Waldensi encomia missa faciamus, Reuerendissimus Pater Io. Baptista Rubeus Rabbenas, insignis Doctor Theologus, & Religionis nostræ gloriosus, & eminentissimus Apex, in epistolis initio Tomi I. Doctrinalis nostri Doctoris præfixis, eius singularem pietatem, & doctrinam, ad vsque sydera tollens, Ordinis fratribus commendat, vt librum illum, & auctoris reliquos, tanquam singulares eruditionis, & pietatis prototypos habeant, venerentur, admirentur, imitentur, & legant.

Bzou. Dominicanus tom. 2. qui est 15 Annal. Baron. ad annum 1410. n. 8. Item Bzou. cit Cod. to. 15. Annal. à Baronio anno eodem & n. eod. ad medium.

Abraham Bzouius qui viri fusè vitam, mores & opera tractat sic fatur: *Thomas Vvaldensis fuit ingenio acutus, Hebraica, Græca, & Latina linguæ optimè institutus, in sacris Scripturis eruditissimus, in Philosophia Stagirita nobiliter doctus, ad disputandum idoneus valdè, conuersatione, & scientiâ insignis, egregius verbi Verbi diuini declamator, ac Henrici V. Anglorum Regis a sacra exomologesi, vel Secretarius.* Et alibi auctor idem: *egregium hunc Carmelitam Deus zelo pietatis impleuit, Catholica veritate muniuit, ac vero eloquentiæ spiritu ornauit, vt aduersus impium Hæresiarcham tria ingentia volumina conscribens, non solum Anglicanam regionem, ab eius hæresi maculatam emundaret, eamque in Catholica veritate confirmaret, sed vniuersis Christi fidelibus viam, ac methodum refutandi hæreticos, tuendaque veritatis aperiret.*

Andr. à Vega in opusculis de iustificatione.

Andreas à Vega Franciscanus, insignis Salmantinus Doctor, vocat *Vvaldensem, insignem hæresum Vvicclephi impugnatorem, fontemque vberrimum, ex quo hauserint speciosam, & fæcundam argumentorum partem, fere omnes, qui contra Lutheranã siue Vvicclephianam etiam se, tam verbo, spiritu, & calamo dimicarunt.* Similia his scribunt Trithemius, & Sixtus.

Trithem. in Catalogo ill. ut. script. [illegible] Sixt. Sen. in BB sacra. Castro de hæreslibus. Æneas Sylvius in hist. Bohemiæ cap. 35.

Alphonsus à Castro ait, *Vvaldensem nostrum sic Vvicclephi errores impugnasse, fidémque orthodoxam defendisse, vt ex multis, qui in vtroque narrarunt multum, nemo vberius, neruosius nullus, solidiùs que præstiterit vnquam Librosque omnes hæretici famosioris & vilissimi (qui plus fuere ducentis, teste Sylvio Ænea) à prima littera ad vltimam fusius perlegisse, eò quod vtrique Angliæ esset, vt Patriam, Religiosam, & Catholicam disciplinam ab Vvicclephitarum tutaretur infestationibus.*

Harpsfeld de reb. Angliæ sec. 15. cap. 17. a num. 45. Item Hosius, Cochleus & Ioan. Cochleus Canonic. [illegible]

Verùm inter innumeros alios, qui fusiorem, & illustriorem viri laudem promeritam dat, is est Nicolaus Harpsfeldius, Archidiaconus Cantuariæ, qui inter multa, ne longâ lectori panegyri fastidio simus, eum consummatum Theologum, & Philosophum fuisse dicit; *illum quem bonarum litterarum orbem appellat: doctrinaque suæ magnitudinis totius Christianæ pietatis singulari præstantiâ adeo respondisse, vt vtrasque vitra præponderet viri: & inter alia amplissimos honores sæpe oblatos constanter sine recusasse.* Videndi Hosius, Coclæus, Trithemius, & alij.

§. II.

Harpsfeld. [illegible] missum ab Henrico V.

AD secundum magnalium Patris caput accedetes quanta obierit publicâ functione, munia videamus: etenim ab Angliæ Rege Henrico IV. anno 1410 missus est, honorifica legatione ad Concilium Pisanum in quo de abolendo schismate, & Ecclesiæ pacificatione agebatur, vt sub Alexandro V. perageret ipse. Ibi initio primum sui aduentus causâ coram Pontifice Summo, Sigismundo Cæsare, & Concilij Patribus luculenta & publicâ oratione detectâ, de pace, & Concordia Ecclesiæ, sic supra modum disseruit; & disputauit tantâ, & tam efficaci verborum vi, vt acutissimè, & solidissimè omnia, & singula firmamenta, quibus schismata Gregorij, & Benedicti nitebantur, euerterit & eneruauerit. Conticuēre ergo omnes Concilij sacri Patres, intentique ora ad viri tenuēre vocem, eius singulare admirati ingenium, prudentiam incredibilem, diuini zelum honoris, multiplicémque doctrinam quàm mirificè venerati sunt: erat enim Waldensis noster, optimis quibusque naturæ dotibus imbutus, & omni disciplinarum genere excultissimus generosissimè, grauis moribus, suauis eloquio, mitis, modestus, & comis: Philosophus acutus, in Scholasticis Theologiis valdè expertus, in diuina sacræ Paginæ lectione, & meditatione affabrè versatus, adamas fidei,

ANNO CHRISTI 1430.

beryllus religiosæ pietatis, & omni demum sanctitate fulgentissima gemma: nó sciétia inflatus, sed humilitate celsior, Christi paupertate contentus, maluit abiici in domo Dei, quam in Tabernaculis mundi gloriosè venerari: in immenso enim meritorum culmine suorum solus auersatus honores, vitia solus odio habuit, & solam virtuté prosequutus est ex corde sincero

In Angliam porrò reuersus vigesimus tertius sui Ordinis ibi Prouincialis electus est, habenas muneris quadriennio rexit, clarâ ingenij, consilij, & prudentiæ dexteritate.

Eum mox in sacratius suum consilium sibi Henricus V. elegit, vt sic, nihil maioris momēti, in re sacra, & prophana, inconsulto obiretur Thoma. Cúmque vir esset inuicti spiritus, & cordis implacabilis in hæreticos, salutis anno 1415. ab eodem Rege ad Constantiense contra Hussitas congregatum Concilium amandatur: In horum refutādis erroribus iam diu multúmque Thomas elaborauerat. Hoc erat illi, vel à natura, insitū, vt si quos à fide deuiantes inuenisset, hos vel cōuertendos, vel euertēdos, vel nullo pacto ferēdos cōprehenderet. In profligēdis illis strenuam semper nauare non destitit operam, assiduè disputans, concionans, & scribens in eos: alios etiam affectu suadebat miro viros, diu, noctúque hæreticos linguâ, & calamo debellare, vsque dum vel resipiscerent, vel nullam quietis horam haberent; sin autem rationibus flecti nollent, importunitatibus contererentur, & agnitam cogerentur veritatem habere: Tanta denique fuit in hos iuratos Christi hostes, Thomæ nostri sacra maleuolentia, & tam singulari illos odio prosequebatur, vt diceret: *nullum vel doctum, Catholicúmve virum, cum eo amicitias initurū, qui verbo, & verbere, si fuisset opus, eos nō infectaretur, confoderet, cótunderet, persequeretur, & extirpandos à familiari hominū, & vel beluarum etiam consortio curaret: victum, vestitum, adhuc & halitum oris non denegaret illis, sacra vsque dum veritatis Catholicæ limina exosculantes venerarentur fideles Christo ex Hæreticis facti.*

Harpsf. cit.

Anno Christi 1419. Harpsfeldio eodem teste, ad Vladislaum mittitur Poloniæ Regem Orator, ad & Michaëlē Prusiæ, Magistrum Equitum Ordinis Teutonici Generalem, vt eos dissidentes in pristinam amicitiam reuocaret. In hac legatione Viennam transiens, Vitoldum Lituaniæ Ducem, ad Christum cum omni populo transmisit: posuitque ibi, tum nostri, tum Ordinum aliorum viros sacræ disciplinæ Doctores eximios, qui puram Euangelij sancti sinapim iactam ibi, ad altiorem fœcundioremque maturitatem perducerent. Multa istinc, Trithemius affirmat, Thomam nostrum ab Hebræis didicisse, quæ ad pœnitentiæ sacramentum, & vocalem confessionem confirmandam spectant.

Demum nunc, & multoties Apostolici muneris grauissima præstitit munia, nullum non lapidem in omnibus mouens, quo Dei gloriam, Christianæ Religionis incrementum, & omnem hæreticorum extirpationem non curaret operari, perpetuus factus exterminator, & profligator malleus, & mastix illorum.

Tribus fuit Regibus Angliæ familiarissimus, Henrico videlicet IV. V. & VI. è quibus Henricus, V. (qui eum apud se velut vnicum laborum suorum leuamen, & animæ solidamentum semper habebat, ægrè ferens, vel tantillum à tanto Patre deseri vel auelli) in sinu Patris huius lætissimus animam efflauit: Magna item in gratia fuit Henrico VI. filio Henrici V. cui, vel à puero fuit à Confessionibus sacris, pro cuius solemni peragenda coronatione Lutetiam Galliæ Parisiorum legatus est.

ANNO CHRISTI 1430.

§. III.

Tertij capitis iam ad limina venientes, id vnū in primis liceat ex Harpsfeldio, Lelādo, Pitsæo, & aliis adnotare: tot scilicet selectissimorū auctorum libros, pulcherrimè Romanis litteris descriptos, in Londinensi Carmelitana Bibliotheca reliquisse, vt duobus aureorum millibus æstimarentur, nec illi parem in tota Ciuitate reperiri. Sed heu! hos, & alios litterarum inæstimabiles thesauros, erroris, & ignorantiæ hæresis amica, igne combussit, & miseros in cineres Cœnobia nostra, cum bonis familiaribus rabidâ manu redegit, tot celeberrimis ex Anglia pro fidei defensione Carmelitis depopulatis, vt penitus nequeant sine lachrymis adnumerari.

Pitsæus in de script. Angliæ.

Quoad igitur sapientissimi Magistri lucubrationes, Ferunt (Pitsæus ait) In omnes sacrorum Bibliorum libros scripsisse Scholasticam postillam: & in quosdam libros Commentarios exarasse, quorum frontes mox infra patebunt. Edidit inter alia, exactissimum in Vvicleffitas, Hussitas, & omnes sui temporis hæreticos opus cui titulus *Doctrinale antiquitatum Catholicæ fidei*. Hoc Romam misit ad Martinum Papam V. vt à Sede Apostolica approbaretur, quo maiori auctoritate Apostolicæ approbationis, & examinis daretur in lucem, vt factum est. Vniuersum hoc opus IV. constabat voluminibus, sed quartum nondum fuerat absolutum, quando tria prima laudata, & approbata in publicum emanauerunt, hortato sedulo à Pontifice auctore ad quartum edendum, de quo auctor ipse ad Martinum Papam scribens, affirmat agere de ieiuniis, Indulgentiis, iuribus, immunitatibus Ecclesiæ, de fide item, & perfidia; Tria prima volumina nos sæpe vidisse, & legisse, & manu intenta peruoluisse testamur (quartum an perierit affirmare non audemus) nam excusa sunt Parisiis, in Gallia, Salmanticæ in Hispania, & tandem Venetiis anno 1571. in Italia, apud Vincentium Valgrisium.

Vt patet in epistola operi præfixa quam etiam Carmelitico suo Cōmentario Lucius noster excerptā dat.

Nunc autem titulos operum, quos reperire valuimus ex Pitsæo, Iacobo à Plebe, Pisani Collegij publico professore, & Ioanne Balæo, Lucio nostro, & Trithemio, adiungamus. Igitur scripsisse constat: In Genesim, librum vnum. In Exodum, librum vnum. In Leuiticum, librum vnu. In Sapiētiam, librum vnum In ad Romanos, librum vnum. In Acta Apostolorum, librum vnum. In primam Petri Canonicam, librum vnum. In Sententias, libros quatuor. Quæstionum communiū, librum vnum Determinationum, librum vnum. De Euangelica veritate, librum vnum. Doctrinalis Tomum, lib. IV. De præscientia, & prædestinatione, lib. I. Defensorium pacis, lib. I. Sermones corā Rege,

Pitsæus cit. Plebe Seruita in Indice Pisano. Io. Baleus de script. Angliæ. Lucius in BB. Trith. in op. max.

ANNO CHRISTI 1430.

Posseuin. Appen. ad lit. T. tom. 3. App. S.

lib. I. Ad Clerum Oxoniensem, Serm lib. I. Extat etiam Sermonum in funere Regis vnius, lib. I. De Religione perfectorum, lib. I. Fasciculus zizaniorum Wicclephi, lib. I. Responsa in Concilio Pisano, lib. I. Ad Clerum in eodem Concilio lib. I. De doctrinis variis, & peregrinis Manuscriptum Cantabrigiæ habetur in publica Bibliotheca. De Sacramentalibus tomis tribus, lib. I. De Indulgentiis, Ieiuniis, &c. est tomus quartus, lib. I. & hoc totum Doctrinale fidei, vt & multa alia quæ in Wicclephú, & sectatores eius scripsit habentur Manuscripta Oxonij in noua, & publica Bibliotheca, & in Collegio Mertonensi alia partim scripta, typis alia data.

Cantabrigiæ autem in publica Bibliotheca, & in Collegio S. Benedicti habentur multa Patris opera: In priuata Bibliotheca Baronis de Lunleio, quæ sequuntur habentur: coram Sigismundo Cæsare Orationum, lib. I. Ad Concilium Constantiense, lib. I. Epistolarum 164. lib. I Collationes solemnes, lib. I. Propositiones ad Principes, lib I. De grauamine fratrum contra Oxonienses, lib. I. In remediarium Conuersorum, lib. I. De re Grammatica, lib I. Summulæ Logicales, lib I. Sophismatum Strophæ, lib. I. De prædicabilibus, lib. I. De decem prædicamentis, lib. I. Introductiones naturalium, lib. I. Quæstiones naturalium in Physicam Aristotelis, lib. VIII. In eiusdem de Cælo, & mundo, lib. IV. De generatione, & corruptione, lib. II. In Meteora, lib IV. In lib. de Animalibus, lib. IV. Quæstiones de anima, lib. I. In Metaphysicam, lib. XII. In Ethica, lib. X Lecturæ, lib. I. Epistolæ, lib. I. Ambasciata, lib. I. & alia plurima opuscula, teste Pitsæo: Sunt autem libri omnes 88. plus minúsve.

Pitsæus cit.

Quibus feliciter absumptis, & altissimo operum sanctorum culmine sublimatus, Rothomagi in Neustria inter suos ad sydera, felicissimâ morte præuentus vniuersâ à populo sanctitatis voce, volauit, tertio Nouembris, salutis anno 1430. sub eisdem Pontifice, & Imperatore; Trithemio, Bzouio, & Lucio testibus. Sepultus est in suo Carmelo, & honorifico sarcophago tectus, miraculis coruscasse aliquando, non desunt qui affirment. Volaterranus sanctum vocat Thomam Waldensem, & affirmat Pontificio, & Apostolico calculo fuisse in sanctos adscitum, sequuntúrque Harpsfeldius, & Romanus. Vide Volaterranum, & Pitsæum: nobis hæc nunc, ex multis concinnè commonstrata sufficiant, nam viri tanti encomia, quis breui calamo cinget? Vide etiam Bzouij memoriam de viro illustrissimam, & vide Posseuinum tom. 2. S. Appar.

Trith. in op. maiori de scripto. Bzou. to. 2. qui est ann. 15. post Baro. ad an. 1430. Volaterran. Anthropolog. lib 21. Harpsfeld. eccl. hist. Angiica. Et in histor. Wicleph. Romanus Diuerd. 23. fol. 157. Volaterran. lit. Anthropol. Pitsæ. in Catalogo de Apostolicis Angliæ viris, in Thoma nostro. Bzou. Annal. post Baron. tom. 15. ann. 1430. n. 87. Possen. to. 3. S. App. Leland. cit. à Pitsæo.

DE IOANNE TILNÆO.

CAP. CCXXXIV.

Anno Christi 1430.

IOANNES TILNÆVS, natione Anglus, Gireni Norfolciæ oppido, vulgò *Iernemontha* vocato, ad ostium Gareni fluuij, teste Lelando, natus, eiusdem Conuentus ibi quondam floridissimi, vt Pitsæus affirmat, filius. Cantabrigensis fuit Doctor, & ibidem S. Theologiæ publicus Professor. Tam celebri sapientiâ, & litterarum omnium munitissimâ phalange munitus, vt *Celebris Doctoris* cognomentum adeptus sit. Vitæ fuit etiam puritate conspicuus, & diuini Verbi, verbo, & opere declamator ingenuus.

Scripsit, teste Iacobo de Plebe, In Apocalypsin Ioannis, lib. I. Compendium Sententiarum, lib. I. Lecturas Saholasticas, lib. I. Sermonum, lib. I. & alia.

Claruit salutis annis 1430. spiritualis Ecclesiæ Regni, moderante habenas Eugenio IV. & temporalis Occidui Imperij Sigismundo.

ANNO CHRISTI 1430. Pitsæus in de script. Angliæ. Plebe in Indice Pisano.

DE IOANNE BERNEGAMO.

CAP. CCXXXV.

Anno Christi 1430.

IOANNES BERNEGAMVS, alij *Bernehegan* (alter à Barnynghamo de quo anno 1448) Anglus natione, sacrâ vir, & profanâ scientiarum supellectile ditissimus S. Theologiæ Doctor, diuini verbi declamator velut ab astris emissus, in Scholasticis concertationibus dilucidandis, Trithemio, Lelando, Pitsæo, & Lucio testibus, præclarè suo tempore floruit.

Præclarissimum ferunt scripsisse à multis multum commendatum opus, In Sententias, lib. IV. Postillas in Apocalypsim, lib. I.

Claruit ad annos 1430. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Trith. cit. Leland. cit. Pitsæus cit. Lucius cit. Posseu. to. 2. Sac. App.

DE MARTINO SCVLTROPIO.

CAP. CCXXXVI.

Anno Christi 1430.

MARTINVS SCVLTROPIVS, *Sculthorpius* aliis, natione Anglus, patriâ Norfolcensis, ibi Monachus, in Conuentu Blacveio, Cantabrigensis Doctor, & sui temporis concionator celeberrimus, multigenâ vir eruditione fœcundus, Lelando teste, apud quem nulla patris inuenimus scripta vulgata, sed colligimus ex Pitsæo, in quibusdam Angliæ Bibliothecis sequentia fuisse seruata & habita pretio magno: Concionum Academicarum Latinè, lib I. Determinationes Scholasticas, lib. I.

Demum Religione insignis, & pietate amabilis omni, Blacveij moritur, ab obstructa Dæmonis fauce à Iesu anno 1430. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

***

Pitsæ. in de script. Angliæ. Posseu. to. 2. Sac. App.

ANNO CHRISTI 1430.

DE IOANNE FACCO PRIORE GENERALI Latinorum vigesimoquarto.

CAP. CCXXXVII.

Anno Christi 1430.

IOANNES FACCVS, natione Gallus, patriâ Auenionensis, Latinorum Generalium vigesimusquartus Generalis Prior, in frequentissima Carmelitarum Synodo Ratisbonæ habita anno 1430. selectus. Vir fuit miro celsissimi ingenij acumine clarus, immortali virtutis omnigenæ lauro merito dignus: prudentiæ, pietatis, sapientiæ, spiritus, & zeli clarissima fax, Magnus sanè Pater, propter egregias facundi sui pectoris dotes. Is igitur tantus vir, cùm prudentiæ, spiritus, & zeli sui lancibus perpendisset sedulus, Religionem Carmelæam (quæ olim sub Eremitica obseruantia floruerat, velut Paradisus Dei compulsam fuisse Sarracenorum manu dirâ, & eorundem indefesso pressionum spiritu forti, deserta Orientis deserere, & in Ciuitatibus, & populorum frequentiis vitam agere iam ad Europam translatam. Ex quo factum est, quod cùm de Proximorum salute, ex nouæ transmigrationis occasione, necesse Carmelitis agere fuisset, perpetuáque specuum seu cellularum clausura illa, quam antea, ex Regula Alberti profiteri, Eremitæ illi, tenebantur; litterarum studiis, Prædicationibus, Confessionibus, & aliis externis charitatis in proximos operibus, obstaret: necnon similiter abstinentia illa perpetua à carnibus, & iuge ieiunium, in eadem Regula præscriptum Alberti (quam ab anno 1171. virili obseruarant spiritus vigore) ex debilitate humanę cõditionis innatá, & naturæ nostræ virium tenuitate præcisa, obsisteret item, litterarum necessariis exercitamentis, diuinique verbi prædicationi frequenti, quæ non sine manifesto animorum, & proximorum lucro fieri conspexêre; quia charitate victi non valuerant (ex quo relictis eremis ad Ciuitates conuenerant priscì Carmelides) vel hora vnâ à proximorum curandâ salute vacare, quam *Diuinissimam omnium perfectionem, perfectionem diuinissimam* S. Dionysius Areopagita vocauit. Ex quo contigerat, quòd perterrita hominum pusilla ad Cælestia corda, tantôque oneri succubita, & velut sub supremo tantæ auctoritatis & rigidæ obseruantiæ pondere pressa nimis, à Religionis tantæ suscipiendo statu selectissimo, abstinerent, tantá austeritate, & laboribus strictissimi illius, & perfectissimi status obstupefacti homines. Eapropter prouidentissimus iste sui Ordinis Zelator, Pastor, & Parens vniuersus, ex vnanimi Comprouincialium, & localium Priorum, & omnium seniorum Ordinis assensu, & voce concordi, ad Eugenium IV. se contulit, ad quem (necessitate detectâ, & propositis rationibus multo spiritus, & iustissimę prouidentiæ vigore nixis, post sacra pedum oscula, fatur, incommoda detegens, & rationes multo innixas spiritus melioris fundamento proponens & in Regula Alberti mitigationem, quoad carnium abstinentiam assiduam, iuge ieiunium, & mansionem in cellulis perpetuam (secundum quod in ea continebatur, quam dederat anno præfato dictus Patriarcha & ab Innocentio IV. Pontifice O. M. lenita, & declarata fuerat, anno Domini 1248.) humillimis precibus supplicauit.

Quibus annuens almus Pontifex, qui plantare Religioné sacram, & plantatam modis omnibus fouere intensis desideriis affectabat, vt ipse in Bulla data testatur, Apostolica prouidentia, ne tantæ Marianæ Religionis incrementa maiora cessarent, sed mancipatorum Diuino Christi, & Virginis almæ obsequio, prosper semper status salubriter augeretur in dies, fructúmque cum centesimo etiam semper afferret, prædicta tria capita, de abstinentia à carnibus perpetua: de iugi ieiunio, à Festo Exaltationis S. Crucis, vsque ad diem Resurrectionis Domini, Dominicis exceptis diebus: & mansionem perpetuam in, vel iuxta cellas, die, ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, leniuit, & temperauit, dato Diplomate Romæ apud S. Petrum anno salutis 1431. Pontificatus sui 1 Kalend. Martij 15. die.

Hæc nobis dicta nunc de Regula Alberti Laconicè perstricte sufficiant, de qua videndus, post illustrissima Sorethi, & Gratiani nostri Commentaria, liber elegans, & luculentissimum opus, de Alberti Regula, clarissimis, & fœcundissimis adnotationibus illustratum, à sapientissimo, paritérque Religiosissimo Patre Valerio Eximino ab Embun (nostræ Prouinciæ nunc Apice dignissimo & post hæc à Philippo IV. Hispaniarum Catholico Rege, Alguerensi Episcopo designato, de quo suo loco & ætate dicemus datum prælis Cæsaraugustæ anno 1633. per Petrum Vergessium Typographum. Hanc moderationem Eugenij totus ordo, rationibus prædictis, & aliis multis causatus, sanctè & prudenter suscepit, vno dempto, vt Coria noster affirmat, Montis Oliueti Cœnobio, in Genuæ montanis erecto, cuius fratres, etsi ab Obedientia Prioris Generalis Ordinis dissecti, sine vlla Regulæ Alberti lenitione, & moderatione, degere contenderunt.

Nostri igitur, tempore Facci Patris, maximis est ab Eugenio Pontifice O. M. Ordo noster priuilegiis communitus, de quibus videnda sacra Ordinis monumenta, gratiis, & Apostolicis immunitatibus plena.

Anno (liceat item hoc transcursim agere hoc loco) 1443. in Capitulo Prouinciali inito in Conuentu Montis Catini Prouinciæ Tusciæ, fuit electus Prior Conuentus Syluæ R. A P. Stephanus à Tolosa, is anno eodem obtinuit ab Eugenio IV. diploma, quo constitutus est primus Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, & statim Conuentus iste de Sylua, exemptus fuit ab obedientia Prouincialis, & initium in illo felicissimum auspicata est à quodam Ioanne de Lapis illustrissima Mantuanorum Congregatio, sub certis singularibus statutis, membrum quæ sanè est illustrissimum aurei capitis Carmeli,

cuius

Margin notes:

Thom. à Iesu de variis Ref. 145. Pintus Hierar. Tract. 2. cap. 15.

S. Dionys. Areopag. de cælesti Hierar.

Lenita & moderata Regula ab Eugenio IV. Pontifice O. M. anno 1431.

B. Io. Sorethus in Cõmentariis Reg. V. P. Hieronymus Granatus in sua disciplina regulari. Valer. Embunius in Reg. annotationibus. Coria li. 11. dilucidatij cap. 10.

Vide Paleonyd. lib. 3. c. 14. Cor. lib. cit. & Conam Rodericum in compendio. Laetium in Bullario PP. & alios.

Initium Mantuanorum Carmelitarum. Congregat. Mantuan. & vide ætate Iulij anno 1508. in Elencho Generalis Hierar- [illegible]

Anno Christi 1430.

Bocilius in Catalog. Prouis in Congreg. Mantuana. Vide Luc. hist. comp. Car. cap. 14. fol. 1,6. Lucius in Compendio hist. Car. in Congreg. Mantuan. Catalogo Vic. Generalium f. 130. Paleonyd. lib. 3. c. 14.

cuius nonnullos Vicarios suis à nobis locis accipies, sparsim in hoc nostro opere dandos. Hæc igitur Congregatio breui, per totam se diffudit Italiam, & hucvsque 54 Conuentibus & iis amplius aucta, celebres Religione, & sapiétia viros, gloriosè germinans, & illustrissima ab illustribus suis Cœnobiis germina prodens, felices suos in orbe omnimodè pergit agere cursus, sub vno Vicario Generali, de biennio in biennium, vel de triennio in triennium ab eisdem Mantuanis Patribus electo; à Generali tamen totius Ordinis Magistro confirmato.

Tandem Faccus noster, celebratis tribus Capitulis Generalibus, primum in Astensi Cœnobio, anno 1440. Secundum, in Conuentu Cabilonæ, in Narbonensi Prouincia, anno 1444. & tertium Romæ ad S. Mariam Maiorem anno 1449. ab Eugenio IV. designatus est Ecclesiæ Rhegiensis Episcopus, in qua Sede felicissimè viuens annis septem, à viuis excessit in Christo (relictis felicissimi spiritus, & ingenij sui monumentis æternis, quibus Carmelum, cuius habuerat ad annos 19. habenas, sedem, vrbes, & Orbem ditauerat) anno à Tartaro deuicto 1456. sub Calixto iij. Pontifice Summo & Alberto II. Imperatore Romanoque Cæsare.

DE ANTONIO A FIDE EPISCOPO.

Cap. CCXXXVIII.

Anno Christi 1433.

Antonius Fidei, aliis à S. *Fide*, natione Hetruscus. Lucensis patriâ, cuius rara virtus, eruditionis maiestas, omni maior eloquentia. Carmelum nostrum ad sydera tulit, Suanensis fuit Episcopus Lucio teste.

Lucius in S. [illegible] nostri ad [illegible] viros ill. A.

Quid scripserit auolat omnino; sed, post felicissimam sui Episcopatus functionem, felicem egisse spiritum Lucæ, anno salutis 1443. Lucius noster affirmat, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HIERONYMO OCHO.

Cap. CCXXXIX.

Anno Christi 1433.

Hieronymus Ochus, *Othonus* aliis, sedinaptè, natione Hispanus, patria in Regno Nauarræ Pompelonensis, & Regalis illius Cœnobij Religiosissimi [illegible] trutinæ, filius. Vir pietate, & Religione, & sapientia insignis: summa in gerendis negotiis dexteritate, & fertilissima solertia præditus. Benedicto XIII Pontifici Summo, familiarissimâ multaque amoris necessitudine iunctus: ab eo notus, ex occasione legationis, miram viri sapientiam cótemplatus & mores (virtutis enim fuit Benedictus Hispanus amans, simul & sapientiæ amantum decorator, & altor, qui S. Vincentij Ferrarij Prædicatorij Ordinis decoris, & Iudicij Dei Præconis toto celeberrimi orbe laudes promeruit & encomia clara, vt constat ex Epitaphio Pontificis corpori apposito) sibi illum à Confessionibus sacris elegit.

Portò Ochum nostrum, multa docuisse, pauca tamen scripsisse docemur, tamen Reuerendissimus Montis Aragonum Abbas D.D. Martinus Carrilius, scripsisse affirmat vitam, mores & inuitum de Pontificatu suscipiendo animum, sapientiam, simul, & generis claritudinem Pontificis huius, lib. I. si quæ alia scripserit, vix inuenimus.

Floruisse constat annis salutis à Christo 1433. & in Auenione felicissimum in eo decessisse sub eisdem Pontifice, & Imperatore: quo tamen anno, expiscari haud facile fuit) ex Manuscripto Codice de viris illustribus Comitum de Morata quorum fuit genere satus Pontifex Benedictus. Habetur in Bibliotheca D. Francisci à Gurrea

Anno Christi 1434.

Vt constat ex Epitaphio eius affixo sepulchro in Villeca Regni Aragonum Villa, vbi corpus eius integrum iacere vidimus anno 1631. & pelliculas integre constitas attrectauimus manu nostrâ. Carrilius in vita S. Valerij Archiep. Cæsaraugustanæ. Manuscript. Codex de viris illustr. Com. de Morata quē nobis illustris Marchio de la Villarena commodauit.

DE IOANNE LANGTONO EPISCOPO.

Cap. CCXL.

Anno Christi 1434.

Ioannes Langtonus natione Anglus, patriâ Londinensis, Oxoniæ Doctor insignis: is licet in euoluendis patrum annalibus multam ætatem insumpserit, fidelissimus, & assiduus factus veritatis indagator antiquæ fecunditatem habuit Catholicæ fidei zelum, quo contra hæreticos quandam nixus sapientia & spiritu cælesti fregit, & disputauit, necnon ingentes sudoris sui Catholicæ Ecclesiæ peperit fructus: strenuus fuit fidei miles, defensor, & Atlas, quique argumentorum suorum aculeis Lollardos & hæreticos & refractarios multos validissimè conuincere valuit, ideo condignis laboris, sed aliquantula mercede sui, Rofensis factus est Episcopus.

Pitsæo teste præter immania spiritus, & virtutis suæ opera, ex ingenij sui penu pósteritati dedit: De rebus Angliæ volumen, lib. I. Examinis Henrici Crumpi Hibernensis hæretici famosi, sibi commissi lib. I. Contra errores eiusdem, lib. I. ad suos ordinarios, lib. I.

Pitsæo [illegible]

Paleon. [illegible] Append.

Tandem ad Basiliense Concilium missus, Basileæ mortuus & honorificè sepultus mansit, salutis anno 1434 sub summo vertice sponsæ Militantis Eugenio IV & Imperio Sigismundi Romani Cæsaris Occidui.

***

ANNO CHRISTI 1435.

DE NICOLAO BOTHLESHAMO.

CAP. CCXLI.

Anno Christi 1435.

NICOLAVS BOTHLESHAMVS natione Anglus, *Bothlesban*, Cantabrigensi Eliensis Diœcesis oppido oriundus: Lelandus ait virum fuisse omni virtutum & litterarum incremento maiori decoratum.

Leland. cit.

Parisiis inter Doctores Sorbonicos laurum, & laudem primã adeptus est: libros, & celeberrimos & plures luci misisse, Pitsæus affirmat; diu temporis etsi Cantabrigensis Prioris gereret munia, quæ non nisi mediã morte detraxit: singulares lucubrationum titulos suarum sequentes exhibent vtrique citati Doctores: In Sententias, lib. IV. Quæstiones Theologicas, lib. I. In Cantica Rideuallis, lib. I. Tabulare studentium, lib. I. Conciones, & Lectiones, lib. I.

Pitsæ. citat.

Posseu. to. 1. Sac. App.

Demum Deo gratissimus, gratiæ anno Cantabrigiæ volauit ad astra 1435. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE THOMA DAVDO.

CAP. CCXLII.

Anno Christi 1436.

THOMAS DAVDVS natione Anglus, ex Comitatu Wilcheriæ Malburgensis Prior, cuius illustrissimam Harpsfeldius memoriam dat: vir sanè integer vitæ, innocuus, castus, frugalis, ab ortu omnigenę sapientiæ redimitus tẽpora lauro.

Harpsfeld. de reb. Angliæ siue viris Episcopis & scriptoribus sæc. 15. cap. 11. Pitsæ. citat.

Pitsæo teste, scripsit De vita, & gestis Regis Alfredi, lib. I. & multa alia scripsisse idem auctor, & Harpsfeldius affirmant, sed titulos tegunt.

Maldeburgi tandem felicissimus interiit, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE YORCO.

CAP. CCXLIII.

Anno Christi 1436.

IOANNES YORCVS, *Yoré*, siue *Yore* aliis, natione Anglus, assiduæ lectioni, & meditationi diuinæ Paginæ totus intentus, & datus impensissimè.

Pitsæo teste, scripsit: In Genesin Lectionum, lib. I. Expositiones communes, lib. I. Præconia sacræ Scripturæ, lib. I.

Pitsæ. cit. sepe.

Quo tempore obierit nondum habemus, sed ex Gestis Henrici VI. colligimus floruisse salutis annis 1436. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1438.

DE IVLIANO IOANNIS.

CAP. CCXLIV.

Anno Christi 1436.

IVLIANVS IOANNIS, natione Tuscus, & ex Prouincia Tusciæ Conuentus Prati filius, Vir sapientissimus, & Vniuersitatis Florentiæ Decanus.

Lucio teste, & aliis, scripsit Theologicarum lucubrationum, lib. II. Cætera viri magnalia latẽt.

Lucius in BB. Car. ad finem in Sinestesi lit. I.

Floruerat Florentiæ & obiisse docemur salutis anno 1436. in Conuentu Pratti sepultus est.

DE IOANNE OVINHELLO.

CAP. CCXLV

Anno Christi 1438.

IOANNES OVINHELLVS, natione Anglus, Doctor Oxonius, cui pietas, & eruditio celebre fecẽre nomen: diuini eloquij ingenuus fuit Orator, acerrimúsque subtilissimarum S. Theologiæ lectionum subtilissimus indagator, ingenio præstans, assiduus fuit Sacrarum litterarum operator.

Lelando, & Pitsæo testibus, scripsit subtili calamo ingenij sui Collectanea sacræ Scripturæ, siue exempla, lib. I. quem citat Magister in historia. Sermonum, lib. I. Distinctiones rerum variarum, lib. VI.

Leland. cit. Pitsæus cit.

Posseu. to. 1. Sac. Ap.

Obiit, & sepultus est Calleti in suo Cœnobio, vulgò *Caen*, salutari anno à Iesu, 1438. sub eodem Pontifice, & Imperatore Alberto II.

DE GVILLIELMO BEEKCLEYO.

CAP. CCXLVI.

Anno Christi 1438.

GVILLIELMVS BEEKCLEYVS, natione Anglus, Sandovvici in Cantia natus, ibique Prior Cœnobij sui; Cantabrigensis fuit Doctor. Vir felicissimi ingenij, tenacissimæ memoriæ, facundæ linguæ, sed facundiori virtutum incremento decorus. Concionator zelotissimus, doctus, & elegans, non garrulus & mutilis, vti huius nostri temporis plures, qui solis inhiant illum verbis sine fructu horam percurrere, de quibus Christus Dominus: *Messis quidẽ multa, operarij autẽ pauci.*

Matth. 9. 37.

Publicè firmissimus iste, & fructuosissimus Euangelicus operator, & Doctor Cantabrigiæ Theologiam edocuit, sed, palæstrã in senio re-

ANNO CHRISTI 1438.

lictâ, Sandouvicum remeauit, edendis vacare sequentibus libris, teste Pitsæo; Quæstionum communium, lib. I. De fratrum decimis, lib. I. Quodlibetorum, lib. I. Concionum, lib. I. & aliis.

Demú vitâ Sandouvci in Cœnobio fun ctus, ad astra volauit, salutis anno 1438. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE TODESCO.

Cap. CCXLVII.

Anno Christi 1438.

IOANNES TODESCVS, (alij *Tedecum*, vocant, sed ex lapsu,) natione Italus, omnis sapiētiæ Doctor egregius, Diuini Verbi acclamatissimus acclamator, cuius viuidâ sapientiæ vim, feruorémque pectoris Christo igniti, nouit egregiè in disputationibus, & Conferentus suis Basilien se Concilium.

Bergom. lib. 14. titulo Huomini nelle scienze eccelléti.

Multa scripsit è quibus inter ea apud Bergomensem sequentia tantùm titulis notata accepimus. Super sententias, lib. IV. Concordiam Euangelicam, lib. I. In Exodum, lib. I Sermonum de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. Quadragesimale triplex, lib. III. & alia. Iuxta citatum Philippum Bergomensem, qui Ioannem nostrum homines, & viros inter excellentissimos adnumerat.

Floruerat annis 1438. sub citatis Pontifice, & Imperatore postremis.

DE ALPHONSO AB ALFAMA.

Cap. CCXLVIII.

Anno Christi 1438.

ALPHONSVS AB ALFAMA, natione Lusitanus, Vir sanè clarâ virtutum, & Religionis sacræ dexteritate spectatissimus. Vicarius Generalis totius Ordinis, ad cuius prouolutus pedes Venerandus Comestabilis Portugalliæ D. Nuñius Aluarus Pereira, de quo infrà nobis sermo redibit, singulare mundo & Cœlo, virtutis, & generosissimi cordis exemplar exhibēs, mundi alia temnens cuncta, habitum suscepit Virginis Mariæ de Monte Carmelo, in suo Vlyssipponensi Cœnobio illustrissimo.

Ex relationibus Lusitanæ datis à R. P. nostro Io. Pinto a Vict.

Scripsit super Cassiani Collationes, lib. I. cui titulus *Doctrinale Patrum*, sed nondum Typis vulgatum vidimus opus De Ordinis sui progressu, lib. II. & alia quorum nobis tituli delitent adhuc.

Floruisse constat ex relationibus citatis in margine annis Christi 1438. etsi obitus illius (qui contigit Vlyssipponæ in suo Cœnobio) annus ignoretur: sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1438.

DE B. ANGELO AGOSTINI.

Cap. CCXLIX.

Anno Christi 1438.

B. ANGELVS AGOSTINI, natione Italus, Florentinus patriâ, Doctrinâ vir, & sanctitate vitæ adeò illustrissimus, vt ab vniuerso Florentiæ populo, viuens adhuc, veneraretur vt sanctus. Diuini verbi fuit excellentissimus declamator, spiritu sapientiæ, & zeli diuini repletus, ab spiritu sacro: ex eius ore vt testantur Lucius, & Boërsius Carmelitæ, & Caluus, & Gomezius, Dominicani pro inuisibilibus verbis, visibiles visi sunt, dum concionaretur, aliquando rosarum, liliorum, & omnigenorum florum pulcherrimi erumpere manipuli, id quod Ouidius de alia cecinerat aptè minus:

Lucius in Compend. hist. Car. Boërsius in Prouincia Prouincia Tusciæ f. 137. Petr. Caluus de SS. Car. lib. 2. cap. 13 Vinc. Gomezius in Chronol. SS. Religiosorum. Ouid. fastorum 5.

Dum loquitur vernas efflat ab ore rosas.

Eius corpus summâ veneratione recultum Florentiæ iacet, in Ecclesia sanctissimi sui Obseruantium Carmelitarum Cœnobij clarissimi in terris sanctitatis viridarij. Eius felicissima anima ibidem relicto corporis exuuio sacro, Boërsio teste, volauit ad astra, salutis anno 1438. sub eisdem Pontifice, & Imperatore; per vniuersam terram illam, perenni relicta sanctimoniæ suæ fama.

DE IOANNE EPISCOPO.

Cap. CCL.

Anno Christi 1439.

IOANNES, natione Lusitanus, patriâ Lisbonensis, ex Regio Lusitaniæ Regum sanguine satus, Cohellio teste, moribus, & vitâ perspicuis compositissimus, sapientia clarus, quem Comestabilis ille Lusitaniæ Nuñius Aluarus Pereira, intimi amoris necessitudine prosequendo, vel à puero, vt mitem, comem, prudentem, nobilem, & subtilitate ingenij donatum maximi habuit.

Simon Cohellius in Compendio suo.

Septensis factus Episcopus, felicissimus spiritum egit, iuxta Episcopilogium Septæ, salutis anno 1439. Eugenio IV. Pontifice Optim. Max. & Alberto Romano Occiduo Cæsare II.

Episcopil. Septæ.

Si quæ posteris ingenij monumenta præstitisset, docemur à nullo.

Anno Christi. 1440.

DE IOANNE COLLEYO.

Cap. CCLI.

Anno Christi 1440.

IOANNES COLLEYVS, alij *Colleium*, siue *Colcium* appellant, sed errore grandi. Natione Anglus, Doncastrensis Cœnobij filius, quem pietas, probitas, & eruditio quibus abundant ingenij monumenta viri, summis eum ad sidera exaltant encomiis.

Leland. Pitf. in de script. Angliæ. Possevin. t. 2 Sac. App.

Lelando, & Pitsæo testibus concionator fuit velut à superis emissus, & scripsit de Passione Christi Iesu, lib. I. De laudibus Apostolorum, lib. I. Sermonum, lib. I. Epistolarum ad diuersos, lib. I.

Claruisse docemur sub eisdem Pontifice, & Imperatore anno destruct. Tartari 1440.

DE PAVLO BISCONTO ARCHIEPISCOPO.

Cap. CCLII.

Anno Christi 1440.

PAVLVS BISCONTVS, natione Siculus, Religiosæ vir disciplinæ, grandi adeò excultus studio necnon sapientiâ mirabili adeò donatus, & ingenio: Vt quo tempore in partibus Europæ nobilissimæ erant virorum, & sapientiâ & religione clarentium clarissimæ acies, tot inter m[illegible] religionis, & sapientiæ factus, à Nicolao V Pontifice O. M. & Paulo II. meruerit à Confessionum Pontificis secretis ipse solus haberi. Tantique fuit in dies habitus Biscontus a Pontificibus istis, vt vix, quod ferunt, mouere et sine Bisconto suo Orbis capita manum, & pedem, ad differendas grauissimas Ecclesiæ caussas. Eum itaque Episcopum in primis Meseriensem, aliis Canaseriensem elegit, deinde Panormitanum Archiepiscopum, & Siciliæ Primatem, & nisi fatis concessisset Biscontus noster, Cardinalitia illum sine dubio dignitate coronasset Pontifex almus.

Belgica relata.

Lucius in BB. Carm. Trith. in de script.

Lucio, & Trithemio testibus, in diuinis fuit scripturis eruditissimus, & scripsit Opuscula quædam Theologiæ sanctæ, quæ posteris semper profutura, nouissima tempora vincent. Tercentum volumina Cœnobio Ordinis sui reliquisse Panormitano, quorum plura edidisse Possevinus affirmat.

Possevin. t. 3 Sac. App.

Floruisse monemur salutis annis 1440. etiam sub Eugenio IV. & Imperatore Alberto II.

Anno Christi 1440.

DE HENRICO MARIONOVVENSI EPICOPO.

Cap. CCLIII.

Anno Christi 1440.

D. Mantuan.

HENRICVS MARIONOVVENSIS, natione Germanus, prope Pannoniam, qui teste Baptista Mantuano astrorum, & Cæli scientiâ claruit.

Possevin. t. 1 Appa. Sac. & Belgica relata.

Scripsit contra Simoniacos librum I. De Ordine nostro lib. I. De syderum cursu lib. I. Possevino teste. Floruit Episcopus Sedis incertæ nobis, anno 1440. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE TORPO

Cap. CCLIV.

Anno Christi 1440.

IOANNES TORPVS, natione Anglus, Patriâ, & Cœnobio Norvvicensis, Cantabrigensis Doctor celebris adeò & subtilis ingenij, vt Doctoris ingeniosissimi cognomentum acceperit. Vnus fuit Thorpus ex quinque illis selectissimis, & illustrissimis Doctoribus, qui tumultuosum hæreticum Guilielmum Vuhitum, hæreseos conuincere, & conuictum damnarunt, tamquam publicum, in olentissimum, & vilissimum Ecclesiæ S. & Catholicæ Christi, teterrimúmque hostem declarantes eum, vt ex Vvaldensi, & Arnopho, (non Arnoldo vt malè illum alij vocant) Bostio, deducimus. Quibus etiam scripsisse Thorpum contestamur, in Apocalypsim Ioannis, lib. I Consequentiarum Canones, lib. I. De Sophistinatibus, lib. I.

Vvald. & Arnolphus Bostius in Catalogo hæreticorú, & scriptorú.

Tandem fatis Norvvici concessit, vbi celebri Sarcophago tectus, teste Pitsæo, perennis iacentis memoria viri, *Ingeniosi Doctoris* nomine collustratur, ab anno salutis Orbi datæ vniuerso per Iesum, 1440. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Pitsæus cit. Possevino t. 2 Sac. App.

DE GVALHARDO A RVPE.

Cap. CCLV.

Anno Christi 1440.

GVALHARDVS à RVPE, alij Hispanicè *Penna*, alij *Pinna*, natione Gallus, Tolosanus patriâ, sapientiâ vir singulari, singulariter imbu-

tus,

ANNO CHRISTI 1440

tus; Prouinciæ Tolosæ Prouincialis dignissimus.

Posseuino teste scripsit diuinarum scripturarum lecturas non paucas, lib. I. Determinationum Theologicalium, lib. I. Sermon. ad Clerum, lib. I. Ad populum, lib. I.

Floruit anno 1440. salutis Adæ posteritati datæ: sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE GAVVERIO.

CAP. CCLVI.

Anno Christi 1440.

IOANNES GAVVERIVS, (*Gauver* aliis, alij *Gauverum*, alij *Guttuer*, vocant,) natione Teutonicus, in Moguntino Carmelitarum Religioso Lyceo mirabilis S. Theologiæ indagator. In sacra peritissimus scriptura, Diuini Verbi declamator illustris, Religiosa pietate clarus, & hæreticorum viuidus osor, qui in Concilio Basiliensi eximium eruditionis suæ specimen dedit.

Iacob. Philippan supl.

Ex ingenij sui ditissima penu, Trithemio teste, sequentia posteris Opuscula remisit. Super Sententias, lib. IV. In Exodum, lib. I. Concordiæ Euangelicæ, lib. I. Sermon. de tempore, lib. I. Quadragisimale benè triplicatum, lib. III. Sermon. de Sanctis, lib. I. Nulla alia sunt adducta nobis.

Trith. in de Scriptoribus sacris.

Claruit, Lucio dicente, temporibus Concilij Basiliensis in quo sine vllo alio cognomento Ioannes Teutonicus nominatur. Sub prædictis Pontifice, & Imperatore: salutis anno 1440. è viuis abscessit plus minúsve.

Lucius in BB. Car.

Vide Posseu. to. 2. Sac. Ap.

DE NICOLAO CANTILVPO EPISCOPO.

CAP. CCLVII.

Anno Christi 1441.

NICOLAVS CANTILVPVS, *Cantilouvinum*, alij vocant, alij *Cantelupū*, natione Anglus, siue Britannus, ex illustrissima Demetarum Comitum prosapia in Cambria cretus, patrem enim habuit Demetiæ Comitem, cuius fuit familiæ Thomas ille Cantilupus, sanctissimus Heresfordiensis Episcopus Harpsfeldio teste, eiusque sanctitatis etiam æmulator assiduus, vt qui tali sanguine satus erat, spiritus etiam charactērem exprimeret. Filius fuit Cœnobij Bristoliensis, Cantabrigensis Doctor doctissimus, grauis, modestus, pius, prudens, cordatus, & auctoritate plenus: verba sunt Pitsæi.

Harpsfel. de reb. Angliæ sæc. 15. & Lelandus cit.

Cantabrigiæ, Bristolij, & Glocestriæ, fuit Prior, vbi Hunifredo Duci excellentissimo notus, intimè familiaris effectus est. Tandem Northampthoniæ Prior electus item, in Prioratu summum vitæ reclusit diem.

ANNO CHRISTI 1441.

Miserat in lucem, teste Lelando, & Pitsæo. Quadragesimale, lib. I. In primum sententiarum, lib. I. Historiarum appendices, lib. I. Chronicorum Epitomen, lib. I. & alia multa.

Lelādus cit. à Pitsæo. Posseuin. t. 2 Sac. App.

Solutionis annus ab ergastulo suæ carnis fuit 1441. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE VPTONO.

CAP. CCLVIII.

Anno Christi 1442.

IOANNES VPTONVS, (non *Vpsonus*, *Vpsonus* enim non ex nostris est etiamsi vt Carmelitam illum Posseuinus assignet,) natione Anglus, patriâ Lincolniensis, Conuentus Stanfordiensis filius, Oxoniensis Doctor Illustrissimo, & Excellentissimo Clarentiæ Duci charissimus, eique à sacra exomologesi. Creuit viri in dies virtutis, & sapientiæ fama clarissima, & inter Regni Primores existimatio.

Posseu. to. 2. Sac. App.

Testibus Pitsæo, Lelando, & Vvaldensi nostro plura Vptonus seræ posteritati scripta reliquisse docemur, sed solùm titulos habemus eruditissimorum sermonum, lib. I.

Pitsæ. cit. Leland. cit. Tho. Vval. Epist. ad Clarentiæ Ducem.

Tandem Conuentriæ fortunatissimum exhalauit spiritum, anno vitæ à Christo 1442. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE VVROTHAMO.

CAP. CCLIX.

Anno Christi 1442.

IOANNES VVROTHAMVS, *Vvrotan* Sixtus eum vocat, natione Anglus, Londinensis patriâ, & Caleti in portu Iccio Cœnobij filius, de quo Harpsfeldius meminit gloriosè: Oxoniensis fuit Doctor, ibidémque Theologiæ S. publicus Professor, pollens ingenio, & virtute emicans altâ, nulli fuit in concionando secundus.

Sixtus cit. BB. Harpsf. cit. sæc. 15. c. 14

Cygnæo Venerabilé senio plura Lelandus, & Pitsæus scripsisse testantur: extāt ex his Cōmentarij in sacram Scripturam, lib. I. In Cantica Salomonis, lib. I. Sermones, de Virgine Mariæ 12. lib. I. Quadragesimales, lib. I. Hyemales, lib. I. Æstiuales, lib. I. In Sententias, lib. IV.

Posseuin. t. 2 Sac. App.

Demum bonus suorum Pastor effectus, pasci à Deo cum Angelis in cælos aduolat, salutis anno 1442. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE

ANNO CHRISTI 1443.

DE V. NONNIO ALVARO PEREIRA COMESTABILI LVSITANIÆ.

CAP. CCLX.

Anno Christi 1443.

V. NONNIVS ALVARVS PEREIRA, natione Lusiadus, Vlysipponẽsis patriâ, Illustrissimus Lusitaniæ Comestabilis, & Serenissimo Procerum Regni maiorum sanguine cretus. Tã gratus, ab ortu Deo, Regibus orbis, sæculi Principibus, & Maiestatibus Regni, propter ingenij sui præstantiam, animique ardorem excelsum, vt cùm vix tredecim ętatis annos implesset, Christi plus minúsve 1374. à Ferdinando Lusitaniæ Rege, ad altiorem nobilissimi Militis militiam fuerit sublimatus, & propriâ Regis manu nobiliori Militum lauro cinguli, & gladij coronatus. Tantus iste Eques, clarissimum Equestris ordinis speculum, fidei stabillimentum, & Dignitatis delectus vir, & in re militari tam apprimè excultus, vt ob singularem fortitudinem suam, maturúmque consilium magnam totius victoriæ illius, quam vocant de Aljubarrota, quæ in Assumptæ Virginis Mariæ pervigilio anno ætatis suæ 25. comparata est, partem suo sibi vindicauerit iure. (Cùm potissimum, præsidium sibi in diuina gratia semper positum credidisset, is qui ad conferendum cum hostibus nonnisi generalibus, & publicis supplicationibus ad Virginem Mariã & Sanctos Dei indictis, Diuinissimo Eucharistiæ sumpto Sacramento suscepto, legibus in publica peccata promulgatis, feminis militarium flagitiorum illicibus, viriúmque corruptricibus à Castris ablegatis omnino, milites suos arma vnquam mouere, nedum pertingere permittebat.) In gratiarũ actionem primæ huius à se de inimicis adsportatæ victoriæ, Olisiponæ in Templo Carmelitarum auream crucem (eleganti sub theca repertam inter spolia) quæ alterâ facie pretiosas quatuor gemmas ostendit; alterâ autem non exiguum sacri Redemptoris mundi ligni frustum quod nunc Burgis celebri sacrario reseruatur, obtulit, & reposuit.

Iuxta Chronographiã Francisci Vinc. Tornamiræ de Regib. Lusitan. f. 290.

Crucem Vasconcel. anacephal. Reg. Lusi. 12 n. 1. & 6. & in descript. Reg. eius. Tit. 55. Lusitania exempla. n. 8

At (iam rem cape celebri memoria dignam) quando à Ioanne I. Lusitaniæ X. Rege, cui fuerat Magister Alvarus ipse, præ cæteris, qui in eodem Aljubarrotæ bello sibi fidam operam nauarant, ditandus, & nobilitandus fuit in eodem Templo Beatissimæ sempérque Virginis Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo Vlyssipponensi, fatali illo in Castellanos gladio suspẽso, spontaneo se secessu à sese ipso abdicans; ne cælo gloriosè minus in senectute, quàm pro patriis anteà legibus militaret, felicissimum mundo vale dicens, séque Deo tradens totum, in Virginis æde ante actas victorias plures, & omnes, hac de se adsportatâ vnâ gloriosissimè superauit, Vasconcellio teste.

Anton. Vasconcell. anacephal. 12. Reg. Lusita. in Ioann. Reg. 1. & 8.

Itaque post Lusitanæ supremo munere gentis militiam, Capitaneique Generalis perfunctionem; Post Barganciacæ domui Serenissimæ generosum stemma à se ab initio datum: post multos ab eo coronatos, vel Reges eiectos: exhausta post bella multa debellatos hostes acriores; post sceptra ingentia mundo vltrò relicta, & gloriam mundi sub pedibus actam, Regum factus origo pro maiori generosi cordis, & pietatis suæ ostento, vltimus statuit inter gregis Heliæ alumnos connumerari: Carmelique Montis Altrici Virgini Matri totus dicatus ex corde Carmelitarum Vlysipponensium Institutum amplexatus est.

Anton. Vasc. Iesuita cit. in descript. Regn. Lusita. f. 524.

Tantâ ergo, vel à limine regularis cursus sui, inter tot ingentes glorias, radiare cœpit humilitate, vt nedum in Laicorum Fratrum, quos vulgo *de Obedientia* vocant, voluerit adnumerari; sed inter Semifratres, qui omnium Heliadum minores sunt, in Ordine designari, numquam vllis se sacris Ordinibus auctorari permittens.

Totus igitur Christo deditus, & Matri Virginis Mariæ Carmeli dicatus, stupendæ illico virtutis admiranda facinora virtutum facere cœpit, mundum sedulus, Dæmonem, carném que pessumdans. Humilitatis ergo vir grandis spiritu renouatus, omnigeno insignis virtutum exercitamento, rudi pœnitẽtiâ sexagenario maior carnem comprimere non recusabat. Virginis Mariæ singulari famulatu refulsit, adeò vt tantæ Matris Virginis flagrans amore, multa in eius honorem, & maxima erexerit Delubra, inter quæ eminet mole sanè Regiâ toto ob elegantiam orbe spectabile templum illustrissimi nostri Vlyssipponensis Cœnobij. Extulerat aliud, vt omittamus cætera, in Villa Vicosa (quæ solium est Aulæ Brigantinæ) impollutæ Conceptioni Beatissimæ Virginis Mariæ, præcipuum oppidi delubrum: quod postea, cælestibus potentiis in eo à Virgine peractis, à Duce Theodosio auitæ pietatis hærede, & amplificatore nobilissimo nouis substructionibus, & festiuis ludis maiorem sibi religionem composuit, vt affirmat Vasconcellius idem.

Vasc. in descript. Reg. Lusitan. de insign. Tẽpl. B. Mariæ V. in 1o. Carth. t. 3. ho. Sac. ho. de lau. Car.

Tandem vt Cathagena Franciscanus testatur, item virtutibus, & miraculis in vita & morte refulgens, post deuictas spirituales nequitias, mundi pessundatas glorias, carnem maximè attritam, Ceitam ciuitatem anno 1414. vnà cum Ioanne Lusitaniæ X. Rege ab hostibus reportatam, quod fuit vltimum in sæculi militia animosi cordis sui facinus egregium, & fortissimi ensis sui prima dexteritas: post ære suo redintegratum, ditatúmque summâ maiore Vlyssipponense Cœnobium, mirabilis mundo, gratissimus Angelis, & Deo, anno à vocatione sua nono: à qua multoties visibiliter à Virgine Maria fuerat consolatus, illustrissimis mundi, & spiritus victoriis diues, gloriæque grandis lauris redimitus multis, septuagenario maior volauit ad astra: Redempti Orbis à Christo 1443. plus minúsve, sub Summo Apostolici supremi solij Petri Dominatu Eugenij IV. & Imperio Alberti II. Iacet in suo Lisbonensi Cœnobio, celebri sub marmore erecto, veneratus à cunctis: imò & à Philippo III. dicto Pio Hispaniarũ Rege, personaliter, qui cũ semel, & iterũ reuerit, est.

In eius honorẽ, posthumáq; famã egregij Heliades sui sic parẽtarunt, inter alia Carmine isto.

NONNIO

NONNIO ALVARO CARMEN.

Fr. Petrus Lup. in vita Comestabilis.

Qui Lusitanæ supremo munere gentis
Militiæ functus officiòque Ducis:
Et Bargantiaci generosi stemmatis auctor,
Regibus & multis fons & origo fui.
Exhaustis postquam bellis, sceptrísque relictis,
Vnus Carmeli de grege factus eram:
Huic germana tuli quam reddit imago figuram
Nonnius (vt cernis) Aluarus (ora) Comes.

Vide de gestis Nunaluari Pereira Simonem Cobellum in Compend. Chronic. Ordin. Carm. libr. 1. à cap. 19. vsque ad cap. 21. vbi latè ortum, gesta, sanguinem, mores, & magna, & egrægia armorum & virtutum eius facinora prosequuta reperies.

DE REVERENDISSIMO PETRO STEPHANO TOLOSANO, CONGREGATIONIS MANTVANÆ VICARIO GENERALI PRIMO.

Cap. CCLXI.

Anno Christi 1443.

Anno 1430. æt. hac æt. 17. sub anno 1595. Lucius in Comp. hist. Car. c. 14. fol. 136.

PETRVS STEPHANVS, natione Gallus, Tolosanus patriâ, Primus Illustrissimæ Congregationis Mantuanæ (cuius ortû, etsi per transennam, vidimus in elogio Reuerendissimi Generalis Facci, & de ea dicemus iterum Ætate 17. in Elogio Generalis Reuerendissimi Henrici) Eugenij IV. diplomate Primus Congregationis illius Vicarius Generalis electus. Vir fuit acris ingenij, flagrantísque, ad omnigenam sapientiæ, & religionis gloriam anheli: litterarij splendoris firmus assertor, omnis Theologicæ obscuritatis illustrator, sed virtute magis, & religione Splendidior: iis tandem omnibus, quibus ornari egebat, ornatissimis luminibus gloriæ, primum caput illustrissimæ, tantæque Congregationis electus est. Cui facilè dabimus Platinianum illud ex Iouio, de viro dicentes:

Iouius in elogiis viro.. Doctor.

Nil maius natura tulit: miracula cæli
Huius in ingenio cuncta stetère viri.

Fuerat enim ad Præfecturam & pietate grauis, & meritis ingentibus ingens, meritóque inter delectos Heliades sui æui, celebrésque æterno sacratos nomine viros, tunc celebrior ipse, ab Obseruantia antiqua Carmeli vocatus, quique ad præsidium tanti, támque, è Carmelo Maiori, venustissimi viridarij virorum, quibus clara virtutum, & litterarum innumera sunt semina orta, natus est Princeps, & Antesignanus, Primúsque præesse fidelibus Virginis almæ Mariæ filiis Heliæ Magni Patrizatoribus in sua patre veris. Si quæ scripserit, docti à nullo sumus, tamen nomen suum hac prima æternasse & perennasse delectura compertum habemus.

Floruerat salutis annis 1443. sub Eugenio IV.

ANNO CHRISTI. 1444.

Summo Vrbis Episcopo, & Orbis capite vero. Et Imperio Alberti II. sepultus inter Mantuanos Heliades.

DE IOANNE NOBLETO.

CAP. CCLXII.

Anno Christi 1444.

IOANNES NOBLETVS, *Noblet* aliis, natione Gallus, doctrinâ, & Professione Parisiensis Regij Cœnobij filius. In diuinis vir litteris apprime excultus, Philosophus liberalissimus, Medicus expertus, & valde peritus, omniumque harum scientiarũ Doctoralibus insignitus lauris.

Adfuit Concilio Basiliensi, vbi, Philippo à S. Iacobo dicente, validissima argumentorum iacula in hæreticos iecit Hussitas, præ admiratione stupente toto Senatu Catholico, sapientiam, & spiritum Doctoris, trementibusque hæreticis tonantia velut demissa ab æthere verba Patris.

Santiag. Catalog. de vir. ill. Car.

Porrò posteris gloriosa ingenij monumenta perhibuit. Eisengrenius datus à Posseuino testatur scripsisse in vniuersa ferè Biblia sacra. Trithemius sequentia dat Centiloquium Ænigmatum lib. I. In Epistolam Canonicam S. Iacobi, lib VII. Super Sententias lib. IV. In Euãgelium S. Ioannis lib. I. Sermonum variorum lib. I De pulsu, febri & vrina, lib. III. (exercuetat enim in sæculo medicam artem) & alia.

Posseu. to 2. Sac. App. in Ioan Nobl. Trith. de script. Car.

Claruit, iuxta Eisengrenium erecti hominis ab Adamæ lapsu annis 1444. sub Summo Principe Vrbis, & Orbis Eugenio IV. & Imperio Alberti II. Gloriosam viri mentionem agunt Genebrardus, Iacobus de Plebe, & alij.

Geneb. in Chron. ad an 1444. Plebe in indice.

DE B. FRANCISCA DE AMBOSIA.

CAP. CCLXIII.

Anno Christi 1448.

B. FRANCISCA DE AMBOSIA, natione sic eam cognominat Leo à S. Ioanne, Britanna, Petri Britanniæ, & vtriusque Armoricæ Magni Ducis vxor: & postea, vt Boërlius affirmat, Sacrimonialis Carmelitana, in Conuentu Nazareth iuxta Venetas in Armorica, à se in Britannia ipsa fundato, & summis dotibus aucto cum altero quem cognomento de Scotia Scotiis prope Ligerim eiusdem Ordinis, erexit annuisque pinguibus censibus, à Ducis viri morte ditauit.

Leo Carm. in Typo vestis religiosæ. sec 8. ratione 10. f. 220. & 225 Bo ... in Catal. General. in General: Soretho. f. 33 ...

Claruit sanctitate excelsa, ciusque meritis creduntur à dira hæreticorum manu illæsa ista Cœnobia huc vsque mansisse: quæ semper clarâ obsecuantia fulgentia, tantæ Ducissæ Fundatricis posteritati terræ, sedula virtutum exempla demonstrant.

Obiit tandem grandi sanctitatis opinione celebris, quæ vsque ad hæc tempora durat in suo Nazarethi in Britannia Cœnobio, Boërsio teste, ex voce Arnolphi Bostij, & Leone à S. Ioãne, annis pacis à Christo æternæ 1448. sub Archimestre Orbis verè Sũmo, verè Optimo, verè Maximo Nicolao V. Sergianéti, & Alberti II. Imperio.

Videndus est Ioannes à Monte Carmelita qui vitã huius S. Ducillæ latè descripsit an. 1548.

ANNO CHRISTI 1448. Boërsius cit. Arnolphus cit. a Boer. Leo a S. Ioã. citato loco.

DE IOANNE NAGELTO.

CAP. CCLXIV.

Anno Christi 1448.

IOANNES NAGELTVS Alemannus natione, & filius Conuentus Norenburgensis, de quo Trithemius virum asserit fuisse mirabilis industriæ, & vigilantiæ cuius marci prima illustrissima Cœnobij illius, & pulchriora lumina dantur.

Trith. lib. 2. de mirac. M. V. in Vrbe. Eubrũ. cap. 14.

Sapientiâ simul clarâ relucens floruit virtute multâ optimè meritus de Ecclesia Christi, & Heliæ Patris religione, annis peremptis dæmonis à Christo Iesu 1448. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HENRICO VVICHINGHAMO.

CAP. CCLXV.

Anno Christi 1448.

HENRICVS VVICHINGHAMVS, natione Anglus, Conuentus Norvvicensis filius, Oxoniensis Doctor, omni vir scientiarum supellectile diues, tamquam ab vberrimo Hieronymiano fonte potatus plenè, diuina commentabatur eloquia: fuit enim D. Hieronymi in exponendis libris sacris styli fidelissimus imitator, & diuini Verbi declamator excellentissimus

Lucubrationibus multis, & magnis ditauit posteritatem, sed sequẽtes fronte notatas solùm. Sixtus exhibuit: In Esaiam lectiones 18. lib. I. In Apocalypsim lectiones 30. lib. I. De Christi aduentu vario. lib. I. Sermon. hyemalium, lib. I. Æstiualium, lib. I. De sanctis, lib. I. & alia.

Sixtus Sen. in Bib.

Norvvici postremò moritur, in Christo, salutis anno 1448. Pitsæus 47. signat, quid interest?

Pitsæ. cit.

DE IOAN. BARNINGHAMO.

CAP. CCLXVI.

Anno Christi 1448.

IOANNES BARNINGHAMVS, natione Anglus, patriâ Gippesuvicensis, & Conuentus eiusdẽ filius: Parisiis, & Oxonij Sorbonicorum vtrobique lauro decoratus Doctorum. Hunc Bostius, & Trithemius à diuino ingenij acumine, & vtraque inuincibili litterarum disceptatione, ad sydera vsque celsiora sublimant.

Arnolphus Bos, Trith. cit. à Pitsæo.

Scripsit, Pitsæo teste, Lecturas sacræ paginæ, lib. I. Commẽtariolum de horrore peccati, lib. I.

Posseu. t. 2. Sac. App.

ANNO CHRISTI 1448

In Magistrum Sententiarum, lib. IV. Quodlibetorum Theologiæ, lib I. Quæstiones Ordinarias, lib. I. Conciones sacras, lib. I. & alia.

Gippesuvici ad senium vsque perductus, Prior in suo Cœnobio felicem efflauit animam, salutis, & pacis vniuersæ à Iesu anno 1448 sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Brou. to. annal. 19. ad annũ 1430. nu. 87.

DE FRANCISCO DE BACHONE.

Cap. CCLXVII.

Anno Christi 1448.

FRANCISCVS DE BACHONE, alter (sed forsan sanguine iunctus') ab illo celebri Anglo Ioanne Bachonê, siue Bachondorpio, de quo diximus Ætate 15. anno 1346. natione Catalanus, patriâ & Cœnobio Gerundensis (aliis, & melius Petrælatæ) Parisiensis Doctor, vtraque litteratura illustrissimo nomine dignus. Ob ingentem viri sapientiam, & ingenij subtilitatem Doctoris sublimis Parisiis vbi publicè in frequenti Lyceo docuit, cognomentum auspicatus est. Fuit Prouincialis dignissimus Cataloniæ.

Inter ditissimi ingenij sui perennia monumenta, magnum illud, & insigne opus (sic à Trithemio vocatum, cui titulus *Repertorium Prædicantium*, in quo omnia Antiquorum Patrum dicta collegit in vnum, diuini verbi præconibus valdè vtilissimum, vt Andreas Scotus adnotat) lib. I. primis orbis typis evulgauit: (hoc enim anno Prælij ingenium mirificum, & atramenti typici vsum, Ioannem Cutemberg adinuenisse Tornamira recenset.) Super Sententias lib. IV. Plura ferunt scripsisse, sed nobis latent.

And. Scotus in BB. Hispaniæ. *Inuentio Prali & atramenti vsus primus typis intar Carmelitas.* Franciscus Vincentius Torna. in Chronol. sua f. 238.

Claruit Galliæ, & in Prouincia sua Cataloniæ, virorum illustrium Carmeli feracissima Matre vt hîc tibi videre erit: sed Parisiis maximè affulsit salutis annis 1448. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Nouissimæ Relationes à Cataloniæ Prouincia remissæ nobis dant obiisse virum in Conuẽtu Campi Rotundi, 8 Augusti anni 1372. sed iuuat illum hoc reposuisse anno suæ celebris famæ.

Quæ huc vsque Carmelitarum litteraria opera retulimus à Carmelitis evulgata, ne intelligas lector, nos ea Typo, vel prælo promulgata esse intellexisse, cùm vsque huc, hoc scilicet anno, inuentum sit æreum prælum: sed iteratis scriptis, data posteritati per eos Principes, & Dominos, quibus dedicabantur, sic enim in omnium manibus habebantur, variis vulgata religionibus, & gentibus, iuxta meritum eorum: & hæc erat eorũ operũ gloria gradus.

DE ANTONIO FONCIO.

Cap. CCLXVIII.

Anno Christi 1448.

ANTONIVS FONCIVS, *Fonte* illum Lucius vocat, Vir celebris, religione clarus & doctrina summus, Vicarius Generalis Cõgregationis Mantuanæ perpetuus, II. in Ordine à Mantuanis electus.

Lucius in Catalogo. Vic. Gener. Congreg. Mantuanæ.

Floruerat felicissimus, magno Congregationis suæ incremento, Saluatoris Christi anno 1448. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1448.

DE NICOLAO SVAFHAMO.

Cap. CCLXIX.

Anno Christi 1449.

NICOLAVS SVAFHAMVS, *Swaphã* alij, natione Anglus, Cãtabrigensis Prior, Doctor, Professor publicus, & illustrissimæ academiæ Cancellarius insignis, teste Lelando, & Pitsæo.

Multa viri celebria periisse monumenta testantur, sed extant lectiones ordinariæ, lib. I. Determinationes, lib. I.

Lelãd cit. à Pitsæo, vbi supra. Posseu. tom. 2. Sac. App.

Cessit à vita in suo celebri Cœnobio, salutis, & veritatis ortæ anno Christi 1449. Sub diuæ Christi Ecclesiæ Theatro Summo Nicolao, V. & Romano Occiduo Cæsare Alberto II.

Quæ abhinc vel extare vel vulgata esse scriptáque litteraria Carmelitarum opera nuntiauer mus: ea Prælis communibus remissa esse oportet intelligas Candide legens: Nisi spe- [illegible] adnotemus Manuscripta seruari alicubi, vel in sacris Bibliothecis.

DE IOANNE CRESSÆO.

Cap. CCLXX.

Anno Christi 1450.

IOANNES CRESSÆVS, vel *Cressæus*, natione Anglus filius Cõuentus in Comitatu Lincolniæ vulgò *S. Botulfus*, Doctor Oxoniensis, hæreticorum osor acerrimus, & disputationum iaculis confossor eorum assiduus.

Singulari quâ Virginis deuotione permouebatur, scripsit, teste Lelando, de Laudibus Mariæ Virginis Assumptæ, lib. I. Homilias per annum, lib. I. & alia non pauca.

Lelãdus cit. à Pitsæo.

Ad S. Botulphum Prior moritur, & sepultus est anno Christi 1450. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE MARONIS.

Cap. CCLXXI.

Anno Christi 1450.

IOANNES MARONIS, *Marrhonus, Maire*, siue *Maro* aliis, sed alter ab illo Murrhono, de quo actum est anno 1407. Natione Anglus, Vir cui certè Deus aligeras industriæ manus, pennigeros acuminis pedes ad omnia scibilia dedit: Scholasticarum subtilitatum Scholasticus fuit Doctor ingenuus.

Extant, ex multis operibus eius, Pitsæo teste & Lucio, sequentia solùm. Tabulæ originalium, lib. I. Contra Vvicleffitas quorum fuit sempiternus malleator, & mastix, lib. I. Lecturæ sententiarum lib IV. & alia multa.

Pitsæus sæpe cit. Lucius in BB. Car. Posseuin t. 2 Sac. App.

Anno Christi 1450.

Floruit Oxonij in publico Lyceo, vbi docẽdo, disputando, & scribendo seræ meruit posteritati nomen vtilissimum, eo fermè tempore, quo Vvicleffi errores Cantuariæ dãnauit Episcopus.

Non nouimus certò obitus tempora viri, sed claruisse nitet annis 1450. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Trithemius & Posseuinus ferunt obiisse Doncastriæ anno 1407. sed est erratum typorum, tunc florere incepisse habemus manifestum.

DE ROGERIO ALBANO.

Cap. CCLXXII.

Anno Christi 1450.

Rogerius Albanus, natione Anglus, Harfordiẽsis, ex oppido S. Albani oriundus Londinensis Monachus: Latini eloquij prosequutor elegans, diligentissimus, sacræ, & profanæ scientiæ, versator.

Pitsæo teste, elegantissimo calamo contexuit, Epitomen memorabilium mundi, ab Adamo, ad vsque tempora viri: vbi etiam sacri veteris testamenti acta conclusit fidissimam Patrum illorum seriem per generationes suas, ab Orbe condito, vsque ad Christum, & Apostolos deductam, attexens: mirifico ingenio refulsit, præfixit huic toti operi frontem *Compendium historiarum Bibliæ*, lib. I. Composuit etiam progenies rerum, & virorum Britanniæ, lib. I. multa etiam scripsisse asserit Pitsæus, quorum titulos necdum libauimus.

Posseuin. to. 3. Sac. App.

Fatis demum Londini cessit, circa annos gratiæ 1450. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Pitsæus cit.

DE ROBERTO HARDEBIO.

Cap. CCLXXIII.

Anno Christi 1450.

Robertus Hardebius, natione Anglus, Lincolniensis Monachus, S. Theologiæ Doctor, & eiusdem Publicus, & nobilissimus professor: vir qui vitam sanè pietatis, & eruditionis claro stemmate compleuit honoratam.

Miro fulsit erga Matrem immaculatam affectu Mariam, in cuius laude, cui impar est omnis humanæ linguæ præconium, frequentes habuit ad populum conciones, è quibus opus grande conflauit vnum, spiritum, sanctimoniam, & viri eruditionem mirificè halans, lib. I. Si quæ typis dederit alia, à nobis auolat.

Pitsæus & Lelandus.

Floruisse habemus, annis ab homine redempto 1450. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE EDVVARDO DINLÆIO.

Cap. CCLXXIV.

Anno Christi 1450.

Anno Christi 1450.

Edvvardus Dinlæius, natione Anglus, ex oppido Nouocastrensi, & nobilissimis natalibus ortus. Inter sui tempores Rhetores facilè Princeps, omnis litteraturæ felicissimus amator, & virtutis omnis facilissimus prosequutor.

Quædam Latini sermonis opera elimauit, quorum, vt ex Lelando, Pitsæus scribit, alia Manuscripta, alia typis, & prælo commissa circumferũtur. Inter quæ in illud Isaiæ: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide*, Sermones 24. reperiuntur, lib. I. congesti.

Leland. & Pitsæus cit.

Claruit ad annos Gloriæ à Christo in altissimis Deo 1450. sub eisdẽ Põtifice, & Imperatore.

DE DAVIDE BOISIO EPISCOPO.

Cap. CCLXXV.

Anno Christi 1450.

David Boisius, *Boys* aliis, *Basius*, siue *Boethius*, vt notat Harpsfeldius, qui viri illustrissima monumenta dat: natione Britonus, Cambriensis patriã: Arnoldus Vvion Benedictinũ eum facit filiumque assignat Cœnobij Glocestriensis. sed Pitsæus, & Harpsfeldius, Carmelitam fuisse seriò affirmant: Oxoniensis fuit Doctor, & publicus S. Theologiæ ibidem Professor, teste Lelando: Harpsfeldius Landauensi, Cambriensi, & Vvalliensi infulis Episcopalibus coronatum fuisse asserit.

Harpsf. hist. Angl. sæc. 15. c. Arnoldus Vvion. in ligno vitæ. Pitsæus cit. Harpsf. cit.

Sapientiæ, & sanctitatis grande sibi, sed merito maiori, comparauit nomen. Ioannis Brabinghami in Cantabrigensi Lyceo collegit opera, vt in Bibliotheca illustrissimæ Palæstræ litterariæ reconderet: plurimas conciliandæ eruditionis gratiã, lustrauit, & illustrauit Academias; non immemor tamen Professionis Monasticæ, quondam habitæ, post vigilias plures impensas litteris, vt soli vacaret Christo, hominum frequentias vitans, in solitudinem secessit, è qua credimus vi ad infulas aduocatum, & acceptum fuisse.

Harpsf. cit. in Episcopis Landauensibus, &c.

Ex eius diuiti litterarum thesauro deprompsit Pitsæus, eruditissimarum concionum, (fuit enim clarissima Christi, & Euangelica tuba) lib. I. De doctrina spiritus, lib. I. De vera Innocentia, lib. I. De duplici hominis immortalitate contra Agarenos, lib. I. Contra eorum insaniam, lib I. De variis ritibus gentium, lib. II. & alia plura latentia titulis suis.

Pitsæus cit.

Tandem felicissimi exitus sui diẽ clausit extremũ vel suos inter Carmelicolas, vel in sua Vvalliẽsi, quod magè credimus Episcopali aula, salutis orbis anno 1450. sub eisdẽ Pontifice, & Imperatore. De hoc viro Posseuinus sub nomine *Dauidis Boys* tractat.

Posseuin. to. 3. Sac. App.

Anno Christi 1450.

DE CLAVDIO A MONTE MARTYRVM.

Cap. CCLXXVI.

Anno Christi 1450.

Clavdivs à Monte Martyrvm, natione Francus, Parisiensis Doctor insignis, religionis iubar eximium: Scripsisse remur plura, in Vniuersitatéque Parisiensi publicum Sacræ paginæ Doctorem celeberrimum egisse; sed tamen præter lecturas suas plures nihil vidimus fronte notatum: præter in Apocalypsim succincta, sed lucidissima Commentaria, quæ vulgata prælo perhibent Sixtus, & Santiagus, & Posseuinus dicata Ioan. Cardinali Bellayo. Extant in BB. nostra Bibilitana.

Sixt. Sen. lib. 4 BB Sacr. S. Tiagus in Catalog. ill. Carm. Posseu. to. 1. S. App.

Floruisse nobilissimum Heliadem, felicissimúmque fidei professorem, & palæstritam constat, annis 1450. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE ENDERERIO.

Cap. CCLXXVII.

Anno Christi 1450.

Ioannes Endererivs natione Alemannus, patriâ, & Cœnobio Dunkelspielensis, secundus Prior Sanctæ Mariæ in Vrticeto Heilprum, vir grauis industriæ, & indefessi laboris, religionis & fidei sacræ candidus amator, & zelator ignitus virtute clarus, & pietate notus Hæreticorum mastix verbo, & opere incus.

Scripsit multa, sed eorum titulos silentio Trithemius celebrauit; at nos ex Alemanniæ Relatis, Opus habemus cui titulus *Authentica fides Ecclesiæ varijs argumentis clypeata*, lib. I I.

Trith. cit. de miracul. in Vrticeto Heilprun.

Effulsit, Trithemio dante, & obdormiuit in Christo annis fundatæ Catholicæ Ecclesiæ Christi 1450. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HENRICO BOYO.

Cap. CCLXXVIII.

Anno Christi 1450.

Henricvs Boyvs, *de Boyo* eum Lucius agnominat, *Boyc* sed malè alij, natione Brito, in diuinis vir scripturis peritissimus, & in Philosophia seculari clarus, subtili, & scholastico eloquio, & ingenio mirabilis, Sacræ paginæ infusus interpres, & diffusissimus enucleator, Parisiensis Doctor.

Nonnulla præclara volumina cudit, æuis celebranda veturis, & profutura sapientibus cunctis, è quibus, Posseuino, & Lucio testibus, extat opus egregium in 4. libros Sententiarũ lib IV Quæstiones variç lib. pluribus, & alia, teste Trithemio.

Posseu. to. 1. Lucius cit. BB. Trith. de viris.

Floruit Eisengrenensis ait, annis Orbis saluati à Iesu 1450. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Deus bone, ne Boyum istum cum Dauide Boysio vel Boys immisceas, sunt certè diuersi.

Anno Christi 1451.

DE BEATO IOANNE SORETHO PRIORE GENERALI Latinorum vigesimoquinto.

Cap. CCLXXIX.

Anno Christi 1451.

Beatvs Ioannes Sorethvs natione Normannus, Cœnobij Condomiensis filius. Auenione in frequentissima Carmelitarum Synodo sexennio ante Facci mortem Latinorum Carmelitarum Generalis vigesimus quintus, ilatibus superis ann 1451. electus. *Vir* (vt verba Trithemij capiamus) *in diuinis scripturis doctissimus, & sæcularis Philosophiæ non ignarus, subtilis ingenio, & eloquio dulcis, vita, & conuersatione deuotus, & singulariter religiosus, & sanctus, Carmelitici Ordinis decus, gloria, splendor, & reformator, qualem nostra sæcula raro viderunt, rarius venturæ cernent: totus Deo deditus, totus lectioni, & orationi intentus, contemptor mundi, amator, norma, & speculum conuersationis Monasticæ, & puritatis sectator Angelicæ, virtutum custos, vitiorum hostis acerrimus.* Hęc de illo Trithemius. Quem electum in Generalem Rolandus Britus Dominicanus sic exaltauit encomio, referente Battauo: *Carmelitæ elegerunt pro Priore Generali præstantissimum Sacerdotem Ecclesiæ Dei.* Sed his maiora, sublimioráque de tanto viro, vt refert Conuentus Carmelitarum Rhedonensis quæ in medium protulit in media solemnissima concione ad suos, pro Comitiis Generalibus Aggregatos, Brugmanus quidam è Franciscana Seraphica, & Angelica, & Euangelica & Apostolica familia: is igitur nostri Sorethi verba dans, sic auctorem Sorethum exaltat: *Pater Sorethus omnium sibi Commissarum vigilantissimus Pastor, vir vtique iuxta cor Dei dispensator fidelis, non sui tantummodo Ordinis lumen, columnénque, sed reliquorum insuper Mendicantium præsidium, & immobile fundamentum. Fecisses, ô vtinam Deus immortalis! vt talis, tantúsque vir regendæ Minorum familiæ nobis à tua misericordia concederetur. Quàm felici cursu fluerent res nostræ! Quàm admirabili incremento floresceres, mea amantissima Religio.* Ista hucusque inter alia Brugmanus Franciscanus Minorita.

Trithem. in oper. de viris ill. & in scriptorib. Battauo dat. ... Carm. ... in vita B. Soreti. c. 1.

Brugmanus Concion. in Comitiis ... pro ... familia.

Is igitur Sorethus noster celeberrimus Ordinis restaurator, virtutis verè custos, rigidique satelles: verè maximus parens, verè zelator feruidus, pro suorũ instructione multos labores patientissimè tulit: in vita mirabilia operatus, tria Generalia Comitia iunxit, vt dat Paleonydorus, multáque in eis ad diuinum cultũ, & obseruantiæ regulæ & constitutionum prudétissimè sanciuit. Quinque Virginum Cœnobia Carmelitarum erexit, fundauit, & variis gratiis, & priuilegiis à Nicolao V. cui fuit gratissimus auxit: annis viginti, currum sanctissimè rexit Heliæ, mirabilibus sui Ordinis & patentibus incrementis. Et cùm Magnus vocari in cælis electus esset, non solùm opere, sed etiã verbo, edocuit Religioné & Ecclesiá Christi.

Paleon. li. 3. c. 14.

Anno Christi 1451.

Erard. in Fascic. ad ann. 1471. & Trith. cit. & Lucius cit. & Iacob. Philippi Augustinian. supplementi. fol. 327. & aliis pluribus. Vvalterus in vita B. Soreth. Ezechiel. 28. n. 4.

Itaque, Erardo teste, super Sententias scripsit lib. IV. In Regulam Ordinis celebrem Commentarium dedit, lib. II. duplicatum, quod paucis abhinc, cum admiranda vita B. Patris in lucem est datum à Conuentu Rhedonensi typis Parisinis, & Reuerendissimo P. Generali Gregorio Canalio dicatum, anno 1615. Sermonum, lib. I. Constitutionum Ordinis sui, lib. 1. In quo eas omnes quæ illum præcesserāt ad meliorem formam adduxit, & alia multa quæ scripsisse perhibet Walterus de Terranoua, primus vitæ Patris auctor, & eius indiuiduus peregrinationum Carmelita collega.

Gloriosus tandem meritis vitæ, *qui in sapientia & prudentia sua sibi fecerat fortitudinem*, & famæ perennis totus impositi Pastoris Carmeli Generalis officij functionibus imbibitus Turinorum visitans Prouinciam Andegauis morte sublatus volauit ad astra, an veneno in moris, edenti dato, vix tempora norunt, sed hoc vnum intempestiuæ sit eius mortis solatium, quod si veneno è viuis sublatus est, Martyrem vnum in eo gloriosum Carmeli trophæis addi dêre tyranni, salutis anno 1470. Sub summo Clauium Cælestium hærede Paulo II. & Imperio Alberti item II. Imperatoris. Viuus ergo, mortuus, & moriens miraculis clarus, adeò vt puerum resuscitasse Leo à S. Ioanne affirmet indubitanter, sequutus Walteri, & Cœnobij Rhedonensis sententiam. Ab optimis filiis parentatus est, & in Casula honoraria depositus cui sepulchralis elegans lapis superpositus vsque hodie veneratione, & populorum frequentia voto ductorum, conspicibilis habetur, in suo Cœnobio à dextris altaris maioris iuxta honorificum claustrum, adhuc miraculis elucens.

Anno Christi 1481.

Vvalterus citat. & relatus à Cœnob. Rhedo. in vita Patris Sorethi. Vide Elogium B. Io. Sobrin. ann. 1475. Leo à S. Io. in Typo. Vvalterus in vita Cœnob. Rhedon. Vide Possen. tom. 2. S. Ap.

Hæc nunc de B. Patre Soretho dicta sufficiant, plura dicturo nobis alibi, scilicet in nostro de vitis Sanctorum Carmeli Hispanico libro, vbi fusissimè Patris acta illustria sectamur.

Magno PATRI SORETHO Generali Carmelitarum EPICEDION.

Ex P. Andrea Madeua mutuatum.

Jte oculi in lachrymas, ite in suspiria rupes,
Et concussa graui tecta dolore cadant.
Vos quoque prædulces Carmeli ex fonte liquores,
Sistite: nam SORETH *Solis ad instar erat.*
Sorethum Heliadus fatis deploret ademptum:
Quamquam obiens superet Solis vtramque domum.
Si inter cælestes Sol aureus emicat ignes:
Jnter præstantes eminet ille viros.
Nobilior cunctis Phœbi est natura Planetis:
Ille Patrum clarâ nobilitate viget.
Liberat immersum Phœbus caligine mundum:
Jlle suâ cæcos discutit arte dolos.
Solis inardescens radijs calor omnia complet:
Jllius in Superos omnia vertit amor.
Singula percurrens lustrat Sol aureus astra:
Eximio Soreth cuncta nitore micant.
Sol rotat æqualem nullo discrimine lucem:
Jlle velut cunctis Iupiter æquus adest.
Impius aduersùs non audet dicere Solem,
Sorethi est ausus nemo negare decus.
Candomas sedes moriturus fortè reliquit:
Ortus, & occasus ne simul esse queant.
Et licet Occiduum Solem vix vllus adoret,
Sorethi occasum plurima turba colit.

DE

Anno Christi 1451.

DE IOANNE KENINGALO.

CAP. CCLXXX.

Anno Christi 1451.

IOANNES KENINGALVS (non Kiningalus nam ille alter ab isto est de quo supra sub an. 1399. sermonem vocauimus illustrem,) natione Anglus, Prouincialis ibi vigesimus quartus ad annos 13. Waldensi nostro familiarissimâ amoris necessitudine coniunctus; Oxoniensis fuit Doctor, cuius sanctimoniæ, & sapientiæ fama celebris, vel ad exteros peruolauit. Accessit Patri modestia singularis, morum grauitas, veneranda auctoritas, solidum iudicium, prudentia in agendis, & in omnibus dextertima manus.

Richardus Eboracensis ducem eum à Confessionibus, & consiliis in difficilioribus rebus adhibuit sibi. Ab ordine eligitur, vt in causa B. Thomæ Waldensis Romam adeat ad Martinum V. Pontificem O.M. vt insigne amici sui opus *Doctrinale fidei Ecclesiæ* Pontifici sacro dicatum in manus tradat. Venit ad sacra oscula pedum; paucis Pontifici aduentus sui exprimit rem, & libros exhibuit, & tam felici illum omine aggressus est, vt & amici, & sui causam feliciter absumeret: Nuncius enim Apostolicus à Pontifice designatur teste Lelando.

Tandem Norvvicum rediit, vbi reliquos vitæ felicis gressus, litterarum, & religionis Catholicæ operibus continuè intentus conclusit: postquam Norvvicensis Cœnobij sui nobilem Bibliothecam cœpisset erigere, exquisitissimisque libris ornasset, & post scriptos, teste Pitsæo, Concionum Paschalium 12. lib. I. De suo itinere, & legatione, lib. I. In Aristotelem de Animalibus, lib. I. Salutis annis 1451. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Lelandus datus à Pitsæo cit.

DE PETRO A S. FIDE.

CAP. CCLXXXI.

Anno Christi 1452.

PETRVS à S. FIDE, natione Anglus Norvvicensis Cœnobij filius, cuius gloriosè meminit tanquam de Carmelitis benemeriti, & Religione Catholica Harpsfeldius; S. Theologiæ Cantabrigensis Doctor ingenuus, & Parisiis item Lauro redimitus Doctorali, vtrobique autem publicus magni nominis interpres.

Harpsf. hist. Anglicanæ sæc. 15.

Vnus fuit è nonem doctoribus, qui cum exercitu Regis Henrici V. in Galliam, post Anglorum insignem de Gallis reportatam laurum, aduenere Parisios: ibi, publicis disputationibus habitis, creati sunt coram Rege Doctores, quorum quatuor ex his Oxonienses, & quinque fuère Cantabrigenses, teste Lelando; porrò præter singularem pietatem, & doctrinam inuincibilem, habuit Petrus contra hæreticos, & hæreses cælestem spiritum, & in refutandis eorum erroribus fuit assiduus, & multus: in concionibus, & Cathedra, & calamo vehementissimè inuehebat in eos: vnde aliquando cum aliis contra hæreticam prauitatem, & Apostasiam datus est Iudex, Inquisitor, & Examinator.

Lelandus datus à Pitsæo cit.

Anno Christi 1452.

Tandem, Pitsæo teste, scripsit Commentarios in omnes epistolas Pauli, lib. XIV. In 1. Petri Canonicam, lib. I. In 2. eiusdem lectiones 38. lib. I. Conciones ad Clerum, lib. I. Sermones Capitulares, lib. I. Pro sua inceptione, lib. I. Posseuinus addit his Placita Theologica, lib. I. Determinationes varias, lib. I. Alphabetum Theologiæ, lib. I. Breuiarium sententiarum, lib. I. Præconia Petri Lombardi, lib. I.

Pitsæ. cit.

Norvvici floruit, obiit demum, & sepultus est: salutis anno 1452. sub Nicolao V. Pontifice O.M. & Alberti II. Imperio Occiduo.

Posseu. to. 3. S. App.

DE IOANNE DE GVS.

CAP. CCLXXXII.

Anno Christi 1453.

IOANNES DE GVS, natione Italus, Tertius Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis electus, ob miram viri in gerendo indolem, excelsam sapientiam, & candidam morum honestatem.

Floruit iuxta Lucij nostri Catalogum annis Christi Redemptoris 1453. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Compendio suo.

Si quæ scripserit, addant alij. Nos ista solùm accepimus.

DE IOANNE EMMANVELE.

CAP. CCLXXXIII.

Anno Christi 1456.

SERENISSIMVS IOANNES EMMANVEL, natione Lusitanus, patriâ Vlyssipponensis: filium fuisse habuimus, ex relationibus Lusitaniæ Prouinciæ, Lusitaniæ Regis XI. D. Duarte filij D. Ioannis I. & Domnæ Philippæ de Alencastro; Sed sanè longo rem studio perquisitam inuenire nequiuimus; peruoluimus enim (vt quæ certa sunt, vt certa scriberemus, & ne incerta vacillabilibus immisceremus, hoc enim nobis diligens toto hoc opere studium firmissimum est) omnem Lusitanorum Regum Anacephaleosin, & Epitomen historiarum Regni illius: ac quidquid sit, serenissimo Regum sanguine cretum Ioannem nostrum reputamus. Hoc tamen gloriosius illi, quod nitori sanguinis Regij, splendorem splendidiorem omnis religiosæ pietatis, & virtutis omnigenæ adiunxerit, cum admirando pariilis sapientiæ decore. Adeò enimuerò in vtrisque, inter Carmelicolas suos Vlyssipponenses profecit, vt

Relationes Lusitanæ à nostro Io. Pinto datæ scriptis & ab Vlyssippona missæ.

Anton. Vasconcelios Emanuel. Saria de Sousa.

ANNO CHRISTI 1456.

successu temporis, eiusdem Conuentus, cuius fuerat filius, Pastor electus sit: & Prouinciæ, cuius fuerat alumnus, ad Magistri Prouincialis sedem fuerit euectus, imò, Regi Alphonso V. gratissimus: & vel sanguine serenissimo (ferunt enim Relationes adductæ fratrem illius, Nothum, fuisse:) vel præstantissimo sapientiæ, prudentiæ, & religionis stemmate, Ceutensis primus Episcopus, Primas Africæ, Capellanus, & supremus eleemosynarius Regis à Rege delectus est, & tandem Episcopus de la Guarda in Regno eodem.

Quædam ferunt scripsisse volumina, breuia licèt, ad dirigendos animarum rectores, quæ nedum prælo data vidimus, nec eorum titulos vel auribus, vel oculis hausimus adhuc.

Annus obitus illius latet nobis, sed floruisse constat annis Orbis à Tartaro erepti 1456. & aliquanto vltrà, sub Vrbis, & Orbis capite summo Calixto III. Pontifice O.M. & sceptro Romani Cæsaris Alberti II.

DE HIERONYMO DE CASAS.

CAP. CCLXXXIV.

Anno Christi 1456.

D. HIERONYMVS DE CASAS, natione Celtiber, patriâ Cæsaraugustanus, & filius illustrissimi, & Religiosissimi Cœnobij nostri Cæsaraugustani. Vir fuit validioribus disciplinarum omnium fulcimentis instructus, Bononiensis Sacrarius S. Theologiæ Doctor, & publicus eiusdem indidem Magni nominis indagator, vt Murillius affirmat, tanto excelluit numine, & acumine ingenij, vt antonomasticè *Celtiber subtilis* cognomentum fuerit adeptus. Claruit item omnigenæ pietatis, & Religionis laude meritissimus, propter quas corporis, & animæ generosas dotes, penè in senecta ad suos redux, ex Bolonio Lyceo, huius Prouinciæ Aragoniæ Prouincialis dignissimus eligitur; sed vt eduximus ex vetustis monumentis Archæi nostri Cæsaraugustani, præuentus morte, anno primo pastoralis munij sui, ad cælos aduolauit, salutis annis 1456. Sub Calixto III. Archimyste Ecclesiæ Principe, & Romano Cæsare Alberto II. Si quæ præter lecturas suas Theologicales scripsisset, & Sermonum libros, vix titulis nota inuenimus.

Didac. Murill. Franciscanus in Catalogo virorum illustr. Cæsaraug.

Archæum Cæsaraug.

DE GVILLIELMO STAPHILHARDO.

CAP. CCLXXXV.

Anno Christi 1456.

GVILLIELMVS STAPHILHARDVS, natione Anglus, patriâ Cantiensis, Londinensis Cœnobij filius, Oxoniensis Doctor, & Publicus ibidem Sacræ paginæ professor. Is est qui, Pitsæo teste, primus prima inter Oxoniensis Lycei ornamenta adnumeratur. Concionator fuit magnæ gloriæ, & famæ diuinæ.

Pitsæus cit.

Lucubrationes eius sequentes ex calculo illustrium scriptorum Angliæ apud Pitsæum eduximus: In Canticum Mosis, lib. I. In Psalmos aliquot, lib. I. In Isaiam lectiones, lib. I. Sermones ad Oxoniensem Clerû, lib. I. Quæstiones Ordinarias de materia paupertatis, lib. & alia plurima cum his scripsisse refert citatus auctor.

Claruit salutis annis, à Christo 1456. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE GVILLIELMO FONCIO.

CAP. CCLXXXVI.

Anno Christi 1458.

ANNO CHRISTI 1458.

GVILLIELMVS FONCIVS, *de Fonte* vocatus à Lucio Mantuanus, vir egregio virtutum, & litterarum clarus signo. Congregationis Mantuanæ quartus in Ordine Vicarius Generalis electus salutis anno 1458.

Lucius in Comp. in Catalog. Mantuano.

Floruit regimine celeberrimus, & religiosæ Heliadum Maiorû pietate præclarus, sub Pio II Pontifice O M. & Imperio Alberti II. Romani Cæsaris Occidui. A primis institutionis Sacræ istius Congregationis liminibus, vsque ad obitum illius Patris, qui contigit anno 1464 acti sunt anni 22. Hi celeberrimi quatuor Patres potiti sunt Clauo regiminis, vsque ad diem obitus sui: abhinc autem de biennio in biennium moderamina Vicariis data sunt: vsque ad annum 1584. vt Lucius adnotauit.

Lucius in serie vic. G. Congreg. Mantuanæ.

DE BERNARDO A MONTESA.

CAP. CCLXXXVII.

Anno Christi 1458.

BERNARDVS à MONTESA natione Celtiber Bilbilitanus patriâ, & Conuentus eiusdem, professus, & Prior, Vir sine dubio religione præcelsus, & assiduo adamantinus litterario labore.

Scripsit elucidationes in librum Hierosolymitani Patriarchæ Ioannis *de Institutione Monachorum* lib I. & in librum Ioannis Ribboti *de peculiaribus gestis Carm* lib. I Commentariorum in librum de quatuor virtutibus Cardinalibus ab Angelico Doctore D. Thoma Aquinate, lib. I. Traduxit ex Italico in Hispanum idioma opus seu libellum antiquissimum Iurisperiti cuiusdam de moribus politicis, lib. I. quod nos vidimus: extabant omnia propriâ auctoris manu scripta, & vno volumine complicata, in celebri Bibliotheca nostra Cæsaraugustæ, cum subscriptione nominis, & Patriæ auctoris: an verò typis

Sic habet vetustissimû M.S.

fuerint

Anno Christi 1460.

Guadalaxara. Episcop. Alguer.

fuerint alicubi data nescimus, dum sedulâ nostrâ lectione censeamus, omnia pio, & erudito auctore dignissima esse.

Floruisse patet annis Orbis à Cacodæmone liberati 1458. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Damus hæc ex Catalogo Illustrium Carmelitarum per Guadalaxaram & Alguerensem Episcopum.

DE IACOBO DE RHEGIO.

Cap. CCLXXXVIII.

Anno Christi 1460.

IACOBVS DE RHEGIO natione Italus, in diuinis vir scripturis, & sæculari litteratura peritissimus, nobilissimus trilinguis, Metro excellens, & Prosâ elegans.

Posseu. to. 2. App. S. Trithem. de scrip. Carm. Lucius in BB. Carm.

Scripsit sermones Quadragesimales, lib. I. Diuersorum Carminum, lib. I. Trithemio, & Lucio testibus.

Claruit salutis annis à Christo 1460. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO CHRALDO.

Cap. CCLXXXIX.

Anno Christi 1460.

PETRVS CHRALDVS, natione Italus, Conuentus Vicenziæ in Prouincia Veneta filius. A primis vnguiculis Virgini Matri dicatus, doctrinæ Christi fuit indagator assiduus.

S. Tiag. in Catalogo Ill. Carm.

Incredibiles S. Tiagus ait noster super Sacram scripturam labores, & studia posuisse; an tamen prælis ex illis vulgauerit aliquid, dubij hæremus; Scimus verò vidisse nos super epistolas Pauli Commentarios, Chrysostomi, & Christostomi sapientiam redolentes, lib. IV.

Floruerat annis redemptionis humanæ 1460. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE SONNEMANO.

Cap. CCXC.

Anno Christi 1460.

IOANNES SONNEMANVS, id est, *vir Solis* Conuentus Cassellensis in Hassia filius, omni studiosissimus litteraturâ, Philosophiæ sæcularis interpres egregius, subtilis ingenio, diuinique verbi orator ingenuus.

Trith. in de viris.

Trithemio teste, scripsit de 10. præceptis lib. I. De contractibus, lib. I. Super Symbolo N.ceno, lib. I. De præparatione cordis, lib I. Casus contra censuum reemptores, lib. I Sermones de tempore, lib. I. De superstitionibus, lib. I. & alia plura.

Claruit in Cœnobio Cassellensi, teste Iacobo Wimphelingo, salutis annis 1460. Sub Pio II. Pontifice O. M & Imperio Alberti II.

Anno Christi 1460.

Posseu. to. 2. S. App. Vvimphelingus. In prosthesi siue additionib. ad Catalog. Trithemii de viris ill. & scrip.

DE IOANNE A BERNONE.

Cap. CCXCI.

Anno Christi 1460.

IOANNES BERNO, natione Gallus, Normannus, patriâ Vernonensis prope Lutetiam Parisiorum, cuius celebris Cœnobij filius fuit S. Theologiæ clarissima fax, & Parisiensium Doctorum lumen egregium.

Plura fantur scripsisse Arnolphus Bostius, & Posseuinus, qui hæc dant; In Apocalypsim, lib. I. In Magistrum sententiarum, lib IV. Quæstiones Ordinarias, lib. II. Lectiones publicas, lib. II.

Arnolphus cit. Posseuin. cit. to. 2. S. App.

Obiit Parisiis anno Verbi diuini Incarnati 1461. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE VVALTERO DE TERRANOVA.

Cap. CCXCII.

Anno Christi 1461.

VVALTERVS DE TERRANOVA: quidam Tuscum natione ferunt, sed Normannum, & ex Prouincia Galliæ delectissimum alumnum, Conuentûsque Candomi filium habemus nos ex fidissimis Tolosæ Prouinciæ relationibus. Vir fuit sincerâ pietate decorus, & eruditione signatissimus egregiâ: indiuiduus Sanctissimi Patris nostri Sorethi Collega, peregrinationum, imò & virtutum omniû suarum pedissequus indefessus.

Relatum Prou. Tolosæ.

Plura credimus scripsisse, sed tantùm quod typis viderimus, extat eleganti penicillo, & veloci calamo descripta pictâque Sanctissimi Patris Generalis vita & mors: è cuius Walteri codice vetusto, in lucem nouissimè edita accessit, ab egregiis Carmelitis Rhedonensis Cœnobij, & vnâ cum Regulæ Alberti Commentario à B. Generali confecto, Parisiis vulgata prælo, salutis anno 1625.

Floruerat autem Walterus Carmeli decus, & gloria orbis, salutis annis, vt constat ex prædicto citato vitæ libro, 1461. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

De eo illustre meminimus in vita B. Patris Sorethij. Vide illam in opere nostro de vitis SS. Carmelitarum Hispanico confecto.

Anno Christi 1462.

DE IACOBO FABRA EPISCOPO.

CAP. CCXCIII.

Anno Christi 1462.

S. Tiagus in Catalogo illustr. Carmelitarum.

IACOBVS FABRA, natione Catalanus, illustre decus Prouinciæ Cataloniæ, & Patriæ Perpinianæ. Vir fuit clarissimâ semper doctrinæ candidus luce, & virtutis clarissimæ fulgentissima Pharus. Eapropter a Pio II. Pontifice O.M. Elnensi fuit infulâ coronatus Episcopali, quam tanta veri Pastoris vigilantia, & ouium solicito zelo decorauit, vt nulli secundus, toto fuerit inter Pastores Apostolicos glorioso nomine vir celeberrimo, & illustrissimâ famâ.

Relata Cathal. ex Fráncisco Fonte, Episcopilog. Elnensi.

Tandem Elnæ in sede sua felicissimus obiit in Christo, ibique honorifico sarcophago contectus est, salutis Orbi exhibitæ à Christo anno 146.. plus minúsve: vt ex Relatis à Cathaloniæ Prouin. ia & ex Episcopilogio colligimus Elnæ, ad nos è Perpiniano Manuscripto misso. Anno 1622. Sub prædicto Pontifice, & Imperatore.

DE MICHAELE MASSOTO.

CAP. CCXCIV.

Anno Christi 1462.

Relata Cathaloniæ Prou.

MICHAEL MASSOTVS, natione Hispanus Cathalanus, filius antiqui, & Religiosi Cœnobij Petrælatensis, de illustri Prouincia Cathalonica, ce[illegible] enim, vt [illegible]issima nobis ab ea missa Relata dedère, Cœnobium hoc, dum verum referat, vt credimus, Chirographum inuentum in Archæo eius, sic antiquissimum esse, inter ea quorum structura in Hispania cœpit à data Regula Alberti Patriarchæ, vt putent indagatores antiquitatum Cathalonicæ Prouinciæ, vix ab alio in Hispania, nobili antiquitate superari: quippe hæc ad fidem leguntur in præfato dicti Archæi Chirographo, vetusto satis charactere conscripto: *Sit notum omnibus, & aduertendum, quod die quarta Aprilis, anno à Natiuitate Domini M.CVI. fuit fundatus, & constructus in Villa Petrelata Conuentus B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli, extra muros per R.P. Fratrem Antonium Gabrielem Nouerū, Ordinis eiusdem, &c.*) Ex hac ergo Cathalonica Prouincia (adhuc florente huius tempore viri Patris sub nomine, & ditione Aragonicæ Prouinciæ; cui ex decreto Capituli Generalis Lugduni celebrati ann. 1342. aggregari fuère Conuentus Petrælatensis, & Gerundensis, vt constat ex editis actis in dicto Capitulo Generali) fuit Massotus noster S. Theologiæ Doctor famigeratissimus, & in vtroque iure nobilissima Laurea decoratus, morum integritate venerandus, & ardenti charitate præfulgidus. Scripsisse habemus, ex Relatis ab eadem Prouincia, Sermonum librum I. Iurisperitiæ opuscula varia.

Anno Christi 1465.

Tandem auctâ illustri librorum supellectile Bibliothecâ sui Cœnobij, bonis item operibus coronatus, indidem volauit ad æthera sacrum, datæ salutis anno 1462. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Sepultus est honorificè in dicto Cœnobio.

DE IVLIANO A BRESCIA.

CAP. CCXCV.

Anno Christi 1465.

IVLIANVS à BRESCIA *Brixiensis* aliis, natione Ligur, Vir pietate clarus, probitate mirus, benignitate insigniter illuminatus. Sapientissimus S. Theologiæ Doctor, & Prudentiæ Catonianæ sectator fidus. Congregationis Mantuanæ, Lucio teste, Vicarius Generalis electus, anno scilicet 1465.

Lucius in Comp. hist. Carm. in Catalog. Vicar. G. Cong. Mantuan. Posseu. to. 2. S. App. Alnoph. Bostius.

Porrò si quæ posteris scripta dederit auolat, præter ea quæ dat Posseuinus, scilicet Orationum & Epistolarum lib. II.

Floruisse habemus, saluatoris anno 1465. Sub Paulo II. Veneto Pontifice O.M. & Alberto Imperatore II.

DE GVILLIELMO SVRFLETO.

CAP. CCXCVI.

Anno Christi 1466.

GVILIELMVS SVRFLETVS natione Anglus, filius Côuentus S. Bobalphi aliis *Botulphi*. Linconiensis agri, Cantabrigensis Doctor. Vir assiduus virtutum cultor, & è suggestu vehemēs contra vitiorum omnium illecebras diuini seminis diuinus sparsor, vtpote qui candidâ scientiarum enituit clarâ caterua.

Posseu. to. 2. S. App. Leland. citâ Pitsæo vbi de vir. ill. Angliæ.

Collegimus ex Posseuino, Lelando, & Pitsæo sequentia operum lectissima grana: Conciones sacras lib. I. de vitiis & virtutibus lib. I. & alia.

Obiit tandem in vinculo fidei Christo gratissimus in suo S. Boalphi siue sit S. Botulphi Cœnobio, salutis anno 1466. Sub Paulo II. Pontifice O.M. & Imperatore Alberto II.

DE DIONYSIO HOLCANO.

CAP. CCXCVII.

Anno Christi 1466.

DIONYSIVS HOLCANVS natione Anglus, filius Conuentus Burnehamiæ, eru-

ditissimarum

ANNO CHRISTI 1466.

ditissimarum Logicæ formalitatum, Pitsæo teste, lib. I. scripsitauit.

Moritur, & sepelitur ibidem, de vniuersa Religione optimè meritus, salutis anno 1466. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Pitsæ. citat.

DE DVOBVS EPISCOPIS MAIORICENSIBVS.

CAP. CCXCVIII.

Anno Christi 1466.

DVo inclyti Ecclesiæ Maioricensis Pastores, & Viceapostoli fidissimi, doctrinâ, & pietate, perenni sine dubio marmore digni, D. Ioannes Llinans, & D. Galceranus Cassanyach, siue Cassanat, seu Casanatius: quorum regnum & nationis suæ patriam, vix expiscari valuimus, nisi quod primus fuerit natione Cathalanus, alter autem Celtiber, ex consanguineis nostris Casanatibus forsan quod non improbabile duximus. Quidquid sit scientioribus cedimus dubij, ne vnquam pro certis incerta litemus, (quod absit, vel in syllaba semper.) Id compertum habuimus, ex relationibus à Cathalonia missis, & Carmelitas fuisse, ex Prouincia Cathaloniæ primum, secundúmque ex nostra Celtiberorum, & ex Cœnobio forsan Cæsaraugustano Professum: & Religiosâ pietate, & sapientiâ suâ præstantes vtrosque & insignes, Episcopalibus muniis Maioricensibus decoratos: vitámque æternaturos cum Christo ad cælum, ocumbentes in eo, aduolasse ante annos Christi Seruatoris 1466. Annuo ære ab ambobus Vallensi Prouinciæ Cathaloniæ Cœnobio communito. Sub immediatis ætatis huius suprà datis Pontificibus & Imperatoribus.

Rel. Cathaloniæ, anni 1633. à Vener. P. Onof. Scolano viro Septuagenario maiori, & Religiosæ professionis quadragesimum exuperante annum.

Quidquid gloriæ sit & honoris in re ancipiti iure adaptare possumus his duobus illustrissimis Prouinciis, quarum quælibet ab initio certè erectionis suæ fœcunda facta est, insignium virorum sapientiâ, & sanctitate parens: quorum magnalia, si seræ posteritati, vel prælo, vel calamo dedita fuissent, pretiosissima caperes melleis virtutibus aluearia ex illis plena, & pretiosi Paradisus Dei parili sapientiæ & sanctitatis multæ virore pignora virentia, nostri autem non est cuncta diffusè transcurrere, dicta supersint.

Meminit vtrorumque, sub dubio eorum nomine, Episcopus Alguerensis, eorum postremum nostræ Prouinciæ filium esse decernens apertè, & forsan Professum in Cœnobio Cæsaraugustano. Sed certè eius nec minimam expressam memoriam adinuenisse nos in Archæo fatemur ingenuè. Sit dictorum fides apud Onufrium Scholano & Alguerensem Episcopum.

Ep. Alguer.

ANNO CHRISTI 1467.

DE IOANNE BRVYNO.

CAP. CCXCIX.

Anno Christi 1467.

IOANNES BRVYNVS, natione Flander, patriâ Bruxellensis, eximiæ sapientiæ vir, è cuius ingenij ditissimo penu plura posteris diuite manu reliquit: Sed tamen sequentia titulis Arnolphus, & Posseuinus dant. Commentariorum in Epistolas Pauli, lib. I. In Ecclesiasten, lib. I. In Magistrum Sententiarum, lib. IV. Carmelitam faciunt citati sed viri tempora celant, nos credimus, sine dubio, hac ætate floruisse annis 1467. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Arn. Iph. de viris lustr. Belgiæ. Posseuin. in App. Sacr. tom. 2.

DE IOANNE A PLATEA.

CAP. CCC.

Anno Christi 1468.

IOANNES à PLATEA, quem Venerabilem Paleonydorus appellat, & Mechlinensis Cœnobij Priorem, à quo habitum Virginis indutus est anno 1455. Natione fuit Tuscus, & Mechlinensis Cœnobij in Scotus filius: verè Carmelæi spiritus, & Sapientiæ decorator insignis: (Waltero de Terranoua, & Rhedonensi Cœnobio omni, qui virum summis laudibus attollunt ad astra, testibus:) Insignis S. Theologiæ fuit professor, & Doctor. Huic, compertâ dudum singulari eius probitate, & doctrinâ, in omnes Conuentus tam reformatos, quàm qui erant suo tempore, Sanctissimus Generalis Sorethus reformandi Vicarij Generalis potestatem delegauit.

Paleonyd. lib. 3. c. 14.

Vvalt. in vita S. Soreth. Conuent. Rhedon. in vita S. Soreth. c. 16.

Scripsisse credimus multa, sed ex his tantum, quod viderimus, insunt Monitiones Animæ, lib. I. pro Monialibus quibus fuit etiam sæpenumero à sacra exomologesi selectus. Super Regula Carmelitarum, lib. I. Cætera auemus, his nobis tantùm à Waltero in codice datis.

Florebat Carmelæum viretum virtutum suarum riuis fœcundans felicissimis, annis 1468. (Vbi autem, & quando è viuis abfuerit, nobis siluit Walterus.) Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Vvalt. in vita S. Soreth. M.S.

DE NICOLAO KENTONO.

CAP. CCCI.

Anno Christi 1468.

NICOLAVS KENTONVS, *Chenton* agnominat Sixtus, à Pago natalis sui nomen

Sixt. Senslib. 4. BB. Sacræ.

accepit

ANNO CHRISTI 1468.

accepit in Anglia, cum aura felicissim æ vitæ, Gippeswicensis Carmelita, & Cantabrigensis S. Theologiæ Doctor, peracti vir ingenio, & studiorum omnium eruditâ notitiâ perornatus: Latini Oratoris, Poëticæ facundiæ, Rhetoricæ elegantiæ, Philosophicæ subtilitatis, & Theologicæ sapientiæ nomina, vsque ad numina nobilissimè adimpleuit.

Magnæ fuit prudentiæ parens, apud omnes tantâ habitus auctoritate, vt prӕterquam quod per duodennium vigesimus quintus Angliæ fuerit Prouincialis existimatus, & veneratus ab omnibus, purpureâ infulâ fuerit dignissimè dignus accensitus. Præterea supra sapientiæ, & prudentiæ dotes, de Sanctimoniæ illustrioris lauro optimè meritus, ingenij gloriosam facundiam fœcundiori spiritu, præstantiâ selecti, longo interuallo exuperauit. Impositi muneris fastidiens molestias, æstuans autem perenni volatu ad Deum mente, & assiduâ ascendere contemplatione, parēre potius quam imperare plusquam mille suæ Prouinciæ fratribus volens, muneri cessit, à regiminis duodennio vix peracto, & totus traditus, totúsque imbibitus Deo, ditissimam sibi virtutum supellectilem adauxit.

Ocyus otio valedicere gestiens, vt posteritatem sapientiâ, & æuos vitæ suæ sanctitate ditaret, sequentia scripta, Pitsæo teste, reliquit. In Cantica, lib. I. In historiam Elisæi Prophetæ, lib. I. In Orationem Dominicam, lib I. In Euangelia sermones, lib I. Positiones Theologiæ, lib I. Positiones ad totum Clerum, lib. I. Ad Clerum Cantabrigensem, lib I. Orationes 12. ad fratres, lib I Ad Episcopum Oxoniensem, lib. I. Benedictiones præcedentium, lib. I. Commendationes eorundem, lib. I. Epist. 112. lib. I. Ad Norfolciæ Ducē, lib. I. Ordinationes festiuitatū, lib. I. Pro Solemni Commemoratione Virginis Mariæ de Monte Carmeli, lib. I, è quo desumptæ sunt lectiones festiuitatis eiusdem, quæ postea à Paulo V sunt confirmatæ. Vitam S. Cyrilli Græci, lib. I. & aliorum Sanctorum, maxime sui Ordinis libros plures. Precationes ad Sanctos metro scriptas, lib. I. Pro officio relinquendo, lib. I. Ad Ordinis Generalem, contra quosdam falsò reformatos, lib. I. Contra cuiusdam hominis blasphemias, lib. I. Contra quosdam Apostatas, lib. I. Contra obstinatum, & refractarium, lib. I. Ad errantem, lib I. Pro suscipiendo pœnitente, lib. I. Ad Dauidem Kirburium, lib. I. Ad Cardinalem Eboracensem, lib. I.

Pits. cit. & Possseu. to. 2. & App.

Lectionem de festiuitate Commemoratione V. M. de Monte Carmelo qua leguntur in 2. noctur. ... die 16. Iulij quis auctor?

Londini tandem sanctissimæ vitæ clausit horam ibique honorificè conditur sacra humo, salutis anno 1468. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE LVDOVICO A CREMONA.

CAP. CCCII.

Anno Christi 1469.

LVDOVICVS à CREMONA natione Lombardus, patriâ Cremonensis, vir morum honestate nulli secundus, diuinæ Philosophiæ incensus amore, vsque adeò festinata felicis ingenij fœcunditate refulsit, vt plerique, in pusillo eius corpore, quod vix semihominem æquaret, tantam vim inusitati spiritus, & tantas sapientiæ vtriusque facultates vigere mirarentur. Vicarius fuit Generalis Congregationis Mantuæ, selectus anno 1469.

ANNO CHRISTI 1470. Lucius in Catalogo. Vic. G. Mantuanæ Congreg.

Insatiabilis studij sequutus tenorem, plura scripsisse non dubitamus, sed titulis detecta vix vidimus vlla.

Regimine suo præclarissimus, & religionis augendæ zelo excellens, felicem spiritum Cremonæ peregit: annus obitus latet: floruisse patet annis 1469. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE HIERONYMO BERGHAMO.

CAP. CCCIII.

Anno Christi 1470.

HIERONYMVS BERGHAMVS, natione Lombardus, Vir pius, & præstantiâ Religionis inter Heliades ingenuus.

Scripsit, teste Thoma à Iesu, heroïco Carmine, S. Patris Alberti Drepanensis mirificam vitam, & acta, lib. I. quem dicauit Iuliano Brixiensi.

Thom. à Iesu in codice de vir. ill. Carm. M. S.

Clarebat annis 1470. ab Orbe liberato per Christum, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HENRICO PARCHERIO.

CAP. CCCIV.

Anno Christi 1470.

HENRICVS PARCHERIVS, (alij sed ex errore *Parcheyum*) natione Anglus Cœnobij Doncastriensis filius, Cantabrigensis Doctor.

Lelando, & Pitsæo & Posseuino testibus, doctrinâ celeberrimus scripsit, de paupertate Christi, lib. I. Diuitis, & pauperis Dialogum, lib. I. In Meteora Aristotelis lectiones 34. lib. I. & alia multa quæ forsan archæis suppressa, vt plura Regni illius litteraria monumenta, hæreticæ flammæ ignibus ambusta periēre.

Lelandus à Pitsæo citat. in de script. Angliæ. Posseu. to. 2. App. Sacr.

Claruit annis operatæ à Christo salutis in orbe terrarum 1470. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

* * *

DE

ANNO CHRISTI 1470.

DE HELIODORO A CREMONA.

CAP. CCCV.

Anno Christi 1470.

HELIODORVS à CREMONA, (*Cremonensem* alij nominant) natione Italus, ex Genuensi oriundus Ripa, vir sapientissimus, & litterarum, virtutúmque omnium iubar excelsum.

Plura ferunt scripsisse, sed extant tantummodo, ex Thoma à Iesu, Commentariorum in Regulam Alberti, lib. II.

Thomas cit. in Manuscr. Codice.

Claruerat Cremonæ in suo Cœnobio, salutis hominis annis 1470. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Ex Guadalaxara in suo Catalogo de viris.

DE ARNOLDO BISSALIS, EPISCOPO.

CAP. CCCVI.

Anno Christi 1471.

ARNOLDVS BISSALIS, Regnum & patriam obticent Trithemius & Lucius, at nos credimus Sardum fuisse, creditque Episcopus Alguerensis. In diuinis vir scripturis studiosissimè versatus, Philosophiæ humanæ, & Theologiæ diuinæ, vir præstanti nomine clarus: Clarior autem spirituali virtutum omnium exercitamento: Episcopus fuit Galtelensis in Sardinia: zelo animarum feruidissimus pastor, & virga vigilans, in declamandis ad populum sermonibus felicissimum habuit nomen, & omen.

Trith. & Lucius in BB. Car. etc.

Lucio teste, scripsit notabile sermonum opus, lib. I. cui initium: *In Medio Carmeli pascetur Basan.* Cætera non vidimus.

Floruisse habemus gratiæ annis orbi datæ à Iesu 1471. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Vltima Belgica relata ad annum illum ponunt 1366.

DE GRATIANO A VILLANOVA.

CAP. CCCVII.

Anno Christi 1472.

GRATIANVS à VILLANOVA, natione Hispanus, totius Ordinis generalis Carmeli Procurator; Sixto IV. Legatus à latere: fuit enim eruditione vir, prudentia & religiosa pietate munitissimus: in gerendis expeditus, agilis, efficax, & solers. An scripserit aliqua nos latet.

ANNO CHRISTI 1472.

Floruisse & Hispanum Carmelitam egisse ex Manuscriptis vetustissimis memoriis de variis in celebri Bibliotheca Cisterciensi Regalis Monasterij Oliuæ in regno Nauarræ, seruatis, quas nos semel, & iterum euoluimus: filium fuisse Cœnobij vetustissimi nostri Sangosensis, in eodem Regno non improbabile haberemus nisi codices citati, qui eum Carmelitam apertè demonstrant, suique Ordinis generalem Procuratorem confusè aliquanto de Cœnobij filiatione peragerent.

MM. SS. ex BB. Cisterciensi Oliuæ Cœnobij.

Floruisse constat ex eisdem temporibus Sixti Pontificis O. M. & Alberti II. Romani Cæsaris, salutis annis 1472 iuxta computa Claudij

Claudius in sua Gallia in Chronol. Pontific. & Imperatorum.

An autem quædam typis vel calamo vulgarit, nobis latet. Adducit item Carmelitam Episcopus Alguerensis in Catalogo suo.

DE CHRISTOPHORO BRIXIENSI, PRIORE Generali Latinorum vigesimosexto.

CAP. CCCVIII.

Anno Christi 1472.

CHRISTOPHORVS BRIXIENSIS, sic cognomento famosiori vocatus, sed ex Patre propriùs *Martignonius*, natione Venetus, patria Brixiensis. Totius Ordinis Generalis Magister vigesimus sextus, in frequentissima Carmeli Synodo celebrata Astensi Cœnobio anno 1472. felicissimè electus Pari vir virtutis, ingenij, & sapientiæ munere lectissimus. Erat enim cùm optimarum studio litterarum, & vigilantis ingenij fertilitate, tum animi iudicio, stylóque, & perspicuis moribus verus prædecessoris, & dignus hæres Sorethi Patris. Suæ Religionis omnimodè augendæ zelo feruidissimus, & solers.

Summo Pontifici Sixto IV. non solùm familiarissimè notus, verùm vehementissimè dilectus: sui gratiâ, præterquam quod pro re Ecclesiæ grauissimâ, missus fuit in Alemanoiam ad Federicum Imperatorem Ambasciator, grandia gratiarum agmina Helianæ indulta Religioni Pontifex almus elargitus est, vt cóstat ex Archæis Ordinis. Obtinuit ab eo, inter multa, reuocationem, & annihilationem, & irritationem cuiusdam Calixtinæ in præludicium Mendicantium Ordinum: S. Alberti Drepanitæ Canonizationem: omnium Ordinis priuilegiorum innouationem.

Vide speculum Ordinis.

Quædam eruditissima opera publica dedisse, eáque viri eruditissimum ingenij odorem halantia; Lucius affirmat & Posseuinus; vidimus prælo elegantissimarum Concionum Italico grande volumen in nostra Cæsaraugustæ ditissima Bibliotheca.

Vide Paleonyd. lib. 3. cap. 14. Luc. in BB. Car. Posseu. to. 1. Sac. Appar.

Demum decorato Regimine optimè de Religione meritus Pater, è Conuentu S. Martini in

Anno Christi 1472.

Montibus, cælestis gloriæ cacumina potiturus aduolauit, post se relicto Officij successore Vicario Guillielmo Chrichio Turonensi, qui anno eodem discessus Reuerendissimi Patris, qui fuit Christi Redemptoris 1479. Lucio verò 1481. cessit è viuis sub Sixto IV. Pontifice O. M. & Imperio Alberti II. Posseuinus asserit obiisse 1581. sed est Chalcographi erratum.

DE ROBERTO A MOSTARELO.

Cap. CCCIX.

Anno Christi 1472.

ROBERTVS DE MOSTARELO, aliis *Mostrolo*, & credunt esse diuersum, sed vnus & idem est; natione Francus celeberrimæ pietatis, & sapientissimi vir ingenij, suo nomine clarus. Parisiensis Doctor, & frequentissimi Lycei illius illustrissimum S. Theologiæ lumen.

Ferunt in Sententias vulgasse opus eleganti sapientiâ clarum, lib. IV. In diuersas D. Pauli Epistolas, lib. XIV. Sermonum, lib. III. & alia, Trithemio teste.

Parisiis demum Sapientiâ, & Catholicâ conspicuus religione, spiritum egit salutis annis 1472. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

De eo Episcopus Alguerensis, & Guadalaxara in suis Catalogis.

Trithem. de scriptorib. Posseu. to. 3. S. Ap.

DE IOANNE SVTTONO.

Cap. CCCX.

Anno Christi 1473.

IOANNES SVTTONVS natione Anglus, patriâ Eboracensis, filius Conuentus Doncastriæ, Doctor Oxoniensis, & Angliæ Prouincialis vigesimus septimus. Ad multigenam scientiam patémque virtutem, ingenium, & animam adduxit.

In publicam summæ suæ eruditionis testificationem, Pitsæo teste, sequentia prælo posteris dedit: Quæstiones ordinarias, lib. I. Quodlibeta, lib. I. Alia etiam scripsit, quæ incerto monumento vagantur.

Pitsæus cit. Posseuin. tom. 1. Sacr. Appar.

Doncastriæ obiit plenitudinis anno 1473. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

***

Anno Christi 1475.

DE V. IOANNE SOBRINO.

Cap. CCCXI.

Anno Christi 1475.

V. Ioannes Sobrinus, *Consobrinus* aliis, natione Lusitanus, patria Vlyssipponensis, & eiusdem Cœnobij illustrissimi, & magnificæ structuræ filius, *Magnus Magister* antonomasticè vocatus. Tanta vir veneratione à viris sapientioribus, & religiosioribus est habitus, vt Coëllius affirmet se audiuisse, & legisse, quod si aliquando in templis pro diuino audiêdo verbo publicus aditaret, ab omnibus diuini Assertoribus Verbi in specie salutaretur ante concionem dicentibus: *sub Correctione Magni Magistri.*

Lucius in EB.

Iac. Coelhus in Comp. hist. Car.

Hunc Trithemius, & Antonius Vasconcellus Societatis Iesu, Côcionatorem ætatis suæ clarissimum apprimè vocant. Fuit in diuinis vir litteris eruditissimus, Canonici etiam Iuris notitiâ celeberrimus; sed mirè laudabilior quia diuini honoris zelo, humilitate, & omnigenâ vitæ puritate candidatissimus erat: Maximi à Rege Alphonso V. Lusitaniæ habitus. Acerrimus in Anglia primùm, deinde in Lusitania hæreticorum & refractariorum omnium osor, & antagonista fuit: Hos indefesse verbo semper, & spiritu dirissimè contûdebat eorum omnium errores quàm plurimos, in verbo, & spiritu Dei disputando prædicando, & scribendo firmissimè confutauit, sapientiâ quâ erat à superis plenus. Tantâ excelluit arte dicendi, vt ouantes ad Magnum audiendum Magistrum Ciuitates, & populi accurrerent, quia in verbo virtus de ore illius exibat quâ sanabat omnes animi languores Ad instantiam Præpositi Regalis Collegij D. Mariæ de Anthen, in Anglia in cuius frequenti Lyceo publicus fuit Primarius S. Theologiæ interpres) insigne opus trimestre de contractibus, & commutationibus, quod prænotauit *de Iustitia commutatiua* composuit, lib. IV. Sermonum, lib I Francisci Mayronis, mole opus grato compendio breuiauit. De Conceptione Virginis, lib. I. Lecturas Theologicas, & Philosophicas plures.

Trith. in de script. Vasc. in Anacephaleosi Reg. Lusit. & in descrip. Regni.

Posseu. to. 1. Sac. App.

Demum Vlyssipponæ veneno intoxicatus eo quod (postquam apud Anglos miri studij sui facundiam, falsæ aliquorum doctrinæ obsistentem, insigni quâ præstabat eloquentiâ & sacrâ scientiâ indicasset) redux factus in patriam, cui non vulgare commodum adsportauit; cùm Catholicæ fidei hostes Iudæi quidam æquis animis non possent resistere sapientiæ, & spiritui Patris Zelo Dei igniti, quo verbo, & reprehensionis verbere firmo, eos affligebat & contundebat assiduè, veneno intoxicantes illum, victrici martyrij palmâ decoratum ad cælos aduolare, & inter cælestium concilium Dei Martyrialia trophæa, regnare fecerûnt, saluati hominis anno 1475. sub eisdem Pontifice, & Imperatore: Lisbonæ tandem vbi in suo obiit Cœnobio honorificè sepultus est.

Vasconcellus in Anacephal. in relatione regni Lusitani.

Caluus l. 2. cap. 13. Vide Andreã Schotum tom. 2. in classe Carmelitarum.

Non immeritò, nec sine iure, iuxta D. Thomæ doctrinam, piè & religiosè Ioannem nostrum

hunc,

ANNO CHRISTI 1475.

hunc, sicut & Sorethum Generalem Ordinis, inter Beatos, & Martyres adscribere decreuisse mus. (siquidem Angelicus Doctor, hos qui infidis hominibus aditum obstruunt ne in Christi segetem noxia effundant doctrinæ semina sacræ: & hos qui pro tutanda, vel instauranda Christi fide, non imperij acquirendi, nec pretij & honoris humani causa, sed studio virtutis augendæ, in Ecclesia Dei arma capiunt, vel pro armis, gladium spiritus, quod est verbum Dei Martyres censendos affirmat.) Nisi Sanctissimi Patris nostri Vrbani VIII. decretum nouum obsisteret quo cauemur, ne alios *Beati* vel *Sancti* titulis honoremus, nisi quos sacri Pontificalis decreta prius inter Beatos vel Sanctos solemni, qua ritu solet ratione Apostolica Ecclesia, designauerint.

D. Thom. 2. 2. q. 124. a. 5. ad 3.

Vrbanus VIII.

DE GOSVVINO DE HEX, EPISCOPO.

CAP. CCCXII.

Anno Christi 1475.

GOSVVINVS, aliis malè *Gosuinus*, de Hex, natione Brabantius, Vlyssinensis Episcopus Hieropolitanus, Traiectensisque Episcopi Vicarius in Pontificalibus: Vir in diuinis scripturis eruditus, & sæculari Philosophiâ doctus egregiè: Sermonum assiduus & famosissimus declamator.

Trithemio, & Lucio testibus, scripsit de 10. præceptis lib. I. Directorium conturbatæ conscientiæ, lib. I. Sermones de tempore, & Sanctis lib. II Possevinus addit scripsisse in Magistrum Sententiarum lib. IV. De modo prædicandi, lib. I. De copia exemplorum, lib. I & alia quædam.

Trithem. in de scr. Cat. Lucius in BB. Posseu. to. 1. App. S. ad appen.

Obiit felix salutis operatæ anno 1475. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE STAMBERIO EPISCOPO.

CAP. CCCXIII.

Anno Christi 1475.

IOANNES STAMBERIVS, aliis *Scandeberius*, Stamberiensis Carmelita, ab Harpsfeldio vocatus. In Occiduis Angliæ partibus ortus. Doctor, & publicus fuit S. Theologiæ Professor Oxonij in frequentissimo Lyceo. Vir inter Antesignanos disciplinæ suæ merito ab omnibus summis honoribus delatus. Famâ percitus viri Henricus VI. Rex Angliæ in grauissimis rebus ad Christi spectantibus religionem, eius consilia sequutus est: Magnum etiam viro famam adduxit, & auctoritatem ipsa corporis habitudo decentissima longè: erat enim cultu decorus, staturâ procerus (præstat enim ad muneris auctoritatem, quoad subditorum reuerentiam, & obtemperantiam pulchra corporum prælatorum præstantia; nam si statura pusilli, & Pygmæo corpore sint, ex eo contemptibiles sanè habentur subditis, vt experientia monstrat, nam qui staturâ pusilla sunt, vt dicebamus suprà in Ioanne Bachone, vix ad regimina habentur apti, licet viuaci vt in plurimum nimis ingenij acumine præstent, námque regulariter qui semihomines corpore sunt, semihomines, & vix, sunt etiam, ad gerenda, spiritu, halitu, & animâ) habitu modestus, incessu grauis, suauis eloquio, subtilis ingenio, iudicio maturus, linguâ comptus, in consultatis, & consultandis expeditus, dexter, & prudens: talis tandem (qualis esse debet qui aliis Præpositus habetur (vt si vel corporis, vel animæ viri dotes aspicias, pias matres sine dubio iudicabis illi fuisse Naturam & Gratiam; Eapropter Collegio suo Rex Etonensi, quod iuxta Windesoram posuerat, iuuentutis educandæ gratia, primum Præfectum designauit, eúmque sibi à Confessionibus elegit, & post pauca Norvvicensi Episcopatu donauit illum, cui cedere fas fuit, insurgente Guilhelmo Polo, Suffolciæ Duce in Regia tuta: at post hæc ann. 1448. Banchorensi illum infula decorauit; hincque post quinquennium ad Heresfordensem transmissus ascen lit.

Lucius cit. Harpsf. sæc. 15. c. 25.

ANNO CHRISTI 1475.

Teste Lelando, Pitsæo, & Trithemio, Plebe, & Lucio è quibus habemus ista, sequentia ingenij sui monumenta vulgauit de vigore sacræ Scripturæ lib. I. De prærogatiua Ecclesiastica lib. I. De Symbolo fidei, lib. I De vigore Decretorum lib. I De Sanctionibus Ecclesiasticis lib. I De potestate Pontificis lib. I. De dote Ecclesiæ lib. I. De vario Scripturæ sensu lib. I. De crimine iurisdictionum lib. I. Super Sententias lib. IV. De laboris vniuersi præmio lib. I. Sermones coram Rege lib. I. Sermones ad Clerum lib. I. Sermones ad populum lib. I. Quæstiones Ordinarias lib. I. De Regimine celebrantium lib. I. De quatuor minimis terræ lib. I. Lecturas Oxonienses. lib. I. Commentarios & auctuarium Richardi Vlestini, lib. I I *De casu*, & fortuna lib. I De fato, & fortuito lib. I. Contexuit etiam in plurium opera Doctorum Indices. In D. Chrysost. *nemo læditur*. In S. Augustinum Confessionale. In eundem super Ioannem: & de Doctrina Christiana. In Enchiridion eiusdem. De visitatione infirmorum. De cura gerenda pro mortuis. De laude charitatis De disciplina Christiana. In homilias S Gregorij, & in alia multorum opera.

Leland. & Pitsæus & Trith cit. sæpe ibid. cum Lucio & Plebe.

Ludlouæ tandem inter Carmelitas obiit, sed corpus eius ad Herefordiam delatum est, vt honorificam ibi sepulturam acciperet anno ab humanæ posteritatis reconciliatione 1475. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ANTONIO A FRANCIA.

CAP. CCCXIV.

Anno Christi 1475.

ANTONIVS à FRANCIA, credimus natione Ligurem fuisse: vir equidem summâ præ-

ANNO CHRISTI 1476.

Lucius in Catalogo citato.

ditus naturâ & gratiâ virtutum, & donorum dexteritate. Bis selectus Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, anno scilicet 1467. & anno 1475. Quibus regimine, & suæ Congregationis augendę zelo nitidus effulsit. Mantuæ sub eisdem Pontifice & Imperatoré decessit è viuis.

Nonnulla ferunt scripsisse, sed nulla vidimus vulgata prælo.

DE IOANNE BEEZZIO.

CAP. CCCXV.

Anno Christi 1476.

IOANNES BEEZZIVS, (*Beetzium* alij, *Bebetz*, siue *Beths* nonnulli, siue *Beetz*, seu *Beitz* alij) natione Teutonicus, Thenensis Cœnobij filius, Louaniensis S. Theologiæ Doctor, publicusque Professor. Vir loquendi facundiâ politâ, & elegāti notatus, in Philosophia peritissimus, scientiâ demum, & conuersatione venerandus summâ.

Lucius in BB. Carm. Sixtus in BB. Sac. 2. Posseu. to 2. App. S.

Quædam Lucius, & alij ferunt scripsisse, sed sequentia tantum posteris sunto, Lucio, & Sixto ferentibus. In epistolam ad Romanos lib. I. Præceptorium diuinæ legis lib. X. Contra hæreticos, quibus fuit semper indefesso Dei spiritu obnoxius de Sacra Synaxi lib I de Passione Domini lib. I. Sermones de tempore, & Sanctis lib. II. Quæstiones variæ quæ ab aliis, Quodlibeta vocantur lib II & alia plura.

Cessit è viuis in Conuentu suo Thenensi salutis anno 1476 vt ex eius sepulchri inscriptione patet. Non fuit error disertissimi Patris Trithemij obitum viri posuisse anno 1471. Sed Chalcographi incuria, vt notauit Valerius Taxander. Arcem autem Apostolicam Romæ Sixtus IV. Pontifex O M. Saonensis habebat, & Romani habenas Imperij Albertus II. cum vir iste ad astra migrauit.

Taxand. in BB. Hispana.

DE MATHIA FARINATORE.

CAP. CCCXVI.

Anno Christi 1477.

MATHIAS FARINATOR natione Germanus, patria Viennensis. Vir insigniter sapientiâ multâ eruditus, & grandi religiosæ pietatis signo decorus.

Lucius cit. BB. Carm. Posseu. to. 2. App. S.

Lucio teste, & Posseuino auctor habetur iussu Pontificis O. M. libri Moralitatum, cui titulus: *Anima fidelis lumen*, Sacram Doctorum, Philosophorum, Poëtarum, & Oratorum eruditam amœnitatem halantis. De naturarum Ordine lib I. Exempla naturarum lib. I. De vigore creaturarum lib. I. Transtulit in Latium Hermetem, de corporib. transmutādis. Algazelem de 4. Transcendentibus. Palæmonem de signis naturarum. Moirenem de Zonis, & climatibus Belinum de inuentione artium Opera eius edita fuére ait Posseuinus anno 1477. Sed non additur locus ab eo.

Florebat ex Lucio æternæ pacis à Christo annis 1477. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1478.

DE GVALTERO HVNTO.

CAP. CCCXVII.

Anno Christi 1478.

GVALTERVS HVNTVS, *Vualterum Hont* Lucius, *Hunte* Posseuinus, alij *Venantium* dicunt, natione Anglus, Oxoniensis Doctor, & publicus Professor Theologiæ, sanctitate & pari eruditione mirificus homo, linguarum peritiâ polluit.

Lucius in BB. Posseu. App. S. to. 2.

Iuuenis adhuc, Pitsæo teste, anno 1438. commune totius Anglici Regni suffragio Ferrariam primùm, inde Florentiam ad Generale Conciliū, sub Eugenio IV. ad extirpandos Armenorum, & Græcorum errores congregatū, Orator destinatus est. Vbi præsente Ioanne Paleologo Gręcorū Imperatore, & Patriarcha Iosepho, per quatuordecim mensium curricula, quotidianis congressibus, nullo deficiente illis die, contra Gręcorum errores, medio in Cōcilio validissimè disputauit, de processione Spiritus S. à Patre & Filio: de cōsecratione in azymo pane: de primatu Romani Pontificis, & de aliis, tanto infatigabili feruore, & supremo numine actus, ita vt omnium admirationem adduxerit sibi, Patrumque omniū laudes maiores promeruerit, & maximè summi Pōtificis gratiam, & beneuolentiam, iucundissimā comparatā sibi in æuos celeberrimâ memoriâ, & nomine piissimi, & eruditissimi Carmelitæ.

Pitseus in de script.

Post hæc reuersus Oxonium scripsit incessanter & docuit: E quibus sapientissimis lucubrationibus, Trithemio, Lucio, Pitsæo, & Posseuino testibus, hæc quæ sequuntur opera litteraria posteritati reliquit impressa. Enarrationes Euangeliorum lib. IV. Super Sententias lib. IV. Super Symbolum Ecclesiæ Christi lib. I. De Ecclesiæ auctoritate lib. I. De præexcellentia S. Petri Apostoli lib I. De Pontificis iurisdictione lib. I. De Regalitate Christi lib I. De paupertate eiusdem lib. II. De Prædestinatis lib. I. De vniuerso Pontificis Dominio lib. III. Lectur. Theolog. lib. I De vniuersali Cleri Dominio lib I. De Religiosorum prærogatiuis lib. I. De statu fratrum Mendicantium, lib I. Sermon. 27. notabiles lib. I. Disputationū lib. I. Abbreuiationes Petri Comestoris lib. I. Contra Græcorum articulos lib. I. Acta Ferrariæ, & Florentiæ lib. VI. Certamina Latinorum, lib. I. Excerptiones 12. Chronicorum lib XII De progressu sacri Euangelij lib. I. Epitomen historiarum, lib I. Contra mulieres doctrices lib. I De Communione sub vtraque lib. I. Vocabularium Latinum lib I. De vngere litterarum lib. I In Parisiensem de virtutibus, Indices. In eundem de vitiis. Abbatum exempla de taciturnitate lib. I. & alia plura.

Trithem. de scriptor. Lucius in BB. Carm. Pits. de vir. ill. Ang. Posseu. to. 1. App. S.

Demum Oxonij decrepitæ, sed felicissimæ moritur ætatis, ibidémque sepultus est inter Carmelitas suos, salutis anno 1478. Sub Sixto IV. Pontifice O. M. & Imperio Alberti II.

DE

Anno Christi 1479

DE IOANNE SELTENSCHLAGO.

Cap. CCCXVIII.

Anno Christi 1479.

Trithe. cit.

IOANNES cognomento SELTENSCHLAG, natione Alemannus filius Conuentus Rotêburgensis, apud Heilbrunum inferioris Germanicæ Prouinciæ annis 20. strenuus Prior, in spiritualibus primum, vti debetur, deinde in temporalibus erigendis, augendis, & firmandis infatigabilis operarius, Vir prudentiâ, & sapientiâ notus multâ, Ecclesiasticarum supellectilium auctor innumerus.

Tandem felici senio confectus resignans Prioratum, vt libentiùs Christo vacaret, coruscus virtutum meritis, in dierum annorúmque plenitudine felicissima, teste Trithemio, transiuit ad astra, annis vindicati amarissimi Adæ morsus à Christo 1479. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE ANGELO CAPREOLO.

Cap. CCCXIX.

Anno Christi 1479.

ANGELVS CAPREOLVS, Brixiensis patriâ, Vir supra insignis pietatis laurum maiorem, vtriusque Iuris, & Sacræ Theologiæ trinâ præcinctus tempora lauro.

Extat eius luculentissimum opus, cui inscriptio *Stella*, septiformi digestum Rubrica, vtile valdè cunctis animarum gerentibus curam. Pluta præter hæc scripsisse testantur noster Lucius, & Posseuinus quorum tituli latent ambobus.

Lucius cit. Posseuin. to. 1. Sac. Appar. Lucius in Catalog. Vic. Gener. Mantuan.

Congregationis Mantuanæ fuisse electum Angelum Capreolum nostrum Vicarium Generalem meritissimum salutis Orbis anno 1479. idem Lucius adfert, quibus religione, & sapientia clarissimus effulgebat, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MICHAELE CIMINETO.

Cap. CCCXX.

Anno Christi 1479.

MICHAEL CIMINETO, natione Gallus, Metensis Cœnobij filius, & S. Theologiæ professor Publicus.

Posseuino teste, scripsit speculum Institutionum Ordinis Carmeli, lib. I. Serm. de Tempore Sanctis, & Quadrages. lib. III.

Anno Christi 1479. Posseuin. to. 2. App. Sac.

Credimus obiisse anno 1479. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE OVDENIO.

Cap. CCCXXI.

Anno Christi 1479.

IOANNES OVDENIVS Vvater, natione Alemannus, patriâ Mechlinensis, & Conuentus eiusdem filius in Alemannia inferiori. Vir eruditus sui Ordinis zelator ingenuus.

Is totus in euoluẽdis sacri Ordinis sui Annalibus imbibitus Trithemio teste, grandi labore sui Ordinis Chronicon elegans attexuit, quod Carmelici Ordinis *Fasciculum tripartitum* nominauit. In eo specialiter de sanctioribus Ordinis viris disserit: initia Religionis nostræ & progressus eiusdem apertæ lectionis modulo aperit, & omnes Generales Ordinis Patres, à primo, vsque ad Pontium Raymundum siue Raynandum describit, libris VI.

Trith. lib. de Car. cap. 12.

Floruit annis ab Incarnato Verbo de Virgine Matre 1479. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE CONRADO STEINGERO.

Cap. CCCXXII.

Anno Christi 1480.

CONRADVS STEINGERVS, natione Alemannus, filius Conuentus Stranbingensis, à quo præesse quintus in Ordine Prior Helprunensi Cœnobio Vriiceti assumptus est. *Vir fuit* (reuocamus verba Trithemij Abbatis) *moribus, & vita sincerus, qui Regularis vitæ obseruantiam, & laudabiliter introduxit, & gloriosè continuauit.*

Trith. l. de mirac. V. M. in Virceto Helprun. c. 14.

Denique quietis amore cum sæcularibus curis biennio seruisset inuitus, semperque caducis cœlestia præferret, æstuans sequi æterna munera dantem, Prioratui cessit, & multis deinceps annis superioratus officium (cui chorus iugis omnimodo moderamine subest inter Heliades) in magna puritate religionis, diligentissimè administrans, verbo & exemplo multos ad iustitiæ semitas adduxit.

Tandem ætate plenus, & moribus sacris quieuit in Christo, salutis annis plus minúsve 1480. Sub Orbis Arbitro priori Sixto IV. & Imperio Alberti II.

Anno Christi 1481.

DE IVLIANO PHILIPPI.

Cap. CCCXXIII.

Anno Christi 1481.

IVLIANVS PHILIPPI, Tuscus natione, vir celeberrimus supra admirandam hominis sapientiam, & religiosæ pietatis præstantiam, tam dexter fuit, & placidus eunctis, vt per annos duos supra viginti, Tuscij Prouincialatus habenas direxerit, vniuerso suorum applausu (mirabile!)

Relationes Tusciæ.

Quædam scripsisse compertum ex Tusciæ relatis habemus, & tituli nobis sunt celati, & ne incerta pro certis immisceamus, puritati rerum studentes, à titulis dandis supersedemus.

Floruit, & ad superos felicissimus iuit, salutis Adæ anno 1481. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

De eo etiam Episcopus agit Alguerensis.

DE PONTIO RAYNANDO DE AVENIONE Priore Generali Latinorum Vigesimoseptimo.

Cap. CCCXXIV.

Anno Christi 1482.

Claud. Rob. in sua Gallia Christiana in Catalogo G. Or. Car. Lucius in Compend. Car. cap. 14.

PONTIVS RAYNANDVS sic eum Claudius Robertus & Lucius vocat, alij *Raymundū*, siue *Rademundum*, *de Auenione* cognomento. Latinorum Generalium Auenione vigesimus septimus Prior Generalis anno 1482. adnumeratus. Vir fuit excelsa sanè morum honestate decorus, litterarum grauı supellectile diues, Magnus Reipublicæ Helianæ parens, cuius augmenta sedulò semper recogitauit studio: eo deductus Innocentius VIII. Pontifex Opt. Max. singularibus illam muniuit priuilegiis, & gratiis, cuncta Ordini à prædecessoribus concessa commu iés, & cōfirmás. Singularia Comitia in Cœnobio S. Martini in Mōtibus iunxit, in quibus selectioris sap ētiæ ex Ordine, selectissimos Patres in vnū cōpulit coire, eo solummodo fine vt de præmiis, laurisque honoris exhibendis, his qui neruosè in Religione litteris melioribus incumbentes, laudabiliter, & gloriosè, gloriosam percurrissent vitæ viam, perageret.

Paleony. li. 3 cap. 4. Innocentius VIII. anno 1484. in Bull. *Dum attenta*.

Digna sanè tanti Patris, Pastoris & Principis Carmeli Sapientiæ, & litterarū Nutritij, Altoris, & Auctoris mēs, sacro sine dubio multū profutura Carmelo. Enimverò, cum Ordinis nobilissima multorum ingenia, desidi quasi otij somno antea sepulta, dignâ se vidissent (lance æquâ) lauro redimita præmij (præmium enim virtutis, miram habet ad virtutem illecebram impellendi, cùm Honos artes alat) illustribus statim scientiarum fœtibus, & litterarum fructibus copiosè claruère, nouis Religionem, & variis lucubrationibus illustrantes. Et mehercle æquum erat, vt ex arduis (ardua equidem, omniaque sunt digna honore sapientiæ, litterarum exercitamenta) perpetuum viris qualicumque bonarum litterarum nitore fulgentibus accresceret.

Anno Christi 1482.

Quam enim sit Reipublicæ Religiosæ gloriosum, & vtile, ab ea longo limine propellere ignorantiam, quantóque sint honore, & præmio digni, qui assiduis litterarum laboribus damna illius, studio iugi, propulsare conantur, vel ipsa sapientiæ, (quæ Regnis, Regibúsque proficuo valde stabilimento est) & litterarum bonarum commoda dicant. Sunt enim Sapientes Ecclesiæ propugnacula firmiora: picta, siue Cherubica tabella, vt Mendocius aiebat; Soles sunt; & qui vel mortui pro patria pugnant: sunt turres fortitudinis à facie inimici. Ex aduerso autem desides, ignaui, stolidi, & litterarum osores, ruina sunt, & excidium Patriæ, quique citò pereuntes, citò ipsam perire compellunt. Sapientia æternat sapientes, & sapientium Rempublicam perennat: Ad hæc bellè dixit, vt rem finiamus istam peractam cursim, Vrbanus VIII. Pontifex Maxim. *Romanum decet Pontificem, personas litterarum scientiis deditas, ac maximis, longis, immensisque laboribus in componendis, & edendis libris, ex quibus Respub. Christiana incrementum suscipiat, indefessas, prærogatiuis, & gratiis singularibus cohonestare, quo feruentius eisdem laboribus persistant, atque alij eorum exemplo ad huiusce generis virtutes per ampliùs excitentur.*

Franc. Mendocius de florib. eloq. lib. 6. or. 6.

Vrban. VIII. Bull. Data Romæ 15. Kal. Sept. anno 1626.

Tandem post hæc, ad nostrum redeuntes Pontium, post celebrata tria Generalia Comitia Rupeculæ in Sabaudia anno 1488 Romæ 1493. Et Naneti 1498 post Ordinem suum mirifica obseruantia, & sapientia ditissimè adauctum: post sapientiæ suæ multa illustria monumenta relicta, glorioso nomine clarus, salutis vniuersæ anno 1501. ad astra conscendit, sub Orbis capite, & Vrbis Principe Alexandro VI. Borxia Hispano Pontifice O. M & Maximiliani Imperio. Ex Ioanne Oudenio, Boërsio, Lucio, & aliis ista.

Oudenius lib. 2. In Pōtio. Boerius in Catal. Gen. Lucius Compēdio.

NOTA VNA.

QVO *fuit annus electionis huius Magni Patris nostræ vniuersæ Religioni felicissimus ex ea, eò infelicissimus sanè (rem liceat istam pro libera opinione, in gratiam Augustinianæ illustrissimæ Eremitarum familia, opportunâ aliquo modo digressione perstrigisse) ex ortu Orbi infensissimo, & Deo, Martini Lutheri. Is ergo inferalis homo infausto Orbi casu, apud Islebium Comitatus Mansfeldiæ in partibus Saxoniæ, anno* 1482. *siue* 1483. *ortus est fœdare mundum: (vbimet ad Dei gloriam etiam annis Christi* 1222. *loco eodem ad auras vitæ prodierat Alemanna Virgo Gertrudis, Sydus aureum, Domini gratia, cæli decus, & Candor Ecclesiæ.* O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ!) *Is tantus igitur Archidæmō homo, cū apud Euforbiam Duringia Vrbem,*

Rom. 11.

Iurisprudentiæ,

ANNO CHRISTI 1482.

Iurisprudentia studiis se tradidisset: fortè contigit, sociatum amico, ambulatum aliquando arua produsse, solatij gratiâ capiendi: Ecce mox sæuum fulmen cælo demissum ab alto, socium dilacerauit, & visit Lutherio indemni seruato: Huius horrendi euentus, totus animo tremens, & stupens pedemtim bonis Dei reueritus misericordiam, & veritus Iudicium, inscrutabile tamen, sæculo, & litteraria suâ palestrâ dote tamdiu vale licere putans, cuidam Religiosæ Congregationi se submisit ex votis, non ei certè (absit vulgi abhinc iste intolerabilis error) quæ Eremitarum S. Augustini de Obseruantia vulgo vocatur, vt credidère nonnulli; sed sub Congregatione quadam à Fratre Andrea Proles Saxono erecta. Hæc quanquam sub Regula S. Augustini militabat, non tamen ex hac, iure vllo, Lutherus S. Augustini filius censendus est, nec alterius vllius Congregationis, seu Religionis quæ iure formali vllo Augustiniana censenda sit. sed Congregationis ab Andrea hoc suscitatæ. quæ, vt rectè remarquit Iosephus Pamphilus Episcopus Sigmnus, eam erexit sub prætextu reformationis in vltima Germania, obtinens non modo eius confirmationem ab Apostolica Sede, sed omnimodam, & totalem separationem, & immunitatem ab Obedientia Prioris Generalis sacræ, & purissimæ Religionis S. P. Augustini (scisso omnimodo manente hoc infausto ramusculo à firmo, & solido Augustiniana omnis Religionis trunco. Ab ista ergo separatione prodiit, hac Luciferina scintilla, Pamphilo citato notante his verbis apertè: Cùm Andreas Proles Saxonus nouam quãdam Congregationem reformationis causa cõstruxisset in vltima Germania, non modò à Summo Pontifice Alexandro VI. confirmationem illius obtinuit, sed & omnimodam ab obedientia Ordinis exemptionem, & à regimine Prioris Generalis. Ab hac separatione prodiit Martinus Lutherus, ad dedecus & fœditatem Orbis.

Pap. in Chron. S. August. cit. ab Argensola.

Hanc sententiam etiam sequutus est nostri temporis, & Regni decus, Historicus Regius, Canonicus Cæsaraugustanus in Metropolitana Sede, Doctor Barptholomæus Leonardus ab Argensola, hoc solo nomine vir toto notissimus Orbe, & cum eo amplectentur eandem omnes, & quotquot rem benè ad rectiorem trutinam vocatam attingent, dum neminem suo iure fraudare desiderent. Hæc ex occasione fausti nobis anni electionis Reuerendissimi Patris nostri Generalis vt faustis infanita temperemus maximè in gratiam illustrissimæ Religionis Augustinianæ, attigisse licuerit. Quippe quæ ea est Religio hæc sacra, cui nostra, & sodalitium, & mutuam germanitatem omnem in gloriis optat, & tamquam de germanissima, eius honoribus honoratur, omnemque felicitatem, decorem, & incrementum eius lætabunda laudat, & fidissima semper illi soror, in omni decore suo gaudet, & tripudiat, tanquam proprios accensens vere Eremitana Religionis Augustini Patris honores, & decores.

Barptholomæus Leonardus ab Argensola vltimo tom. ann. Arag. 1. p. lib. 1. c. 42.

ANNO CHRISTI 1484.

DE IOANNE SPIGNÆO.

CAP. CCCXXV.

Anno Christi 1484.

IOANNES SPIGNÆVS aliis *Spinæ* natione Anglus, patria Bristoliensis, Oxoniensis Doctor, & ibidem publicus sacræ paginæ interpres, summâ clarus sapientiâ vir, & summo concionandi spiritu decorus: Carmeli honorificentissimus sane cultor.

Possevin. to. 2. Sac. App.

Pitsæo teste, Scripsit Sermon ad Clerum, lib. I. Disputationes solemnes, lib. I. Aliorum operum signaturas nondum vidimus.

Pitsæus cit.

Demum Londini felicissimo vitæ peracto curriculo, Orbis liberari à Iesu annò 1484. Supera tenuit, sub Summo Clauium dispensatore Cælestium Innocentio VIII. & Imperio Alberti II.

DE GVILLIELMO DE AGVISGRANI.

CAP. CCCXXVI.

Anno Christi 1485.

GVILIELMVS DE AGVISGRANI Teutonicus, decore vir omnigeno clarus, qui olim in Basiliensi Ecclesia antequam Ciuitas illa hæresum labe macularetur Lector, & Ecclesiastes fuit diuinus.

Multa Posseuino teste scripsit, è quibus nonnulla in Erfordiẽsi Gymnasio, publicè & vtiliter docuerat: at ex his Trithemius, & Posseuinus sequentia signant: Sermones varios, lib. I. De Passione Domini, lib. I. In Canonem Missæ, lib. I. Quæstiones disputatas, lib. I. Itinerarium terræ Sanctæ, lib. I.

Possevin. to. 1. Sac. App. Trithemius de vir. ill. & scriptoribus.

Claruit sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PHILIPPO KERBEELE.

CAP. CCCXXVII.

Anno Christi 1485.

PHILIPPVS KERBEELE, *Kersbel* à Iacobo de Plebe vocatus, natione Siculus, Conuentus Gangensis in Prouincia S. Alberti filius. Præclarus sanè posteritatis spectatissimæ adolescens sapientiâ, & Religione, annis natus in Orbe 19. mirabile dictu! supra modum admirabili clarus. Contra Vincentium de Nouocastro Dominicanum de purissima Virginis Conceptione Mariæ, librum scripsit (ætatis suæ anno 18.

BBLuius in B. Car.

Anno Christi 1485.

Doctorali S. Theologiæ lauro, ex Priuilegio, munitus) in quo purissimam Almæ Mariæ Cōceptionem validissimis confirmat argumentis.

Plura è celeberrima ingenij penu, adolescens iste dedisset, nisi iuuentutis floridioris inuida mors, falce missa floridissimam Philippi iuuentam multa spe & fœcundissimā plenā ætatis suæ anno 19. vixdum, amputasset expleto; salutis in Orbe à Christo 1485. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Obitus locus fuit Lutetia Parisiorum, teste Iacobo de Plebe.

Plebe Sem... in monte Pilano

DE IOANNE MYLVERTONO EPISCOPO.

Cap. CCCXXVIII.

Anno Christi 1486.

IOANNES MYLVERTONVS natione Anglus, Cœnobij Bristollensis filius, Doctor, & Publicus S. Theologiæ Oxoniensis Professor. Is à Reuerendissimo Generali B. Ioanne Soreth Patrios adscitus, cum Ioanne Talaugerno, Cœnobij item Bristollensis clarissimo lumine, vt Harpsfeldius affirmat & in Comitiis Prouincialibus anni 1456. ibi per totam Angliam, Scotiam & Hiberniam Prouincialis electus est: quo in munere reelectus, annis 23. habenas summâ munij dexteritate commissi direxit.

Harpsfeld. sec. 15.

Per id temporis Pecokus Asaphensis, & Cicestriensis Episcopus in miserandam incidit errorum à fide colluuiem, & contra eum Milvertonus noster publicis concionibus confestim insurgens palàm increpuit Episcopi infamiam, ex quo magnam sibi Milvertonus à Pecoko concitauit iram: quâ suffusus hæreticus, innocentem Heliadem insequutus est, adeò vt eum sub Adriani Mole Romæ multa pati coëgerit annis tribus, dum detineretur incarceratus, sed iustitiâ, & veritate Milvertoni detectâ, famæ, & dignitati restitutus est, vt affirmat idem Harpsfeldius & Londinensi Episcopali infulâ remuneratur.

Harpsf. ibid.

Deuicto Pecoko, cum ad suum Episcopatum Ioannes noster adiret, captiuus à Turcis habetur, inter quos cùm sacra Euangelij semina, eo quo fidei semper exarserat zelo, mille laboribus, & innumeris affligitur ærumnis, quo nō impeditus impendio, ea qua admirādā sapiētiā pollebat, & cælesti sine dubio Numine actus, Pitsæo, & Lelando testibus, aliqua Opuscula lucubrauit, alia captiuitate detentus, alia in libertatem assertus.

Pitsæus cit. Lelādus cit.

Sequentia monumētis suis citati doctores assignant: Commentarios in diuersos sacræ Scripturæ libros. Super S. Augustinum de Ciuitate, lib. 1. Sermonum per annum, lib. 1. Lecturas Ordinarias, lib. 1. Determinationes Oxonienses, lib. 1. Symbolum fidei Christi, lib. 1. De paupertate eiusdem, lib. 1. Contra Reginaldum Pecokum grande volumen, lib. 1. Contra Episcopum alium à vita virtutis & veræ fidei aberrantem, lib. 1. Epistolas 64. ad varios, lib. 1. Ad Mæcenates Anglos, librum vnum. Ad quendam Romanum, lib. 1. De sua captiuitate, lib. 1. Dum captiuus esset, sequentia scripsit. Ad Paulum Papam II. lib. 1. Ad S. Angeli Cardinalem, lib. 1. Ad Cardinalem Nicenum lib. 1. Ad Io. S. Sixti Cardinalem, lib. 1. Ad Cardinalem Therasonensem, lib. 1. Ad Rothomagensem, lib. 1. Ad Papiensem, lib. 1. Ad Vrsinum Cardinalem Spoletanum, lib. 1. Ad quosdam Italiæ nobiles, lib. 1. Ad Angliæ Doctores, lib. 1. & alia.

Anno Christi 1486.

Redux demum liber ad patriam post captiuitatem, Menevensis Episcopus, teste Pitsæo, denuo creatur, à qua Sede eum etiam dedit extorrem Pecokus ille antiquus potentissimus tunc & ibi hostis, qui cauillosis verborum ambagibus facillimè Principes seducebat, & adducebat ad sui nequissimi nutus rotam: adeò vt ex odio in Milvertonum concepto, Angliæ Prouinciam omnem mille afflixisset miuriis. Sed tandem disponentibus superis inimicus ille sempiternus, passus est ruinam magnam.

Tandem mille meritorum calathis floreis Milvertonus stipatus, & odorificatus, Londini ad supera petiit, salutis anno 1486. iuxta Posseuinum. Sub Innocentio VIII. Pontifice Optimo Maximo, & Alberto II. Imperatore.

Posseuin. to. 2. App. Sac

DE IOANNE DE MALINIS.

Cap. CCCXXIX.

Anno Christi 1488.

IOANNES DE MALINIS Eboracus, vir virtute clarus, & Theologus insignis, facundissimus in bene dicendo, & zelosus in operando, optime de Religione nostra meritus: Quædam vulgasse posteris ingenij sui semina credimus, sed vidimus, tantum, Opus elegans, cui titulus, Historiale Ordinis speculum Carmeli, lib. X.

Floruerat Eboraci, annis Verbi diuini incarnati 1488 sub Summo Spiritualium in Vrbe, & Orbe Duce Innocentio VIII. & Alberto II. Imperatore Romano.

Posseu... lib. ... cat.

Credunt aliqui (Posseuinus, & Lucius aiunt) hunc esse cum eo eundem quem vocat Palendorpius Ioannem Paschasium, de quo Ætate sequenti dicemus, sed est error manifestus, nam Paschasium floruisse post annos 1500 Louanij, colligitur ex D. Bruni epistolis, vt notauit Ludouicus Guicciardinus Florentinus.

Anno 1501. Guiciard. in ... urcis ...

Anno Christi 1488.

DE NICOLAO LEHVEMO.

Cap. CCCXXX.

Anno Christi 1488.

NICOLAVS LEHVEMVS, natione Gallus Conuentus Pontinarensis filius, sapientiâ, & virtute celeberrimus homo: Capellanus, & à sacris Confessionibus Carlæ Reginæ Galliæ. Pietatis, & Religiosi spiritus æstu quo efferbuerat assiduus sedulus omnia terræ sanctæ loca reuisit.

Scripsit autem de statu terræ sanctæ tanquam oculatus inspector, lib. elegantem I. vt ex ipso colligimus.

Floruerat annis 1488. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Rem sanè celebri memoriâ dignam ex opere citato Lehuemi dare iuuat. Vulgare ferunt esse in Syria fontem, Heliæ Magni Parentis Carmelitarum, vulgò vocatum (qui semper exsiccatus ostenditur, ex quo Carmelitæ violentâ Tyrannorum manu à propria illa sede originis sui auulsi fuêre; iuxta illud: *Et exsiccatus est vertex Carmeli*) si contingat aliquem ex filiis legitimis Heliæ, ante faciem sistere fontis, vel eo pertransire viso, extemplo fluidum aquarum torrentem emittere, quo dulciter omnes epoti læti, & satiati recedunt. Nec mirum sanè hoc, nec nouum auctoris naturæ prodigium, quod iam Anglicus in Syria exercitus viderat antè, in eodem mirabili fonte Carmeli, vt cecinit Mantuanus, & ex Carmelitarum speculo latissimè claret.

Capitale Fontis Heliæ in Syr. — Isa. — Bapt. Man. historum 8 *Anglicus in Syria.* Specul. Carmelit. f. 50.

DE ALBERTO QVODAM.

Cap. CCCXXXI.

Anno Christi 1489.

ALBERTVS quidam incognominatus ab Speculo Carmeli Francigena, vir doctus, qui eodem Speculo teste, scripsit in Sententias, lib. IV. & determinationum, lib. I.

Credimus Narbonæ floruisse, salutis in Orbe anno 1489. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Specul. Ordinis lib. vltimo, titulo *Francigena* de doctorib. Ordinis.

DE GVILLIELMO BLACHENEYO.

Cap. CCCXXXII.

Anno Christi 1490.

GVILLIELMVS BLACHENEYVS, *Blakenay* Posseuino, natione Anglus, patria Blachneio oppido in Comitatu Norfolciæ, Lelando, & Pitsæo testibus. Ibidem in Religiosorum Carmeli numeratus albo. Cantabrigensis fuit Doctor.

Tollen. tom. 2. Sac. App.

Quidam ferunt (asserit Pitsæus) Magica fuisse peritissimum arte, ea tamen neutiquam visum fuisse scimus: potiùs sacra viri quàm prophana reperire potuimus studia, inter quæ, ex Pitsæo, & Posseuino sequentia titulis agnita damus: Lecturas in Cantica Canticorum, lib. I. Disputationes subtilissimas lib. I.

Senex Blachneij moritur in Christo ibidémque inter suo, honorificè sepultus est, anno Incarnationis Verbi diuini 1490. sub Summo vertice Ecclesiæ Innocentio VIII. & Imperio Alberti II.

Anno Christi 1490. Pitsæus de vir. illust. & script. Angliæ.

DE IOANNE DE ARVNDINE EPISCOPO.

Cap. CCCXXXIII.

Anno Christi 1490.

IOANNES DE ARVNDINE, (*Arundineus* aliis) natione Teutonicus Brugensis Cœnobij filius. Diuinarum Scripturarum versator assiduus, Philosophiâ sæculari nobiliter edoctus, Sermonum declamator illustrissimus, ingenio homo diuinus, & conuersatione virtutum Angelicus. Vsbitensis fuit Episcopus, Trithemio, & Lucio testibus, & Traiectensis Episcopi Dauidis à Burgundia in Pontificalibus Vicarius.

Præclara posteris sapientiæ suæ lumina emisit: Scripsit enim, & typis fecit clarere sequentia, ex Lucio: In librum sapientiæ, lib. I. In Epistolam ad Romanos, lib. I. super Psalmum *Beati immaculati* Sermones, lib. I. Sermones alios de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. & alia.

Post quæ Traiecti clarens migrauit ad astra, salutis annis 1490. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Trithem. de script. Carm. op maiori. Lucius sæpe citatus in Bib. Car. Posseuinus t. 2. Sac. App. Eilengenius.

DE IOANNE PISTORIS.

Cap. CCCXXXIV.

Anno Christi 1490.

IOANNES PISTORIS natione Germanus filius Conuentus Heilbrunensis in Prouincia inferioris Alemanniæ. Trithemio teste, vir fuit morum integritate venerabilis, regularis obseruantiæ firmissimum paxillum; virtutum regularium propagator insignis. In spiritualibus & temporalibus agendis expeditissimus. Multas infestationes à Senatu Heilbrunensi passus est, contra quorum iniustus Ecclesiasticam libertatem (Prior ibi decimus) sui Monasterij, & Ordinis iura validissimè defendit.

Trithe. lib. cit. de mirac. in Vruce.

Senio tandem venerando vexatus multis laboribus exantlatis dirâ correptus febre, scriptis opusculis multis, quieuit in Christo ibidem, an-

ANNO CHRISTI 1490.

no Christiano 1490. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE HVBERTO LEONARDO EPISCOPO.

CAP. CCCXXXV.

Anno Christi 1490.

Belgica sepulta.

HVBERTVS LEONARDVS aliis *Bernardus*, natione Germanus, In diuinis scripturis, & sæculari Philosophia eruditissimus Doctor, & publicus apud Parisienses sacræ Theologiæ validissimus indagator, Religiosâ pietate, & fidei Catholicæ zelo feruidus elucens, hæreticorum fuit acerrimus insectator. Electus Dariensis Episcopus, factus est item, Sixto teste, hæreticæ prauitatis Publicus Leodiensis Inquisitor, contra quosdam Niuellenses hæreticos, quos omnes per Diœcesim totam illam gladio spiritus, quod est verbum Dei, mirabiliter confodit, deuicit, & iugulauit: scriptis item funditus confudit eos: contra illos enim opus celeberrimum edidit 28. propositionibus compactum contra totidem illorum errores, quos illis fortiter expugnauit, & impugnauit.

Sixt. lib. 4. BB. Sacr.

Scripsit præter hæc, Trithemio, & Posseuino teste, Genealogiam, & Gesta nobilium Francorum, Ad Ludouicum Episcopum Leodiensem, lib. I. De regimine Principum, lib. III. Contra hæreticos Niuellenses, lib. I. De Ecclesiastica Immunitate, lib. III. Sermones varios, lib. I. Quadragesimale notabile, lib. I. & alia plura.

Trith. in de scrip. in op. maiori. Posseu. to. 1. Sac. Ap.

Claruit in Germania salutaris Christi dati annis 1490. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE THOMA A CARAVAGGIO.

CAP. CCCXXXVI.

Anno Christi 1491.

THOMAS à CARAVAGGIO natione Burgundus, Vir omnis virtutis, & sapientiæ laude conspicuus, præclarus prudentiâ, & indole bonâ, virtutis amator, & altor.

Propter grandia viri merita, ter Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis electus est, scilicet annis 1471. 1481. & 1491.

Quid referam dotes animi? Vis ignea mentis
Quàm rapida? & motus quàm celer ingenij?
Omnibus iste Parens, Nutrix quoque, Censor, & idem:
Idem sydereæ dúxque coméjque viæ.

Floruit virtute demum, & sapientiâ coruscus, annis 1491. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, teste Lucio nostro.

Lucius in Compendio Catalog. V. G. Mantua.

ANNO CHRISTI 1491.

DE IOANNE CHRESTONO.

CAP. CCCXXXVII.

Anno Christi 1491.

IOANNES CHRESTONVS, cognomento proprio & communi nomine *Placentinus*, cuius nationem, & patriam Gesnerus, qui nobis illum dedit, celat omnino. Vir fuit sapientissimus, & de Mantuani laudibus, qui illum virum vocat illustrem, optimè meritus.

Conrad. Gesner. Posseu. to. 1. Sac. App. Mantuan. lib. 4. Syluarum epigr. antepenultimo.

Scripsit, typisque dedit Latinum Lexicon lib. I. Græcum item Lexicon, libro alio multis notissimo. Transtulit item è Græco in Latinum Psalterium Dauidicum vtraque excusum lingua, Mediolani 1481. quod extat in Bibliotheca nostra Florentiæ. Epistolarum lib. I. scripsit item.

Floruerat autem annis 1491. inter Heliades suos sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE V. THOMA SEROPO EPISCOPO.

CAP. CCCXXXVIII.

Anno Christi 1491.

V. THOMAS SEROPVS, alij *Scropum* per errorem vocant, natione Anglus, patriâ Bradleiensis, vbi clarissimis natalibus ortus, generis splendorem, radiis sanctitatis adnexuit. Celeberrimæ primùm Benedictinorum Religioni (clarissimum iubar Ecclesiæ, Catholicæ nobilitatis fulcimentum eminentissimum, & sapientiæ nobilioris exemplar egregium) Monachus adscriptus est: *At cum* (Pitsæus ait) *arctiorem sibi vitam quæreret, ad Carmelitarum Ordinem, dum-no stante spiritu, spiritum adduxit, & in Norwicensi Cœnobio, Candidam Virginis vestem, Carmeli, libens assumpsit, salutis anno 1430 cum item inter Benedictinos solemnem Professionem emisisset.* Mox austerum, & durum vitæ sibi tyrocinium præposuit, navt omnibus admirationi esset: non verbo solùm, sed opere grandi suis, & populo grandia virtutum semina dabat. In prædicatione Euangelica, sicut zelo Dei feruidissimus fuit, sic assiduus & iugis erat: extra prædicationem ferè semper cella reclusus, annis 20. remansit, vitam ibi virtutum exercitationibus plenam, quasi Anachoriticam traduxit, nunquam otiosus; vsque dum ab Eugenio IV eductus ab illa, vt Euangelium Christi in omnem Ciuitatem, & locum annunciet.

Pitseus I. repe citat.

Dum his intenderet è viuis decessit Dauid Chirbursus, anno 144., vel Richardus Mesinus (dubius enim loquitur Lelandus quorum vter que Dromorensem egerat in Hibernia Episcopum; tum Pontifex Eugenius Seropum Episcopali illâ infulâ decorauit, cúmque postea Apo-

ANNO CHRISTI 1491.

stolicâ legatione, ad Rhodienses amandauit. Legatione factâ ad pristinam Dromorensem Sedem remeauit, vbi mirâ florens Pastoris vigilantiâ, mirâ Patris sanctitate refulgens, nunquam à vulgando Euangelio se abstinebat: totus in leuandis pauperum ærumnis traditus, omnem quam ad manus, vel annuis redditibus, vel affectuosâ Principum munificentiâ pecuniam habebat, larga pietatis manu in pauperes erogabat.

Quantæ autem fuerit doctrinæ, quantôque amore erga exaltationem Ordinis sui flagrarit, ex eius scriptis facilè educes. Nam præterquam quod X. libros Philippi Ribbotti Catalani de Peculiaribus gestis Carmelitarum, Latium Anglico fecerit loqui, & Cyrillo Garlandio sui Cœnobij dicarit: & similiter librum Patriarchæ Ioannis Hierosolymitani *De Institutione Monachorum*, &c. scripsit etiam, Pitsæo teste, ad Ioannem Blacneium Benedictinum, abundà, & eleganti oratione, De antiquitate, dignitate, & variis Carmelitarum encomiis, lib. I. Cui titulus *Carmelitarum Institutum*. De eodem Ordine, ad Eugenium Papam, lib. I. Catalogum Sanctorum Ordinis eiusdem, lib. I. Compendium historiarum, lib. I X. Sermonum de decem præceptis, lib. I. De Priuilegiis Pontificum, lib. I. De sua legatione ad Rhodios, lib. I. & alia plura, teste Lelando, & Bernardo Rostio.

Pitsæus cit.

Tandem sanctissimis coronatus operibus, centesimo maior in Leister, Suffolcensis Comitatus oppido, felicem spiritum egit, die 15. Ianuarij cum celebri sanctitatis voce, salutis anno 1491. sub eisdem Pontifice, & Imperatore: ibidémque eleganti sepulchro veneratus, sepultus est, & gloriosa parentatus inscriptione, hanc autem nondum vidisse valuimus.

Leland. cit. Rostius de script. Angliæ.

DE IOANNE DVSSELDORPIO.

CAP. CCCXXXIX.

Anno Christi 1494.

IOANNES DVSSELDORPIVS natione Teutonicus, patriâ, & Cœnobio Moguntinus. In diuina sapientia vir summâ eruditione nobilis. Diuini verbi clarissimus & operosus operator, Disciplinæ regularis custos ingenuus.

Multa Lucius refert scripsisse: De Obseruantia dierum festorum lib. I. Itinerarium terræ sanctæ quam inuisit ipse corpore, & animo, lib. I. Sermonum de tempore & Sanctis, lib. II. Hæc item Posseuinus adducit ex Trithemio qui affirmat multa scripsisse, sed ea celasse. Extare dat Lucius præterea, nonnulla opuscula manu, vel typo extrata. Et se vidisse quosdam Tractatus, quorum tituli tunc Trithemio memoriâ fugiebant, vt Trithemius ipse fatetur.

Lucius BB. Car.

Posseu. to. 2. Sac. Appar. Trithem. de scriptor.

Floruit, & obiit felicissimus Argentinæ, Orbis ditati anno 1494. sub Alexandro VI. Pontifice O. M. & Federico Austriaco Romano Cæsare Occidui orbis.

ANNO CHRISTI 1494.

DE BAPTISTA PANECIO SIVE FERRARIENSI.

CAP. CCCXL.

Anno Christi 1494.

BAPTISTA PANECIVS natione Italus, patriâ Ferrariensis, ideo ab aliis *Baptista Ferrariensis* cognomento describitur. Vir egregiè doctus, omnique litteraturæ stemmate clarus, vtriusque linguæ peritissimus Magister, in declamandis ad populum concionibus, verborum fulmina Christum tonantia vomebat; ne tamen parœmia de viro tanto iactaretur:

Posseu. to. I. Sac. App.

Inscius est, sola verborum luce refulgens,

qui etiam operum exemplo altiùs sine dubio fulminauit:

De calamo quid verba sonent, cùm scripta loquantur?

Ad singula eius scripta, scribam censuisses esse Deum: Igitur, qui linguâ magnus, calamo maior; Lucio teste & Posseuino, scripsit multa instructa volumina, inter quæ luculentissimum historiarum opus, à Christi ortu, vsque ad tempora viri, quod *Floridam* inscripsit. Chronicon sui Ordinis, lib. I. De Ruina Imperij Romani, lib. I. Ferrariensium Chronicon, lib. I. De Monte Sina, lib. I. vitam S. Mechthildis, lib. III. Sermonum lib. III. quos Bononiæ impressos, 1506. dicatósque Baptistæ Mantuano, Lucius se vidisse affirmat. Varia item diuerso genere metri epigrammata composuit. E Græco in Latium conuertit multos D. Chrysostomi sermones, & alia plura, nobis incognita elaborauit quorum multa typis extare cusa testatur Pisanus Index. Ob eximiam igitur Magni huius Patris sapientiam, virtutem, prudentiam, comem morum præstantiam, & ingenij multas incomparabilis dotes, Congregationis Mantuanæ bis fuit electus Vicarius Generalis anno scilicet 1485. & anno 1493 teste Lucio: à secretis etiam, & intimis consiliis potentissimi Ferrariæ Ducis Herculis I. Fuerat enim in temporalibus diligentissimæ expeditionis vir, vti in spiritualibus zelosi spiritus feruore clarus.

Lucius in BB. Car. Posseuin. cit.

Lucius in annotatione BB.

Iacob à Plebe in Indice Pisano.

Lucius in Catal. V. G. Mant.

Floruisse autem adhuc annis Orbis, orbe gratiæ circumdati à Christo, iuxta citatum Indicem Plebe 1494. constat, sub Alexandro VI. Pontifice O. M. & Federico Austrio Romano Cæsare Occiduo.

DE PETRO KENINGALO.

CAP. CCCXLI.

Anno Christi 1494.

PETRVS KENINGALVS natione nobilissimus Anglus (ex nobilissimis Anglis diximus, Gallus ipse natione.) sed, Lelando teste, Angliæ

Lelandus in de sc. Pitsæus in de scriptor. Angliæ.

studia

ANNO CHRISTI 1494.

studia ebibit labro plenissimo cuncta, Oxoniensis fuit Doctor, & Publicus S. Theologiæ enucleator, naturæ sublimioris dote decorus: quémque ad prædicandum Christi Euangelium zelus, eloquentia, verborum ornatus, elegans gratia, lucidissimus ordo, illustrem tota Vrbe imò & Orbe fecerunt: illum enim tonantem obstupuêre omnes, & admirati sunt non Petrum humanum, sed Paulum alterum diuinum.

Scripsit autem, Pitsæo teste, Sermonum ad Clerum, lib. I. Disputationes ordinarias, lib. I. & alia.

Oxoniæ demum felix in Christo in suo Cœnobio quieuit, gratiæ annis 1494. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE FRITAGO.

CAP. CCCXLII.

Anno Christi 1494.

IOANNES FRITAGVS, *Fritax* ab aliis, alij *Fritaga*, alij *Duseldorpium* vocant, natione Teutonicus, patriâ Moguntinus, Argentinensis Prior, grandi, & variâ vir sapientiâ, qui totum scibile sciuit, ingenuus. Fuit enim, Trithemio teste, Theologus, Philosophus, Astronomus, & Cosmographus elegantissimus, atque harum omnium scientiarum, & artium Publicus in in frequentissimis variis orbis Lyceis Professor.

Trith. in de script. op. matori.

Dedit posteris ingenij clarissima monumenta sui sequentia, teste Trithemio. De obseruantia dierum Festorum, lib. I. Sermones de tempore, & Sanctis, lib. II. Itinerarium terræ sanctæ, cuius oculator fuit, lib. I. De 12. Planetis delineationes, & alia quæ adhuc Manuscripta extant, quorum quædam se vidisse Trithemius affirmat.

Tandem felicissimo numine, & omine Argentinæ migrat ad visionis intimæ perennem pacem, salutis anno 1494. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE LAVRENTIO BVRELLO.

CAP. CCCXLIII.

Anno Christi 1494.

LAVRENTIVS BVRELLVS natione Gallus, patriâ Diuionensis, vir subtiliter in omni peritissimus sapientia, disertus, & eloquentissimus, aurea de cuius ore currebant Carmina diuite venâ, & si quando ei placuit pro rostris dicere, aurea dicentis manabant Prosæ flumina ab ore.

Trithem. cit. in de script. Ecclesiast. lib. quarto ab auctore recognito & aucto. [illegible] in BB. Ca[illegible] I. [illegible] to. 2. S[illegible] App.

Generis vtriusque præclara volumina dedit Trithemio teste. E quibus vidimus opus egregium de laudibus Magni Patris Heliæ, quod Heliaden prætitulauit, lib. I. De illustribus viris Ordinis nostri, lib. I. & alia.

Floruit multa scribens, & magna con[illegible] salutis annis à Christo nato 1494. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1495.

DE IOANNE PALEONYDORO BATAVO.

CAP. CCCXLIV.

Anno Christi 1495.

IOANNES PALEONYDORVS BATAVVS, aliis *Ioannes de Veteri-aqua*; credunt namque vnum, eundémque virum esse, sed Andreas Valerius, & Posseuinus diuersos faciunt, & sunt equidem. Vir sanè, Herbeno Bethasio teste, de Religione optimè meritus, natione fuit Hollandus, Mechliniensis Cœnobij filius, Theologiæ sacræ Doctor ingenuus. Diuini verbi declamator illustrissimus.

Andr. in BB. Hispana. Posseu. to. 2. Apparatus sacri, ibique videndus fol. 214. cap. 261. Impressionis Venetæ factæ an. 1616. Herben. ep. initio operis Paleonydori præfixa Antiq. & Sanctimoniæ Eremit. Carmeli. Posseu. to. 2. cit. Herbenus citatus. Paleonydor. lib. 5. c. 9.

Scripsit Posseuino teste, de puritate Conceptionis B. Virginis Mariæ, lib. I. Serm. de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. Quadragesimale lib. I. Protrepticum Isagogum, siue Propheterastaticum, id est, fasciculum tripartitum sui Ordinis, vbi de antiquitate, & sanctimonia Eremitarum montis Carmeli disserit, lib. III. quos annis viginti elaborasse testatur Matthæus Herbenus. Manuale, lib. I. In Boëtium de Consolatione, lib. V. Dialogum inter Carmelitam, & Carthusianum, lib. I. Propugnaculum Carmelitarum, lib. I. Vitas Sanctorum sui Ordinis, lib. I. Contra Wigandum, pro Trithemio, lib. I. Collationes feriales, lib. I. Epistol. familiares, lib. I. Hæc Posseuinus. Ipse auctor testatur præter hæc scripsisse, Commentariorum in Prophetiam S. Cyrilli lib. I.

Tandem sapientia, & virtute cumulatus, natus annos 74. ad supera volauit, iuxta Posseuinum, anno saluati hominis 1507. Sed cum annis floruisset valdè 1495. sub eisdem Pontifice, & Imperatore istis adscribimus eum.

DE GODEFRIDO CANDELARIO.

CAP. CCCXLV.

Anno Christi 1495.

GODEFRIDVS CANDELARIVS natione Germanus, patriâ Aquisgranensis. Vir celebris, & diuini Verbi declamatione famosus, & admirandâ Theologiæ vtriusque sapientiâ clarus Trithemio, & Posseuino testibus scripsit, typísque dedit: In libros sapientiæ, lib. I. Sermonum de tempore, lib. I. De Sanctis, lib. I. De Conceptione purissimæ Mariæ Virginis, lib. I. Orationes ad Clerum, lib. I. Pro coronatione Reginæ, lib. I. Epistolarum, lib. I.

Trithem. in Prothesi virorum ill. Posseu. to. 1. Sac. Appar. ad append.

Floruit in Aquensi Cœnobio, erecti orbis à Iesu anno 1495. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE

DE IOANNE DE VETERI-AQVA SEV A GANDA.

CAP. CCCXLVI.

Anno Christi 1495.

IOANNES DE VETERI-AQVA, siue, vt aliis, *de Ganda*, natione Hollandus, Brabantinus, Mechlinensis Cœnobij filius, in diuinis vir scripturis studiosus, & longá temporis exercitatione peritus, Sermonum declamator illustris, gentis Catholicæ, & Helianæ zelator vniuersus.

Possev. to. 2. S. App. Trithem.

Scripsit Posseuino, & Trithemio testibus, de initio & progressibus sui Ordinis opus quod *Fasciculum Temporum Ordinis Carmelitarum* intitulauit, lib. III. in quibus de Helia, & Elisæo Ducibus Carmelitarum, de Sanctis Canonizatis, & de Generalibus ordinis agit. De purissima Virginis Conceptione, lib. I. Sermones ad populum, lib. II. Epistolarum ad Trithemium, & alios lib. I. Contra Wiggandum Dominicanum Frankofordiensem Apologeticon de immaculata Virginis Conceptione, lib. I. aureis sanè litteris incidendum.

Gesnerus in sua Bibliotheca.

Floruit teste Gesnero annis ab Orbe Redempto 1495. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Credunt aliqui, hunc esse Ioannem Paleonydorum, sed omnino fallit eos sententia sua, Posseuinus eos diuersos facit. Vide quæ diximus in Paleonydoro Batauo.

Possev. in eit.

DE PHILIPPO ALBERTO DE NVSSIA.

CAP. CCCXLVII.

Anno Christi 1495.

PHILIPPVS ALBERTVS DE NVSSIA natione Germanus, Nussiæ ortus, Frankofordiensis Cœnobij filius. In diuinis Scripturis, & Stagiritica disciplina versatissimus. Parisiorum & Coloniensium frequentissimis Lyceis publicus S. Theologiæ Professor.

Trithem. de vir. Possev. to. 3. App. S.

Scripsit, Trithemio teste, in Cantica Postillam, lib. I. Sermonum variorum, lib. I. Super Sententias lib. IV. Longam Epistolam auctoritatibus, & rationibus grauissimis munitam, contra Wigandum Dominicanum, qui maculata Virginis Mariæ Conceptionem defendebat, cuius fundamenta sagaci Philippus disputatione compescuit, & euertit.

Trith. de vir.

Vixit Trithemio teste, Coloniæ assiduè, libris procudendis, salutis annis 1495. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE AMBROSIO DE SPIERA.

CAP. CCCXLVIII.

Anno Christi 1495.

AMBROSIVS DE SPIERA, non *Spirra*, natione Gallus, patriâ Taruisinus, & Cœnobij eiusdem Ciuitatis filius. Excelsâ vir pietate, & mirâ sapientiâ clarus: Catholicæ fidei Propugnator acerrimus, ob cuius defensionem neruosè multum, S. Tiago teste, decertauit, infensissimus semper factus hæreticorum osor, & antagonista.

S. Tiagus in Catal. ill. Cen. Possev. to. 1.

Scripsit, Posseuino teste, Sermonum de Tempore Aduentus, lib. I. Venetiis excusum. Et Commentariorum in Magistrum Sententiarum lib. IV. qui extant Manuscripti in Bibliotheca Taruisina Seruitarum. Item super quatuor Euangelia, lib. I. elegantem, altissimâ eruditione refertum, & variis tractatibus ornatum; qui circumfertur sub nomine Summæ Theologiæ. Diuersum credimus fuisse virum ab eo, quem refert S. Tiagus noster, sed nihil pro certo asseueramus; nos autem vidisse in Bibliotheca nostra Cæsaraugustana diuersorum tractatuum librum hunc vnum, elegantis voluminis, & characteribus vetustissimis excusum attestamur, cuius argumenta varia, & eruditissimè prosequuta, quæ numero 45. sunt, vide in Posseuino.

Floruisse constat virum ex eo, salutis annis 1495. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Possev. to. 1. App. S.

Notet lector falsò auctoris nostri librum eruditissimum, Chalcographorum errore; sub nomine Ambrosij cuiusdam de Spiera Seruitæ, Taruisini item circumferri, in impressione Venetijs factâ anno 1476. & finitâ die 18. Decembris: at in correctiori Typo Basileæ anni 1516. ex industria, & correctione Gasparis Hasachii Simertingersis, Doctoris, sapientiâ famosi, sub nomine vero Carmelitæ Ambrosij de Spiera produisse. Seruita ille, non Spierâ, neque Spirra vocandus, sed Ambrosius Spera, vt notauit Hasachius.

Hasachius in epistol. quadam operis.

DE NICOLAO DE ALCENSIA.

CAP. CCCXLIX.

Anno Christi 1495.

NICOLAVS DE ALCENSIA, Conuentus Crutzenacensis in Comitatu Sphanheimensi filius. In scripturis sacris valdè eruditus, religione præclarus, sermonum declamator egregius, longâ exercitatus, & iugi studij consuetudine.

Trithemio, & Iacobo Seruita testibus, scripsit

Anno Christi 1495.

Trith. cit. Iacob. Plebe cit. sæpe. Posseu. to. 2. App. S.

in Apogalypsim Ioannis, lib. I. Post quem in Exodum, lib. I. De officio Missæ, & Canonis longum, sed elegans volumen, lib. I. Sermonum de tempore, & Sanctis, lib. I. multis prælis iteratos, & alia.

Floruit Crutzenaci, salutis à Christo veræ annis 1495. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE NICOLAO SIMONIS SIVE HARLEMIO.

Cap. CCCL.

Anno Christi 1495.

Posseu. to. 2. App. Sacr. fol. 249. editionis Venetæ 1606. eundem ibidem Nicol. vocat fol. 495. nobis.

NICOLAVS SIMONIS, quem errore *Ioannem* vocat Posseuinus natione Batauus, siue Hollandus, ex Harlem oppidulo Hollandiæ filius, eiusdémque Cœnobij Professus, & S. Theologiæ primarius interpres: vir fuit maximo litterarum, & virtutum exercitamento pretiosus, eleganti polluit ingenio, & linguâ ad declamandum in genere vtroque.

Trithem. Plebe, Posseuinus & Lucius citati sæpe. BB. Tigurina. Valerius Tax.

Scripsit Trithemio, Plebe, Posseuino, & Lucio testibus. Sermones de Tempore, & Sanctis, lib. II. quos titulo *Vade mecum* notauit Repetitionum, lib. I. Consultationum, lib. I. De potestate Pontificis, lib. I. De potestate Imperatoris, lib. I. De potestate Concilij, lib. I. Addit Tigurina, & Valerius Taxandrus scripsisse vitas SS Patrum, lib. I. De Sacris mulieribus, lib. I. Sui ordinis historiam, lib. I. Chronicon temporum lib. I. Vitam S. Annæ, lib. I. Vitam S. Cyrilli, lib. I. Farraginem Fragmentorum, lib. I. & si qua alia, non vidimus.

Posseu. to. 2. & Trithem. de scrip. ill. & scriptor. Iacob. à Plebe Lucius cit. it. Catal Angliæ centur. 14.

Floruit Harlemij, vbi senex obiit in Christo, iuxta Posseuinum & Trithemium anno 1511. Sed iuxta Iacobum à Plebe, & Lucium, annis 1495. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Credimus hunc eundem esse, quem vulgò Nicolaum Harlemium cognominant Catalogi scriptorum Angliæ, vbi citatur auctor iste asserens, Palladium Græcum primum fuisse Scotorum Apostolum, discipulúmque Ioannis XLIV. Hierosolymorum Patriarchæ dum adhuc cultor eremi solitaria Syriæ loca, potissimè Carmelum incoleret.

DE IOANNE GERBRANDO DE LEYDIS.

CAP. CCCLI.

Anno Christi 1495.

IOANNES GERBRANDVS DE LEYDIS, natione Flander, Batauus patriâ, Harlemensis Cœnobij Professus, & Supprior, valde vir studiosus, & eruditus lucidissimo pollens ingenio, sed præstantiori virtute, clarissimus.

Anno Christi 1496.

Trith. in de script. Carm. Taxand. in bib. Louanij impressa an. 1623. Posseu. to. 2. App. S.

Trithemio teste, insignem Ordinis contexuit historiam, lib. X. Sermones de Tempore, & Sanctis, lib. II. Valerius Taxander addit scripsisse Collationes Sanctorum, lib. I. De festis Deiparę Virginis Mariæ & doloribus eius. Exemplorum eiusdem B. Virginis lib. I. Sermon lib. II. Collegit item ex diuersis auctoribus, Chronicon Episcoporum Vltraiectensium, & Comitum Hollandiæ à S. Villebrodi tempore, lib. pluribus, qui extant vulgati denuo Francfordiæ per Franciscum Suveccium Typis Ambrosianis, anni 1619. eodem Valerio teste.

Floruit Iacobo de Plebe teste, salutis Adæ à Christo, anno 1495. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE RVMOLDO DE LAVPACH.

CAP. CCCLII.

Anno Christi 1496.

Paleon. li. 3. c. 14. antiq. Ordin.

RVMOLDVS DE LAVPACH, natione Alemannus, Prouinciæ inferioris Alemanniæ in Francfordiensi Cœnobio Prior. Vir præclarè de sua Religione meritus, pietate clarus, & sapientiâ insignis S. Theologiæ publicus in Francfordia Professor. Paleonydoro teste, ad instantiam multorum nationis diuersæ Mercatorum anno 1481. Francfordiæ insignem illam, totóque celeberrimam orbe sodalitatem, sexus vtriusque, in honorem SS. Annæ, & Ioachim, & eorum parentelæ erexit.: & curauit eam ab Innocentio VIII. gratiis multis, & priuilegiis communiri.

Paleon. cit.

Hinc, post structuræ grandis schema inceptum, post allatas grandi labore à Lugduno S. Annæ Reliquias, post varias vni homini intolerabiles curas; post varia loca septis Francfordiensis Cœnobij nostri apposita; post constructa Capellam in honorem S. Annæ honorificentissimam in eodem Cœnobio; post auctam numero quatuor millium Confratrum Confraterternitatem; post roboratam sacris statutis, & constitutionibus, lib. I. à se composito, post scripta multa, inter quæ lecturas suas Theologas, lib. IV. & alia tandem, plenus meritorum, & culmine famę nobilis clarus, iuit, teste Paleonydoro, gloriosus ad Christum anno 1496. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALBERTO IOANNE HARLEMIO.

CAP. CCCLIII

Anno Christi 1496

ALBERTVS IOANNES HARLEMIVS natione Italus, Louaniensis Doctor eximius, & vir religiosâ morum honestate celeberrimus.

Teste

ANNO CHRISTI 1496.

Val. Taxād. in BB. Hisp.

Teste Valerio Taxandro, scripsit in Sententias, lib. IV. In Ecclesiasticum, lib. I. In I. Canonicam Ioannis Sermones, lib. I. Et alia nondum Typis edita.

Obiit Mechlinæ in suo Cœnobio, salutis Orbis anno 1496. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IACOBO A LEOCATA.

CAP. CCCLIV.

Anno Christi 1496.

IACOBVS à LEOCATA, aliis *Leocato* natione Siculus, vir eruditissimus, & sacræ paginæ Doctor ingenuus, & publicus Patauij, Senæ, & Florentiæ, S. Theologiæ Professor.

Possevin. to. 2. App. Sac. Lucius in BB. Carm.

Clarissimi ingenij sui, Posseuino, & Lucio testibus, clarissima posteris sapientiæ semina emisit. Super Sententias, lib. IV. In Metaphysicam Aristotelis, librum vnum. In Logicam, librum vnum. Concionum Quadragesimalium, lib. II. Si quæ ex his prælis sint data Lucius subdubitat.

Floruisse virum credimus annis 1497. (etsi alij credant annis floruisse 1579. Sed hunc credimus typi fuisse errorem) sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE OSBERTO ANGLO.

CAP. CCCLV.

Anno Christi 1496.

Iacob. in supple. Chronici Augustinianorū Lucius in BB. Carm. Posseuin. to. 2. App. Sac. Trith. in vtroque op. de vir. ill. & scrip.

OSBERTVS ANGLVS, sic cognomento ex natione vocatus, teste Iacobo Philippi, Lucio, & Posseuino scripsit in Sententias lib IV. Quæstiones varias. lib. I. Sermones, lib. I. Varias determinationes, lib. I. & alia quorum tituli nedum Trithemius dat.

Floruit quod credimus, salutis in Orbe anno à Iesu 1496. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO TRAVERSINO.

CAP. CCCLVI.

Anno Christi 1497.

PETRVS TRAVERSINVS, natione Italus, patriâ Mantuanus, vir in diuinis, & humanis litteris, vsque ad miraculum exercitatissimus, sapientiæ præter dotes ingenuas, virtutum stemmate clarissimus effulsit. Congregationis Mantuanæ fuit Vicarius Generalis electus, vt Lucius affirmat, anno 1493.

ANNO CHRISTI 1497.

Lucius in Catalog. V G. Mantuæ.

Eodem Lucio dicente plurima æternitatis laude dignissima scripsit, quæ etiam nunc Manuscripta in Mantuanorum Bibliotheca conduntur veneratione, typis ab auctore vulganda nisi inuida mors vitalibus gaudere diutiùs auris denegasset. Lucius idem affirmat, virum tantum quinque copiosissimis tomis, plus 150. homilias factas de varijs, singulari eruditione, & mirabili varietate doctrinæ perpolitas, præcinxisse; quarum Indicem fidelissimum Lactantius Damaninus vir celeberrimus descriptum, & ex eadem Bibliotheca Mantuana decerptum, manu propria Ioannis Baptistæ Granelli Carmelitæ Mantuani ad eundem Lucium remisit, & fideliter ipse in sua Bibliotheca Carmelitana reposuit. Sunt in his quinque tomis, aliqui tractatus siue homiliæ eiusdem materiæ repertæ sæpius, eo quod variè pro locorum varietate, de subiecto eodem multipliciter egerit Auctor earum: vide titulos speciatim datos apud Posseuinum. Si quæ alia scripserit, titulos ignoramus.

Vide Luciū in BB. in Petr. Trauersino. consultò nos inscriptiones omittimus homiliarum ne fastidio inutilib. repetitionibus lectori si[illegible]

Posseuin. to 3. S. Appar.

Floruerat sapientissimus iste Pater, salutis annis 1497. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Tempore huius Vicarij Generalis Mantuani, habitationem, & ius ad eam ipsi Mantuani Patres amisêre, illustrissimæ Domus Virginis Mariæ de Laureto vulgo vocata (quæ est in ditione Prouincia Romaniæ, cuius curam Carmelitæ gesserant, vt affirmat Horatius Pancirolus, dum fuisset hæc eadem domus sacra, in partibus Galilææ per plus mille annos, quapropter hæc nobilissima, & honorificentissima possessio triginta Carmelitis nostris data fuit de iuo, post Angelicam domus tanta translationē ab Innocentio VIII. cùm multis iam rationibus probasset Eminentissimus Ordinis Cardinalis Protector, Sixti IV. Pontificis nepos antiquum tantæ Hæreditatis pro Carmelitis ius & possessionem antiquam domus illustrissimæ. quæ anno 1292. tempore Bonifacij Papæ VIII. à Nazareth Galilææ in Sclauoniam, & inde in partes Italiæ, ad præsentem Laureti situm Angelicis manibus translata est,) eâ solum causâ compulsi, grauissimæ communi ægritudinis, ex aeris intemperie exorta, propter infectas vicinas paludum quarumdam aquas, quarum notissima infestatio nes; nouis tempore labente domorum multarum structuris, tempori cessêre, & habitabilē reddidêre sacram Laureti domum, & locum, vt Horatius affirmat Tursellinus Iesuita, & refert Boersius noster. Pius, & numquam satis Laudatus Mantuanus Generalis noster, hanc deperditam possessionem flebilibus eluget suspiriis, & merito certè.

De Domo Lauretana Vir. Mariæ.

Pancirol. lib. Thesori nascosti nel alma citta di Roma typis dato 16.. Vide Boer. f. in Prouincia Rom f. 244.

Horatius lib. 2. cap. 8. Hist. Lauretanæ. Boersius in Prouincia Romanæ f. cit. Mantuan. speciali Tracta. Lauretano.

* *
*

Anno Christi 1498.

DE HENRICO DE ANDERNACO.

Cap. CCCLVII.

Anno Christi 1498.

HENRICVS DE ANDERNACO, natione Germanus, in diuinis vir scripturis feracissimus, viuaxque verbi præco cælestis: Aristotelicæ Palæstræ enodator egregius. Parisiensem primùm, deinde Coloniensem Palæstram litterariam celebri nomine doctrinæ singularis suæ decorauit.

Trithe. cit. Lucius cit. Posseuin. to. 1. App. Sacr.

Ex sacra ingenij sui Pallade his posteros Trithemio, & Lucio testibus, auxit: super Sententias, lib. IV. Sermones de tempore, libr. I. De Sanctis, lib. I. Quæstiones Philosophiæ, & alia quædam.

Claruit annis 1498. Posseuinus 1470. Trithemius, 1400. sed sunt Chalcographi incuriæ.

DE MARTINO ILSTANO.

Cap. CCCLVIII.

Anno Christi 1499.

MARTINVS ILSTANVS natione Frisius, assiduo vir litterarum deditissimus studio, & Religiosæ obseruantiæ nitore claro venerandus.

Suffridus de script. Frisiæ. Cornelius relationis orb. ad ann. 1499.

Plura Suffridus scripsisse refert, extat autem, quod nouerimus, elogia nobilium in Frisia, lib. I. satis volumine abundo: Item historia factionum sub Anarchia, lib. I. Cuius meminit Andreas Cornelius, ex quo colligimus floruisse Ilstanum nostrum, annis ab Adæ lapsus erectione 1499. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO A NOVALLARIA.

Cap. CCCLIX.

Anno Christi 1499.

PETRVS DE NOVALLARIA, natione Siculus, Mantuanus patriâ, vir sanâ morum honestate compositus, vehemens Verbi Diuini declamator. Theologus illustris, & prudentia singulari venustissimus homo. Electus fuit, Lucio teste, Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, salutis annis à Christo datæ Orbi vniuerso 1499 Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius eit. Catalogo citato.

An scripserit aliquid, præter Sermones egregios, lib. I. Haud vidimus, sunt autem hi graues, & plures. Et si is est, vt credimus, quem Posseuinus Antonium vocat, scripsit item de modo se bene præparandi ad mortem, & contra humanum sensum, & de consolatione sui etiam in eodem, libr. I. perutilem & vberrimum, vbi de variis sunt argumentis opuscula, extat Ferrariæ 1565.

Anno Christi 1499. Posseuin. in appar. ad 1 tom. Sa. Ap.

Non est iste Discipulus ille Mantuano Baptistæ gratissimus, de quo ætate sequenti loquemur, ille enim non de Nouallaria, sed Petrus Nebularius dicendus.

Sub an. 1521

DE IOANNE MARIA DE POLVCIIS.

Cap. CCCLX.

Anno Christi 1499.

IOANNES MARIA DE POLVCIIS, de Novallaria, aliis *Policianus*, siue *de Grandinus*. natione Italus, S. Theologiæ Bononiensis Doctor eximius, patriique virtutum, & pietatis virore florentissimus, litterario sudore indefessus.

Thomas M.S. citato de viris illus. Car. Posseuin. to. 1. App. Sac.

Plura scripsit è quibus Posseuinus, & Thomas à Iesu sequentia titulis notata porrigunt. Sermonum Quadragesimalium, lib I. Vexillum Carmelitarum, lib. I. Mare magnum Ordinis eiusdē, lib. I. In quibus Magnalia Carmeli solita dicendi perstrinxit dexteritate. Vitam, & Miracula S. Alberti Drepanitæ Carmelæi, lib. II Scripsit, & ordinauit ex decreto Reuerendissimi Patris Ordinis, Cōstitutiones, quæ sunt impressæ Venetiis, per Lucantonium de Giunta, anno M.CCCCXCIX Orationum, & Epistolarum, lib II. & alia quæ Venetiis prodiere.

Florebat annis Orbis ab Orco liberati, 1499 Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE BENTZENREVTERO.

Cap. CCCLXI.

Anno Christi 1499.

IOANNES BENTZENREVTERVS, natione Alemannus, Cœnobio, & patriâ Culmensis. Hunc Trithemius magnificum Theologiæ Doctorem vocat. Ex suo Cœnobio in priorem magnifici Conuentus Heilbrunensis S. Mariæ in Vitteto vocatus, septemdecim præfuit annis, magnæ Religionis, prudentiæ, & deuotionis in Deum ostentis: fuit regularis disciplinæ clarissimus sator & altor, qui suos sæpè, & prædicationis verbo, & operis exemplo mirabiliter instruebat, exercere

Trith. lib. 2. miracu. Virgin. Heilbr.

faciens

ANNO CHRISTI 1499.

faciens virtutum omnium manipulos selectos in omnibus. In sacris Scripturis doctissimus, profundus ingenio, & consilio cautus, multos, & selectos sapientes discipulos habuit. Cōmuni omnium Patrum assensu, superioris Germaniæ, & Hungariæ regni Prouincialis electus est, quo moderante Carmeli illius germina sacra, & irrigante, roréque zeli irrorante cuncta, Carmeli multa viguère germina grandia.

Scripsit Trithemio teste in 4. libros Sententiarum & comportationes quasdam notabiles, quas in Tubingensi Musæo publicus sacræ Theologiæ professor recitauit: Quæstiones etiam, & determinationes varias, variis habuit in scholiis, præter alia multa lucubrata, quæ ad manus nostras non sunt adhuc vt titulentur adducta.

Trith. lib. 4. cit. de miraculis in Virteto.

Tandem Viennæ Austriæ post multa sapientiæ, & religiosæ pietatis opera (cum contigisset Decretorum Doctorem ingenuúmque Carmelitam Ioannem Schurinde Viennensis Conuentus in Austria Priorem ad astra migrasse) Viennam vocatus pro nouo instituendo Priore, podagrâ ibi, & aliis corporis incommodis patientissimè sublatis grauiter afflictus, sacramentis æternæ vitæ, & veræ salutis cum ingenti deuotione susceptis, inter suos Christo felicem letho agitante spiritum remisit. Salutis anno 1499. Sub eodem Pontifice, & Imperatore. Iacet in choro celebri ante Sacramentarium sarcophago custoditus. Ista Trithemius.

DE CHRISTOPHORO MONICIO EPISCOPO.

CAP. CCCLXII.

Anno Christi 1499.

CHRISTOPHORVS MONICIVS, natione Lusitanus, patriâ Vlyssipponensis, & Cœnobij illius clarissimi filius, & postea Prior dignissimus, inter Lusitanos nobilitate sanguinis illustrissimus, eiusdem Prouinciæ Prouincialis meritissimus: Serenissimi Domini Cardinalis Infantis Olissiponensis Archiepiscopi Alphonsi, Emmanuelis Lusitaniæ Regis XIV. filij, & Mariæ Catholicorum Castellæ, & Legionis Regum filiæ, Episcopus coadiutor. Celebris pietate, religione, & sapientia, & regimine clarus.

Relationes à Lusitanica Prouincia per Ioan. Pintum à Victoria datæ.

Si quæ scripserit non inuenimus. Floruisse tamen clarissimo Magni Pastoris, & Ecclesiastici principis nomine constat, salutis annis à Christo 1499. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore vt ex Compendio historiarum Lusitaniæ comperto deducimus.

Epitome hist. Lusitaniæ per Emmanuel. Faria & de Souia par. 3. c. 15.

DE GVILLIELMO BINTRÆO.

CAP. CCCLXIII.

Anno Christi 1499.

GVILLIELMVS BINTRÆVS, *Bintra* Posseuinus eum vocat, natione Anglus, patriâ Norfolcensis, Cantabrigensis Doctor, Cœnobij Burnhamiæ filius; ingenij floruit dexteritate mirâ, diuinarum, humanarúmque scientiarum litteraturam apprimè calluit, sed pietate se ipso factus est celsior Catholicâ.

Posseu. to. 1. App. S.

Fuerunt suo tempore sciolí quidam Mendicantium Religiones impugnantes, Carmelitanam præcipuè, quæ tunc ibi feraci summorum virorum segete florebat: his se strenuè opponens Bintræus, inuidorum calumnias doctissimo diluit exarato libr. I. post quem litterariam istam pretiosamque librorum supellectilem in æuos addidit ventures, teste Lelando, & Pitsæo. Lectiones in Cantica Salomonis. lib. I. Sermones varios, lib. I. Determinationes Theologiæ, lib. I. Quæstiones ordinarias 42. lib. I. Defensorium paupertatis, lib. I. De ornatu Latini sermonis lib. I. & alia plura. Posseuinus addit defensorium de Beatissima Virgine Maria lib. I.

Leland. cit. à Pitsæ. in de scriptorib.

Tandem Burnhamiæ diem vitæ clausit extremum sepultúsque est inter suos, salutis anno 1499. sub Alexandro VI. Pontifice O. M. & Friderico Austrio, Imperatore.

DE GVILLIELMO GRENÆO.

CAP. CCCLXIV.

Anno Christi 1499.

GVILLIELMVS GRENÆVS, siue *Grena* aliis *Virens*, natione Anglus Cantabrigensis Doctor. Tam sedulus antiquitatum Carmeli perscrutator, vt omnes Angliæ Bibliothecas inuiserit, quò præclara illustrium Carmelitarum acta describeret. Hac iugi solertiâ librum edidit, Pitsæo teste, cui inscriptio *Hagiologium Carmelitarum*, siue de Sanctis Ordinis eius, vt notat Posseuinus.

Pitsæ. cit. Posseu. to. 1. in appendice.

Claruit annis 1499. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE GVILLIELMO DE BVRGO.

CAP. CCCLXV.

Anno Christi 1499.

GVILLIELMVS DE BVRGO Hispanus, vir clarus pietate feraci, & sapientiâ fœcundâ. Congregationis Mantuanæ dignissimus Vicarius Generalis, electus annis 1477. in quibus in partibus illis Galliæ Cisalpinæ clarissimus effulserat, sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Lucius in Catalog. V. G. M. f. 149. nobis.

An aliquid dederit prælis, nondum habuimus.

ANNO CHRISTI 1499.

DE PETRO GARNENGIO.

CAP. CCCLXVI.

Anno Christi 1499.

PETRVS GARNENGIVS Armoricus, Brito natione, vir celeberrimus: Turobiæ Prouincialis digniſſimus, ſapientiâ, & virtute clarâ pernotus.

Poſſeuino teſte, ſcripſit Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, lib. I. De rebus Ordinis ſui lib. I. Concionum ad Clerum lib. I Conſtitutionum moralium lib. I.

Obiit demum feliciſſimus in Chriſto Orbis ab Orco erepti ann. 1499. ſub eiſdem Pontifice, & Imperatore.

Dant Carmelitam Catalogi omnes ſæpe citati.

ANNO CHRISTI 1500.

Poſſeu. to. 3. App. S.

ÆTAS DECIMASEPTIMA,

Quæ eſt ab anno Milleſimo quingenteſimo CHRISTI IESV, vſque ad annum milleſimum ſexcenteſimum eiuſdem ſextadecima.

Fundatæ Religionis anno 2434.

DE ROBERTO PONTANO.

CAP. CCCLXVII.

Anno Christi 1500.

ROBERTVS PONTANVS, natione Flander, Bruxellenſis patriâ, vir Græcis, & Latinis literis diſertiſſimus, quem Onufrius Panuinus, Hiſtoriographum illuſtriſſimum appellat, & eum cum Laurentio Surio Carthuſiano magnæ in Eccleſia auctoritatis viro componit.

Onufr. Panuin. in Faſtis ad Platinam.

Scripſit, Lucio teſte, Euangeliorum, & Epiſtolarum enarrationes, lib. II. De diuina Theologia multa quæ morte præpeditus typis negata deſiderantur. Chronicon vniuerſale, quod citat Panuinus, ſed nondum credimus vulgatum opus, falce inuidâ mortis auctoris obſiſtente.

Lucius in BB.

Panuinus. Poſſeu. to. 3. App. S.

Obitus annus Lucium latuit, ſed ex Panuino habuimus, floruiſſe annis Seruatoris Ieſu 1500. quibus celeres Chronico præfato manus adhibebat ſub Alexandro VI. Pontifice O. M. & Federici Imperatoris Imperio.

DE IOANNE VVYRICO.

CAP. CCCLXVIII.

Anno Chriſti 1500.

IOANNES WYRICVS natione Germanus, patriam habuit Nuſſiam oppidum, Colonienſis Diœceſis; Inferioris fuit Alemanniæ Prouincialis, & Colonienſis Cœnobij Profeſſus: Diuinarum ſcripturarum Doctor illuſtriſſimus, Ariſtotelicæ ſubtilitatis ſagaciſſimus diſſertor, diuini præco Verbi cæleſtis, perſpicaciſſimo vir floridus ingenio, cuius celeberrimi nominis fama, vel exterarum nationum peruaſit oras.

Trithemio teſte, Lucio, & Poſſeuino, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum, lib. IV. Quæſtionum communium, lib. I. Concionum ad populum, lib. I. Collationum Synodalium, lib. I. & alia plura, quæ in inſtructiſsima Conuentus Coloniæ Bibliotheca, Lucio teſte, ſeruantur.

Trithem. cit. Lucius cit. Poſſeuin.

Porrò apud Maximilianum Imperatorem, maximam comparauit auctoritatem, propter quam Cæſar Catholicus grandibus Cœnobium beneficiis affecit, & magnis ſanè honoribus Wyricum auxiſſet, niſi ipſe ex humilitate magna mundialia cuncta generoſus contempſiſſet.

Claruit autem vir iſte egregius, annis Chriſti 1500. Poſſeuinus obitum aſsignat ſub anno 1515. Trithemius ponit eum ſub ann. 1492. Nos autem præfatum damus annum gloriotæ vicis ſuæ, ſub eodem Pontifice, & Imperatore non ſine auctoritate Relationis à Germanica Prouincia.

Relata Alemanniæ.

DE IOANNE PALEDORPO.

CAP. CCCLXIX.

Anno Chriſti 1500.

IOANNES PALEDORPVS, natione Flander, patriâ Malinenſis, Vir egregiâ morum compoſitura pulcherrimè venuſtatus.

ANNO CHRISTI 1500.

Ep. Alguer. Lucius.

Scripsit quod viderimus tantùm, Speculum historiale, lib. I.

Floruit annis eisdem, sub eodem Pontifice, & Imperatore. Ex Catalogo Episcopi Alguerensis, Lucio, & aliis.

DE GERARDO TERLINCO.

CAP. CCCLXX.

Anno Christi 1500.

Gramaius in hist. Brabantiæ. Valerius in BB. sua.

GERARDVS TERLINCVS, natione Brabantius, Vir studiosissimus, historiographus memorabilis, multúmque à Gramajo, qui ex errore Ioannem vocat, commendatus.

Plura credimus scripsisse, sed tantùm dat Valerij Bibliotheca, Huesdanum Chronicon, libris pluribus. Si quid aliud ediderit latet omnino.

Floruisse habemus annis Adæ à Iesu redempta posteritate, 1500. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. ARNOLDO BOSTIO.

CAP. CCCLXXI.

Anno Christi 1501.

V. ARNOLDVS BOSTIVS, non *Rostius*, vt aliis, natione Teutonicus, Gaudauensis Cœnobij in Belgio filius. In diuinis, & humanis litteris studiosissimè versatus, subtili clarus ingenio, & felicissimâ facundiâ donatus; sed religiosis virtutum omnium augmentis illustrior, vtpote qui vel à iuuenili pubertatis suæ flosculo, clarissimæ Sanctitatis specimen exhibuit insigne. Theologus, & Philosophus fuit perfectissimus, Rhetor elegans, & Poëta iocundus.

Iacob. in supplem. Chronic. Marc. Guazzo. & Ludo. Guicciardin. in descriptione Gandaui. Desiderius Batauus in epist. Lucius in BB. Trithem. in de script. Eccl.

Celebrem viri virtutem commendant Iacobus Philippi, Guazzonius, Guicciardinus, Batauus, & alij cum Lucio nostro, & Trithemio: quibus testibus scripsit, Metro, & Prosâ quædam præclara opuscula, inter quæ sequentia titulis exhibent suis: Volumen Prosaicum versibus mixtim intersertis, quod de Patronatu Dei Genitricis Carmelitici ordinis prætitulauit, lib. I. De illustribus viris Ordinis, lib. I. De illustribus Carthusiensibus, lib. I. De Conceptione purissima Virginis Mariæ contra Vincentium de Novocastro, lib. I. De quatuor nouissimis, lib I. Sermones varios, lib. I. Epistolarum multarum, lib. I. Carminum, varij metri, multorum, lib. I. & alia quorum titulos haud nouimus adhuc.

Vide Trith. & Posseuin. to. 1. App. S.

Tandem Gandaui felicissimus quieuit, salutis annis 1501. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HENRICO POTINO EPISCOPO.

CAP. CCCLXXII.

Anno Christi 1502.

ANNO CHRISTI 1502.

HENRICVS POTINVS, natione Normannus, patriâ Rothomagensis, Carolo VIII. Francorum Regi acceptus ob nobilissimam eruditionem, & religiosæ pietatis præstantiam: dicti Regis concionator, & postea Philadelphiæ Episcopus factus est.

Posseu. to. 1. App. Sacr. & Belgica relata.

Scripsit multa è quibus Posseuinus sequentia dat. In Sententias, lib. IV. Parisiis Conciones ad Clerum, & Populum, lib. II. Quadragesimale ad Regem, & alia.

Tandem Rothomagi inter suos felicissimè vitæ diem clausit vltimum, anno 1502. sub Alexandro VI. Pontifice summo, & Federico Austrio Imperatore.

DE PETRO NEBVLARIO.

CAP. CCCLXXIII.

Anno Christi 1502.

PETRVS NEBVLARIVS, *Neuolarium* impropriè vocant alij, natione Gallus Cisalpinus, patriâ Mantuanus: sui temporis vir litteris, religione, sapientiâ, & cœlesti dicendi genere celebratissimus. Baptistæ Mantuani immortalis viri, discipulus, eloquentiæ, diuæque virtutis fidissimus illius hæres à quo primitias linguæque Latinæ prima rudimenta percepit: quemque ipse Christianus Virgilius, calamitatum suarum vocat semper fidissimum commilitonem: & in Threnis de morte illius, de seipso loquens, inter alia sic discipulum commendat encomiis laudum:

Mantuan. in epist. ad Ludouic. Fulcarium, & Bapt. Refrigerium.

Florebant viuente illo: passisque ferebar
In nebulas alis, Praco fuit ille meorum
Quotquot erat operũ: stimulos dabat ille cancti,
Et mihi calcar erat: quondam vocalia nostra
Fila lyræ: modo muta silent, resoluta fatiscit
Barbitos, & laxata aperit testudine rimas.

Et paulò pòst:

Sic ego dum vixit mea maxima gloria Petrus:
Lætus eram: facundus eram: cùm raptus acerbo
Funere in æternam Eclipsim stellantia clausit
Lumina: diriguit fracto mea robore virtus.
Langueo, vt amissis quondam frondosa capillis
Laurus: vt excussis violata monilia gemmis, &c.

Diuinum fuisse diuini Verbi præconem Mantuanus ipse celebrat.

Et Helias Capreolus apud Posseu. tom. 3 S. Ap.

Si quid scripserit, præter eruditissimas suas conciones multas, & varias, Lucius silet.

Obiisse tamen quadragenarium Mantuanus in Threnis plorat, quo autem anno obticet etiam Lucius, credimus autem nos salutis anno 1502 Mantuæ felicissimum spiritum exhalasse,

ANNO CHRISTI 1502.

Lucius in Catalogo Vic. General. Cong. Mantuanæ.

ſepulcrúmque fuiſſe honorifico buſto, ex amore Mantuani Magiſtri, qui tunc ſecundum annum ſuæ quartæ reelectionis in Vicaria Mantuanorum Patrum Carmeli gerebat habenas. Sub eiſdem Pontifice, Imperatore.

Ex lugubri Threno ab ipſo Mantuano in mortem Nebularij ſui facto, ſequens Epicedium, quod vicem Epitaphij Elogitici agat, exceptis iis Carminibus, quibus Nebularij virtutes ingenuæ, & Mantuani de tanti Diſcipuli ſui obitu doloris ſenſus exprimantur, adnectere placuit:

——Obiens ſecum tulit omnia Petrus,
Et ſecum hoc ſepelit noſtrum decus omne ſepulchro.
Hic honor: hic noſtræ proſtrata eſt gloria gentis.
O Amor: ô pietas multos mihi viſa per annos.
Fortunate lapis, ſub quo iacet illa per omnem
Italiam reſonans docta facundia lingua.
Illa fouces: ora illa quibus diuina ſonabant
Per populos factura homines oracula ſanctos.
Eſt igitur mors hæc, mors immatura putanda
Æqua? ſalutaris? pia? non crudelis? & atrox?
Æqua: ſalutaris: pia: non crudelis & atrox.
Ite oculi in lachrymas: neque parcite fletibus: iſti
Debeo vos tumulo: ſpectare quid amplius vnquam
Fas vobis, niſi funeſtum, crudele, & acerbum?
Debeo meme illi totum: vitamque animámque.
Æternùm lugete oculi: ſuſpiria cælum
Audiat: & Diuûm veniat querimonia ad aures.
Vade anima in tenues auras: diſſoluere ab iſto
Carcere: & illius veſtigia quære per Orcum.*
O Carmele, domus veterum ſanctiſſima Patrum
Vnde genus nobis: fuit hic velut ardua in alto
Vertice palma tuo: quâ nec procerior vlla
Nec fruge vtilior: viridi nec amœnior vmbra:
Æternùm lugere potes: tibi nulla redibit
Par fortuna: dies tantæ probitatis alumnum
Nulla feret: caput ille tuum tollebat in axes
Æthereos: & maior eras Atlante, & Olympo.
O buſta, ô ſancti cineres requieſcite: donec
Vos redigat ſuprema dies in corpora rurſum.

* Id eſt, Purgatoriū.

Hæc lachrymans ſui Petri mortem Mantuanus pangebat: Ex quibus quantus ille huic immarceſcibilis famæ Magiſtro fuerit apparere poteſt.

DE

Anno Christi 1503.

DE PETRO A TERRAZZA PRIORE GENERALI LATINORVM vigesimooctauo.

Cap. CCCLXXIV.

Anno Christi 1503.

Petrvs Terrazza natione Hispanus ex Regno Cathaloniæ (crediderimus potius Celtiberum natione fuisse, oriundum oppidulo in radice Pyrenæorum Montium sito, cui nomen *la Puebla de Fontona* vulgò & retulit nobis Doctor Petrus Terraçça Prior Claustri, & Canonicus Ecclesiæ Rotensis) sed quidquid sit, ex Prouinciæ illustrissimæ certum est professione fuisse filium. Latinorũ Generalium 28. Prior Generalis Carmelitarum in Conuentu Placentiæ, orbis liberati à Iesu anno 1503. electus. Vir fuit in sacra Pagina & omni sapientiæ genere eruditissimus; adeò vt nemo ad illustrem certioris peritiæ fidem longiùs scientiarum omnium gloriā adduxerit eo: vtpote qui ab ineunte ætate optimis deditus litteris, ingentes opes constantissimi, & capacissimi genij sui largus, & munificus exhibuit: huic præcellentis sapientiæ præsidio lectissimos virtutis grauioris mores adnexuit, & pietatis omnigenæ claris luminibus emicans illustrem sibi valdè gloriam comparauit.

Diuini Verbi fuit Proclamator veluti è cælo delapsus: in agendis expeditus, prouidissimus in arduis. Alexandro VI. Pontifici O.M. à latere Legatus est Auenionem, vbi clarissimum indolis suæ mirificæque industriæ specimen ostendit. Super hæc sui erat Ordinis zelator & propagator intrepidus, pro cuius incremento gloriæ, multa celebri digna præconio patrauit.

Tandem, Neapoli celebrato Capitulo Generali feraci virorum tunc fruge Religione florente,) ibidem volauit ad astra salutis anno 1512. Sub summo Ecclesiæ Principe Pio III. Senensi, siue Iulio II. Saonensi, Pontifice O.M. & Imperio Friderici Austrij.

Lucius in Comp. Car. c.14.

Iacetti.

Vertice Terracio Carmeli iura resurgunt.
Felicem faciunt mens, pietásque, fides.

DE ROBERTO BALÆO.

Cap. CCCLXXV.

Anno Christi 1503.

Robertvs Balævs *Bale* aliis, Iunior (non *Ioannes Balaus*, qui impudentissimus in Anglia Presbyter fuit, saluâ sacræ reuerentiâ dignitatis, maritatus, nõ cucullatus sanè vt notat Harpsfeldius, sed sacerdos, qui vi, & dolo ad tantam dignitatem multis ascendit immeritis: quique Lelandi viri sapientissimi, quem citamus iugiter, Catalogum non tam prolixè offensissimus auxit, quam prodigiosè impudentissimus, & scelestissimus deprauauit.) Noster ergo Robertus natione fuit Anglus, patriam Norvvicum habuit, Cœnobium autem Burnhamiense, cuius fuit Professus, & Prior. Vir pius, prudens, & eruditus, Veracissimus Christi, fideique Catholicæ athleta, iubar splendiferum sapientiæ & omni virtutum viridiori Lauro meritò dignus.

Possen. to. 3. App.S.

Harpsf. de reb. Angliæ, hoc sæculo.

Testes sunt horum, Patris litteraria monumenta, quæ maximi habita ad vsque exterminia Angliæ in res sacras promulgata, seruabantur in Bibliotheca Carmeli Burnhamiensis, sed postea igne ab hæreticis ambusta. Tamen, felici posterorum auspicio, Pitsæo teste, liberata ignibus sunt edita in lucem: Historia Heliæ Magni Patris, lib. I. Officium S. Simonis Stok, lib. I. Annales Ordinis sui, lib. I. ab anno 4186. Orbis conditi: Incipiunt, *Helias Propheta.* Concionum, lib. I.

Pitsæ. in de viris illust. Angliæ.

Burnhamiæ feliciter in Christo requieuit, ibique sepultus anno Christi 1503. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Diuinus sacri verbi per Angliam totam præco factus.

DE IOANNE SALSYNGHINO EPISCOPO.

Cap. CCCLXXVI.

Anno Christi 1503.

Ioannes Salsynghinvs, siue *Salbansen*, vel *Salaushnus*; eundem credimus esse cum eo, de quo sub hoc nomine loquitur Posseuinus; eúmque Episcopum Missinensem eius nominis sextum annumerat; quidquid sit, scientiori cedentes Ioannes noster fuit Francigenus Regno; & clarissimo Religionis radio præfulgidus.

Posseu. to. 1. Ap. S. lit. I. S. & tit. Missenensis Episcopatus Synodalia.

Scripsit, in Sententias, lib. IV. Quæstiones Ordinarias, lib. II. Quodlibeta, lib. I. Determinationes, lib. III.

Tandem cum Publici Parisiensis Lycei Præceptoris Theologici diu munia gessisset, ibi felicissimum vitæ cursum peregit, salutis Orbis à Christo anno 1502. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE FRANCISCO DE S. FELICE.

Cap. CCCLXXVII.

Anno Christi 1505.

Franciscvs à S. Felice, natione Italus, patriâ Burdegalensis, vir pius, doctus, elo-

Anno Christi 1506.

Lucius in Comp. in Cap. V.G. Cong. Mantuan.

quens, & graui morum honestate refulgens. Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis Lucio teste, selectus salutis anno 1505. sub Iulio II. Pontifice O. M. & Maximiliano Imperatore.

DE ÆGIDIO FABRI.

Cap. CCCLXXVIII.

Anno Christi 1506.

ÆGIDIVS FABRI, natione Brabans Belga, patria Bruxellensis. Vir clarissima sapientiæ face lucidissimus, Religionis famosiori vertice summus. Adeo excellentis famæ inter diuini Verbi præcones, vt nullum discretiorem, eloquentiorémve Ecclesiasten eo, ætatem illam cognouisse Valerius affirmet. Cunctis fuit venerandus, & amabilis, maximè Maximiliano Cæsari cui à consiliis fuit, & Imperij Primas, quo ad grauiora regiminis negotia vsus est Imperator assiduè: Guicciardino & Cornelio Callidio testibus, innumera beneficia Bruxellensibus Patribus Imperator ob viri amorem elargitus est.

Andr. Valerius cit.

Ludouicus Guicciard. in descriptionibus Bruxellæ. Callidius de scripto. Ecclesiasticis Belgæ. Posseu. to. 1. App. Sacr. & Eisengrenius qui meminit duorū aliorum quorū alter floruit 1547. alter antè 1452. Trith. in de Scrip. Ang. Val. BB. cit.

Multa, eáque eruditissima sapientiæ suæ clarissima monumenta reliquit. Inter quæ Lucius hæc dat. Super Sententias, lib. IV. Varia Commentaria in Euangelia, & Epistolas S. Pauli. Sermones de Sanctis, & tempore, lib. II. Orationes, & collationes varias, lib. I. Trithemius, & Valerius addunt scripsisse, nostri Ordinis Chronicon, lib. I. Brabantiæ historiam, lib. I. Contra Proprietarios, lib. I. De Testamento Christi in Cruce, lib. I. De Origine Religionum, lib. I.

Tandem sapientiâ multâ, & virtute clarâ, ab obliuionis iniuria æternùm suo nomine vindicato, felicissimus Bruxellæ decessit iuxta Lucium, salutis anno 1506. (& iuxta Valerium 1502.) Sub Pio III. siue Iulio II. Pontifice summo, & Imperatore Friderico Austrio. Sepultus est honorificè Bruxellis inter suos, elegantique sarcophago tectus, vbi imago viri cernebatur sculpta, quod honoris signum hæretici superioribus annis, Lucio teste sustulêre, & ad profanos vsus lapidem addixêre, fratribus Cœnobij in exilium ob fidei defensionem miserè actis.

Lucius in BB. in Ioan. Fabr. i. annotatione. Vide Robertum Miræum in Belgicis elogiis, in Ægidio hoc.

Guilhelmus Lisingrennius meminit duorum aliorum Carmelitarum huius nominis, vt opinamur, alterius qui floruit annis 1537. & alterius qui vixit 1452.

DE PETRO SVBICKELIO.

Cap. CCCLXXIX.

Anno Christi 1507.

PETRVS SVBICKELIVS, alius *Suvikerus*, natione Alemannus, Surius aliis patriâ & Cœnobio Heilbrunensis siue Herbipolensis: & insignis Dunckelspulensis Cœnobij Prior, vir ingenio subtilis, Trithemio teste, & facundissimus ad populum concionator, qui multis optauit labore prodesse suo, & anathema esse pro filiis Dei. Diuinarum scripturarum feruidus toto vitæ tempore fuit Gymnasij Ingolstadiensis in Bauaria publicus disputator, & lector.

Anno Christi 1507.

Trith. lib. 2. de mirac. in Viticeto cap. 15.

In omni scientiarum genere clarens, plurima scripsisse scimus, at Trithemius solùm hæc titulis consignata remisit. In Sententias lib. IV. In Psalm. Pœnitentiæ, lib. I. Variarum Concionum, lib. I. Super Canonem Missæ lib. I. volumine egregio. Lecturas notabiles Herbipoli datas.

Tandem Christo vacans, & populos, Euangelicus præco factus, edocens, ad astra migrauit Herbipoli, at non ibi sepultus sed Heilbrunæ.

Trith. lib. 1. cit. de mirac. B. M. V. in Viticeto Heilorum.

Floruerat annis orbis à Christo redempti 1507. sub Dauidææ Clauis hærede firmo Pontifice eodem, & Imperatore proximè dicto.

DE IOANNE SCHOONHONIO.

Cap. CCCLXXX.

Anno Christi 1507.

IOANNES SCHOONHONIVS, aliis *Schonhovius*, *Schodehoven* aliis, natione Germanus Mechlinensis Cœnobij Professus, & Prior, longâ vir litterarum exercitatione peritus, in declamandis concionibus primus sui temporis Ecclesiastes.

Posseu. to. 2. App. S. Trith. cit.

Posseuino, & Trithemio testibus, scripsit Alphabeticâ serie opus de virtutibus, & vitiis, quod notauit *Polypodium*, lib. II. Præconibus Sacris vtilissimum. Sermones de tempore, & Sanctis, lib. II. & alia.

Posseu. to. 2. App. S.

Obitus viri tempora latent, sed floruisse habemus, annis 1507. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE VVENDELINO HAFFMANO.

Cap. CCCLXXXI.

Anno Christi 1507.

VVENDELINVS HAFFMANVS, Alemannus natione, patriâ, & Cœnobio Heilbrunensis, vir morum integritate clarissimâ micans. Publicus in Heilbrunensi Lyceo Diuinæ Theologiæ assertor: Notabili suâ doctrinâ (sunt verba Trithemij) & prædicatione penè continuâ, multos ab impietate conuertit ad iustitiam.

Trith. lib. 2. de mirac. in Viticeto. c. 16. Belgica relata fragmento 17.

An scripserit, & luci typis emiserit vlla, Trithemius siluit, sed ex Relationibus ab illa Prouincia opera RR. P. M. Fr. Hieronymi Domin

accepimus

ANNO CHRISTI 1508.

accepimus scripsisse multa, typisque circumferri sermonum volumina bina.

Florebat annis datæ vitæ per Iesum 1507. Sub vniuerso Antistite mundi Iulio II. & Imperio Maximiliani.

DE HELIODORO OLDROANDO.

CAP. CCCLXXXII.

Anno Christi 1508.

HELIODORVS OLDROANDVS, natione Lombardus, Conuentus Cremonensis, fœcunda insignium ingeniorum altrix, filius, Lombardicæ Prouinciæ Prouincialis meritissimus, cuius adhuc viuax memoria manet, Philosophus, & Theologus insignis, Cisalpinorum Carmelitarum Prępositus, Patriæ gratissimus alumnus, collabentis templi restaurator, vnicúmque obseruantiæ Carmeliticæ iubar.

Lucius BB. in additionibus.

Si quæ posteris monumenta sapientiæ dedit, Lucius silet; plura autem scripsisse non ambigimus.

Obitus viri annus nondum nobis apertus; sed præfato anno lapidem sepulchralem ei erectum fuisse salutis scilicet 1508. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, floruisséque ante alios, à Lucio ibi adnumeratos, ab anno 1500. Lucius idem affirmat.

Lucius in BB. in additionib. tit. *Offic. Prouinciales Lombardiæ.*

DE PAVLO BERMOLAMO.

CAP. CCCLXXXIII.

Anno Christi 1508.

PAVLVS BERMOLAMVS, natione Italus, vir zelo diuini honoris clarissimus.

Scripsit vt ex relationibus habemus, de puritate V Mariæ, lib I. Quem typis vulgatum se vidisse testatur Thomas à Iesu.

Thom. à Iesu in Cod. M.S. de illustrib. Carm. relatione 3.

Floruerat Orbis erecti à Iesu anno 1508. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ARCHANGELO LOMBARDELO.

CAP. CCCLXXXIV.

Anno Christi 1508.

ARCHANGELVS LOMBARDVS, natione Belga, vir admirandâ signatus virtute sapientiæ, & prudentiæ, & Regiminis dote præclarus Post quam ann. 40 & vltrà, teste S. Tiago publicum Patauij generoso Lyceo S. Theologiæ Professorem egisset, virtutis, & religionis præstantiâ adnitens iugis, magnam sibi gloriam comparauit.

Philipp S. Tiago in Catalogo.

Multa scripsisse circa diuinam Theologiam, ex dicto compertum est, an tamen, typo aliqua exegerit, tacent auctores.

Floruerat annis saluatæ Posteritatis humanæ 1508. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1508.

DE IOANNE SOVLÆO.

CAP. CCCLXXXV.

Anno Christi 1508.

IOANNES SOVLÆVS, *Souule* aliis, natione Anglus, Londinensis Cœnobij filius; ingenuus Doctor, celeberrimúsque Verbi diuini declamator. Felicis vir ingenij, memoriæ tenacis, promptissimæ linguæ, ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio. Indiuiduus fuit sacri dogmatis Doctoris Gentium assiduúsque sectator, cuius zelum, & spiritum affectuosissimè ebibit. Audientium semper animos mirâ motione terrebat. Vecordes spiritu, & à via veritatis errantes multos, ad Christi semitas allexit.

Pitsæo, & Posseuino testibus, scripsit sermones ex D. Pauli doctrina, lib I. Per annum, lib. I. Diuisiones thematum, lib. I.

Pitsæus in de script. Angliæ. Posseu. to.... App. S.

Londini tandem felix ad supera iuit, salutis anno 1508. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE BRIXILLOTO CARDINALE S.R.E.

CAP. CCCLXXXVI.

Anno Christi 1508.

IOANNES BRIXILLOTVS, aliis *Brixilitus*, siue *Briselotus*, quicquid sit, fuit natione Gallus Atrebatinus Patriâ, sed Cœnobij Arensis, quod est Prouinciæ Belgicæ caput, filius: Parisiensis fuit Doctor: Is cùm animi pietate, candore puritatis, ingeniíque præstantiâ priscis sapientissimis Carmeli Patribus compararetur, & cùm magnâ sacræ eruditionis normâ clareret, vnus habitus è luminaribus Ecclesiæ à Maximiliano, aliis à Carolo Augusto Cæsare, sibi à sacris confessionibus intimisque consiliis primùm allectus est, deinde ad Cistercij Ordinis Abbatialem infulam assumptus: quo in munere cùm sicut nitidus Sol, tot inter præstantia Cistercij Sydera beryllaret, post Beritensem Episcopatum, Archiepiscopatum Arborensem, Sardiniæque Primatiam ad purpurei Galeri honorem à Iulio II. ad Instantiam Caroli V. & Aui Maximiliani vel vt aiunt alij, ab Adriano VI. sublimatus est. Sic tanta in dignitate, prudentiâ, & sapientiâ grandi cæteros antecelluisse notus est, vt in summa Petri Arce constituendus spectaretur à cunctis, nisi inuida posteritatis, & gloriæ mors, falce suâ dirâ & iugulo suo crudeli tam firmam hominum spem, vno ictu fatali præcidisset.

Pr... in ... Prou. Belgicæ.

Chron. Car. lib. 1. c. 23.

Aly Maldonat. li. 12. c. 5. Philipp. in Catalog. & Valer. Taxan. in BB.

Quæ typo posteritati dederit nonnulli silent,

sed

ANNO CHRISTI 1508.

Posseu. to. 2. App. Sacr.

sed Posseuinus sequentia nobis subministrauit. In quatuor libros Sententiarum lecturam, libros IV. In Psalmos Pœnitentiales lib. I. De sacra Eucharistia lib. I. De Oratione assidua lib. I. De humanis sensibus lib. I. Imaginis Pœnitentiæ lib. I. De morte ineuitabili lib. II. Impedimenta resipiscentiæ lib. I. De causarum Aduocatis lib. I. De vitiis adulatorum lib. I. De blasphemia in Deum lib. I. De detractione proximorum lib. I. Contra bonorum derisores lib. I. Orationes ad Clerum lib. I Sermonum de tempore, & Sanctis lib. II. Collationes XXX Feriales lib. I. Quadragesimalia duo, lib. II. De Aduentu Christi Domini in carne lib. I. Contra peccata lib. I. Commentariorum in sacram Scripturam lib. I. Epistolarum lib. I Non dubitamus sublimis ingenij sui monumenta alia sublimiora, edaci tempore, præter hæc obtenebrari.

Obitus eminentissimi Ecclesiæ Principis, & Carmeli Patris, annus latet; sed floruisse constat annis vsque Christ. 1508. Sub Iulio II. Pontifice O. M & Maximiliani maximo Imperio. Nonnulli affirmant, queis Posseuinus subscribit, obiisse in, Altimontensi Cœnobio, venerando senio grauatum datæ anno salutis 1564. non multùm id arridet nobis.

Posseu. cit.

Carmelitam damus virum ex communi Catalogorum citatorum sæpe sensu & Ordinis voce.

DE DIONYSIO VENETO.

CAP. CCCLXXXVII.

Anno Christi 1508.

DIONYSIVS VENETVS, natione Italus, patriâ Venetus & Conuentus illius Carmeli professus, Vir morum pulchra compositione venerabilis, sapientiâ insignis: propter quod, à Iulio II, quod credimus, & Maximiliani Imperatoris gratia, vt testis est Lucius, Ostrauicensis Benedictinus Abbas electus.

Lucius in additionib. ad BB. Car.

Floruit & obiit, iuxta Lucium eundem, Ostrauici salutis anno 1508. die 16. Octobris sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE DESIDERIO A S. MARTINO EPISCOPO.

CAP. CCCLXXXVIII.

Anno Christi 1508.

DESIDERIVS à S. MARTINO, natione Siculus, episcopus Vgentinus, & Panormitanus patriâ, vnus ex sacris Doctoribus, qui sacro adfuère Tridentino Concilio, vbi vsque ad miraculum sapientiam ostendit. Multa scripsisse non dubitamus, at nec titulis, nec typo notata vidimus.

Tandem virtute, vigilantiâ, sapientiâ, & prudentiâ clarum Vgenti spiritum egit, & in Sede propria sepultus est salutis annis 1508. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1508.

DE B. IACOBINO A CRAVACORIO.

CAP. CCCLXXXIX.

Anno Christi 1508.

B. IACOBINVS à CRAVACORIO, natione Lombardus, ex Lombardica item Prouincia filius, laicus ex his, quos *de Obedientia* vocant, Louvinensis Cœnobij lapis primus, cuius industria, & Marte solicito, prima sunt Cœnobij illius limina iacta.

Vir fuit clarâ virtutum formâ speciosissimus, miraculis in vita, & morte illustris, summâ Diui, habitus est veneratione à Sanctissimo Carolo Cardinali Borromæo intimâ moris, & venerationis necessitudine coniunctissimus.

Tandem post multa sanctitatis suæ effusa in orbe lumina, Vercellis in suo Cœnobio felicem emisit ad supera spiritum salutis operatæ orbi anno 1508. Sub eisdem Pontifice & Imperatore. Eius corpus, quod à prædicto Sanctissimo Cardinali Carolo summâ solicitudine curatum est, in Vercellensi Ecclesia Carmeli, magnâ populi deuotione tumulatum asseruatur, vt referunt Caluus, Boërsius, & Coria.

Caluus Dominicanus Chronic. de SS. Car. c. 15. Boërs. in Prou. Lombardiæ. Coria in Chronic. lib.

DE MATVRINO CLEMENTE.

CAP. CCCXC.

Anno Christi 1509.

MATVRINVS CLEMENS, *Maturinus* aliis, (vulgò Gallicè *Courtois*) natione Gallus, patriam habuisse credimus Biturigam, Parisiensis fuit spectatissimus Doctor, & illustrissimus decanus: Posseuino teste, Primus Biturigæ Theologici institutor Gymnasij. Sapientissimus litterarum Palæstrita.

Posseu. to. 2. App. S.

Scripsit multa, è quibus hæc ab Apparatu Posseuini capito. Lecturas in sacram Scripturam, lib. Commentarios in S. Matthæum, lib. I. In epistolas Pauli ad Romanos, & Corinthios, lib. II. De Conceptione Virginis Mariæ, lib. I. Sermones de tempore, Sanctis, & Quadragesima, lib. III. De Sacramento Eucharistiæ, lib. I. De fide Catholica contra hæreticos, lib. I. De ortu D. Annæ Matris Immaculatæ Virginis Mariæ, lib. I. Contra superstitiosos, lib. I. De materia votorum, lib. I. Lecturam sententiarum, lib. IV. De summa Trinitate, lib. I. Resumptorium lectionum suarum, lib. I. In Decretalem Innocentij, lib. I. In Clementinas, lib. I. Repertorium Historicum, lib. I. Compendium S. Augustini de Ciuitate Dei, lib. I. Orationes ad Clerum, & alia.

Tandem

ANNO CHRISTI 1509.

Tandem Biturigis in Gallia felicem suæ diem clausit vitæ nouissimum, sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Hæc ex Posseuino scripta dedimus.

Damus Carmelitam ex Catalogo Episcopi Alguerensis, & Guadalaxara, & multis aliis auctoribus.

DE IACOBO RAYMOLANO.

Cap. CCCXCI.

Anno Christi 1509.

IACOBVS RAYMOLANVS, natione Flander, Vir præter præclaram virtutum, & pietatis omnigenæ aciem, vario litterarum aggere vallatus. Mathematicus, Rhetor, & Poeta sui temporis facilè Princeps.

Tigurina Gagninus, & Iodocus Badius. Trithemius & Belgica relata.

Scripsisse refert Tigurina, ex Gagnino, & Iodoco, Odam de S. Ioachimo, & vitam eiusdem, lib. I. Idyllion de Bono coniugali, lib. I. De puritate Virginis Mariæ, lib. I. Exhortationes Christianorum, lib. I. Epistolarum, lib. I. Carmine: præter hæc Poemata multa ad fines diuersos.

Demum obiisse Tigurina eadem ait Romæ, salutis anno 1509. vel 1508. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MONALDO DE ROSARIIS.

Cap. CCCXCII.

Anno Christi 1509.

MONALDVS ROSARIVS, aliis *Menaldus*, natione Aquitanus, patria Burdigalensis, & Cœnobij illius filius, Aquitanicæ Prouinciæ Carmelitarũ Chorarcha. Parisiēsis Theologus, vir altâ virtute conspicuus, & manifestis sapientiæ fulgoribus clarus.

Posseuin. to. 1. App. Sac.

Posseuino teste scripsit de partibus Pœnitentiæ, lib. III. In decretalē *Omnis utriusque sexus*, lib I. Quadragesimale commēdatissimum, lib. I. Sermones per annum, lib. I. De Beatissimæ Virginis Conceptione, lib. I. Vitam S. Simeonis Stok Anglici, lib. I. Officium eiusdem. Lecturam Sententiarum lib. IV. In quartum sententiarum, lib. I. Lecturas Ticini, quæ Papia dicitur, expositas, lib I. Contra hæreses, lib. I. Determinationes Theologicas, lib. I. In Canones Pontificum, lib. I. Epistolas ad diuersos, lib. I.

Obiit Burdegalæ in suo Cœnobio insigni. Orbis ab Orco liberati à Christo anno 1509. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Huius Patris opera extant omnia in Monasterio ab Hetruscis vulgò *S. Gagio* vocato ad suburbium Florentinum.

ANNO CHRISTI 1509.

DE MARTINO A BERGAMO.

Cap. CCCXCIII.

Anno Christi 1509.

MARTINVS à BERGAMO, natione Gallus, Vir probitate sacer, & cultissimus omni sapientiâ, omni morum temperatura compositissimus, mitis, benignus, & prudens. Congregationis Mantuanæ quater Vicarius Generalis electus, scilicet anno 1473. anno 1487. anno 1503. & tandem anno 1509.

Lucius in Compēdio, ad Catalog. Vic. GG. Mantuanorum.

Quo in munere egregiè administrato, multo Religionis incremento, Mantuæ ad supera gloriosus migrauit, salutis anno, quod credimus, quartæ electionis suæ, vel sequenti: sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Nulla huc vsque inuenta damus opera viri.

DE ANTONIO DE AVERARIA.

Cap. CCCXCIV.

Anno Christi 1509.

ANTONIVS DE AVERARIA siue, vt aliis *Auerarius*, Italus natione siue Lombardus, patriâ Mediolanensis, diuinis, & humanis litteris vir munitissimus, Congregationis Mantuanæ fuit bis Vicarius Generalis, electus anno 1511. & 1517.

Lucius in Catalogo VV. GG. Congreg. Mant.

Inter ingenij viuacissimi sui semina clariora, typis extare vidimus tantum sermonum 50 lib. I. Mediolani impressum apud Gotardum Aponcium.

S. Tiag. Catalogo. Tho. à Iesu in M. S. codice de viris illust. Carm.

Tandem Mediolani obiit, & sepultus est, honorificè: salutis anno 1509. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Santiagus, & Thomas à Iesu.

DE CARMINIO PHILOMARINO.

Cap. CCCXCV.

Anno Christi 1509.

CARMINIVS PHILOMARINVS, natione Alemannus, patriâ non inuenimus adhuc. Exquisitæ eruditionis, & integritate vitæ, & virtutum ornatu decoro celeberrimus homo: harum sunt fidissimi testes, bina Patrum electio de viro in Prouincialem *Terra laboris*, id est Neapolitanæ Prouinciæ, summa in gerendo munere dexteritas, mirum prudentiæ, & vitæ exemplar, & varia viri litteraria monumenta, quæ licet à Lucio nostro qui eum graui celebrat encomio, non titulis annumerentur,

ANNO CHRISTI 1510.

Lucius in addit.ad BB. Car. Relationes à Neapoli missæ anno 1617. sollicitudine D. Mathiæ à Casanate Summariæ regni illius regalis Præsidis & Thesaurarij Regij.

ex sapientia patris supponuntur, & ex Relationibus, è Cœnobio Neapolitano insigni ad nos missis hac generalitate (*Multa scripsit, sed typis vix vlla extare noscimus*) monstrantur.

Tandem felicissimus summâ animæ pace volauit ad astra, Neapolique sepultus est. Annus obitus obticetur, sed floruisse annis 1509 compertum est, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HENRICO DE HVECTA.

CAP. CCCXCVI.

Anno Christi 1510.

HENRICVS DE HVECTA natione Germanus, vir religiosa clarus pietate, & sapientiâ nitidissimus.

Possev.to.1. App. Sacri.

Scripsit, Posseuino teste, Breuiarium Sententiarum, lib. IV. Quæstiones Scholasticas, lib. I.

In Impress. Veneta anni 1606.

Viuebat felix, annis 1510. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Posseuinus, ex Chalcographi incuria ponit illum anno 1390.

DE ARNOLDO ANEDEBIO.

CAP. CCCXCVII.

Anno Christi 1510.

ARNOLDVS ANEDEBIVS aliis *Andelius de Sonis, Anedelius*, aliis, natione Vasco, variæ vir eruditionis, & singularis pietatis exemplar.

Possev. to. 1. in app. Sacri Apparatus

Scripsit, Posseuino teste. & aliis, vitam, & officium S. Angeli Martyris, lib. I. Contra ariolos, & præsagos, lib. I. super quosdam Canones, lib. I. Contra diffamationem quandam lib. I.

Florebat annis 1510. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE B. BAPTISTA MANTVANO PRIORE Generali Latinorum vigesimonono.

CAP. CCCXCVIII.

Anno Christi 1513.

Boërsius in Catalogo Gener. Carmeli.

BAPTISTA MANTVANVS *Hispaniolus* cognomine quod Hispanicè dicimus *Españolete*, non Ioannes Baptista, vt errore Boërsius apposuit ex Hispano Celtibero, Borxia oriundo ciuitate. Paréte, Mantuæ, quæ est in Gallia Cisalpina ciuitas progenitus, & natus ex Itala Matre, Italus ipse Mantuanus, non ex damnato coitu, vt rabide suspicatus est Iouius, sed ex legitimo toro, & genre honesta: quomodo ergo honesta gens posset esse, quæ Mantuanum ex coitu in honesto (vt malè Iouius ait) progenuisset ? vigesimus nonus Latinorum Carmelitarum Generalis ex Mantuana Congregatione illustrissima (à qua iam sexies Vicarius Generalis fuerat electus, annis scilicet 1483. 1489. 1495. 1501. 1507. & 1513.) Romæ, à frequentissima, Carmelitarum Synodo absens, electus est, anno 1513. eodem quo à Mantuanis Patribus Vicarius Generalis eorundem fuerat sublimatus.

ANNO CHRISTI 1513.

Paul. Iou. in Elog. Doctorum in Mantuano nostro. Lucius in Comp. hist. Catal. VV. GG. Man.

Vir fuit, quem merito multo populus Beatum vocat assiduè: eius enim sacros mores, pietatem, doctrinam, sapientiam, religionem, elegantiam, emphasim oratoriam, poësim, facundiam, & cuncta quæ in illustrissimo ingenij, & spiritus Mœcenate, & tantæ Religionis Principe Magistro, claróque Parente circumspicienda cupiuntur sacri sunt auctores & Doctores notæ maioris venerati ; *Ter maximi* cognomento illum illustrantes. Hi, vt libera, & male sibi constantia Iouij verba, perpetuo silentij ictu infigerent & confoderent summis Baptistam nostrum encomiis, indefesso, & eleganti prosequuti sunt calamo. Inter quos summa Patris depinxit encomia Petrus Canisius Iesuita, à Lucio nostro datus, pius sanè & eruditissimus auctor (& vt vno verbo dicamus, *Iesuita*) qui quàm honorificè de Mantuano nostro dum sæpissimè meminit (notato ad oram paginæ nostræ huius, libro, & capite auctoris) *Christianum, pium, disertum*, illum appellat. Baronius Cardinalis *Praclarum Poetam*. Picus Mirandulanus, diuina, atque sanctissima Mantuani Poëmata vocat: *in quibus ea rerum maiestas, is splendor est eloquentia vt certatim in illis palmam sibi vendicare verba, atque sententia videantur*, adeóque illorum recreari lectione quasi in deliciarum paradiso, vt nihil magis cuperet, quàm iterum fatigari, vt iterum recrearetur. Ioannes Iouianus *memorabilem, & admirabilem seculis, & Musis, doctrina, & ingenij excellentis vim* Mantuani dicit. Philippus Beroaldus: *Diuina diuini* nuncupat *Baptista Carmelita Poemata: Mantuámque* in eo *Maronem nobis alterum, ex Palingenesia Pythagorica reddidisse* : & paucis interiectis, addit de eodem: *Facundus prorsus artifex vt pote qui versuum millia plurima condiderit*. vtpote in quo heroicorum Carminum quinque mille supra quinquaginta millia subducto fideli calculo noster Franciscus Minucius à Rada reperit: & testatur Ptolemæus Spaniolus (Baptistæ nostri frater & Eques auratus, de quo Posseuinus tom. 3. Sac. Appar. ait scripsisse pro fratre contra Zoilos lib. I. Lugduni 1524. cum alio de licentiis Poëtarum impressum,) nullum Latinorum tot prælo Carmina dedisse. Posseuinus *insignem Theologum vocat & Poetam verè pium*.

Canisius in opere Mariano sæpissimè & maximè lib. 1. cap. 11. ad finem. Lucius in annot. apologetica pro Mantuano in Iouium à fol. 10. vsque 14. BB. Car. Baron. in annotat. ad Martyr. 10. Iulij & 13. Decembris. Ioan. Pic. in epist. ad Bap. Mantuan. ann. 1490. Ioan. Iouian. Pontan. in epist. anno 1499. ad Mantuanum missa. Beroald. in epist. datus item à Lucio cit. Rada citat. à Lucio ibidem. Ptolom. lib. de licentiis Poëtarum contra Zoilos. Possev. App. Sacri to. 1.

Quid si annumerare possemus ea omnia illustrissimi Mantuani Carmina, quæ temporum, innumera, sine dubio sepeliuit obliuio ? Verè nunc, si minùs mordaci sensu, & rabido dente has Mantuani nostri iniustas, meritasque laudes Iouius suo sano sensu librasset: & sincero iustitiæ, honoris, & debitæ tanto Principi gloriæ, affectu quo innumeri alij, Iouio digniores, sunt

proséqu

ANNO CHRISTI 1513.

prosequuti, viri magni memoriam ipse percurrisset illustrissimam, perennitatémque dignam, sine dubio, ad Stesichori Lyrici palinodiam, se ipsum, vel inuitus, compulisset; laudant enimuerò Mantuanum in portis, & ipsa opera eius, & meritaque omnigenæ gloriæ eiusdem perenne testimonium præstat, vel ipsa viua viri fama, vniuersa tempora vincens, & æuos. Igitur cùm breui cōpendio viri laudes non simus potes pro merito efferre) ex clarissimo ingenio, & infatigabili litterarum, & sapientiæ suæ sudore, opera, quæ extant, ex vltima editione Ioannis Belleri Antuerpiensis, recognita à Laurentio Cupero Bruxellensium Carmelitarum Priore, & Alemanniæ inferioris Prouinciali longè meritissimo proferamus, iuxta Catalogum Lucij nostri exactiorem.

Io. Bellerus. Laurent. Cuperus.

Scripsit igitur inprimis & extant:

In Primo tomo.

Psalmi septem, quos Bononiæ edidit, dum Ciuitas pestiferâ premeretur lue, anno 1482. Apologeticon in laudem Poëseos, & Poëtarum, contra Mastigophoros, & castigatores suorum operum. De horum temporum calamitatibus, siue de septem peccatis capitalibus, lib. III. Bucolicon, siue adolescentiæ, Eglogæ X Contra Poetas impudicè scribentes, Carmen Epigrammatum ad Falconem, lib. I. De morte contemnenda, Carmen. Consolatio super morte Collæ Asculani. In Obitum Petri Nebularij Carmelitæ, Nænia, id est, finalia Carmina vitæ, morte proxima, decantata. De morte Federici Hispanioli, Carmen. De morte Reuerendissimi P. Ioannis Soreth, Carmelitarum Generalis Prioris. Querimonia de morte Alexandri Cortesij. De morte filij Ioānis Sebadini, Consolatio. Exhortatio ad Reges, & Principes Christianos, quod arma semper capiant contra Infideles. Vter sit præstantior, Orator, an Poëta? De suscepto Magisterio Theologico, Carmen. Contra Amorem, Carmen De natura Amoris, Carmen iuuenile. De vita Blasij Episcopi, & Martyris, lib. II. De vita B. Nicolai Tolentini, lib III. De Bello Veneto, lib. I. Exhortatio ad Insubres, lib. I. Angelariorum, lib. VI. Ad Consaluum Ferrandum Agelarium. De Cupidine marmoreo dormiente, Carmen.

In Tomo secundo.

Parthenices primæ, quæ Mariana nuncupatur, lib. III. Ad B. Virginem Mariam votum, post febrim acerrimam. Ad eandem Virginem pro extinguenda pestilentia oratio. Parthenices secundæ quæ Catharina dicitur, lib. III. Parthenices tertiæ, B. Margaretæ Agon, lib. I. Parthenices quartæ, B. Agathæ Agon, lib. I Parthenices quintæ, B. Luciæ Agon, lib. I. Parthenices sextæ, B. Apolloniæ Agon, lib. I. Parthenices septimæ, B. Cæciliæ Agon, lib. I De vita B. Dionysij Areopagitæ, lib III. De vita B Georgij, lib I De vita B. Ludouici Morbioli Bononiensis, lib I In laudem B. Ioannis Baptistæ Carmen. In B. Albertum Carmeli am Siculum, Carmen. Fastorum, lib XII. secundum duodecim anni menses digesti. Vitæ suæ Epitome ad posteritatem.

In tertio Tomo.

Alphonsus, pro Rege Hispaniæ de victoriâ ad Granatam, lib. VI. Trophæum Gonzagæ, pro Gallorum ex Italia expulsione, lib. V. De fortuna Francisci Gonzagæ, Carmen. Carmen Panegyricum in Robertum Sanseuerinatem. Somnium Romanum, Carmen elegans. Carmen Panegyricum in Brixiano. De Villa Ioannis Bapt. Refugerij. De Quercu Iulia, Carmen Syluarum, lib. IV.

In quarto Tomo.

Contra detractores, dialogus I. Contra calumniatores Epist. I. Ptolemæi Hispanioli B. Baptistæ Mantuani fratris, contra detractores suorum operum, Apologia I Eiusdem de licentiis antiquorum Poëtarum Corollarium I. Baptistæ Mātuani, tractatus de parte corporis B. Mariæ, in qua conceptus est IESVS CHRISTVS, I. Redemptoris mundi Matris, Ecclesiæ Lauretanæ Historia De varijs interpretationibus sacræ Scripturæ. Apologia pro Carmelitis. Pro Ioannis Trithemij Spanhemensis Abbatis de laudibus Ordinis Carmelitarum liber Pro eiusdem libro de viris illustribus eiusdem Ordinis. Baptistæ Mantuani de Patientia lib. III. Eiusdem de vita Beata Dialogus iocundissimus. Augustini Dathi Senensis de vita Beata eiusdem argumenti libellus.

Diuersi quoque generis infinita alia, & elegantissima Carmina dedit, tam promptus, & elegans versificator, vt similem nunquam habueris, (ait Trithemius) si ad maiestatem Carminis, & omnis Philosophiæ, ac eruditionis notitiam mentem apposueris dignus sane Inquisitionis sacræ illustrissimo, gloriosoque calculo nobilitari in omnibus scriptis eius, & inter probatissima Doctorum virorum opera sacræ Catholicæ Religioni profutura connumerari eiusdem studia, vt testatur Henricus Zibertus à Dunghen, Canonicus Antuerpiensis & S. Theologiæ Doctor.

Trith. de script. Eccl. Catal. & Eccl.

Vide de operib. eius Possеu. to. 1. App. S. Zebert. in Libro de appr. pro sacr. Inquis. Sanctitatis Mantuani rep. etc.

Igitur tantus iste vir totius ordinis Generalis Prior electus post annos penè tres supremæ huic Præfecturæ vltroneus cessit, teste Murthono & Posseuino, quò expeditior, muneris onere deposito, totus Deo vacans, humilitatis Magister, virtutum exemplar, studiosorum parens, & studiorum cultor, & propagator fieret, nisi breuissima illi ex tunc vitæ tempora mansissent; nam felicissimus, (etsi Iouius temerè latret) in Christo moriens salutis anno. Lucio, & Boëtio testibus, 1516. die 20. Martij ætatis suæ sexagesimo octauo, in die Dominicæ cœnæ, Pontificatus Leonis X. quarto, à quo mirum in modum veneratus, & dilectus fuerat, & sub Imperio Friderici Austrij, superam Mantuæ petijuit spatiis arcem: suæ maximæ sanctitatis nomen odoriferum linquens, vt testatur Horatius Pancirolus, & Horatius Tursellinus; comprobatque Posseuini, ex Lucio, testimonium afferentis, quod corpus B. Patris, post multos annos integrum, clarum, & nitens, cum exuuiis habitus sui, quibus humatum fuerat, præclarum fundens odorem, inter multa corpora

Posseuin. cit. tom. 1. Lucius in Apolog. cit. Boetius in Prouinc. in Cong. Mant. & in Catalog.

Panciroll. & Tursellinus in Hist. Laure-tana. Lucius citatus Apolog. Posseu. to. 1. App. in Mantuano

ANNO CHRISTI 1515.

Boërsius in suis Prouinciis Cong. M. affirmat se vidisse corpus integrum omnino anno 1599. dum solemnem visitationē ageret in Gen. Henrico Sylnio. Vide Baron. citat. loco. Lucius loco citato.

fratrum suorum, cum quibus primùm fuerat humatum, tabe iam, saniéque corrupta, repertum fuerit: quæ res maximè mouit populum, vt communi ære, cùm clara adhuc sáctitatis viri vigeret opinio, nitidiori (quo hucvsque conspicitur veneratum, & frequentatum à multis, votorum causâ piorum, confluentibus) extructo clauderetur prope altare maius busto.

Huius Patris nomen clarissimum faciunt ingenij Doctores innumeri, viuida, virensque, quotidie suorum fama operum. Verùm æuo perenni, & non perituro multis altiùs, memoriam viri sacrat marmorea statua verenda quam Fredericus Mantuæ Princeps, anno 1516. Mantuæ, cinctam meritò viridi aurei erexit, super fornicem triumphalem, è regione Seraphici Cœnobij piè conspiciendam, dextrum Virgilio, sinistrum Mantuano, clarissimi Mantuanorum Marchionis IV. Francisci latus claudente, cum hoc elogio:

ARGVMENTVM VTRIQVE INGENS,
SI SÆCLA COIRENT.

Ioan. Pinus in Menach. Car. Tract. 2. cap. 8. Boërsius in Prouinciis in Cong. M. ad finem, fol. 263. Montis Oliueti Cœnobij limina prima.

Huius tempore Generalis Frater quidam Angelinus erexit, vt testis est Pinus, Cœnobium Montis Oliueti prope Genuam, in quo sub iugo nostri Reuerendissimi Ordinis Generalis Prioris, Alberti Regula in puritate textus, sine vlla prorsus lenitione, seruatur. Post hæc, ne prætereamus postremam Patris ex tumulo gloriam, quâ virum parentauit suus Sebastianus Murrhonius, hanc addamus in calce, Encomij noui vice.

SEBASTIANI MVRRHONII
EPITAPHIVM AD SEPVLCHRVM B. BAPTISTÆ MANTVANI.

Sebast. Murrhonij.

Clauditur hoc saxo vir nulli laude secundus:
Maxima Carmelei spesque decusque soli.
Contulit huic laurum duplicis facundia linguæ:
Exculto tantum præstitit ingenio.
Quidquid enim laudis Latium, vel Græcia docta:
Quidquid & Hebræus possidet: hic meruit.

DE BERNARDO ITALICO.
CAP. CCCXCIX.
Anno Christi 1515.

Lucius. Roman. Ep. Alguer. & alij.

BERNARDVS ITALICVS clarissimum sapientiæ, & religionis exemplar. Adfuit Concilio Lateranensi III. sub Leone X. congregato, pro RR. Ordinis Generali Magistro, vbi mirâ sapientiâ suâ, & ingenij exquisito acumine omnes rapuit Concilij Patres in admirationem.

Florebat adhuc Orbis regenerati anno 1515. sub Summo Principe Ecclesiæ Iulio II. & Imperio Maximiliani.

Si quæ scripsisset addubitamus; non tamen virum fuisse clarissimo gloriæ omnis stemmate notum.

DE PETRO VVIRTO.
CAP. CCCC.
Anno Christi 1515.

PETRVS WIRTVS natione Germanus, patriâ & Cœnobio Heilbrunensis, eiusdem insignis Prior, Artium Theologiæ, & diuinæ Paginæ Doctor, & interpres insignis, satis iuuenili ætate constitutus inter Doctores famigeratissimus ille. *Fuit ergo* (cape verba Trithemij) *ingenio subtilis, & acutus, sermone disertus, & luculentus, eruditione præcipuus; & in omni scripturarum varietate consummatus: in agendis prouidus, in animarum cura solicitus, & in cunctis operibus suis debitè circumspectus: in conuersatione semper mitis, atque pacificus animo stabilis, & laudabili mansuetudine tranquillus, nullâ elationis notâ turbulentus. Maximus regularis obseruantiæ amator, & custos vnicus, exemplarque, & speculum lucens totius honestatis.* Ista & alia de viro Trithemius.

Trith. lib. 2. cap. 14. de mirac. in Vrtic.

Cùm esset is tantus vir diuinarum scripturarum auidissimus studio (inter ædificia multa, & census Cœnobio adauctos) Bibliothecam, iam quòdam insignem, innumeris ferè voluminibus adauxit, & pulchrè vtriusque eruditionis varietate perpoliuit. Præterea Prioratus anno ferè 16. Prioratum vltrò resignauit, vt pro se sufficeret dilectissimmum discipulum Henricum Seyzenwiller, virum vitâ decorum & S. Theologiæ Doctorem ingenuum, malens honorem tenuere proprium, pro bono communi, ne Cœnobium careret vnici solatio viri, qui ab aliis etiam desiderabatur, expectabatur Cœnobio Prior præficiendus. Floruerat, non mirum, in Petro feruidus Religionis amor, quo suis semper commodis cessit, vt communitas maiora semper incrementa capesseret, (Paucorum charitas est.)

Porrò

Anno Christi 1516.

Porrò ad hæc, multa scripsisse haud dubitamus, sed tamen titulos non vidimus adhuc, his nostris sapientior addat.

Florebat adhuc, Trithemio assertore, cunctis fratribus reuerentia, & amore venerabilis, Deo vacans & animæ saluti consulens, potens in opere, & sermone (& Trithemium rogans vt librum condat de laudibus Carmelitarum simul cum libris tribus de historia, & miraculis Heilbrunensis Cœnobij à B. Maria Virgine in Vrticeto Carmeli patratis, quos condidit omnes, annis 1515. In quo constitutus est Prior Henricus, qui Petro Patre Sociatus, & magistro sapientiæ, & dilectionis suæ exemplis & virtutibus munitus, meritis locuples, munere funxit, vt veluti lumina diua Carmelum illustrarent sub Leone X. Pontifice O. M. & Imperatore Maximiliano.

DE IOANNE HOTTO.

CAP. CCCCCI.

Anno Christi 1516.

IOANNES HOTTUS natione Gallus, vtriusque Iuris Doctor celeberrimus, & Parisiorum in Lyceo generali sapientissimus eiusdem interpres: præextitit etiam clarissimus religiosâ disciplinâ vir.

S. Tiagoteste, & Emmanuele Romano scripsit Elucidarij Canonici Iuris, lib. IV.

Postmodum religiosus Carmelita factus, ponderosus fuit hæreticorum malleus, & in defensione Catholicæ fidei validissimè incubuit.

Post multa Catholici magni opera, carnis exuuium felicissimè deponens volauit ad astra, Parisiis annis 1516. ab Adami libertate: sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

***

S. Tiag. in Catalogo [illegible] Romanus in de viris illustr.

Anno Christi 1517.

DE BERNARDINO LANDVCCIO Priore Generali Latinorum Carmelitarum Trigesimo.

CAP. CCCCII.

Anno Christi 1517.

BERNARDINVS LANDVCCIVS, ab his, sed malè, *Landucius*, natione Tuscus, Senensis patria, eiusdemque antiquissimi Cœnobij, ante annos Domini 707 iam erecti filius, totius Ordinis inter Latinos Prior Generalis, in frequentissima Synodo Senis habitâ, trigesimus numero, electus, salutis anno 1517.

Vir fuit, cui sine dubio, omnis eruditionis maiores opes contigêre, adspirante sibi candidioris eloquentiæ cultu meliore: præstantissimos Præceptores summo ingenio suos suo superare valuit: Quod si sanctum simulque disertum exquiris in eo Magistro, vltrà nihil petas. Ecce ipsus erat totus sapiens, religiosus, totus magnus suorū Pater, magnus sapientium nutritor, & altor.

Complura scripsisse ferunt quamquam sublimis ingenij sui monumenta tenebris impiè suppressa cludantur: Extat tamen, Posseuino, & Lucio testibus, libellus mole pusillus, sed eruditione multâ fœcundissimè magnus, cui titulus *De sensu Composito.*

Post hæc, cum iam Lateranensi Concilio II. sub Leone X. adfuisset, contra hostes fidei, sectarios omnes, & refractarios impios dimicaturus, iuxta Seuerinum Binium: cùm iam annis quinque, & mensibus sex, supremo Carmeli moderamina habuisset, religiosissimo virtutum, & litterarum fulgore Religione decoratâ, in Conuentu S. Mariæ Transpontinæ veteris spiritum egit, ibique sepultus (vt legit Necrologium Carmelitarum Florentiæ, ingenti equidem vrbis vniuersæ, & Religionis suæ luctu, fuerat enim vir vndique spectabilis, & amabilis omnibus salutari orbis anno 1523. sub Summo Clementis VII. Orbis Clauo, Pontificis O M. & inuictissimi Caroli V felicissimo Imperio. Porrò ingratitudini animi amorem, noster Lucius sapientissimus, sequens addidit Landuccio Generali Carmen:

Vt constat ex Chronicis Senensibus.

Posseu. to. 1. App. Sac. Lucius in BB. Car.

Binius to. 4. Conc. sess. 12.

Necrolog. Car. cit a Lucio in BB. Car. [illegible]

Petrus Lucius.

Gloria qui quondam fuerat non parua virentis
Carmeli, exiguo clauditur hoc cumulo.

DE VINCENTIO BARSIO.

CAP. CCCCIII.

Anno Christi 1519.

VINCENTIVS BARSIVS natione Gallus Cisalpinus, patriâ Mantuanus, Theologus insignis, Poëmate Homerus alter, vitæ religiosa cõuersatione, veterum fidelis patrizator Heliadum: ingenium cùm prosa habuisset elegans, ad Carmen attulit.

Ideo quæ peritissimi sui Poëmatis extant, Iacobo de Plebe teste, *Sytua cum elogiis & alba Labyrinthus*, lib. II. excusi Bononiæ, & Parmæ 1519. si quæ typis dederit alia, pergrati edocebimur.

Florebat felix salutis hominis anno 1519. sub Leone X. Florentino Pontifice O.M. & Carolo Inuictissimo Austrio V.

Plebe in Indice. Lucius in BB. Car. Iacob. in Indice. Posseu. to. 3. Sac. Appar.

DE PAVLO MASTINO.

CAP. CCCCIV.

Anno Christi 1519.

PAVLVS MASTINVS Vir celebri virtutis, & sapientiæ albo centitus, pruden[illegible] eloquens, & pius Vicarius fuit Congregationis Mantuanæ electus anno 1519. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Si quæ typis fecerit nullus non [illegible] scripsisse tamen plura digna. quis dubitet.

Tantùm ex Lucio dicimus, ill[illegible] præfatis electionis suæ annis.

Lucius in Comp. hist. Catalog. V. G. M. Cong.

Anno Christi 1520.

DE VIRGINIO A SOLE.

Cap. CCCCV.

Anno Christi 1520.

VIRGINIVS à Sole natione Italus, Ferrariensis patriâ; vnicus vt orbem collustrat lumine Titan, Mantuani, & Ferrariensis soli, si pes omnes fulgidus iste, & nitidus sapientiæ, & religionis illustrauit vnicus iste *Sol*.

Lucius in BB.

Scripsit, Lucio teste, vt radiis splendoris sui maderet Orbis semper, præter eruditas, & varias Philosophicas, & diuinas disciplinas, lectionibus multis datas, Conciones sui spiritus nitore dignas, & alia multa.

Floruerat, quod credimus, annis humanæ saluatæ naturæ 1520. sub summo Orbis arbitro Leone X. Pontifice O. M. & Carolo V. Austrio, vnico Romano Cæsare.

DE V BARPTOLOMEO A MANTVA.

Cap. CCCCVI.

Anno Christi 1520.

V BARPTOLOMEVS à Mantua natione Gallus Cisalpinus, vir sanè clarissimus miraculis, in vita, & in morte: indiuiduus B. Baptistæ Mantuani collega, virtutum, & sapientiç illius clarissimus æmulator, & pedissequa fidelis. Eius venerabile corpus Mantuæ inter suos honorifico conditum Busto, veneratum habetur ab omnibus.

S. Tiagus in Catalogo Carmel. Lucius in Comp. c. Caluus Dominican. de SS. Car. li. 2. cap. 13.

Florebat annis à Christo 1520. sub eisdem Pontifice & Imperatore, Leone scilicet, & Carolo. S. *Tiagus*, *Lucius*, & *Caluus*.

DE IOANNE A S. ANNA.

Cap. CCCCVII.

Anno Christi 1522.

IOANNES à S. ANNA natione Lusitanus, Conuentus Conimbricæ filius. Ferunt sapientiâ multa, & nobiliori pietatis signo claruisse, Lusitanicæque religiosissimæ Prouinciæ virtutum, & obseruantiæ Magistræ magnæ, Prouincialem fuisse dignissimum.

Si quæ typis inter multa quæ scripsit dedisset, nondum monetur. Sed felicissimum septuagenario obiisse maiorem in Christo, salutis anno 1522. Relationes ab illa Prouincia acceptæ docent, sub Summo Clauium sanctarum Principe Adriano VI. & Imperio Caroli V. nulli secundi Romani Cæsaris inuictissimi.

Relat. Lusitanicæ Prouin.

Anno Christi 1524.

DE V. LVDOVICO RABBIDA.

Cap. CCCCVIII.

Anno Christi 1524.

V. LVDOVICVS RABBIDA natione Siculus, inclytus Christi Domini Martyr, & ante Martyriale Trophæum, clarissimus omni virtutum trophæo celebriori. Miraculis in vita, & morte nitidus effulsit inter Siculos, Ægidio teste.

Ægidius & auctor magnalium 4. Ciuitatum regni illust. citati a Petro Caino Dominicano in defensorio lachrymarum Iustorum, li. 2. cap. 13.

Huius sanctissimi viri cùm fusior noticia vix nobis præstita fuerit, breui memoriâ transcurrimus.

Floruisse habemus tantùm annis orbis reparati à Christo 1431. Sed nobis probabilius extat venerandam adduxisse senectam ad annos 1524. sub Clemente VII. & Imperio Caroli V. inuictissimi Cæsaris Catholici.

DE NICOLAO AVDITHIO PRIORE GENERALI Latinorum Carmelitarum Trigesimoprimo.

Cap. CCCCIX.

Anno Christi 1524.

NICOLAVS AVDITHIVS, aliis *Audith*, vel *Audet*, natione Cypriota, Trigesimus primus Latinorum Carmelitarum Prior Generalis electus, anno 1524. Venetiis in Generalibus Comitiis. Vir fuit incomparabili animi magnitudine, pietate, iustitia, splendore vitæ, & clementissima bonitate antiquis Carmeli Heroibus meritò comparandus: lepido, comi, argutoque ingenio ad omne natus eloquentiæ, & sapientiæ genus: Græcis, & Latinis litteris eruditissimus, variis elegantissimæ Poeteos Carminibus factitatis Poëta censitus est in orbe, vtraque lingua conspicuus. In sacra Theologia, & litteris sacris ad integram doctrinæ peruenit maturitatem; iuris vtriusque exactissimam complexus intelligentiam, gentis suæ feruidissimus Zelator, & Pastor oculatissimus, augendæ religionis feruore, quo æstuabat, Beatissimi Sorethi constitutiones, insignibus prudentiæ, & sapientiæ suæ statutis auctas, in vnum redactas volumen, quasi earum Isagogen posteritati, Pastoris, & Magistri magni, sibi nomine aucto, litauit sedulus Sapientiæ omnis fuit dilector, & altor, studiosis filiis deditissimus ex corde, quos & vel maximè virtutis prosequutores egregios, & Obseruantiæ Carmeliticæ Atlantæos defensores, & propagatores, vt Mœcenas magnus summis honoribus, & præmiis prosequutus, & amplexatus est.

Post grandis tandé sapientiæ clara monumenta posteritati typo relicta (inter quę Lucius noster, & Posseuinus assignant: In Magistru Sententiarum, li. I. Cócionú, li. I. Orationú, li. I. Missale, & Ordinale Religionis suæ, quæ Lucius se vidisse elegátissimis typis excusa, nutu Patris istius suo tépore

Lucius in BB. Car. Posseu. App. Sacri to. 2.

affirmat

ANNO CHRISTI 1524.

affirmat: Encomia Ioannis Duns Scoti elegantissimo Carmine composita, quæ dum esset tertiæ S. Prouincialis panxerat, præter alia multa quæ Manuscripta sub puluere latent:) post tria intra Comitia frequentissima, Paduæ anno 1532. Vincentiæ 1539. & Venetiis 1548. post sapientiæ, & mirificæ obseruantiæ innumeris incrementis Religionem auctam, fertilémque factam viris clarissimis, præmiorum, & Brauij grandis iuxta virtutem cuiusquam remunetatione: post magnis Priuilegiorum Apostolicorum, & gratiarum dotibus Apostolicis ditatum Ordinem: post Bullam, quam vulgo Sabbatinam vocant, à Clemente VII. Pontifice O.M. cui à sacris fuerat Confessionibus, tempore Caroli V. Imperatoris, pro Bulla Cruciatæ Hispaniæ Regnis indultam. Cùm vim grauissimi senij sustinere non posset, roseo, & coruleo illo suo ore, & facie, macie ægritudinis sæuissimæ commutata, eleganti corporeâ appositissimâ suâ staturâ, iucunda facie, robustóque membrorum vitore, quibus fuerat præditus, deperditis, in Florentiæ Carmelo suo, vt affirmat Carmelitarum Necrologium, salutis anno 1562. ab hominibus demigrauit, cum superis regnaturus, sub Summo Patrum Patre, O.M. Pio IV. & Imperio Ferdinandi Cæsaris.

S. Angel. in Catalogo SS. Carm. ... ad ... Bullæ exemplar ... in Archiuo Cæsar. Carthaginæ ... Necrolog. ... à Lucio BB. Carm. & in Catal. Gen. Car. & in Comp. Carmelitico fol. 140. & Possen. tom. 2. Sac. App.

DE FERRATO ITALICO.

CAP. CCCCX.

Anno Christi 1525.

FERRATVS ITALICVS, vir sapientiâ clarus, & probitate insignis, Multarum vniuersitatum Italiæ publicus Doctor: plura docuit, & scripsit, quæ omnia, vt S. Tiagus noster affirmat, subiecta prælis posteritati licta manserunt, at nondum ex illis vidimus titulos vel præla.

In Catalogo illustr. Car.

Floruisse constat ex eodem, & credimus, in Romaniæ Prouincia, annis 1525. sub Clemente VII. Pontifice O.M. & Inuicto Imperatore Carolo V. Catholico Cæsare Magno.

DE PHILIPPO OLIMARTO.

CAP. CCCCXI.

Anno Christi 1525.

PHILIPPVS OLIMARTVS natione Belga, patriâ, & Cœnobio Bruxellensis, Theologus insignis

Multa scripsit, teste Thoma à Iesu nostro sed tantum extant lecturæ Theologicæ, lib. II Concionum libellus, breui, sed fructuoso stylo descriptus.

Thom. in Manuscript. Codice de viris.

Florebat, Lucio teste, annis Orbis liberati 1525. sub Clemente VII. Pontifice O.M. & Carolo V. Imper. inuictissimo sese quoque vincere conscio.

Lucius in Compen.

ANNO CHRISTI 1525.

DE IVLIANO HVRSATO.

CAP. CCCCXII.

Anno Christi 1525.

IVLIANVS HVRSATVS, natione Hannonius, Agiensis patriâ. Is, Roberto Balæo teste, à teneris vnguiculis in bonis artibus educatus, omni eruditionis sacræ splendore refulsit. Edidit, teste eodem Thesaurum Ordinis Carm. lib. I. Fontem Heliæ Parentis Magni hoc est, de origine & progressu, & viris Sanctis & sapientibus Carmeli, lib. I.

Rob. Bal. in an. Carmelitic. lib. 2. cap. 9.

Tandem venerandâ senectâ decorus Angiæ animam exhalauit, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO RIPAROLO.

CAP. CCCCXIII.

Anno Christi 1525.

PETRVS RIPAROLVS, (Ligurem natione fuisse putamus,) summâ fuit vir ingenij subtilitate notatus, mirâ celeberrimus sapientiâ, & prudentiâ clarus. Vicarius Mantuanæ Congregationis semel electus, salutis annis 1525. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Si quæ scripserit, id quod dubium non est, nobis latet, sicut & obitus eius locus, & dies, floruisse tamen constat ex Lucio annis electionis suæ.

Lucius in Catal. Vic. Gen. Mant. in Comp. f. 150.

DE IOANNE PASCHA.

CAP. CCCCXIV.

Anno Christi 1527.

IOANNES PASCHA genere Belga, Mechlinensis patriâ, S. Theologiæ Doctor, & notæ maioris scriptor à Posseuino deductus: & à Christiano Adrichomio Delpho in fine Theatri sui, vbi assignat scripsisse librum cui titulus: *Peregrinatio, cum exacta descriptione Ierusalem, & locorum sanctorum.* Scripsisse item habemus testibus Posseuino, & Lucio, in Sententias lib. IV. In Euangelica Dominicalia, & festos dies totius anni lib. II.

Ludou. Guicciard. in descript. Ciuit. Mechlin. Possen. to. 1. Sac. App. Delphus in Catalogo auctor. descriptionis terræ S. Lucius in BB Car.

Floruit Louanij annis deuicti Tartari 1527. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1527.

DE IOANNE DIOPHYLACIO.

Cap. CCCCXV.

Anno Christi 1527.

IOANNES DIOPHYLACIVS, Posseuinus eum *Diophylacem* vocat, natione Belga, patriâ Gandensis, & Cœnobio: vixdum vigesimum ætatis suæ attigerat annum, cùm carmine, ad quod natus videbatur, Latino, plura iam scripsisset. Quæ omnia Lugduni cum expressa Patris effigie, Posseuino teste, anno 1527. vulgata prælo prodière.

Posseu. Sacr. App. tom. 2.

Dantur à citato auctore subiecta, Christomachia, lib. I. Fornax Chaldaica, lib. I. Catachresis Israelitica, lib. I. Laus lucis, lib. I. Erotema Religionis, lib. I. Carmen de Belgio, Ode in Christi Domini Natale. Epigrammatum, lib. I. Epistolæ ad diuersos, lib. I.

Tandem extremum vitæ spiritum inter suos felicissimus edidit, salutis anno, iuxta Posseuinum 1527. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PLACIDO DE ALBINO.

Cap. CCCCXVI.

Anno Christi 1529.

PLACIDVS DE ALBINO, Gallus natione, vir cuius mira sapientiæ summa, morum clara honestas, indoles clara, dulcedo, religionis zelus, & omnis pietatis Catholicæ viuida lux, ad summam Mantuanorum Patrum Regiminis arcem extulerunt, salutis annis. iuxta Lucium, 1529. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Pet. Luc. cit.

Si quæ vulgata prælo venturis dedisset æuis, sub dubio habemus, sapientior, nobis gratissimus, his addat.

DE ANTONIO MARINARIO.

Cap. CCCCXVII.

Anno Christi 1530.

ANTONIVS MARINARIVS, natione Apulus, Diuinus sacræ Theologiæ Magister, vir vndelibet doctus, sapiens & omnimodè religiosus, & plus fuit totius Ordinis Procurator Generalis.

Floruit tempore Concilij Tridentini, & in ipso Concilio adeò refulsit sapientiæ lumine, vt Patres Oecumenicos omnes, in admirabilem admirationem adduxerit: exquisito nituit & admirando ingenij acumine, & promptitudine fidelissimæ memoriæ: Enimvero (rem accipe hominibus, & sæculis peregrinam) ad quinquaginta vsque hæreticorum argumenta, Lucio teste, ex ordine in Concilio medio recensuit, eorundem ex tempore rationes, & auctoritates adducens: & tandem ordine retrogrado, ab vltimo ad primum clarissimis scripturis, & rationibus elisit: quo dicente sic sacrorum Oecumenici Concilij Orthodoxorum Patrum absorpta est mens, vt conticuerint omnes, intentique ora tenerent, è filo pendentia eruditissimæ orationis, & sapientiæ Marinarij, magni sanè sapientiæ Maris.

ANNO CHRISTI 1530. Lucius in notatione BB. Car. in Marinario.

Præterea, Lucio teste, & Posseuino, scripsit de Conuenientia Christi, & Prophetarũ, lib. III. qui editi sunt rectissima dispositione Parisiis 1541. & postea Patauij anno 1587. Extat item Oratio elegantissima habita ad Concilij Patres, Aduentus Domini Dominica IV quæ circumfertur inter acta Concilij Tridentini Typis Martini Nutij, Antuerpiæ anno 1547 excusa. Plurima alia adhuc mandanda prælis scripserat lucibus sæculorum addenda, & prælis edenda nisi intempestiua morte felicissimum spiritum effudisset.

Lucius in BB. Car. Posseu. to. 2. Sac. App.

Latet obitus annus, & locus, sed floruisse Lucius affirmat, annis 1530. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ANGELO CORADELLO.

Cap. CCCCXVIII.

Anno Christi 1530.

ANGELVS CORADELLVS, quem Lucius in Catalogo *Ioannem Angelum* vocat, Brixianus, Antonij Auctarij discipulus nobilissimus, vtpote qui super se docentem intellexit, Magistrúmque sapientiâ, vel superauit, vel æquauit, vt Magister ipse testatur de discipulo hisce encomiis verba fans: *Ipse discipulus me Magistrum suum scientiâ, & probitate praecellit: in Religione nullum sua atatis parem inuenio. Meminì ego, dum eum Philosophia, & Theologia initiis imbuerem sæpe dixisse. O si te discipulum quandoque videam me Magistrum tuum scientiâ superasse: qua verba ita cordi affixit, vt totius studio traditus sæpe noctes duceret insomnes, tantòque discendi ardore æstuabat, vt velut Plato, vel Pythagoras alter multa terrarum spatia peragraris, & ad floridum Parisiense Gymnasium perueniens ibi abundè sumpserit, quod sitierat ardenter.* Hæc de suo Coradello humilis Magister eminentissimus Auerarius: de quo suprà sub anno 1509 hac Ætate & Statu.

Anton. Auerarius in Prologo lib. sui de virtutibus, qui extat in BB. nostri Cæs. Cæsaraugustani.

Virtutum etiam præcellentiâ claruit: Congregationis Mantuanæ ter fuit Vicarius Generalis electus, annis scilicet 1515. 1521. & 1527. Lucio teste, Parisiensis Academiæ & Bononiensis publicus fuit sapientiæ diuinæ interpres. Prætere eruditas sacrarum Scripturarum lucubrationes, Posseuino teste, & Lucio, etiam de Logica tractatum prælo remisit insignem.

Lucius in Catal. V.G. M.f. 150.

Posseu to. 2. Sac App. Lucius in BB. Car.

Floruit

Floruit adhuc annis 1530. etsi obitus annus, & locus lateat, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO A CARAVAGGIO.

Cap. CCCCXIX.

Anno Christi 1533.

Lucius citat. Catalog. V. G. M.

PETRVS DE CARAVAGGIO, cuius nationem, & patriam nondum reperisse valuimus. Vir fuit celebris sapientiâ, & ingenuis virtutibus. Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis omnium ore placido selectus anno 1533 sub eisdem Pontifice & Imperatore quibus floruit.

An aliquid scripserit, non vidimus adhuc, nec vllo de alio erga virum, certiores facti fuimus.

DE IACOBO CÆLIO.

Cap. CCCCXX.

Anno Christi 1533.

IACOBVS CÆLIVS, *Caleus* aliis, Papiensis, seu Ticinensis, quod idem est, patriâ, Italus natione. Vir doctissimus, sapientiâ, & virtute formosus,

Scripsit de diuortio Henrici VIII. Anglorum Regis, lib. I. Item de Purgatorij loco, lib. I. De impunitione spiritus, lib. I. De Genealogia Christi, lib. I. De filio hominis, lib. I. & alia multa incognita nobis hucvsque, quæ viuacissimi ingenij sui ingenua monumenta reliquit, Lucio, & Posseuino testibus.

Lucius cat. BB. Car. Et Posseuin. to. 2. Sacri. App. Plebe in indice illustr. script. Ord. Carm.

Claruit Iacobo de Plebe dicente annis incarnati Verbi de Virgine Matre 1533. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ROCHO MELDVNIO.

Cap. CCCCXXI.

Anno Christi 1538.

ROCHVS MELDVN, *Meldunensem*, siue *Meldensem* alij vocant, natione Sardus, Magistrorum vocatus Magister, assiduus litterarum incubitor.

Philipp. S. Tiago in Catalogo ill. Carmelitarum.

Plura sine dubio scripsit, sed tantùm vidimus, Santiago nostro dante, summam Theologiæ Guidonis nostri variis à Rocho, & eruditissimis Commentariis illustratam. Elucebat illustrissimus iste Carmeli splendor, salutis annis 1538. sub Summo Ecclesiæ signifero Apostolico Paulo III. Farnesio Pontifice O.M. & Imperio aureo Caroli V. Cæsaris Maximi.

DE STEPHANO BASINGNANO.

Cap. CCCCXXII.

Anno Christi 1540.

STEPHANVS BASINGNANVS natione Italus, patria Mediolanensis, religiosâ vir exercitatissimus disciplinâ, sapientiæ luce decorus peregrinâ: post plurima ab ipso, vt refert S. Tiagus noster, eruditissimè de variis composita volumina, quorum tituli non sunt ad nos adhuc allati: studio suo, imò ære, zelo, & solicitudine, aliqua Carmelitarum opera sub puluere latentia typis commendauit, Carmelum, eorúmque auctores lucidiores reddidit: inter quæ annumerantur, Speculum Ordinis, cum illis omnibus diuersorum auctorum, quæ continentur in eo, quod typis vulgatum est, Correctione priùs facta per Baptistam Venetum de Cataneis, anno 1507. II. Kal. Aprilis.

S. Tiag. in Catalogo ill. lust. Car.

Floruit nobilissimus iste Mœcenas, salutis annis 1540. eodem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE DE REGNO

Cap. CCCCXXIII.

Anno Christi 1540.

IOANNES DE REGNO natione Gallus, patriâ Tolosanus, & Cœnobio, vtraque litteraturâ celeberrimus vir. Diuini clarissimum oraculum verbi.

Possev. to. 2. Sac. App.

Plura ferunt scripsisse volumina, sed ex Posseuino sequentia titulis legere valuimus: In Sententias, lib. IV. In Euangelium S. Matthæi, lib I. Sermones de tempore, & Sanctis, lib. II. Quadragesimale.

Claruit Trithemio teste, salutis vniuersæ anno 1540. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO QVERCO.

Cap. CCCCXXIV.

Anno Christi 1541.

PETRVS QVERCVS natione Gallus, vir clarâ pietate, singulari prudentiâ, & virili cordis vigore donatus, sapientiâ simul illustris. Prouincialis Tolosanæ Prouinciæ selectus est, cuius dum munere fungeretur à R. R. Ordinis Generali Priore Nicolao Adithio Vicarius, & Visitator Generalis Apostolicus ad Hispaniæ Prouincias

Anno Christi 1541.

delegatus est, cum plenissima reformandi facultate: Qui visens Prouincias omnes Hispaniæ, quæ ab erectionis suæ initiis sub Claustrali Obseruantia, hoc est more illo Monachali vetusto, quem fuerant antiqui Carmelitæ professi, vsque ad Petri nostri Queret tempora, in Hispaniæ Prouinciis, à tempore Aymerici Patriarchæ Antiocheni, qui ex Anachoritica professione ad Monachalem nostros traduxit, vt vidimus Regulari illustrissima obseruantiâ, quę nũc viget obfirmatâ perfecta Mẽdicãtiũ professione, & omnigeno regulari virtutum exercitamento plantato, firmissimis que fundamentis (quibus sanctitatis, & sapientiæ multæ illustrissima ædificia ad sidera tollit) solidato, nostros ex tunc *Regularis Antiquæ Obseruantiæ* fratres antonomastico cognomento notando: omnino à nobis Eremitico, seu Monachali illo vitæ genere auulso: Vt notatur in Ordinis Chronico siue Dilucidario maiori.

> Intro ætatis 13. [illegible] ante S. Bertoldum proxima.
>
> *Quando vocari capimus Obseruantiæ Regularis fratres, & quare.*
>
> Ord. Chron. lib. 1. ca. 16. [illegible]

Porrò si quæ mirificus iste Regularis Obseruantiæ Atlas, sapientiæ firmamentum, & virtutis pulcherrimum iubar scripserit, quæ typis vulgata potiantur, sub dubio habemus, auentes in iis, & aliis à sapientioribus instrui, & doceri. Constat tamen nouissimum spiritum egisse felicissimè in Christo Tolosæ, anno Redemptoris Iesu 1541. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

De hoc illustri Patre nobilem adhuc in Cæsaraugustano Archæo Cœnobij nostri memoriam habebis, in vetusta membrana.

DE OCTAVIANO DE SONCINO.

Cap. CCCCXXV.

Anno Christi 1541.

OCTAVIANVS DE SONCINO, natione Brundusius, Vir pietatis notissimæ, & singularis prudentiæ, sapientiâ quoque luxit illustri. Electus fuit Mantuanæ Congregationis Vicarius Generalis, Lucio teste, salutis anno 1541. quo florebat ingenuus Carmelitici propositi zelator.

> Lucius in Comp. in Cong. M. Catalogo Vic. Gen.

Si quæ typis data fuerint ab eo nondum accepimus, hæc nobis tantum Lucius noster subministrauit.

Florebat temporibus Pontificis, & Imperatoris eiusdem.

DE IOANNE GOLEINO.

Cap. CCCCXXVI.

Anno Christi 1541.

IOANNES GOLEINVS, natione Normannus, Rothomagensis Prior, in diuinis vir scripturis, velut apis argumentosa solers factus, mirabiles sapientiæ faues attexuit. Equibus ad Posteros, S. Tiago, Posseuino, & Lucio testibus, transmisit in Sententias, lib. IV. De sacro officio Missæ, lib. I. Quæstiones varias, lib. I. De Institutione Sacerdotum, lib. I. & alia quæ ad nostram nondum adducta sunt manum.

> Anno Christi 1541. S. Tiag. in Catal. Posseuin. to. 2. App. Sac. Lucius in BB. Carm. Posseuin. to. 1. Sac. App.

Floruit, quod credimus, salutis annis 1541. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. BARPTOLOMÆO CALTABALOTO.

Cap. CCCCXXVII.

Anno Christi 1542.

V. BARPTOLOMÆVS CALTABALOTVS, natione Siculus, miraculorum gloriâ clarus, cuius admirandæ facinora pietatis nota per omnia Italiæ Regna, in scriniis communibus Conuentus Transpontinæ, tanquam Carmeli pretiosa supellectilia seruantur, Romano illo Carmelitarum illustrissimo Cœnobio, vt fantur Santiagus, noster, & Caluus Dominicanus.

> S. Tiag. in Catal. Pet. Caluus. de SS. Car. lib. 2. cap. 13.

Annus obitus illius latet, illum tamen non sine fundamento huic nectimus Ætati, sub annis Seruatoris 1542. & Pontifice, & Imperatore iisdem.

DE ALBERTO PHARIAS.

CAP. CCCCXXVIII.

Anno Christi 1542.

ALBERTVS PHARIAS natione Hispanus, Bethicus, & Bethicæ Prouinciæ filius, alba sapientiæ Pharus, & purum pietatis fax: Inter sui temporis Apollineos assertores facilè Princeps, Scholasticæ sapientię inter Vandalos quondam clarissima fax.

Scripsit, vt habemus ex Relationibus Bethicæ Prouinciæ, lecturas Theologicas, lib. II. Dialogorum mixtæ phrasis, in quibus sacræ Scripturæ Hebraismos, & Græcismos satis subtiliter enodat, lib. II. Cætera nondum titulis notata habuimus.

> Relationes Bethicæ mss. an. 1618. f. 13.

Floruisse tamen constat, ex eisdem annis reparati Adami 1542. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

D. V. BARPTOLEMÆO BASSIAS.

CAP. CCCCXXIX.

Anno Christi 1542.

V. BARPTOLEMÆVS BASSIAS, natione Lusitanus, vt relationes à Prouincia illa

> Relationes Lusitanæ f. 5.

Anno Christi 1542.

remulæ testantur, Eborensis Cœnobij filius eximiæ omnis virtutis vir, at singulari inter alias refulgens humilitate, qui solo Diaconij gradu contentus, diu in sacra Religione felicem vitæ cursum percurrit ad annos plures, timens, ob singularem sui despicientiam, ad Sacerdotij dignitatem excelsam ascendere: assiduus fuit in oratione, silentio, & clausura.

Floruit religiosâ sua pietate conspicuus, vsque ad venerabile senium: (in quo semel, & iterû rogatus sacerdotalia vt sumeret munia, dignâ suę humilitatis sententiâ respondit: *Impar est, inquit mole onus humeris debilibus istis imponere, adhuc timeo Diaconij succubuisse muniis, vt in tremenda die cr dits talenti rationem me redditurum pœniteat.*) Salutis quod credimus, annis 1542. Lucio teste, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Compendio suo c.

DE THOMA BRADIEYO EPISCOPO.

Cap. CCCCXXX.

Anno Christi 1542.

THomas Bradieyus, alij *Bradleyum* vocant, natione Anglus, Noruuicensis fuit Episcopus, vir sanè omni integerrimus decore virtutum, sapientiæ lumen, & Religionis Catholicæ firmissimus axis.

Multa credimus scripsisse, quæ Pastorali munere præpeditus, prælo vulgare non potuit. Extat tamen Paleonydoro teste, elegans de Origine Carmelitarum opus, lib. I. ante Episcopatum typis commissum.

Palcon. lib. 2 cap. 8.

Floruerat Orbis liberati annis 1542. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. SORORE CATHARINA TEXADA.

Cap. CCCCXXXI.

Anno Christi 1542.

SOror V. Catharina Texada, natione, & patriâ Valentina, huius nostræ Prouinciæ Sacrimonialis, & celeberrimi Cœnobij de Obseruantia Carmeli cognomento *de la Encarnacion* in Ciuitate Valentiæ clarissima filia. Virago sanè cælesti spiritu omnigenæ virtutis illustrissima, summâ virtute patientiæ refulsit, singulari pœnitentiâ corpus attriuit, assiduè solo panis, & aquæ cibo contenta, plures Quadragenas ieiunauit: ter, diebus quibusque, diris vsque ad sanguinem verberibus corpus afflixit: multigenis à Dæmone tentationibus attrita, victrix ex eorum triéis semper euasit.

Ex Relationibus iuridice factis ab eod. Cœnobio per seniores venerádæ virtutis & fidei. *Cœnob. y Incarnationis Valentini fundatio ann. 1502. die 6. Octobris.* Vide de hoc Cœnobio nostrum de viris SS. Carmelitarum Hispanico libro. In tractatu SS. lit. C.

Sæpe contigit, quod dum diuinis orationibus, & contemplationibus vacaret (assidua enim fuit in orando, adeò vt plurimas in omnes noctes peruolaret) fictis clangoribus buccineis, tabularum strepitibus, eam ab orationis quiete, & silentio Diabolus auertere conaretur; at Virgo Deo gratissima, immobilis adstans ad tanti spiritus & interioris pacis arcem fuit euecta, vt diuina patiens, sæpe visa fuit corpore, & spiritu, præcipuè in quadam Resurrectionis Dominica die, à terra notabiliter eleuata, quasi volatu ad cælos conscendere gestiens. Sæpissime sine cibo, & potu vllo, tota imbibita Deo, & diuinis contemplationibus epota per tres dies, & eo amplius det nebatur, quod singulari, & notabili casu contigit quadam Natalis Christi Iesu die, cuius celeberrimi Paschatis dies, quatuor insomnis, & omnimodè ieiuna extatim passa, transegit admirabilis. Demum multis à Christo, & eius Virgine Matre, & Sanctis Ordinis sui fauoribus, & reuelationibus illustrata, vniuersâ populum sanctitatis Catharinæ voce perfusum, relinquens, salutis anno 1542. Sub eodem Pontifice, & Imperatore, superam petiuit spiritus arcem.

Hæc ex Relationibus à senioribus feminis Cœnobij illius habitis, quæ candore vitæ præstantiores signabantur, inter quas, sensibus integerrima, sub fidei, & veritatis sponsæ Christi interrogata, hæc, & alia deposuit fidentissima nixa veritatis. Mater Soror Cand di Molina femina nonagenariâ maior, quæ in Religione, anno Christi 1620. octuagesimum tertium iam excedebat annum, nostrámque & vidisse, & cognouisse, & tractasse Catharinam testata est, eamque sibi Morum Magistram fuisse forsitam affirmauit, nobis adstantibus, ad interrogata seniorum Monialium omnia, quæ vnanimes firmo testimonio præfati proposuere nobis.

DE VEN. ONVFRIO GISBERTO.

Cap. CCCCXXXII.

Anno Christi 1543.

ONufrius Gisbertus, natione Valentinus, Conuentus S. Mariæ Spei, qui vulgò *de Onda* vocatur, filius, dignus sanè ob singularem morum excellentiam, & virtutum insignium candorem, qui nostro inseratur Paradiso: etenim gratissimus extitit Christo ob vitæ puritatem, & hominibus ob singularem sui deiectionem, & gratissimam viri sane sanctissimi affabilitatem, & cordis generosi, vultusque decori hilaritatem.

Clarâ & vniuersâ sanctitatis voce (vt ex Relationibus Cœnobiarchæ illius Domus Reuerendi Patris Hieronymi Piquer habuimus, & voce communi, concordique fama ditionis illius.) Salutis anno 1543. Sub

Relationes è Conuentu Ondæ datæ à R. P. Sene omnique augustissimo nte. In Sanctresi lit. O.

eisdem

ANNO CHRISTI 1543.

eisdem Pontifice, & Imperatore. Obiit Ondæ, ibique sepultus.

Vide nostrum de vitis Sanctorum Carmel. Hispanico librum.

DE BARPTOLEMÆO CÆSARAVGVSTANO.

CAP. CCCCXXXIII.

Anno Christi 1543.

BARPTOLEMÆVS CÆSARAVGVSTANVS, natione Celtiber, Hispanus, nostri Cæsaraugustani Cœnobij, & Ciuitatis filius: sed labente tempore Bæthicæ adoptatus Prouinciæ, sapientis, & pij viri nomine adauctus, magni haberi venit, inter Primores, & populi Proceres ingenuos. A Côfessionibus fuit illustrissimi Domini D. Alphonsi Fontis salicis Mentonensis Episcopi, cui gratissimo amoris vinculo adstrictus, factus est comes indiuiduus, collegáque fidelis eius. supped tante hoc Principe, Rector primus, & erector fit nostri Mentosæ Cœnobij: & non solùm industria suâ filius fuit Carmelum accrescens, sed & pietate magnâ, & sapientiâ insigni, inter multos illucens.

Scripsisse, & è penu ingenij sui multa eduxisse compertum habemus, at an typis aliqua vulgata videantur, docuit nos nullus.

Hæc, dum communibus Cœnobij nostri Cæsaraugustani scrinijs educeremus, annos quibus floruisset Barptolemæus noster vix inuenimus, at euidens est floruisse prædicti Reuerendissimi tempore, & cùm facilè ad manum non habuerimus Episcopilogium Mentosæ Ciuitatis, tempora dum lateant viri, placuit illum huic scripsisse ætati 17. & sub anno 1543 & Pontifice, & Imperatore eodem, bonâ veniâ candidi lectoris, vsque dum doceamur à sapientiori.

Quædam ex his donauit S. Tiagus noster: & Manuscriptus Catalogus Episcopi Alguerensis huic virum scrib. ætati.

S. Tiag. in Catalogo Car. ill. Episc. Alguerensis.

DE STEPHANO A PANORMO.

CAP. CCCCXXXIV.

Anno Christi 1544.

STEPHANVS à PANORMO, natione Siculus, patriâ Panormitanus, vir omnino excellentissimus, qui assiduis litterarum inuigilationibus accumbens, sapientiæ fluenta plenissimis imbibit labris; at clarior inexhaustâ virtutum siti, Polyocrotaphus, hoc est, tempora canæ, & venerandæ ætatis, post omnia laboriosa vitæ suæ spatia, pretiosâ concertatione transactâ, illustri morte (post Scholasticas prælo lectutas, eruditione refertas, posteritati relatas,) perenni in cælis gloria potiturus, coronauit, salutis annis 1544. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Ex Catalog. Ep. Alguerensis. Gradatiraru, & Relation. à Prouincia Sicula.

ANNO CHRISTI 1544.

DE V. LVDOVICO A RANDAZZO.

CAP. CCCCXXXV.

Anno Christi 1544.

V. LVDOVICVS à RANDAZZO, Alousium Boërlius eum appellat, natione Siculus Randazzensis Cœnobij in Prouincia S. Alberti Sicula filius, Christi Martyr inclytus, admirandæ virtutis, & immutabilis pœnitentiæ vir, diuini Verbi Sydereus Ecclesiastes.

Is cùm insolentissimum peccatorem, illo quo diuini honoris æstuabat zelo feruidus, ad pœnitentiam ex suggestu viuacissimè solicitaret, ab illo dirissimè in ipso templo necatus est; Cúmque pientissimus Deus Martyris sui sanctitatem vitæ, hominibus toto Orbe notissimam facere vellet, ab ipso natalis die vel Martyrialis trophæi, eum clarissimis miraculis illustrauit. Eius sacræ facinora pietatis, zeli ardorem, fidei suæ firmitudinem, & sapientiam, quibus Cælos, & Carmelum honorauit, publico testimonio contradictorij Iudicij Reuerendissimus Archiepiscopus Messanensis obfirmauit, & in Archæo Romano Conuentus Transpontinæ Carmelitani deposuit, Boërsio teste.

Floruisse habemus Martyrem Christi annis Orbis, è tricis gehennæ Tartari soluti à Christo 1544. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Boërsius in Prou. S. Alberti Sicula f. 164.

DE PETRO GRÆCO.

CAP. CCCCXXXVI.

Anno Christi 1545.

PETRVS GRÆCVS, natione Vascus, omni virtutum genere selectus, affabilis, humilis, & gracilis omnibus: sapiens nituit, & in Vrbe, & in Orbe: Mantuanæ Congregationis bis Vicarius Generalis annis 1531. & 1545. dignissimè electus.

Plura scripsisse credimus, sed an vulgata prælis habeantur ex illis aliqua, dubitamus.

Floruisse scimus salutis in Orbe anno à Iesu 1545. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Lucius.*

In Côpend. ad Catalog. GG. VV. Congreg. Mantuanæ.

DE

DE BALTASSARE LIMPHO ARCHIEPISCOPO.

Cap. CCCCXXXVII.

Anno Christi 1545.

Baltassar Limphus, aliis *Limpus*, natione Lusitanus, patriam credimus Vlyssipponam habuisse: primarius fuit Regalis Vniuersitatis Lisbonensis, (antequam eam Rex Ioannes III. Lusitaniæ, ad Conimbricam transtulisset,) interpres. Sui Vlyssipponensis Cœnobij Prior, Lusitaniæ Prouinciæ Prouincialis, Visitator, & Reformator Apostolicus, Regius concionator, & tandem Episcopus Portuensis factus, à Rege, ad Concilium Tridentinum in Sessione I. facta anno 1545. missus est, ibi claræ sapientiæ suæ limpidos radios, imò & religiosissimi spiritus nitidos fulgores emisit. Ab eo reuersus, & à Rege, & Regno receptus vt Angelus Dei, Archiepiscopus Bracharensis sublimatur, Hispaniæ Primas à Consiliis secretis Ioannis Regis eiusdem, & à Confessionibus Imperatricis Elizabethæ inuictissimi vxoris Caroli V.

Denique post multa Catholici pectoris dignissima facinora; post erectum Conimbricense Carmelitanum Collegium, post plura eruditionis summæ suæ à calamis semina data, quæ quidem si prælo negantur posteritati, vel ob id maximè quia immensis grauissimarum causarum negotiis præpeditus, quæ ad linguam calami adduxerat, sat suo voto ad limam adducere non poterat.

Clarus sanguine, nomine, & famâ, ad astra volatu petuit, testibus Lucio, S. Tiago, Coëllio, & Coriâ nostris. Obitus sanè latet annus, & dies, sed floruisse constat temporibus prædicti, Oecumenici Concilij, & Ioannis Regis allati, annis, 1545. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Compend. c. S. Tiag. in Catal. ill. Carm. Coëllus in Chronico Ord. lib. 2. c. 1. Coria lib. 1. cap. 10.

DE POMPEIO RAGVSSIO.

Cap. CCCCXXXVIII.

Anno Christi 1545.

Pompeivs Ragvssivs, *Ragusinus* aliis sed impropriè, natione Siculus, eruditionis Theologicæ celsissimus apex, in Academia Patauiensi publicus Metaphysicæ interpres: & tandem studiorum Vniuersitatis, deposita functione publicâ, totus diuinis contemplationibus imbibitus, mirificos diuini pectoris protulit fructus: itaque virtutibus, & sapientiâ refulgens, clarus illustrauit orbem, Lucio teste, annis 1545. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Comp. suo.

Thomas à Iesu, Episcopus Alguerensis, & Guadalaxara suis in Catalogis.

DE MARTINO BASTHALA.

Cap. CCCCXXXIX.

Anno Christi 1546.

Martinvs Basthala, Tuscus natione, & patriâ Senensis per totam Italiam vir celeberrimus, Publicus fuit, & Primarius, Coëllo teste, in Vniuersitate Senensi, ad annos triginta interpres.

Scripsit Theologicas lecturas suas, lib. II. & plura in sacram Scripturam elimauit, sed præpeditus morte ad omnium populorum non valuit oculos & frequentiam adducere, quæ omni erant dignissima lustro.

Florebat iuxta Philippum S. Tiago, 1546. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Coël. in Comp. hist. suæ c. 1. cit. & in Chron. M. S.

S. Tiago in Catalogo.

DE MARCO ANTONIO CATANÆO A PARMA.

Cap. CCCCXL.

Anno Christi 1547.

Marcvs Antonivs Catanævs à Parma natione Gallus, patriâ Lemouicensis, vir velut à superis Carmelo suo assignatus: sapientiæ simul, & virtutis axibus firmissimè nixus: Congregationis Mantuanæ meruit salutis anno, Lucio dante, 1547. ad Vicariæ Generalis præfecturam assumi.

Si quæ typo prælisve prodierit, sub dubio nobis est, sapientiæ suæ cùm plures sub puluere sed nitidas lucubrationes reliquisset.

Florebat electionis suæ annis præfatis, sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Cõp. Cata. V. G. C. M.

DE V. HIERONYMO LINARES.

Cap. CCCCXLI.

Anno Christi 1548.

V. Hieronymvs Linares, natione Valentinus, patriâ Villajoiensis, Conuentus Oriolæ ex Aragoniæ Prouincia, in Regno Valentiæ filius. Vir sanè ob præclaram, ingenuámque virtutum aciem meritò inter

illustrissimos

Anno Christi 1548.

illustrissimos componendus Heliades. Misericordiâ in pauperes, & ægrotos clarissimè fulsit, dirâ corporis maceratione fuit singularis.

Tandem vniuersâ suæ sanctitatis voce, & gentiú ouanti concursu, ad viri funus accurrentium felicissimus Oriolæ in Christo recubuit, & sepultus inter suos, maximâ habetur veneratione; Salutis anno vt habuimus à relationibus Prouinciæ nostræ, 1548. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Relationes eductæ ex Oriolæ memoriis in Archiuo Cœnobij nostri.

DE MARTINO ITALO.

CAP. CCCCXLII.

Anno Christi 1548.

MARTINVS ITALVS, sic dictus cognomento illustrissimo, quoniam âb Italis originem duxit, & summo sapientiæ nomine claruit. Sui sæculi proculdubio Oratorum lumen lucidissimum, facundiâ fuit præditus admirandâ, eruditione non vulgari.

Fertur, inquit Lucius, insignem quandam, & eruditionis plenam Orationem habuisse, & conscripsisse de titulo Ordinis, Sanctis, & Doctoribus nostri, lib. I. Si quæ alia conscripserit Lucius subdubitat. Eius meminit Paleonydorus.

Lucius in FB Carm. Possen. to. 2. App. S.

Floruisse habemus eiusdem Paleonydori temporibus, in Prouincia Romandiolæ omni religione, & virtutum clarus studio, venerabilémque senectam adduxisse vsque ad annum Christi 1548. Sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Paleonydor. in epist. op. ris de antiq. & Sanctim. Ordinis emitatum.

DE FERDINANDO DEL BARCO EPISCOPO.

CAP. CCCCXLIII.

Anno Christi 1548.

FERDINANDVS DEL BARCO, natione Hispanus ex Regno Castellæ, patria Abulensis, Conuentúsque Abulæ filius. In omni vir sapientia albo signandus lapillo. Inuictissimi Caroli V. Imperatoris Romanorum à Concionibus: zelo vir feruidus, & Christianâ pietate decorus. Episcopus Salaminus in Cypro, Ecclesiæ S. Rochi Salmanticensis erector.

Scripsisse ferunt Commentaria multa in nouum Testamentum, an autem Typo vulgata videantur non audemus affirmare.

Demum bonorum operum plenus, & clarissimo nomine dignus felicissimâ præuentus morte, animam efflauit, salutis quod credimus anno 1548. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Et in Ecclesia à se constructa S. Rochi honorifico Sepulchro Salmanticæ tumulatus est.

Hunc Coria noster Franciscum agnominat sed id quod certius est ex relationibus nouiter habitis damus, eum Ferdinandum vocantes.

Anno Christi 1549.

Coria, lib. I. cap. Dilucid. Relationes Castellæ.

DE V. BENEDICTO A VIRGINE.

CAP. CCCCXLIV.

Anno Christi 1548.

V. BENEDICTVS A VIRGINE, natione Cathalanus, filius Prouinciæ insignis illius; omnigenæ virtutis semitas validissimè sectatus est. Tam admirabili silentij inter virtutes alias exemplo reluxit, vt annis viginti, S. Tiago nostro testante, ab ore eius hæc tantùm verba prodierint, *Laudetur Iesus, & eius pientissima Mater*, nisi interrogatus nihil alloquens aliud; adeóque siluit, vt pene loqui nesciret ex obliuione terminorum. Horis decem quotidie orationi vacabat: Semel tantùm in die herbis solis pastus pauculis, ieiunium admirabile iugiter perficiebat.

Floruit, quod credimus, salutis annis 1548. Sub eisdem Pontifice & Imperatore.

S. Tiagus, & Caluus nobis ista dedêre.

Quidam credunt, fortè ex cognomine ducti, hunc fuisse inter Discalceatos adscribendum, sed cum nostrorum Obseruantium Classis interia: habuimus eum, ex Scpe citatis relationibus fuisse Conuentus Minoricensis, in Cathalonia Prouincia: nos certè nihil magè curamus, quàm inter nostros de Obseruantia hunc nostro Paradiso nullum ex Discalceatis Patribus adscribere: tum quòd si grande illud opus suscipere mus, in immensum accresceret opus, (multiplicati enim eam sunt sicut stellæ cæli & sicut arena quæ est in littore maris viri sapientia & sanctitate fulgentes in illustrissima Discalceatorum nostrorum familia: vix vnquam satis pro meritis laudata.) Tum etiam eo quòd aliquan do nullus irrepat error, nostros illis confundentes, vel admistione confusâ, vel ignorantiâ inopportunâ.

S. Tiag. cit. Cat. P. Caluus Dominicanus cit. lib. cap. 13.

DE ANTONIO RICCIO A NOVALARIA.

CAP. CCCCXLV.

Anno Christi 1549.

ANTONIVS RICCIVS A NOVALARIA, natione Brito, vir sanè circumspectissimâ morum honestate celebris, clarus eloquio; & sapientiâ mirabili insignis, Religiosi zeli præstantiâ albo lapillo notatus. Ter fuit Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis electus, Lucio teste, annis scilicet 1537. 1543. & 1549.

Lucius in Catalog. Vicarior. General. Cong. Mantuanæ.

Scripsisse

ANNO CHRISTI 1550.

Scripsisse multa perhibent Relationes ab Italia datæ, at titulis signata nulla dedere nobis.

Floruit electionum suarum annis, vsque ad vltimum vitæ suæ decursum, à quo ad supera vocatus ascendit, prope electionis vltimæ annum. Sub eodem Pontifice Paulo, & Imperatore Carolo prædictis.

DE RODERICO DORNELAS.

CAP. CCCCXLVI.

Anno Christi 1550.

RODERICVS DORNELAS, natione Lusitanus, sanguine clarus, sed nobilitate sapientiæ, & religionis stemmate illustrior. Diuinus sanè Ecclesiastes: & tam generosi despectus mundialium honorum vir, vt sæpè oblatos multos, eósque grandes, generoso mentis despectu cunctos calcauerit.

Florebat virtute pollens, studiis assiduus, & suauem sanctitatis fragrans odorem, Coello teste, Redempti orbis annis 1550. Sub Iulio III. Pontifice O. M. & Carolo V. Romano Cæsare inuictissimo.

Coelius M. S. Chronico suo. part. 2. lib. 2. c. 9.

DE V. ANTONIO DE ALCHANO.

CAP. CCCCXLVII.

Anno Christi 1551.

ANTONIVS AB ALCHANO, natione Siculus, vir Religiosâ pietate coruscus, qui cùm multo tempore hebetissimo, & tardo fuisset ad comparandas scientias ingenio, extemplò, cælesti spiritu agente, cælesti sapientiâ adeò sublimi perfusus est, vt abstrusissima diuinæ Paginæ arcana facillimo negotio penetraret, diuinorúmque mysteriorum illius difficiliores tricas subtili enodarit argumento.

Si quæ ad posteros typo remiserit dubium inest nobis, multa compertum est limatissima scriptitasse.

Florebat, vt refert S. Tiagus, in Siciliæ Prouincia clarissimo nomine coronatus, annis 1551. Sub summo Principe Sponsæ Iulio III. Aretino Pontifice O. M. & Imperio Caroli V. inuictissimi Cæsaris.

S. Tiag. in Catalogo de vir. ill. Car.

DE IACOBO BARRALIO EPISCOPO.

CAP. CCCCXLVIII.

Anno Christi 1551.

IACOBVS BARRALIVS, aliis *Barral*, natione Cathalanus & Prouinciæ illius Conuentus que Perpinianensis filius. Vir sapientia, & religione summus, quémque in Episcoporum albo numeratum nobis exhibuit Catalogus illustrium Carmelitarum Perpinianensis Cœnobij, Sede tamen celatâ, & tempore; ea quæ nobis aperuère nouissima Relata per R. P. Præsentatum Franciscum Font à secretis A. R. P. Prouincialis Prouinciæ Cathaloniæ M. Fr. Alberti de Senesterra & S. Eugenia, elaborata & missa anno 1637. dum dicunt fuisse Episcopum Elnæ & obiisse salutis anno 1462. Sed sanè est in computis error, apponens 1462. pro 1562. Cùm nos floruisse aliunde certissimè sciamus salutis annis 1551. vel non longè ab eis: Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Ex Catalogo Marci Guadalaxara, & Episcopi Alguerensis.

Catal. illust. Carm. Par. missus ann. 1637. Guadalaxara.

ANNO CHRISTI 1553.

DE V. ELISEO DE PANORMO.

CAP. CCCCXLIX.

Anno Christi 1553.

V. ELISÆVS de Panormo, (quem Paleonydorus *Aluisium* vocat) Vir Siculus natione, & Panormitanus patriâ, adeò Sacratissimo IESVS nomini dedicatus, deuotus, & eo potens, vt solâ eius prolatione Energumenos liberaret, & sanaret ægrotos. Fuisse etiam ferunt clarissimum S. Theologiæ lumen, & interpretem insignem.

An aliqua scripserit prælo reddita nullus nos docuit.

Floruisse habemus in Prouincia Siciliæ, annis Saluatoris nati 1553. Sub Iulio II. Pontifice O. M. & Imperio Caroli V. Cæsaris Romani inuictissimi.

Fadem subministrarunt nobis Catalogi sæpè citati.

Paleonydor. lib. 3. c. 15.

DE IOANNE BAPTISTA GONFALONO.

CAP. CCCCL.

Anno Christi 1553.

IOANNES BAPTISTA GONFALONVS, natione Italus, patriâ Mediolanensis, vir virtute valens, & sapientiâ diligendus: prudentiæ, vel à iuuenilibus annis, & mansuetudinis clarissima specimina dedit; Congregationis Mantuanæ ea propter bis eligitur Vicarius Prouincialis, cuius muneris munia dexterâ manu felicissimus percurrit.

Florebat electionum annis, vt Lucius assignat 1553. & 1555. Sub prædicto Pontifice, & Imperatore.

Ex Catalogis quoque citatis damus virum

Lucius in Catalog. C. M.

Anno Christi 1554.

DE PETRO VSSECO ABBATE CISTERCIENSI.

CAP. CCCCLI.

Anno Christi 1554.

PETRVS VSSECVS, alij malè *Ioannem* vocant. Credimus sanè natione fuisse Cantabrum licet Conuentus Sangosensis in Regno Nauarræ filium: credunt alij Nauarrum Sangosensem fuisse; quidquid sit, cùm celebrem viri memoriam nobis R. & Venerabilis Senex Pater Fr. Nicasius Gallus Sangosensis Carmeli Cœnobiarcha, ex Archæo suo eductam dederit, virum asserimus fuisse Religionis præstantiâ sublimem, sapientiâ fulgidum, & in gerendis facillimâ notatû dexteritate, Religionis amantem, & amantum sapientiam, & pietatem munificentissimum prosequutorem. Ob laudabilem morum sublimium congeriem à Philippo II. Hispaniarum Catholico Rege in ipso Monarchici sui sceptri primordio Abbas S. Saluatoris Leriensis siue Legirensis Cisterciensis illustrissimæ Congregationis è nostris assumptus, electus est.

Archæum Sangosense.

Floruerat felicissimè Redempti Orbis annis 1554. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Hunc nobis item virum eodem relatu dedit Catalogus Manuscriptus Episcopi, & Guadalaxara.

DE IOANNE BAPTISTA GRANELLO.

CAP. CCCCLII.

Anno Christi 1555.

IOANNES BAPTISTA GRANELLVS, natione Italus, Lauro nobiliori vir dignissimus, ob celeberrimæ virtutis æstuantem amorem, sapientia enim, & morum composita fulsit honestate decorus: Sagacissimæ fuit indolis, Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, dignissimâ Adoptatione, trinâ omnium voce selectus est annis 1523. (Granellum enim illum quem hoc anno Lucius ponit eundem credimus fuisse cum Ioanne Baptista, licet cognominis eiusdem facillimum fuerit duos fuisse ad hanc vocatos præfecturam.) 1539. & 1555. quibus clarissimus effulsit, sub summo Patrum Patre Marcello II. Politiano, & Imperio Caroli V. Cæsaris orbem sua virtute inuictâ admiratum in sæcula reddentis.

In compen. ad Catalog. VV. GG. Congreg. Mantuan.

Anno Christi 1555.

DE ALPHONSO MORALES.

CAP. CCCCLIII.

Anno Christi 1555.

ALPHONSVS MORALES, natione Lusitanus, Theologus insignis, & Poëta clarissimus: in genere vtroque scripsisse multa non dubitamus, sed prælis pressa tantummodo vidimus pauca. Carmen elegantissimum in laudem Auctoris, & libri S. Ildephonsi Toletani, de illibata Virgine Maria, & Scholiatoris illius, nostri Michaelis Carrancij.

Ex Relationib. datis à Pinto.

Floruit insigni sanè nomine dignus annis 1555. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE BARETTO.

CAP. CCCCLIV.

Anno Christi 1556.

IOANNES BARETTVS, natione Anglus, patriâ Norfolcensis ab adolescentia in omni bonarum litterarum & pietatis exercitamento nutritus. Cantabrigensis fuit Doctor, publicúsque ibidem diuinæ sapientiæ professor, pro quo à fide deturbando Christi difficillimis hisce temporibus Angliæ peruersiores Apostatæ fidei, toto hiatu, & halitu insudarunt; at ipse vt firmissima, solidissimáque Catholicæ professionis columna immobilis extans, fidissimi athletæ fidei, Catholicæque doctrinæ defensoris, & in publicis concionibus, & libris cælesti spiritu plenis, & Catholicam firmiorémque Apostolicam eruditionem halantibus aperto Marte, ac manifesto in sectarios omnes, & hæreticos congressu sacra specimina præbuit. (O verum Heliæ Magni Parentis, egregiúmque Patrizatorem!)

Extant, Pitsæo teste, Latinè Telemmata sequentia: Annotationes in D. Paulum lib. I. In Canonicam I. D. Ioannis lib. I. Reformationes Ioannis Trisse lib. I. Ad Walsonum hæreticum incarceratum epistola, lib. I. Homiliarum Anglicarum lib. I. Orationes ad Clerum lib. I. & alia non pauca.

Pitsæus de script. Angliæ hac ætate.

Floruit clarissimus iste, & verus sectator Heliadum non tantùm sapientiâ, sed etiam virtutis omnimodæ nitore floridus, vltimus in Anglia (inter sapientissimos, & religiosissimos Carmeli Patres, ex centum circiter, & quadraginta illis, quos Lelandus, & Pitsæus grauissimi scriptores, in suis Catalogis de viris illustribus Angliæ referunt floruisse, ab anno prope 1240 in quo à nobili viro Radulfo Fresburgo, siue Fresburno Anglo, de quo supra elogizauimus, in Angliam primùm inter Europæas Prouincias, Pitsæo teste, conducti sunt Carmeli Cultores,) & senio spectabilis venerando, Orbis à Tartaro secessi

Anno 1274.

à Christo

à Christo anno 1556. Sub Summo Pontifice, Paulo IV. & Imperio Ferdinandi Cæsaris ingenui.

DE IOANNE ALDEBVRGENSI.

Cap. CCCCLV.

Anno Christi 1556.

IOANNES ALDEBVRGENSIS, natione Flander, patriâ Aldeburgensis, vir pius, moribúsque compositus ingenuis.

Arnold in descrip. Car.

Scripsit Arnoldo Bostio teste, De formalitatibus, librum vnum. De sufficientia syllogismorum, librum vnum. De sensu & sensato, lib. II. & alia.

Floruerat annis 1556. vel non longè antè, Sub eodem Pontifice, & Imperatore præfato.

DE IVLIANO RISTORO.

Cap. CCCCLVI.

Anno Christi 1556.

IVLIANVS RISTORVS, natione Italus, patriâ Pratensis, Florentini Cœnobij lumen, Mathematicus, & Astrologus insignis fuit, cuius Marmorea elegans effigies, in Ecclesia Carmelitarum Florentiæ virum fuisse testatur probitate, & sapientia insignem. Scripsit Mathematicarum quæstionum, libros duos.

Lucius in Sinestr. ad BB. Carm.

Obiit, Lucio teste, salutis vniuersæ carnis, annis 1556. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IACOBO KEREKATO, ET ALIIS.

Cap. CCCCLVII.

Anno Christi 1556.

IACOBVS KEREKATVS Vincentinus patriâ, natione Venetus, Venetæque Prouinciæ filius, cuius in dicendo grauitas, in iudicando maturitas, morum composita natura bonorum, sapientiæ candor, & religionis lumen, vnà cum Martino Castellæ Romandiolo, Poncio Policio Senonensi, Eraldo Gallo, Nicolao Gallo, Masio Theodoro, pro Carmeli Classe Prophetica Concilio sacro Tridentino adstantibus, cum disputando, tum orando velut radij solis limpidissimè affulsit, tanto Orthodoxorum Patrum applausu, vt perenni meruerint memoriâ celebrari omnes.

Multa. sapientissimos, simul & religiosissimos Patres hos scripsisse, quis hæsitat? Titulis autem quia apud auctores inuenimus nulla notata, cedentes sapientioribus, nulla damus frontibus signata.

Florentes sæculis, & annis illustrissimæ vitæ suæ tandem ad astra annis 1566. vel in circa gloriosâ morte volarunt, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Ex Catalogis Episcopi, Thomæ à Iesu, & Nostri Guadalaxara vocamus viros nostro Paradiso placidè insitos.

DE V. ANGELA DE ARENA.

Cap. CCCCLVIII.

Anno Christi 1556.

V. VIRGO ANGELA DE ARENA, illustrissimâ vitæ sanctitate fuit fulgidissima, quæ cùm Monasticæ vitæ æstuaret affectu, in somnis scalam à terra vsque ad cælos pertingentem adspexit, cuius duo vertici aderant viri, Prophetico Heliadum habitu ornati, ad quam Maurolyco Cisterciẽsi Abbate testante, sic sunt alloquuti: *Si vis ad Cælum ascendere, indue te Carmeli vestibus, & per huiusce gradus scalæ tibi proposita conscendens astra curra celebris.* Statimque inter Ordinis Virgines Carmelæas adnumerata est: & cum solertissima scalæ emissæ, & sibi propositæ gradus semper ascendere contendisset, Carmeli summo vertice adepto. hoc est, Circumcisionis Carneæ omni gloriosa virtutum comparatâ acie felicissima Virgo ad astra volauit annis 1556 Sub eodem Pontifice, & Imperatore. *Hæc ex Episcopo Alguerensi, & Thoma à Iesu, excerpta damus.*

Ex Ordinis monumẽtis melioribus & Santiago nostro.

Maurolycus.

DE DAMIANO A LEONE.

Cap. CCCCLIX.

Anno Christi 1557.

DAMIANVS à LEONE natione Hispanus Celtiber, Cæsaraugustanus patriâ, & eiusddem Cœnobij Professus, Clarissimum sanè sapientiæ, prudentiæ, & Re-

ANNO CHRISTI 1557.

Coria lib. 1. cap. 10.

igionis iubar, & Archetypon, Scholasticus insignis, diuini item Verbi declamator illustrissimus, & diuinæ paginæ peritiâ peritissimus. Clarissimus Propheticæ Obseruantiæ in Regnis Hispaniæ, & fidissimus Achates, & erector. Fuit enim Vicarius Generalis Apostolicus totius Hispanicæ ditionis: Huius Prouinciæ ad annos 16. Prouincialis: huius Cœnobij Chorarcha vigilantissimus, cuius sollicito Marte, & argumentosâ industriâ pulcherrima eius Claustri Scalæque maceries, & architectura erecta est anno 1557.

Multa scripsit, at nulla prælo vidimus excusa, sed iure omnia posteritati litanda venerabantur quæ docuit, & populo dedit, in eleganti Bibliotheca nostri Côuentus Cçsaraugustani asseruata. Tandem pietate religiosa venustus, & omni virtutum dignus censeri lapillo meliori, felicissimum, vitæ cursum consummauit, fide Christo, & Religioni Heliæ seruatâ, vt supremo gloriæ culmine coronaretur in astra die 18. Februarij, 1557. Sub Paulo IV. Pontifice Opt. Max. & Imperio Ferdinâdi. Sepultus est in Capella Virginis Mariæ de Monte Carmeli, & eleganti Sarcophago (cui affixa est eius veneranda effigies, contegitur.

DE IVLIO SVPERCHIO.

CAP. CCCCLX.

Anno Christi 1557.

Archæum Cæsaraug. Car.

IVLIVS SVPERCHIVS, certè credimus fuisse Celtiberum, (si idem sit iste (satis id nobis ex fundamento arridet) cum eo, cuius satis antiqua memoria habetur in membrana vetusta in Archæo nostro Cæsaraugustano seruata) & Conuentus Cæsaraugustani filium. Vir fuit omni sanè memorabilis æuo. Propter ingenuum religionis, & sapientiæ iubar suum meruit Congregationis Mantuanæ (quo casu nescimus, sed Lucius affirmat) in Vicarium Generalem Congregationis Mantuanæ assumi, salutis annis 1557.

Lucius in Cat. Cong. M. V. G

Si quæ scripserit nondum inuenimus, scientior nostris gratissimus addat.

Floruisse constat electionis suæ præfatis annis sub Paulo IV. Pontifice Opt. Max. & Imperio Ferdinandi.

Altiùs aliquantò nos reperimus memoriam effatam annis videlicet 1505. in Archæo prædicto.

DE RAPHAELE LLINAS EPISCOPO.

CAP. CCCCLXI.

Anno Christi 1558.

RAPHAEL LLINAS, natione Hispanus Cathalanus, Maioricensis domo, Cœnobij illius nobilis filius. Vir sanè claro morum specimine decoratus, & sapientiæ insignis rutilo radio splendidus Orbe. Episcopus Chrysopolitanus, Maioricensisque Episcopi Coadiutor Episcopus. Diuini verbi declamator veluti lapsus ab æthere summo; erat (præter insignem virtutum, morum, & diuini zeli compositeuram) summâ in diuinis scripturis sapientiâ, & eruditione munitissimus, & Arca altera testamenti Dei: Tamen an scripserit, præter varia sermonum suorum peruigilia, & sudores, aliqua Commentaria, in vetus nouúmve Testamentum, etsi suspicionem habeamus, & coniecturas, non audemus affirmare. Scimus, felicissima in Christo morte præuentum, fuisse à Deo vocatum ad Astra, & in suo Cœnobio sub honorifico marmore tectum, nobili eo hac inscriptione signato.

Reuerendißimus D. D. Fr. Raphaël Llinas Maioricensis, Ordinis Carmelitarum, Episcopus Chrysopolitanus, Diuini verbi strenuus Declamator, & sacrarum litterarum Doctor præstantißimus, hoc tumulo clauditur. Obiit die IV. Junij, M. D. LVIII. Sub Paulo IV. Pontifice Opt. Max. & Catholico Imperio Ferdinandi Cæsaris I.

Anno Christi 1559.

DE V. LAVRENTIO PASCHALE.

CAP. CCCCLXII.

Anno Christi 1559.

V. LAVRENTIVS PASCHALIS, natione Celtiber, vir sanè clarâ celsus humilitate, multarum vir virtutum supellectile diues: solitudinis magnus amator tumultuumque sæculi & hominum viuax osor.

Obiit Setabis & in suo Cœnobio sepelitur vniuersâ populi voce acclamatus vt Sanctus, Salutis anno 1559. Sub Summo Ecclesiæ Principe Pio IV. & Imperio Ferdinandi. Hæc ex relationibus Valentiæ cuius fuit Regni filius, & Prouinciæ nostræ Professus.

DE D. DIDACO A CASANATE EPISCOPO.

CAP. CCCCLXIII.

Anno Christi 1559.

D. DIDACVS à CASANATE, aliis Iacobus & certè propriùs, natione Celtiber, patriâ Turiasonensis, Cæsaraugustæ Ciuitati vicina Ciuitas, Consanguineus meus, dilectæ Matris meæ patruus qui professione solemni sua Carmelum nostrum Cæsaraugustanum decorauit. Vir per totam sanè Italiam imò per omnem Orbis Vrbem claro nomine notissimus, sapientiæ, & pietatis Religiosæ, Catholicæque firmitudinis lucidissimus assertor: excellenti vir præditus ingenio, quémque vita grauis, niueique mores dignum fecere infulâ Aladensis Episcopij. Operosus fuit ouium zelator, & custos sui Ouilis egregius, cui multa præstitit virtutum semina grandia.

Inter nostrates an scripsisset aliqua ad posterorum instructionem, vix inuenimus: sed solertissimâ polita pro viro disquisitione apud ingenuum, nobilémque virum Ludouicum à Casanate matruelem fratrem meum, ciuem, patritiúmque Turiasonésem, & primum Ciuitatis illius Iustitiæ, quam vocant, assertoré, nunc cùm scribimus ista, qui Bibliothecæ & supellectilium Reuerendissimi Domini Episcopi fuit pro patre suo Aui mei fratre hæres inter alia inuenimus manu propria Episcopi nostri sequentia opera signata titulis hisce, Ientacula moralia, lib. I. In quo quid ad mores componendos attinet dialogisticâ Methodo eruditissimè designat. Commentariola breuissima in Regulam Alberti Hierosolymitani Præsulis, Tractatibus II. digesta, quæ ipse Adductiones morales inscribit. Itẽ Catechismum Catholicum aduersus Agarenos, lib. I Opus auctore sanè sapiẽtissimo, & piissimo dignum, quod nobiscum habemus eiusdem auctoris Manuscriptum, & ad vltimam limam adductum: etsi hucvsque prælo vulgari desideretur, vt & alia opuscula pia.

Obiit tandem felicissimus in Christo Cæsaraugustæ, & in suo Carmelitarum Cœnobio sepelitur, ad læuam altaris maioris, in Capella S. Acatij, Orbis liberati anno 1559. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Hæc partim ex seniorum nostri Cœnobij relatu: partimque ex disquisitione variæ antiquitatis in Archæo Cæsaraugustano, & alibi, inter quas quãdam vidimus membranam in testimonium suæ in Hispania auctoritatis Apostolicæ. fuit enim Paulo III. Pontifici O. M. familiarissimâ amoris necessitudine Romæ deuinctissimus, ibidémque vt ex eadem constat Apostolicus Pœnitẽtiarius Post quæ Cæsaraugustam redux factus Episcopus Aladensis, suo munere fungens Ecclesiæ seruiebat Episcopalibus detentus officiis; maximè sub anno 1543. Moribúsque tandem melioribus ornatus vsque ad præfatum annũ senectam veneranda aduocauit, obiens, demum in Christo felicissimus.

Lucius in Catal. V. G. Cong. Man

DE HIERONYMO PAYNELLO

CAP. CCCCLXIV.

Anno Christi 1559.

HIERONYMVS PAYNELLVS, natione Gallus Cisalpinus, patriâ Mãtuanus, vir elegãti sapientiâ, & ingenio celebrandus, sed elegantiori virtutum formâ conspicuus, Religionis amans, fideique zelator illustris, omni encomio, vt vno proferamus verbo, maior, Congregationis Mantuanæ Vicarius fuit Generalis electus annis salutatæ Adamææ posteritatis, iuxta Lucium 1559. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Obitus latet sui annus omninò.

DE ADRIANO HECQVETIO.

CAP. CCCCLXV.

Anno Christi 1560.

HADRIANVS HECQVETIVS, *Zequetius* aliis, natione Belga, patriâ Atrebatensis, Vir sanè omni compositus sapientiæ, & religionis decore, Græcè, & Latinè disertissimus & Poeta ingenuus.

Multa scripsit: Posseuinus inter ea vulgata recenset sæpe prælo Parisiis 1572. & Louanij 1565. Dominicalia & Quadragesimale, lib. II. Euangeliorum, & Epistolarum Gallice, lib. I. cui titulus *de institutione Paræciarum*, quo continentur familiares conciones totius anni. Peripetasmaton argumentorum insignium, lib. I. Louanij 1565. Vidimus nos Orationes eiusdem, Epistolas, & Epigrammata multa: Andreas Valerius addit, De immortalitate, æternâque animæ felicitate, lib I. De Euangelij semine, lib I Reuocationem Hæreticorum à Lutheranismo, reliquisque hæresium generibus ad Euangelicã, & verè Catholicam Ecclesiam, lib. I. Antuerpiæ vulgatum anno 1557. Tandem Scenam

Posseuin. to. 1. App. Sac.

Valerius in BB. Hispan.

'Paradis. Carm. Tom. I.

ANNO CHRISTI 1560.

Lucius in BB. Carm.

rerum inuersam Heroico carmine depictam, lib. I. Post hæc Attrebati obiens honorificè sepultus est inter suos, salutaris dati anno 1560. vel aliquantò pòst, vt Lucius affirmat, sub eodem Pontifice, sed Maximiliani Imperio felici.

DE MARTYRIBVS ALEMANNIÆ ET ALIIS.

CAP. CCCCLXVI.

Anno Christi 1560.

Petrus Lucius in Epist. ad Reuer. Io Stephan. Chizzola quę habetur ante lib. de laud. Car. Io. Trithemij, & in BB. Car. in Adria. Io Hecquieto lit. A. & in Bap. Rosso lit. I.

INnumerabiles penè Martyrum Heliadum acies (quorum nomina sola nouit scientia Dei) qui feroces calcantes hæreticorum Alemanniæ vtriusque, Galliæ, Angliæ, & Scotiæ cruciatus, sæua laborum, & exterminij genera superantes suis Cœnobiis, iis eorum pluribus dirutis, solôque æquatis (vsque ad Bibliothecas insignium, & sacrorum omnium combustionem) victrici lauro, annis 1560. iisque aliquibus antè (vt agunt Lucius, & rerum Belgicarum, Gallicarum, Anglicarum, & Scoticarum, scitissimi varij prosequutores) perenni fruituri in cælis vitâ Martyrialibus insigniti trophæis celeres ad Christum, & ad astra volarunt sub suis Pontificibus, summis, & Imperatoribus Catholicis.

DE IOANNE BAPTISTA FROMENTO.

CAP. CCCCLXVII.

Anno Christi 1561.

IOANNES BAPTISTA FROMENTVS, natione Italus, omnigeno vir sapientiæ, & religiosæ virtutis decore compositus. Congregationis Mantuanæ dignissimus Vicarius Generalis electus, iuxta Lucium, anno 1561.

Lucius in Catalogo V. G. M.

Multa composuit sapientiæ, & spiritus Magni Patris digna, sed an typis aliqua extent docemur à nullis: sapientior his nostris addat.

Florebat Præfecturæ suæ annis præfatis, sub Summo Vrbis, Orbisque Arbitro Pio IV. & Imperio Ferdinandi Cæsaris inclyti.

ANNO CHRISTI 1561.

DE B. ARCHANGELA TRINENSI.

CAP. CCCCLXVIII.

Anno Christi 1561.

B. ARCHANGELA TRINENSIS, natione Itala patriâ Trinensis & Conuentus eiusdem Sacrimonialis, Congregationis Mantuanæ decus. Virgo Deo gratissima clarâ conspicua sanctitate, cuius corpus Boërsio teste, Trinis in suo Cœnobio honorificè sepultum, insigni veneratione recolitur.

Franciscus Boërsius in Congreg. Mantuana.

Miraculis eluxit viuens, & moriens. Magnâ populi frequentiâ venerata, admiranda signa Deus Optimus Maximus meritis eius assiduè patrat: propter quod, vt Boërsius affirmat, Religiosissimæ familiæ Mantuanorum Procurator cum omni Congregatione sua Canonizationis lauro à Summo Pontifice decorandam studet.

Floruerat, quod credimus; annis 1561. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE EBERHARDO BILLICO EPISCOPO.

CAP. CCCCLXIX.

Anno Christi 1562.

EBERARDVS BILLICVS, natione Cantonus, patriâ Coloniensis, eiúsque Sedis electus Episcopus. Suâ vir virtute & sapientiâ celeberrimus, cuius illustrissimam fecêre memoriam, cum inter notissimos S. Tridentini Concilij computando, qui eius acta scripsêre Catholica, certò affirmantes adfuisse Concilio, ibique cominus verbis cum Luthero, & Bucero, & aliis perfidissimis Ecclesiæ hostibus copiosissimis argumentorum telis conseruisse manus, vt scribit etiam Salmeronius.

Laurentius Sur. in actis Conc. Trid. Cochlæus Canonicus ibidem Alphon. Salmeron t. 13. Callidius lib. de illust. Germ. scrip. ad an. 1500.

Inter plura quæ Billius scripsit (quorum titulos Cornelius Callidius Goudanus assignat, cuius nunc librum non ad manus habemus) videre est, & videre fuit nobis Excellens opus ingenij cui titulus: *Iudicij Vniuersitatis, & Cleri Coloniensis, contra Calumnias Philippi Melanchthonis, & Martini Buceri, Odendorpij, & eorum assectarum, defensio cum diligenti explicatione materiarum*. Coloniæ cusum, & recusum Parisiis 1545. & variis aliis in locis: cætera quæ scripsit partim prælo, partim calamo data, Coloniæ in Bibliotheca Carmelitana seruantur.

Tandem post hæc illustria, & plura alia pietatis Catholicæ ostensa signa, Coloniæ in Carmelo suo felicissimus decessit è viuis, iuxta Lucium, & Posseuinum, salutis anno 1562. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Ibique sepultus ante primum altare, & insigni Sarcophago cum eleganti inscriptione venustatus. Eius vitam Cornelius scripsit Callidius ille.

Lucius in BB. Carm.

Posseuinus t. 1. App. Sac.

DE

Anno Christi 1562.

DE ANTONIO CORROCETO.

Cap. CCCCLXX.

Anno Christi 1562.

Gallica Relata Tolosæ.

ANTONIVS CORROCETVS, Gallus natione, Parisiensis patriâ, & illius frequentissimi Lycei, Cœnobíique nostri decus. Metro fuit elegantissimus, & prosâ.

Multa ferunt metro scripsisse, at typis solum vidimus vulgata quædam Epigrammata de laudibus speculatissimi Doctoris nostri Thomæ Beauxamij.

Florebat annis 1562. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE MARIA VERRATO.

Cap. CCCCLXXI.

Anno Christi 1563.

IOANNES MARIA VERRATVS, natione Italus, Ferrariensis patriâ, vir optimâ religionis suæ iure multo coronandus lauro, vtpote qui Carmelæo iugo subiectus, à decimoquarto adolescentiæ felicissimo suæ anno, ætatis & penè naturæ vires superans, & religiosæ pietatis, & exquisitæ eruditionis illustria semper semina dedit. Philosophus, Orator, & Theologus factus insignis, disputationibus acutis, vehementibus concionibus, eloquio nitido, conuersatione affabili, (præstantissimi ingenij, sacræ indolis suæ pignora illustria) orbes admiratos effecit. Post quæ perenni sui memoriâ clarissima, ex ditissima ingenij spiritúsque sui gaza sequentia in lucem opera dedit, ex Lucio, Iacobo à Plebe, Sixto, & Posseuino deducta.

Lucius in BB. Car. Iacob. & Pleb. in indice. Sixtus BB. Sanctæ li. 4. Didac. Baeza tom. 3. in Euang. li. 14. cap. 16. § 35. *Auctores externi.*

In primo Tomo.

Disputationes in Lutheranos & nisi idem sit contra eos Apologiam fecit lib. I. quam citat Baeza Iesuita sapientissimus. De fide operibus, & meritis. De libero arbitrio. De Prædestinatione. De cultu Dei, & Sanctorum. De orando Deum, & Sanctos. De auriculari, & Sacramentali Confessione. De Pœnitentiæ sacramento. De Ecclesia & eius auctoritate. De Primatu Petri, & Sedis Apostolicæ. De Eucharistiæ Sacramento. De Communione sub vtraque specie. De Matrimonij Sacramento. De Purgatorio. De Indulgentiis. De Mendicantibus, & Concionatoribus.

In secundo Tomo.

De Incarnatione Verbi Dei De Consonantia quatuor Euangelistarum, cum his quæ acta sunt erga puerum IESVM, ipsiúsque gesta vsque ad Sermonem Domini in monte peractum.

Anno Christi 1563.

In tertio Tomo.

Super sermone Domini in monte enarrationes in 15. libris digestæ, quæ totam Euangelicam legem miraculis, signis, & prodigiis approbatam complectuntur, à quinto capite Matthæi, vsque ad decimum inclusiuè, aduersùs falsa Lutheranorum dogmata.

In quarto Tomo.

Super Euangelia ab Aduentu vsque ad Dominicam Resurrectionis amplissima Commentaria.

In quinto Tomo.

Alia egregia Commentaria super omnia Euangelia à Dominica Resurrectionis, vsque ad primam Dominicam Aduentus.

In sexto Tomo.

Qui varia opuscula claudit, videlicet, De magna Ecclesiæ Christi auctoritate. De modo viuẽdi secundũ spiritum, & non secundum carnẽ: & de Christiana militia aduersus carnem, Diabolum, & mundum. De iustificatione. De dignitate, & excellentia intellectus, & voluntatis. De gratia, & libero arbitrio. De duplici Purgatorio in hoc sæculo, & in futuro. De suffragiis annuis pro legatis defunctorum, Commentarij super omnibus præceptis, & documentis Catonis. Contra responsiones, & protestationes eorum, qui ad Generale Concilium venire contemnunt. Alij addunt huic, & in impressione noua facta Venetiis, quæ est in Bibliotheca nostra Carmelitana locupletatum accedit opus. De maledictionibus pro filiis inobedientibus; & benedictionibus à Deo in Scripturis pro filiis obedientibus Parentibus suis, lib. I. Hæc ex Indicibus Iacobi à Plebe Seruitæ, & Adami Vitalis Carmelitæ missis à Ferraria in Florentiam ad Petrum Lucium, vt ipse testatur.

Hæc omnia prælo vulgata sunt, & recusa sæpissimè & vltimò, vt adnotat Posseuinus, Venetiis anno 1571. eorum magna pars dicata est Paulo III. Pontifici O. M. Enarrationes autem illæ in quinque Capita Matthæi quæ sunt in tertio Tomo dicatæ sunt Cardinali Hippolyto Herensi, vt Sixtus affirmat.

Petrus Lucius in BB. Car. Posseu. to. 2. Ap. Sacri f. 263. Sixt. Senen. lib. 4. BB. Sanctæ.

Veneranda demum canitie, & dolendo salutis grauamine pressus, vocatus non potuit ad sacrum Tridentinum Concilium adire: at virtutibus clarus, & multis aliis suæ sapientiæ operibus, scriptisque, morte felicissimâ præuentus, ea adducere non potuit ad limã, & prælum. Ferrariæ moritur, ibique sepultus est. Orbis redempti anno 1563. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Eius vitam D. Bernardinus Insularis Vrbinas scripsit. In eius & operum laudem ista panxit Martinus Brioneus Parisiensis:

Bernardin. Insularis.

Anno Christi 1563. | Anno Christi 1564.

Marius Baconus.

Perlege Verrati Lector studiose libellos:
Si Saluatoris pectore feruet amor.
Fertilis hortus adest, nitido depictus amomo:
Distinctus violis, & bene cultus ager.
Illinc insipiens scriptis confunditur error:
Quidquid & insano protulit ore Luther.

DE THEODORO MASSIO.

Cap. CCCCLXXII.

Anno Christi 1563.

Theodorvs Massivs, natione certè habuimus fuisse Cilicem, quamquam alij patriâ Mantuanum describant: quidquid sit, virum fuisse selectâ illustrissimum sapientiâ, notâ virtute, & sacrâ morum præstantiâ clarum, id quod manifestius ex actis habetur eius. Congregationis Mantuanæ bis fuit Vicarius Generalis electus anno 1555. & 1563. iuxta Catalogum Lucij Nicolai Sfondrati Cremonensis Episcopi (qui postea Summus Pontifex fuit Gregorius XIV.) absolutissimus Theologus & intimi pectoris, mentisque Pontificis conscius, & ad Concilium Tridentinum indiuiduus comes, vbi summæ eruditionis suæ sacra pignora dedit, magnique habitus à Patribus Concilij Catholicam, & eruditissimam ad eos, in Christo Deo congregatos; habuit orationem generoso plausu cunctorum. Præter hanc, quam vidimus typo posteritati relictam, omnis superant encomij dignitatem Theologiæ, & Philosophiæ lectiones solemnes, quas, cum Metaphysicis Bononiæ, grandi eruditorum cœtu, publicè habuit.

Lucius in Catalog. V. G.C.M.

Possev. to. 3. Sac. App.

Si quæ scripserit alia, sanè nos latent, hæc Lucius scripsisse tantùm affirmat, annum obitus felicissimi celans, at floruisse annis 1563. manifestò patet, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in BB. Car.

DE PETRO CHAVIO.

Cap. CCCCLXXIII.

Anno Christi 1563.

Petrvs Chavivs aliis *Chaues* nobilissimo sanguine satus, natione Hispanus, Hispalensis Patria. Inter Vandalos sacrum sanè eloquentiæ flumen, diuini verbi declamator, velut ab arce cælesti demissus, sapientiâ insignis, & morum compositissimâ ratione venerabilis, à sacræ Inquisitionis Qualificationibus, meritò, ob insigne fidei Christi zelum electus, vt Santiagus noster affirmat.

Coria lib. 1. cap. 10.

Scripsisse multas conciones non dubitamus. Extat ex sapientissima trutina sua, Enodatio Decalogi, lib. I. Cætera non vidimus.

S. Tiag. in Catal. Car. illustrium.

Florebat, iuxta citatum auctorem annis missi Redemptoris Iesu 1563 sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE BAPTISTA ROSSO PRIORE Generali Latinorum Trigesimosecundo.

Cap. CCCCLXXIV.

Anno Christi 1564.

Ioannes Baptista Rossvs, aliis *Rubeus*, natione Tuscus, patria Rauennas, ex Regio sanguine cretus Dominorum qui fuêre Parmæ, & Lombardiæ, Coëllo teste. Totius Ordinis, inter Latinos, Generalis Prior Romæ in Comitiis Generalibus Transpontinæ vnanimiter anno 1564. selectus, postquam annis duobus penè ab obitu Reuerendissimi Nicolai, Vicarij Generalis Apostolici titulo Ordinem eundem moderatus esset. Admiranda effulsit vir iste pietatis omnimodæ specie, Religionis enim, & gentis Heliadæ verus fuit amor, & amans, cuius diuina regiminis arte, augustissima auctoritate, vigilantia summa, & indefesso labore, vnà cùm splendore litterario, fuit enim Theologus illustrissimus, Philosophus admodum subtilis, Græcis pariter, Latinisque litteris disertissimus, itavt duriori delectatus stylo, Cæsarem potius Liuiúmve, quàm Ciceronem expressisse Latino illi lemmate placuerit) coniunctis, omnis Mantuanæ Religionis successus, admiranda incrementa suscepit.

Coëlius in Comp. hist. Carm. lib. 2. cap. 1.

Ad honoratissimam totius Religiosæ suæ familiæ moderádę dignitatem euectus, nihil aliud, quàm de extirpandis vitiorum vndique monstris, & omni in pristinam dignitatem reuocanda virtute curauit, totius Ordinis factus sedulus, & vigilantissimus perquisitor. Eapropter Summis Ecclesiæ Principibus gratissimus fuit, maximè Pio IV. Pio V. & Gregorio XIII. à quo pro grauissimis Ecclesiæ negotiis Legatus Apostolicus missus est ad Ferrariæ, Vrbinique Duces.

Sapientiâ sua fulgentissimus iste Carmeli Sol, roseúmque iubar multa in diuinis, & humanis litteris scripsit, & publicè docuit. In primis, Lucio teste, & Posseuino, In pleros, vel in omnes Sententiarum, & Aristotelis libros, præsertim

Lucius in BB. Car. Posseuin. App. S. to. 2.

super

ANNO CHRISTI 1564.

super quintum, & sextum libros Physicorum eruditissima lib II. Commentaria. In Epistolam ad Galatas, lib. I. Subtiliores excerpsit conclusiones ex Quodlibeto Michaëlis à Bononia in quartum Sententiarum. Et cum varia diuersis Responsa dubiis de casibus conscientiæ dedisset (ad eum quippe, tanquam ad Moralis item sapientiæ Principem innumeri confluebant) librum de Casibus conscientiæ composuit I. Thomæ Waldensis opera Scholiis suis additis magna cum laude adhibuit prælo, & ad typos iterum amandauit, vnà cum suis Ecclesiasticis consiliis. Si quæ alia dedita vel danda prælis composuerit, nos latent.

Tandem, post ingentes perpessos labores post Capitulum Generale Placentiæ anno 1575. celebratum, post litem cum Mantuanorum Patrum Congregatione, super visitationis iure compositam, sibique & successoribus potestatem visitandi eam, Apostolico illo diplomate, *Postquam tuum primum Capitulum Generale celebraueris*, &c concessam, vt Boetsius affirmat: Post erectam facultate sua (data pro Monialibus, Abulæ, die 27. Aprilis 1567. & secunda item data pro fratribus Discalceatis erigendis in Conuentu Valentiæ, cum ex visitatione Generali Prouinciarum Hispaniæ rediret Romam.) Religiosissimam nouam Discalceatorum sexus vtriusque familiam, salutis anno 1578. vniuersâ personaliter visitatâ Religione, plenus operibus multis cælo dignis, Romæ ad superos, felicissimâ morte præuentus, aduolauit, sub vero Clauium Petri successore, & hærede Gregorio XIII. & Imperio Rodulphi II.

Boetsius in Catal. GG. in Rosso.

EPITAPHIVM MAGNO PATRI.

Omnia clara mihi sunt, Nomen, Vita, Sepulchrum,
Clarior at præstans spiritus ante Deum.
Carmelum illustro virtute, Patrésque decore:
Quâ subij forti vix toleranda viro.

Huius Reuerendissimi Patris adeò fuit virtus animi excelsa omnis vt repetita meruerit sæpissimè laudum Encomia à sacratissima Viragine Matre Theresia, quæ videre habentur Fundationum suarum libro 2. capitulo 2. & alibi sæpe iterata à Virgine Diua.

S. Theresia à Iesu Fund. lib. 2. c. 2.

DE AMBROSIO QVODAM EPISCOPO.

Cap. CCCCLXXV.

Anno Christi 1564.

D. Ambrosius Bethicæ Prouinciæ filius, vir sapientissimus, & in agendis dexterâ solicitudine donatus. A Magistro Chauio Prouinciali Bethico ad Leonem X. Pontificem O. M. remissus, tantam gratiam in oculis sacri Patris Ecclesiæ inuenit, vt eum in Italia præfecerit Episcopum, Coriâ teste.

Coria dilue. lib. 1. c. 10.

Si quæ scripsisset data prælo nulla vidimus, sapientissimum floruisse habemus annis saluati hominis 1564. sub eisdē Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE QVIROS.

Cap. CCCCLXXVI.

Anno Christi 1564.

Ioannes Quiros natione Hispanus, Prouinciæ veteris Castellæ filius, & Prouincialis dignissimus: Eminentissimi Cardinalis Alphonsi Manrique Theologus sacer, & à confessionibus auricularibus; magni ab eo habitus, imò & à Proceribus Regnorum Castellæ, ob insignem prudentiam, & sapientiam admirabilem, & dignam viro excelso virtutem.

Coria lib. 1. cap. 10.

Scripsit de ratione Ciuilis status, lib. I. Lectionum solemniū. lib. II. In quibus omnia illa quæ pro regimine Regum faciunt eruditissimè perstrinxit, hæc in Bibliotheca S. Mariæ de la Oliua Regni Nauarræ Ordinis Cisterciensis satis eleganti charactere Manuscripta nobis ostendit Reuerendissimus Abbas, & Dominus, & intimus meus D. Michael a Sada, dum pro Concionibus sacræ solemnitatis Diui Bernardi vocatus essem populo habendis, anno 1629. An hæc typis data posteritatem exornent dubium inest nobis.

BB. S. M. de Oliua.

Relationes a Prouinc. Castellæ missæ à V. P. Michaële a Fonte anno 1613.

Florebat, vt ex ipsis libris, & relationibus à Prouincia Castellæ suscepimus, saluati hominis annis 1564 sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE ANTONIO LANQVERIO.

Cap. CCCCLXXVII.

Anno Christi 1564.

Antonivs Lanqverivs, *Lanquier* cum Posseuinus appellat, natione Gallus patriâ Atrebatinus, de Religione Catholica vir optimè meritus, zelo fidei feruidus, & sublimi pietate peruenerandus. Diuini verbi Præco insigniter ingenuus.

Posseu. to. 2. Sac. App.

Scripsit Posseuino, Valerio, & Clesio testibus, Synopsin memorabilium concionum habendarum ad Orthodoxos in magnis festiuis diebus Sacrosanctæ Passionis, Resurrectionis, & Ascen-

Valer. in sua BB. Clesius.

sionis Domini Iesu, opus Parisiis vulgatum anno 1578. De Christo, & Sanctis, lib. II. Cætera non vidimus.

Floruerat autem annis gloriosis Redemptoris 1564. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. BARPTHOLEMÆO GRAO MARTYRE.

Cap. CCCCLXXVIII.

Anno Christi 1564.

Ex Relatis à Barchinoni & Perpinianensibus per R. P. M. Fr. Antonium Ortia anno 1612. & alijs.

V. Barptolemævs Grao, aliis *Garra*, *Garau*, siue ex errore, *Garay* natione Cathalanus, patriâ, & Cœnobio Barchinonensis, Dierum vir, virtutum, & vitæ probatissimæ splendore grauissimus, Catholicæ fidei defensor adamantinus, & zelator illustris, id quod Martyriale Patris Trophæum de Turcis reportatum ostendit.

Contigit autem salutis anno 1564. vt è Turcarum regione Algerico subiecta Apostatæ duo, qui debitam Christo abnegauerant fidem clam ad ciuitatem Barchinonensem accessissent: qui cogniti capti fuère, & dignis expositi tormentis, veritate malignitatis suæ à semetipsis vltrò detectâ, luère pœnas. Fama supplicij ad Turcas aduentante, vehementi Barbari hi affectu cùm tenerentur de famosioris cuiusdam Christicolæ captura, voti sunt compotes effecti sui, nauim enim Maioricarum insulam tranantem, in qua cum socio suo eiusdem Ordinis nostri Fratre Paulo, Barptolemæus conscenderat, vt Priorem ageret sui Ordinis Maioricensē, ceperūt. Ii ergo in captiuitatem abducti vilissimo, & grauissimo seruitutis iugo premuntur: cuique constantissimè semper, qui diutius afflictabatur Barptholomæus, (vinculis, ærumnis, carceribus, fame, pædore & probris superatis & oblitis,) Christum alta voce prædicaret in Algerio, dirissimo cordis hiatu in eum Turcæ exardere cœperunt, optionémque dedêre illi vt vel Christum, fidelissimus Christi Athleta, negaret, vel se capitali sententia plectendum acri combustioni flammarum exponeret; at cum constantior Carmelita verus fieret, quò tractabatur, & minitabatur acerbius, neque tantisper de suadendis Turcis desisteret, ad maris littora ductus constantissimus in Christo (hunc solum gloriosus fidei attendens, & prouidens in conspectu suo quem videbat à dextris ne commoueretur Athleta, ad imitationem capitis tanti, probra tolerauit, sustinuit irrisiones, flagella non timens, imò quot antè mortem perferre potuisset supplicia, tot Christo de se offerebat, nullis tribulationibus abstractus sacrificia) ad anchoram deductam ad arenam alligatur lapidibus in primis appetitus: lento inuaditur postmodum igne probandus, sed cum diuini amoris flamma viuidius intus aduereretur Barptholemæus, parui rogos pendens, vehementi cælesti superóque spiritu irroratus, Christum semper firmissimus in eo, ad turbas qui videre confluxerant spectaculum prædicabat, fidelibus concaptiuis etiam constantiam suadēs, in proposita Christi Seruatoris fide; infidelibus autem, vt infidelitatis suæ errore relicto, ad Christum, eiusque sanctam fidē amplexandam animum appellerent, spe firmati promissæ à Deo pœnitentibus misericordiæ: *Videte*, inquiens, *ignem istum corpus quidem occidere non valentem, animam autem purificantem; propter quod illum ego minimi ago, nam segnior est ignis ille qui foris vrit, quam quo intus amoris Christi mei comburor accensus. Cauete vos ab internis ignibus absorberi, quod sine dubio continget, si in Mahometica vestra persisteritis Satanica lege. Eia milites Satanæ, abijcite tenebrarum opera vestra, vt an*[illegible] *Christum Iesum, qui præmiabit animas vestras in æterna beatitudine gloria: exprobrate Maumam, spuite dæmones, leges vestras Tartareo spiritu firmatas depellite à vobis, timete Iesum Deum, & date illi gloriam & honorem, qui potens est saluare animas vestras.* Hæc inter ignes, flammeosque terrores firmissimus in Christo altissimâ voce semel iterúmque dicebat Martyr ingenuus, quæ cùm ferre Pagani nequirent frementes in eum, Satanico accensi furore è rogo extrahentes illum, vbi vix mori credebatur, & iudicabatur, sed solùm posse rogos pati pro Christo quasi si immortalis ad eos esset, caput eius durissimo & siliceo saxo, vsque dum spiritum emitteret, tutuderunt: in cuius emissione felici adstantes Christicolæ candidissimam columbam ex eius egredientem ore, aliisque similibus è cælo descendentibus associatam ad cælos ascendere conspexerunt, in æternum cum Christo gloriosi Martyrij lauro redimitam Martyris animam regnaturam signo.

Annus erat Christi 1564. cùm Barptolemæus passus est, corpúsque eius publico supplicio Turcarum in cineres redactum, Pontifice Summo, & Imperatore regnante eodem.

Relatio à Cathalonia Epist. Didaci Habedo quæ seruatur in Archiuo Maioric. Cœnob. Guadalaxara cap. 9. spir. thesaur.

Hæc ex Relationibus bis a Prouincia Cathaloniæ missis, & èx Epistola Gratulatoria, quam ex Algerio ad Carmelitas Maioricenses scripsit Didacus Habedo Benedictinus, in qua Martyrium omne, & cælestis tanti Constantia Athletæ diserté describitur. Meminit etiam Marcus Guadalaxara, eorum & alij.

DE PETRO BRVNIO.

CAP. CCCCLXXIX.

Anno Christi 1565.

Petrvs Brvnivs, *Brunum* alij vocant, natione Hispanus Celtiber, sed Conuentus Burdegalensis filius, in Gallia. Vir religiosa pietate clarus, De quo Paleonydorus. Lucius, in Bibliotheca, & Posseuinus, Librum referunt composuisse, de Institutione Ordinis nostri cui Initium *Vetustissimorum*, &c. Cætera latent.

Paleo lib. 2. cap. 4. Lucius in BB. Carm. Posseuino Ap. S.

Floruisse habemus ex Relationibus a Gallia. Salutis annis 1565. Sub Pio V. Pontifice O. M. & Maximiliano Imperatore.

Episcopus Alguerensis, & Guadalaxara in Catalogis Carmelitam celebrant.

Anno Christi 1565.

DE DIDACO A LEONE EPISCOPO.

Cap. CCCCLXXX.

Anno Christi 1565.

D. Didacus à Leone, quem ex errore Leoncium vocat Carus in Dextro suo, natione Wandalus, patriâ Vtrariensis, Pauli Papæ IV. à latere Legatus, Caro teste, ob insignem eius sapientiam, exquisitam eruditionem, & integram morum speciem à Pio IV. singulariter ad Tridentinam Synodum vocatus est, vbi sui gloriosam perennémque memoriam sibi firmauit singularibus sententiis in Concilio dictis. Fuit Episcopus Columbriensis, Lucio teste.

Carus in Dextro.

Multa sapientissimus & trilinguis eminentissimus scripsit vulganda prælo, posteritate dignissima, inter quæ, vt habemus partim ex Relationibus à Betica Prouincia missis, partim à Lucio, & partim ab Scotto, hæc sunt: Super libros Sententiarum eruditissima Commentaria lib. IV. De arte Grammatica Hebræa, lib. I. hæc in Bibliotheca Hispalensi magni habita seruata sunt Coriâ teste. Orationum grauissimarum in Concilio lib. I. Disputationum in eodem lib. I. ex Lucio & Scotto.

Lucius in BB. Carm.

Coria Dilucid. lib. 1. c. 10. Andræas Scottus to. 1. Classe Carm. BB. Relatio. nouæ ex Betica Prou.

Floruit annis Redempti à miserabili hominis seruitute 1565. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore: Pædagogus electus, & Magister eruditionis vtriusque Bohemiæ Principibus Mathiæ, & Rodolpho & pro filio Philippo & Carolo. Sed Regiæ pericula timens sexagenario maiorem ferunt Hispali decessisse. Salutis anno 1589. extra Tabernacula Regum in domo Dei malens abiectus, si opus esset, æstimari pro Christo.

DE MARTYRIBUS LVNELLENSIBVS.

Cap. CCCCLXXXI.

Anno Christi 1566.

Sacri Martyres Lvnellensis in Gallia Cœnobij, nostro omni veniunt iure inserendi Paradiso, tamquam pretiosi balantes Carmeli flores, quos medio infidelitatis frigore inuentos, dira persecutionis pruina decoxit, cauma perussit. Hi igitur, Dominico Grauina Dominicano testante, anno 1566. ab Hugonotis pestifero Galliam hæresis ardore grassantibus, pro Christi fide, virili corde pugnantes, passi sunt. Eo quod cum Hugonotorum Dux dirus Lunellense Carmelitarum Cœnobium aggressus esset, & à R. Priore illius, Cœnobium cum templo ad obscœna in eo patranda flagitasset, Religiosissimus Cœnobiarcha, id quod Auxentio Ariano Ambrosius, respondit: *Si de meis aliquid posceretur quæ non ad illicita essent, libenter offerrem; sed de templo Dei, quid possum decerpere, siue detrahere?* At, ô auri sacra fames! prosequitur Grauina, cúmque Christi gazâ satiari nequiret, gladium acuit, & in singulos cohors furens insiliit. Quid illi? Orarunt, dedêre ceruices, & sic in hostia vna oblatio duplex effulsit, Religionis, & fidei sacram tutamini ædem assuetam denegarunt, & illustrissimam Martyrij palmam obtinuerunt, cælo traditis spiritibus gloriâ coronandis æternâ: quibus mactatis Cœnobium segreges refractarij Hugonotæ, & templum ingressi, diruerunt omnia, supellectilia suffurati sunt: vstioni illustrissimam feracémque scientiarum multarum Bibliothecam dedêre, quæ sapientissimorum Patrum nostrorum lucubrationes grandes, & multas & pretiosas veneratione grandi seruabat. Anno 1566. Imperatore Romanorum Maximiliano sceptra tenente, & summam Apostolicam arcem habente Pio V. Pontifice O.M. Gislerio.

Grauina in præscriptionibus Catholicis.

Anno Christi 1566.

S. Ambros.

Horum Martyrum passionis meminêre Romanus noster, & Venerabilis Pater Michael à Fonte.

Man. Roman. in Indice Alphabetico virorum f. 23. Fonte in Catalogo Carm. ill.

DE FRANCISCO SIXTO.

Cap. CCCCLXXXII.

Anno Christi 1566.

Franciscvs Sixtvs natione, & patriâ Neapolita, Vir sapientiâ, & religione præstantissimus Posseuino teste. Scripsit Tessaradecades Genealogiæ Iesu, ex capite I. Matthæi, de Christo Rege. Scripsit ad Philippum II. Hispaniarum Catholicum Regem Quadragesimale, & librum prænotatum *Encyclopædia*. Venetiis impressum annis 1564.

Posseu. to. 1. App. S.

Floruit vsque ad annum 1566. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Ex Ordinis Catalogis sæpe citatis.

DE V. BARPTHOLEMÆO CARRANCIO.

Cap. CCCCLXXXIII.

Anno Christi 1566.

V. Barptholemævs Carrancivs, aliis *Carranca*, natione, & patriâ Maioricensis, Vir Doctus, & verè pius: Diuinæ legis Phinees alter. Ob Catholicæ fidei defensionem post multa opera insignis patrata pietatis, & Religiosæ vitæ suæ digna, cùm esset Maioricensis Cœnobij Prior, à Turcis redactus in captiuitatem, ducitur Algerium, vbi multis pro Christo laboribus exantlatis, fame, nuditate, & in carcere

dirissimis

Anno Christi 1567.

dirissimis vinculis perpessis, Capitali sententiâ damnatus est, vt vel abneget fidem Christi, vel vltimum vitæ supplicium agat; at inuictus Christi athleta, malens mori millies quàm vel leuissimam sibi in fide lituram imponere, Capitali illa sententia ceruicibus datis, ad astra æterna Martyrij Lauro coronandus aduolitauit, salutis anno 1566. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore vt S. Tiagus affirmat.

S. Tiagus in Catalog. Carmelit.

DE V. SIMONE A S. ALBERTO.

CAP. CCCCLXXXIV.

Anno Christi 1567.

V. SIMON A S. ALBERTO, Ægidius eum *à S. Lamberto* errore vocat, natione Hispanus, à Regnis Castellæ, Conuentus Mantuæ Carpetanæ filius, Professione Laicus, quos in nostra Regulari Obseruantia *de Obedientia* vocant. Mutus scientiæ salutis amator, vtriusque vitæ Actiuæ, & Contemplatiuæ Magister egregius. Post insignia multa virtutum suarum semina sata, vniuersâ Sanctitatis opinione, illustri morte præuentus, eodem Ægidio teste, volauit ad astra. Annum obticet obitus auctor, at floruisse iam annis hominis à lapsu Adæ liberati 1567. Relationes ab ea Prouincia docent. Sub summo Orbis Capite Pio V. & Maximiliani Cæsaris Imperio.

Ægidius Gonsalus Dauila lib. Magnalium Mantuæ Carpentanæ vbi de viris illustr. Madriti.

Relata Castell. Prouinciæ.

DE MARTINO GARCIA.

CAP. CCCCLXXXV.

Anno Christi 1567.

MARTINVS GARCIA, natione Hispanus, ex Regnis Castellæ, Requenensis Cœnobij filius. Inter Salmanticenos Doctores sapientiæ Sol, illustribus doctrinæ radiis satis admirandus. Assiduo fuit litterarum deditus studio.

Ex relat. Castellæ Prou. vet.

Plura ferunt scripsisse, quæ omni pretio digna in Bibliotheca nostra Vallisoletani Cœnobij à R. A. P. M. Ambrosio à Valderrama illius Priore exquisitissimis libris à Louanio adductis notabiliter aucta seruantur Manuscripta. An typo vulgata Patris quædam habeantur nondum nouimus.

Florebat Religiosus, & studiosus iste Carmeli professor, annis à Redemptore Iesu 1567. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore

Anno Christi 1568.

DE V. ANTONIO AB HEREDIA.

CAP. CCCCLXXXVI.

Anno Christi 1568.

V. ANTONIVS AB HEREDIA, ad Discalceatos nostros translatus, vocatus est Antonius à Iesu, natione Hispanus, ex Regno Castellæ, patriâ Requenensis, & eiusdem Cœnobij de Obseruantia nostra primùm filius, Vir singulari virtute, & augendæ perfectionis zelo ingenuus omnino: Cùm Prior esset in Cœnobio Metimnensi Prouinciæ Castellæ, primus Pater ex Obseruantia nostra assumptus est, à Sacra Teresia Virgine, date initia Sanctissimæ Discalceatorum Carmelitarum familiæ: vnà cum B. Ioanne à Cruce egregio illo viro, de quo suo loco disseremus: Eius præconia laudum, quæ satis hac generosâ electione commendantur, aliis illico prosequenda relinquimus: sat nunc sit memoriam eius ab iniuria temporum vindicasse, assignantes illum tanquam primarium cum sacra Virgine Teresia celsissimi ædificij Carmeli renouati lapidem.

Ex relatis à Prou. vet. Castellæ. Episc. Tur. in vita S. Teresiæ lib. 2. cap. 16. & indidem alibi sæpe de eo sed: inigmis memoria.

Si quæ scripsisset vulgata prælis adhuc nulla vidimus. Floruisse tamen constat annis 1568. Sub eodem Pontifice & Imperatore.

Expecta gratè visurus P. Franciscum à S. Maria Carmelitam Discalceatum, super hoc viro differentem multa ea grandia certè: nos pro more nostro Anacephalaosin sequentes has breuia tibi dantes serenissime legeris.

Tomo 3. hist. Propheticæ.

DE PAVLO DONATO.

CAP. CCCCLXXXVII.

Anno Christi 1569.

PAVLVS DONATVS, alij Ioannem Paulum vocant, natione Italus, Theologus insignis, & Philosophus profundus, admirandam acquisiuit eruditionem varia sæpe lectione delectatus.

Nonnulla Patris opera vulgata Florentiæ prælo in Officina Torrentini Belgæ Lucius noster fuisse affirmat, inter quæ signatum opus titulo dat: Solutionum ad contradictiones in dictis Aristotelis, & Angelici Doctoris D. Thomæ de Aquino lib. II. Pio V. Pontifici O. M. dicatis & prælo missis salutis orbis anno 1569. ætatis auctoris, vt librorum habetur in calce, ann. 18. Cætera non vidimus sed floruisse habemus insignem sapientiâ, & religione (vtpote qui à fonte grandi Theodoro Masio Carmelita limpidissimas plenissimis labiis imbibit sapientiæ omnigenæ lymphas, annis præfatis sub eodem Pontifice, & Imperatore

Lucius in BB. Carm.

DE

Anno Christi 1570.

DE GINESIO ROSANO ET ROSANA.

CAP. CCCCLXXXVIII.

Anno Christi 1570.

Ex Relatis Lombardicis.

GINESIVS ROSANVS natione Lombardus, Mediolanẽsis patriâ, & Cœnobij eiusdem clarissimus filius: vir probitate selectus, litterariæ incremento facundiæ nobilissimus, & omni sapientiâ clarus, Diuini præco verbi cælestis ingenuus, Orator Rhetorque insignis, cuius celebris eloquentiæ nomen totas peruasit Italiæ oras.

Scripsisse multa non dubitamus; at cum nulla titulis notata, nec signata prælis ex relationibus habeamus, damus quæ vidimus prælo: Encomiasticæ declamationis Ordinis Heliadum lib I. habitæ in Comitiis Generalibus Romæ habitis, salutis anno 1564. Sanctissimo Cardinali Borromæo Generali Ordinis nostri Protectori dicatæ. Si quæ alia posteritati reliquerit, auolat à nobis.

Florebat annis 1570. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Posseu. to. 1. App. S.

Fuit & alter GINESIVS ROSANA qui Posseuino teste scripsit de catenis mundi opusculum elegans. Ticini Italicè impressum 1587. Etiam Carmelita de quo hæc solùm quæ exhiberemus, accepimus scripto.

DE OSSINO EX ALBA RVPE.

CAP. CCCCLXXXIX.

Anno Christi 1570.

Posseu. to. 2. App. S.

OSSINVS EX ALBA RVPE, natione Gallus, vir pius, & moribus ornatus, cum pari sapientiæ luce. Posseuino teste, scripsit Sermonum lib. I. Cætera in Tolosana Bib. Carmelitarum pretio habita seruantur ingenti.

Floruerat annis secundi hominis de cælo cælestis Christi, 1570. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALPHONSO A VILLALOBOS.

CAP. CCCCXC.

Anno Christi 1570.

ALPHONSVS à VILLALOBOS natione Hispanus, Carpentanus, ex oppido de Mançanilla, alij Vandalum credunt; quidquid sit, Religiosus fuit typus, sapientiæ iubar, & virtutis Coryphæus. Vir acutissimo ditatus ingenio. Apud Salmantinos publicus Theologiæ S. Professor, Toletanus Prior.

Coria de luc. Carm. lib. 1. c. 10.

Subtili multa Mineruâ confecit, quæ totidem viro posthumæ gloriæ Mausolea fuere: nam, Coriâ teste, à morte Patris prælo vulgata posteritatem ditant: horum nomina & titulos ingenuè fatemur nondum accepisse, multas etiam Patris lucubrationes inuidus perennitatis gloriæ temporis celauit elapsus.

Io. Mald. de viris Hispa.

Florebat iuxta S. Tiagum, & Maldonatum Saluatoris accepti anno 1570. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. IO. STEPHANO FACCINNO.

CAP. CCCCXCI.

Anno Christi 1570.

V. IOAN. STEPHANVS FACCINNVS natione Italus, Cremonensis patria, vario vir scientiarum genere vsque ad miraculum excultus, illustrissimus S. Theologiæ Doctor, virtutum lucidus splendor, adeò vt non solùm sanctitatis generosâ voce per Lombardicas Prouinciæ oras (cuius Prouincialatus habenas direxit ad annos plures sanctissimâ dexteritate) notus fuerit, vel per omnem Carmelæam ditionem vt sanctus, & vt sapiens veneratus: in eo enim velut in limpidissimo virtutum speculo prisca Monasticæ vitæ semper obseruantia luxit, morum integritas, & clarum perfectionis omnimodæ archetypon. Ad Concilium Tridentinum sub Pio IV. vocatus, Reuerendissimi Ordinis Generalis vices gessit, & locum obtinuit. Post hæc, quàm fuerit in studiis, & libris sanctis euoluendis assiduus, quámque virtutum, & sapientiæ amatorum Patronus, & fautor extiterit, luce lucet clariùs omni.

Posseu to. 3. App. S.

An typis aliqua dedisset, siluit Lucius, sed quis dubitet multa scripsisse dignissima prælis? A Pio V. Pontifice O. M. cui fuit notissimus, & summè dilectus, Inquisitor Generalis Apostolicus, pro vniuersis Ecclesiæ Religionibus in ditione Lombardica factus est.

Lucius in lib. Carm.

Dierum plenus, plurimis pressus solo sanctóque laboribus, hisque deuictis, summâque sufferentiâ sublatis pro Christo, Christo felicissimum spiritum dedit, salutis anno iuxta Lucium 1570. vel 1571. Cremonæque sepultus à Lucio eodem gratitudinis ergò sic parentatus est.

***

ANNO CHRISTI 1571.

ANNO CHRISTI 1572.

Clara viri clari tenet ossa hæc urna, cinisque
Hic recubat. Potuit virtus à morte tueri
Nomen, & eximiam mentem: mortalia membra
Non potuit: totum laus est diffusa per orbem,
Relligio & pietas, probitas vitæ, inclyta morum
Integritas, animam nitidis comitantur in astris.

DE PAVLO PACIFICO A PARMA.

CAP. CCCCXCII.

Anno Christi 1571.

PAVLVS PACIFICVS à PARMA, vir sacrâ morum honestate laudandus, sapientiæ lumen illustre,& omnis prudentiæ firmamentum: Congregationis Mantuanæ bis Vicarius Generalis dignissimè electus, anno 1565. & anno 1571.

An typis aliqua dederit docemur à nullo.

Floruisse tamen sacro illustris nomine viri, præfatis annis ex Lucio constat, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Catal. V. G. Congreg. Mantuan.

DE TEVTONICO LVSITANO.

CAP. CCCCXCIII.

Anno Christi 1572.

TEVTONICVS LVSITANVS Vlysipponensis patria, vir religiosus,& Cœnobij illius professus,& Professor virtutis egregius: in humanis, & diuinis litteris eruditissimus, in Poëticis alter Homerus, in Theologicis absolutissimus S. Thomas Angelicus Doctor.

Ex Relatis ab Vlyssipp. ab Cœnob. remissis.

Multa scripsit: Vidimus tantum prælo, Epigrammata de Laudibus Ordinis Carmeli, & scriptorum illustriũ eius lib. I. Cætera nos latent.

Florebat annis 1572. à reparata in Orbe communi salute, sub summo Principe Patrum Gregorio XIII. & Imperio Maximiliani Cæsaris.

DE ZACHARIA MARINO A BRESCIA.

CAP. CCCCXCIV.

Anno Christi 1572.

ZACHARIAS MARINVS à BRESCIA Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, pro Paulo Pacifico præfato suffectus & postea anno Christi Iesu 1579. reelectus, morte præpeditus non est iterum, iterúmque ad ista Generalem præfecturam vocatus, erat enim omni vir pietate, sapiẽtiã, & regiminis dexteritate donatus.

Si quæ scripsisset vulganda prælis conticuêre omnes cum Lucio, qui suffectionem muneris & viri virtutes assignat, anno 1572. quo florebat felicissimus iste Carmelita. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Catalog. cit.

DE MARTINO CVPERO EPISCOPO.

CAP. CCCCXCV.

Anno Christi 1572.

MARTINVS CVPERVS natione Brabantinus, vir doctus, & eloquens, sermonum declamator vnicus. Ex Prouinciali inferioris Alemanniæ, Lucio teste, Abbas Benedictinus effectus à Pio IV. Pontifice O. M pro Monasterio S. Crispini in Hannonia, posthæc creatus est etiam Episcopus Chalcedonensis. Vir fuit litteratissimus & sanè moribus ornatus melioribus.

Lucius in Compend. hist. Car. in Catalog. G. Ordinis in Io. Bapt. Rosso.

Scripsit Collationum moralium lib. II. In Machabæos Commentaria nobilissima lib. III. Si quæ alia vulgauit omnino nos latent.

Florebat annis 1572. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE FRANCISCO TRIBIGGIO.

CAP. CCCCXCVI.

Anno Christi 1572.

FRANCISCVS TRIBIGGIVS nationem cuius,& patriam nondum inuenimus, at Carmelitam fuisse ex nostra Prouincia certissimè asseueramus. Vir fuit pius, & eruditione signatus grandi.

Scripsisse inuenimus argumenta, Adnotationes, & Correctiones eruditas in elegantissimum tractatum *de Tribulatione* confectum, à RR. D. Episcopo Cachiaguerra Tusco.

Florebat felicissimè, annis Iesu 1572. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1572.

Ep. Alguer.

Damus Carmelitam ex Catalogo Episcopi Alguerensis, nostrę prouinciæ filium ex Archæo Bilbilitano; imò clariùs ex Manuscripto viri in Bibliotheca illius Cœnobij quod vidimus seruato quondam: quanquam eum alij Tuscum natione credant fuisse.

DE LVCRETIO TYRABOSCO.

CAP. CCCCXCVII.

Anno Christi 1572.

Lvcretivs Tyraboscvs Assulanus siue Asilianus. Vir albo sanè lapillo inter venustissimos sui temporis Theologiæ Professores adnumerandus, Græcâ, Hebræa, Syráque linguâ mirificè versatus. Adfuit sacro OEcumenico Concilio Theologus pro RR. Venetorum Patriarcha D.D Ioanne Treuesiano, felici assignatus omine Ecclesiæ: illi dedicat, dicat: illi dedicat, dat præclaros illos in omnes Dauidicos Psalmos Commétarios admirandâ eruditione repletos, miram Hebraicæ linguæ proprietatem halantes, quibus, vt ipse testatur, in sacro Concilio primam manum adiecit: scripsit etiam super Apocalypsim, Lucio teste, eruditissima Commétaria, quæ Posseuinus (qui virum vocat exímiæ integritatis eiú) se Manuscripta vidisse in Conuentu Mantuæ testatur, & mirum habemus, quod eundem Ordinis Generalem fuisse affirmet, cùm nec Prior Generalis neque Vicarius Generalis fuerit Congregationis Mantuanæ sed ex Obseruantia nostra Carmelita præclarus: alter enim sine dubio est ab eo, de quo statim agendum, qui Vicarius fuit Congregationis Mantuanæ & Mantuanus professione Carmelita. Scripsit item Hebræi textus, & vulgatæ Editionis rationes, sex millium verborum extantium in Psalmis differentias, quas Venetiis in lucem dedit Christophorus Zanetus. Florebat inter Assulanos suos Venetæ Prouinciæ clarissimus, annis Mundi Redemptoris 1572. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Posseu. cit.

Initio libri. Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 2. App. S.

DE V. HIERONYMO LAVRENTIO CASSETO.

CAP. CCCCXCVIII.

Anno Christi 1572.

V. Hieronymvs Lavrentivs Cassetvs natione Valentinus, patriâ Ondensis, eiusdémque Cœnobij S. Mariæ Spei, cognomento filius, & postea Prior, nostræ Prouinciæ Aragoniæ virtutis excelsum iubar, Prophetico vir spiritu clarus: vtpote qui inter alia (velut alter Baptista ad Iordanis ripas) digito veluti monstrare potuit, virtute supremi spiritus sui, Christum Saluatorem sub speciebus Sacramentalibus latentem, & è Sacrario (consultò) vt periculum facerent Franciscani quidam Patres de spiritu tanti Patris, eductum.

Anno Christi 1573.

Contigit enim aliquando res sanè multis memoranda diebus, quam frequens habet Religiosissimi Cœnobij Seraphici S. Catharinæ, & Carmelitici Ondensis traditio Patrum, à quibus nos ipsi audiuimus, & refert eandem Pintus noster. Cum enim aliquando Conuentum S. Catharinæ Virginis ex Seraphica Franciscanorum familia eiusdem Villæ Ondensis, ad epulas inuitatus (pro eo quo ab omnibus ob eximiam Patris virtutem & gratissimam affabilitatem amore prosequebatur) ingrederetur, Franciscani Religiosissimi aliquot Patres è Senioribus Cœnobij, periculum vltronei facturi de spiritu Prophetico viri, venerabile Sacramentum corporis Domini Iesv è Sacrario educentes communi, alibi occultè, extinctâ lampade ante illud, accensâ tamen ante altare maius, quo aderat antea, celatum apposuère: cúmque Cassetus noster (de more id quod habebat, Ecclesiam priùs ingrederetur, & in spiritus sui virtute nouisset, Dominum Iesvm sub Sacramentalibus illis speciebus celatum, à loco abesse solito, socium admonuit, ne flecteret ad maius altare, vbi adesse solebat sacramentum Venerabile Christi, sed ante aliud, vbi simulatè, extinctâ lampade, reposuerant Patres, Dominum precaretur: hic aiens, hîc adest socij sacramentũ Venerabile Dominici corporis, non ibi vbi solebat adesse, nam Patres illi, qui ex aduerso altaris maioris stant clam per cancellos aspicientes nos, vt tentent nos, mutauère corpus Domini sacrũ extinctâ lampade, ardere solitâ ante altare, vbi, iuxta diuinum præceptum, *Ignis autem in altari meo semper ardebit* iugiter ardet; & accensa nunc, vbi non adest.

Pintus in vita B. P Io. Sanct; cap. 5. f. 26.

Leuitic. c. 6. n. 12.

Porrò omnigena fulgidus Religiosâ pietate, clarus miraculis in morte, & erga Virginẽ Mariam à qua singularibus est fauoribus auctus, ad mirandâ deuotione insignis, maximâ in vita habitus sanctitatis veneratione, Ondæ in suo Cœnobio ad astra volauit, ibidémq; sepultus: qui cũ à morte clareret mirandis item, è cõmuni fratrũ eductus sepulchro præcipua veneratus sepultura, clauibus reseratâ duabus, honorificus habetur.

Floruerat annis orbis iacentis erecti à Iesv 1572. Sub eisdem Pontifice & Imperatore. Eius celebrem memoriam agunt Petrus Caluus Dominicanus, Pintus, à Victoria, & alij.

Petr. Caluus lib. 2. c 13. Defensorij sacrarum Religionũ. Pintus in vita B. Io. Sancti cit. & in Monarchia Carm. tractatu 5. c. 7.

DE MARTINO DE ACVNA EPISCOPO.

CAP. CCCCXCIX.

Anno Christi 1573.

Martinvs de Acvna natione Bethicus, Hispanus Conuentus S. Mariæ de Luna, eiusdem Prouinciæ Bethicæ filius. Ob insignem sapientiam, & morum compositam aciem Lipparensis in Italia Episcopus à Gregorio XIII. factus, solertissimi, & oculatissimi Pastoris clara semper semina dedit.

Ex Relatis à Bethica Prou.

Si quæ specialiter scripsisset, Cotia reticuit: nos tamen accepimus Manuscripta reliquisse opuscula varia Theologica & inter ea egregium de arte diuini amoris opus, satis volumine grandi confectum. Floruisse tamen scimus

Coria in Dilucid. lib. 1. cap. 10.

Anno Christi 1573.

antiis Redemptoris Iesu 1573. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE GIOVITA GORZONIO.

Cap. D.

Anno Christi 1573.

Giovita Gorzonivs de Brescia vir doctus, S. Theologiæ Doctor ingenuus, venustè facundiâ sublimis, prosâ elegans, & metro candidatus, præter hæc in viro, affulsêre clarissima morum compositio cum miranda prudentia composita. Mantuanæ Congregationis bis fuit Vicarius Generalis electus anno scilicet 1567 & 1573. Lucio teste.

Multa scripsit, sed tituli latent cum obitus die, floruisse tamen constat annis 1573. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius Catalogo cit. V. G. M. Congreg.

DE V. ELEONORA A CEPEDA.

CAP. DI.

Anno Christi 1573.

V. Eleonora à Cepeda natione Hispana, patria Abulensis, & Religiosissimi Cœnobij Ciuitatis eiusdem de Incarnatione decus: assiduâ Virgo contemplatione clarissima, Christi fidelissima Amasia, virtute pœnitentiæ decora, & Virginitatis candore sublimis, multis à Christo, & Virgine sacra meruit fauoribus honorari.

Tandem gratissima Deo virtutum phalange pulcherrimè vallata, ingenua sanctitatis voce acclamata, ibidem felicissima quieuit dulcissimo in Sponsi sinu, salutis anno 1573. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. De ea celebrem inter alios memoriam agunt Episcopus Turiasonensis, S. Angelus, & Caluus.

Ex Catal. S. Ang. Caluo in defens. Relig. c. 13. & alius.

DE V. IOANNE STEPHANO.

CAP. DII.

Anno Christi 1573.

V. Ioannes Stephanvs natione Lusitanus, Vlyssipponensis Cœnobij filius, alter ab Stephano à Purificatione, de quo sequenti agendum ætate. Clarus miraculis, vt virtutibus plenus, cælestique sapientiâ, & spiritu admiratione digno irroratus.

Florebat vt habuimus ex relatu Prouinciæ illius, nobilissimæ virtutis, & Obseruantiæ Carmelicæ firmamentum, annis orbati Tartari à Iesu 1573. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Sub anno 1617.

Relationes Lusitanæ.

DE FRANCISCO BVFFETO.

Cap. DIII.

Anno Christi 1573.

Franciscvs Bvffetvs natione Gallus, vir Religionis stemmate præstans. Metro excellentissimus, Græcis, Latinisque litteris disertissimus.

Multa scripsit, at vidisse tantummodo fatemur opusculum de Christi passione, lib. I.

Florverat Burdegali; Orbis in Christo muniti anno 1573. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Gallica Relata virum dant Carmeli decorem: & Catalogus item Guadalaxaræ.

Gallica Relata Burdegallia missa. Guadalaxara.

DE IOANNE MAIERIO.

Cap. DIV.

Anno Christi 1575.

Ioannes Maierivs natione Brabantius, Ghelensis patriâ, Cœnobij Theoensis, quod est Prouinciæ inferioris Alemanniæ quintum, Doctor, & filius, postea Bruxellensis Prior, & eiusdem Prouinciæ caput egregium. Græco vir, & Latino idiomate clarus, diuini verbi celeberrimus actor.

Multa Thenis se vidisse Pat[illegible] & eruditionem ingenij & [illegible] rificè, testatur Lucius post [illegible], & eloquens fuit vtraque linguâ, & litteraturâ, vt hominem non Thenis, sed A[illegible] tum censeat Bibliotheca Valerij. Mille fuit animi corporisque dotibus venusto stemmate clarus.

Hic ad Capitulum Generale Placentiæ, anno 1575 celebratum adscitus, omnium ad se reduxit ora, tanta illi inerat eloquentia, vt si Græcè fantem audires, Demosthenem crederes; si Latinè, Ciceronem spectares.

Quæ autem scripta, vel recusa Lucius vidisse testatur, sequentia sunt, quæ Posseuinus etiam adducit: Commentaria super multas D. Pauli Epistolas lib. II Sermones de Sanctis, & tempore, lib. II. Quadragesimale, lib. I. In decem Decalogi præcepta, lib. I. Orationes Græcè & Latinè conscriptæ, & ab eo in Louanij Academia habitæ: & alia, quorum nondum frontes accepimus.

Floruisse constat præfatis annis & obiisse paucis post Thenis, ibique sepultum, Lucio teste. Pontifice summo Gregorio XIII. & Imperatore Romanorum Maximiliano.

Lucius B. Carm.

Valer. BB. Hisp.

Posseu. to. 2. App. S.

Lucius cit.

ANNO CHRISTI 1575.

DE IOANNE DE CIMINETHO.

CAP. DV.

Anno Christi 1575.

Posseu. App. S. tom. 2.

IOANNES DE CIMINETHO, (Posseuinus *Chiniueto*,) natione Gallus, in diuinis vir scripturis studiosus, & altissimè eruditus, sermonum egregius Ecclesiastes. Metensis quondam Cœnobij, celebratissimus S. Theologiæ enucleator.

Lucius in BB. Carm.

Lucio, & Posseuino testibus, sequentia posteris egit: Speculum institutionis Ordinis sui, lib. I. Sermonum de tempore, Sanctis, & Quadragesima, lib. III. & alia, quorum nobis tituli latent.

Trithem. in Enco. Carm.

Posseuinus eum floruisse ponit annis Christianis 1140. Sed ex Chalcographi credimus errore: habémus enim è comperto floruisse 1575. quod nobis constat ex lib. Sermonum Quadragesimalium, & ex speculo suo, sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Eadem computa nobis firmauère Catalogi Episcopi Alguerensis & Guadalaxara noster & alij.

In Epistolis.

DE MICHAELE A BONONIA.

CAP. DVI.

Anno Christi 1575.

MICHAEL à BONONIA natione Italus, Bononiensis patriâ, alter omnino à Generali Angriano. Vir mirabilis facundiæ, & dexterrimæ in dicendo artis, & elegantiæ. In quibusdam Italiæ Lyceis frequentioribus, maximè Bononiæ, publicus fuit ad multa tempora interpres Theologiæ diuinæ. In diuino proclamando verbo sui temporis facilè Princeps.

S. Tiag. in Catalogo suo.

Scripsit iuxta S. Tiagum nostrum Paraphrastica in Sententias Commentaria, lib. IV. Cætera haud vidimus.

Tandem illustri vitæ honestate decorus, Bononiæ metum corporeæ depositurus fragilitatis, securus de præmio in astra regnate salutis annis 1575. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE LVCRETIO TIRABOSCO ALTERO.

CAP. DVII.

Anno Christi 1575.

Posseu. to. 2. App. S.

LVCRETIVS TIRABOSCVS, alter ab Assulano, Vrbinas enim iste fuit, de quo Posseuinus ait fuisse sui Ordinis Generalem dixisset meliùs Mantuanæ Congregationis Vicarium Generalem electum ann. 1575. fuisse, vt Lucius dat. Præclarâ fuit item iste litterarum lauro nobilitatus, & religiosæ pietatis stemmate insignis, affabilis multùm, & ideo Principibus orbis notus, & gratus, prudentia fulsit egregia: admirandam habuit elegantiam, & in concertationibus scholasticis efficaciam insignem. fuit enim diuini Verbi diuinus interpres.

ANNO CHRISTI 1577.

Lucius in C. Congreg. Mantuanæ.

Si quæ typo præbuerit subdubitamus, multa tamen scripsisse quis ambigat?

Claruit electionis suæ annis præfatis, sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Hæc nobis item Guadalaxara.*

DE V. CATHARINA CARDONA.

CAP. DVIII.

Anno Christi 1577.

V. CATHARINA à CARDONA Hispana, natione Cathalana, ex nobilissimo Ducum de Cardona sanguine creta: femina verè mirabilis, quæ sæculo, Aula Regia, deliciis, & Regum relictis honoribus, spiritu monita cælesti, in vastissimam, sibi ex Compiuto, pio Eremita quodam adscito, solitudinem secedens, horrida, strictâque selectâ ad habitandum specu, quæ corpus tantumdé caperet, vbi postea ex voto Carmeliticum Cœnobium suo Marte, sub nomine S. Mariæ Subsidij construxit, leucis distans tribus à Villanoua Xaræ, in ea ditionis parte quam vulgo Hispanè *la Mancha* vocans in regno Castellæ.) Ibi admirandis, & horridis per annos octo pœnitentiæ exercitamentis occupata, herbis tantummodo, & terræ contenta radicibus, & si quid aliud his addebat de tridie in tridiem placentulæ erant subcinericiæ, ex farina factæ à Pastore ministratæ, vino abstinens, ieiunio iugi vacauit. Ferreâ catenâ quotidie corpus attundens, asperrimis æneis amicta ciliciis carnem compressit assiduè. Nec defuère Virgini Dæmonum insultus horrendi, pressiones, & teterrimæ figuræ eorum, quibus noctu, diéque premeretur, at victrix semper euadens, se ipsa superiorem eis ostendit. Cúmque de erigendo in Eremitorio quodam, vbi specus erat posita, sub titulo S. Annæ Monasterio cogitarat, cælesti monita voto, dum ad Crucifixi imaginem oraret; erat enim assidua oratione, & cælestium contemplatione detenta quam semper in pectore gestabat, albentes vidit multorum, qui pro fide erant trucidandi vestes, ex Ordine eos intelligens Carmelæo & Carmelitani Discalceati Ordinis (qui tunc prodibat ad lucem orbis & Ecclesiæ decorem & paxillum vt dicemus in Nota pro V. Teresia S.) igitur Cœnobium ibi construxit. Post hæc, habitum Virginis Mariæ de Monte Carmelo Tertij Ordinis in Eccles. S. Petri Pastranæ induens, vt ad structionem Monasterij propositi se accingeret, solitudine relictâ, satis dolens remeauit ad Curiam Regis, vbi hinc multis agitata

Anno Christi 1577.

laboribus, illinc magno frequentis populi plausu venerata; bonis familiaribus, & ære necessario collectis, vsque ad maceriem vltimam propositum monasterium perfectè confecit, sub titulo *S. Mariæ Subsidij* erectum super strictissimam pœnitentiæ suæ speculam, in qua posthæc velut in sepulchro viua reclusa per annos quinque cum dimidio à sui Monasterij erectione, admiranda solitudine, & vitæ stylo seuerissimo delectata, præuenta ad mortem hac felicissima vita post stupéda singularium virtutum segmina data, post multos sanctorum operum suorum radiis illuminatos in Christo: post placidissimum à se & vel à vestibus suis in vita, & morte exhalatum odorem cum grandis sanctitatis voce, anno Saluatoris dati 1577. sub summo Ecclesiæ Clauigero Gregorio XIII. & Romano Cæsare Rodulpho II. exuuia pretiosæ deposuit carnis, vt spiritum gratissimum cælesti traderet Sponso, teste S. Teresia à Iesu. Ibidem honorificentissimis est exequiis prosequuta & in Capella Virginis Mariæ cuius clarissimo ardebat affectu sepulta. Hæc nobis omnia Sanctissima Virgo Teresia dedit cuius clarissima meruit Catharina Encomia, quæ ibidem B. V. Teresiæ apparens gloriosa corpore, & Angelis comitata, ad suæ nouæ Discalceatæ recollectionis, & suorum institutionis Cœnobiorum prosequutionem adhortata est. Eius vitam, virtutum facinora, pœnitentiæ formam, & assiduæ contemplationis gratiam, prosequuta est Sanctissima V. Teresia, Io. Perezius à Moya, Ribera, S. Angelus, qui fœminam insignem inter nostrates adscribendam ex Ordine Tertio meritò censuit, tum quia, etsi asperrimo habitu, & velut Theodora altera mentito, ita vt homo crederetur, induta; tamen sub nostri Ordinis obedientia suo modo subiecta, professionem enim solemnem nunquam emisit, felicissimam vitam hoc ipsa singulari modo peregit. Eius item gloriosè meminit Episcopus Turiasonensis. Et nos sanè iure Pizocoræ, non Monialis ex votis, nostris adscripsisse libuit, sua iura tueantur alij; nostra hæc esse credimus gratâ pace eorum qui partem gloriæ hanc sibi debitam contendant quo iure haud scimus.

S. Teresia à Iesu. Fundationum li. 5. c. 1.

S. Teresia cit. Moya lib. 1. Mulierum illustrium. Ribera in vita S. Teresiæ lib. 3. c. 9. & lib. 4. cap. 18. S. Angel. in Catal. Car. cap. 114. D. Dida. Yepes Episc. Turias. vita S. Teresiæ li. 2. c. 29.

DE PETRO RIBAS.

Cap. DIX.

Anno Christi 1577.

PETRVS RIBAS, Hispanus Celtiber natione, patriâ Cæsaraugustanus, eiusdémque Cœnobij religiosissimi filius. Excelsa vir morum honestate venerandus, sapientiæ Theologicæ lumen, præfulgidum, iis dotibus in Belgio meruit, Carolo V. inuicto Cæsare Romano à secretis sibi Confessionum esse, & ad magna regiminis Cæsarei ab eodem adscisci negotia; prudentiâ enim & facillimâ in agendis dexteritate, quâ nituit, felicissimè absoluit omnia. Huius ope, Cæsareis sumptibus egregia Altaris maioris confecta maceries extat: & multò maiora Cœnobium accepisset, ab Imperatore, pro eo quo gratissimo virum prosequebatur affectu, nisi præpediente morte, è manibus arreptus Imperatoris, venerando senio Petrus in Belgio ad astra volasset, salutis anno 1577. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore prædictis.

Nulla prælo tradita à viro suscepit posteritas, quæ viderimus, at scripsisse multa, & celebrem egisse diuini Verbi Præconem, ex Archæi Cæsaraugustani memoria celebri de viro deduximus. Meminit item illustrè de eo inter egregios viros Cæsaraugustani Cœnobij Murilius.

Anno Christi 1578.

Archæum Cæsaraugustanum. Didac. Murilius lib. de fund. S. M. de Columna. Vbi de Cœnobiis Cæsaraug. in Cœnobio Carmelitano.

DE GASPARE VERO.

Cap. DX.

Anno Christi 1578.

GASPAR VERVS natione Alemannus, patriâ Louaniensis, Conuentus Bruxellensis filius, vir doctus & pius.

Lucio & Posseuino testibus, multa scripsit quæ hæreticorum operâ, quibus spicula dira fuerant, interière: at Lucius in Bruxellensi Cœnobio, opus egregium se vidisse testatur, quod habebat in Epistolam ad Romanos, ac in decem Præcepta Decalogi eruditas Expositiones. Scripsit item Concionum de tempore & Sanctis lib. II.

Florebat annis 1578. Sub eisdem Pontifice & Imperatore.

Lucius in sua BB. Car. Posseuinus Appar. Sacri tom. 1.

DE PETRO VMBECANO.

Cap. DXI.

Anno Christi 1578.

PETRVS VMBECANVS natione Belgicus, è Bruxellensi pagulo oriundus, vir eruditione, spiritu, & clarâ pietate præcelsus.

Extra omnem inuidiæ aleam sapientissimas in Euangelia Dominicalia, & quæ in Sanctorum festis cantantur lucubrationes posteritati remisit lib. II. Lucio teste.

Floruit annis IESV Saluantis 1578. Sub eisdem Pontifice & Imperatore Bruxellis. *Guadalaxara.*

Lucius in Com Carm.

DE V. MARIA BAGVESI.

Cap. DXII.

Anno Christi 1578.

V. VIRGO & Christi dilectissima Spôsa MARIA BAGVESI, natione Itala, Florentina patriâ, Cœnobij illustrissimi, & religiosissimi Ciuitatis eiusdem vulgò *S. Maria Angelorum* in vico S. Fridiani filia, decus, & lumen sanctitatis

floridissimæ,

Anno Christi 1578.

Vincentius Puzzinus in vita S. Mariæ Magd. 1. part. c. 4.

floridissimæ, Insignis sanctimoniæ Virgo, Christo Iesu gratissima amasia, quam summus Deus, & eius serenissima Mater grandibus sunt prosequuti fauoribus. Ad eius sedulò tumulum sæpè sanctissima V. Maria Magdalena de Pazzis erat orare solita. Eamque, captam & ecstasim patientem contigit aliquando vidisse sub die 15. Iulij anni 1584. vt ipsa testata est, super excelsum thronum gloriæ luce incomparabili circumfusam in signum Angelicæ Virginis puritatis: thronóque pretiosis margaritis ornato, præ se ferentibus, totidem spiritibus, eorum quos ad viam Virgo salutis adduxerat, quibus coronata Baguessi anima cœlestem pulchritudinem à se emissam ostentabat.

Demum maximis ornata virtutum monilibus migrauit ad astra, ingenua sanctimoniæ voce salutis anno 1578. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Meminère eius omnes, & quotquot vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis scripserunt: Et præter hos eius vitam, & acta sunt fusè prosequuti Alexander Capochi Dominicanus, Syluanus Razzi Abbas Camaldulensis, & Seraphinus Razzi eius frater.

Capochi, Alexander Razzi, Seraphin. Razzi.

Iacet eius venerabile Virginis corpus in eodem Monasterio, in Capitulo, excelso marmoreo conditum busto.

DE PETRO COVRLINO.

Cap. DXIII.

Anno Christi 1578.

PETRVS COVRLINVS, cuius nationem, & patriam nondum accepimus, Gallum tamen suspicamur: at virum fuisse Clesip, & Posseuino testibus, inter Carmelitas insigni sapientiâ notum: Scripsisséque Collationem saporum sacrosancti corporis, & sanguinis Domini Iesu, cum octo beatitudinibus ab auctore declamatis per Octauam diuinissimi Sacramenti: Extat typis Parisianis, anno 1585.

Clesius in Indice suo. Possen. to. 3. App. S.

Porrò virum floruisse à Iesu nato annis 1578. constat nobis apertè, sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Nil aliud de viro recepimus. *Ex Catalogo Guadalaxara.*

DE IOANNE DE SALAZAR.

Cap. DXIV.

Anno Christi 1579.

IOANNES DE SALAZAR Hispanus natione, patriâ credimus Pintianum. Omni sanè vir litterarum, & religionis insigni incremento decorus, prudens, pius, omnísque virtutis, & sapientiæ dilector. Publicus fuit sacræ Philosophiæ interpres, in Complutensi primùm, deinde in Salmantino frequenti Lyceo. Post hæc Religionis augendæ feruidus zelo, primus factus est Mantuæ Carpentanæ Cœnobij nostri fundator, erector, & Prior: cuius prima limina, teste Ægidio Gundisaluo Dauila, salutis anno 1573. felicissime iecit.

Anno Christi 1580.

Mantuensis erectio Cœnobij prima. Ægidius in Chronico Mantuensi ubi de Cœnobijs.

Si quid posteris vulgata typo, sapientissimus dederit iste Carmelita, nondum accepimus, at scripsisse notabiles lecturas de sacra Philosophia plures, duobus illis Lyceis insignibus habitas, quis dubitat?

Florebat venerandus senio, & morum grauissimâ attexturâ adhuc anno 1579. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Episcopus Alguerensis in suo virum Catalogo tradit.

DE IOANNE BAPTISTA Caffardo Priore Generali Latinorum trigesimotertio.

Cap. DXV.

Anno Christi 1580.

IOANNES BAPTISTA GAFFARDVS natione Iustus, patria Senensis, totius Carmelitani Ordinis Generalis Prior trigesimus tertius, in Capitulo Generali Romæ habito anno 1580. selectus, insigni vir verè sapientiâ, benignitate, & prudentiâ præsignatus, moribus omnibus probatissimus, lenis humilibus, rigidusque tumidis acri ingenio, composito sermone: Antequam ad supremam Carmeli eueheretur arcem eruditionis vniuersæ genus felicissimè excoluit: Theologiæ S. signatissimâ Lauro decorus.

Multa in Philosophicis, & Theologicis disciplinis, quæ in diuersis Italiæ Collegiis edocuerat lucubrauit, inter quæ Lucius, & Posseuinus sequentia titulis dant: super Sententias, lib. IV. Commendatissimû Quadragesimale, lib. I. fuit enim diuini illustris Euangelij Tuba: Ordinis Breuiarium, & Missale elimauit: Constitutiones Ordinis sui ad elegantiorem methodum formámque Apostolicâ redegit auctoritate.

Lucius in BB. Carm.

Tandem regiminis sui felicissimi anno duodecimo, & ætatis sexagesimo penè, post multos solo, salóque labores exantlatos, cælestia cacumina ascendit, salutis anno iuxta Lucium 1592. Sub summo Clauium dispensatore Gregorio XIV. Sfondrato, Pontifice O.M. & Imperio Rodulphi II. Tanta fuit huius celeberrimi Patris Generalis pietas, probitas, & eruditio, tantis animi, corporísque dotibus est decoratus, adeóque gratissimus omnibus insuit, vt vniuersum Ordinem, & penè orbem discessus eius ad luctus compulerit: eius scitâ morte magnâ vbique terrarum funeris pompâ iure optimo parentatus est: multæ viri tumulo Næniæ, & Epitaphia sunt affixa: solénitate mirabili animæ illius cum vniuerso Theologorum collegio inferiæ à Carmelitis Florentiæ sunt persolutæ: ab exteris etiã certatim orationes funebres factæ, inter quos celsiorem sibi laudis pal

Lucius in Comp. Inst. f. 141. in G. Caffardo.

Io Bapt. Irriguus.

mam arripuit R.P.M. Ioan. Baptiſta Irriguus Auguſtinianus Florentini ſui Cœnobij Prior, ſtudiorum Profeſſor, & Regens; & inter alios Carmen item elegans adiecit, Laurentius Bartholoccius à Sighino vir probus & eruditus.

CAFFARDO CARMEN.

Bratholoc.

Caffardo lachrymas Carmeli verticis omnis
Incola nunc ſpargat, ſpargat & inde Roſas.
Necnon ad tumulum pia verba ac thurea grana
Afferat, & Myrrhis mortua membra riget.
Quod cineri præſtet melius, quod gratius optet
Eſt nihil; hic tali dignus honore rogus.
Huius flent obitum Graiæ, Latiæque Camœnæ.
Ingenio clarus, clarus & eloquio.
Huius ſi numeres heroïca facta, vel amplas
Virtutes: omnes hunc ſuperaſſe feres.
Mors ſuperat, felix anima, aſt ſuper æthera fertur
Altius, at tumulo Carmina bina damus:
Hic Baptiſta iacet CAFFARDVS, *clara propago,*
Cui pietas, probitas, Relligióque fuit.

Sepultus eſt Senis vbi obiit Aprilis 3. cuius item Sepulchro Lucius affixit:

Petrus Lucius.

Quid premit iſte lapis? Caffardi membra: Sepulchro
Conditur & virtus? Non: nitida aſtra tenet.

Extat Bulla extinctionis à Gregorio XIII. Dat. 1. Maij anno 1580. Lucius, eiuſque traductor Minucius à Rada in Comp. hiſt. Carm. c. 14. f. 14c in G. Caffardo.

Huius tempore miſſus eſt in Gallias anno 1584. R. P. M. Ioannes Stephanus Chizzola (qui poſtea fuit Generalis Prior, tum Romaniæ Prouincialis) Commiſſarius Apoſtolicus Gregorij XIII. Congregationem Albienſium Carmelitarum extinguere delegatus, quæ maioris obſeruantiæ prætextu, ab obedientia ſe Prioris Ordinis Generalis abdicarat: quâ benè maturéque re perſpectâ, infructuoſam, inanem, abortiuam, & inutilem illam diiudicauit: & factum eſt quod qui ſimul exorti ſunt, interiere ſimul vt teſtantur Lucius, & Minutius à Rada Carmelitæ.

DE IOANNE CARTHENIO.

CAP. DXVI.

Anno Chriſti 1580.

Lucius in B3. Carm. Poſſeu. to. 2. App. S.

IOANNES CARTHENIVS natione Belga Comitatus Hannoniæ oriundus S. Theologiæ Doctor eximius, Valencenenſis Cœnobij filius. Trium linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ profeſſor elegans Plurima Lucio teſte, & Poſſeuino, eruditionis plena, & pietatis pollens opuſcula dedit, quorum magnam typis partem vidiſſe Lucius affirmat: præſertim ſermones de tempore lib. I. De Sanctis lib. I. De quatuor nouiſſimis lib. I. In Apocalypſim Ioannis lib. I. In plures Apoſtoli Pauli Epiſtolas lib. I. In Decalogum lib. I. Et alia multa, quæ vel iniuriâ temporum vel hominum incuria labens temporum obtenebrauit inuidia. Scientiſſimus iſte Pater apud Valencenas vel in circa agens, cùm Verbi diuini eſſet egregius declamator, ecce alieniſſimo ſanè tempore magno ſine dubio multorum incommodo à nonnullis zelo partim præpoſtero, partim nó ſecundum ſcientiam, at ſecundùm inuidam forſan aliquorum maleuolentiam hæreſis eſt acceſſitus: res vtrinque agitur, carceri innocuus vir truditur, Cœnobio ad id Bruxellenſi ſignato ad vitæ omne tempus; ſed diuino Numine dante, & miram operarij ſui ſufferentiam coronante Deo, famæ, nominiſque omnis labes, quà aſpergebatur iniuſtè, ſubtollitur & illuſtri lauro donatus aſſeritur in libertatem veritate detectâ: poſt quæ confeſtim Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Cameracenſiſque Ducis Theologus, intimus conſiliarius, & à ſecretis Confeſſionum eligitur.

Poſſeu. to. 2. App. S.

Enimuerò quàm egregiæ famæ & vitæ honeſtiſſimæ, quámque in docendo ſcribendoque aſſiduus extiterit, & domeſtici, & exteri teſtari ſunt multi, inter quos vir pietate clarus Dominus Martinus Vande Zande Vilvordienſis, &

ANNO CHRISTI 1580.

Cameraci Canonicus, (qui pietatis ergò sanctam Hierosolymorum terram inuiserat) Atrebati & Romæ clarissima de Ioanne nostra laudum Encomia dixit Lucio teste.

Lucius in Bib. cit.

Floruit apud Belgas, & Cameraci non sine multorum luctu decessit è viuis, saluati hominis ann. 1580. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE DIDACO VELAZQVEZ.

CAP. DXVII.

Anno Christi 1580.

DIDACVS VELAZQVEZ natione Hispanus, Metimnensis patria, ex Prouincia Castellæ veteris, Clarus sacræ Theologiæ Doctor, clariore signatus nitore pietatis.

Scripsit quæ vidimus sequentia. De vita, & excellentiis Seruatoris IESV, lib. I. Vitam, & encomia immaculatæ Mariæ V. lib. I. auctoris sacræ eruditionem redolentia omnia.

Florebat annis à nato IESV 1580. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE AMATORE ARRAIZIO.

CAP. DXVIII.

Anno Christi 1580.

AMATOR ARRAIZIVS natione Lusitanus, Conimbricensem credimus patriâ, & primum sacri illius Lycei Doctorem lauro donatum Regi Sebastiano à sacris Diuini declamationibus Verbi Cardinalis Infantis Henrici Regis Ioann. II. Lusitaniæ filij postmodum Lusitaniæ Regis Iurati ann. 1578 die 28 Augusti Coadiutor Episcopus, & maior Eleemosynarius, supremus eius Capellæ Capellanus, quæ munia apud Philippum etiam II. obtinuit; à quo Episcopus factus est Portalegre. si & postea vnicus Conimbricensis Collegij restaurator; Coriâ teste qui & nihil scripsisse putat at nos vidimus Dialogorum X. lib. I. De diuina doctrina Conimbricæ recusum opus anno 1604. Si quæ typis alia dederit nondum scimus.

Vide Ludouicum Babia 3. p. Pontificali in vita Greg. XIII. c. 42. & 49. Coria in Chronic. Ord. lib. 1. c. 10.

Florebat annis 1580. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. MARIA A IESV.

CAP. DXIX.

Anno Christi 1580.

V. MARIA à IESV natione Bethica, Cœnobij Carmelitici de Obseruantia Granatensis Vulgò *de la Encarnacion* clarissima filia: vel Ordinis tertij, vel professione votorum integra: Signaculum sanè clarissimæ pietatis, & pœnitentię eam Sanctissima V. Teresia vocat, & contemplationis diuinæ iugem operatricem, cui Deus summus eandem anno, & mense eodem, mentem quam S. V. Teresiæ inieceraт de erigendo Cœnobio Ordinis Carmeli in quo sine vlla prorsus Regulæ Alberti mitigatione summa obseruantia custodiretur priscorum Carmelitarum prisca illa norma viuendi. Venditis bonis omnibus familiaribus diuino spiritu sine dubio ducta, nudis pedibus in simplici baculo, & penula Romam adiit: in qua peregrinatione multis laboribus & ærumnis à Lutheranis afflictata, agêtibus superis almam tandem Vrbem ingressa est, & post sacra pedum oscula, Benedictionem voti sui à summo Pontifice obtinuit. Cæterùm Complutum redux Cœnobium discalceatarum Virginum erexit, summa paupertate fundatum Virgine Maria Dei Genitrice iubente, vt testis est Beatissima eadem Teresia Virgo, & Episcopus Turiasonensis. Ibi vitæ mira austeritate, assiduâ contemplatione & oratione tota imbibitæ Christo post multa clarissima virtutum quæ sanctimonia dici potest, opera ... tota, omnia ... vtrutum candidiori manipulo, ... migrauit ad astra, salutis anno 1580. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

S. Teresia à Iesu vitæ suę c. 35.

S. Teresia cit. Episc. Turiasonen. in vita S. Teresiæ lib. 2. c. 16. & lib. 1.

DE ANASTASIO COKELETO.

CAP. DXX.

Anno Christi 1580.

ANASTASIVS COKELETVS natione Gallus, clarissimus Parisiensis Doctor, cuius celebrem memoriam reddunt Iacobus Gualterus, & Clesius.

Gualt. in Chronol. hac ætate. Clesius cit. ab eo. Vide Possevinum to. 1. App. S. & Gualterum citatum.

Multa perhibent scripsisse contra hæreticos, quorum tituli latent, præter librum illum cui titulus *Palæstrita honoris Diuæ Hallensis pro Iusto Lipsio* lib. I. Antuerpiæ typis datum, in quo agit eleganter contra dissertationem mentiti Idoli Hallēsis Anonymi cuiusdam hæretici Item Cœmeterium Inferni, & aliarum impietatum eiusdem, contra Polyandrum Caluinistam, de quo, vt testis est Grauina, gloriosè triumphauit, extat Antuerpiæ lib. I De cæteris nihil vidimus.

Florebat nati Saluatoris anno 1580. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Dominic. Grauina lib. Præter. pro num Catholicarum tom. 3. f....

DE SEBASTIANO AVEZZANO DE CESENNA

CAP. DXXI.

Anno Christi 1580.

SEBASTIANVS AVEZZANVS de Cesena natione Romandiolus patriâ Augustinus Theo-

Anno Christi 1580.

logiæ Professor insignis, Romandiolæ Prouinciæ bis Prouincialis, vir ætate venerandus, sed clarior honestate morum, & sanctimoniâ vitæ.

Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 3. App. S.

Vulgauit prælis, Lucio, & Posseuino ferentibus, de Sacramentis, lib. I. Digressiones prædicabiles, lib. I. in quo de varijs agit. Concionem de sanctissima Verbi Incarnatione. Aliam de Natiuitate Domini. Aliam de Resurrectione eiusdem. Institutionem in Logicam Aristotelis. Nicolaus Aurificus affirmat à Lucio adductus, se vidisse in Sebastiani manibus eruditum opus de ratione studiorum Theologiæ, quod an prodierit nescimus adhuc. Multa alia scripsisse compertissimum est post quę, & plura Religiosissimi Patris opera peracta ab eo, obiit in Christo Arimini in suo Cœnobio, & ibidem honorificè sepelitur; Saluatoris anno 1580. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Aurificus.

DE BLASIO ANDERNARIO.

CAP. DXXII.

Anno Christi 1580.

Lucius in BB. Carm.

BLASIVS ANDERNARIVS Siculus natione (Lucius Gallum fuisse credit) vir eruditissimus, vtrâque litteraturâ: nonnulla ferunt opuscula præclara scripsisse, in quibus ingenij sui viuacissimam facundiam aperuit, & religiosæ pietatis suæ clarissima lumina dedit. Opus in primis Trithemio, Lucio, & Posseuino testibus, insigne, in Sententias, lib. IV. Quæstiones, & Collationes varias in scholis disputatas, lib. I. Cætera non vidimus adhuc.

Trithem. de vir. ill. Lucius cit. Posseu. App. S. tom. 1.

Floruisse credimus Orbis redempti annis 1580. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE SIMONE COELLO.

CAP. DXXIII.

Anno Christi 1581.

SIMON COELLVS (aliis Cælius sed malè) natione Lusitanus, Vlyssipponensis Cœnobij filius, Clarâ vir religione, & eruditione penè diuinus.

Scripsit Ordinis Chronicon vulgatum Lisbonæ anno 1572. Commentaria in Regulam Alberti Patriarchæ, & Pinto nostro teste, Apologiam pro Carmelitis quam nondum prælo datam scimus. Alia etiam multa quæ nondum titulis nobis nota sunt.

Io. Pintus nobis retulit.

Florebat Vlyssipponæ Orbis erepti de durissimo Dæmonis imperio per Christum ann. 1581. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Non est iste Colleus ille de quo Posseuinus sub Ioannis nomine: Subdubitamus autem an sit iste idem cum illo de quo Posseuinus ait scripsisse librum de antiquitate Ordinis S. Augustini.

Posseu. to. 2. App. S.

Anno Christi 1581.

DE V. PETRO LVPO MARTYRE.

CAP. DXXIV.

Anno Christi 1581.

V. PETRVS LVPVS natione Germanus, Godsenhove in Belgio prope Thenas natus, Christi Martyr insignis, fideique Catholicæ miles intrepidus, propter insignem Catholicæ Ecclesiæ zelum sempiterno marmore dignus. Prouincialis fuit inferioris Alemanniæ eo tempore quo procellosis hæreticorum Caluinistarum angustiis afflictabatur Belgia tota, in quibus cum & obsidione durâ Bruxellensem Ciuitatê oppressissent (in cuius acquisitatione, & de hæreticorum manibus reuersione, Dei O. M. disponente clementia, facta die 19. Martij anni 1585. Potentia Philippi II. Catholici Hispaniarum Regis, Venerandus Pater meus Antonius Alegre Patritius nobilis Turiasonensis, omni vir laude vere meritissimus, erat enim magnus pauperum Parens. Patriæ suæ, quã tanquã primus, & secundus, nulli secũdus in regimine, summâ iustitia & pace pluribus rexit annis, Mœcenas insignis, pius sanè, corde candidus, & satis à seculo, viduitate sua ex coniuge dilecta vitâ functa semotus, viriliter decertauit: bellis enim, & armis per decênium in Alemanniæ partibus pro suo Rege, Lege, & Fide instterat: qui post hæc, ad patriam redux, connubio se felicissimo iunxit cum Domina Elisabeta de Catanate dilectissima, & multis mihi titulis venerãda Matre, erat enim, vt immarcescibilis fama perhibet, miræ prudentiæ, & non temnendæ femina virtutis, claræ indolis, ingenij mitis, & multo virtutum venerabunda candore, iam defœdarunt, & prophanauerunt.

Noster tũc igitur Petrus, huius Belgici tumultus tempore maximâ animi constantiâ, ciuitatem Mechliniensem, per annos aliquot, vt testis est Lucius, in fide Catholica persistere fecit. Etenim pro ea qua apud Ciues auctoritate pollebat, tam chalybeo gladio, quàm spirituali ense, verbo Christi, tanquam intrepidus miles hæreticorum ausibus pectus opposuit, & frontem. Tandem vi ab hæreticis occupatâ Mechliniâ, postquam semel & iterum, aliquot Catholicis stipatus ciuibus, hostem dare terga coëgisset, post magnam vtriusque partis stragem, vniuerso nimium Satanicorum agmine in eum irruente fortiter pro fide, lege & Rege Catholicis pugnans, fortiùs occubuit, quo cadẽte, reliqui Catholici in fugam sunt acti, & hæretici Ciuitatem obtinuêre. Post commissam cædem inter cæsorum corpora huius cadauer diu solicitè quæsitum inuentum est, & maxima à Catholicis habitum veneratione.

Lucius in BB. Carm. in Petro Lupo. & in Compendio c. 14. f. 141. in Io. Bapt. Rosso.

Quod autem ad nostrum attinet votum, Sacræ fuit Theologiæ sapientissimus Magister, morum sanctitate excelsus, & diuini cultus ardore viuacissimo ignitus, pietate, & cordis teneritudine clarus tanquam qui nunquam diuini Verbi verba diuina daturus, aut sacra liba facturus sine lachrymis accedebat, & puritate spiritus magnâ vallatus.

Anno Christi 1581.

Plura pietatis, & eruditionis suæ scripsisse Lucius, ex multorum relatibus, affirmat, quanquam eorum titulos non assignet: compertum habens sub typis suo tempore esse Conciones quasdam (eas iam vulgatas prælo Posseuinus annumerat) quas nonnulli tempore prædicationis suæ ex viua voce (adeò lentè & articulatè loquebatur) mandatas chartis acceperant.

Lucius in lib. Carm. Posseu. to. 3. App. S.

Adeò clarus illustri sanctitate refulsit, vt vsque hodie inter Belgas eius insignis memoria perduret, vulgò irrisoriè ab hæreticis, sicut à Catholicis piè *Den heylighen broer Peeter*, id est, *Sanctus frater Petrus* vocatus.

Obiit autem, Lucio, & Posseuino testibus, circa salutis annos 1581. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Vide quæ de Martyribus diximus in Ioanne Soretho, & Ioanne Sobrino.

Ann. 1451. & 1475.

DE LVDOVICO A LIRA.

Cap. DXXV.

Anno Christi 1581.

Lvdovicvs à Lira natione Siculus, alij aiunt fuisse Gallum; quidquid sit, hæreticorum fuit insectator indefessus, & horridissimus illis subactor, litterarum meritò meliori lauro cingendus, etsi præstantior pietate religiosâ. De eo Coëllus noster memoriam reddit insignem.

Coëllus in suo Chronici Carmeliti Breuiario.

Plura inuenimus scripsisse, at vidimus tantùm Commentaria in libros Waldensis nostri, summum eius ingenij acumen, & sapientiam halantia. Scripsit item pereruditam epistolam ad Illustrissimum S. gismundum Gonzagam, Mantuæ Cardinalem; cætera adhuc nos latent.

Floruisse habemus virum, Orbis pacificati à Iesu 1581. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, etsi S. Tiagus noster ad annos illum referat 1520.

Non iste est Ludouicus è Linrano, vt in Relationibus quibusdam nobis adducebatur, ille enim Minorita fuit, insignis etiam sapientiâ, de quo Posseuinus & Franciscus Gonzaga Episcopus Mantuanus, ab eo adductus.

Posseu. to. 2. App. S.

DE ANGELO DE SALAZAR.

Cap. DXXVI.

Anno Christi 1581.

Angelvs de Salazar natione Hispanus, patriâ Buldecanensis, in Diœcesi vetustæ eris Ciuitatis Regni Castellæ, vulgò *Burgos*. Totius Ordinis Heliadum decus egregium, quater, quinquiésve (mirabile dictu!) Prouincialis Prouinciæ Castellæ; Hispaniæ Vicarius Generalis, pro Regulari Heliadum Obseruantia, quod munus, cum aliis multis vltrò ab Ordinis Principe datis, profundissimâ renuit humilitate, suique miro despectu, maluit enim vt prudens Christi pedisequa, ministrare, quàm ministrari; subiici, quàm subiicere. Hic ille Angelicus vir, à quo primo Sanctissima V. Teresia (cuius encomia laudum sæpissimè meruit) benedictionem regularem expostulauit vt Carmelitarum Monialium, & Discalceatorum fratrum, toto florentissimam virtutibus orbe, nouam Congregationem initiaret sub Obseruantia Primitiuæ Regulæ Alberti Patriarchæ, iuxta mitigationem ab Innocentio factam anno 1248. quam obseruare tenentur Discalceati Carmelitæ sexus vtriusque quæ fuit Seraphicæ V. Teresiæ mens, quando cœlesti spiritu suffusa Carmelum renouare aggressa est. Cùm igitur, maximo Religionis suæ augendæ zelo, Angelus iste flagraret, libens veniæ annuens tantæ Prouinciæ à fœmina singulari susceptæ, virilis cooperator effectus est renouationis illius, qui Diuini Verbi fertilissimus fuerat operator, & Atlas, totus certè Religionis honos, & orbis decus Fuit postea Apostolicus, & Regius vniuersi Ordinis Carmelitici, & pro Discalceatis etiam à Gregorio XIII. Sixto Pontifice V. O. M. & Philippo II. Catholico Rege reformator.

S. Teresia in vita Fundat. & lib. fundationũ suarum sæpe.

Scripsisse sapientissimum virum multa, non dubitamus, at eorum solùm habemus titulos, Statutorum Regularium pro Discalceatis, lib. I. Sermonum, lib. II. Super Regulam Carmelitarum, lib. I quæ morte præuentus felicissimâ in vulgata sub puluere, & veneratione habita grandi se. uantur.

Florebat Angelus iste verè Angelicus spiritu, & indole clarus, sapienti simul regimine, & prudentia, vt ait Andreas à Marmore, gratissimus Deo, Angelis, hominibúsque, & tandem candidâ Venerabilis senectâ decorus, Vallisoleti felicissimus ad astra volauit, salutis annis 1582. sub eisdem Pontifice, & Imperatore: honorificè sepultus ibidem ad læuam altaris supremi, vt Relationes illinc missæ dedêre.

Marmor. in vita V. P. Greg. Gratiani part. 1. c. 12.

Relationes à Cœnob. Vallisoletano.

DE V. PETRO ANGELO CERNOVICCHIO.

Cap. DXXVII.

Anno Christi 1581.

V. Petrvs Cernovicchivs in sæculo, in Religione verò Petrus Angelus vocatus, natione Apulus, quæ est Neapolitani Regni Prouincia, patria Barletensis, Brundusensis Cœnobij in eadem Apuliæ Prouincia filius: Princeps in sæculo serenissimus, Clarissimo Constantini Magni Imperatoris sanguine cretus, Heliæ Cernouicchij & Helenæ Castriotæ Ducum, Comitumque Sab. ..æ, Zedrinæ Epiræ, Pulecterfi-

ANNO CHRISTI 1581.

Vidend. Math. Philo nates Vvalsinbergensis Eques & Poeta Laureatus ab Imp. Rudolpho, in Odoeporico, Heroico, & in sacro Symbolo ad illustrissimã Principem Petrum Angelum Cernouicchiũ.

ctensis, Maioris, Æmathiæ, Bulgariæ, Dominorum Montis Nigri, Romanorum ex Proceribus Venetorumque Patriciorum, &c. Potentissimorum, atque gloriosissimorum DD. Imperatorum Romanorum, necnon Constantinopolitanorum Natalibus oriundorum: iuréque successionis, sanguinis, & actionis hæreditariæ Cæsareorum, Augustorum, Flauiorum, Syluiorum, Æmilianorum, ac Comnenorum, &c. Sanctæ Apostolicæ Sedis Capitaneorum, Continuorúmque Romanorum Pontificum pro tempore existentium Commensalium, &c. filius. Qui etsi tam serenissima titulorum ambage, & omnigenæ nobilitatis, & ditionis monilibus ornatus, & ad tantam ex Patribus suis dignitatum arcem euectus esset: pessundatis omnibus sæculi gloriis, se Deo seruire credens magis verum regnare fuisse; malens in domo Dei, relictis sæculi gloriæ, & splendoris Tabernaculis, infimum, & abiectissimum tenere locum, Sacram Carmelitarum Virginis Mariæ Religionem, habitu, & professione solemni lubens, ex voto Matris, amplexatus est. Enimuero cùm serenissima Mater illius potentissimorum Principum clarâ virtutibus, & armis stirpe prognata, dilectissimam Principis sui sobolem, vixdum decimum octauum ætatis annum agentem, maxima petitam febri vidisset, Beatissimæ V. Mariæ de Monte Carmelo Religioni vouit dicaturam, sub Professione emittenda solemni, si illam sospitem, incolumémque, & pristinæ saluti restitutam, suis precibus sacra Virgo præberet. Voti igitur compos serenissima Mater effecta de manu R.P. Antonij Marinarij Siculi, tunc Brundusiensis Cœnobij Prioris, cucullum, & Professionem Princeps Sacrius accepit.

Tanta dein virtutum, & religionis laude clarescere cœpit, & futuræ sanctitatis tam grandia specimina dedit, vt tota ditione illa veneratus, Barletæ, vbi primum ad Sacerdotium ascenderat, à RR. G. Io. Baptista Rubeo Rauennate, Prior electus sit. Posthæc Hispaniam accedere compulsus, vt à Philippo II. subsidium pro recuperando Nicolai Principis, germani eius fratris statu à Turcis occupato postularet: Re Regi propositâ, relictâ Regiâ, redire parauit ad patriam, cúmque Valentiam illustrissimam appulisset Vrbem, in grauem nimis, valetudinis deuenit egestatem: Morbo inualescente, de Medicorum consilio, Torrentis Villam, ab vrbe Valentia secessam paululùm, adducitur, ibi æger, totus traditus Deo, totus orationibus, & meditationibus diuinis intentus, summâ coronatus ægritudinis & dolorum sufferentiâ, qui grani semper, assertus in sanitatem, pœnitentia corpus attriuerat, & omnis sanctimoniæ clara semper dederat argumenta, mortis, quo claruit spiritu prophetico, præscius, multis fauoribus, & reuelationibus à Deo, Virgine, & Sanctis honoratus à S Ludouico Bertrando, lecto visitatus accumbens, clarus claris pietatis suæ facinoribus multis, vniuersâ sanctitatis voce, sanctissimis Ecclesiæ sacramentis fulcitus in illis verbis sæpè, & feruidè repetitis *Iesus, esto mihi Iesus*, ætatis suæ anno 38. totâ, ex balante corpore odorem suauissimum ad diu temporis, domo refusa. Octobris decima die, salutis anno 1581. sub eisdem Pontifice, & Imperatore spiritum exhalauit. Post hæc sequenti die Valentiam adductus, vrbe tota sanctitatis viri famâ commota, & ad videndum venerandumque corpus ad vicos etiam, & compita currente; honorificâ (tanto Principe, & tanto viro dignâ funebri pompâ) capsa reclusus communi tunc fratrum suorum busto reconditur. Habita prius ad frequentem populum compactum ex omnis status Primoribus Ciuitatis, & frequentissimâ hominum & feminarum turbâ à R.P.M. Nicolao Scriba Valentini Cœnobij Priore, & Verbi diuini declamatore suo tempore facilè Principe, concione eruditissimâ, & memorum sacrorum nostri Principis & fratris refertissimâ.

De hac visitatione vide Iustinian. Antist. in vita S. Ludou. Bertran c. 18. & Pintum nostrum in vita Sacri Principis c. 5.

Tribus abhinc annis ad instantiam Nicolai Principis Germani fratris Angeli nostri, extractum est corpus, vt honorificentiori sarcophago tegeretur, totum integrum cum habitu quo tumulatum est illæso omnino seruato, imò suauissimum halans odorem inuentum est, stupentibus cunctis. Inde ad Sacellum S. Honorati delatum, serui sui Deus selectissimi sanctitatem multis miraculis patefecit. Post hæc à primo Sacello, iterum ad Capellam Virginis Mariæ transferendum anno 1612. deducitur, & sicut antea integrum illæsum, tabe & carie omni liberum, odoriferum, cum habitu suo repertum est: & sic hucvsque in Capella quam vulgo *de las Peñas* vocant è regione Venerandi corporis nostri Patris Ioannis Sanz miraculorum viri gloriâ clari, de quo Ætate sequenti vltimâ dicemus, summâ veneratione & populi frequentia seruatur.

De his vide Pintum c. 4. vitæ.

Eius vitam, mortem, dona, signa, visiones, reuelationes, fauores, à Christo, Virgine Matre, & Sanctis Dei acceptos, encomia, sera sanè digna posteritate, Translationes solemnes, funerum pompas, eleganti calami penicillo, cum vera viri, libri initio, effigie, depinxit Christophorus Syluestranus Brenzonus, cui subscripsêre Fr. Andreas Christianus, Vicarius delegatus sancti Officij Mediolanensis, Pro Illustrissimo Archiepiscopo Gratidius Rubertius, Facius Excellentissimi Domini Mediolan. Secretarius. Post hos Pintus noster latè etiam Patris acta delineauit. Meminêre illustrè tanquam de viro illustri sanctitate signato, Coria, Iustinianus Antist. Conchilius, & Gaspar Scholanus, quorum nouissimus, sine vllo prorsus fundamento, & iure Angelũ hunc à Sidereo Carmeli cælo suffurari nititur, cúmque inter Presbyteros sæculares adscribere, piaculum agens, ex incuria grandi, rem sanè manifestissimam, Soléque lucidiorem in tam angusto dierum interuallo obtenebrare & obnubilare, contendens, sed inane. Nam multis illam rationibus manifestissimam facit, fuisse scilicet Professum Carmelitam Angelum hunc Principem Serenissimum, Pintus noster, testimonio Principis Nicolai fratris, quod ex eodem accepit anno 1593. Mediolani, dum ad Generalia Comitia Ordinis, Cremonæ celebranda anno eodem R.P.M. Michaël Alphonsus Carrança Valentinus accederet. Et testimonio item multorum Patrum Conuentus Regalis Valentiæ, Senio, & religiosa pietate venerabilium, qui omnes B. Principem Romæ in Capitulo Generali in Transpontina celebrato, viderunt tractaruerunt & venerati sunt, dum esset Prior

Lib. typ. dat. Mediolani per Colonium superiorum licentia 158–. Lib typ. Valentiæ dato per Garrizũ anno 1612. Coria. lib. 6. cap. 27. Iacob. Conchil. in serm. beatific. S. Lud. Bertrandi. Gasp. Scholan. in annalib. Val. vbi de viris illustr. regni illius. Iustinian. Antist. Dominican. in vita S. Bertrandi c. 18. Pintus vitæ S Ang. Cernov. c. 1.

ANNO CHRISTI 1582.

Barletensis Cœnobij nostri. Quæ confirmat Breuiarium sacri Principis Carmelitanum, quo fuerat vsus nunc magnâ veneratione seruatum à Sacrimonialibus nostris Ontinentensis Cœnobij. Credimus errorem ex leuissima irrepsisse occasione Scholano, scilicet quod cùm inter Hispanos egisset Princeps Serenissimus, vix albo pallio fuisset vsus, sed grisæo, quod est inter nos dum carpimus iti era frequentiùs. In eius laudem Carmina var j panxêre. Extat Matthæi Philomatis Walkmbergensis Poëtæ laureati Hodœporicon elegans Cuius initium est:

In initio vitæ sacri Principis per Syluestranum.

Imperatorum præclara propago potentum,
Te mea nunc Princeps Musa salutat, Aue,&c.
quæ hic ne fastidio legenti simus omittimus cùm nihil aliud contineant quàm quæ nos retulimus istuinc.

DE HORATIO SALICINO.

CAP. DXXVIII.

Anno Christi 1582.

HORATIVS SALICINVS, Alexander Salicinus vocatus in sæculo, natione Italus, Ferrariensis patriâ, Vir subtilissimo præditus ingenio. Diuini verbi Ecclesiastes nulli secundus, in concinendis Italicis Rithmis elegantissimus, à puero multiiugo lectionis genere excultus, floruit in diuersis Italiæ Lyceis, & Academiis. In Florentina publicus fuit S. Theologiæ Professor.

Ibi, Lucio teste, de detractione elegans scripsit opus, lib I. quod Manuscriptum charactere ostendit egregio Ioan. Baptista Bottonius Carm. Ferrariensis dilecto Lucio tuo, vt iste testatur. Scripsit, Typisque dedit inter plurima quorum auolant inscriptiones, Rithmicum illud, & elegantissimum opus, cuius Italicè titulus est, *Prima parte de soggetti Poetici*,&c. totum diuisum opus in tres: Circumfertur Prima, sub nomine Alexandri Salicini Florentiæ impressa 1566. per Valentem, & Marcum Peri Typographos, vt Lucius notat. Hanc nobis ostendit & commodauit aliquando familiarissimus noster Martinus Michaël Turiasonensis, egregia sanè indole & ingenij acumine & lectione admirandæ varietatis egregius adolescens, omni expectatione clarus, vtpote qui vixdum 18. annum ætatis agens, multa metro & prosâ composuerat elegãtissimus in ambobus, felix qui viuat in Patriæ decus, & amicorum gaudium nunc Canonicus dignissimus Cathedralis Ecclesiæ Patriæ dilectæ Turiasonæ, ex à secretis quæ de *Cifra* vocant Hispani excellentissimo Neapolitano Proregi, selectus.

Lucius in an. BB Car.

Lucius cit. annot. BB. Car. in Horatio.

Porrò Florentiæ Horatius noster felicissimus obiit in Christo salutis Adæ à Iesu anno 1581. & honorificè in Conuentu S. Mariæ Maioris, Lucio teste, tumulatus est.

Lucius cit.

RELIGIONIS BEATISSIMÆ SEMPERQVE VIRGINIS DEI GENITRICIS MARIÆ DE MONTE CARMELO STATVS QVINTVS ET NOVISSIMVS.

ÆTAS DECIMASEPTIMA.

Fundatæ Religionis anno 1516.

NOTA VNA.

M*ERITO abhinc omine felicissimo & auspicatissimâ sorte quintum & nouissimum Carmelitanæ Religionis auspicamur Statum: Cùm videamus quod sicut maioribus nunc nitet Virorum feminarúmque Choris germinibúsque Carmeli florigera Vinea: mirabilioribus quoque virtutum, & sanctitatis (nouo pennata spiritu Phœnix illustrissima è propriis cineribus suis renascens sibi) citiori, & felicissimo volatu suprà se ipsam peruolans melioribus incrementis, mediâ hac viuidâ spiritus Seraphicæ Virginis Theresiæ flammâ, dante Spiritu Cælesti virtutem, sit vsque ad sidera peruolatura, sine intermissione vsque ad nouissima tempora mundi. Ad gloriam intemeratæ Dei Matris Virginisque æternæ Mariæ, Ecclesiæ Catholicæ decorem, suíque Trophæum: quibus glorificandis ab initio natus, creatus, & productus est Ordo tantus monitu Cælesti in HELIA Parente & Carmelitarum Principe Primo.*

Anno Christi 1582.

DE SANCTA THERESIA A IESV VIRGINE CARMELI RENOVATRICE NOBILISSIMA.

Cap. I.

Anno Christi 1582.

SANCTA THERESIA à IESV in sæculo, & in Cœnobio Incarnationis, antiquæ Carmelitarum Obseruantiæ, ante susceptam renouandi Carmeli Prouinciam, *Domina Teresa à Zepeda, & Aumada* vocata. Hispana, nobilis Abulensis ex Regno Veteris Castellæ, Parentibus prognata sanguine claris, sed nobilissimo virtutum stemmate insignioribus: corpore, & spiritu speciali dono cælesti à pueritia Virgo, & strenuissima Virago. Religionis statum primum Abulæ in præfato Virginum Carmelitarum Cœnobio de Incarnatione vocato, suscepit, ætatis suæ anno vigesimo: ibi sex suprà viginti annos, solemni emissâ professione, mirabilem virtutibus, & fauoribus à Christo, Virgine Matre, & Sanctis sublimioribus illustrata, vitam traduxit. Arctioris tamen desiderio flagrans, ad obseruantiam primæ Regulæ (sub mitigatione Innocentij III.) quam veteres illi Eremitæ Carmeli seruarant, suum Ordinem reuocauit: viuens adhuc Mulierum septemdecim Monasteria, Virorúmque quindecim sub nouæ sexus vtriusque Congregationis Discalceatorum erigens: non nouum condens, sed renouans Ordinem Carmeli vetustum: non reformans, dedecet enim filiæ componere Matrem, sed viuificans, in nouam Congregationé Virorum, & mulierum rigidam illam antiquorum Regulam Carmelitarum sub, vt præfatum est, prima Innocentij prædicti Pontificis O.M. mitigatione.

Notat Auctor noster S. Theresiæ Altero tom. disc. 6. §. 5.

Quæ Congregatio, vtroque celeberrima sexu, dante Deo incrementa meliora, adeò est diffusa per orbem, vt extensi palmites eius pertingant à mari vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum, prudentissimis Ordinationibus tantæ Matris Sixti V. Pontificis O. M. diplomate vallatis directa, & solemni Seraphico eius spiritu epasta. Nullo vnquam se lethali crimine Theresia Virgo maculauit, sed omni virtutum genere insignis, etiam prophetiæ dono, fortitudinis supremæ, cælestisque sapientiæ (scripta prædicant) & doctrinæ, quam in ea vel sapientissimi quique mirantur, & facilem mysticarum passionum explanationem adeò obstupescunt, vt rarum eis sapientiæ genus videatur, quod de Mystica Theologia Patres obscurè ac spatsim tradiderunt, à Virgine vna hac in methodum tam perspicuè, ac concinnè fuisse redactum; meritóque illam quasi *spiritualis Doctrinæ Magistram Ecclesiæ* à Deo datam venerantur, & prædicant vniuersi.

Spirituum illustri discretione refulsit: ecstases patiebatur frequenter, & raptus, Sponsique visitationes sæpè sæpius experta, altissimum didicit ab eo contemplationis, & orationis modum, quo vel Ecclesiæ totius frequentissimis luminaribus regiam, breuemque viam, ad spiritus profectum, & perfectionis apicem patefecit. Vtpote quæ à Deo destinata videtur illuminandæ, & augendæ Catholicæ Ecclesiæ pietati. Dolores acerbissimi continuique labores (vtrique amati pariter & grati, quos ineffabili patientiâ, & æquanimitate mirabili per annos pertulit 40. gloriosam illi martyrij, quod vel à puellula concupierat, coronam pepererê: quâ, vel etiam corpore degens meruit à Christo Sponso insigniri cælesti: Viatrix adhuc (& aliis clara miraculis) plurimos ab animi; nonnullos etiam à corporis morte, gratiæ, lucique restituit. Et cum vim amoris Sponsi, præ illius excessiua magnitudine, ferre nequiret, sacramentali Christi præsentiâ (quâ multis annis per singulos dies clarissimam ipse Sponsam ornare dignatus fuerat) cæterisque munita Sacramentis, quæ horæ suæ præscia enixè poposcit, Albæ inter suas, quas ad pacem, charitatem, & obseruantiam adhortata fuerat, sereno vultu, pulchritudinis insigni notato, volauit ad Sponsum IV. Nonas Octobris, salutis anno 1582. ætatis suæ 68. Religionis 47. In Conuentu Incarn. 27. inter suas Discalceatas 20. sub Summo Clauium Apostolicarum dispensatore Gregorio XIII. Pontifice O.M. Boncompagno, & Romani Cæsaris Imperio Maximiliani II.

Ibi corpus eius humatum, calcéque perfusum, post aliquot annos repertum est incorruptum, & vsque nunc honorificentissimè seruatur. Ex eo liquor, cunctis infirmitatibus pharmacum efficacissimum, mirâ fragrantiâ, suauitatéque manat, quo vel lintei quidem panniculi attacti, eandem videntur participare virtutem, Beatitudinem, miraculorum gloriâ monstrante quâ fruitur, sempiternam. Cúmque sublimioribus mirandis affulgeret, à prima capsa, & loco vbi parieti reclusum, & repositum fuerat, solemniori sarcophago leuatum, cum hac Inscriptione à latere affixa sepulchri, veneratur in æuos:

Anno Christi 1582.

RIGIDIS CARMELI PATRVM RESTITVTIS REGVLIS: PLVRIMIS VIRORVM FEMINARVMQVE ERECTIS CLAVSTRIS:
MVLTIS VERAM VIRTVTEM DOCENTIBVS LIBRIS EDITIS:
FVTVRI PRÆSCIA, SIGNIS CLARA:
CÆLESTE SIDVS, AD SIDERA ADVOLAVIT, B. VIRGO TERESIA.
IV. NON. OCTOB. cIↄ. Iↄ. XXC II.
MANET SVB MARMORE, NON CINIS, SED MADIDVM CORPVS, INCORRVPTVM PROPRIO SVAVISS. ODORE OSTENTVM GLORIÆ.

Iacob. Ianques.

Intra thecam pretiosissimam hanc, aliam affixit Iacobus Ianques Dominicanus Seraphicæ V. à Confessionibus, inscriptionem, quæ hæc est:

ARCA DOMINI IN QVA ERAT MANNA ET VIRGA QVÆ FRONDVERAT, ET TABVLÆ TESTAMENTI. *Hebr.* 9

Hebræorum cap. 9. n. 4. Prou. c. 31. n. 18.

NON EXTINGVETVR IN NOCTE LVCERNA EIVS. *Prouerb.* 31.

Quod autem ad eius scripta, spiritu plena cælesti, & ipsa cælesti numine fluida multoties visa est mira celebritate, & sidereo veluti in facie splendore perfusa scribere, quæ Ecclesiæ Christi maximi habenda reliquit, teste Episcopo Turiasonensi. In primis habemus (præter multa quæ solutis chartis vagantur, spiritum virginis emittentia, quorum, solicitudine non paruâ, aliqua sunt à Patre Francisco Ribera collecta) libros quinque, videlicet, *Vita sua Relatiuam*, lib. I. quem ex præcepto specialis sapientissimi, & Religiosissimi Patris eius Confessarij Garciæ de Toledo, & consilio cuiusdam sacri fidei Tribunalis grauissimi Censoris: huic manum postremam adiecit anno 1563. in quo ex eiusdem consilio Confessoris, librum in capita diuisit, Abulensis Cœnobij S. Ioseph adiectâ illi erectione. Pro Monialibus suis ex præcepto R. P. M. Dominici Bañez eius Confessarij cùm Priorissæ munus obiret in Conuentu prædicto S. Iosephi *Viam Perfectionis*, lib. I. Ex præcepto P. M. Hieronymi de Ripalda eius Confessarij imo ex speciali Dei mandato vt ipsa testatur. *Fundationum Cœnobiorum suorum* à Cœnobio Metimnæ, vsque ad Cœnobium Burgense, quod ex à se erectis fuit vltimum lib. I. Salamanticæ 1573. confectum. Ex decreto Doctoris Velasquij eius Confessarij postea Archiepiscopi S. Iacobi in Regno Gallecíæ librum I. composuit, cui titulum affixit *Castello interio*, siue *las Moradas* annis quinque ante Obitum suum felicissimum Abulæ confectum: dante Deo methodum, materiam & libri inscriptionem. *In Cantica Salomonis*, lib. I. cuius tantùm codiculus extat, Adnotationibus R. P. nostri Hieronymi Gratiani illustratus, & ab eo prælo missus quem fortè è manibus Sacrimonialium quarundam, quæ totum opus hoc, cùm transcribere curassent, ad vltimam manum vorum adducere nō valuêre, ipsâ præpediente Magistrâ, iussa opus combustioni tradere à Confessario quodam. Codiculus iste circumfertur item prælo datus, cum libro exe-ctionum, Cæsaraugustæ Typis Petri Gel 1623. & solicitudine Reuerendissimi Patris Hieronymi Domin Catarensis Episcopi electi, nunc autem Regiâ Philippi IV. munificentia Cajetani Episcopi designati, huius nostri Cœnobij Professi Magistri.

Episc. Turiason. D. Didac. de Yepes lib. 3. vitæ S. Teresiæ cap. 18. vbi de Scientia infusa Virgini Seraphicæ tractat.

Ipsa Virgo Theresia in additionib. ad vitam.

Cætera quæ scripsit omni modo latent: his constituta est à Christo Magistra spiritualis Doctrinæ Ecclesiæ Dei. Quapropter cùm tantâ sapientiâ cælesti, & spiritu illustrissimo illam Deus perfudisset, in Patronam sibi, & Custodem Magnam tota adoptauit Hispania: & toto Orbe Salmanticorum celeberrima Academia Doctorali sua lauro eam cingere decreuit & cinxit.

Relata tandem in Sanctorum numerum à Gregorio XV die XII. Martij anni 1622. maximo Orbis plausu, facta est honorificentia populi Dei. Vide nostrum de viris S S. Hispanico librum, si iuuat: vbi, satis munifico stylo, illustria Matris Seraphicæ facinora prosequimur & acta damus egregia.

Ne tamen tantum facinus à singulari Virgine aggressum (quale fuit iucundissima Carmeli renouatio quam Deo dictante illustrissima hac Virago, confusionem faciens, atrius Ierusalem militantis triumphantisque admirationem, cælesti virtute innixa suscepit) hominum vnquam, & sæculorum perennis memoria cadat, Rem Notâ vnâ paucis prosequutâ dare delectat.

PRO SERAPHICA CARMELI RENOVATRICE nobilissima Theresia & Virgine Matre.

NOTA VNA.

CVm nobilissima ista singularis Seraphica Virago TERESIA, ab anno ætatis suæ vigesimo, Deo in Religione Beatissimæ, & Immaculatæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli in prædicto Incarnationis Abulensis Cœnobio, se dedicasset & ibi vbi vitam transegerat ad annos prope septem supra

ANNO CHRISTI 1582.

Ipsa SS. V. Theresia Franciscus Ribera. Episc. Turiason. Ioan. à Iesu Maria. Ioann. à S. Hieronymo. Hiero. Gratianus. Franciscus Bozimus. Anton. Kerkerchius. Ioan. Quintanaduenas. Colleg. Bruxel Societ. Aubertus Miræus. Ludouic. à Leone & inter hos omnium maxima Marcus Antonius Alegre de Casanate. Videndus stimatus Hispanicus noster de vitis SS. Car. liber.

viginti, maximis virtutibus ornatam, maioribus à Domino, & singularioribus fauoribus, & reuelationibus assiduis releuari meruisset, adeo gratissima Christo, vt in ea ostentum mirabilium suorum dignatus esset pandere Orbi: familiari Christi sensibili consortio iugi fruita esset, multisque ecstasibus, loquutionibus varijs, visionibus miris, à Deo, à Christo, à Virgine, & à Sanctis honorata, & nobilitata, tum etiam, & diuinis modis, diuino assiduo cælestis Sponsi Gaudio Christi singulariter prosequuta, quæ omnia latissimè scripserunt nouissimè vitæ sue ad oram paginæ adducti Doctores.

Inter hæc, quæ innumera fuère, semel spiritu eleuata, Inferos videns, & locum ibi sibi paratum (etsi reuelante Domino iam tunc illi omnia condonata peccata panderentur, grandi tamen sui confusione perfusa miserationi diuinæ deuinctissima, totam se lachrymis, acri intus tacta dolore, pœnitentiisque seuerissimis cõmisit. Anxia semper hoc diuino cogitatu, de propitiato peccato noluit esse sine metu, quærens requiem, & non inueniens nisi in Sponso affectuosissimè dilecto, modum quo gratior illi fieret inquirere, & exquirere cœpit, & vitæ, quæ gradiens viam Christo satisfactura quæsitauit. His, & similibus sæpe detenta; & anxia recogitans quemadmodum arctiori statu Christo famularetur, die quadam, communione sacrâ susceptâ, vt tanti spiritus felicissimum fœtum, obstetricante Deo, in lucem educeret, multa è fructibus tam Diuini Sacramenti percipiens, hoc vnum suscipere meruit, spiritum scilicet renouationis inueterati Carmeli virili corde, insigni nouâ Discalceatorum eiusdem erectione, faciendæ: illi Christo dicente: Nihil perfectius nihil sibi gratius fore *quàm intra eandem suam Obseruantiam antiquam, & primæ vocationis suæ septa, rigidiorem aliquantulò solitâ, Alberti primitiuæ Regulæ illius seriò Obseruantiam tenere, (vt modò tenent & obseruare conantur nostri Discalceati Patres iuxta mitigationem primam Regulæ rigidioris eiusdem ab Innocentio IV. factam anno 1248. in ea.) Quam sic intimè mentem, cordi dilectæ Virginis & sponsæ suæ Seraphico Dei amore flagrantis Christus affixit, vt statim ad operis executionem ipsa volaris; non sine præuia reuelatione, & mandato cælesti.*

Itaque, vt ad nouæ Discalceatorum familiæ, feminis primum initiatæ, erectionem (obtentâ prius à Reuerendissimo Ordinis Generali Priore Ioan. Baptista Rosso Rauennate facultate, Abulæ die 27. Aprilis anni 1567. signatâ) se accingeret, Constitutionibus specialibus, diuino Numine factis, nouâque Apostolicâ benedictione obfirmatis, salutis anno 1562. à Romano Pontifice Pio IV. prædicto, Regnante in Hispania Philippo II. Catholico Rege, Virgo hæc illustris Indultum accepit, & Monasterium primum Monialium Abulæ Hispaniæ in Regno Castellæ, die 24. Augusti anni 1562. felicissimo auspice erexit: assumptis sibi ad opus insigne (præter quatuor alias e sæculo Virgines virtute præstantes) Sanctimonialibus quatuor ex Obseruantia sui pristini Cœnobij Incarnationis Abulensis, quæ primæ prodière, videlicet Anna à sancto Ioanne, Maria Elisabetha, Anna ab Angelis, & Elisabetha à sancto Paulo; è quibus primam, nouo Priorissam Cœnobio præfecit, & Subpriorissam eiusdem, tertiam.

Cum his, diuinâ gratiâ munitis, admirabilibus Obseruantiæ, & nouæ propositi vitæ primitiuæ incrementis illustrissimus nouus iste Ecclesiæ Catholicæ cœtus, propagari cœpit, & magis, magisque in dies augeri, virili spiritus Seraphicæ Virginis Matris feruore, plenissimis sanè labris à feminis filiabus, in quibus eminentissimè viget, ebibito. Has multæ aliæ Sanctimoniales ex eodemmet præfato Incarnationis Cœnobio sunt sequutæ, successu temporis, quæ tantæ matris factæ fidissimæ pedissequæ, Cœnobio antiquo egredientes ad nouam vltro diuinam Discalceatarum institutionem sese transtulère. Inter quas, ne non à temporis infensissima obliuione, earum, serà posteritate nomina digna, vindicemus, sequentes iuuat adnumerare ex Episcopo Turiasonensi, videlicet: Mariam à S. Magdalena, Mariam Suarez, D. Agnetem de Zepeda, D. Annam à Tapia, Mariam Vela, D. Beatricem Suarez, D. Ioannem Tera, Iulianam à S. Magdalena, Elizabetham à Iesu, Annam à S. Ioanne, D. Theresiam à Quesada, Elisabetham Lopez, Elisabetham à S. Iosepho, D. Catharinam Tera, Hieronymam à S. Augustino, D. Elisabetham Arias, D. Antoniam ab Aquila, D. Mariam à Cepeda. Has secum, currens traxit in odorem vnguentorum Cælestis Sponsi Diuina Sponsa Teresia, vnica syderei Mercatoris gemma, inter tot pretiosas margaritas inuenta, singulari illo vastissimi maris meritorum, & manibus Sanctorum, & operum spatiosi, Obseruantiæ Carmeliticæ sinu.

D. Didac. de Yep. Episc. Tur. in vita S. Theresiæ lib. 1. c. 24.

Has secum Atlanteas Virgines adduxit, & alias, propagare, & renouare, vt aquila, Carmelæam virtutem (quæ quanquam iuuenili semper flores ætate vireris, vt notabat Augustinus, de Ecclesia eadem manente, renouationibus nouisque halitibus ignei feruoris aliquando eget.) Ast cum inter semetipsam semel, & iterum sacra perpenderet Virgo, magni aliquid ad diuinam interesse voluntatem, si Fratrum etiam Obseruantiam Carmeliticam renouaret (diuinâ etiam ad hoc reuelatione, quâ passim in arduis fruebatur, præuenta) ad Generalem Ordinis Priorem epistolas remisit pro obtinenda ad erigenda noua fratrum etiam Congregationis Cœnobia, facultate: Quâ obtentâ, vt ad tam arduum, támque singulare in femina opus, totis inauditum sæculis, viriles manus educeret Reuerendum conuocat Patrem Antonium Heredia, tunc Obseruantiæ nostræ Metimnensem Priorem, & Patrem Ioannem à Cruce, ab Yepes antea vocatum, eiusdem Obseruantiæ fidelem alumnum (qui arctioris iam tunc vitæ æstuantes amore, ad Carthusienses sanctissimos, & selectissimos Religiosæ Professionis in Ecclesia Patres, se conferre parabant:) eósque efficacibus rationibus suadet in Christo, perfectius gratiúsque Deo esse primæ tenere vocationis claustra, & intra illius septa, & semitas sanctas in Obseruantia primitiuæ Regulæ Alberti sub prima tamen mitigatione perdurare, quàm ad alia se conducere noui status periculum faciens. Et cùm gratissima, Consilio Matris tantæ, tantorum Patrum acquiescentia repercussisset corda eius simul mentis affectione, statim, anno videlicet 1568. apud Duruelo *oppidulum Abulensis Diœcesis Regni Castellæ in Hispania, initium clarissimæ*

S. August. in Psal. 102.

ANNO CHRISTI 1582.

Discalceatorum Patrum Carmelitarum, & illustrissima Congregatio in die S. Andreæ Apostoli auspicata est. Eam postmodum ex Obseruantia nostra, spiritu feruido sequuti, ex nostra Obseruantia selecti multi inter alios, vt noster Venerabilis Pater Michaël à Fonte recenset, præter prædictos Antoniū, & Ioannē, Baltassar Nieto, qui nouæ Congregationis Prior fuit secundus electus, & Primus secundæ Domus eiusdem in Pastrana lapis, & erector. Ferdinandus à Medina. Lucas de Celis Toletani Cœnobii de Obseruantia decus, & Discalceatæ nouæ familiæ firmamentum. N. Espinel Cathalanus, Complutensis nostri Cœnobii Collega. Petrus Tribiñus, Toletani Cœnobii Professus in Obseruantia primum, Petrus Muriel, & alii post eos, quos longum recensuisse duximus.

Fonte in fine lib. Comp. Carm. in Catalog. viror. illust. Car.

Rei igitur famā vel ad exteras peruolante nationes multi litteris & illustri sanguine ornati, tanti ædificij erigendi firmissimi, & dignissimi lapides viui Congregationi nouæ sese submisêre, cucullos induerunt arctiores: vota vouêre solemnia & sacri, cælestisque spiritus aurâ sufflante secundâ, ad multos sese ydem accinxêre labores, maxima virtutum incrementa monstrantes. Durauit nobilissima hæc sexus vtriusque Carmeli stirps, & generosa propago, sub Obedientia Priorum Generalium Carmeliticæ præcipuæ Obseruantiæ (quæ vera Mater, & radix eius est nobilissima, & prima iure maiori veneranda & habenda) vsque ad annum 1580. & diem Nouembris vigesimam, in qua ad instantiam Philippi II. Hispaniæ Regis Catholici, Gregorius XIII Pontifex O. M. commodiori consulens tantæ Reipublicæ Religiosæ regimini, Indultum exhibuit nouos Prouinciales, & Prouinciam nouam habendi, & viuendi seorsim à Mendicantibus de Obseruantia, iuuenculum hunc Carmelæum & fertilem palmitem (eo quod in dies Discalceatorum numerus notabili augebatur incremento) licet sub vno semper Capite Generali Priore ab Obseruantia selecto.

ANNO CHRISTI 1582.

Paucis ergo abhinc (cum magis magisque in dies toto diffusus Ordo iste accresceret in orbe, factus penè populus infinitus qui supputari, & numerari non poterat non solum per Hispaniam suos palmites ferax ista & pulcherrima vitis tendens, sed Galliam, Italiam totam, Belgicam totam, noua Regna, & Indicas adhuc nationes occupans) anno videlicet 1587. Sixtus V. Pontifex O. M. ad instantiam Catholici Regis Congregationem istam sub vno Generali Vicario cum Prouinciarum diuisione constituit.

Tandem anno 1593. celebratum est Generale Capitulum in mense Iulio Cremonæ, vbi conuenientibus Vicario Generali, & Prouincialibus Discalceatæ nouæ Congregationis, electo ad Generalem Ordinis præfecturam R. P. Io. Stephano Chizzola, communi nostrorum & nouæ Congregationis Patrum assensu, omnimodo, sub certis quibusdam capitibus, & pactis decreta est nostra à Discalceatis Patribus separatio. Et Summi Pontificis Clementis VIII. gratia, diplomate dato, Discalceati primum sibi ex suis Generalem elegerunt, die 20. Decembris anni 1593. Reuerendissimum Patrem Nicolaum à Iesu Maria (qui tunc Vicarius erat Congregationis Generalis Discalceatæ) virum sanè inter suos sapientiâ, & virtutibus nulli secundum, sed in omnibus primum. Post hæc à primo natali suo præfato illustrissima ista Congregatio Ecclesiæ Dei, & Carmeleæ Religionis Heliæ Patris nobilissima portio, vtroque sexu incrementa semper meditans maiora, iugi virtutum, & sacrarum litterarum exercitamento, in firmamento Catholicæ fidei militans, sub Obseruantia Primitiuæ Regulæ Alberti iuxta mitigationem dictam ab Innocentio factam anno præfato felicissima volat & volabit in æuos.

PRO SACRA VIRGINE TERESIA.

ANAGRAMMA.

T H E R E S A

TER ES A. H. id est, *Alius Homo.*

Pestifer ante duos est natus in orbe Lutherus
Annos: quàm Virgo nata Theresa fuit.
Vt quia Virgineos curabat tollere Cœtus
Ille Deo sacros; iungat & ista nouos.
Cerberus idcirco teritur mucrone Theresæ
Sic TER ES A. H. Alius nunc Homo Virgo terens.

DE

Anno Christi 1582.

DE LVDOVICO A LVCE.

Cap. II.

Anno Christi 1582.

LVDOVICVS à LVCE, Lusitanus natione, Vlysipponensis patriâ; filium tradunt fuisse cuiusdam Lusitaniæ Regis, & profectò præstantissima Patris Imperio forma digna monstrabat. Fuit sapientissimus diuinæ Theologiæ Professor, sed virtutum agmine clarior, Fuit Lusitaniæ Prouincialis, Visitator Apostolicus illius Regni, Pro Infante Cardinali Henrico, qui postea fuit 17. Lusitaniæ Rex felicissimus (sicut claris virtutibus ornatus, vt alibi diximus) ex Priore S. Crucis Conimbriæ, Archiepiscopo Bracharensi, & Eborensi, & tandem S. R. E. Cardinali, selectus vt Babia tractat, Emanuelis Lusitaniæ Regis XIV. filio octauo qui inter alia fuit à latere Legatus Apostolicus pro Paulo III. Pontifice Opt. Max.

Vide Emanuele Faria Epitome hist. Lusitanicarum. p. 1. cap. 15. & 17. Lud. Bab. 3. p. Pontific. in vita Greg. XIII. ca. 42. & 49.

Porrò Ludouici nulla typis nobis opera tradunt Relationes Lusitanicæ, sed multa lucubrasse testantur breuissimo tempore vitæ suæ, breui enim, heu mœror! abrupêre vitæ illius stamina Parcæ, mille animi corporisque dotes vno diræ falcis suæ ictu simul præcidentes.

Obiit saluati hominis anno 1582. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE SERAPHINO MONZONIO.

Cap. III.

Anno Christi 1582.

SERAPHINVS MONZONIVS, siue *de Monzono* Vrbinas, vir verè Seraphinus, Christi amore, & Religionis honore Orbis Sol, clarâ viuidè sapientiâ lucens. Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis electus anno 1572. cuius verticem perfectionis, & sapientiæ ad verum Carmeli verticem Christum felicissimè reduxit.

Florebat electionis suæ annis, prædictis, Lucio teste, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in Comp. in Catal. V. G. Man.

DE CHRISTOPHORO MARASCA.

CAP. IV.

Anno Christi 1582.

CHRISTOPHORVS MARASCA, natione Italus, patriâ Cremonensis, vir sapientissimus; & de Religione sua optimè meritus.

Italica relata.

Scripsit conciliationes in Sententias, & Quodlibeta Baconij, in quibus elegantiam ingenij, & sapientiæ suæ illustri dexteritate notefecit.

Florebat annis Christi 1582. vt ex relationibus Italicis habemus, Sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Ex Catalogo Guadalaxaræ, & Episcopi Alguerensis.

DE ANTONIO FRIZZA.

Cap. V.

Anno Christi 1582.

ANTONIVS FRIZZA, Italus natione, Nouis celebri oppido Reip. Genuensium oriundus, vir, vt verba Lucij nostri demus, apud suos, & eruditionis probatæ, & pietatis notissimæ, quondam diuersis Italiæ Lyceis, maximè Patauij, Regens.

Lucius in BB. Car. in inclyti ad viros.

An typis quædam dederit, Lucius silet; at scripsisse multa quæ Manuscripta pretio habita seruentur, quis ambigat?

Floruisse annis 1582. nati Saluatoris, ex Lucio clarè deducimus, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO ROIVELA.

Cap. VI.

Anno Christi 1583.

PETRVS ROIVELA natione Hispanus, patriâ Metimnensis, ex Regno Castellæ, Prouinciæ illius dignissimus Chorarcha, verus suæ Religionis amator, vir doctrinâ clarus, & morum suauitate compositus: zelo pietatis auidus quædam opuscula cudit, inter quæ vidimus tantum Pompeiopoli recusa sequentia: De origine Religionis Heliadum; Tractatulum, vnum. De gratiis quibus Romani illam Pontifices illustrarunt, alterum. Compendij Indulgentiarum alium, & de Confraternitate sacri Scapularis Mariæ Virginis Matris Dei, & Carmeli Altricis. Si quæ alia prælo remiserit dubitamus.

Castellæ veteris Relata.

Florebat annis orti Iustitiæ Solis 1583. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1584.

DE TIMOTHEO BERHARDO EPISCOPO.

Cap. VII.

Anno Christi 1584.

Timotheus Berhardus natione Italus, mirandæ eruditionis Theologus, pietate religiosâ adeò insignis, vt è Procuratore Ordinis Generalis Lucio teste à Sixto V. creatus sit Nolinus, siue Naulensis Episcopus, qui oues sibi commissas mirando doctrinæ pabulo pauit, magni habitus à Purpuratorum Principum Cœtu. Romæ Theologiam, & Patauij Metaphysicam publicè docuit, illustri sibi semper nomine comparato.

Lucius in finetl. ad BB.

Pauca in lucem remissa prælo reduxit (nulla dat Lucius) at nos exactiori examine facto, vidimus Typo Panegyricas de sacra fide, & Pontifice Romano declamationes, eruditionem Patris mirificè halantes.

Italica relata.

Florebat, vt refertur ex Italia, Anno Orbis ab Orco liberati, 1584. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MARTINO DE AENNA EPISCOPO.

Cap. VIII.

Anno Christi 1584.

Martinus de Aenna Hispanus, natione Bethicus, Conuentus S. Mariæ de Luna in eadem Prouincia filius. Is propter egregias morum, & sapientiæ dotes à Gregorio XIII. Pontifice Opt. Max Liparensis in Italia creatur Episcopus, clarus animarum zelo, commissum sibi sedulus gregem nutriuit, & pauit.

Bethica relata.

Plura scripsit, sed Chalcographorum præla nulla nouimus tenuisse adhuc.

Floruerat ab Orbe illuminato, anno 1584. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE LACTANTIO DOMANINO.

Cap. IX.

Anno Christi 1584.

Lactantius Domaninus, aliis *Domarinus*, sed malè, vir celeberrimus Sixto V. Pontifici O. M. gratissimus, natione Gallus Cisalpinus, patriâ Mantuanus, & Mantuanæ Congregationis, Lucio teste, bis Vicarius Generalis electus anno 1577. & 1584. à quo Vicarij Mantuanæ Congregationis de triennio in triennium electi sunt, Lucio teste. Theologus fuit exquisitissimus, Rhetor, Concionator, Orator, & Musicus insignis, in gubernando summâ præditus dexteritate: in genere dicendi grauissimo admirandus.

Lucius in Compend. Catal. V. G. Mantuan.

Nondum, Lucio teste, ætatis trigesimum tertium attigerat annum, cùm in ciuitate Rhegij iugis litterarum, studio Theologico incumbens super totam Theologiam scripserat, digna omni sanè Commentaria posteritate, anno 1573. Super omnium insuper Liberalium artium facultates acutissimè disputauit, Diuinam, & humanam graui compendio Philosophiam enucleans: Fuit item in sacris Canonibus cum admiratione peritissimus. Totum tandem scibile sciens, Platonicum callens illud *Neminem sibi soli natum* in communem Ecclesiæ Dei vtilitatem, & Carmeli decorem insigne opus attexuit de Diuina Dei prouidentia intitulatum, in duos tomos diuisum, Mantuæ editum apud Franciscum Osanam. *In primo* agitur de Contingentia, necessitate, casu, fortuna, De scientia Dei, De sapientia humana. De libero arbitrio, de diuina gratia *In secundo* autem, De creatione, ac rerum Disputatione, atque Ideis: Rursus de Diuina prouidentia, & fato, De Prædestinatione, De Reprobatione. Hæc data typis erant iam anno 159?. Reliquit autem sine typo, Posseuino teste. Expositionem in Epistolam quandam (vt ferebatur) Sibyllæ. In tertium sententiarum. In prœmium Physicorum, & Metaphysices Aristotelis. Quæstionem de primo cognito. De animæ immortalitate, secundum Aristotelis mentem. De fine hominis. In Prœmium I. Partis summæ D. Thomæ Aquinatis. Orationes varias, quas habuit, conscripsit, item & elimauit.

Lucius in BB. Carm.

Posseu. to. 1. Sac. App.

Florebat signatis annis, (dies obitus latet omninò,) sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO BRANDONO, EPISCOPO.

Cap. X.

Anno Christi 1584.

Petrus Brandonus, natione Lusitanus, patriâ Conimbricensis, cuius publici Lycei singulare fuit lumen, in diuinis & humanis litteris exaltatissimus vir, Lusitanicæ Prouinciæ Prouincialis, & postea Caboviridensis Episcopus.

Prælo nulla Patris vidimus, sed seræ dignas posteritati multas lucubrationes liquisse, Relationes allatæ à Lusitania testantur.

Florebat annis dati in libertatem hominis à Christo 1584. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lusitana relata.

Anno Christi 1584.

DE ANGELO CASTILIONÆO.

Cap. XI.

Anno Christi 1584.

Angelvs Castilionævs, aliis *Castellonus. Castiglioni* Lucius vocat, natione Italus, nobilis Patritius Genuensis, vir in declamandis ad populum concionibus disertissimus, qui per ann. 36. in celeberrimis quibusque Italiæ ciuitatibus solemnes Quadragenas ad populum habuit.

Hortatu Gabrielis Cardinalis Paleotti, Homilias per totum annum conscripsit, quæ, sancto Carolo Borromæo Cardinali curante, typis sunt traditæ, studio Francisci Adorni Societatis Iesu eiusdem Angeli Nepotis. Alia ferunt etiam pro concionibus scripsisse, vnà cum libro de Animaduersione adhibenda in legendis scriptoribus antiquis, quæ morte præpediente, salutis anno 1584. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore, prælo tradidisse nequiuit, vt Lucius, & Posseuinus tradidêre.

Posseuin. to. 1. Sac. App.

Lucius in [illegible]. Posseuin. to. 1. App. Sac.

DE DIDACO RAMIRIO.

Cap. XII.

Anno Christi 1585.

Didacvs Ramirivs, aliis *Iacobus Ramirez*, natione Carpentanus, hoc est, ex Regno Toleti, Toletanus patriâ. Publicus multarum Italiæ Vniuersitatum S. Theologiæ Professor, sapientiâ mirandâ signatus.

Relata Castellæ veteris.

Nihil posteris, quod viderimus signata typo reliquit: sed profectò singularis viri sapientia, & morum composita venustas, dignum nostro inserendum Paradiso fecêre.

Florebat felicissimus, Orbis à Dæmone erepti annis 1585. Sub eisdem Pontifice, & imperatore.

DE ANTONIO A VILLAFORTE.

Cap. XIII.

Anno Christi 1586.

Antonivs à Villaforte natione Hispanus, ex prouincia Veteris Castellæ, Grandis sapientiæ vir, publicúsque quondam S. Theologiæ Compluti Interpres, à Confessionibus fuit sacris Archiepiscopi Toletani, Hispaniæque Eminentissimi Primatis D. Cardinalis Quirogæ: cuius ad grauissima Regiminis sui negotia, est consilio, & industriâ vsus.

Anno Christi 1586. Relationes ex Castellæ Prouincia veteris.

Florebat ingenuus Religione, & sapientia annis Christi 1585. Sub Sixto V. Pontifice O. M. & Imperio Rodulphi II.

DE RODERICO NIETO.

Cap. XIV.

Anno Christi 1586.

Rodericvs Nietvs, natione Hispanus, Metimnensis patriâ, & Cœnobij vt credimus, filius eiusdem, Nobilissimo sanguine cretus, bis Castellæ Prouinciæ Prouincialis: diuinarum litterarum instructissimâ merce munitissimus; sed ditior virtutum supellectile clarâ. Studiosorum sapientiæ, & Religionis singularis Pater, & Mæcenas egregius.

Quæ scripsit multa, an prælo præstiterit, dubij hæremus adhuc.

Scimus ex S. Tiago nostro obiisse Toleti salutis anno 1586. Sub Sixto V. Pontifice O. M. Piceno, & Imperio Rodulphi II. Romani Cæsaris almi. Ibidem iacet sub Claustri marmore, subscriptâ effigie honorificè sepultus.

Philip. S. Tiag. Catalogo. Vir. Carm.

DE ZEPHYRINO IOANNE NATALI.

Cap. XV.

Anno Christi 1587.

Zephyrinvs Ioannes Natalis, aliis *Joannes*, sic enim nostri Cœnobij seniores appellarunt, sed habemus ex certo Zephyrinum ex Confirmatione vocatum. Natione Hispanus Celtiber, patriâ Cæsaraugustanus, & huius nostri Cœnobij filius: albo vir lapillo inter cēsendus eruditos, sed iure maiore, propter virtutē pietatémque, & religiosam disciplinam inter pios religiosos, & virtute præstantes adnumerandus. Nostræ Prouinciæ vigilantissimus speculator, cuius solicitudine Obseruantia nostra singularia virtutum, & sapientiæ incrementa recepit. Tantâ, inter alias, enituit humilitate, sui omnis tam egregio despectu, vt rogatus à fratribus aliqua saltem, ex multis lucubrationibus suis, quas super S. Theologiam vel scholasticam, vel scripturalem, siue de his quæ ad mores attinent (fuit enim vtilissimus

Celtibera Relata seniorum.

diuini

ANNO CHRISTI 1587.

Diuini Verbi declamator, siue Philosophicas intelligentias. (in omnibus his fuerat verè versatilissimus (in lucem emittenda prælo seræ posteritati libraret, dignam sanè sui generosi cordis reddidit sententiam, quam opere grandi firmauit: Nullatenus se dignum vnquam censuisse, neque sua temporum vlla memoria, nec posteritate, potiusque rogo quàm typo dignas suas esse lucubrationes, sapientissimas alias: Etenim de se sic humillimè sentiens, in medio Claustri publicæ combustioni remisit suisque manibus papyros omni pretio dignos & habitos multi à sapientibus elaceratuit. O virum ineffabilem, & fidissimum pedissequam Christianæ humilitatis, & despectus generosi!

Obiit tandem felicissimo vitæ, & mortis sibi nomine comparato salutis anno 1587. Sub Summo Principe Clauium Sixto V. Pontifice Opt. Max. & Rodulpho II. Cæsare inuicto Romano. Sepultúsque est cum fratribus suis, in Cœnobio hoc nostro Cæsaraugustano.

DE ALEXIO PORRO.

CAP. XVI.

Anno Christi 1587.

Lucius in Catal. V. G. Man. Posseuin. to 1. Sacri App.

ALEXIVS PORRVS, natione Italus, Romanus patriâ, Vicarius Generalis Mantuanæ Congregationis electus ann. 1587. Vir sapientissimus, & ex vigilantia sua decus muneris, & Ordinis sui candor.

Multa scripsit è quibus, Posseuino teste, sequentia extant Italicè edita, sapientiam, & eruditionem Patris halantia. In primis Conceptus scripturalis: Ad illud Ecclesiastis 1. *Vanitas vanitatum*, &c. Parmæ 1594. apud Erasmum Viottum. Lectio spiritualis in Carmen 48. Petrarchæ, ibidem, ab eodem & anno eodem. Oratio in S. Hyacinthi laudem Poloni, Ordinis Prędicatorum Placentiæ, apud Io. Basacium 1594. Oratio de Purgatorio, & mortuorum suffragiis in Anniuersario Generali Confratrum sodalitatis SS. Crucifixi Parmæ, apud Viottum 1594. Responsio ad quæsita quatuor de S. Paulo Apost. Quo modo, & tempore sit conuersus? Num in ipsa Conuersione, an post, fuerit raptus ad tertium cœlum? Num sit tertium cælum intelligendum quod Veneri tribuitur ab Astrologis? Quænam illa arcana fuerint à Paulo visa? Quid sit, sibi datum stimulum carnis post raptum ad tertium cælum? Cremonæ apud Barucinum Zannium, 1595. *Vas veritatis* quo duodecim dub. a soluuntur. De origine, natiuitate, vita, operibus, morte Antichristi, Venetiis apud Petr. Dusinellum, & Hieronym. Porrum, 1597. Discursus contra Astrologos Iudiciarios, siue Diuinatores aut ariolos 1597. Venetiæ apud Io. Ant. Rampazettum. Oratio in laudem Veneti Lycei, Venetiæ apud Petrum Dusinellum 1597. De signis, & admirandis in Christi morte prodigiis, ibidem ab eodē, 1598. Discursus in laudē Rosæ purpureæ Pratorum, quæ est oculus, & pompa hortorum, & iuuentutis Gemma, Romæ 1599. apud Guilielm. Faciottum. Antidotarium contra Dæmones 1599. apud Rob. Meiettum. Tractatus de Sibyllis. Compendium Rhetoricæ ex insignioribus Oratoribus Græcis, & Latinis. Tandem Tractatus in Hymnum *Aue Maris stella*. Hæc Posseuinus.

Ecclesiast. 1. V.

Posseuin. in Apendice ad 1. to. App. Sac.

Porrò floruisse constat, his annis electionis suæ felicissimum, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE BARPTOLEMÆO SPIRITVS.

CAP. XVII.

Anno Christi 1588.

BARPTOLEMAVS SPIRITVS (non *Natalis*, vt malè aliis, iste enim nepos illius fuit, Parisiensis Doctor, & Narbonæ Prouinciæ decus.) Natione Burgundus Conuentus Semuræ filius, Galliæ totius quondam Generalis Vicarius: singulari vir, & exquisitâ clarus eruditione, in concionando totus sanè spiritus.

Lucius in BB. Car.

Multa piè & erudite scripsisse ex multis Lucius asseuerat, quorum inscriptiones nondum sunt ad manus nostras adductæ. Vidimus circumferri in libro Milleloquio sancti Augustini eruditissimum Epigramma quoddam. Cætera latent.

Floruisse habemus Orbe à Dæmone soluto, 1588. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE V. IOANNE VANEGAS MARTYRE.

CAP. XVIII.

Anno Christi 1588.

Relata Castellæ.

V. IOANNES VENEGAS, natione Hispanus, ex Regno Castellæ, patriâ Cōplutēsis, filius Conuentus Toleti, dignitate Diaconus. Captiuus Algeriam ductus in manus incidit Perfugæ cuiusdam Corsici, cui nomen *Caytali*, à quo dirissime tractatus, multas pro fidei tutandæ defensione grauissimas pertulit iniurias, dirósque labores. Tandem à Rege Algeriæ cum socio Ioannete Cathalano flammis damnatus, Martyriali trophæo viuus ambustus extra Ciuitatis portā Bapbaletā, die 26. Februarij, aliis Martij, anni 1588. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore, coronatus ad astra volauit. Eius corporis reliquiæ, paucula quidem, ab incendio à Christianis redemptæ, maximā veneratione in Mantuam Carpentanam allatæ, graui veneratione venerantur à multis. Extat illustrissimi Martyris trophæi testimonium sub illustrissimo Cardinale Toleti Quiroga, per Doctorem Neronem eius Vicarium Madriti receptum, sedulā solicitudine Sebastiani Martini, Martyris Leuiti,

Presbyteri

ANNO CHRISTI 1588.

Presbyteri post mortem vxoris facti: Subscripsēre testimonio plures oculati testes, qui dum Captiui in Algeria tenerentur adfuēre Martyrio, stupefacti Martyris inclyti constantiam, admiratique valorem, quo socium, & adstantes ad supplicia, zelo diuini honoris intus totus accensus, solicitabat, dum lento rogo Tyranni eius inuictæ patientiæ acre periculum facerent.

Hæc S. Angelus, qui se vidisse testimonij characterem affirmat.

Franciscus à S. Ang. in Catalog. SS. Car. c. 118.

DE IOANNE CARTHEMIO.

CAP. XIX.

Anno Christi 1588.

Gallica relata.

IOANNES CARTHEMIVS, alter à Carthenio de quo anno 1580. Natione Gallus, vir pius, & doctus.

Scripsit de quatuor nouissimis hominis. De morte, lib. I. De Iudicio supremo, lib. I. De pœnis Inferni, lib. I. De gaudiis Paradisi, lib. I. & alia quorum titulos nondum accepimus.

Floruisse habemus salutis Orbis annis à Christo 1588. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE CHRISTOPHORO A TOLETO.

CAP. XX.

Anno Christi 1588.

CHRISTOPHORVS à TOLETO natione Hispanus Carpentanus; Toleti oriundus, & eiusdem Cœnobij filius. Sacræ scripturæ Publicus Ecclesiæ illius Cathedralis Interpres: Beneficiorum Toletanæ Diœcesis Generalis Disquisitor, cuius ingenij, miræque sapientiæ, mira extant Romæ testimonia, Orbem, & Vrbem meritò in admirationem adducentia.

Quædamne prælis ab eo emissa fuerint, nondum capessere valuimus; multa tamen typis dignissima lucubrasse non latet.

Florebat ex nostro S. Tiago saluati Orbis ann. 1588. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

S. Tiag. in Catalog. cit. & [illegible] ab illa Prouincia.

DE IOANNE GVTTERIO.

CAP. XXI.

Anno Christi 1588.

IOANNES GVTTERIVS, à Magdalena natione Hispanus Carpentanus, Patriam Toletum habuit ex Regno Castellæ, veteris Castellæ Prouincialis, vir certè totus ad sapientiam natus, & altus ad virtutem, & experimenta prudentiæ.

Plura fertur scripsisse, vidimus tantum typo S. Helenæ Reginæ vitam, idque testatur etiam Ildefonsus à V. Matre.

Floruisse constat annis 1588. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1589.

Ildef. à Matre Dei in indice M. S. de scripto. Car. nobis exhibito.

DE EMMANVELE TABARES.

CAP. XXII.

Anno Christi 1589.

EMMANVEL TABARES, natione Lusitanus, Conimbricensis Doctor, eximius, & publicus Professor ibidem, morum vir præclarâ conspicuus honestate.

Nil typis quod viderimus reliquit, sed tamen S. Theologiæ Commentaria magni habita in Conimbricensi seruari Bibliotheca Carmelitana compertum est nobis, ex Relationibus Lusitaniæ, & testimonio Pinti nostri.

Relationes Lusitanicæ. Pintus nobis se vidisse testatus est.

Florebat felicissimus, annis 1589. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE THOMA BEAVXAMIS.

CAP. XXIII.

Anno Christi 1589.

THOMAS BEAVXAMIS, aliàs *Pulcher amicus*, natione Gallus, sui temporis inter sapientissimos quosque Doctores Parisiēses clarissimus certè Sol, Fatalis fidei Catholicę murus, & vnicum Christianæ Regionis libramentum. Primarius ibi in frequentissimo, & solemnissimo omnium Orbis Lyceo S. Theologiæ interpres: Hæreticorum infensissimus, & indefessus antagonista, Græcis, & Latinis litteris peritior peritissimo. Totam suæ vitæ, & temporis metam docendo, disputando, scribendo felicissimè transegit. Vir fuit, cui præter insigne sapientiæ donum, miram Deus contulit virtutum excellentiā. Regis Galliæ mirificus extitit Concionator, quo vlus est sæpissimè ad grauissima Regni negotia; nam in obeundis legationibus eius extitit vigilantissimus.

Multa scripsit, & edidit prælis: sequentia ex innumeris eius lucubrationibus, Posseuinus affert. De cultu, veneratione, intercessione, inuocatione, meritis, festiuitatibus, reliquiis, & miraculis Sanctorū, pulchrā & Catholicā assertionē, Parisiis editā, lib. I. 1566. Cōpendium vocabularij Theologici à se recognitum, & auctum, lib. I. Parisiis 1580. & 1568. lib. I. Huic

Posseu. n. t. x. 3. Sacr. A. p.

adiicitur

Anno Christi 1589.

adiicitur Magni Athanasij de Definitionibus liber, Homilias in omnia Quadragesimæ Euangelia, Antuerpiæ 1569. & primum Parisiis editas 1567. Homilias & Tabulam in Sacrosancta Cœnæ Domini mysteria, Passionem, & Resurrectionem Iesu Christi, annexis scholiis ex primis Patribus Ecclesiæ, Parisiis 1570. Item homiliarum Quadragesimæ Tomum alterum, cui adiicitur altera pars à prima, in qua mysteria Dominicæ Cœnæ, Passionis, Resurrectionis Christi Domini explicantur, Venetiis 1572. & Antuerpiæ antea 1569. De fide, & Symbolo, lib. IV. quibus Catholica fides illustratur. Parisiis 1574. In Abacuk Prophetam Homilias 28. quas habuit Parisiis in Regia, editas ibidé 1578. De intercessione Sanctorum. lib. I. Gallicè. De sacrificio Missæ, lib. I. Gallicè. De fide & Symbolo ad Cardinalem Comensem, lib. I. In 6. caput S. Io Euang. De veritate corporis Christi, & sanguinis in sacratissima Eucharistia, lib. I. Commentariorum in Euangelicam Harmoniam siue concordiam, ex antiquis Patribus Ecclesiæ congestorum Tom II. Lugduni 1594.

Posthæc sequentes etiam Gallice libros in lucem emisit posteritati. Historiam sectarum quæ sacrosanctam Eucharistiam impugnauêre; Parisiis 1571. Resolutionem quarumdam Imaginum, & libellorum, quos Hæretici falsò prænotarunt: *Olla*, id est, *la Marmite*, contra Clerum Ecclesiæ Dei, Parisiis 1562. Admonitionem, (*Remonstrance*, titulus est Gallicè) salutarem ad seductos, lib. I. Parisiis 1567. Ollam euersam, & liquefactam, de qua Dominus noster loquitur per Prophetas, lib. I. ibidem 1572. Orationem in funere Caroli Gondij, Domini Turris, ibidem anno 1574.

Post hæc felicissimum vitæ cursum exegit, iuxta Lucium salutaris dati anno 1589. Kalendis Maij, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in BB. Carm.

DE PETRO PADILLA.

Cap. XXIV.

Anno Christi 1589.

Petrus Padilla natione Hispanus, Prouinciæ Castellæ, & Cœnobij Matritensis, quod credimus, alumnus. Inter Hispanicos Poëtas nulli sanè laude secundus, vir Religiosus, ingenij facundiâ pollens.

Relata Castellæ.

Plura metro scripsit, & prosâ, Typis extant De excellentia Virginis Mariæ 9. capitibus, lib. I. in quo erud tionem auctor cum suauitate committeet Monarchia Christi. lib. I. Fasciculus florũ spiritualium, lib. I. De Christi Passione, lib. I. & alia innumera quæ solutâ chartâ vagantur, quorum tituli nondum sunt nobis allati.

Floruit annis Orci subiugati à Christo 1589. & Madriti in suo Cœnobio sepultus est, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1586.

DE LVCRETIO MANFREDINO.

Cap. XXV.

Anno Christi 1589.

Lvcretivs Manfredinvs, natione Italus, patriâ Ferrariensis, vir pius, sapientiâ profundus, & conuersatione amabilis sancta. Prudentiâ suâ clarus, & morum indolisque suauitate diligibilis. Electus fuit, Lucio teste, Vicarius Congregationis Mantuanæ bis, anno scilicet 1569 & 1580. quam æquasi nè moribus optimis suo regimine auctam reliquit.

Lucius in BB. in Cõp. Cat. Catal. Vic. Gen. Cong. Man.

Onere munij absumpto in felicitate, vitam felicissimè perfecit, salutis anno 1589. Ferraræ, aliis Mantuæ: Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE GENESIO ROSANO ALTERO.

Cap. XXVI.

Anno Christi 1589.

Genesivs Rosanvs (alter à primo de quo anno 1570. egimus) natione fuit Italus, Parauinus patriâ, publicus eâ in vniuersitate sacræ Theologiæ interpres, Conuentus Carmelitarum studiorum Regens, dignissimúsque RR. Generalis Henrici præceptor: vir quidem non solum sapientiæ Lauro, sed virtutum aureâ laureâ coronandus, vt pote in quo omnigenæ pietatis, & sapientiæ splendebat candor, & decus.

Boërsius in vita Henrici f. 4.

Scripserit an aliqua quæ prelo vulgauerit, latet Sed sapientissimas damus Patris Theologicas lectiones, Parauij publicè datas.

Tandem Taurini spiritum exhalasse, ibique sepultum fuisse Italica nobis Relata dedère, sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Posseu to. I. Sac. App.

DE IOANNE PEDROLO.

Cap. XXVII.

Anno Christi 1590.

Ioannes Pedrolvs, alter à Michaele Pedrolo, & Ioãne Pedrolo huius Michaelis Patruo; natione Cathalanus, & Prouinciæ illius filius, & postea Prouincialis dignissimus. Vir albo lapillo meritò cõnumerandus inter sapientes Heliades. Publicus ad annos plures Metaphysicæ,

ANNO CHRISTI 1590.

& S. Theologiæ enarrator: adeò in Metaphysicis excellens, vt ab Auerroë, & Aristotele par illi nullus fuerit inuentus, S. Theologiæ in via S. Thomæ sequacissimus penetrator subtilissimo enim pollebat ingenio.

Plura scripsisse relationes perhibent, è quibus extant, Onufrio Scholano relatore teste, lecturæ Logicales, lib. II. De potestate Clauium, lib. I. qui extant manuscripti maximi habiti in Bibliotheca Collegij sancti Angel. Barchinonensis.

Onufrius Scolan. in relationibus missis ab eo ann. 1633.

Florebat, ex eodem Onufrio, è tricis gehennæ Orbis liberati anno 1590. Sub Vrbano VII. Pontifice, & Imperatore Rodulpho II.

DE DIDACO SANCIO A CAMARA.

CAP. XXVIII.

Anno Christi 1590.

DIDACVS SANCIVS à CAMARA Hispanus, ex Prouincia Castellæ, vir religione venerandus.

Scripsit (quod vidimus) de passione Domini, lib. I.

Relata Castellæ nou. æ.

Florebat annis 1590. Sub Imperio Apostolico Vrbani VII. & temporali Rodulphi II.

DE GEORGIO VERCELLONIO.

CAP. XXIX.

Anno Christi 1590.

GEORGIVS VERCELLONIVS, natione Italus, Mediolanensis patriâ, vir sapiens, & suæ Religionis decor in Congregatione Mantuana, cui fuit Vicarius Generalis electus, Lucio teste, anno 1590.

Lucius [illegible] pro V. G. [illegible] Mant.

An aliqua scripserit latet omnino, constat autem dignum inseri nostrò Paradiso virum, ob singularem eius prudentiam, sapientiam, & morum fœcundissimam compagem.

Florebat anno electionis suæ 1590. (in quo nos huius in seculi lucem Turiasonæ editi fuimus, lauacróque purissimi gurgitis sacro per gratiam Dei felicissimè tincti in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ,) sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ANGELO PEREYRA EPISCOPO.

CAP. XXX.

Anno Christi 1590.

ANGELVS PEREYRA, natione Lusitanus, Conimbricensis Academiæ diuinæ paginæ interpres, in diuinis, & humanis litteris vir multâ sapientia clarus, clarior ac meritis virtutis, & vitæ. Episcopus Martyriæ fuit primùm designatus: Deinde Suffraganeus Conimbricensis Episcopi.

Si quæ typis vulgata dedisset, S. Tiagus siluit. Multa tamen studiis assiduum, scripsisse omni memoria, & pretio digna dant nobis Lusitanica subrectis frontibus Relata.

Philip. S. Tiago in Ca al. di. Ca m. Re [illegible] nes Lusitaniæ.

Florebat annis Redemptionis nostræ 1590. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MATTHÆO FLECHA ABBATE.

CAP. XXXI.

Anno Christi 1590.

MATTHÆVS FLECHA, natione Hispanus, ex Cathalonia oriundus, sed filius Conuentus Regalis Valentiæ. Vir Religiosus, & Musicus peritissimus adeo vt Sacello Caroli V. Imperatoris summus præfectus fuerit Sacelli concentor, quem Hispanice vocant, *Maestro de Capilla*. Ab Imperatore dilectissimus, Thianensi illo in Alemannia Benedictinâ seu Cistercienſi Abbatiali infulâ communiuit. Deinde ad Portellensem in Regno Cathaloniæ eiusdem Ordinis assumptus, in quibus multæ prudentiæ suæ clara præstitit experimenta. A Sixto V. dilectus fuit ex corde.

Episc. Alguer. Relata Cathalon.

Scripsisse ferunt summâ Magistri Concentoris dexteritate suaui, & suauitate dexterâ, de Musicalibus, lib. plures, quorum aliqui vulgati in Hispania, & Gallia typis magni habentur.

Florebat ægra tandem oppressus valetudine, annis saluati peccatoris 1590. & tandem eisdem obiit in sua Portellensi Abbatia, ibidémque à Benedictinis Patribus honorificè tumulatus, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

***

ANNO CHRISTI 1590.

DE BENEDICTO HENRICO.

CAP. XXXII.

Anno Christi 1590.

BENEDICTVS HENRICVS, natione Vvandalus, patriâ Hispalensis, Theologus, Philosophus, & Diuini Verbi cælestis assertor, dignus sanè Præceptor tanti discipuli Venerandi scilicet Patris Augustini Nuñij à Degadillo de quo sequenti ætate dicemus. Publicus fuit, & spectatissimus in Granatensi Lyceo Primariæ Pergulæ in sacra Scriptura interpres.

Ex relationibus à Lusitanica, & Bethica Prouincia.

Scripsisse, habemus Theologica eruditissima in S. Thomam Commentaria. Item Metaphysicas prælectiones. Sermonum libros plures, sed an prælum ex his aliqua susceperint, hæret calamus.

Florebat autem Pacificati Orbis à Iesu 1590. annis. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. SEBASTIANO A CONCEPTIONE.

CAP. XXXIII.

Anno Christi 1591.

V. SEBASTIANVS à CONCEPTIONE, natione Lusitanus Eborensis de Obseruantia nostra Cœnobij filius. Apud Algeriam à Sarracenis pro fide Catholica, vt accepimus ex Prouinciæ relationibus, iugulatus, Victricem Martyris palmam decantauit, & gloriâ perenni coronandus ad astra spiritum emisit. Redempti à misera Satanæ seruitute hominis anno 1591. Sub Innocentio IX. Pontifice Opt. Max. Rodulpho Imperante II.

Relat. Lusitanicæ.

DE NICOLAO ROTARIO.

CAP. XXXIV.

Anno Christi 1591.

NICOLAVS ROTARIVS, natione Burgundus, patriâ Bisuntinus, & Bisuntini Cœnobij filius. Sedulus iste in studiis Pater, in recognoscendis Thomæ nostri Vvaldensis operibus laborauit multùm. In humanioribus litteris vir sanè naturâ pollentior arte: arte Lyricâ alter Homerus, Prosâ Latina facundissimus, & elegans.

ANNO CHRISTI 1591.

Scripsit, Posseuino teste, nitidum Epigramma operibus Vvaldensis præfixum. Ad nostram Prouinciam Aragonum vidimus item typo Epigramma alterum, de iucundissimo ad eam aduentu Reuerendissimi Generalis Baptistæ Rubæi. Item in laudem Prouinciæ Castellæ Carmen; librum vnum, & alia plura quæ soluta vagantur multis quæ librum conficere possent.

Posseu. to. 2. Sac. App.

Florebat annis 1591. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE B. IOANNE AB YEPES.

CAP. XXXV.

Anno Christi 1591.

B. IOANNES AB YEPES, sic primùm in Obseruantia vocatus, postea Ioânes *è Cruce* natione Hispanus, patria Hontiueriensis. oppidum Carpentaniæ Prouinciæ, sæculo honestus, sed cælestis vitæ nobilitate clarissimus, Doctor mysticus, Mystico Dionysio meritò componendus, cæli volucris fidei illuminatus potentiâ: à primis ferè annis (egregius indole) ingenuâ cælitus seruitute, sacra illustris pueri potiùs lactabatur infantia; ante quàm vel posset aliam huius sæculi turpem degustare palæstram, illâ fruge bonâ peractâ, cor senile gerens, Carmelitarum Obseruantium in Cœnobio Metinæ à Campo ex Prouincia Castellæ, diuino Numine flante, ingreditur adolescentulus vbi per omnia incomparabilis, & specialissimo quodam innocentiæ munere, atque cælesti perseuerantiæ dono in primo Missæ sacrificio donatus: nullâ deinceps lethalis culpæ sorde animum maculauit, cùm nec antè (vt piè creditur, & probabiliter inducitur) vnquam polluisset. Quare arctioris vitæ supra modum accensus cupiditate, quam profitebatur inter Carmelitas suos de Obseruantia antiqua Regulam ad pristinam formam primitiuæ Carmeli montis gloriæ, vnà cum sanctissima Virgine Teresia sibi proponente traduxit, restituit etiã, ac primus ipse generosè propagauit. Aliquot deinde summa cum laude Monasteria gubernans aliisque superioribus in Ordine officiis sanè feliciter præstitis, in omnibus seipsum præbuit exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Quin etiam heroïcis virtutibus ita vir Dei præditus extitit, & vsqueadeò erga Deum, & proximos feruentissimâ charitate, spe, prudentiâ, & fidè refulsit, vt maximi quique demirarentur illum. Diuino insuper prophetiæ lumine mente perfusâ, sæpè, venerabilis Pater, futura prædixit, cordiúmque vidit cogitationes apertè: Charismatum præterea donis, præcipuè fortitudine

discretione

ANNO CHRISTI 1591.

discretione spirituum atque mirabili desuper sapientiâ refulsit.

Arcana, dum oraret, mystica nouit: & in altum sæpe sublatus, ecstases quoque, & raptus vi contemplationis suæ experiebatur. Hinc cælestis doctrinæ libris, sacro de pectore Christi mirabiliter orando haustis (prædicant & ipsi) altissimam aperuit ad mysticæ sapientiæ praxim, crucisque mortificationem, viam, & modum; imò omnia eius dicta, & scripta, qui legit, non dicere credit, sed tonare: subinde victis Dæmonû in aliquos fallacius ætetri recedût spiritus, imò inuiti victi coram eo comparent, atque inferis cunctis, *Magnum* post illum *Basilium*, terribiliorem nusquam compeisse virum horrisono clamore conclamitabant. Interdum, sed præsertim sacra liba facientem, corusca illum cæli claritas circumfulsit, quâ, velut Moyses alter è monte descendens, visus est multis. Cæterum cum Iesu Christi imago aliquando alloquuta, atque noua quadam liberalitate, noua ipsi offerens beneficia, (ô rem mirandam!) dolores acerbissimos, continuósque labores vir sanctus poscit, sustinet, & impetrat. Sed reuera quàm multis fuerit à Deo, atque à Virgine Matre fauoribus, & deliciis decoratus haud facilè quis quiuerit exponere.

Tandem miraculis clarus Martyr in voto, cunctis medicamen (etiam spiritualiter vtcumque prauè affectis) cælesti pane refectus, aliisque munitus sacramentis Ecclesiæ, mortis suæ horæ præscius, post ingentia sanctitatis facinora: post ditatam sacrâ cælestis spiritus sui mystica sapientiâ, sequentibus libris, & scriptis Ecclesiam ex Thoma Tamaio, & Bibiæ Pontificali historia: *Ascensus Carmeli*, lib. III. Mysticæ Theologiæ, in quibus noctis obscuræ animæ, eiúsque ad vnionem indigentiæ peragitur: vnà cum obscura sensus, & appetitus nocte, & de damnis, quæ ab illis percipiuntur. Hoc in primo libro 15 capitibus compacto côtinetur. In 2. agit de medio proximo ad obtinendam vnionem cum Deo, quod est fides, & de secunda nocte spiritus 32. capitibus compacto. In 3. 44. capitibus contexto, agit de purgatione, & nocte memoriæ, & voluntatis actiua. His clauditur tractatus primus. *Tractatus secundus* duobus item lib. est contextus. In I. lib. ponuntur cantica quædam, loco contextus almæ doctrinæ, post quæ agitur de nocte sensus, & capitibus septem describuntur incipientium imperfectiones. In secundo libro peragit de intimiori purgatione, quæ est nox Spiritus secunda. *Tractatus tertius* cui titulus, *Amoris flamma viua*, est expositio Canticorum quatuor, in qua item agit de intimiori vnione, & metamorphosi animæ cum Deo. Tractatus iste in 4. diuiditur partes, totidem cantica exponentes, in quibus admirabiles conditiones, & effectus diuinæ enodantur Vnionis. In cantico tertio pro spiritualibus Magistris apponitur elegans, & succincta instructio. Puncta tribus discursibus diuisa, in quorum primo enodantur loquutiones, & phrases difficiliores præmissorum Tractatuum. In 2. ostenditur summus contemplationis gradus, & perfectus status vnionis cum Deo, quem pertingere valet anima corporis nondum exuuio soluta, Diuinâ Dei gratiâ suffulta, qui est finis

Thom. Tamai. in Elogiis illustriû scrip. Arpentanæ. Ludo. Babia 4. Pontificali.

primus horum operum omnium mystici Patris. In tertio alia continentur quæ cum non sint auctoris lucubrationes, à nobis omittuntur. Extant hæc omnia, & alia Barchinonæ recusa anno 1619. prælis Sebastiani à Cormellas. Præter hæc plura alia de mystica Pater elucubrauit Theologia, & plura quæ nondum hucusque vidimus prælo mandata.

Igitur post hæc, & alia æterno marmore digna, Vberæ inter suos Discalceatos nouæ Congregationis Carmeli, Cælo animam, terris corpus clarissimus Christi Confessor locauit, XIX. Kal. Ianuarij, anni à salute Orbis 1591. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore, ætatis suæ 49. à transmigratione sua in Discalceatos 23.

Post anni integri circulum, sine corruptione, & vitio repertum est cadauer miré suauissimum spirans odorem, & in Segouiense Cœnobium translatum, animi sui gloriam quâ spiritus perfruitur æternam quotidie miracula crebra testantur. Inter hæc, miraculum illud miraculorum (sic eum Roma appellauit) non prætereundum duximus; videlicet in qualibet diuisionis particula corporis eius mirabiles quædam apparitiones, & imagines Christi, & Spiritus sancti sub specie columbæ, & Virginis Mariæ, atque Sanctorum, & Angelorum multiformiter diuinitus apparere: non tamen, vniuersis easdem, nec singulis omnes: sicut eisdem aliquando diuersas, & aliquibus penitus nullas. Res sanè ex omni memoria ætatum, antehac non audita quæ firmissimo Reuerendissimi Episcopi Vallis Oletani testimonio D. D. Vigilis de Quiñones comprobata est Iuridicè; id, quod multis aliis grauissimis testimoniis est obfirmatum. Vide si iuuat nostrum de vitis Sanctorum Carmelitarum Hispanico librum.

DE V. FELICE ZVCOLIO.

CAP. XXXVI.

Anno Christi 1591.

V. Felix Zucolius, natione Italus, patriâ Paduanus Prouinciæ Venetiæ Prouincialis, vir virtutû nitore clarissimus, litterarum firmissimus amator. Erga immaculatâ Virginem Mariam deuinctissimus, & deuotissimus. Huic pientissima misericordiæ Mater, vt Boëtius recenset, dum tota grassaretur Padua peste, apparens promisit, vt si Virginis Mariæ Iconem quæ super porticum excelsam Paduæ Vrbis erat, quâ fieri posset veneratione populus ad Ecclesiam suorum adduceret Carmelitarum, statim pestem reuocandam fore; quod sic anno 1577. contigit. Tunc enim virtutis omnigenæ habitus exemplar à cunctis Felix felicissimè florebat isque felicissimâ morte; annis Christi 1591. ad astra vocatus Paduæ corporis exuuia liquit, non sine clarâ sancti-

Boëtius in vita Henrici Sauii.

ANNO CHRISTI 1591.

moniæ voce, sub Gregorio XIV. & Imperio Alberti II. Vix quæ scripserit inuenimus, sed ad nostram sunt notitiam adducta sequentia. Declamationes in Comitiis Generalibus recitatæ, lib I. Veri spiritus Abecedarium, lib. I. Cætera latent.

Lombardica relata.

Hæc nobis Italicæ Relationes exhibuêre.

DE IACOBO MAISTRETO EPISCOPO.

CAP. XXXVII.

Anno Christi 1591.

IACOBVS MAISTRETVS, natione Gallus, patriâ Burgundus, Damascenus Episcopus, & Illustrissimi Lugdunensis Archiepiscopi in spiritualibus Suffraganeus, vir grauitate morum, & eruditione venerabilis exquisitâ: Diuini declamator verbi instructissimus, in Sacra scriptura, velut è cælo delapsus, scitissimus commissi gregis euigilator: In scribendo, & docendo firmissimus enucleator: an verò ex lucubrationibus multis, prælo prodierint aliquæ Lucius subdubitat, proditurias citò tamen affirmauit.

Obitus illius latuit annus, floruisse tamen habemus his Christi 1591. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius in BB. Carm.

DE IOSEPHO A FALCONIBVS.

CAP. XXXVIII.

Anno Christi 1591.

IOSEPHVS à FALCONIBVS, Falconium Posseuinus eum appellat, Placentini Cœnobij Prior in Gallia Cisalpina, Lombardicæ Prouinciæ. præstanti vir Religionis, & sapientiæ lauris meritò coronandus, indefesso litterarum accubitus studio.

Posseuin to. 2. App. Sacri

Multa scripsit, quorum quædam typis vulgata in Orbe clarescunt. Inter quæ Lucius, & P. sseuinus sequentia signant, sui Ordinis eximium Chronicon magnitudinis iustæ opus, sæpe à nostro Leone a S. Ioanne citatum. Sermones Quadragesimales, lib. I. Præter quæ Lucius affirmat se in Iosephi Musæo vidisse magnum librorum editorum à viro aceruum in lucem emittendorum.

Lucius in BB. Carm. Posseu. citat. Leo a S. Io. in typo vestis Religiosæ sect. 6. f. 6c. & alibi.

Florebat adhuc annis 1591. & vltrà, Sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1591.

DE V. GABRIELE DE COS.

CAP. XXXIX.

Anno Christi 1591.

V. LAICVS GABRIEL DE COS, natione Hispanus, Mantuæ Carpentanæ filius, & Cœnobij professus eiusdem. Cuius celebrem, inter Mantuæ prædictæ insignes sanctitate filios, memoriam reddit Ægidius Gundisaluus Dauila. Singulari fuit, & admirandâ vir præclarus obedientiâ, feruidus intimioris paupertatis amator. Pœnitentiæ speculum singulare: sed id quod in viro splendidiùs eluxit, assidua fuit diuinorum meditatio, quâ sæpe diuinis meruit visionibus, ecstases patiens, à Virgine Maria dilectissima sibi, diuinitùs, & ab Angelo Custode suo, cui deuinctissimus extitit semper teleuari. Quintâ quotâ feriâ noctes insomnes transigebat orando: in memoriam dilectissimi Seruatoris Christi passionis, & dolorum, præter ferream, qua semper, catenam vtebatur, & similem loricam, solo pane, & aqua contentus, sextas ferias aquæ frigidæ, & panis esu pastus tantum totas pertransibat.

Ægid. in la Magnal. Matrit vbe de Cœnobij Carm. erectione.

Tandem dierum, & virtutum candido venerandus nitore, iuxta citatum Ægidium Mantuæ Carpentanæ inter suos, clarissimo sanctitatis nomine, Orbis redempti anno 1591. ad astra volauit, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. ANTONIO QVIROS.

CAP. XL.

Anno Christi 1592.

V. ANTONIVS QVIROS, natione Beticus, & Prouinciæ Beticæ decor, vir magnæ virtutis sic inter homines agens, ac si inter sydera cælestia viueret. Adeò ab hominibus semotus, vt nobis relata Belgica tradunt, quod per annos octo supra viginti domi semper manserit inclusus, totus deditus Deo, assiduaque contemplatione cælestium epastus.

Relata Betica.

Tandem multis virtutibus auctus non sine voce sanctitatis, ad astra perduxit spiritum, annis salutæ Adamææ posteritatis 1592. Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

* *
*

ANNO CHRISTI 1592.

DE ANDREA TARGHETO.

CAP. XLI.

Anno Christi 1592.

ANDREAS TARGHETVS à Gottolingo natione Venetus, tractûs Brixiani, & quidem Veneti gloria magna soli, cuius clara per orbem fama bat. Egregius in satis tenella ætate Patauij Philosophus, & Theologus euasit, & Collegio eodem Doctoris laurea decoratus est. Deinde egregia eruditionis mirandæ fama clarescens, Cremonæ, Patauij Florentiæ, & multis alijs Italis Collegijs Regentis studiorum munere functus est. Post hæc ad suos rediens, Commissarius Generalis, & suæ Prouinciæ Primas eligitur, quæ munia senili Nestoreâ dexteritate direxit.

Lucius in BB. Carm. lit. T. Possev. to. 2. App. S.

Plura Lució, & Posseuino testibus, in Sententias scripsit, & in Philosophiæ, & Theologiæ libros disertissimè nauarat, quæ ad limam adducta in lucem emisisse curauit.

Florebat felicissimo sapientis nomine, salutis annis 1592. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE AB HERRERA.

CAP. XLII.

Anno Christi 1592.

Seniores Aragonicæ Prouinciæ Patres.

IOANNES AB HERRERA natione Hispanus, Celtiber patriâ, Villaregalensis, Darocensis Communitatis oppidum, Conuentus nostri Cæsaraugustani filius, & Prouinciæ sanè decus. Vir litteratissimus, Salmanticensis Lauro Bacchalaureali in S. Theologia decoratus. Sertorianæ Oscensis Academiæ inclytæ publicus Philosophiæ ad annos plures indagator, clarissimo nomine sapientis sublimatus.

Plura scripsit, sed nulla typis extantia vidimus adhuc. In omnem Aristotelis Doctrinam lectuiarum suarum lib. II. quos Manuscriptos vidimus aliquando in sacro Musæo nostro Cæsaraugustæ.

Clarebat annis 1592. inter Prouinciæ nostræ sapientes sublimi decoratus voce sapientis: id quod Romæ in Comitijs Generalibus generoso ostendit applausu, dum publicas omnis Theologiæ assertiones defendisset, Præside nullo.

Obijt tandem Cæsaraugustæ, dum Prouincialis iam iam futurus expectaretur, salutis anno 1595 die 21. Octobris, & maximo suorum dolore, in communi conditus est fratrum sepulchro. sub summo Archimeste Orbis Clemente VIII. Aldobrandino & Romano Cæsare Rodulpho II.

Ex relationibus Seniorum nostri Cœnobij Cæsaraugustani, Catalogo Gu-dalaxara, & Episcopi Alguerensis virum damus Carmelidem insignem.

DE NICOLAO AVRIFICO.

CAP. XLIII.

Anno Christi 1592.

NICOLAVS AVRIFICVS, *Aurifex* aliis, aliis *Orificius*, sed satis inappositè certè, natione Italus, Senensis patria, Bonilius, semper litteris indefessus existens.

Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 2. App. S.

Sequentia Lucio, & Posseuino lucubrauit, quæ partim typis sunt cusa partim seruantur in Ordinis terminis. Prodiit in primis De dignitate, vita, & moribus Clericorum, lib. I. cui adijcitur ab ipso Auctore Ordinandorum Examen, ex varijs compactum auctoribus, Venetiis 1567. & alibi. Tractatus de antiquitate, veritate, & dignitate Missæ, additus Missæ speculo, ex Patribus congestus ab eodem auctore, Venetiis 1572. Tractatus de Passione Domini, Italicè, Venetiis 1567. Sylua orationum, ex SS. Patribus, Venetiis 1569. & Mediolani, & alibi. Speculum Monialium Italice, Florentiæ 1591. Flores Orationum, ex Ludouico Granatensi 1573. Tomi 8. Meditationum ex Sanctis Patribus, Italicè, quorum tres excusi sunt Venetiis 1582. Nouum Ordinandorum Examen, Latinè, Florentiæ 1586. Tabula præparatoria ad Missam cum vtilitatibus ex SS. Patribus collectis Florentiæ 1591. Summarium Indulgentiarum, & Gratiarum Confratrum, & Sororum Ordinis nostri, Florentiæ 1592. Institutio Mercatorum de Cambiis, & contractibus. Summa Aurifica Italicè, apud Guerilium 1603. Quæ verò nondum in lucem sunt emissa vsque ad ann 1597. sunt sequentia. De velamine mulierum, liber à Cardinale Paleoto magnificè commendatus. Speculum Episcoporum, Latinè conscriptum. Examen Confessariorum Latinè. In Quartum sententiarum lectiones, quas annis 1575. & 1576. Placentiæ habuit ad Patres Ordinis S. Benedicti, quorum fuit clarissimus Præceptor. Expositiones Euangeliorum Quadragesimalium. Index sacræ Scripturæ, cum expositione SS. Patrum, Institutio Carmelitica, in qua Dialogisticè Ordinis Regula Latinè exponitur. Vita S. Elisæi Carmelitarum Ducis secundi Latinè. Historia quoque Carmelitica. Opera verò in quibus limandis, & recognoscendis insudauit sunt hæc. Opera omnia Thomæ Waldensis Anglici & Angelici Carmelitæ. Eius vitam scripsit eleganter quæ circumfertur tom. 1. Doctrinalis fidei ab Waldensi Cherubico Doctore, qui cum aliis tomis Venetiis, Parisiis & Salmanticæ cusi sunt politissimo prælo. Opera etiam spiritualia Ludouici Granatensis Ordinis Prædicatorum. Opera Antonij Mondogneti, vbi

ANNO CHRISTI 1592.

nomen Aurifici ipsius scriptum est. Hæc Possevinus ad vnguem.

Florebat autem sexagenarius Senis, adhuc, annis IESV CHRISTI 1592. sub eisdem Pontifice,& Imperatore.

DE DIDACO GARSIA.

CAP. XLIV.

Anno Christi 1592.

DIDACVS GARSIAS natione Hispanus, patria Lauriensis. Ciceronianæ eloquentiæ, Christianæ Philosophiæ,& Aristotelici lemmatis in vniuersitate Salmantina Rhetor, Lector, & Rector celeberrimus: Religiosæ item pietate venerandus.

Relata Castel. Ep. Alg. Guadalax.

Floruerat annis 1592. ab Orco Euerso, sub eisdem Pontifice,& Imperatore.

Ex Relatis à Prouincia Castellæ, Catalogo Episcopi Alguerensis, & Guadalaxara.

DE SALVATORIO PALMERIO.

CAP. XLV.

Anno Christi 1592.

SALVATORIVS PALMERIVS natione Italus, patria Neapolitanus, Iuris vtriusque Doctor, in diuersis Italiæ Lyceis eorundem Publicus celebratissimus Interpres.

Lucius in Sinceltresi ad BB. Carm. litt. S.

Plura de diuersis scripturis scripsit, quorum aliqua pretio habita inter Iurisperitos Doctores typis habentur.

Tandem Calabriæ quondam Prouincialis Commissarius clarebat, annis eruti hominis de Pharaonis Infernalis Impetio 1592. sub eisdem Pontifice,& Imperatore.

DE PTOLEMÆO DE PTOLEMÆIS.

CAP. XLVI.

Anno Christi 1592.

PTOLEMÆVS DE PTOLEMÆIS, natione Italus, patria Ferrariensis, Theologorum Carmeli singularis splendor, & Ferrariensis Musæi decus eximium. In euoluendis diuinæ paginæ libris, omnia contriuit tempora vitæ, itaque multiiugæ fuit sapientiæ Pater, acer in disputando, in concionando viuidus, feruidus, & ardens.

Metaphysices transfecta velamina scripsit multa, quæ in Magna discipulorum dictauerat Ferraræ frequentia.

Florebat, iuxta Lucium, pacificati mundi à Iesu annis 1592. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1593.

Lucius in BB. Carm. c.t.

DE PAVLO RONDINIO ET ALIIS.

CAP. XLVII.

Anno Christi 1592.

PAVLVS RONDINIVS natione Italus patria Florentinus, Florentini Conuentus Prior satis iuuenili electus ætate, à RR. Nicolao Auderio: post hæc Doctoris Laureâ decoratus: Hetruriæ primùm, deinde Terræ Sanctæ Prouincialis eligitur, quibus in muniis prudentem se, venerabilem, & benignum semper exhibuit. Eruditionis fuit, & eruditorum inter egregias alias animi, corporisque dotes semper amator, & fautor. Extant notissima asserti signa clarissimi Patris, ingeniique Præceptoris discipuli plures, inter quos albo sanè lapillo censendi, Lucio teste, Ambrosius ab Ambrosiis Pratensis, Hetruriæ meritissimus Prouincialis, Theophilus Palmerius,& Andreas Pellius insignes Carmeli Doctores. Porrò tanta Prædicationis claruit famâ, vt apud innumera Italiæ loca,& selectiores Ciuitates, immarcescibilem obtinuerit memoriam, nomenque perenne.

Lucius in BB. Carm.

Scripsit multa, sed tantùm se vidisse sermones aliquos Lucius affirmat, & obiisse salutis anno 1592. Sepultúmque Florentiæ, sub eisdem Pontifice,& Imperatore.

DE IOANNE STEPHANO CHIZZOLA PRIORE GENERALI LATINORVM trigesimoquarto.

CAP. XLVIII.

Anno Christi 1593.

IOANNES STEPHANVS CHIZZOLA, Riparoli natus, quod insigne est oppidum inter fines Mantuanos,& Cremonenses, Cœnobij Cremonensis filius. In solemnissimis Cremonæ Comitiis salutis humanæ anno 1593. celebratis, trigesimus quartus Latinorum Carmelitarum Prior Generalis, duarum tantum horarum spatio, generoso vrbis, orbis & vniuersę Religionis applausu non solùm electus, sed quasi raptus est ad supremam Ordinis Præfecturam. Antè iam à Clemente VIII. post obitum Caffardi, Vicarius Generalis Apostolicus omnibus fuerat assignatus: Et ante hæc item magni habitus à Sixto V. Pontifice O M Commissarius Apostolicus Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Iberniæ, & vtriusque Germaniæ creatus: Visitator item Generalis in Neapolis Regno: fuerat vniuerso omnium applausu Romaniæ Prouincialis,& à Gregorio XIV (Laurentio Laureto ex Procuratore Generali ad Hadriæ Episcopalem Infulam euecto) Vineæ Carmeli Pro-

curator

Anno Christi 1593.

curator Generalis constitutus. Spartam hanc sibi commissam adeò vigilantissimus, venerabilis bonis, & amabilis rectis administrauit: tamque singulari, inque constantia, Galliâ totâ peragratâ, cælesti doctrinæ pabulo, & virtutum exemplo commissos sibi greges demulsit, vt pro impensa solicitudine, zelo, vigilijs, & laboribus, cælo dante (gratissima sibi) hominum susceperit odia, & grauissimi illi successerint labores: quos tam admiranda æquanimitate, & cordis sui virili valore sustulit, vt non homo, sed Angelus passionum impax videretur. Sed quid mirum si ab vnguiculis primis totus Deo deditus, nobilissimo sanguine satus, nobiliora sanguini virtutum schemata iunxerat? Enimuero cum lacte ardorem ebiberat veræ sapientiæ, cum sapientia semper virtutes aduocauerat omnes: Sicque omnem in Religione felicissimum vitæ suæ cursum docendo, regendo legendo, & scribendo transegit, indefesso semper his deuidans studio.

Satis ætate tenellâ studiorum Taurini, Florentiæ, & Romæ Regens publicus constitutus est. Adeoque viris Religione pollentibus & litteris semper adhæsit, vt merito Lucio teste, virtutum Clypeus, & litteratorum vnicus Mæcenas fuerit appellatus. Eius semper in susceptis Prouincijs vigilantissima solicitudo fuit custodire, pascere, & commissum sibi, cælo dante, gregem regere, & in omni meliori disciplina, non solùm conseruare, sed obfirmare, & augere factus speculatorum Carmeli præclarum Archetypon.

Lucius in Comp. in Catal. G. Ordin. in Chizzola.

Tandem Posseuino, & Lucio testibus, scriptis in sententias lib. IV. Concionum Quadragesimalium (fuit enim clarissimus qui in conspectu Principum loquebatur sapientiam, Ecclesiastes) lib. II. In Philosophicis lib. pluribus: Breuiario Ordinis ad commodiorem formam correcto, & redacto, Sanctionibus pro Ordinis Regimine factis, Harmonia Beauxamis nostri suâ solicitudine mandata prælo: post magnis à Pontificis fauoribus, præcipuè à Clemente VIII. Pontifice O. M. Religionem decoratam, & multa bona opera exhibita: super senes misericordiam, pietatem incrementa Ordinis, ingenij acumen, eruditionem variam, scientiarum culmen, & omnia integerrimo viro digna intelligens, factus vsque ad mortem Atlantæus laborum tolerator felicissimus, in Christo in Conuentu Drepanensi Siculæ Prouinciæ salutis anno 1597. sub Clemente VIII. Pontifice supremo, & Rodulpho SS. Cæsare Romano, ad sydera volat.

Posseuin. to. 1. App. S. Lucius in Bib. Carm.

Huius tempore Generalis Patris in Capitulo Generali Cremonæ inito, communi Patrum applausu, sub certis conditionibus Discalceatorum nostrorum felicissima Congregatio, omnino se ab antiqua, propria & vera Carmeli Obseruantia segregauit, annuente Diplomate Clementis VIII. statimque, quinque Prouincijs nouis erectis, Præpositum sibi Generalem elegerunt RR. Patrem Nicolaum à IESV MARIA virum sane sanctum, virum sanè sapientem, & integerrimum: sed morte breui sublato, successerunt in Ordine secundum, Heliam à S. Martino, & post hos sequentes alios, quorum clarissima virtus, sapientia, & regimen egregiam nouellam istam Carmeli plantationem fœcundis mis sapientiæ, & sanctitatis fructibus illustrauêre.

CARMEN RR. P. GENERALI CHIZZOLÆ.

Incerti.

Carmeli murus cecidit Chizzola cadente:
Virtutis gladius, Buccina iustitiæ.
Judicium præceps, contrarius ordinis error,
Et leuitas morum non placuere Patri.

DE VINCENTIO A TORREGROSSA.

CAP. XLIX.

Anno Christi 1593.

Bethica Relata.

VINCENTIVS A TORREGROSSA natione Vandalus, patriam credimus Hispalim esse sortitum. Vir fuit clarâ virtutum sobole clarissimus; sicut etiam sanguinis genere nobilis; quique spreto mundi culmine, Regia contemnens munera, generosus terrenorum omnium spretor ad Religionis portum accurrens, totus Deo assiduâ deditus diuinorum meditatione, illustrem virtutum cumulauit gazam.

Itaque non modo verbo & opere sed scriptis etiam ditauit Ecclesiam & Orbem, cùm ex Betica Prouincia Relatis adnouerimus scripsisse, de Mystica Theologia lib. III. qui an prælis dati extent hucvsque non scimus: Scimus autem tanquam pretiosam gemmam Sapientiæ Patris Manuscriptum opus seruari in insigni Hispalitana Carmelæa Bibliotheca.

Floruit anno 1593. sub iisdem Pontifice & Imperatore.

DE FRANCISCO DE ZAMBERTIS.

CAP. L.

Anno Christi 1593.

FRANCISCVS DE ZAMBERTIS; *Zambertum* vocat Posseuinus, natione & patriâ Venetus, S. Theologiæ Doctor insignis, & diuinus Ecclesiastes: artis Musicæ per Italiâ totâ Magister notissimus, illustriq. nomine clarus: nimis varius in scientijs ingeniû subtile suû exercuit. Quãtum autẽ in

Anno Christi 1593.
Lucius BB. Carm.

omnibus profecerit scientiis, Papia, & Patauium agnouêre, vbi publicè docuit, & diuinam mirificè Theologiam commentatus est.

Lucio, & Posseuino testibus, super Sententias scripsit lib. IV. Metaphysicarum Commentationum, lib. II. Sermonum etiam II. An tamen prælo extent, nec Lucius, neque Posseuinus asseuerauère.

Obiisse tamen affirmant salutis anno 1593. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. IOANNE EVANGELISTA DE SALINAS.

CAP. LI.

Anno Christi 1593.

Ægid. in lib. Maenal. Madrin. vbi de Cœnob. Carm.

V. Ioannes Evangelista de Salinas natione Hispanus, Mantuæ Carpentanæ oriundus, & eiusdem Cœnobij, Ægidio Gundisaluo teste, clarissimus filius. Vir merito venerabilis ob insignem, & admirandam vitæ sanctimoniam: luxit in eo, inter virtutes alias rarum Pœnitentiæ, & austeritatis & lucidissimum exemplar.

Obiit copiosâ sanctitatis acclamatus voce, salutis Orb. anno 1593. & in eodem Cœnobio sepultus veneratus habetur, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO LVCIO BELGA.

CAP. LII.

Anno Christi 1593.

Posseu. to. 3. App. S.

Petrus Lucius natione Belga, hic sæpe datus à nobis, patriâ Bruxellensis, quem Posseuinus alibi Petrum tantum Carmelitam cognominat. Vir fuit sane clarissimus, omnis sapientiæ fulgidus luce. Poëta celeberrimus, indefessus omnis bonæ paginæ arator.

Inter alia, quæ non vidimus, scripsit in primis Commentarium Carmeliticum, lib. I. ab ipso sæpe, in Bibliotheca sua citatum. Compédium historicum Latinè, cum Indulgentiis, & Priuilegiis Ordinis suo concessis, quod postea à Francisco Minuccio à Radda Carmelita, Italico translatum est, & Florentiæ 1595. recusum, lib. II. De laudibus Carmelitarum opellam, lib. I. Compendium Apostolicarum Concessionum pro Carmelitis, lib. I. Bibliothecam Carmelitanam, siue de illustribus scriptoribus Carmeli, lib. I. Apologeticon pro lib. de laudibus Carmelitarū Trithemij Abbatis. Clarissimæ Angulolanæ familiæ stemmatum, siue Insignium, expositionem, Carmine insignem: & de aliis multa soluta poëmata sacra. Si quæ alia prælo mandarit, vel scripserit, omnino nos latent.

Anno Christi 1593.
Vide in BB. Carmel. raria eiusdem ep. ad Reuerendissimū Io. Stephan. Chizzolam initio præfixam lib. Trithemij & in ead. BB. in Petro Lupo, & in Compendio cap. 14. in G. Rossi. & alibi sæpe citato.

Florentiæ felicissimè florebat insignis iste Carmelita, de religione, & fide Catholica optimè meritus, pro qua tutanda, præter multa alia, exilio à Bruxellis mulctatus, gloriosus duxit in fidei defensionem labores exantlatos, salutis annis 1593. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE LEONE SANGALLETTO.

CAP. LIII.

Anno Christi 1593.

Leo Sangallettus, à Sangallettis Lucius agnominat, natione Italus, Florentinus patriâ, morum pietate, eruditionis laude, & prudétiæ nitore, multis obitis in Hetruria muniis, effulsit. Florentiæ demum Prior effectus eruditissimi, & modestissimi Patris laudes promeruit.

Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 2. App. S.

Inexhausto studio libris semper incumbens, innumera, posteritate digna conscripsit; sed ex Posseuino, & Lucio titulo tantùm signatum accepimus, De casibus conscientiæ præclarissimum opus prælo paratum annis 1593. quibus sub eisdem Pontifice, & Imperatore, illustrissimus sapientiæ, & religionis voce clarebat.

DE AVRELIO REGNINO DE CREMA.

CAP. LIV.

Anno Christi, 1593.

Luc. in Catalogo V. G.C. Mantuan.

Avrelivs Regninvs de Crema, sic eum Lucius noster cognominat, admirabilis prudentiæ, & sapientiæ, & morū honestatis prius pater. S. Theologiæ Doctor insignis, Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis dignissimè electus, anno salutatæ Adamææ posteritatis 1593.

Quædam scripsisse fertur, sed titulis nulla notata recepimus.

Clarebat annis electionis suæ sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE PETRO CHIZZOLA.

CAP. LV.

Anno Christi 1593.

Ioannes Petrus Chizzola natione Italus, patriâ Ripatolensis, est oppidum inter Cremonam, & Mantuam, eruditionis, & pietatis vir laudabilissimæ.

Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 2. App. S.

Præter Philosophica, & Theologica emisit prælis in lucē, Lucio, & Posseuino teste, Italico idiomate vitam B. Ludouici Morbioli Bononiensis, quam Latinè vulgarat incomparabilis ille B. Baptista Mantuanus noster.

Florebat

Anno Christi 1593.

Florebat, alia orbi profutura iugi parans studio Mantuani Cœnobij Prior, nôster Petrus, germanus frater Reuerendissimi P. N. Generalis corpore, & spiritu, annis ab Orbe Redempto 1593. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. ELEONORA ORTIZ.

CAP. LVI.

Anno Christi 1594.

ELEONORA ORTIZ natione, & patriâ Maioricensis, tertij Ordinis Carmelitarum virgo sanè veneranda, Maioricensis Cœnobij filia, magni spiritus, & virtutum nitore venustissima, claræ sanctimoniæ nomine nota, cuius meritis multa Deus., Venerabili Lafontio nostro teste, miranda multa operatus est: de ea nos iam fuse diximus, libro nostro de Mirandis B.V. Mariæ de Monte Carmelo typis dato Cæsaraugustæ sub anno 1625.

Lafontius in Comp. Car. lib. 4. c. 22.

Florebat autem virtutibus multis, & exquisitâ erga sacrũ Scapulare Virgineũ Mariç deuotione notata annis 1594. & multò vltrà, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PHILIPPO A S. IACOBO.

CAP. LVII.

Anno Christi 1594.

PHILIPPVS à S IACOBO natione Hispanus, Carpentanus filius Conuentus Toleti, verus eloquentiâ Tullius, verus facundâ, & politâ dicendi facultate Demosthenes alter. Theologus, & Philosophus insignis. Publicus diuinæ Paginæ indagator in frequenti Toletano Musæo: & in Complutensi quondam rarum admirandæ sapientiæ suæ dederat exemplar. Ingenij dexterâ subtilitate totus acumen erat.

Emisit in lucem Illustrium scriptorum, & virorum sanctitate, & sapientiâ celebrium à tempore Magni Principis nostri Heliæ Catalogum insignem Laconicum quo sæpe nos sumus hic vsi. Laborarat, vt ipse testatur Ordinis Chronicon, sed præpeditus communi mortalitatis debito, absoluere nôn potuit & ad limam adducere, ex quo nec in lucem edere.

In epistol. ad Reueren. G. Chezaclam initio Catalogi præfi... Lafontius in Catalogo ad finem compendij.

Floruit semper celeberrimo Religionis nomine dignus, & obiit Toleti salutis anno 1594. Michaële Lafontio teste: sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1594.

DE V. CYRILLO MAGRINIANI.

CAP. LVIII.

Anno Christi 1594.

V. CYRILLVS MAGRINIANI natione Hispanus Cathalanus, patria Vallolicensis, Diœcesis Tarraconensis oppidum: Barchinonensis Cœnobij filius: adolescens rarissimo insignis ingenio, lectissimarum virtutum candore, vel in breui iuuenta decorus. Enimverò cùm annis tribus, & mensibus sex, sodalitiis Mariani Carmelæi stemmate dignus in viuis positus esset, tam arduis virtutum incrementis extulsit, vt consodalibus cunctis fuisset in admirationem. Contemplationi fuit, & orationi iugi feruidè vel ab Ordinis annuo primo tyrocinio datus, & deditus totus, sic vt insomnes in ea plures insumeret noctes: mirâ clauit obedientiâ, qui nec pede, néve manu vti vel in leuioribus auderet, nisi à Magistro suo Petro Paulo Garcesio viro sanè doctissimo vt multi ab eo conscripti libri qui ad manus Manuscripti habentur, ostendit. Sed spectatissimâ morum altitudine integerrimo Patre, iuuenumque Præceptore morum celeberrimo, in Cœnobio Barchinonensi, qui suæ exemplo virtutis, & vitæ, discipulum tantum ad tantæ perfectionis acquirendæ culmen adduxit (præstat enim multùm, si morum in Religione Magistri, ex optimis moribus pollentibus viris eligantur, & qui impositi muneris habenas seduli règant, quique impetuosæ iuuentutis effrænes & raptuosi impetus, quos è sæculo adduxère, cum valore comprimere curent: Id in primis euigilantes, ne Nouitij cum Professis in vllis, si fieri possit, nisi in Ecclesia, Choro, Capitulis, & Refectorio commiscerentur: corrumpunt enim bonos mores colloquia iuuenum praua, si quæ aliquando à iuuenibus possent exaudiri, vel laxatæ actiones, si quæ ex Rectorum iuuentutis professæ incuria scaterent itavt à Nouitiis contemplarentur: eapropter ex mente nostra longè à iuuenibus Professis, Nouitij omnimodò educarentur, & tanquam virtutum fuci, in sacro Religionis alueario, è fauo Nouitiorum solertiâ Præceptoris ingenui dulciter educatorum, arcerentur: experientia enim nos edocuit, quod vix inuenietur compositus, & beneformatus Nouitiatus, vbi adsit incompositus, & laxatus professatus, quanquam morum Magistri sedulitas Angelica sit.)

Relatus à Perpinianico Carmelo remulis.

Igitur tanti præceptoris Cyrillus noster pedissequa factus, maiorum semper sic mandatis adstitit, vt nõ nisi iussus vel in leuissimis se ingerere auderet. Pœnitentiæ fuit lectissimum spectrum, viliori semper habitu contentus, laneis subuculis vsus, & ciliciis semper ad carnem asperrimis admotis, ieiuniis, & rigidissimis ad sanguinem vsque flagellationibus corpus attriuit, & sensus omnes firmâ semper compressione detinuit. Sacramentorum iugi frequentiâ delectabatur assiduè, quorum pingui gratiarum fructu ad satietatem epastus consummatus in breui, multarum

Anno Christi 1594.

virtutum incremento expleuit tempora multa: placita ergo Deo adeò fuit anima illius, vt eum properarit educere de hoc sæculo nequam, & de graui carnis ergastulo liberare, cæloque dignum redditum, æterna in cælis animam eius perennare gloria ætatis anno 19. die 25. Ianuarij, annis hominis ab Orco liberati 1594. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. In Conuentu Vallium Prouinciæ eiusdem, sepultum, decimo ab humatione anno integrû,& tractabile inuentum est corpus, integerrimis item indumentis, quibus fuerat inuolutum existentibus, vt in die ipsa sepulturæ suæ: quapropter inde translatum honorifico sarcophago denuò tectum est. Sic enim didicimus ex fidissimis Prouinciæ illius Relationibus secundò acceptis anno 1633 missis ad nos à R. P. Onufrio Scholano è nobilissimo Cœnobio Barchinonensi & postmodum à R.P. Francisco Fonte à secretis A. R. P. Prouincialis Cathalonicæ Prouinciæ.

Onufrius Scholanus.

DE LAVRENTIO CVPÆRO.

Cap. LIX.

Anno Christi 1594.

LAVRENTIVS CVPÆRVS, aliis malè *Cauperus*, alij *Cupræus*, natione Belga, patriâ Gerardimontensis, ex Priore Bruxellensi Prouincialis factus inferioris Alemanniæ, Græcè & Latinè doctissimus, Doctor S. Theologiæ, R.R.D. Ioan. Vendeville Tornacensis Episcopi Theologus & intimus Consiliarius. De Religione Catholica & fide Christi vir optimè meritus: pro cuius fidissima tutela multa passus Angiæ in Hannonia: cum Petro Lucio nostro clarissimum exulem Christique verum discipulum egit: & post, Lutheranorum militum manibus captus, captiuúsque abductus, Lucio teste, *Berghen op den Zoom* detinetur, mille appetitus iniuriis, mille laboribus afflictus, etsi post hæc firmitudine Athletæ Catholici inspectâ, ab eorum manibus Dei misericordiâ, & pia Ciuium benignitate & liberalitate liberatus fuerit, opprobriis multis exantlatis.

Lucius in BB. Car.

Complura item in lucem edidit opuscula, quæ partim tradita typis studiosorum manibus teruntur, at ex Lucio, Posseuino, & Taxandro, capito sequentia: De quatuor nouissimis sermonum 24. lib. I. Parænesim, (Paraclesim Lucius vocat,) siue adhortationem ad Christianam militiam, lib. I. qui duo libri Coloniæ prodière 1583. Genealogiam, & vitam B. Annæ, Christi Saluatoris Auiæ maternæ, è priscis Patribus lib. I. Antuerpiæ apud Belleium 1592. Theatrum mundi, siue de Miseria humanæ conditionis auctoris Petri Bobistuau Gallico Latinum reddidit, ipse Flander natione, cui & eiusdem argumenti adiecit opusculum de dignitate hominis. Opera item omnia diuini Baptistæ Mantuani recognouit, & elegantissimis Belgicis typis excudi curauit. Multa generis varij Epigrammata condidit. Præter hæc, sequentia an excusa fuissent Lucius dubitabat. In librum Esther Commentarium, & in librum Ruth. Conciones per omnia Euangelia Dominicalia, lib. I. Conciones Sanctorum, lib. I. Chronicon quoddam egregium de rebus Belgicis, lib. I. De Diua Anna, vnúmne, an três habuisset Maritos, lib I. Historiã Merlosinam Latinam effecit. Valerius addit, super varios Bibliæ sacræ libros scripsisse & Lucius, Angiæ in Hannonia exulem propter fidem Psalmos aliquot Dauidicos enarrasse.

Lucius BB. Car. Posseu. to. 2. Sac. App. Valer. Taxand. in sua BB. vbi de Carmelitis.

Posseu. to. 3. S.Ap. f. 270.

Valerius cit. Posseu. to. 2. Sac. App.

Florebat Bruxellæ sexagenario maior, salutis annis 1594. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOAN. BAPTISTA FERLITTO.

Cap. LX.

Anno Christi 1594.

IOANNES BAPTISTA FERLITTVS natione Siculus, patriâ Panormitanus, vir prudentiâ, & religione venerandus, Catholico Hispaniarum Regi Philippo II. maximi habitus: eius à Consiliis Status electus, & Regius Theologus insigni munitus, & variâ sapientiâ. Publicus fuit quondam Pisis Philosophiæ, & Theologiæ S. Professor, & claro sapientis nomine insignis.

Si quæ præter Philosophicas, & Theologicas prælectiones in vulgus emiserit, docemur à nullo; at claruisse habemus annis 1594. sub eisdem Pontifice, & Imperatore in Sicilia, Italia, & Hispania.

Relata Siculà.

DE BARPTOLEMÆO RAGVSIO.

Cap. LXI.

Anno Christi 1595.

BARPTOLEMAVS RAGVSIVS, aliis malè *Ragusinus*, natione Siculus, Ordinis sui clarissimum ornamentum, virtutis, & litterarum munimentis insignis, Hieronymo Tostato viro clarissimo, Prouinciarum Hispaniæ Visitatori integerrimo, Collega fidelissimus. Prouinciæ Siculæ Prouincialis, ad annos plures, & per vices iteratas.

Eruditionis, & pietatis suæ genuina opera plena multa reliquit, quorum titulos nec Lucius noster accepit.

Lucius in BB Car. litterâ B.

Obiit tandem clarissimus iste Carmelita (verum suæ pietatis, & eruditionis hæredem relinquens Pompeium Ragusium Carmelitam, Patauini Musæi quondam Professorem eximium) quod credimus, Romæ negotia Prouinciæ gerens, ibique honorificè conditur humo, annis Christi nati 1595. sub Summo Principe Orbis

Clemente

Clemente VIII. Pontifice O.M. & Imperio Rodulphi II.

DE HIERONYMO TONSTATO.

CAP. LXII.

Anno Christi 1597.

HIERONYMVS TONSTATVS natione Hispanus Beticus, patriâ Gerecensis: alij ferunt Lusitanum natione fuisse, & Vlyssipporiensem patriâ & sanè verius, sed filium Conuentus Barchinonensis Meritò Religionis sacro lapillo censendus, fuit enim vir omnigenâ virtutis, sapientiæ & prudentiæ gloriâ venerandus, Cathaloniæ Prouincialis, à consultationibus sacri Senatus fidei Totius Hispaniæ Vicarius Generalis, & particularis Lusitaniæ, Siciliæ, & Neapolis Apostolicus Carmelitarum Visitator.

Ex Lucio Addition. ad BB. Carm.

Et ex Relat. Bethicis & Catal. Prouinc.

Scripsit de viris, & fœminis illustribus Ordinis lib. I. quem Manuscriptum habemus apud nos.

Floruerat multâ Religione conspicuus, annis Christi Saluatoris 1581. & vsque ad 1597. sub Clemente Octauo orbis Arbitro supremo & Imperio Rodulphi II.

DE HENRICO SYLVIO PRIORE GENERALI LATINORVM trigesimoquinto.

CAP. LXIII.

Anno Christi 1598.

HENRICVS SYLVIVS Henrici, natione Italus, patriâ Medrouicensis, Comensis, siue Comi Vallis Diœcesis, Latinorum Carmelitarũ trigesimusquintus Generalis Prior, Romæ anno 1598. selectus: sub quo omnium ego minimus Carmeli, indignus Carmelita vocari, & habitum Candidæ Virginis Mariæ, Deo vocante, accepi, & solemnem, inuito Patre meo, Professionem emisi. (qui Curiam Philippi Regis III. Hispaniarum Catholici sectari me disponebat in supremo Aragonum Consilio, & Auunculi mei, qui à secretis erat Catholicæ Maiestatis, officio me fungi, ex Regio dono dato feruidè gestiebat, nisi diuina mihi misericordia daret, vt per calcatum pergerem patrem, & è tricis solutus sæculi, felicissimum almæ securitatis portum, qui Religio Carmelitana est, securus obtinerem.)

Auctoris in Religione Ingressus, anno salutis 1609.

Is fuit eminentissimus ille Carmeli apex, qui nulli secundus, ob exquisitam eruditionem, & admirandam sapientiam, à Clemente VIII. Pontifice O M. inter Theologos Congregationis de Auxilijs assignatus est: quum prius Papiæ, Mediolani, Cremonæ, Alexandriæ, Lodij, Genuæ, Romæ, in frequentioribus Musæis Philosophiam & Theologiam Sacram publicè interpretatus, vel tutatus esset. Propter summã in Regimine prudentiam sæpè à Pontificibus summis Clemente VIII. & Paulo V. ad Generalatum reassumptus est. Mirus fuit extitit Ordinis Zelator, rigidique satelles, mira ad illius incrementum spectantia disposuit, obtinuit, patrauit, & fecit.

Litterarum lauris melioribus Religionem studuit decorare: Eapropter, præter multiplicatam sapientiâ, & illustrissima sapientium phalange communitam redditam Religionem, celebrium multorum scriptorum opera multa, in lucem emittere seræ fecit posteritati. Inter quæ Incogniti quondam, nunc cogniti, nomine Michaelis Angriani de Bononia in Dauidæos Commentaria Psalmos, prælo nobilissimo commisit, vt testis est RR. P. Gregorius Canali Sed id vnum est in quo totum sollicitudinis suæ pondus, vigilantissimus Carmeli Chorarcha reposuit vt Religionem suam multis gratiarum, & Priuilegiorum muneribus à Sacris Pontificibus concessis decoraret, & omni spirituali Thesauro ditesceret: à recto virtutum tramite vel graues lapsus, & morum enormitates (si quæ forent) in statum reuocaret meliorem; vel sacratum litterarum, & virtutum splendore irrorans Carmelum, & sapientiæ nouæ luce clarissima errorum tenebras eliminans omnes: aberrantes ad rectitudinem vitæ auspicatissimo suo regimine, & vigilanti curâ facillimo negotio reducens: pullulantes vepres & mala Carmeli gramina (si quæ, superseminare curante inimico illo zizaniorum seminatore sempiterno, pullulassent) eradicans: virtutum omnium, omnisque sapientiæ melioris seminaria parans: vt tanti Principis præsidio integritate animi, virtutum copiâ, & zeli ardore omnis amplissima meliorum operationum seges colligi posset in hoc PARADISO CARMELÆO: (nondum, vnquam ex Regulæ mitigatione collapso, nec deperditâ adhuc sacri propositi nostri obseruantiâ seueriore: vt malè & sæpè inuidi alienæ gloriæ, & de recto mali meriti zelo loquuntur, vt videre huc vsque est in multis Regularis nostræ obseruantiæ antiquæ Prouinciis in quibus perfectissima Regulæ præscriptio Alberti teuerè tenetur.)

Canalius in Ep. ad Cardinal. Pin.

Is ergo tantus Generalis Magister Henricus Syluius Henrici noster, primùm Vicarius Generalis electus pro RR. Chizzola, maxim as obtinuit à Clemente VIII. Pontifice O. M. pro Confratribus Indulgentias, quibus Virginis Mariæ de Carmelo Religio munificè in Italia tota propagata est. Albiensium nostrorum Congregationem, tempore Leonis X. exortam, sub Reformationis prætextu, iam in Obseruantia sua collapsam, ad antiquam Generalis totius Ordinis obedientiam, pristinùmque perfectioris Obseruantiæ statum traduxit. Annuale illud Eugenij IV. ieiunium, pro obtinenda Indulgentia plenaria in articulo mortis (non pro consequenda tantum gratia dispensationis, super aliqua capita Regulæ Alberti, vt nonnulli credidêre, sed zelosi in minimo nimis, vt euidenter accipitur ex ipso Bullæ Eugenij contextu, si attentè

In Bulla *Romani Põtif. Prouid.* Dat Romæ 15. Kal. Martij anno 1431. Vide Boersum in vita G. Henrici à f. 22. vsque 25.

ANNO CHRISTI 1598

Vide Lierium Che. sub. in Bullario suo.

attentè perpendatur, & commune Pontificis in similibus modo loquendi, qui est videre in Bulla data anno 1453 pro Benedictinis Pinnæ Patribus, quibus eadem concessio facta est iisdem conditionibus, eadémque verborum contextura, & similiter in constitutionibus, siue decretis pro conseruanda & amplificanda vitæ Regularis obseruantia in Hispaniæ, & Lusitaniæ Prouincijs, factis a RR. Io. Stephano Chizzola Priori Generali totius Ordinis & in decretis ab eodem pro Monialibus, rigide & stricte obseruari præcepit. Fratres extra Claustra degentes, & expulsos, misericorditer, debitis pœnitentijs impositis, ad caulam Heliæ Patris antiquam reduxit: Belgicam Prouinciam instituit. Mantuanam Congregationem sub habitu, & Regula eadem, pileo dempto qui albus est Carmelitarum à quodam, vt diximus; Ioanne de Lapis temporibus Eugenij Papæ IV. ortam, sedulò visitans reformauit: Necnon Conuentus Montis Oliueti prope Genuam erectam [illegible] Oliuetanorum, sub Leonis X. Pontificatu à fratre quodam Vgolino Vgolini, vel vt alij malunt à fratre Maurengo Conuentus Nouæ filio, mira durantem in Obseruantia Regulæ Primitiuæ absque vlla mitigatione, visitauit, nonnullosque de medio illius abstulit abusus. Indultum habuit Pontificium olei sancti in domibus nostris habendi, contra aliquorum mentem Episcoporum: & non recurrendi ad Iudices sæculares: Habitum Virginis Mariæ, & eius singularem gratiam Sabbatinam, ab inuidis, & maleuolis quibusdam oppugnatos validissimè defendit, eius verum constantissimè roborauit, & adauxit deuotionem. Multâ superatâ lite, Ecclesiam SS. Philippi, & Iacobi apud Leocatam Ciuitatem, vbi corpus S. Angeli iacet, Religioni nostræ adaptauit.

Decret. c. 3. n. 38. Animaduertit. Decreta pro Monial. c. 2. n. 4. Aduertit.

Porrò maximo augendæ Religionis suæ zelo feruidus totius Hispaniæ Regna conlustra, imò orbem omnem, quo diffusam habebat, & propagationi Religionis suæ personaliter sedulus insistit: cùm ecce captus ab Olandensibus multa passus ab eis & verbis, & verbera dura, vsque dum Regis [illegible] in libertatem asserttus est a R[illegible], Principibusque Christianis vbique gentium maximo benignitate receptus, & magni habitus, præcipuè à Pontificibus summis Clemente VIII. & Paulo V. à Regibus Hispaniæ, Galliæ, & Poloniæ, cum Serenissimo Sabaudiæ Duce, miris honoribus, fauoribus, & encomiis illustratur. Inter grandia igitur quæ à summis Pontificibus obtinuit Ecclesiæ, pro Religionis Heliadum incremento, facultas illa fuit Officia celebrandi iterum sub duplicium solemnitate, Breuiario correcto, de aliquibus Ordinis sanctis, videlicet de S. Dionysio Papa, & Martyre. De S. Gerardo Episcopo & Martyre. De S. Petro Thoma, Patriarcha, & Martyre. De S. Serapione Episcopo & Confessore. De S. Spiridione Episcopo & Confess. De S. Alberto Patriarcha, & Confess. De S. Andrea de Corsinis Episcopo & Confessore. De S. Euphrasia Virgine. De S. Euphrosyna Virgine, & alijs, ne in multis immoremur quamquàm grandem zelatu suo Religionis gloriam adaugeant.

Supra.

Demum multis egregijs operibus peractis, diligentissimâ Pastoris vigilantissimi curâ Religione administrata, & in magnis adaucta honoribus, & gloriâ, ob patrata illustria in regimine suo facinora, de quibus videndus est Boërsius, Episcopus Iureæ selectus ad instantiam Serenissimi Sabaudiæ Ducis cui fuit à Pontifice Paulo V. Ambasciator emissus: grandi Religionis eiulatu Romæ felicissimus obiit in Christo, die 14. Decembris, mundi regenerati anno 1612. sub summo Arbitro Orbis, & Vrbis Episcopo, Paulo V. & Romani Cæsaris Mathiæ Imperio.

ANNO CHRISTI 1598.

Franciscus Boërsius in integro de vita & actis G. Henrici.

Scripserat, & plurima docuerat, quæ omnia quasi sapientiæ singularis suæ mirabilis Thesaurus in Transpontinæ seruantur Museo communi Carmeli.

Huius tempore Patris, Henricus IV. Galliæ Rex, Primogenitus Serenissimæ Borboniæ domus, ex Regio sanguine S. Ludouici Francorum Regis, de quo diximus suprà, generosô sanguine cretus, Nobilissimam Militarem Religionem EQVITVM BEATISSIMÆ V. MARIÆ DE MONTE CARMELO ad defensionem Catholicæ fidei fundari curauit, & nouiter erigi vt factum est, Dato à Paulo V. Pontifice O. M. diplomate, cuius est initium: *Militantium Ordinum institutio*, &c. Dedit Militibus his Pontifex confirmationem communitam Apostolico suo diplomate, & auctoritate: sub Datum Romæ anno 1608 Pontificatus sui anno 3.

Ætate 13. anno 1275. Institutio Ordinis Militaris Equitum B. Virginis de Monte Carmelo. Habetur tom 3. Bullarium Lierij Cherubini: 231.

Habuit ergo initium Ordo iste Militaris illustrissimus & nobilissimus à Philiberto *de Nerestang* Gallo sub certis quibusdam statutis numero XIII. a Paulo V. Pontifice O. M. firmatis. Hic verò Dominus *de Nerestang* ex antiqua Nerestanorum familia, in Auuerniæ Prouincia, nobilissima oriundus, Prætorianæ Scotorum Regis Christianissimi latus cingentium Cohortis Primipilus, copijs multis Regis eiusdem militaribus summa cum laude præfuit: Pietate etiam fuit clarissimus, quippe qui magnum illum ac egregium Carmelitarum Discalceatorum in Vrbe Lugdunensi Conuentum fundauit, dotauitque, vbi nunc in eminenti marmoreo tumulo sepultus iacet, nunquam moriturus. Suæ verò pietatis ac bellicæ fortitudinis hæredem filium nobilissimum reliquit D. Ioannem Claudium *de Nerestang*, qui Patri [illegible] in Generali dicti Ordinis Equitum B. Virginis de Monte Carmelo, Magisterio successit, Magnusque eiusdem Ordinis Magister ab obitu Patris confirmatus est. Hic quidem ille est vir generosissimus qui Ferrariæ anno 1631. Obses a Christianissimo Rege Ludouico XIII. mansit; qui Martis eiusdem Regis Gallicis ac Italicis Legionibus Castrorum Præfectus siue Marescallus institutus imperauit, ac etiamnum imperat: cuius inuiolatæ fidei ac fortitudini Casalem Vrbem Arcemque cum Prouincia Montisferrati idem Galliæ Rex gubernandam credidit, de quo anno 1607. cum de Equitibus S. Mariæ Virginis Carmeli agemus, redibit illustris memoria.

Mansit igitur primus dictorum Equitum Generalis Magister Nerestanus assignatus, qui anno 1609. Parisijs, testante Menenio, in Monasterio Suburbano S. Lazari Canonicorum Regularium S. Augustini nonnullos equites creauit,

Menenius in de. Is ca. [illegible] S. M. &c.

designatâ

ANNO CHRISTI 1598.

designata cunctis pro tessera, Gruce castaneæ coloris (quem Galli *Tane* vocant). B. Mariæ effigie insignitâ è collo pendente, parteque chlamydis affixâ. Hi equites non à nuptiis arcentur de eis agunt Menenius citato loco, Aubertus Miræus, & Augustinus Barbosa.

De his equitibus suo anno 1607. disseremus infrà. Nunc ista breuiter dicta sufficiant.

Aub. Miræus de orig. equit. Barbos. li. 8. Iuris Eccl. vniuersi 41. de religiosorum ordinibus n. 173.

DE V. MONIALI FLORENTINA

CAP. LXVI.

Anno Christi 1598.

MONIALIS FLORENTINA, cuius nomen obticet auctor; Cœnobij Florentini S. Mariæ Angelorum in Burgo S. Fridiani lumen egregium, tanto charitatis ardore, & mansuetudine insigni, aliisque virtutibus adiunctis, viua refulgens, vt horâ transitus illius, cum morientis cubiculo adesset sanctissima Virgo Maria Magdalena à Geri, & Pazzis, visa fuerit ab ea, vt ipsa Magdalena id sorores detulit, & refert Pazzinus, innumerâ Angelorum acie circumdata, ab illis ab egressu animæ coronanda, & in cælos efferenda, toga ornata auro obryzo, & pretiosis lapidibus intexta; Id quod contigisse, etsi, extra post refectam Virginem suauissimâ ambrosiâ ab ore egressa Christi & in os dilectæ huius Sponsæ diffusi, eadem tota suauissimâ dulcedine madida manente. Ex quo facta fuit Sanctissima Magdalena Virgo adhuc in viuis agens quod exuuiis fuisset alacritate deterra: tum quod cum hac Virgine Florentina familiarissimam in vita in Christo sodalitatem amoris iniisset: tum quod eam ad tantam gloriæ altitudinem eleuatam aspiceret, vt omnes illius sanctissimi Cœnobij datas glorias selectis animabus, Virgo hæc superaret in cælis. Insuper agnouit, horis tantummodo quinque Purgatorij pœnis fuisse detentam, ex eo solùm quòd cùm ex occasione sua, si aliquando sorores dolentes vidisset, parum sese ostendisset afflictam, & compatientem. Obiit felicissima hæc Virgo die 29. Octobris anni 1599. sub Clemente VIII. & Rodulpho II. Ista Pazzinus citatus.

Vinc. Pazzin in vita S. M. Magd. à Paz. l. p. c. 64.

DE V. VINCENTIO FERRARIO.

CAP. LXVII.

Anno Christi 1598.

V. VINCENTIVS FERRARIVS natione Hispanus, Valentinus, Regalis Valentini Cœnobij, filius, floridâ virtutum candescens clarâ caterua. Obiit ibidem spiritu plenus, & vniuersâ populi clarissimâ sanctitatis voce, vt nobis dedêre Religiosissimi eiusdem Cœnobij Patres, Senio & Religioni stemmate insigniores.

Relata Maiorum nostræ Prouinciæ.

Floruerat iam saluati hominis annis 1598 sub eisdem Pontifice, & Imperatore, hac Ætate ipsa.

ANNO CHRISTI 1599.

DE PETRO PONETO.

CAP. LXVIII.

Anno Christi 1598.

PETRVS PONETVS, *Bertrum* vocat eum Possf. annus, natione Flander, Conuentus Iprensis Franciæ Prouinciæ; Lucio teste filius; vir eruditissimus, & claro scientiarum genere notus.

Lucius in BB. Carm.

Fertur egregia ingenij opuscula sui posteritati publica fecisse, è quibus Lucius, & Posseuinus vidisse tantum affirmant prælo vulgatum Latinum opus insigne, cui titulus *Propugnaculum dogmatis Christiani*, vbi de vera, & corporali corporis Christi præsentia in sacramento Eucharistico tractat Excus. Antuerpiæ 1595.

Posseu. App. S. tom. 3.

Florebat adhuc inclytus iste vir, annis 1598. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE CHRISTOPHORO MARCHIONE.

CAP. LXIX.

Anno Christi 1598.

CHRISTOPHORVS MARCHION natione Hispanus, ex Castella Regno, vir religione præclarus, elegans Theologus, & omni vir gloriæ encomio dignus.

Roman. & R... astruc P. u.

Plura fantur scripsisse, at typis tantùm vidimus extare Thesaurum ignorantium, lib 1.

Florebat annis Orbis liberati 1598. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE DESIDERIO BVFFETO.

CAP. LXX.

Anno Christi 1599.

DESIDERIVS BVFFETVS, natione Burgundus, patriâ Diuionensis, Galliæ Vicarius Generalis, Parisiensis Doctor insignis, ad insigniora vir virtutum, opera quæque progenitus. Diuini verbi Ecclesiastes, velut è superis emissus: ad disputationum certamina celer, acris, & promptus, vti erat ingenio subtilis; assiduus diuinarum litterarum incubitor.

Multa Lucio teste, diuina opera scripsit Diuini præconibus vtilia Verbi; sed nulla adhuc

Lucius in BB. Carm.

Anno Christi 1599. Posseu.to.1. App.S.

prælo vidimus, nec hausimus auribus emississe, nisi iste sit (quod non omnino improbabile habemus) Desiderius ille siue Desiderosus Italicè vocatus, de quo Posseuinus eloquitur, & affert scripsisse Dialogum vtilem, pium, & iucundum de expedita ad Deum via, ex Hispanico in Italam, Germanam, Belgicam, & Latinam linguam conuersum, & cum variis versionibus collatum, Dilingæ, quæ non procul ab Augusta Vindelicorum ciuitas est, anno 1585. excusum esse.

Quidquid sit, florebat Desiderius noster adhuc, Orbis saluati annis 1599. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Damus Carmelitam ex Catalogo virorum Carmeli illustrium à Guadalaxara.

DE FRANCISCO A S. ANGELO.

Cap. LXXI.

Anno Christi 1599.

FRANCISCVS à S. ANGELO, sæpe hic à nobis citatus, natione Hispanus, Carpentanus ex Madrito oriundus, & Conuentus eiusdem filius, in Prouincia veteris Castellæ Religionis columen, & sapientiæ pharus, sui ordinis zelator nobilis.

Plura scripsit; at vidimus solummodo prælis 138. vitas sanctorum, & virorum insignium Ordinis Carmeli, per anacephalæosin in eis acta reducta eorum, lib.I. Compendium Priuilegiorum, & gratiarum Ordinis eiusdem lib.I. Ordinis Chronicon nondum prælis emissum. Si quæ alia scripseris auolant à nostro scitu.

Felicissimus florebat annis Christi 1599. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE EADMVNDO MATTEROTO.

Cap. LXXII.

Anno Christi 1599.

EADMVNDVS MATTEROTVS, natione Burgundus, Theologus Parisiensis insignis virtute vir, & eruditione præclarus: tempus omne in verbo, & opere docendo transegit: fuit enim verus Euangelici grani disseminator, & sacræ paginæ subtilissimus interpres.

Lucius BB. Carm.

Qui nouêre virum (Lucius attestatur) multa posteris sapientiæ suæ monumenta confecta liquisse recensebant, sed horum nihil adhuc prælo vidimus emissum.

Florebat iuxta Lucium citatum, annis orbis è Tartaro auulsi 1599. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE ELISÆO VENTVRINO.

Cap. LXXIII.

Anno Christi 1599.

Episc. Alg. Catalog. Relata Gallica Parisina.

ELISÆVS VENTVRINVS natione Saxonus, Massensis patriâ, Patauij Conuentus filius, Saxoniæ Prouinciæ Prouincialis, litterarum vir penu ditissimâ clarus, clarior verò candore virtutum.

Plura docuit, multa scripsit, at tantum vidimus typo: De vniuerso peregrini hominis statu, lib.I. sapientiâ, & spiritu plenum, Cardinali Dominico Pinelo dicatum. Hunc octo tractatibus diuisum luci amandauit. In Isaiæ illud cap. 1. *Omne caput languidum*, vsque *fota oleo* elegantissimè commentatur. Agit tractatu primo de hominis voluntate. In secundo de intellectu ad illud *omne cor mœrens*. In tertio de sensualitate, ad illud, *à planta pedis* eiusdem capitis. In quarto de triplici humanæ naturæ statu, ad illud *Caput languidum* vsque *sanitas*. In quinto de triplici hominis peccato, ad illud, *Vulnus, liuor & plaga tumens*. In sexto proponit triplex remedium contra triplicem culpam, & præcipuè agit de ligatura præceptorum, ad illud, *non est circumligata*. In septimo de Sacramentorum curatione, ad illud, *neque curata medicamine*. Si quæ alia posteris prælo data reliquerit, auolant à nobis.

Isai.cap. 1. id est a v. 5.

Florebat annis 1599. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Hæc ex relationibus habuimus Saxoniæ Prouinciæ, & virum vocant inter Carmelitas insignes Catalogistæ sæpè citati hîc à nobis ex auctoribus aliis.

DE EVGENIO SPELLIO A BOLLANO.

Cap. LXXIV.

Anno Christi 1599.

EVGENIVS SPELLIVS à BOLLANO natione Italus, Florentini Collegij Professor Collegialis, in omni apprimè sapientia versatus homo, in disputationis certaminibus subtilissimus.

Lucius in BB. cit. Posseu. to. 2. App.S.

Lucio, & Posseuino dicentibus multa de casibus conscientiæ, & de sacramentis Ecclesiæ lucubrauit, & præterea plura pietatis congessit lucem aliquando, sine dubio visura, dum iam acrem sui ingenij limam perfectissimam sustulère.

Florebat annis 1599. adhuc, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE

Anno Christi 1599.

DE PETRO CLEMENTE EPISCOPO.

CAP. LXXV.

Anno Christi 1599.

Ex Senior. Relat.

PETRVS CLEMENS natione Valentinus, Hispanus, & patriâ & Cœnobij filius, alij sed malè Lusitanum memorant. Vir sapientissimus, & super omnia religionis candore signatus, à Philippo II. Hispaniarum Rege Catholico Bossensis Episcopus electus.

Floruerat motum elegantiâ præstans, & in humanioribus litteris, & Philosophicis (super quæ scripserat multa, at præpediente morte vulgare non poterat) politus admodum, annis erepti hominis à Tartaro 1599. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE FRANCISCO BRVNANCIO EPISCOPO.

CAP. LXXVI.

Anno Christi 1599.

FRANCISCVS BRVNANCIVS, dictus Angeliacus, natione Sabaudus. Conuentus Rupeculensis filius, Episcopus Enabedunensis. Vir quidem sapientiæ, & virtutis omnimodæ luce refusus.

Posseu. App. 8. tom. 1.

Plura scripsit, ac tantùm, inter ea, Posseuinus sequentia nobis præstitit, vulgata typo: Sermonum, lib. III. Carminum, & epistolarum Poëticam insignem, & claram Patris eruditionem adolentium, lib. I.

Floruisse habemus tantum intra Ætatem 17. & sic eum ad annum Christi 1599. deducimus sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Ex adductis sæpe Catalogistis, Episcopo, & Guadalaxara.

DE LAVRENTIO LAVRETO EPISCOPO.

CAP. LXXVII.

Anno Christi 1599.

LAVRENTIVS LAVRETVS Venetus natione, & patriâ. Ob ingentem sapientiæ, & prudentiæ, & probitatis aciem in viro ex Procuratore Generali Ordinis & Theologo Summi Pontificis Adriæ in Veneta ditione Episcopus à Gregorio XIV. Pontifice O.M. creatus est.

Anno Christi 1599.

Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 2. S. App. Leonard. Priolus in epist. ad lectorem, sup. lib. sentētia. Incognati nostri.

Multa scripsit, è quibus sequentia à nobis infra ponenda Lucius & Posseuinus obtulêre. Sed par sit priùs cum Lucio nostro de viro dicere: virum fuisse Theologorum ornamentum singulare, Philosophorum decus, pium, humanum, comem, blandum, atque benignum, in obeundis publicis functionibus sedulum: Veneta Prouincia experta est Prouincialem eum vigilantissimum: Totus ordo Procuratorē Generalem humanissimum: Alma Romana sapientia Professorem integerrimum sapientiâ suâ mirabili; Eminentissimus Cardinalis Sfondratus postea Gregorius XIV. Pontifex O. M. per annos plures Theologum absolutissimum intimúmque Consiliarium: eúmque Tridentina sacra Oecumenica Synodus integritatis & sapientiæ virum suspexit & coluit.

Igitur ex ditissima sapientiæ suæ Gaza hæc sunt posteritati relicta. Super totam artem veterem lib. I. In Aristotelis Priora. In Physicorum 1.2.3. 4. 5. & 8. In Metaphysicorum eiusdem 1.2.4.5.7.8. & 12. dum Romæ publicè summa omnium admiratione Philosophiam profiteretur in Romana illa Academia. De rebus etiam Theologicis eruditissimè complura conscripsit in 2. & 4. Sententiarum lib. II. In Epistolas Pauli ad Romanos & Galatas, dum sub Pio IV. Concilio adesset Tridentino. In opera Septimij Tertulliani Censuram, iussu Pij V. Pontificis O.M. Apologiam pro A. Mario, pro Episcopo Cremonensi contra calumniatorem. De contractibus tractatum. De censuris Ecclesiasticis alium. Orationes habitas in Concilio Tridentino. Alias Romæ coram Pio IV. & Sixto V. & Cardinalium Consessu. Responsiones argutissimas ad diuersorum Principum Quæsita. Scholia in Sicardum Cremonensem Episcopum dicata Cardinali Ffondrato prædicto: sermones, & collationes varias, & multas eruditionem Patris mirè vndantes.

Viuebat notissimus, & acclamatissimus Lucio teste sexagenario maior, adhuc annis redemptæ Posteritatis Adamææ per Seruatorem Iesum 1599. sub summo Orbis Arbitro Clemente VIII. & Rodulpho II. Imperante.

Anno Christi 1600.

ÆTAS DECIMAOCTAVA

Et vltima Operis huius: quæ est ab anno millesimo sexcentesimo CHRISTI IESV vsque ad annum trigesimumtertium eiusdem decimaseptima.

Fundatæ Religionis anno 2534.

DE V. PETRO A MATRE DEI.

CAP. LXXVIII.

Anno Christi 1600.

Ep. Alg. Marc.Guad.

V. PETRVS à MATRE DEI natione Italus, patriâ Romanus, mira vir sapientiâ lucens, & sanctitate insignis, Clementis VIII. Pontificis O.M. Commissarius Apostolicus, diuinique verbi Pontifici ipsi in Romana Curia Apostolicus declamator, qui dum sacra in pergula verba faceret, non dicere, sed tonare quasi cælitus videbatur.

Tantâ floruit sanctitatis famâ, vt in gloriosa viri morte vniuersus Senatus Populúsque Romanus apertâ voce illum sanctum aduocaret, alij *Beate Petre: Sancte Petre ora pro nobis* alij, conclamitarent, eius è cælo patrocinium fidissimè in terris omnes expectantes.

Floruit Romæ in Conuentu S. Martini in Mótibus, Carmeliticæ Obseruantiæ nostræ sacratissimum alueare, temporibus Clementis VIII. hoc est annis ab Orbe redempto 1600. sub Imperio Rodulphi II. Romani Cæsaris.

Ex relationibus à Roma missis & Cæsaraugustæ acceptis à R.P.M. Francisco à Pace è Comitiis redeunte Generalibus. Adducunt inter Heliades clara virtute notissimos eodem penè isto relatu Catalogistę illustrium Carmelitarum, Episcopus Alguerensis & Marcus Guadalaxara.

DE ROBERTO BERTHELOTO EPISCOPO.

CAP. LXXIX.

Anno Christi 1600.

Tolosæ Relata.

ROBERTVS BERTHELOTVS, natione Gallus, Parisiensis Doctor, Episcopus Damascenus, & Suffraganeus Episcopatus Lugdunensis. Vir fuit certè omnimodè celebrandus.

An autem præter Lecturas insignes Theologiæ (quas publicè in Religione edocuit, cùm celebri nomine gauderet, ob subtilissimam ingenij in disputando dexteritatem, in insigni illa toto Orbe suprema Parisiensi Palæstra aliquid typis dederit in lucem, dubium est nobis.

Coluit Carmelum, & rexit Ecclesiam Sponsam, annis IESV Redemptoris 1600. sub eidem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO DE LOR.

CAP. LXXX.

Anno Christi 1600.

PETRVS DE LOR, aliis *Quintinus* natione Gallus, Tolosæ dignissimus Prior, & almæ illius Vniuersitatis Regens. Vir omni pietate, & eruditione venerandus.

Edidit Quadragesimalium concionum Gallico sermone, lib. I. quem vidimus in manu dilectissimi nostri condiscipuli Angeli le Blanch Sabaudi De Aduentu lib. I. quorum floridissima materia, exquisitam auctoris eruditionem redolebat, & spiritum.

Viuere habuimus graui senio laborantem, annis 1600. ab Orbe Redempto, sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE HELIA CARNIVALIO.

CAP. LXXXI.

Anno Christi 1600.

HELIAS CARNIVALIVS Italus, Cremonensis Cœnobij filius: Prouinciæ Syriæ, quam

terræ

ANNO CHRISTI 1600.

terræ Sanctæ vocant, Prouincialis, omni vir virtutum ornamento decorus, & omni honore, & veneratione venerandus. R R. Stephani Chizzolæ Generalis quondam in visitationibus socius, & ab Ordinis secretis.

Multa scripsit, & docuit: at etsi nulla prælis emissa prospectemus, veneratione Manuscripta seruari in Italiæ Carmeliticis Bibliothecis non dubitamus. De eo illustrem reddit memoriam Petrus Lucius.

Lucius in BB. Carm.

Florebat adhuc Romæ, & orbis decus annis 1600. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE HENRICO SYLVIO.

CAP. LXXXII.

Anno Christi 1600.

HENRICVS SYLVIVS, alter à Generali Reuerendissimo, natione Italus, patria Papiensis, quem similem eundemve cum illo insigni Carmeli Mæcenate videtur facere Lucius, sed sanè diuersos fuisse non dubitamus. S. Theologiæ item fuit ille Doctor egregius, Philosophus insignis, & Concionator illustris.

Lucius in BB. Carm. Posseu. to. 2. S. App.

Præter Publicas Philosophicas lucubrationes, quæ meritò totius Patauini Musæi calculo meliori sunt iudicatæ, Lucio, & Posseuino testibus, alia multa elegantissimè scripsit, inter quæ extant Sermones, & tractatus super Euangelia, & diuinæ Paginæ libros, & alia multa.

Florebat annis nati Saluatoris 1600. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. CYRILLO A CATENA.

CAP. LXXXIII.

Anno Christi 1601.

V. CYRILLVS à CATENA, natione Hispanus Cathalanus, patriâ Ceretanensis Hispanice *Puicerdan* Conuentus Ausaaquensis. i. *Vique*, eiusdem Prouinciæ Cathaloniæ clarissimum decus. In humanioribus litteris abundè peritè versatus, nunquam ad clericalem tonsuram aduocari se permisit, malens in domo Dei abiectissimum locum tenere semper, quàm celsissima humanæ gloriolæ cacumina conscendere. Sacerdotij semper tremendam, & venerandam dignitatem generoso humilis veri corde formidauit. Per annos quinque, in humanis agens, tantummodo securum Religionis portum promeruit: hos assiduâ oratione, & contemplatione iugi, felicissimè totus imbibitus Deo transegit. Adeò semper sensibus, & mente raptus in Christo viuebat, vt diuina sæpe patiens, multotiens omni externo sensuum tenitu, tanquam semimortuus (erat verè mortuus mundo, & viuus Christo in quo solo viuebat excelsus adolescens) immotis manibus, pedibus, & corpore toto reperiretur per horam, & amplius, quâ transactâ, visus est frequentissimè totus facie rubicundus, & radians ad se redire. Virtutibus splenduit admirandis. Humilitate clarus, & pœnitentiâ inimitabilis enituit. Breuissimo temporis peracto cursu, consummatus in breui cùm explesset tempora multa, ætatis annum agens felicissimæ vigesimumoctauum felicissimus Perpiniani in suo Cœnobio, illustri Sanctimoniæ voce donatus, ad astra vocatus est, saluati hominis anno 1601. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Et ibidem inter suos honorificè parentatus. Vt habemus à Catalogo virorum illustrium Perpinianensis Cœnobij, ad nos misso & seniorum relatu. Per R. Patrem Magistrum Antonium Olinan à Maldonado, dum Barchinonæ adesset typis dare eruditissimas lucubrationes suas in Regimine animæ morali.

ANNO CHRISTI 1603.

Catalog. illustr. Perpinian.

DE DIDACO MARTINEZ A CORIA.

CAP. LXXXIV.

Anno Christi 1603.

DIDACVS MARTINEZ à CORIA & Maldonatus natione Hispanus, Vandalus, patria Vtratiensis, & Cœnobij Cordubensis filius, vir cui vita Deus solus, cui viuere Ordinis incrementa semper maiora meditari. Religioni equidem, & patris omnigenæ sapientiæ stemmate nobilitatus: Diuini assiduus indagator eloquij, vtpote qui, vel à iuuenilibus annis (quatuordecim erat annorum cum Religionem ingressus) totus litteris, & virtute totus imbibitus, indefessi spiritus clara semper specimina dedit.

Epist. Al... Guadalaxa.

Multa scripsit, quorum aliqua in lucem emissa Ecclesiam, & Religionem illustrant. Inter quæ clarissimum extat opus, cui titulus: *Dilucidarium siue demonstratio Chronicorum, & antiquitatis Ordinis Carmeli*: magni habitum & libris vndecim comprehensum. Quorum *Primus* Isagogicus est, siue introductorius. *Secundus* Apologeticus in quo respondetur I... qui veritatibus nostræ Religionis aduersantur. *Tertius* de infestationibus quas ab inimicis spiritus, & corporis passus est Ordo Marianus, & quomodo ab omnibus dextera Mariæ Virginis manu semper protectus & liberatus sit. *Quartus* Samuelis vitam, & acta describit, tanquam de primo Prophetici ordinis institutore. *Quintus* continet Heliæ Magni Patris vitam, & acta generosa, & eorum quos sacer iste Propheta primus omnium sub perfecta Religiosæ vitæ forma ad Regularis aduocauit propositum vitæ, iuxta tria essentialia Religiosæ perfectionis vota, ab insigni Propheta sibi, suisque proposita. *Sextus* amplectitur Elisei vitam, & acta.

Anno Christi 1603.

necnon discipulorum suorum, & eorum omnium qui in Religiosa Heliæ Prophetica disciplina claruêre, vsque ad tempora Baptistæ Præcursoris Ioannis. *Septimus* describit primum Religionis nostræ Statum ab Henocho de Amasia I. Generali Carmeli suo sensu in lege gratiæ, vsque ad Magnum Antonium. *Octauus* habet primam Ordinis Reformationem, ab Antonio Abbate Magno factam: insuper de discipulis Antonij Magni, de cæteris Reformatoribus Helianæ familiæ: & de Cœnobiis sub Heliæ Patris nomine erectis, ad imitationem illustrissimi Archipatriarchæ tanti, disserit. *Nonus* secundam à S. Basilio reformationem cōplectitur, & de Religiosis, qui sub ea floruêre. *Decimus* mutationem Ordinis ab statu Monachali, ad Mendicantium Statum delineat: & insuper inconcussam probat successionem, vsque ad Transmigrationem in Europam, à Terra sancta. *Vndecimus* ea omnia quæ iuxta temporum lapsus in Religione praedicti euenêre, vsque ad Mitigationem ab Eugenio IV. factam anno 1431. his totum concluditur opus egregium illud. Præterea scripsit, & prælo vulgauit, de sanctis Ordinis nostri, lib. I. Pro fratribus, & sororibus Ordinis Tertij Carmeli prælo datum Hispali 1592. Is in quinque tractatibus diuisus est. *In primo* agitur de Ordinis Heliæ antiquitate. *In secundo* commentatur Alberti Patriarchæ Regulam. *In tertio* sunt pro Tertiariis admonitiones. *In quarto* describuntur vitæ Sanctorum aliquot Ordinis Tertij. *In quinto* Priuilegia, & Apostolicæ concessiones. Quæ omnia summo, iugi, & infatigabili studio congessit ab anno 18. ætatis suæ, per annos 40. Insignis auctor scripsit etiam lib. contra Iudæos quem morte obstructus typis dare non valuit.

Post quæ & plura alia litterarum & virtutum exercitamenta, virtute multâ decorus, Veteriæ ad astra volauit, salutis à Christo anno 1603. alij anno 1601. sub eisdem Pontifice, & Imperatore: & ibidem honorificè parentatus est. *Relationes à Betica Prouincia.*

DE CAMILLO AVSILIO.

Cap. LXXXV.

Anno Christi 1603.

Catalog. Guad. Ep. Alguez.

CAMILLVS AVSILIVS natione Italus, patriâ Neapolitanus, vir religiosus, doctus & plus.

Scripsit de Ordinis antiquitate libellum, mole paruum, sed multo studio, & vtilitate grandem, cui titulus *Summarium antiquitatis Carmeli* lib. I. Priuilegiorum, & Indulgentiarum ordinis, lib. I. Piorum operum, lib. I. quæ omnia recula prodiêre Neapoli & Venetiis ann. 1602 & 1607. Si quæ exarauerit alia penitus aufugiunt.

Florebat felix, secundi cælestis hominis nati annis 1603 sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1604.

DE ALPHONSO SALINAS.

Cap. LXXXVI.

Anno Christi 1603.

Betica Relata.

ALPHONSVS SALINAS natione Hispanus Vandalus regno, Cordubensis Cœnobij nitidum lumen, Ethologicæ doctrinæ dissertor nobilis, & omnis sapientiæ dilectus indagator: clarissimus, inter hæc, mirabili Angelicâ suâ puritate & pœnitentiâ, vel à puero professus, & excultus. Adultus maximis laboribus cribratus animi sui virilem strenuositatem strenuosamque virtutem semper exhibuit.

Tandem senectus vtraque sapientia concessit Cordubæ satis felici famæ sine commercio sanctitatis, & in suo sepultus Cœnobio honorificè sepultus est, anno Redemptoris Christi 1603. sub eodem Pontifice & Imperatore.

DE IOANNE CHAMCHEVRINO.

Cap. LXXXVII.

Anno Christi 1603.

Gallica Relata.

IOANNES CHAMCHEVRINVS, natione Gallus, Aurelianensis, Parisiensis quondam Cœnobij Chorarcha. Religiosus sapientiâ clarus, & virtute nobilis, Parisiensis Lycæi Publicus diuinæ Theologiæ Interpres.

Scripsit in Sententias libros 4. & in Philosophicas disputationes lucubrationes graues, & plures.

Florebat candido nominis lapillo, insignis annotatus, annis gratiâ Christi Sacratis 1603. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Gallica Relata.*

DE DIONYSIO IVBERO.

Cap. LXXXVIII.

Anno Christi 1604.

Seniores Aragoniæ Prou. Relata Salmantina.

DIONYSIVS IVBERO natione Hispanus, Celtiber, patriâ Barbastrensis. Vir equidem Religioso virtutum stemmate ingenuus, sapientiâ nobiliori variè instructissimus, cuius est Salmantica mirata indolem, quem Academia venerata Magistrum, publicùmque ad annos plures in proprietate Institutionum dialecticarum Interpretem egregium: Religio obsequuta vigilantissimum ibi Pastorem: populus, ex ore

Anno Christi 1604.

illius frequentissimè pendens, osculatus est divinam vocis Euangelicæ tubam, clarissimo virtutum, & sententiarum sono ad corda modulantem: tandem sapientiâ omnigenâ, & multiiugâ decorum virtute virum vidit orbis, contemplata sunt Castellæ, Aragonum, & Italiæ Regna, & admirata Vrbs antiqua, quæ caput est orbis.

E penu ditissimo sapientiæ suæ largas posteritati offerebat gazas, & opes; sed heu! dum alia præter referenda volumina expectabat sapientissimorum Palæstra sublimior, mors vota delusit. Sed tamen Ecclesiæ forte, scriptis multis sapientiæ Theologicæ libris (Græco, Latino, & Hebræo idiomate & eloquio peritissimus) elimatis, & ad incudem iam adauctis multis Philosophicis, & dialecticis disputationibus, quæ omnia veneratione grandi seruabatur posteritati maiori, in Carmelæo Salmantino Musæo, nisi inundatione dira, Tormes Fluuius Salmantinus ea, & multa alia clarissima Doctorum lumina qui luxerant ibi, vna cum Cœnobio omnem argenteis proh, mœror! ramentis suis, obuoluisset & arenasset,) in lucem Salmantinis prælis Artus Tabernicl excudit 1610. quod postea Barchinone recusum est, egregium illud Dominicalium concionum volumen, spiritum, & sapientiam auctoris halans. Si quæ alia typo vulgarit, haud vidimus.

Floruisse constat graui gloriâ Magistri maioris, & ornatissimi Carmeli Columinis, annis Saluatoris orti 1604. hisque superuixisse senem longiore dignissimum æuo. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore: & sepultum, singularique parentatum honore ab Academia, à Religione, à Ciuitate tota, in suo S. Andreæ Cœnobio, nunc S. Teresiæ ab recrectione nuncupato, vero sanè omnigenæ sapientiæ armamentario, & sapientum Aula pinguissimâ.

DE MARTINO A PERAZA.

Cap. LXXXIX.

Anno Christi 1604.

Seniores Patres Aragoniæ Cæsar. Relata Salmantina.

MARTINVS à PERAZA natione Hispanus, ex Regno nouæ Castellæ, patria Olcadensis, Cœnobij Matritensis Prouinciæ eiusdem filius. Inter sapientiæ Christianæ Principes, iure optimo cum stupore numerandus. Is fuit qui singulari Dei prouidentia magnis eloquentiæ, & ingenij viribus, doctrinæ, & eruditionis, vel in Hispaniæ templis primis, vel in Academiarum melioribus Theatris exultans, bellicum cecinit, in arenam descendit, exiliit in campum, & in aciem prodiit, cum celsissimis sui temporis sapientiæ, spiritus & eruditionis Catholicæ luminibus, superare omnes, vincere omnes, & insuperabilis à nullo, omnibus antecelli. Is erat cui inerat eximia sapientiæ, scripturalis maximè, eruditio summa, in docendo grauitas, in diuino ministrando verbo, summa dexteritas: quâ populos omnes ad se, velut Herculeo filo deductos, ex ore eius pendentes habebat: adeò vt vix doctus inueniretur, vix sapiens, & excelsâ muneris sublimitate prælatus, qui ad conciones in templis, ad lectiones eius in Musæis, non ventitaret ouanter. In sacra pergula situs, corda rapiebat, dum diuina illius ore eloquia sonabant, imò tonabant: demulcebat animos, & studio spiritus, & feruoris sui, à via iniquitatis multos ereptos, & ab vmbra mortis culpæ semotos, ad veros gratiæ radios in via salutis insistebat. Testis sit totus Hispanicus orbis, & in eo maximè Salmantica Ciuitas testis, & Cæsaraugusta vrbs, vbi cum admiratione primorum mundi sapientium, in Mineruæo Theatro ad annos plures Primarius fuit sacræ Paginæ Interpres, & Verbi diuini tuba miranda. Hic, nulli secundus, imò in orbe toto vtriusque eruditionis primus, & Princeps, laboribus sapientiæ, & prædicationis semper, & dandæ doctrinæ assiduus, accepta sine vlla oppositione primâ Scripturæ palæstrâ, lauro illustriori Doctoris gratis donato quinta ad populum Quadragena in Regali Xenodochio Languentium Pitema orbis charitate, & in pauperes misericordia primâ, sicuti Dicentium diuinè primus mundi honore suggestus habita virum orbis admiratus est, conticuit, siluit, obstupefactus, & hærens.

His igitur insumptis felicissimi æui sui annis, cum singulari virtutum, & religiosæ disciplinæ ostento, Carmelum suum illustrans (qui primus pubescentis ætatis suæ annis Cistercium decorarat illustrissimum:) cùm longo se dicendi, & docendi studio, fractis viribus, corporis, sentiret attritum, ad scribendum se contulit, vt præclara aliquot ingenij, iudicij, & eruditionis exquisitæ suæ sacra pignora seræ daret posteritati. Inter quæ forte hæc Orbis, & Ecclesia recepit (accepturus imò maiora nisi virum noctu, diuque laborantem, Agonotheta Christus ex huius vitæ stadio ad brauium prius cæleste vocasset.) Quadragesimale elegans, lib. II. De Aduentu, & Sanctis, lib. I. hæc typis recusa multis accepimus: Præter hæc, scripta habemus præclarissima in Iob Commentaria, parata prælis, quæ quidem, auctore viuente, prælum suscepissent, nisi Pineda Iesuita præiens prælis sua in lucem emisisset. Vidimus item Manuscripta Quadragesimalia alia duo, quorum vnum vices agit Dauidicorum Psalmorum commentarij: aliud Epistolarum D. Pauli. Multa alia profundissimam scripsit eructantia Patris eruditionem, quæ seruata in variis Bibliothecis habentur, grandi empta pretio. Post quæ, ingentibus spiritus, & doctrinæ fructibus Ecclesiâ adauctâ, orbe admirato, illustratâ Religione; Salmanticæ, non sanè senio, nondum enim quinquagenarium egerat, sed labore confectus insigni, Pastoris munus obiens, in suo Cœnobio obiit in Christo, salutis anno 1604. Sub eisdem Pontifice, & Imperatore: ibidémque honorifico Sarcophago tectus, ab Academia, & Religione lugente, parentatus habetur, honore, & veneratione coronatus sapientis Principis sapientiæ omnis.

ANNO CHRISTI 1604.

DE V. RAPHAELA IBARRA.

CAP. XC.

Anno Christi 1604.

Alii volunt Ondensis.

V. RAPHAELA IBARRA natione Hispana Valentina, ex tertio Ordine Carmelitarum, Valentini Cœnobij, & spiritus feruidissimi V. Patris nostri Ioannis Sanzij filia, clarissimo virtutum venustissima Virgo nitore, cuius admirabilem vitam & mores Valentiæ contemplata Ciuitas & Regnum omne stupore raptum toto halitu cordis, & oris veneratum est. Eius Virginis præclara virtutum monita, pretiosissimæ puritatis ornamentum, humilitatis, obedientiæ, & inuincibilis sufferentiæ ostentum egregium, Pintus noster eleganti depingebat penicillo, dum præpeditus halitu extremo vitæ, ad prælum opus adducere non valuit.

Pintus in M.S. Codice de vita Virginis.

Obiit clarissima Sponsi cælestis amasia; & spiritum tradidit cælo magnâ, & vniuersâ sanctitatis acclamatione in toto Regno Valentiæ, salutis anno 1604. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Sepulta est in Carmelo Valentino, vbi veneratione reculta, regem venturum nubibus cæli hilaris expectat CHRISTVM IESVM viuorum Iudicem, & mortuorum disquisitorem in nouissima die seuerissimum.

DE V. PAVLA VILLAFRANCA.

CAP. XCI.

Anno Christi 1605.

Pintus in lib. 11. V.P. Io. Sanzij c. 17.

V. VIRGO PAVLA VILLAFRANCA natione Hispana Valentina, & Cœnobij nostri Valentiæ spiritusque V. P. nostri Ioannis Sanzij, ex Ordine Tertio Carmelitarum filia. Hæc orba parentibus, diuitiis affluens, tota primum sæculi lenociniis & mundo tradita muliebri, externâ pulchritudine clarens, iuuenili ducta vitore, se dedit. Cuius indolem egregiam, & nescio quo spiritu, virtutem animæ occultam, semel & iterum Venerabilis noster Ioannes Sanzius contemplatus, eam cælo acquirere multis suasionibus aggressus est: & post multa, diuino spiritu tacta, tanti Præceptoris spirituali se doctrinæ submisit, & pessundatis omnibus iis, in quibus antea gloriabatur, habitum Tertij Ordinis Beatissimæ V. Mariæ de Monte Carmelo in ipso Cœnobij Carmelitici sacrario de manu Magistri sui, mundialium omnium generoso despectu recepit anno 1599 ex quo, Regulam eam B. Virginis Mariæ receptâ, quasi Eremiticam, & Anachoriticam vitæ seruauit toto tempore suæ seueritatem.

Pœnitentia fuit admirabilis, cilicio ferreis in modum crucis scalpris attexto, ad carnem vtebatur assidue. Nuda super nudam (tantùm de corpore tegens, quantùm ad decorum decebat) cubabat tabulam semper, insomnes in oratione noctes plures transigebat, assiduis se vsque ad sanguinem disciplinis affligebat, tribus in hebdomada diebus in pane, ieiunabat & aqua, abstinentiis imminutos sæpe cibos mandebat; imò aloë sæpe esset vsa, nisi à Magistro præpedita esset. A primo die mutationis suæ, hoc vnum apertissimè constat, nec leui maculasse famine vitam: tunc sola illi voluptas,

Posse voluptates spernere, posse pati.

Ad obedientiam adeò fuit prona, vt aliquando obtemperantia sua iussis præuenet. Paupertatem spiritus mirificè coluit, rudioribus indumentis, atque repeciatis contenta. Amplexata virginitate, candidiorem niue, nitidiorem lacte, & rubicundiorem ebore spiritum seruauit, & carnem inter iuges diuersique Cacodæmonis, & carnis incursus: vouerat enim se virginitatem toto vitæ tempore seruaturam Deo. Misericordia in pauperes clarissima enituit. Mortificationem sensuum, & potentiarum semper auida quærens, improperia, exprobrationes, correptiones, & sufferendi occasiones emebat. Lectione sancta animus eius demulcebatur assiduè, tribus quoque horis quotidie sublimibus contemplationibus detinebatur. Frequenti quotidianâ communione, è qua mirificos fructus accepit, deliniebat spiritus ardorem, Angelica enim ad tantum Sacramentum accedebat præparatione. Hinc inuincibilis ea fuit illi in laboribus tuffe ... grauissimis agitata doloribus, tota diuinæ semper voluntati deuota, hoc solum ex abundantia cordis ore eius ... verbum audita est: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: Sit nomen Domini benedictum*, &c. hinc ardentes illos gaudendi affectus Sponso: hinc diuini amoris flammas, & adustiones illius igneæ: hinc erga Virginem Mariam cordialis amor, & deuotio: hinc demum monilia virtutum omnium, quibus ornata pulcherrimè ipsa corporis facie, faciei spiritus pulchritudinem & ruborem amoris vsque ad miraculum post mortem ostendente, immaculatum Valentiæ Christo suo spiritu emisit, salutis anno 1605. in die Sabbati vltima Aprilis, sub Vrbis, & Orbis Principe primo Leone XI. & Imperio Romani Cæsaris Rodulphi II. Sepulta in Carmelo Valentiæ, ab humatione tribus annis cum dimidio inuentum est, corpore etsi in cineres redacto, sepulchrum olei liquore persusum, & suauem odorem halans mirificum.

Hæc ex Io. Pinto à Victoria, & Relationibus à Senioribus Valentiæ acceptis, sedulitate non parua perquisitis damus.

Pintus in vita B. P. N. Io. Sanz. c. 17.

DE ÆGIDIO FERNANDIO.

CAP. XCII.

Anno Christi 1605.

Re... Bethica.

ÆGIDIVS FERNANDIVS natione Hispanus Bethicus, patria Requenensis, Pintæ

ANNO CHRISTI 1605.

Conuentus fuius, & postea Prior. Vir sapientissimus, & Religionis amans: à Consultationibus sacri fidei Senatus: Complutensis Lycei quondam Sacræ paginæ interpres, omni excultus scientiarum eruditione, id quod ostendère admirabiles viri publicæ Pintiæ, Salmanticæ, Compluti, Romæ, Cremonæ disputationes habitæ cum adstantium stupore mirabili.

Scripsisse ferunt multa, de Metaphysicis, & Theologicis, quæ Manuscripta variis orbis in Bibliothecis coluntur. De variis fidei mysteriis alia, quæ typis referuntur remissa, & nos ea non vidimus adhuc.

Florebat felicissimus annis Orbis liberati 1605. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALBERTO DRAGA.

CAP. XCIII.

Anno Christi 1605.

ALBERTVS DRAGA, aliis *Draco* natione Italus, Brixiensis patriâ, Bononiensis Cœnobij Prior, S. Theologiæ Professor ibi eruditissimus in publico Musæo.

Lucius in BB. Carm.

Lucio teste, multa scripsit; sed titulis solummodo nouimus Quadragesimalium Concionum, lib. I.

Florebat Bononiæ anno 1592. Superuixisse habemus, vsque ad annum 1605. in quo volauit ad astra, & sepultus est ibidem honorificæ apparatu pompæ sub eisdé Pontifice, & Imperatore.

Posseu. to. I. App. S.

Non istum esse Albertum illum Drai, qui inter hæreticos primæ classis proscribitur in Indice Clementis VIII. Pontificis O. M. Posseuinus adnotauit, & tu quoque candide legens adnota.

DE ALPHIO MATHIOLO.

CAP. XCIV.

Anno Christi 1606.

ALPHIVS MATHIOLVS natione Siculus, vir sapientissimus, & de Religione nostra bene meritus, totius Ordinis Generalis Procurator: in diuinis, & humanis litteris exercitatissimus, Romanæ sapientiæ Publicus Interpres. Propter ingenuam vel à iuuenili ætatis flosculo virtutis, & eruditionis omnis delectionem; clarissimis est semper sacræ Religionis dignitatibus illustratus, quarum nactus Spartam omnem, clarissima dexteritate prudentiæ suæ eos administrauit.

Lucius in BB Carm. Posseu. to. I. S. App.

Multa Lucius & Posseuinus scripsisse recensent, præter doctissimas Theologicas, & Philosophicas lucubrationes, Conciones per Quadragesimam, Orationes varias, Latinas, & Metaphysicas disputationes, sed nominatim à Lucio nec Posseuino non annumerantur. An verò typis Italiæ aliqua fuerint vulgata ambigimus omninò.

ANNO CHRISTI 1606. Ex relationib. Italiæ.

Floruisse virum habemus, & superuixisse vsque ad annos Christi 1607. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PAVLO CIBRAMONTE.

CAP. XCV.

Anno Christi 1606.

PAVLVS CIBRAMONTE: vulgò, sed impropriùs *Veamonte*, natione Hispanus Celtiber, Cæsaraugustani Cœnobij, & Ciuitatis eiusdem filius. Vir equidem religiosâ pietate venerandus, & vniuerso scientiarum genere consultissimus.

Assiduè variis deditus studiis, lucubrauit multa, sed cum feruentiùs Mathematicis disciplinis applicuisset animum, multa de illis scripsit, inter quæ nobis signauère Seniores: De Mathematicis rudimentis opusculum, quod auctoris manu scriptum nouimus in fœcundo Cœnobij nostri Musæo, lib. I. De vniuersis Sciothericorum texturis figurandis, librum I. cum subtilissimis scientiæ illius cautionibus, ab eodem Auctore Manuscriptum. Item opus imperfectum mole sine titulo magnum de Mathematicis nobis exhibuit aliquando R. P. M. Dominicus Fernandius, huius Prouinciæ aliquando Prouincialis electus: super hæc Typis extat summo sanè auctoris labore, & subtilissimo ingenio artificiosissima Rota Orbicularis cælestis orbis, hanc habuimus apud nos, erat enim magni habendum opus.

Florebat autem deuotus iste Pater salutis annis 1606. quibus, quod scimus, ad astra migrauit sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALBERTO PANAGA.

CAP. XCVI.

Anno Christi 1606.

Betica Relata.

ALBERTVS PANAGA natione Beticus, Mentosensis patriâ, Cœnobio tamen Hispalitanus, admirandæ virtutis vir; & cordis inuicti, rigidíque satelles: vnicus fuit pro Philippo II. Beticæ Prouinciæ Carmelidum de Obseruantia antiquiori omnis regularis obseruantiæ reformator, & inquisitor strenuus, verbo potens, & opere clarus. Tantæ seueritatis, & modestiæ, supra specimina clarissima morum, quæ è iugi orationis fonte sibi hauriebat, assiduè nocte, diéque detentus in Choro, vt pugillo veluti com

prehensa

Anno Christi 1606.

hensa primorum Religionis tremebunda corda teneret. Magnis tandem Patris virtus ægritudinum, laborúmque fuit probata flagellis post quæ perennia in cœlis vt perciperet præmia ad astra migrauit Hispali sexagenario maior, anno exhibitæ æternæ virtutis & gratiæ à Christo 1606. sub summo orbis æquilibrio diuo, Paulo V. & Imperio Rudolphi II.

Hæc Betica relata ab Algarensi nostro Episcopo Embunio remissa.

DE SANCTA MARIA MAGDALENA PAZZIS.

Cap. XCVII.

Anno Christi 1607.

SANCTA MARIA MAGDALENA A GERI, & PAZZIS, in sæculo Catharina vocata, natione Itala, patriâ Florentina, nobilibus ibi Parentibus, sed clariori virtutum nitore illustrissimis, orta: ante ortum, sicut Deo, sic iam gratissima Matri, quæ nullum grauida, & pariens, vnquam ex filiæ felicissimo fœtu præsensisse dolorem iactabatur: A primis iuuenilibus annis (indole mirificâ) nobilissimæ diuinæ seruitutis desiderio iam ardens, sacram cælestibus potiùs lactescebat infantiam, adeò vt, nec primis labris vnquam, carnem gustare fuisset suam, sæculi escas. Infantili igitur flore hac fruge bonâ transacto, supra naturæ vires intelligens, senile gerens cor, pulchritudine, & prudentiâ, vsque ad miraculum, decora, omnium ad se vltrò corda rapiebat. Cúmque tota iam puellula adhuc, esset imbibita cælestibus, & epasta deliciis, symbolum contigit S. Athanasij de fide vix septennem perlegisse: sicque arcanum sacræ Triadis percalluisse, vt verbis Matrem admirabilibus aggrederetur hortari, magni dogmata tanta Catholica, mente, & pectore habita seruaret. In benedictionibus dulcedinis præuenta ab spiritu cælesti, vt ab adolescentia, egregia, & supra humanum modum perfectissimæ virtutis facinora stupenda patraret, gloriâ honoris, & ope fortitudinis, vt sponsa selecta & à diuino Sponso signata ipsa tota Christo tradita suo, gigantæam charitatem in pauperes exhibebat, adhuc matutina ientacula, exhibita à matre, diuidens in eos: & vel ignaros pueros primis Catholicæ fidei rudimentis tam sedula instruens, Seraphico iam charitatis amore combusta, vt in lachrymas ageretur, si quando ab his deliciis suis abstrahi se vidisset: Hæc puerilia fuêre Magdalenæ virginis Almæ.

Vixdum igitur prima litterarum rudimenta didicerat (quæ transcurrit breui, propter ingenij sui acumen excellens) cùm, libris auida, materias semper cælestium meditationum quæritabat, in quarum studio iugi, adeò festinè profecit, vt iam sensibus tota in cœlis intenta, sine terrestrium sensu, præsentiret, nihil nisi cælestia quærere, nil nisi mundana fastidire. Diuino diuini sacramenti sic erat madida ardore, vt si quando Matrem, aliósve ad synaxim videret accedentes, (puerula septennis adhuc) quasi in odorem vnguentorum Sponsi diuini accurrens adducta, sese inter communicantes, non sumere, sed saltem olfacere, ante decimum ætatis annum, immiscebat: sicque diuini corporis, & sanguinis Christi deliciis eius animus deliniebatur, vt Communionis anteriores noctes, & dies lachrymis perfusa transiret.

Anno Christi 1607.

Quadam quinta feria, in qua diuini pectoris amorem in institutione tanti Sacramenti meditabatur, perpetuam Christo vouit virginitatem: & cùm à monte Myrrhæ, ad collem Thuris virtutum odoriferarum, incedendum esse nouisset, nocte eàdem, sinuosam, spinosámque coronam, ex spinosis mali citrei ramis attextam, capiti adiecit, cúmque pungentes spinæ terebrarent Virginis caput, grauissimo nocte tota illa dolore laborauit: abhinc dolere solùm & pati quærens nihil nisi mortificatiuis animus eius iucundabatur tantâ id auiditate, vt fœdus aliquando inierit cum Deo, se non recepturam vnquam, vel leuem voluptatem, è cœlis.

Annis nata tredecim in Monasterio Monialium S. Ioannis Florentiæ recipitur, ad annum includenda, vbi virtutibus supra naturam illustribus emicans, Moniales in admiratione adduxit ingentem. Cælesti tun. diuinæ bonitatis illustrata cognitione, ad ea omnia, quæ gratiora essent Christo argumentosâ voluntate percurrere semper enixa est. Transacto anno, à Monasterio S. Ioannis educta, Monasterium Obseruantiæ Carmeliticæ Florentinum vulgò D. *Maria Angelorum*, in Burgo S. Fridiani nuncupatum, ingreditur, Carmeli virginis Mariæ habitum susceptura, die Ianuarij trigesima, ferias secum S. Andreæ Fesulani eiusdem Ordinis ferente, anni 1583. ætatis virgineæ Magdalenæ 16. Dum igitur indueretur intimam cum Christo præsensit in spiritu vnionem: ex quo solum Iesum cœpit amare, & toto auidiùs denuò concupiscere, & quærere corde. Adeò iam ibi excelsis virtutibus effulgere nouiter cœpit, vt inter sanctissimas cælicas Christi sponsas, & Deo virgines sacras, sapiens adhuc in humanis agens extra humana virgo, & vnica è numero prudentum anumeraretur.

Multis donorum, gratiarúmque monilibus illicò ab Sponso decoranda, prophetico spiritu, Professionis suæ solemnis emittendæ, modum mirabilem, & singularem prædixit. Diuina patiens, vix cùm Professionem emisisset (tota imbibita Deo, id quod toto vitæ tempore passa est, per dies 40. & noctibus totidem, sensibus rapta, iugi ieiunio, sine vllo cibo potûve transacto, cum ecstasi assidua, sine alio sensuum & membrorum sensibili signo) abscondita, & intimiora pectoris diuini mysteria cælestis luce sapientiæ refusa cognouit, & arcana noui Testamenti maiora penetrauit, vt manifestissimè patet, ex cælesti suo in Euangelia Commentario: maximè in illud Ioannis: *Si quis diligit me*, &c. & in illud eiusdem: *Lux venit in mundum*, &c. vbi altissima de Deo trino, & vno: de humanitate Christi, & de Charitate altissimo Scholastico modo disseruit. Et in illud eiusdem: *Amen, amen dico vobis qui non intrat per ostium*, &c. Et in illud eiusdem: *Nemo potest venire ad me*, &c. & in illud Lucæ: *Conuocatis Iesus duodecim Apostolis,*

Ioan. cap. 14. vers. 21. Ioan. cap. 3. v. 19. & seq.

Ioan. c. 10. v. 1. & seq. & c. 6. v. 44. & seq. Lucæ c. 9. v. 1. & seq.

stolis, &c. vbi de quinque gradibus gratitudinis creaturæ ad Deum, & Dei ad creaturam con sideratione: & de dilectione Angelorum erga homines sublimiter tractat. Et in illud Matth. *Data est mihi omnis potestas*, &c. vbi comparat altissimè cum hominis anima, & potentiis eius S. Trinitatem: & de vnione & desponsatione animæ cum Deo peragit: Et adeò intimè illa omnia penetrauit, vna clarissima virgo, vt sic illa intellexisse nulli datum esse his sæculis & vix futuris audiuerimus: nec nouimus vllum, qui tam profunda mysteriorum Dei, & diuinæ Scripturæ penetratione fuerit præmunitus.

At, cùm in dies primæui Virginis feruores spiritus, cum innumeris virtutibus accrescerent, vnionem intimiorem cum Christo suo dilectissimo auida ambiebat, & non arida, sed ardens Deo ignem spiritus, & amoris diuini sæpissime verbis immixtũ, eructare videbatur. Sed enimverò cùm adhuc multis, & inauditis fauoribus, non in occulto, sed, quod singulare est, palàm accipiendis, & dandis à Christo, suffraganda esset, excelsiori spiritu recipiendos præuenitur à Deo, nam per annos quinque in leonum lacu horrido pœnarum spiritu sicca grauissimis ægritudinum doloribus, teterrimis tentationibus, visionibus dæmonum, & congressibus horrendis, cruciatibus imò exquisitissimis, & vlulatibus eorumdem, vsque ad audiendi sensus amissionem, ferocibus perpurgata est adeò vt in eam solam dæmonum omnes infernales cateruæ totæ irruisse in Virginem viderentur. Post hæc, doctis manibus ad prælium, & digitis adaptatis suis ad bellum. Duce Deo, victrix, inuincibilis in omnibus, ab omnibus euadens, Iesum Doctorem, & Præceptorem experta est. Ergo electa in Ecclesia Dei Divini Amoris Magistra cœlesti mente collustrata splendore, & igneo ardore sidereo spiritu adusto, Cherubæam censeres substantiam, factã quasi Angelorum edoctricem; non Virginem solùm carne indicares agentem. Quodam die, cùm illam singulari æternus luminum Pater, fauore quodam prosequi vellet, ad certum dierum aliquot ieiunium prouocauit eam: illo peracto, per dies septem continuos, spiritum cælestem cognouit se accipere diuersis figuris, & formis, columnæ, columbæ, stellæ, auræ, nebulæ, ignis, & linguarum, ex quo nihil nisi Seraphicum spiritum, nihil nisi Cherubicam emittebat sapientiam, & virtutes omnigenas. Fide itaque claruit, spe enituit, charitate refulsit, zelo religionis & animarum & fidei Catholicæ luxit: omnibus se in perfectione mirabili, vniuersæ sanctitatis clarissimum exemplar exhibuit.

Quis breui seueram Virginis sufferentiam enarret, & fortitudinem dicat? præter inferalis illius lacus præfatas ineffabiles pressuras horribiles, sæpe aliàs perpessa (à dæmonibus vexata, à furiis tartareorum aggressa, ægritudinibus acerbissimis afflictata doloribus vsque ad medullarum intima cruciata) non solum in labiis suis non peccauit in omnibus his, robustissima facta Virago, sed se supra se extollens, classicum canens in aduersa, de aduersis vniuersis gloriosam victricium palmam erexit: *aut mori, aut pati*, imò *pati, non mori, sed viuere, vt solum pateretur pro Christo semper anhelans.*

Vidit aliquando æterni Patris Filium, cum Matre virgine, S. Angelo Martyre, & S. Catharina Senensi, sodalibus, sibi associatum spineam illi coronam super Virginis caput apponentem, & tribus tantùm horis, quidquid doloris in cruce Diuinus sponsus pertulerat, præsentire virgini dantem: id vnum, inter alia, significans, totidem in cœlis diadematibus gloriæ coronaturum Sponsam suam, quam insigni hoc pignore, quasi memoriali perenni passionum suarum, mundo litabat. Præter hæc grauissima ægritudine assiduè laborans, carnem, quam semper spiritũ cohibitam, & redactam habebat, dans pœnitentiis, ieiuniis, verberibus, scalpris, & exquisitis pressionum adinuentionibus, longis inediis, vigiliis, & omni duritiei genere adhibito semper quomodo cruciaret cogitabat.

Die quadam, cùm diuinæ Incarnationis mysteria ardenti meditaretur affectu, amoris fauce manens viuida mysterij tanti meditatione, singulari quodam beneficio honorari se à Deo prægustauit; nam apparente ad illam Diuino Ecclesiæ lumine Augustino, cui maximo erat venerationis, & amoris affectu ex corde dicata, post alia reciprocæ voluntatis à diuino Doctore exhibita signa, super Virginis cor, eundem sensit scribentem aureis, & sanguineis litteris illa Ioannis verba: Verbvm caro factvm est, quo facto à corde, & spiritu dilectæ Virginis suæ, ineffabile illud Verbum Dei litterarum intelligibili signo, iterum concipi, sicut antea in Virgine Matre fecerat, agnouit, gratissimam sibi in hoc singularem Magdalenæ Virginis puritatem ostendens.

Iona. 1.

Facta morum pro Nouitiis & iuuenibus puellis in Cœnobio Magistra, quam sanctitatis viam tyronibus, vt grauissima *Diuini Magistra amoris* semper non ostendit? Ad quam votorum obseruantiam, operum exemplis, prima in se non inflexit? Quam honestatem, pudicitiam, silentium, à congressibus creaturarum secessum, orationem, meditationem, laborem assiduum, mortificationem sensuum & corporis, & animæ, humilitatem deuotionem, feruorem diuini zelum sponsi, Dei dilectionem, & proximorum charitatem, illas non edocuit? Quæ mundi, Dæmonis, & carnis pericula in Cancellorum conuersationibus, quæ sunt aliquando inferi patentissimæ portæ, non patefecit? Quam tandem facillimam cæli adquirendi, & semper ad supera animum leuandi viam oratione media (quâ adeò altissimè cælos penetrarat, & Deum, sic fas sit fari, vt præter innumera alia, à Deo graui orandi virtute sua recepta, animas innumeras, salutis quarum ardore flammescebat, à peccato traduxerit ad pœnitudinem vitæ, & salutem æternam) non demonstrauit?

Sublimioribus igitur virtutibus corpore, & spiritu venustissima: innumeris visionibus, reuelationibus, fauoribus, donis à Deo, Virgine, & Sanctis illustrata: absconditis, & coopertis sapientiæ Dei arcanis singularibus magnis & multis imbuta, adeo vt, à tempore Ioannis Euangelistæ nulla ei similis sit in eis, in orbe inuenta, quæ tot illustrationibus, & præcognitionibus cælestibus de Dei Ecclesia, & eius Statibus vniuersis fuerit insignita. Esset mirabile dictu, esset impossibile affatu, omnia transcurre-

ANNO CHRISTI 1607.

re, quibus dilectissimi suâ sponsam, velut vnicũ dilectionis suę archæũ CHRISTVS IESVS, eius Mater Serenissima, & sacra Trias illius amore deuictis coronarunt: inter alia, signis quinq. Redẽptionis nostrę in pectore, manibus, & pedibus, sibi sẽsibilibus tantùm, & notis: albo pallio, auro, gẽmis, & lapidibus pretiosis intexto: torque inæstimabilis pulchritudinis, & valoris perpulchro, ad præsentia Sanctorũ omnium, quibus singulariter ex corde, cultu sacro erat addicta à Christo suo se ditatam & decoratam agnouit: & desponsationis diuinæ annulis ab eodem subarrhatam.

Tandem post insignia sapientiæ, & spiritus sui ineffabilis exhibita documenta (quæ vnico collecta apud nos volumine habemus, à virgine Magdalena inter docendum prolata, aliquando typo vitura lucem Hispanica lingua) tribus gloriosis redimita sertis, MARTYRIS, à dæmonibus diriori agone cruciatæ: DOCTRICIS supra modum à Deo ipso instructæ, & edoctæ in exquisitissima mysteriorum diuinæ Scripturæ suæ sapientia: & VIRGINIS, veræ mirandæ, quæ vel post mortem odio grauiter impudicam omnem fastidisse libidinem ostendit: non ferens viua ante se impudicas libidinosas creaturas, vel solo adesse momento, id quod, cordium intima penetrans, clarissimè agnoscebat; Cùm enim (inter innumeras, quæ ad visendum, & venerandum sacrum eius corpus in die sepulturæ gentes accurrerant, mirabilem à facie prodeuntẽ pulchritudinem, & splendorem admiratæ) adolescens quidam spectare virginem è proximo, impudico alias labefactatus accessisset amore: quasi viueret virgo, quasi corporeis oculis eum esset intuita, tumulo iam accubans in publica Ecclesia, aduersæ parti data facie, adolescenti terga visenda remisit, quo ipse præ pudore correptus anteactæ vitæ pœnitens ad Christi, in puritate verum famulatum accessit. Vsque ad mortem adhuc obediens (non enim adhuc mori sine Magistri, & Confessoris præcepto permisit) facta clarissimum donorum cælestium archetypon, Sponsi amore saucia, horæ, dieique mortis præscia, die 25. Maij, anni 1607. sub Vrbis, & Orbis vertice primo Paulo V. Pontific. O. M. & Imperio Rodulphi Romani Cæsaris II. Florentiæ in suo Carmelitarum de Obseruantia Cœnobio, ætatis suæ anno 41. immaculatum Christo tradidit spiritum, quem in specie candidissimæ columbæ, celestibus splẽdoribus madidæ fulgentis, cœlos ascendentẽ innumeri in ciuitate viderunt. Post hæc toto acclamante populo (imò dæmonibus ipsis ab energumenorũ corporibus, meritis virginis expulsis,) virginis sanctitatẽ, in eodem Cœnobio sepulta est, cui concidenti diuini amoris cuspide ictæ, apponere aliquando placuit, illud:

Iuxta D. Cyrill. Alexand. Catechesi 15. mentem docentis Martyres Superiores computandos eos qui Antichristi temp. sunt a Dæmonib. cruciandi. Iuxta Dauidicum ill. Psal. 93. B. quem tu erudieris & de lege tua docueris eũ.

EPIGRAMMA.

Languet amore: mori metuens, Magdala saluti
Consulit: optatas postulat ipsa rosas.
Ecce tibi è cælo præsens medicamen IESVS:
Ipse tibi vitæ floribus auctor adest.
Ridentem calathum violis, & gustus amica
Poma tibi medicâ colligit ipse manu.
O felix languens, diuino digna fauore,
Quam malefecit amor, quam benefecit amor!
Pascitur ergo suis calestis floribus Agnus,
Pascitur ille rosis: pascitur illa Deo.
Nec aliter potuit melius Magdala valere,
Est etenim infirmo, Doctor amoris, Amor.

At, cùm innumeris miraculis coruscaret, à morte, quæ in vita portentis mirabilibus effulserat, elegantiori leuata duobus elapsis annis sepulchro, vbi incorrupto hucvsque corpore perstat, à populorum accursu frequenti, summâ veneratione recolitur. Eam Vrbanus VIII. vniuerso orbis applausu, in albo retulit Sanctorum cum Indulgentiis, & officio Ordini, Diplomate: Apostolico, datis. Romæ, Humani Generis vindicis anno 1627. die 23. Aprilis.

Quæ de Virgine tanta retulimus fideliter accepimus ex relationibus, à quatuor Sacrimonialibus, ex eodem Florentiæ Cœnobio, senio, & religiosà spectabilibus virtute, quæ de Superiorum præciso mandato, ad visa, & audita in Virgine indiuidua semper scribere adsueuerant. Harum scripta, à Francisco Beneuento Canonico Florentino, exactissimo sunt examine discussa: probata postmodum à Societatis Iesu grauissimis doctoribus multis, inter quos ea comprobarunt Virgilius Cepari, Collegij S. Ioannis Euangelistæ Societ. Rector. Nicolaus Fabrinus, Michaël Hieronymus, & alij ex eadem Societate & extra eam Doctores sapientiâ, & Religione præstantes ad opus examinis adsciti: Et confirmata sunt testimonio sexaginta Monialium eiusdem Cœnobij, senio venerabilium, & pietate religiosà, accepto à D. Petro Nicolini Cathedralis Ecclesiæ Florentiæ Apocrisiario. Post hæc vt ty-

Franciscus Beneuentus. Virgil. Cepari. Nicol. Fabrin. Michael Hieron. Petrus Nicolin.

ANNO CHRISTI 1607.

Claudius Seripanus. Francisc. Boucian. Alex. Ferrin. Ign. Nenti. Eman. Eximin.

pus, horis sex mandare itur tanta Virginis prodigia, & vita, noniter sunt ad discussionis incudem redacta, & iudicio R. P. Claudij Seripani è Societate Iesu, Doctoris Francisci Bouciani Archidiaconi eiusdem Ecclesiæ Cathedralis, de mandato illustrissimi Archiepiscopi eius Ciuitatis comprobata: necnon pro sacro patri Tirono eis subscripsere Frater Alexander Ferrinus S. Crucis Guardianus, in Cœnobio S. Francisci Florentiæ, Ignatius Nenti Dominicanus, Emanuel Eximinus è Societate, omnes à Calificationibus sacri fidei Solij. Post hac vitam hanc Virginis, præclara sanctitatis suæ facinora, reuelationes, visiones, ecstases, & cætera omnia, scripsit Italico Vincentius Puzzinus eiusdem Virginis Magdalenæ Confessor tomis quatuor, quos perstrictos Tribus ad Hispanum transtulit noster Marcus Guadalaxara qui præpeditus morte in lucē emisisse non valuit: sunt autem apud nos manu sua scripti lucem fauentibus superis aliquando prelo visuri. Latino axiomate eadem scripsit, immo & Polono, Polonus noster Albertus Cepelius: Lusitano, noster Ludouicus Mertola. Eius præter hos illustrissimam Virginis, & aliquorum sanctitatis facinorum suorum memoriam reddunt, Ioan Cartagena Franciscanus, Franciscus Boersius, Auendanus noster, & alij post eos, è quibus nos hanc breuem prodigiorum innumerabilium Anacephalæosin attexuimus latiori stylo, citò post hac, altà gens præclara Deo dante, daturi.

Vincentius Puzzinus.

Marc. Gualdalaxara.

Alb. Cepelius.

Lusitan. Mertol.

Cartag. to. 4. hom. sacrarum lib. 17. homil. de laud. Car. 2. Boersius in suis Prouin. in Prou. Car. Tusciæ. Auendan. alt to. serm. sancto. ser. specialis de V.

Vide nostrum de vitis sanctorum Hispanico, librū & ante eum compendiolum Vitæ S. Teresiæ, & S. Mariæ Magdalenæ à Pazzis prò instructione Monialium Morali: cui titulus Hispanicus. Las dos niñas de los ojos de Dios. *Quod proximum iam prelo fidimus, propediem in lucem hominum frequentissimam habendum, iussu Excellentissimæ Proregina Sardiniæ.*

DE MICHAELE ALPHONSO A CARRANCA.

CAP. XCVIII.

Anno Christi 1607.

MICHAEL ALPHONSVS à CARRANÇA natione Hispanus Valentinus, Conuentus Regalis Valentiæ filius, Clarâ vir Religione præstantissimus, clarum sanè sapientiæ iubar, totum diffusum in orbem. Primarius fuit S. Theologiæ in Sertoriana Hoscensi Academia Professor, albo sanè inter sapientissimos Musæi illius illustrissimi viros, lapillo numerandus. Conuentus nostri Cæsaraugustani Prior vigilantissimus: & tunc à Calificationibus sacri fidei solij, placidissimo omnium Senatus Catholici Valentini & Cæsaraugustani fidei censorum insignium, ore selectus. Prouinciæ nostræ ter Chorarcha, & Princeps prudentissimus, scitissimus speculator, & Pastor mirificus. Totius Hispaniæ Vicarius Generalis: Visitator, & Reformator Apostolicus & Regalis in Lusitaniæ Regno. Diuini Verbi Præco, velut è superis missus, qui in primis Hispaniæ Ciuitatibus, grandi animorum incremento selectiores ad populum Quadragenas habuit. Huic vno tanquam lapidi primo, Setabensis Cœnobij in Regno Valentiæ, & tamquam fundatori, & erectori insigni, prima verè limina debentur. Sed quod maius est, iste excellus ille est Prouinciæ nostræ Mæcenas, sapientiæ & scientiarum sacrarum in ea Patriarcha, & totius Religiosæ Professionis firmamentum alter, & initium. Primus enim fuit, qui omnis ignorantiæ caliginem eliminauit ab illa: plantauit liberalium artium, & Theologiæ sanctæ, seueriori studio, peruigilia meliora. Is cui meliora gloriosioris famæ, & Obseruantiæ, & sacri cultus, sacrique Scapularis Mariani deuotionis pignora deberentur: vtpote, qui in omnibus Hispaniæ Prouinciis (plantato item ab eo vnicè feruore, & spiritu Religionis in eis) Marianæ Confraternitatis Carmeliticæ illustrissima initia fixit: Is qui Sodalitatem sacrani Scapularis Virginei in hac nostra Cæsaraugustana Obseruantia primus instituit. Mensaliensis Processionibus, quæ iam in Religione, ex præcepto totâ illa Confraternitate diffusa per Orbem celebrantur, initia dedit in hoc nostro Religiosissimo Cæsaraugustano Carmelo, anno 1577. sub qualibet quarta Mensis Dominica die conficiendis. Post hæc, & innumera alia grandis Religiosi zeli, pietatis Catholicæ, & Religiosæ disciplinæ viri facinora præclara, multis libris scriptis, quorum quidam prælo vulgati Ecclesiam ditant, & Religionem exornant: quidam in scriniis, & Bibliothecis Prouinciæ nostræ Manuscripti sub veneratione seruati, lucem aliquando posteritatis expectant visuri, ad commune fidelium incrementum. Qui typis sunt dati, & nos vidimus hucvsque & habemus, sunt: In librum S. Ildephonsi Toletani Archiepiscopi de illibata Mariæ Virginitate Scholia eruditissima, lib. I. Vita S. Ildephonsi, lib. I. Catechismus Religiosorum omnium, lib. I. opus sanè egregium, & omnigenam sapientiæ, & candidissimi spiritus Patris Bibliothecam adaperiens. Liber iste non est ille Catechismus à Barptolemæo Carranca Mirandensi conscriptus qui in Indice expurgatorio à sacro fidei solio confecto anno 1612. inter auctores secundæ Classis expurgandus adiicitur: auctor ille Carmelita non fuit, & Catechismus certè nostri Carrancæ hucvsque à sacro fidei solio opus sine vllo prorsus errore repertum est. Cæterorum tituli latent, præter librum Decretorum, quem pro Regimine Prouinciarum Hispaniæ totius attexuit, dum Apostolica pro Sixto V. Commissarij Generalis fungeretur auctoritate: & Prælectionum Theologicarum, quas publicè habuit Oscæ in almo illo Q. Sertorij Musæo.

Pinus in vita P. M. Io. Sanz. c. 2

Ceremoniale Carm. lib. 2. Rubr. 3. a. 1.

Tandem octogenario ferè maior, optimè de Religione sua meritus, & in Ecclesia Christi omni meliori lauro redimitus, ad astra tetendit Valentiæ in suo Cœnobio, Orbis à Tartaro excepti anno 1607. Vbi honorificè magno Religionis, vrbis, Prouinciæ, & Orbis

Anno Christi 1607.

eiulatu tumulatus est: sub Archimestre Principe Paulo V. Pontifice O. M. & Imperio Rodulphi Romam Cæsaris II.

DE MICHAELE PEDROLO, ET IOANNE.

CAP. XCIX.

Anno Christi 1607.

Eman. Ro. chucd. 27. de antiq. & scrip. Carm. fol..

MICHAEL PEDROLVS, quem ex errore *Ioannem Pedrolo* Romanus noster appellat (Ioannes enim huius Michaelis Patruus erat, Vir quoque litteratissimus, publicus Barchinonensis Mutari Metaphysices Interpres, Prouincialis Cataloniæ, qui librum scripsit I. de potestate clauium Ecclesiæ, eruditione, & fide suâ refertum, & obiit anno 1612.) Natione fuit Cathalanus, Cœnobij Barchinonensis, Vallensis aliis filius; vir claro virtutum munimine insignis, Theologus & Philosophus nobilis Publicus Barchinonensis publicæ litterarum Palæstræ, ad annos plures S. Theologiæ, & Philosophiæ primùm, insignis interpres. Hæreticæ prauitatis in sacro fidei solio Censor, quippe qui clarâ fidei professione, & zelo clarus effulsit.

Relationes ab Eunufrio Scolano è Cataloniæ Prouincia missæ.

Scripsisse habemus à Relationibus missis, præter eruditissimas, in Logicalibus, & Theologicis suas publicas lucubrationes, & peruigilia sapientissimâ eruditione referta, Conciones de Eucharistiæ sacramento, lib I.

Claruit, & veneranda senectâ decorus, Barchinone in suo Prior Cœnobio obiit, ibique honorificè sepultus est salutis anno 1607. alijs 1608. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE EQVITIBVS S. MARIÆ VIRGINIS CARMELI MATRIS.

CAP. C.

Anno Christi 1607.

Bulla data Rom. 1607. & alia 1608. qua referuntur à Laertio Cherubino to. 3. Bullar. Apostolici 1. Romæ edito anno 1617.

EQVITES S. MARIÆ VIRGINIS CARMELI MATRIS plures, *Fortes fidei vere Milites*, sanguine, virtutibus, armis, & zelo potentes ex Ordine Militari S. Mariæ Virginis de Monte Carmelo (*ad cuius honorem, Omnipotentis Dei, & S. Romanæ Ecclesiæ exaltationem, hæresum extirpationem, & hæreticorum repressionem*, vt loquitur Paulus V. Pontifex Opt. Max. Henricus IV. Galliæ Christianissimus Rex, qui eandem Virginem Mariam de Monte Carmelo *sui Protectricem, & Aduocatam semper habuit, & veneratus est*, vt Pontifex Summus affirmat in Bulla I. *Romanus Pontifex*, cum Apostolica auctoritate, & confirmatione sub certis quibusdam Obseruantiis quas continet Apostolicum diploma, erigere, & instituere curauit sub titulo, habitu, & Regula, *Ordinis Militiæ S. Mariæ Virginis de Monte Carmelo*, delectis ad id nobilibus Gallicæ nationis viris, ingenuo sanguine, & moribus melioribus signatis) qui in defensionem Ecclesiæ, & fidei incrementum in hæreticos Christi prælia agentes, non calamo, & verbo, sed ense glorioso nomine in terris, & perenni lauro in astris comparatâ, nostro, meritò, veniunt, tanquam illustrissimæ Carmeli plantæ, inserendi Paradiso.

Facta: sic constat ex Bull. *Romanus Pontifex* Data 14. Kal Martij 1607 Pontific. Pauli V. ann. 3 habetur in Laertio tom 3. Imp Romanæ factæ anno 1617. Et ex Bulla 2. *Militantium Ordinum* data 26. Febr. 1608. Pontif. eiusd. Pauli V. an. 3. habetur f. 231. eiusdē Tomi.

Floruêre, florent, & florebunt semper ab institutionis tempore factæ salutis in Orbe anno 1607. sub summo dilectæ Catholicæ vertice sponsæ Paulo V. Pontifice Opt. Max. & Imperio Rodulphi II. Primo illis præfecto Generali Magistro Philiberto Nerestano equite, sanguine & moribus nobilissimo, bellis & armis excellenter aptato: cui in eodem Magno Magistratu feliciter successit filius illustrissimus Ioannes Claudius de Nerestamg, qui plures sanguinis nobili prosapia & virtutum splendore conspicuos Equites in hunc Militarem Ordinem adscruit.

Vide quæ diximus & huc adducta, in Henrico Sylvio Henrici Generali Ordinis Magistro Carmeli, Statu hoc 5. & Ætate 17. Cap. 63. pag. 444.

DE V. FRANCISCO A YEPES.

CAP. CI.

Anno Christi 1607.

Ex Iosepho Velat.

V. FRANCISCVS à YEPES, natione Hispanus, patriâ Ontiberiensis, Abulensis Diœcesis, in Regno Castellæ veteris oppidum, ex Gundisaluo patre, matre Catharinâ Aluarez, vtrisque virtute præstantibus ortus anno 1530. Germanus fuit frater Ioannis à Yepes, de quo diximus suprà. Vir quidem, etsi ad prima litterarum secularium rudimenta addiscenda rudis, subtili tamen acumine, & indole nobili ad omnem sanctitatis sapientiam donatus: cum quo ab infantia egestas & labores abunde creuêre. Ex quo in laboribus à iuuentute nutritus, summâ tamen sufferentiâ sublatis, virtutum iam iuuenili clarus ætate, acquirendi accensus ardore, indefessus semper ad cælestia peruolabat.

Delicta iuuentutis (quæ adeò leuia fuêre, vt mortali numquam famine, verbo, vel actu maculasse animam sit adapertum.) semper illacrymans, assiduæ iuuenis, & vir orationi vacabat. In cruce positus, & humi fossa supinè, quasi sepultus, totus mundo crucifixus, diuinis frequenter reuelationibus,

visio

Anno Christi 1608.

visitationibus, & eloquutionibus Dei, pueri Iesv, Virginis Mariæ, Angelorum, & Sanctorum delectatus, vel cum Deo (à quo modum singularem accepit orandi) sicut amicus solet ad amicum alloqui frequens agebat. A Dæmone sæpè vexatus, & appetitus, manum Domini sibi semper amicam expertus est.

Vir tandem fœminæ nupsit virtute pollenti, quam laborum, & diuini famulatus sociam fidelem semper expertus, enixè dilexit in Christo. Totus Deo deditus, totus diuinis semper intentus, salutem animæ inhiabat: itaque solo Christo suo contentus hæc ab eo tantùm exposcebat: peccata dolere: obedientiam exhibere maioribus: mundi contemnere bona: & sæculi carere diuitiis. Quæ quidem sublimiter adeptus est vi orationis suæ, quâ sic in Deum inualescebat, vt Deum, & cælos deuinctos videretur habere, tot illa orandi assiduitate mirabilia operatus est. Tali in pauperes, & proximos fuit charitate succensus, vt aliquando Angelorum Dominum (cum quo, vero Christi pauperi, omnia donata sunt) hospitio accepisse, & brachia in amplexus Francisci exoluisse dicatur, & itidem ab eo post hospitalitatem audiuisse: *Ego superabundè reddam tibi charitatem acceptam.*

Multis virtutibus clarus, singulari erga Virginem Mariam de Monte Carmeli (cuius Tertij Ordinis habitum & professionem publicè in Conuentu S. Annæ Metimnæ à Campo Regni Castellæ Villa induerat) eluxit deuotione, à qua oblitum populo Olmeti Scapulare Carmeli Virgineum. Metimnæ ab ea acceptum, & sacris suis manibus adductum accepit. Prophetico spiritu insignis multa futura prædixit. Demum puritate animæ decorus, flagrans diuino cælestium amore, Religione Catholicâ præstantissimus: erga diuinum altaris sacramentum auidè deuotus, in Sanctos affectus. humilitate profundus, simplicitate cordis insignis, obedientiâ grandis, patientiâ inconcussus, animi præstantiâ validus, patiendi desiderio sublimis, salutis animarum zelosus, & demum omni virtutum genere excellens, multis ad animarum medelam documentis exhibitis, mortis suæ præscius, in Canticis agens ex hilaritate, & ardore cælo fruendi, in die S. Andreæ Apostoli Feria 6. hora noctis vndecima, salutis humanæ anno 1607. sub eisdem Pontifice, & Imperatore rubore pulcherrimo faciæ madefactâ manente, Metimnæ à Campo septuagenario maior, spiritum hausit. Honorificè toto acclamante & accurrente populo sanctitatem viri, in Cœnobio Carmelitarum S. Annæ felicissimo, ob Religionis præstantiam, & obseruantiam insignem, in Capella Virginis in loco eodem, vbi frequenter orare solitus erat, humatus est.

Quæ in vnũ collecta habentur in vita serui Dei lib. 4. c. 5. à Iosepho Velasco conscripta.

Sed cùm à morte miraculorum luce claresceret, nouo funere parentatus, honorificentius pretioso denuo Busto reconditur, vbi veneratione & populi frequentia seruatur.

Iosephus Velascus.

Quæ diximus omnia fidelissimè deprompsimus ex vita Venerabilis viri à Iosepho Velasco Carmelita conscriptâ, & auctoritate Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Francisci Sobrino Episcopi Vallis-Oletani, & Magistri Gregorij Alfaro Benedictum, & Reuerendissimi Vicarij Generalis Metimnensis D. Francisci Medina Perum, pro Reuerendissimo Vallis-Oletano Episcopo prædecessore, D. D. Ioanne Vigle de Quinones, comprobata, & data typis primum Metimna à Campo. Deinde auctoritate Reuerendissimi Ordinarij Barchinonensis sub approbatione Patris Iacobi Puig. Rectoris Collegij Societatis Iesu, ciuitatis eiusdem Barchinonæ, recusa 1624. post Hieronymum Margarit. Eius post hæc illustrissimam fecère mentionem plures scriptores & acta probarunt Doctores spiritu & sapientiâ clari, quos recensuisse ad vnguem, nimis longum esset, & lectori graue.

De eis vide Velascum lib. 5. cap. 4. & 5.

DE V. IOANNE SANZIO.

Cap. CII.

Anno Christi 1608.

V. Ioannes Sanzius natione Hispanus Valentinus, Fontinentanus patriâ, honestis parentibus Gratiano Laurentio, & Catharina matre progenitus, & natus anno 1557. Indole gratissimus, breui litterarum prima rudimenta transcendit: Rhetoricam, & Poësim clarissimè callens. Ab adolescentia verus Scholæ Christi Tyro, virtutibus ex toto studebat affectu, vt quam aliis ostensurus erat vitam verbis, in se moribus illico seruaret. Pauperrimus ipse, quæ sibi necessaria erant, charitatis innatæ deuictus ardore, egenis aliquando largiebatur, contemni ab omnibus amans, sacrâ solum egestate lenitus. His, fruge egregiâ, puer virtutum operibus assuetus, nullo puerili delectatus lenocinio, in Setabensi Cœnobio, Carmeliticæ Virginis Mariæ Obseruantiæ, de licentia R. A. P. M. Ioannis Natalis Prouinciæ Aragoniæ Prouincialis, & de manu R. P. Bartholomæi Miron, habitum Virginis induit, primogenitus Cœnobij illius filius effectus. Inde ad Probationis domum Valentiæ deductus, clarissimæ innatæ virtutis, in multis semper clara semina dedit. De die igitur in diem ad perfectionis summum apicem ascendere gestiens omnibus efficitur mirabile virtutum exemplar. Inde liberales ebibiturus artes, sub disciplina Religiosissimi Patris Rochi Rauas, Quinon, ad Ondense Cœnobium amandatur, ibi sic litterarum, cum virtutibus studia nexuit, vt coactus sit, ex obedientia saluti adolescentis consulente, aliquantulum ad artis deflectere picturam, quâ tantisper animus eius recreari valeret.

Totus interea orationi, & contemplationi diuinæ detentus, ieiuniis, disciplinis, & lectioni sacræ firmiter addictus, calcar erat cunctis ad bona & æqua quæque sectanda. Familiarissimam ibi cum Hieronymo illo Lau-

De quo ætate præcedêti egim. an.

ANNO CHRISTI 1608.

rentio Catieto inijt in Christo familiaritatem, cum quo frequens erat de cœlestibus peragere. Post hæc cùm S. Theologiæ in Valentiæ Cœnobio cursus suos adeò felicissime peregisset, vt omnibus condiscipulis virtutis, & litterarum incrementis longo interuallo præiret, liberalium artium Interpres in Conuentu Bilbilis constitutus est : vbi non solùm litterarum, & sapientiæ suæ egregios discipulos habuit, sed virtutum mirificum & feracem se Magistrum exhibuit. Contigit aliquando, inter alia virtutum opera ab studij, & litterarij laboris sede, in cella reclusum per 40. horarum spatia non discessisse. Vnicus fuit sapientium Prouinciæ nostræ Parens, Magister & initium. Doctorali Valentiæ S. Theologiæ aurea laureá decoratus, diuino sedulus sacrarum litterarum studio dandus, ad sanctam linguam addiscendam se contulit, in qua adeo profecit, vt peritissimus habitus sit. Tunc Verbi diuini Ecclesiastes effectus, quis breui quoto animarum lucro id opus exercuerit enarret? Post Quadragenas multas ad populos habitas, inuitus, Valentiæ Prior eligitur cui, nisi esset prohibitus, officio cessisset; sed disponente Deo, iussus est illud obire : id quod profectò grandi vtroque incremento per triennium exegit : tum Obseruantiæ grandis celsissimo constructo opere, tum Nouitiorum domo, cum Cellularum diuisionibus, iuxta Ordinis morem, & Regulæ præscriptum; & Bibliotheca pulcherrima ædificata, pretiosâque librorum supellectile adaucta.

Reg. Alber. c.3.art.c.6

Post hæc, Setabis salutis anno 1603. vno omnium, immò superis annuentibus, ore Prouincialis eligitur, quam sibi commissam spartam, tam felicissima prudentiæ, zeli, & solicitudinis augendi spiritum obseruantiæ, morum, & omnis bonæ sapientiæ dexteritate direxit, vt eo vno Prouinciæ nostræ Principe, & Præceptore nobilissimo, vetustum illum Patrum nostrorum spiritum efflоruisse videres. Magna in dignitate hic humilitate sublimis, omnium minimus in se reputatus, non ascendere sed descendere, & omnibus subiici cogitauit : Solem se in æqualitate, & salem in sapientia semper subditis præbuit : virgâ vtens, & baculo, aptè ad temporum necessitates adhibitis; Sed cùm tam Pater nemo, tam pius nullus cognitus sit in Prouincia Pastor, melius esse ex misericordia pati, quam propter iustitiam & seueritatem multam ipse sentiebat, & circumferebat assiduus. Cúmque nihil sic inflectere membra, quàm capitis exempla cognouisset, qui Prior erat in dignitate priorem se in laboris, & humilitatis operibus semper exhibuit : non maior in imperio sed primus in legum, & Regulæ deditus obsequio. Sic peccata formidabat vt vel culpa leuissima animam labefactasse immane piaculum duceret sic semper peccata pertimuit. In adagijs id semper habuit in ore, quod sæpe meditabatur in corde *Magnificetur Dominus*, quæ verba ab Angelo Custode didicisse sensibiliter creditur. De animarum semper salute sauctus erat. Toto vitæ tempore assiduâ oratione decurso; nullam diem sine hoc illustri peruigilio trium horarum, quamquàm negotiorum obsisteret arduitas, transire perpessus est. Imò qualibet hebdomada, signata ad orandum die, omnem eam cum nocte percurrebat lachrymis, quibus multus erat ex dono diuino, orando, vel passiones Christi sui pectore versans, vel peccata plangens omnium, vel formidabili Dei iudicio detentus. Totus ergo imbibitus Deo, ecstases aliquando patiebatur, multisque delectationibus internis demulctus maximè dum corporis Christi sacra liba perageret. Spiritu Prophetico clarus, multa prænouit, immò abscondita cordis penetrauit. Dono intelligentiæ diuinarum scripturarum, quarum fuit iugis meditator, & euolutor, illustris extitit.

ANNO CHRISTI 1608.

Pœnitentiâ, & corporis maceratione, quâ vel in ætate delectabatur puerili, adeò fuit admirabilis, vt seueriorem vitæ partem primorum legis gratiæ Carmelitarum æmulasse videretur : Laneis subuculis semper vsus, aliquando super nudam tabulam, vel super ferream cratem cubabat nudus, asperrimo cilicio semper vtebatur ad carnem : omni quartâ, & sextâ feriâ ad commune cilicium, ieiunium in pane, & aqua tantùm, & sæpè disciplinam siue ferream catenam tribulis ferreis interfertam, siue thoracem plumbeis globulis, vel silicibus contextum adhibebat. Tantæ fuit in victu, & potu parsimoniæ, vt aliquando, non ex ægritudinis necessitate, sed ex mortificationis affectu, tres menses sine vllo prorsus potu transiret, & sæpe id, aliàs maiori ardoris æstu, ad mensem & vltra contingebat : cibi illi item parcitas mira fuit, nam præterquàm quòd absinthiis immiscebat frequens cibos, Paschatis diebus breui pisciculo sæpissimè recreabat corpus. Ex assidua flagellorum (in quibus vsque ad sanguinem iugis erat, ita vt per annos aliquot, 15. disciplinæ rigidissimæ, tunsionibus quotidianis se macerauerit, ferreis disciplinis, quibus tribulos adiiciebat, argenteos) maceratione, totum corpus vlceribus plenum habuit, ita vt grauissimo ex visu Medicus frater qui Patri inseruiebat in eo curando afficeretur dolore : Demùm adeò pœnitentiæ delectabatur operibus, vt, tanquam iustus adinuentionum suarum fructum comedere cupiens, quibus tormentorum generibus se cruciaret semper excogitaret. His si addideris grauissimas 12. infirmitatum oppressiones, corporis dolores iuges, & diros, quos ipse aliquando, fenestrarum inferni cognomine notauit, summâ sufferentiâ sublatos : congressiones cum Dæmone teterrimas, & multas, à quo diris pugnis, & alapâ sæuissimâ cæsus est, virum inuenies sanè dolorum, & scientem infirmitates, & laborum tolerantiam omnimodam. Prædicatione suâ quis multos, quos ab iniquitate, ad viam salutis attraxit enumeret? Erat enim cælesti spiritu ardens, & animarum zelo feruidè accensus : eas quas amoris diuini, & virtutis desiderio agnoscebat ignitas, vehementi cordis prosequebatur amore, cunctantes iuuabat, & erigebat : in docendo & exhortando infatigabilis fuit, soli verbo diuino nuntiando, & viæ salutis ostendendæ videbatur natus, & aptus. Ad instructionem multorum Monialium, & Cœnobiorum, tum

In epistol. quadam spirituali quæ typis extat.

Deo

ANNO CHRISTI 1608.

à Deo, tum ab Illustrissimo Antiochiæ Patriarcha D. Ioanne Ribera Valentino Antistite destinatus, vsque ad miraculum insudauit, ingentes animorum fructus proferens Christo. In via salutis multas, ad quas, homo iste, missus à Deo, se conuerterat iuuandas animas, quæ etsi feruentes spiritu, vt loquitur ipse, ambulabant in tenebris, solidissimè firmauit, & instruxit.

In epist. spiritual. ad amicum.

Deficiet tempus enarranti fertilem frugem in sæculo doctrinâ sua collectam, satis sit meminisse, & nostro locis suis inseruisse Paradiso eorum nomina vel mores, vel prouectus aliquot (ex innumeris de iis, qui vel quæ tanti Magistri laboribus adiuti, euigilant in vitam æternam, de quibus clarum experimentum exhibent & apertum testimonium dant excelsæ virtutes & notæ sanctimoniæ vita) Raphaëlæ Ibarra, Euphemiæ Sanz, Paulæ Villafranca, D. Elviræ à Corella, & Mendoça Abbatissæ monasterij S. Trinitatis Valentiæ ex Ordine Seraphico, & Theodoræ Piguer, cum aliis tanti Præceptoris spiritu & doctrina dignissimi filiabus & notissima sanctitate celeberrimis Virginibus. Impossibile esset populum harum pene infinitum tam breui calami cursu perstringere: testes sint fertilissimæ collectæ messis doctrinæ & spiritus, Cœnobium Cisterciense Zaidiæ, Cœnobium S. Trinitatis ex Franciscana familia, Cœnobium S. Vrsulæ Augustinianum, Cœnobia Incarnationis, & S. Annæ Carmelitica in Ciuitate Valentiæ, immò totus eas prædicet orbis.

Tandem plenus humilitate, semper maioribus deferens, ad illatas insensibilis iniurias, paupertatis Euangelicæ rigidus obseruator, puritatis Angelicæ dono ditatus (qui mulierem ad impudica, adolescens adhuc, sollicitantem virili vigore purissimi spiritus sui in venerando Mariæ Virginis Calceo, pignus egregium inter pignora sacra Valentin. Cœnobij nostri, quod apud se tunc habebat, fugare valuit) animi modestiâ, Deique timore mirabilis, deuotione summâ erga Deum, Virginem, & Sanctos affectus, magnâ humanarum laudum, & auræ popularis despicientia insignis (ita vt oblata in nobiliori Lyceo Magistri sapientiæ sacræ munia, honores, & munera multa, generosè contempsisset, cum singulari sui met despectu vt tam doctus, doctum se nesciret, tam in omnium hominum positus ore, homines, solo Deo contentus spreuerit. Principes apud viros, & Primarios Præsules Vrbium sic fuit honoratus, & charus, vt multis morositati daretur, dum ne inuitatus quidem, ad eos accederet. Et vt multa breui, & in summa dicamus, vir fuit omnino sibi, mundóque crucifixus, in quo vno omnes moriente, interiêre (sic fas sit loqui) virtutes, quas laudum ornamentis adæquare difficile foret.

ANNO CHRISTI 1608.

Post multa sapientiæ & spiritus sui monumenta relicta, inter quæ extant summâ habitæ veneratione seruatæ lucubrationes in Logicalibus, & Theologicis multæ Manuscriptæ adhuc, Typis autem recusa sunt Albecedaria sex, ad quinquè stigmata Christi. Albecedaria octo spiritualia ad diuersa, cum contrapositionibus in Christo Iesv patiente. Abecedarium pro sacratissimo altaris Sacramento, pro consequendis Indulgentiis Pauli V. Regula spiritualis, & modus viuendi pro V. Theodora. Monitiones septem pro oratione affectiua, & intellectiua. De oratione affectiua epistola ad Abbatissam S. Trinitatis, ad Moniales Zaidiæ epistol. 1. de mortificatione. Plures aliæ Epistolæ spirituales, & Fasciculus sponsæ lib. 1. quem nobis Manuscriptum exhibuit P. Ludouicus Mendius, vir Religiosâ pietate venerandus, quem apud nos habemus, & alia multa quæ nondum sunt sicut hæc prelo remissa, nec ad nostram adducta notitiam.

Post hæc igitur sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ communitus Feriâ 4. die 25. Iunij horâ à meridie 6 magno populi luctu, & clarissimâ sanctitatis voce, spiritum egit, sepultúsque est in suo Cœnobio Valentino ad Sacellum S. Petri anno 1608 sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Sed cum à morte clarissimis miraculis niteret ad elegantius alabastræum inde leuatus sepulchrum est summâ populi veneratione, & confluentiâ, tanquam Sanctus veneratus est cunctis.

Hunc tantum virum sic honorificè tumulatum, ex deuotione, sequenti inscriptione,

Doctor Michaël Ioannes Bimbodius Eminentissimi Cardinalis Spinolæ à secretis parentauit & adiecit tumulo sacra sequentia.

ANNO CHRISTI 1608.

D. O. M.

SISTE HOSPES:

Lege templis, & aeternitate dignam memoriam.

V. P. FR. IO. SANZIVS FONTINENTANVS, *Carmelita, Theologus, huius Cœnobij ac Prouinciæ Præfectus, Diuini Verbi Præco feruidus, & assiduus. Ob multos dicendi robore ad meliorem vitæ frugem reuocatos: alios piâ institutione ad celsum probitatis fastigium euectos, clarus in paucis. Quod ore docuit, perfecit opere: Pœnitentia, solitudine, iugi orationis studio, ardentissimâ in Deum pietate*, MAGNVM SANCTITATIS EXEMPLAR.

O VTINAM NOVO HELIÆ
VERI ACCRESCANT ELISÆI!

Vixit afflicta valetudine, ann. 57. Obijt pub. luctu, VII. Kal. Iul. ann. Chr. M.DC.IIX.

Ad persoluenda iusta, excitâ Vrbe.
M. I. Vim-Bodinus. B. M.

Eius vitam, & præclara sanctitatis opera, vt retulimus fidelissimè, scripsêre Noster Io. Pintus à Victoria, Gaspar Scholanus Rector Parochialis S. Stephani Valentiæ ciuitatis, Chronographus Regni Valentiæ. Præterea illius reddidêre memoriam nobilem, cum aliis multis Boëtius noster.

Special. libro. Scholan. in hist. Valent. part. 2. lib. 9. cap. 37. col. 1254 n. 6. Boët. in suis Prouinciis Prouincia Carm Aragoniæ.

DE IACOBO RAYMVNDO A GAVIO.

CAP. CIII.

Anno Christi 1608.

IACOBVS RAYMVNDVS à GAVIO natione Italus, Genuensis patriâ, insigni vir eruditione, & elegantiâ nobilitatus: In obeundis muneribus, propter summam Patris prudentiam, & indolis amabilem conditionem assiduus.

Iugi studij melioris versatione demultus, multa scripsit iteranda prelis, si fata fauissent. Ex eis ista reperimus: Lecturarum Theologicarum, lib III. Philosophicarum, lib II Complurium Orationum, lib. I. quarum elegantissimam vnam vidisse se Romæ excusam Lucius affert, & apud nos habemus, quam habuerat satis iuuenculus cū Ordinis Generalis Magister renunciaretur RR. Io Bapt. Caffardus. Commentariorum in Psalmum 103. *Benedic Anima mea Domino*, &c. lib. I. In aliquot Geneseos capita, lib. I. sup ad Ephesios, lib I In secundum librum Magistri Sententiarum, lib. IV sup. tertium de anima, lib I. & alia plura quorum titulos Lucius, & Posseuinus nō nobis exhibitos dedêre adhuc.

P. Lucius in BB. Car.

Posseu. App. S tom. 2.

Floruerat studiorum Regens insignis Florentiæ, Taurini, Romæ, Neapoli, & alibi, venerandámque scimus adduxisse senectam, vsque ad annos temporalis sempiterni Regis Christi natali 1608. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Ex Catalogis sæpe citatis.*

DE IOANNE BAPTISTA SPINOLA.

CAP. CIV.

Anno Christi 1608.

IOANNES BAPTISTA SPINOLA, natione Italus, Genuensis patriâ. Admirandi spiritus, virtutis, & doctrinæ vir, contemplationi diuinorum iugiter intentus, magnâ clarus humilitate. Ter Genuensis Prior, cui nisi præpediretur muneri tertiò oblato, vltrò cessisset vt libentius Christo vacaret, cuius semper æstuabat ardore, teste Cherasco. Præter speciem virtutis suæ quæ sanè potius appellanda sanctitas est, litterarum fuit formâ graui decorus.

Cherascus in vita Henrici & in Thesaur. spirit. Carm. t. 224.

E cuius ingenij lima prodiit de Oratione mentali, siue vt libri titulus est, de ratione eleuandi mentem ad Deum, lib. I. Si quæ alia præter Lo-

ANNO CHRISTI 1609.

gicales, & Theologicas lucubrationes ediderit, auolat, his tantum è Genuæ relationibus acceptis.

Florebat adhuc annis Christi 1608. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE FRANCISCO A VILLAFORTE.

CAP. CV.

Anno Christi 1608

FRANCISCVS A VILLAFORTE natione Hispanus, Vandalus, Conuentus Matriti filius: Vir omni litterarum incremento celebris. S. Theologiæ in publico Mexicensi Musæo Interpres auditissimus.

Relata Castellæ, & Lusitanica

Mira morum honestate floruisse habuimus, & scripsisse multa de sacra Theologia, quæ Indicam regionem illustrarunt.

Annis salutis hominis 1608. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, Mexico obiit felicissimus in Christo. *Dedit virum etiam Catalogus Episcopi citatus.*

DE IOANNE AB HEREDIA.

CAP. CVI.

Anno Christi 1609.

Ex Senioribus Patribus Cæsaraug.

IOANNES AB HEREDIA, natione Hispanus, Celtiber, patriâ Cæsaraugustanus, eiusdémque Cœnobij clarissimum lumen, & orbis iubar. Per totam Hispaniam diuini verbi declamator sui temporis facilè Princeps. Bis Prior Conuentus Valentiæ: Per decenium Cæsaraugustani Conuentus Moderator: Bis Prouinciæ Aragonicæ Antistes egregius. Vir sanè sapientia, prudentia, augendæ Religionis zelo, & omni virtutum supellectile diues. Adolescens adhuc, dum Theologiæ cursus Salmanticæ peragerer, Abulæ coram RR. Ordinis Patre Ioanne Baptista Rubeo Rauennate, in frequentibus Comitiis Ordinis, de omni Theologia cum stupore sapientium verbis, & orbis publicas assertiones tutatus est.

Porrò, etsi vario, & celebri, & graui regimine præpeditus, præter eruditissimas suas Philosophicas, & Theologicas lucubrationes, scripsit Sermonum de Sanctis, graui mole volumen I. Quadragesimalia duo, lib. II. & alia plura prelis digna, maximi habita, quæ in Bibliotheca nostra Cæsaraugustana seruantur, quibus nos aliquando vsi sumus felici omine.

Tandem felix obiit in Christo tertio functionis suæ anno die 23. Februarij, orbis Redempti 1609. sub eisdem Pontifice, & Imperatore ætatis suæ 73. Professionis in Religione 59. & honorificè, effigie additâ verâ, in intimo Sacristiæ sacello sepultus, honoris illustri conditur busto, illustre Patris celeberrimi clarissimum ostentum, & vigilantissimi Pastoris memoria perennis, data ab A.R.P.N. Magistro Michaële Ripolo, tunc nostri Cœnobij Chorarcha.

DE MATTHÆO EYSELINO.

CAP. CVII.

Anno Christi 1609.

MATTHÆVS EYSELINVS, quem *Bartholomeum* Boërsius vocat: natione Alemannus, Helprunensis Catholici & Religiosissimi Cœnobij, & ciuitatis filius. Miro vir virtutum genere insignis, sapientiâ, & eruditione notissimus suâ. Magnus Catholici firmamenti fidei zelator, & altor. Ob fidei defensionem multa clarissimus Christi pertulit Athleta, namque iste vnicus patrizator Heliæ, ciuitatem Helprunensem, vel ab Hæreticis, vel à Turcis (quorum dira manus septemdecim è populosioribus floridissimæ illius quondam Belgicæ Prouinciæ deuastauit, & euertit Cœnobia: eorum maxima parte Fratrum laurealibus martyrij ad astra reducta, vel cæteris exilio crudeli mulctatis) validissimè verbo, & ense defendere conatus est, & debita antiqua veneratione Virginis Mariæ de Monte Carmeli miraculosam imaginem conseruare: quam Caluinistarum secta ibi disseminata à fidelium animis, & corde abolere côtendebat, nisi Carmelitarum Helprunensium zelus & Catholicus ardor, tanquam veri Virginis Mariæ filij naufragantem ibi venerationem, & populorum accursu ouantem è pelago infestationum hæreticarum ad secura littora torsisset, & firmissima nixi fide in fide fideles solidasset, & populos ingenti semper deuotione erga Virginem & imaginem tantam deuotione nutrisset, Dei cultum illæsum ibi seruando, Duce pro cunctis & sedulo Rectore Matthæo nostro, vt nobis Italica dedêre relata.

Boërsius in suis Prou. in Prouinc. Alemanniæ super. f. 297.

Relatio ex Italia.

Is tantus Carmelita non ense solùm, & verbo, sed & calamo quoque fidissimus Carmeli & Ecclesiæ miles effectus in hæreticos, vt ferunt, item scripsit sapientissima, & fidei ardore volumina plena, inter quæ titulo nouimus Hæresum malleum firmissimum lib. I. Cætera latent nobis.

Florebat adhuc graui senio venerabilis & virtutibus suis post Prouincialatum superioris Alemanniæ, salutis annis 1609. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Hæc ex Boërsio & aliis assserta damus.*

Boërsius in vita Henrici, f. 107.

DE FERNANDO SVARIO.

CAP. CVIII.

Anno Christi 1610.

FERNANDVS SVARIVS natione Carpentanus Hispanus, Toletanus patriâ, Hispalensis Cœnobij filius: cultioribus vir disciplinis disertissimus, & ingenuis artibus lucidissimè clarens. Complutensis publici Lycei lumen egregium, quem Academici Proceres, rogatu compulsum Rectorem Primarium Theologiæ concupiêre: & ad annos plures lucidissimos sapientiæ suæ ra-

Anno Christi 1610.

dios in excelso illo scientiarum orbis cacumine, orbi dedisset, nisi diuini præconia verbi ad se tàquam os vnicum attraxissent. Fuit itaque diuini verbi concionator suauissimo lepore, diuino sale facetiisque naturæ lepidissimè instructus, adeò vt *Magni Ecclesiastes* cognomentum sortitus fuerit, & in Regali Philippi II. Regia Aula, sine dubio primus Bethicæ Prouinciæ Prouincialis, & in Regali Curia eadem Ordinis Procurator Generalis.

Plurima, etsi Ordinis sui negotiis distentus, scripsisse ferunt, at prelo vidimus tantum, è Latio in nostrum idioma, S. Antonij Abbatis Magni vitam, & historiam latè, vt moré gereret excellentissimo Duci de Bexar, lib. I. conuersam. Exhortationem item Latinam, eruditione exquisita refertam (quam inserat ad Venetos Cardinalis Baronius) transtulit è Latio lib. I. magni Eminentissimi Cardinalis gratia facta: de cæteris si scripsit nondum prelo remissa cognouimus vlla.

Tandem benemeritus de patria, Religione, & orbe, ob nominis excellentiã clari, sexagenario maior Hispali felicissimum clausit diem extremum, salutis anno 1610. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, honorificòque conditus est saxo honoris in maiori Cœnobij sui sacello. In huius viri memoriam gloriæ grandem, Discipulus quidam apposuit sic:

Incertus anonymus Carmelita.

Omne tulit punctum quem cernis ritè defunctũ. Hæc nobis exhibent etiam Catalogus Episcopi nostri hic sæpe datus à nobis.

DE V. THEODORA PIGVERIA.

Cap. CIX.

Anno Christi 1610.

V. Theodora Pigveria, Hispanicè *Piguer*, Hispana Celtibera natione, patriã habuit Villatotam *de los Piuares*, Diœcesis Terulensis est oppidum: honestis est parẽtibus hisque diuitibus orta ibi anno 1568. Ab ineunte ætate à Christo ad mundi contẽptus omnes adducta, intimòque religiosæ professionis ardore perita: nullo alio nisi Christo suo Duce Magistro à puellula graui sanctitatis tyrocinio edocta, rigidis corporis macerationibus, sacramentorum frequentia, & ieiuniis delectabatur assiduè. Singulari virginitatis voto, se vix duodena perstrinxit: oratione sua obtinuit, cæteras eius germanas sorores Religiosi status arripere viam, contẽptis diuitiis, mundo muliebri, & sæculi deliciis, quibus iam à tenellis vnguiculis aliquantulo sedulæ detinebantur. At cùm ex casu, post alia, Ondæ (Regni Valentiæ oppidum) apud Raphaëlem Ibarrã Theodora demoraretur, deducta ab ea ad Venerabilem Patrem Ioanné Sanzium, cuius suprà retulimus encomia laudum, eius vel clarissimæ indoli, vel mirifici virginis spiritus, periculo facto, sub bi... in confestim illam clarioris vitæ Regula clausit, Theodora ab anno 1591. vltrò deuicta, sub abstinentia, & ieiuniis ab Alberti Carmelitarum Regula præscriptis, additis aliis, sub pane, & aqua nonnullis sub certis, non multum leuibus, iugibus tamen corporis macerationibus, & frequentibus lectionis, meditationisque peruigiliis, mirificos sanctitatis suæ fructus in lucem emisit.

Pintus noster

Post alia anno 1598. Valentiam ciuitatem adducta, nobilis virgo obedientiæ, & paupertatis vota, suscepto Virginis Mariæ de Monte Carmeli Tertij Ordinis Virginum habitu, è manibus Præceptoris V. P. Ioannis Sanz, in eisdem emisit, pristinæ virginitatis suæ voto renouato: quã tantum excelluit, vt Angelis omnimodè puritate spiritus, & carnis assimilaretur. Euangelicæ paupertatis facta mirabile exemplar, obediẽtiã, & humilitate, vsque ad extremum vitæ halitum erauit: rigidissimis præterea sanguinolentis macerationibus nocte adhibitis, & die corpus atteruit, & inaudito pœnitentiæ rigore per celebris, abstinētio cibum iugis immutans, nullum sui corporis sensum sine dolore & seueritate seruauit. Inter hæc & alia regiminis paternæ domus, tenera adhuc, distracta curis ætate, *nunquam abfuit* (vt alteram Alexandrinam Theodorã imitaretur) *à synaxi, quæ agebatur in Ecclesia*: votis iterum anno 1609. instauratis tribus, adeò se vinculis obedientiæ deuinxit, vt nihil, vel leue se facturam perinde nisi actuali mente diuini illud amoris faciendi fine coronaret opus. Dono lachrymarum insignis, orationi, & lectioni diuinæ omnimodè à creaturarum congressibus semota nocte dieque vacauit Patientia inuincibili lucés, in bono vincens malum, publicis beneficentiis redditis conuitiorum & calumniarum memoriam obliterauit.

In carne fine carne viuens, mortis diei sui præscia, tota actu cælestibus imbibita, & delectata sponsi Christi deliciis, & corporis, & pœnarum ergastulo soluta, die decima Maij anno Saluatoris dati 1610. sub eisdem Pontifice, & Imperatore in plenitudine operis sanctitatis, ad astra, Valentiæ volauit, vniuerso sanctitatis nomine excelso Ibidem in Carmelitarum suorum Cœnobio, vnà ibi sepultus erat sanctissimi spiritus sui Præceptor, & lumen, ad ædes eius tumulata est.

Eius vitam, & miranda facinora Pintus noster delineauit è quo nos fidelissima dicta mutuamus, tum & à Relatis Seniorum Patrum Valentiæ, virtuti & religione venerabilium clara.

Pintus à Vict. in vita B. P. M. Io. Sanzij c. 17. fer de eadem V. encomiastico, & meminit eius in Monarchia Car. Tract... c. 8.

DE FERDINANDO A S. VICTORE.

Cap. CX.

Anno Christi 1611.

Ferdinandvs a S. Victore natione Belgicus, Inferioris Alemanniæ Prouincialis. Vir litterarum, & Religionis stemmate dignissimus. Mecænas magnus, Reerector illustris, reædificator & auctor secundus Bruxellensis Cœnobij, cui data sunt initia sub anno 1249. tempore S. Simonis Stockij Generalis Carmeli.

Hieronym. Gratian. sermone de orig. Ordinis Carm. Ex manuscriptione affixa valuis Sacrarij Cœnobij.

Virtutis, & religiosæ pietatis & sapientiæ suæ nobilissima alia multa monumenta reliquit: E quibus extant solum, quæ ad nostras fuerint manus adducta, De persecutione Ecclesiæ, lib. I. Bruxellis floruit, & adhuc grauissimo venerabilis

ANNO CHRISTI 1611.

lis senio in viuis agebat, salutis datæ orbi à Iesu anno 1611. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ZACHARIA SAIO.

CAP. CXI.

Anno Christi 1611.

ZACHARIAS SAIVS natione Gallus, Tolosanus patria, per vniuersam Galliam diuini verbi declamator insignis, Gallicæ Prouinciæ Chorarcha celeberrimus. Vir sapientiâ, & religionis zelo clarissimus.

Scripsit multa sed quod viderimus, emisit in lucem solum prælis: Confraternitatis Carmeli, lib. I. Cætera Gallicæ nobis remissiones zelant.

Gallicæ è Tolosæ Cœnobio remissiones.

Florebat salutis homini datæ à IESV annis 1611. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE SIMEONE SPILIATO.

CAP. CXII.

Anno Christi 1612.

Ex Neapoli Cœnobio Relatis.

SIMON SPILIATVS, natione Italus, Florentinus patriâ, inclyto vir ingenio notus; feruido Marianæ religionis zelo ardens. Poëta nobilissimus.

Multa eum scripsisse, sed prelis solùm data nouimus hexametro & pentametro Carmine, Religionis nobiliores Triumphos. Inuenitque & incidit arte mirabili Icones clarissimas, de sui Ordinis miraculosis stemmatibus: (Fuit enim insignis Cælticus, tabularum æneârum incisor.)

Florebat senex Florentiæ annis 1612. hominis ab Orco à Christo redempti, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE FRANCISCO A PAZE.

CAP. CXIII.

Anno Christi 1612.

Ex relationibus à Prouincia Castellæ vet.

FRANCISCVS à PAZE natione Hispanus Salmantinus patriâ ex Regno veteris Castellæ Prouinciæ eiusdem Salmantini Cœnobij Chorarcha egregius. Indole vir nobilis, & horoscopo felicissimo Orbi & Carmelo datus: Sapientia sua admirabili notus, zelo religionis illustris, Orbem, & Vrbem testes damus nostris assertis.

Multa lucubrasse notissimum habemus, tum in Philosophicis, tum in Theologicis, tum vel etiam Religionis amans, denique quæ ad Carmeli decora spectant. Nouimus ab ore ipsius Chronicon ordinis egregium iam ad finem adduxisse meliorem, sed morte præuentus, sub puluere latet proditurum sine dubio citò. Heu! cecidit in illo cadente selectior Carmeli flos: ea propter ex multis eius scriptis solùm prela videntia vidimus, Theologiæ selectissima asserta amplissimo Cardinali D. D. Gasparo de Borgia dicata, de Helia Propheta vnico Carmelitarum Patriarcha, Romæ habita in Comitiis generalibus pro eligendo RR. P. Sebastiano Fantono anno 1613. In his, Placitis 16. quidquid ad esse naturale Heliæ pertinet perstrinxit: & Placitis totidē quidquid ad esse eiusdem supernaturale spectat comprehendit, sapientiam simul, & saporem mentibus offerens mirabilem. Stupuit vrbs antiqua multos celebrata per annos, ad virum dicentem multumque sapientia clarum. Si quæ alia typo dederit aufugit à nobis.

Obiit Salmanticæ, Pacati orbis à Christo anno 1614. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1612.

DE PETRO GRIMALDO.

CAP. CXIV.

Anno Christi 1612.

PETRVS GRIMALDVS natione Italus, patriâ Romanus, Conuentus Transpontinæ filius, vir omni litterarum gazâ ditatus, virtute, spiritu, & dicendi gratiâ felicissimus. Studiorum quondam Transpontinani Cœnobij Regens, & dignissimus Angliæ Prouincialis. Diuinissimus sui temporis Orator, & Rhetor. Latine peritissimus, & Græco sermone. Multas habuit Aduentus, & Quadragesimæ tempore coram summo Pontifice Paulo V. cui gratissimus erat & amabilis, Latinas declamationes. His mensus est, virum fuisse irreprehensibilem, perfectissimorum Religiosorum exemplar, quem imitati multi grauissimos virtutum fructus sibi ipsis protulēre. Is est ille, Poersio teste, quem nouissima hora mortis suæ Henricus Syluius totius Ordinis Generalis, vnum inter multos sibi indiuiduum assistere elegit, velut quem salutis animæ suæ leuamen suis hortationibus, spiritu; & diuinâ sapientiâ plenis, vnicum existimabat. Hunc sibi semper, vel vsque ad vltimum vitæ halitum assistere exoptauit, hoc vno ministro spem firmans dirigendi exitus, qui æternitatis initium auspicatur.

Boersius in vita Henrici G. c. 16.

Multa scripsit, quorum typis volgata tantum vidimus; Orationum de Aduentu, coram Paulo V. Pontifice Opt. Max. habitarum, volumen I. quod apud nos habemus, pretio habitum multo: cætera haud vidimus.

Florebat salutis datæ à IESV annis 1612. nilque amplius, sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Ex Italis Relatis.*

Relata Italica.

DE

Anno Christi 1613.

DE SEBASTIANO FANTONO PRIORE GENERALI LATINORVM XXXVI.

Cap. CXV.

Anno Christi 1613.

SEBASTIANVS FANTONVS, natione Italus, patriâ Prænestinus, siue Palestrinus, Trigesimus sextus Latinorum Generalium, Romæ in Transpontinæ Conuentu, anno 1613. vice primâ selectus, vnanimi Gremij Generalis assensu. Vir fuit maiorum gloria, & maximarum ipse virtutum splendore clarissimus, cujus singularis prudentia, animi moderatio, religio, fides, probitas, & sapientia summa, in magnis, & arduis sitis, superque perspecta, in vertice Montis nobilissimi, ad Carmeli axem vertendum euocatus, clarissimè vsque ad miraculum enitere fecerunt.

Ab illo ipso die quo supremi Regiminis Ordinis sui accepti, Apostolico indulto, Apostolicus totius Ordinis Vicarius Generalis electus, est, studium omne, consilium, & mentem, ad instaurandam, firmandam, augendámque honore, & nomine grandi locupletandam Religionem suam, adhibuit. Sapientium fuit singularis amator, omnigenæ perfectionis religiosæ, paternus nutritor, & alter quique, oculis iniectis toto mentis obtutu, spectare, speculari que prædecessorum zelum, sollicitudinem, mores, & præclariora regiminis facinora, intentè detentus, ab eis vel in minimo degenerare turpissimum; vt & virtutem omnem imitari nobilissimum duxit: adeò vt eius in hoc studium singulare, nulla vnquam ætas, posteritas nulla conticescere valeat. Vix tam firmiori virtutum peruigilio, tam seuerâ obseruantiâ, tam grauiori sapientia, pietate, & religione maiori Marianus ordo reluxit, quàm dum tam vigili luminis radio, lucerna hæc illustrissima in montis vertice Carmeli sita indefessibiliter eluxit.

Diuini cultus augendi ardore, & zelo feruidus, exactissimum Ordinis Rituale libris duobus, & Rubricis 113. componere, cudere, & vulgare fecit: totique Ordini, sub obedientiæ debitæ præscripto, obseruandi proposuit ad vnguem. Non tantùm sanctitate, & Obseruantia dilectam firmauit Religionem Heliæ, sed etiam sapientiæ, & litterarum nitore toto in orbe refulgere ostendit, & orbis in sacro capite maximè nitere disposuit, celeberrimos ad id sapientiæ, ex omni mundi parte viros Roma compellens in vnum coire, dum Vicarij Generalis Apostolici, cum potestate congregandi Capitula, munere fungeretur.

Anno Christi 1613.

Tantis igitur tunc splendoribus sapientiæ, & litterarum gloriis emicuit Marianus Ordo Carmeli, vt stupefacta Roma, supremo orbis Præsule, & Purpuratis Ecclesiæ Principibus plaudentibus, nunquam tam feracem segetem, virorum, sapientiâ, & Religione nitentium, in vnum collectam se vidisse ore vno contestati conclamarent. Clara ipse etiam à se sapientiæ fulguri mittens, Christiani Oratoris in sacra Pergula, primo, & vltimo decore dignissimus, omnibus admirabilis fuit: erat enim eius ingenium, exquisito litterarum omnium delectu grauiter extructum: sicut in omnes exemplorum casus, peramplas opes alacris facundiæ, suauitatis sublimis, & elegantiæ mirabilis, in dicendo, & docendo fertilis & fida memoria suppeditaret: his adeò audientes demulcebat, vt ipso nomine celeberrimo, per omnem Italiam concionante, opplerentur templa viris, orationis suæ pendentibus filo. Ecquis Patris felicia sublimet? Quis ingenium & spiritum eius exaltet? cuius iam nominis æternitas promissi inuidiam superauit temporis omnem.

Per annos octo felicissime Principis Carmeli sceptra tractarat (auspicatus ab illo Ordini gratissimo, pretiosissimo, & honorificentissimo Pauli V. Pont. O. M. decreto, super sacri virginei Scapularis, & Sabbatinæ gratiæ firmissima reualidatione, in qua post altercationes hinc habitas, & ab æmulis inde. sicer Pontifex Apostolica confirmatione, & auctoritate decreuit. Id quod videre erit infrà in Ioanne à S. Thoma sub anno 1624 ne repetitus ineptè fastidia lectori demus.) cùm anno 1610. initâ Romæ frequentissimâ Ordinis Synodo (erant enim ex decreto Clementis Octaui suo tempore sexennales supremæ Carmeli Præfecturæ) voce passiua Apostolicâ gratiâ donatus plausibilissimè toto ab Ordine non tantùm eligitur, vt moderetur, quantùm præcipere rapitur. Hoc in munere constitutus iterum, suos felicissimè pauit, nutriuit, & aluit.

Pauli V. Decretum circa scapularis sacri gratiã.

Tandem virtutis, & Religionis, & sapientiæ incredibilis nitro decorus, post multa sapientiæ, & eruditionis suæ grandis, scripta volumina, tùm Philosophica tum Theologica, & de sermonibus varia, quæ omni insigni pensa pretio, seruantur in variis Italiæ Bibliothecis manuscripta, Præneste in suo quem erexerat ipse Cœnobio, felicissimum spiritum egit, die quinto Octobris, millesimo sexcentesimo vigesimo tertio anno à Christo nato, sub Archimestre Principe Vrbano VIII. & Imperio Romani Cæsaris Ferdinandi Secundi, Ibidémque perquàm honorificentissimè tumulatus est, cum honore Generalis Magistri, omnis dignissimi (viuens, & mortuus) pignore amoris & gloriæ.

* *
*

DE

ANNO CHRISTI 1613.

DE DESIDERIO PLACA.

CAP. CXVI.

Anno Christi 1613.

DESIDERIVS PLACA natione Siculus, Catanensis patria, vnicus, vt Boethius affirmat, Prouinciæ sancti Alberti splendor, & decus. Singulari doctrinæ auctoritate, & exemplo inculpatæ vitæ, ob eius indolem, mirifica prudentia cum benignitate coniunctam, magni ab omnibus æstimatus. Ter Siciliæ Prouincialis, & totidem Commissarius Apostolicus electus est. Seueri vir fuit, verique in gubernando iudicij. Admirandæ imaginis S. Mariæ de Trapana singularis venerator, & cultor, cuius meritis, multis à Deo meruit gratiis, & fauoribus muniri.

Boethius in Theian. spirit. Ord. Car. t. 221. vbi de imagine V. M. de Trapana.

Tandem ne virtutis lauro litterarum eius corona denegaretur, Doctor insignis plura scripsit, inter quæ extant (quas vidimus) lecturæ Logicales & Theologicæ tantùm. Cætera latent, ex Siciliæ relatu.

Siciliæ Relata.

Florebat felicissimus salutis annis 1601. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Sicula Relata nobis ipsa dedère pro viris.*

DE DIONYSIO PERONETO.

CAP. CXVII.

Anno Christi 1613.

DYONISIVS PERONETVS Meldunæ ortus, Parisiensium Doctor egregius, insuperabili vir encomio dignus, Theologus, Philosophus, Orator, & Rhetor, metro elegans, & prosâ facundus. Multa ferunt volumina elaborasse, inter quæ titulis notatum accepimus Quadragesimale, lib. I. si quæ alia nostris his aduce, & aliis gratissime lector. Floruerat annis orbis liberati 1613. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Lucius BB. Car. Pollen. to. 1. fæc. App.

DE IOSEPHO BLANCHO.

CAP. CXVIII.

Anno Christi 1613.

IOSEPHVS BLANCHVS, natione Hispanus, Valentinus, eiusdémque Cœnobij, & ciuitatis; immò totius Aragonicæ Prouinciæ, & orbis decus. Nobili, Valentia ciuitate genere natus, qui sanguinis nobilitatem, eximiâ religionis nouit præstantiâ venustare. Publicus fuit Valentini Musæi Metaphysices, siue Dialecticæ interpres, qui cum admiratione Orbis totâ Stagiritæ Philosophi, singulari quo pollebat acumine ingenij, commentatus est: In S. Theologia fuit sapiens excellentissimus, id quod abundè variis cum stupore vrbium, & sapientiæ concertationibus ostendit.

Scripsit multa, è quibus prelo habemus grãdi veneranda valore Summulatum lib. I. In vniuersam Aristotelis Logicam, vnà cum Quæstionibus ex contextu haustis, lib. I. ambabus manibus ab orbis Vniuersitatibus cunctis susceptum & veneratum. Multa alia cudenda elaborarat, quę ad lucem ad ducta, & lingua publicata, posteritati licitet nisi intempestiua morte præuentus esset. Manuscripta seruantur in Bibliotheca Valentini Cœnobij.

Extant hæc 1. a cuita typis apud Ioan Chrysost. cum Garrizium, ann 1612.

Obiit felicissimus in Deo, sideris anno 161 ; sub eisdem Pontifice, & Imperatore; Grandi Religionis iactura, & vniuersitatis eiulatu. Percuit in gratiam gratissimi Patris nobis, Doctoris D. Michaëlis Viues, eius discipuli, ex Epigrammate egregio selecta hæc Carmina duo:

Blanco pater mœunta ... luce coruscans
Cælestes sophiæ fundit ab ore modos.
Blanco ipse Lore suo tenebras. Blanco lumine pellit,
Blanco viuet ingenio. Blanco viuet eloquio.

ANNO CHRISTI 1613.

DE SALVATORIO A SERRA.

CAP. CXIX.

Anno Christi 1613.

SALVATORIVS à SERRA, natione Cathalanus Hispanus, Barchinonensis Cœnobij filius: Vir quidem pius, & Religionis zelo clarus.

Quædam pietatem animi sui redolentia opuscula impressit. Inter quæ vidimus ista: Vitam S. Franci Senensis ex Italico Gregorij Lombardelli sermone, in Hispanicũ traductam, & capitibus distectam, lib. I Opusculorum piorum libro I. Cætera haud oculi. hau..mus.

Florebat saluatæ Adamææ posteritatis annis 1633. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO PETRINY.

CAP. CXX.

Anno Christi 1614.

PETRVS PETRINY, natione Gallus, vir Religiosus, & sapientissimus. Galliarum Christianissimi Regis diuinus diuini Verbi declamator. Quid mirum si ascenderit Regibus dicere ætate prouectus? qui cùm vixdum decimum

ANNO CHRISTI 1614.

actum annum pubescentis suæ iuuentutis agebat Aduentualem,& Quadragesimalem curſum cum audientium Tolosatum stupore iam confecerat insigniter eruditus. Acerrimus fuit semper Lutheranorum contusor, & Caluinistarum malleus. In omnibus, is solus, Regiis Galliæ Parlamentis vnus ob admirandam è superis elapsam eruditionem, salem, & facetiam sacra habere ad Regem, & Proceres Regni verba selectus, id quod singulari omnium admiratione fiebat. Admiranda vir reluxit humilitate, nam oblata sibi præmia, & summis meritis debita sincera fumosi honoris abdicatione recusauit, adeò vt nec vllum in Religione sua (vt ex Gallicis relatibus accepimus) gradum vnquam admittere voluerit. Viri enim erat frequens assertum: *honores illos mereri verum ... est,* nam fine merito vocari Magistros, id dedecus id potius rubor est multis.

Post hæc, Catholici spiritus sui, & sapientiæ signatissimæ signatum edidit librum, cui titulus: *Ministrophoria*: hoc est bellum aduersus Ministros Caluinistas: plura alia elaborasse tum ... & orationibus ... indubitabile est nobis, hæc vero solummodo titulis accepimus.

Floruit felicissimus in Christo annis dati Saluatoris 1614. Urbibus, & Orbis apice primo Paulo V Pontifice O. M. & Imperio Mathiæ Romani Cæsaris Catholicissimi.

DE V. HIERONYMO GRATIANO.

CAP. CXXI.

Anno Christi 1614.

Ex Andrea à Marmore.

V. HIERONYMVS GRATIANVS ab Alderete, Quem merito Carmeli Phœnicem sapientia, spiritus robore,& exaltatissima fortitudine, nostræ meritò ætatis vocabimus. Huic Superi, supra familiæ claritatem, animi, & corporis cuncta rarissima & admiranda contulère: quippe mira ingenij altitudine subtilis, spiritu decoro, lectissimis moribus, & incomparabili scribendo, disputando, docendo, & prædicando factum, omnes sapientię Principes, & orbis celsiores viros in sui admirationem adduxit: eiusque præstantiam, cordisque virtutem, fidei zelum, indefessum laborandi in vinea Domini pro animarum lucris studium, labores pro gloria Christi, & animarum beneficiò exantlatos, patientiā, & omnes in eo vno præstantissimo Ecclesiæ milite virtutes, nulla vnquam obliterabit obliuio, nullā conticescet ætas, nulla posteritas celabit, nullāque satis celebrabit oratio.

Is igitur tantus vir, cui verè est impar omnis humanæ linguæ præconium, natione Hispanus, nobilissimo Alderetorum sanguine Pintiæ satus, in Regno veteris Castellæ salutis anno 1545 Primis litterarum rudimentis Grammatica, Rhetoricā, Poesi, Dialecticā, Theologiā, excellentissimè supra modum instructus, in Pintiæ sacro orbis Musæo Doctorali infula, ætatis suæ anno vigesimo decoratus est.

Ad sacrum Presbyteratus Ordinem in sæculo sublimatus, post multa, sacrum Discalceatorum Patrum Carmeli Pastranæ viræ sumpsit studium: tantòque animorum ardore flammescunt, vt probationis suæ anno ipso, prædicationibus assiduis feruidissimus vacarit. Non longè à Professione sua, inter Discalceatos Patres emissā, Hispali Apostolicus de Obseruantia Visitator eligitur pro ... Prouincia. Functione peractā, Philippum adiit Regem certiorem reddere de rebus in munere gestis. Contigit in itinere ei fieri obuium S. V. Teresiæ, cui fuit postmodum à Confessionum secretis Mox vbi Pintiam mansit reuersus Regias, ab Illustrissimo D. D. Ormaneto Apostolico pro Pio V. & Gregorio XIII. Pontificibus in Hispania Nuntio, vtriusque Carmeli de obseruantia, & Discalceati Visitator Apostolicus iterum designatur: Quo in munere, sic se Dei zelo, & diuini honoris (non respiciens personam hominum) face præstitit accensum, vt non dubitarit pro illis quidquid laboris esset, viriliter subiisse.

Selectus primus Discalceatorum Carmeli Prouincialis, tantā spiritus, & prudentiæ dexteritate Congregationis illius rexit habenas, vt omnium esset in laude. Assumpto munere, Vicarius Prouinciæ Portugalliæ eligitur. Ab hinc tentus est laboribus afflictus, vsque ad erectionem à Discalceatis patribus, vt non hominem sed cæli frustum in sufferentia virili censuisses virum. Iniustissimè igitur à Religione amandatus nauim, Romam petiturus, conscendit, cumque fluctibus & flatibus sæuissimis illa verberaretur, hinc inde deducta, in seruitutem à Turcis abductus est.

Tunc cum deductus totus se Deo, quantum pro tempore licuit, assiduæ orationi, & misericordiæ operibus dedit: in captiuorum solatium multa tempora & operam impendens, vel ab ipsis Turcis maxima habetur veneratione: Sacrificium Missæ diuinum nulla die, vnam si tollas, intermisit: cui celebranti aliquando plus mille sexcenti adstabant captiui, pro quibus tantam gratiam in oculis, vel Barbarorum Principum inuenit, vt sæpissimè ab illis veniam ex defectibus concaptiuis fratribus impetraret. Quam plurimos, & innumeros Sarracenos vi precum suarum, & assiduā diuini verbi prædicatione, ad Christi fidem adduxit: concaptiuis semper totus erat in fide fratribus solidandis: & ad labores pro Christo tolerandos iugibus hortationibus validissimo spiritu solicitabat, eapropter *Algeriæ, & Barbariæ Apostoli*, cognomento famosiori, donatus est. Id quod non nisi maximo sublatorum laborum, & ærumnarum pretio comparauit.

Enimuerò, inter singularem, quā ab omnibus Proceribus Turcarum prosequebatur, venerationem, Crucis Christi honorificentissimus factus est, Dei singulari dono, particeps summus, diris namque aliàs tormentorum generibus afflictatus, famem, ferrum, ergastula tetra, verba, verbera, fœtores, & millia durissima passus: post laminas candentes eius pedibus admotas, ferreas ignitas cruces, vt eas pellum darent additas, capitis damnatus ob fidei Catholicæ

defensio

Anno Christi 1614.

defensionem, & exaltationem, viuúsque cremari lento igne iubetur. Parata pyra in media Algeriæ platea, vincenti, & inuincibili corde ipse se gratissimum Deo offerendum hostiam disposuit, ambabusque manibus mortis genus diritissimum accipiens, à tortoribus igni traditur iam iam periturus, quorum cum vno, aureorum centum pretio dato, conuenit vltrò Barbarus quidam, ne Martyris animus in tormentis deficeret, vt citiùs spiritum agat, illum pugione bis in pectore confoditurum.

At post hæc & alia quæ omittimus multa altissimo disponente Deo, ab acerba illa mortis morte, & aliis tormentis & captiuitate repentè diuinitùs liberatus, liber reuertitur Romam, vbi in Conuentu S. Martini in Montibus, Pontificis gratia cucullo indutus Heliæ, sub Obseruantia antiqua Carmeli, ibi aliquandiu demoratus clara sanctitatis suæ exhibuit testimonia. Post hæc Hispaniam accedens, verbum Dei velut imbri fera Christi nubes circumquaque discurrens dissiminabat. Flandriam, & Belgicam omnem inde pergens, per annos nouem piis pauperum, & simpliciorum operibus totus impensus, de communi animarum salute infatigabili labore peregit. Ast, id quod mirum est, inter tot decursos labores, infectationes cunctas, ingentem calamitatum aciem toleratam & superatam, varias peregrinationes peractas, nunquam ab scribendo, prædicando, legendo, & disputando, non solum in Christianorum lyceis (publicè enim S. Theologiam docuerat in vniuersitate Complutensi, & in Templo maximo ciuitatis Hispalis, antequam cucullos vtrosque induisset) verùm & inter Mauros, Turcas, Agarenos, Apostatas, & Iudæos, maximo ignitus animarum zelo cessauit.

Itaque ex insigni eius Bibliotheca opera sequentia posteris in lucem, & profectum Ecclesiæ vulgata typis eduxit, vno grandi volumine Mantuæ Carpentanæ impresso anno 1616. sollicitudo Licentiati Andreæ à Marmore qui in vnum illa grandi collegerat studio. Elucidarium veri spiritus, lib. I. partibus diuisum duobus. Itinerarium triuiæ perfectionis, in quo, præter eas, mystica S. Bonauenturæ Theologia declaratur, lib. I. Tractatum de modo recitandi cum deuotione diuinum officium, celebrandi sacrificium Missæ, & proferendi Dominicam orationem cum Angelica salutatione, lib. I. Expositionem & meditationes orationis Dominicæ. Expositionem salutationis Angelicæ, vbi Virginis Mariæ encomia declarantur, & septem adducuntur petitiones in illa faciendæ. Amatæ Heliæ in quo duodecim Dominicæ passionis & vitæ meditationes afferuntur: de Virgine Maria, & eius Roseto, &c. Abecedarium spiritus. Missas votiuas de variis SS. de S. Amatore, S. Vincentio, S. Augustino, S. Gregorio, &c. Rosetum S. Dominici, Rosetum triginta *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*. Corona Virginis Mariæ. Vtilitates globulorum Roseti. De septem verbis Virginis Mariæ deuotionem. aliam de septem festiuitatibus eius felicissimi transitus, pro felici acquirenda morte: Meditationem de nomine Mariæ. De tribus *Aue Maria* pro acquirenda castitate: De S. Iosepho Virginis Mariæ sponso: De septem Angelis Principibus, eorum nomina, & officia: De sanctissima Trinitate: De septem Sacramentis: Duodecim Christi apparitiones: De duodecim Apostolis: Tractatum de Confessione, & Communione: Regulam bene viuendi: De Oratione mentali, lib. I. Animæ vitam, lib. I. Apologiam in eos qui in omnimodâ sui annihilatione perfectionem constituunt: Lampadem accensam, lib. I. De excellentiis S. Iosephi Virginis sponsi, lib. V. Stimulum propagandæ fidei: Tractatum de Redemptione captiuorum, in quo ad id supremæ charitatis opus obeundum hortatur, vbi labores suos, & confodalium suorum per epitomen narrat, diplomáque Apostolicũ adiecit, quo iussus est ipse Africam pergere: Super Virginis Mariæ nomen Discursus, lib. I. Velum Monialis sacræ: Regula Virginis Mariæ: Leuiathan fallax, vbi de variis Dæmonum fallaciis aduersùs virtutes: Musicá spiritualem, lib. I. vbi de encomiis diuinæ Synaxis: Virtutum declamationem, & fundationes S. Teresiæ virginis. Sermonem de Fundatione Ordinis sui: Deuotus peregrinus: Conceptus diuini amoris super Cantica Canticorum: De arte amandi Deum super octo cantus regulas: Artem bene moriendi, lib. I. vtilissimo, à se composito, dum proximus esset morti. Hæc omnia vt diximus vnico volumine collecta, & recusa, etiam sparsim sæpè Hispanicè inueniuntur.

Præter hæc opera, extant typo & alia variis recusa prelis. Scilicet Regularis disciplina Italicè exponens primitiuam Carmelitarum Regulam, eruditissimâ verè Commentatione, lib. I. Arbor prodigiosus Italicè, lib. I. vbi de 12. modis recitandi Virginis Mariæ Rosetum Florentiæ impressio. Tractatus sub [illegible] Italicè anno 1599. vbi de Indulgentiis, &c. Suffragium animarum Purgatorij Italicè: Sermo de 40. [illegible]ationibus Hispanicè Romæ impressus: Miles Catholicus in Belgio impressus, lib. I. multæ elegantiæ & vtilitatis, in Hæreticos: & alia multa præter ista quæ nondum ad notitiam nostrã adducta sunt, quorum pars maior extabat pretio insigni seruata in Bibliotheca Thomæ Graciá à Secretis Regiæ Maiestatis Hispaniæ, Hispanicè *de Zifra*: eius germani fratris, viri sane etiam insignis. Ex his, quædam titulis insinuat Andreas à Marmore, scilicet Tractatus plures, Scholasticæ, Moralis, & Mysticæ Theologiæ: Sermones varios: & alia quæ pro Vniuersitatibus composuerat: Liber Neapoli elaboratus, cui titulus *Mystica Harmonia*, quem secum Romam adducebat dandum prelis, cùm à Turcis captus est, cuius deperditam ingentem vtilitatem ipse lachrymatur amarè: Discursus de Ordinis antiquitate, & successione ab Helia Principe Religionis Magno, metricè cum commentario compositus: Variæ Ordinis Historiæ: In Apocalypsim sancti Ioannis grande volumen, de toratus & pœnis, &c. Dialogi de Felicitate [illegible], & alijs sub eo S. V. Teresiæ in quibus exquisita doctrina, & Sanctorum historiæ aliquot censentur: Tractatus spiritualis, cui titulus *Spiritus Beata*, in quo eiusdem Patris orandi ad Deum & meditandi modus exprimitur, & multa spiritualia declarantur. Peregrinatio Anastatij dialogisticè, vbi de captiuitate sua, vt diximus: De eadem captiuitate Relationes duæ, &c. Victoria fidei lib. I. de variis ab eo vitiis, & notis. Qui si typis man-

Andr. Marmor in vita, P. c. 19. vbi describit eum susius.

Vide de ea Vitam, c. [illegible]. Vide de eo Vita, c. 16.

Anno Christi 1614.

datus esset, vtilissimus, & dulcissimus foret: Tractatus alius Hispanice de Iubilæo anni Sancti: Alia disciplina Regularis, Hispanicè: Alia varia opuscula, & epistolæ: Flores Carmeli, vbi de Discalceatorum Congregationis fundatione: Babyloniæ Cæcitas, aduersus quasdam hæreses nouiter grassantes: De potestate Papæ aduersus librum Fernandi de las Infantas: Suffragia animarum alia. Opusculum de Regula P. Sorethi: Summa libri Patriarchæ Ioannis de institutione Monachorum. Chronographia Carmelitana: Reformatio Religiosorum: De quinque talentis: De hypocrisi in filias amoris proprij. Consilia breuia *Semper, & Vbique*: Aquilæ alæ: Hieroglyphica sacra, &c. Spirituū discussio: Dialogi de Ordinis statutis: Tractatulus in Cantica Mystica Theologia, grande volumen inter vincula & ergastula captiuitatis elaboratum: Metaphysica ars ad disserendum in omnibus scientiis. Pentecosmia, grande volumen: Nemus Africanum, vbi de Martyribus apud Turcas nuper Deo litatis: Confessionale mancipiorum: Modus disputandi in Sarracenos, & Iudæos: Apologia contra Agibucalema: Architectura Vitrubij: Abecedarium quinq; linguarum videlicet Græcæ, Hebrææ Arabicæ, Boznæ & Latinæ: Opusculorum alia summa S. Collationum Patrum: Vitæ S. Angeli, S. Andreæ Carmelitarum, Altare aliud Heliæ, Aratrum Elisæi, Antrum Eliæ: Tractatus atræ bilis: Nomina tatus Carmelitarum Discalceatorum: Recreationes S. Dialogi inter Angelum, & Elisæum: Duella: Dialogi perfectionis, & innumera alia, quorum longum esset vel solos titulos adnumerare, quæ omnia supero iussus elaborauit explicito imperio: cælesti graui harmonici ingenij subtilitate donatus, & claritate: notissimus Theologus, Scholasticus, & Mysticus, sacræ enodator scripturæ, Philosophus, Metaphysicus, Dialecticus, Mathematicus, Rhetor, Poeta, Historiographus, quiq; omnium penè nationum, linguas, & litteras apprimè nouit Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Italicæ, Belgicæ, Arabicæ Lusitanicæ, Vasconicæ, Valentinæ, Gallicæ, & Hispanicæ, linguæ disertissimus vtpote qui à superis electus, orbi refulsit, factus Cælestis Regis à secretis linguarum Post tot ineffabilia fine sapientiæ, & sanctitatis opera vir iste auctoritatis præcipuæ, in spiritualibus studiis, Apostolicus Sacerdos, sui temporis facilè Princeps, fidei torrens igneus, cælestis eloquij, & diuinæ præceptionis operator indefessus, multi modaque ineffabili virtute pretiosus.

Factus à Secretis Confessionum Ambasciatoris Hispaniæ, Bruxellæ in Flandria gloriā coronandus, & honore vocatur ad supera, Orbis reparati anno 1614. sub eisdem Pontifice, & Imperatore: Ibidèmque inter suos de Obseruantia Carmelitas, cuius habitum, & Professionem ex Indulto Apostolico seruarat ab anno 1596. sepelitur, solemni sarcophago tectus.

Quæ diximus, & retulimus tanti Patris opera, & acta Andreas nobis à Marmore submministrauit, qui eius vitam luculentissimè scripsit: vide eum, Andream à Lesana, Angelum Manrique Generalē Cisterciensem in vita V. Annæ à Iesu Carm. l. 1. cap. 1. f. 6. & S. V. Teresiam, quæ illum suum vocabat Elisæum nostrúmque de vitis Sanctorum Carmelitarum Hispanico librum, vbi eius encomia laudum, & opera insignia sidera vsque elata reperies: nam nos ibi longo, dante Deo, tibi Carmeli Phœnicis huius, penicillo depicta debemus opera, sapientiam, & acta, si vita superstes fuerit. Annuant superi, innuant.

Anno Christi 1614.

Marmol. in vita V. G. Gratiani per totam. Lesana Cōplutensis Interpres Theologiæ in scriptura nobri. S. Teresia lib. fundationum, & alibi sæpe de suo mira loquens.

DE V. IOANNA OLIVERIA.

CAP. CXXII.

Anno Christi 1614.

V. Virgo Ioanna Oliveria, natione Hispana Cathalana, Maioricensis patriā, Tertij Ordinis Carmelitarum, sui sæculi virtutum clara pharus, purúmque pietatis celeberrimæ Far. Hanc merito, & iure sub religiosissima disciplina Maioricensis de Obseruantia Cœnobij nostri adaptamus, vtpote ex quo virtutum suarum latices limpidissimos de torrente spiritus Heliadum Maioricensium plenissimis labiis exhausit, vt caput exaltaret inter sæculi nostri Heliades Virgines, virtutibus suis insignes.

Eius sanctimoniæ famigeratissimæ clara pignora dabit apertè, elegans inscriptio sepulchri sui lapide incisa in Ecclesia Cœnobij Carmelitici Maioricensis, ad firmissimam fidem inde vbi adest extracta, charactere sequenti.

Anno Christi 1614.

EPITAPHIVM

Ioannæ Oliver Virginis, Sororis Tertij Carmelitici Ordinis.

O. D. D. L.

Paulisper Hospes quaso gressum sistito,
Et disce scripto Carmine,
Non assuetum quid, frequénsque id obuium;
Sed quidquid est rarissimum.
Diuina, non humana busto conditur
Virgo Deo charissima.
Palma micans, & dulce lumen Patria.
Cœli decus clarissimum.
Hac hac Joanna est illa ab Oliuerio
Maiorica nobilissima:
Qua iam tenella atate Christo seruiens
Dotes adepta est maximas.
Ieiuniis, flagrísque corpus puniit
Setis, ac duro tegmine.
Perrarus eius victus, & mirabilis
Potus, cibique parcitas:
Tres integros potu, & cibo dies abstinens
Calesti transiit ecstase:
Celi ambrosiâ pasta quàm dulcissima,
Et pota celi nectare:
Noctes vigil traduxit & totos dies
Orationi tradita.
Sape à Satana casa crudelissimè,
Sed victa nunquam, fortior.
Celum migrauit, lata mundum deserens
Viuitque in aui sacula.

Extremum hæc tanta Virgo vitæ præbuit haustum, euersi Tartari à Christo, & Orbi datæ salutis an 1614. sub eisdē Pontifice, & Imperatore.

Eius virginei candoris clara segmina prębent, & firma corporis eius sub terra conditi mirabilis incorruptio æua vincens, & miraculorum gloria multorum illustri patratorum ostento, quo Deus verus, & æternus Virginem suam sexagenario maiorem è viuis abscedentem venturis sæculis inter homines, & feminas ætatis istius maximè illustrat.

Hac è Relatis nouissimè missis à Prouincia Cathaloniæ, iussu A. R. P. Prouincialis eius Alberti Senesterra de S. Eugenia elaboratis, reuolutis serio Cœnobiorum Archiuis, per R. P. Franciscum a Fonte Secretarium eius.

Gesta alia maiora à Virgine ista patrata consultò omittimus quæ sunt ex ordine gratiæ cælestis ne inobedientes censeamur Decretis SS D. N. Papæ Vrbani VIII. sub die 13. Martij anni 1625.

Anno Christi 1614.

DE GVNDISALVO MVNOCIO.

Cap. CXXIII.

Anno Christi 1614.

Relata Castellæ.

GVNDISALVVS MVNOCIVS ADALID, natione Hispanus Beticus, S. Mariæ *de la Cabeça* Prior Beticæ Prouinciæ dignissimus, Verbi diuini diuinus, & veluti è superis datus declamator, omni virtute vir venerandus.

Audiuimus disposuisse prelis Concionum solemnissimarum lib. II. sed adhuc Manuscriptæ sub puluere conduntur.

Florebat annis Saluati hominis 1614. sub Súmo Principe Orbis Ecclesiæ Paulo V. & Imperio Mathiæ Cæsaris Romani.

DE V. HONORATO XAYLA.

Cap. CXXIV.

Anno Christi 1615.

Relata Cathalonicæ Prou. missa à R.P.P. Fran. Foncio à secretis A.R.P. Prouincialis ex speciali decreto elaborata.

V. HONORATVS XAYLA, genere Hispanus Cathalanus, domo & Religiosâ professione Perpinianensis: integer vitæ scelerisque purus, suæ Prouinciæ Cathalonicæ, imò vniuersi Carmeli purum pietatis far; Dei Virgineæque Religionis suæ zelo feruidissimè accensus: Prouinciæ suæ Prouincialis prudentissimus sapientiâ suâ notus abundè, sed gloriosior prudentiæ & vitæ suæ nitoribus excelsis.

An scripserit aliqua quæ typo dederit sculpta, Foncij nobis Relata celarunt; dant tamen felicissimum in Christo suo spiritú haustu egisse postremo dum Prioris Barchinonensis sanctiones & munera daret salutis anno orbi datæ 1615. Sub Æquilibrio Mundi maiori Paulo V. & Imperio Romani Cæsaris Mathiæ.

Tumulatus inter suos, anno Christi 1623. integrum omnino vt liberum à fœtida tabe viciniorum corporum opulentum corpus eius inuentum est, & vestes à carie & tabo immunes & illæsæ omni modo: id quod admirati Patres merito magnæ spiritus viri puritati verterunt. Eius animæ gloriam à Superis religiosissimæ feminæ cuidam de Monasterio Angelorum Barchinonensi reuelatam tradunt fuisse Seniores Cœnobij & vniuersus Ciuitatis applausus & vox, ex fide quam de Sanctimonialis istius virtutibus magnis conceptam applaudunt.

Non asseueramus nec tamquam approbatam scribimus reuelationem istam vsque dum Sedis Apostolicæ approbatione stabiliatur, sed quæ ex traditione accepimus & voce vniuersa populi illius scribimus, eo modo assertionis, vt non contraire credamur decreto SS. P. N. Vrbani Papæ VIII. sub die 13. Martij 1625.

DE DIDACO DE NORONA.

Cap. CXXV.

Anno Christi 1615.

Lusitada Relata.

DIDACVS, siue DIEGVS DE NORÔNA, natione Lusitanus, vir eruditione clarissimus, religione præstans, sermonum declamator ingenuus.

Quædam scripsit egregia, quæ adhuc typis mandanda cupiuntur: vidimus autem typo eruditissimam concionem, pro Connubiis Serenissimi Galliæ Regis Ludouici XIII. & Annæ ab Austria Hispaniarum Infantiæ, Galliarúmque Reginæ meritissimæ, quam coram Christianissimis Regibus habuit Perpiniani. Si quæ alia prælo dederit, inter illa multa quæ scitissimus litterarum lucubrauit euolutor, nondum accepimus, his nostris sapientior adiiciat.

Florebat clarissimo Ecclesiastici nomine declamatoris, per totam Hispaniam, & Galliam vniuersam, sub eisdem Pontifice, & Imperatore nati Saluatoris anno 1615.

DE IOSEPHO VELASCO.

Cap. CXXVI.

Anno Christi 1615.

Relata Castellæ.

IOSEPHVS VELASCVS Hispanicæ nationis, Prouinciæ Castellæ Veteris, Metimnensisque Cœnobij filius, Vir pius, clarus, & eloquens religioso suo nomine notus, & eruditione veneratus.

Plura scripsisse perhibent, at solummodo vidimus prælo vitam V. Francisci à Yepes, de quo suprà, libris V. appositè elaboratis, opus sanè morale multis in fide securum Catholica, quod etsi à Sacro fidei Sollio iussú sit vsque ad recognitionem auctoris sui recondi, tamen Catholicus, & pius auctor nostro meritò venit addendus Paradiso.

Florebat hominis ab Orco erepti anno 1615. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE ANDREA A LEZANA.

Cap. CXXVII.

Anno Christi 1615.

Relata Castellæ.

ANDREAS A LEZANA natione Hispanus, Prouinciæ nouæ Castellæ, & Ma-

ANNO CHRISTI 1615.

dritensis Cœnobij, quod credimus, hæres: studiorum Complutensis Illustrissimi Collegij Regens, & sapientiæ omnis moderator egregius.

Præter eruditissima in Philosophicis & Theologicis peruigilia, publicè & honorificè multum in Complutensi habita, Musæo; multa alia scripsit seræ profutura posteritati, sed vulgata prelis vidimus solum, Sermonem eruditione plenum, & clara pietate, in exequiis V. Patris Hieronymi Gratiani ab Alderete.

Florebat felix in Christo suo claro sapientis nomine insignis, datæ vitæ spiritus à Iesu anno 1615. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALPHONSO NAVARRO.

CAP. CXXVIII.

Anno Christi 1615.

Castellæ Relata.

ALPHONSVS NAVARRO natione Beticus, vir pius, & religiosa certè venerandus pietate.

Libellum scripsit zeli, & feruoris sui erga Religionem suam clarum ostentum, in quo Laconica piè pertitrins [illegible] multa, quæ ab aliis de Sabbatina gratia Scapularis Carmelæi circumferuntur.

Viuebat annis Orci orbati 1615. in Bethica Prouincia sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE FRANCISCO AB SPINOSA.

CAP. CXXIX.

Anno Christi 1616.

Betica Relata.

FRANCISCVS DE SPINOSA natione Hispanus, Beticus, elegans Verbi Diuini Præco, & sui temporis Theologorum facilè Princeps.

Extat quod vidimus prelo elegans libellus de Immaculata Virginis Matris Conceptione. Cætera non nouimus adhuc.

Viuebat anno Iesu millesimo sexcentesimo decimo sexto, sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

* *
*

ANNO CHRISTI 1617.

DE IOSEPHO A MATRE DEI.

CAP. CXXX.

Anno Christi 1617.

IOSEPHVS A MATRE DEI natione Hispanus Granatensis, & Carmeli eiusdem Prior dignissimus, & inuigilator emeritus, quem Doctor quidam insignis, ingenuum in omni scientiarum genere Doctorem vocat.

Gandisaluus Sanctus Lucero in Comprobatione [illegible].

Multa scripsit verè tanto cognomine clarus, quæ & sacros cælestis doctrinæ præcones illuminare valent, & Catholicos in [illegible] obstinate contendant: at vidimus tantùm edito prelis, Tractatum de Immaculata Conceptione Virginis Matris, lib. I. & S. V. Teresiæ [illegible]tionem, clarissima eruditione vnd[illegible] verolque. Cætera his nostris [illegible] adhuc.

Florebat vetus sectator Heliadû, annis à Christo 1617. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALPHONSO BOORQVES.

CAP. CXXXI.

Anno Christi 1617.

ALPHONSVS BOORQVES natione Hispanus, Wandalus, patria Villa-Martinensis, nobili sanguine satus sed nobiliori rel[igi]osæ vitæ virtutis præstantia decorus, Osunensis Academici Musæi publicus Philosophiæ & S. Theologiæ Professor per annos plus 30. pro Gaditano Antistite vniuersus Disquisitor, & Senatus fidei clarissimus à Calificationibus Consultator.

Scripsisse relatum est multa, quæ magni accepta in variis Bethicæ Prouinciæ nostræ Bibliothecis seruata sunt: eorum nec vnum nomen, claro quanquam sapientiæ nomine gaudeant, accepimus adhuc: an ex his prelo habeantur aliqua Bethicus noster relator obticuit.

Relationes Beticæ Prouinciæ.

Florebat annis datæ gratiæ per Christum 1617. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Tandem sexagenarius obiit in Patria Villa-Martin. ann. 162[illegible]. sed reuocatus pro busto in suum Carmelum.

DE MARTINO VERDVGO.

CAP. CXXXII.

Anno Christi 1617.

MARTINVS VERDVGVS DE REGALDE, [illegible] Vengochea de [illegible]arte, natione

ANNO CHRISTI 1617.

Hispanus, patriâ Piñitrandensis, in Regno Castellæ veteris; Vir piâ mehercle eruditione notissimus, Ecclesiastes diuinus.

Æqd Gundisal. Dauila in Magnalius Matriti.

Plura credimus scripsisse, inter quæ extant prælo posteritati perennata opuscula de odio peccati, lib. II. diuisa, vt Gundisaluus Ægidius refert, & nos vidimus ipsi.

Floruerat annis erepti hominis à Tartaro diro 1617. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE V. STEPHANO A PVRIFICATIONE.

CAP. CXXXIII.

Anno Christi 1617.

Ex Ludouico Mertola in vita Patris latè descripta & vulgata typis & relatis a Lusitana Prouincia tact.

V. STEPHANVS RVIZIVS CONTELIVS sic in sæculo vocatus, in Religione autem paterno agnomine relicto (ex more Lusitanicæ Prouinciæ inter nostros frequentissimo, induitionis die fratres Sanctorum cognominibus insignite) prænotatus est, *Stephanus à Purificatione*, natione Hispanus, Morensis patriâ, nobilibus vbi Parentibus ex sanguine ortus, sed virtutum vtrisque stemmate notioribus Antonio Ruizio Contelio, & Margarita Ruizia Gortella; erant enim virtute cuncta, & charitate maxima conspicui coniuges. Columbæ per annum integrum domi suæ commorantis signis, dum Stephano grauesceret genitrix, tenellus in ventre pusio purus futurus sua in vita connotatus, natalis vitæ lucem anno Christi 1571. felicissimus accepit.

A primis ergo pueritiæ suæ nobilis annis, omni à Patribus virtute instructus, cælestis prius Aulæ Patrem Deum vocare nouit, quam terrestrium tenellas delicias experiretur. Ætatis illius lenocinia respuens miserationem pauperum, quam toto vitæ tempore mirabiliter exercuit, ieiunia, orationem, & lectionem sacram, toto est amplexatus ex corde. Coætaneos puellulos sæpè ad sumenda flagra, & ad orandum in Ecclesia Sancti Augustini prouocabat: modestiâ suâ, & omni honestissima pulchritudine morum candidus, supra ætatem agens, cunctos admiratos habebat. At cùm vitulis Stephani ætatis, vberes virtutum fructus Deus in puellulo ostendere vellet, tenellam Piri virgulti plantationem à puero in Patris horto factam, iterato intra annum fructu fœcundauit, vt ferunt. Primis datus literarum imbui rudimentis, breui in eis adeò profecit, vt Latina tyrocinia, inter cæteros apprimè capessens, omnium condiscipulorum præstantias superuolitarit. Cúmque iam sacram Cœnobij Morensis Religiosissimi Carmelæam obseruantiam, conuersationem diuinam, & cælestem Patrum spiritum Stephanus fuisset expertus, inseruiendi Deo, eiúsque clarissimæ B. Virgini Matri Mariæ auido accensus studio in Conuentu Reliquiarum (qui est in oppido Lusitanici Regni, vulgò *de la Vidigueira* à Mora villa quinque leucis abessente, habitum Virginis induit. Adeò ibi breui virtutibus omnibus eluxit Marianus & Helianus Tyro, vt omnium esset omnium maiorum suorum venerabili dilectione prosequutus.

Post hæc melioribus sapientiæ disciplinis (sub R.P. Angelo Pereira Conimbricensis tunc Collegij Magistro, Rectore, & postea Martyriæ Episcopo, R.P. Amatore Arraizio, ibi lectore, & postea Episcopo Portalegrési, R.P. Thoma Phariatúc S. Theologiæ Interprete, postmodú Targensi Episcopo, quos ex Ordine præceptores habebat cum Angelico Doctore è Societate Iesu R.P. Francisco Suario, quem in Conimbrico quoque Lyceo habuit Præceptorem,) instructus, assiduus semper orationi, & sacrarum studio literarum erat. Virginis Mariæ Dei illibatæ Matris feruidâ clarus deuotionis contentione, IESVS, & MARIÆ nominibus summâ tantùm veneratione pronuntiatis, multam, & grauem scrupulorum tentationem semel, & iterum euasit.

A trigesimo quinto ætatis suæ anno, speciali à Deo impulsu ad cælesti solertiori animo peragenda vocatus, solemni festinatione exultauit vt Gigas ad currendam perfectissimæ vitæ viam: quam tantâ virtutum phalange perfecit, vt mundum, & Angelos admiratione teneret intentos. Pœnitentiæ, & mortificationis æstuans ardore, durissimis verberum, saccorum, & omnis asperitatis tunsionibus corpus atriuit; adeò vt opus fuisset ex obedientia ab asperitatibus cohiberi, sin minus breui vitam, sine dubio, consummasset. Puritate animæ mirus elucens, passionum, omnémque culparum vmbram tam feruidè & viuide orationis & mortificationis assiduitate compressit, vt in carne sine carne quasi viuere cenleretur. Totus Deo deditus, totus Christo Iesu, & Virgini Matri Mariæ Stephanus traditus, præter iuges diuinæ meditationis suæ moras, & horas, tot vocalis orationis exercitiis quotidianus insistebat, vt vix momenta ad respirandum, ad esum, siue somnum, breuem quamuis, sumendum inuenisses relicta.

Animatum zelo ignitus, quamplurimos ad meliorem vitæ frugem intra Ordinem, vel extra redaxit: etiam in morte, vt alter Elisæus, immò si quo modo dicere id fas est, præstantior illo, qui mortuum ad vitam tactu corporeo traduxit. Stephanus autem solo aspectu Turcam ab impura Idolorum litatione ad Christi caulam aduocauit, multos populos Lusiadæ ditionis, & patriam ipsam in Dei famulatu diuino suis hortationibus, & concionibus assiduis firmo pede præfixit. Magnis à Deo, Virgine Maria, & Sanctis honorificatus, & reuelationibus illustratus multis, spiritu Prophetico insignis, multa prænouit, & dixit. Dominicę Passionis iugis factus meditator, & vestigiorum Christi sectator maximâ efferbuit in Christi venerabilem Crucem affectione cordis. Cuncta pœnarum Domini Iesu vestigia, vel duris sui corporis oppressionibus per omnes hebdomadæ dies sectabatur. Erga diuinum Altaris Sacramentum mirabilis fuit eius affectio: & cùm Mariæ Virginis Matris famulatu feruidus esset, admirabilibus ab ea fauoribus insignitus est. Summâ omnium habitus sanctitatis veneratione, ad illum concionantem flammiuomáque diuini Spiritus verba è sacra pergula emittentem, ouanter populi confluebant. Suæ

Ex doctria. Sanct.

feruidæ

ANNO CHRISTI 1617.

feruidæ prædicationis æstu, multa peccatorum corda in Christo demulsit, quos ad Christum adductos, & in soliditate Catholicæ perfectionis obfirmatos, vitæ purioris viam felicissimè percurrere instruxit.

Cælesti plenus sapientiâ, multis ad Virgines Moniales, & ad alios, epistolas scripsit, quibus omnes, illis vtentibus, hucvsque in omni perfectione virtutis obfirmat. Sermonum item libros varios, spiritu, & eruditione sua refertos, (qui hucvsque manuscripti prælum expectantes, Ecclesiam erudiunt, instruúntque maximè Diuini Verbi Præcones) scripsit.

Firmus factus omnimodè in Christo perfectissimæ Obedientiæ exemplar, Euangelicę perfectionis prototypo, Angelicæ puritatis speculum nitidissimum, & omnis virtutis Religiosæque pietatis Archetypon egregium, ostenditur Orbi. Non solum augendæ fidei, & sanctitatis se exhibuit zelo verus Patrizator Heliæ, sed Religionis suæ incrementis maioribus studens, sugi ea labore augescere molitus est.

Charitate erga egenos, & indigos, & amore in proximos clarissimo affulgens, proximorum necessitatibus, totus Christi amore plenus pro fieri suo sedulus occurrebat. Humilitate, patientiâ, & in aduersis æquanimitate admirandâ refulsit.

Tandem post multa egregia, & stupenda virtutum patrata facinora, clarus in vita, & morte miraculis, fide plenus, & deuotione summus, grauissimâ febre petitus, diei transitus præscius, maximo cunctorum eiulatu populorum, in Cōuentu S. Annæ de Collares Lusitanicæ Prouinciæ die 17. Nouembris (quâ scribimus ista) omnibus Ecclesiæ Sacramentis corpore, & spiritu roboratus, cùm suos ad Obseruantiam Religionis esset hortatus, immaculatum spiritum, salutis anno 1617. ætatis suę quadragesimoseptimo, sub summo Orbis Apice Paulo V. Pontifice O. M. & Imperio Romani Cæsaris Mathiæ tradidit Christo.

Post mortem humili per diem integrum strato depositus, frequenti totius populi concursu veneratus vt sanctus, multa mira patrabat, inter quæ Turcæ illius conuersionem patenter ex meritis tanti Patris in miraculo factam annumeramus. Demum honorifico exequiorum ostento parentatus, sepulchro cuiusdam nobilis viri, in quo non sum quisquam positus fuerat, tumulatus est. vbi admirandæ sanctimoniæ suæ euidentia testimonia perhibent, & populorum frequens occursus, & innumera miracula ibi à Deo Sancti meritis patrata.

In huius celeberrimi Patris laudem, hæc Nænia posteritati incertus litauit, sed pius auctor.

ANNO CHRISTI 1617.

Incerti cuiusdam Nænia.

Incerti.

Virtutis Heros, præsidium, decus,
Insigne gentis lumen amabile,
Quam flore Carmeli virentis
Condecorat veniens in æuum.

Vlyssis vrbi flebilis occidit,
Plebis Beatum vox eadem refert:
Dilectus effugit Tonanti,
Vt superum potiatur aula.

Per ora ducet Fama superstitem,
Et viuet Orbi post sua funera;
Præclara non virtus recedit,
Aut stygia cohibetur vnda.

Spectata quondam rebus in arduis
Viri refulsit dextra potentior,
Mirante natura nouauit
Iura necis, miserámque sortem.

Ergo coronâ dignus honoribus
Fruatur ipso nomine quam refert,
Et sede Diuorum recumbens
Nectareos bibat ore succos.

ANNO CHRISTI 1617.

Quæ hic Laconice perstrinximus, & multo plura admiranda pietatis Stephani Patris facinora, quæ fusiori alibi percurrimus stylo, fidelissimè mutuamur à sapientissimo Magistro Ludouico Mertola, siue vt in Ordine, de Præsentatione, V. Patris Stephani à Confessionibus sacris, & directore spiritus eius, in vita V. Stephani nostri, quam (collectā ex Processibus in contradictorio iudicio factis, Vlyssipone, in villis S. Annæ de Collares, & Moresi, super vitam, mortē, & miracula Patris acceptis: & ex fidelissimis relationibus à viris intra & extra Religionem grauissimis factis de superiorum præcepto Lusitano idiomate typis in lucem emisit, cum facultate Illustrissimi Vlyssiponensis S. Inquisitoris Generalis, & approbatione R. P. Doctoris Iosephi Cabralis, & aliorum, qui ea omnia ad incudem, & limam examinis adduxère, ex mandato sacri solij fidei. Meminère item tanti Patris Petrus Calvo Dominicanus, & alij plures ex Ordine authores, & extra etsi hucvsque nullus præter Ludouicum nostrum, quod sciamus, tam longo stylo Patris vitam & alia illustria percurrerit.

In nostro de vitis SS Carmelitarum Hispanice scripto.

Calu. lib. Lacrymarum iustorum, c. 13.

Gesta alia & præclara viri facinora gratiæ consulto omittimus recensenda ne aduersus decretum SS. P. N. Vrbani Papæ VIII. sub die 13. Martij anni 1625. facti nos facere iudicemur, quod omnino absit & abest ab animo nostro. Sed tamen si quid in his eâ quâ potuimus limitatione Apostolicam mentem excesserimus omnino abolendum & tanquam non dictum quod ita dictum sit protestamur. Volumus enim in omnibus esse paratos obedire Supremo Iudici & æquilibrio Ecclesiæ Catholicæ Christi tota mente, animo, & corde.

DE PETRO VVASTELLIO.

CAP. CXXXIV.

Anno Christi 1617.

PETRVS WASTELLIVS, subscribit auctor ipse *Vvastels*, natione Belga, patriâ Alostanus & eiusdem Cœnobij filius: vir eruditione plenus, & Religionis zelo augendæ clarissimè candens.

In epist. ad Consules Alostanos.

Scripsit, & citatum inuenimus apud Carthagenam Franciscanum, Apologet. con pro Io. Patriarcha XLIV. Ierosolymitano, de eius pietate, & in Carmelo Monachatu, lib. I. quem apud nos habemus contra Baronium adhuc superstite Baronio Cardinali eminentissimo; & iuxta Andreā Valerium Promontorium Carmeli, id est, De Ordinis sui antiquitate, &c. lib. I I. multis typis datos Bruxellis 1608 apud Momarcium.

Io. Cart to. 3. hom. sac. homil. 3. de laud. Carm.

And. Val. in sua BB. & ipse VVastelius promittit opus hoc editurum in epistola ad lectorem.

Florebat adhuc felicissimus in Christo Orbis liberati anno 1617. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOSEPHO SERRANO.

CAP. CXXXV.

Anno Christi 1617.

ANNO CHRISTI 1617.

IOSEPHVS SERRANVS natione Hispanus Cathalanus, patria Ilerdensis, eiusdem Cœnobij filius, alij ferunt esse Vallentem patria, quæ est Villa in Diœcesi Tarraconensi, & eiusdem Cœnobij filium. Quidquid sit, vir sapientissimus fuit, & religiosâ pietate suâ candidatus, Diuini Verbi tuba velut è cælis clarissimè intonans; Prouinciæ suæ bis vel ter Prouincialis electus, nulli in his sanè secundus; Regni illius iure multo vocatus Apostolus, qui spiritum, & facundiam meliorem suam coronauit, inter alia, septē Quadragesimalibus curriculis Barchinonæ generoso confluentis populi ouanter applausu, & fœcundo audientium lucro, vt & Religionis nitido candore.

Scripsisse plura compertissimum est nobis, inter quæ maiori pretio habita seruantur in Bibliotheca insigni Barchinonensi, Quadragesimalium sermonum, de Sanctis, & tempore Aduentus (præter Scholasticas in Philosophia, & Theologia lecturas, peruigilia sacra, lib. multis

Rutilans ista Religionis fax, vere Prouinciæ suæ Pastor, Pater, & Doctor, auctor fuit & fundamentalis origo insignis Collegij S. Angeli Barchinonensis, quatuor mille aureorum ære dotati à Domina Hieronyma Raphel Ioannis, cui Magister noster erat à sacra exomologesi, Pietatis, & Religionis suæ augendæ zelo quo fulsit, non modo suorum de Obseruantia propagationem, & dilatationem sollicito Marte curauit, sed & Discalceatorum nostrorum Barchinonensem fundationem factam anno 1585. die 25. Ianuarij perfecit industria sua, magna eos pietate, domo, mensâ, & societate suorum Obseruantium, domi, forisque, vsque ad noui domicilij eorum dispositionem amplexatus & consociatus.

His, & aliis Charitatis, & Pietatis religiosæ operibus insignis, Ilerdæ, in Episcopali Palatio, sub sinu amoris Reuerendissimi D. D. Francisci Virghij Episcopi Ilerdensis (qui virum, magni habitum, intimo cordis sui prosequebatur affectu) spiritum egit salutis anno 1617. alias 1616. sub eisdem Pontifice, & Imperatore, miro populi eiulantis, Pastoris, Patris, & diuini Præconis tantam iacturam eiulatu; in suo postea Cœnobio Barchinonensi honorifico tectus Busto, laboris sui pretiosa munera æterna in cælis tenet. Cui sic tumulato amoris ergò parentare placuit.

Hæc ex rel. Onufrii Scolani Carm. à Barchin. missis ann. 1633. & item ex nouissimis aliis.

ANNO CHRISTI 1617.

D. O. V. Q. M. H. I. L.

EPITAPHIVM.

Siste hospes: Non longa mora est.
Lege, Luge, Disce, Abi.
Qualem arcam reris?
Gemmæ concham: Thesauri pyxidem:
Magni Ecclesiastis vrnam.
Hic zelus iacet Catholicus,
Imò zelantis Catholici exuuium.
Pars minor Iosephi Serrani Carmelitæ.
Amoris diuini fornax: Christi tuba:
Ille Ardens, Arens istâ
Cessit vita. Non defecit spiritus.
Manet & virtus coronata in astris.
Conditur hic verè Magnus Prouinciæ Parens,
Quem maximum fecère
Ingenium, Pietas, Sapientia, & Prudentia:
Cathaloniâ, Orbe imò mirante
Indolem, studium, progressus, mores:
Orbis oculis & hauribus hausit,
Veneratus est Pennam, Vocem, Doctrinam,
Expectabat plura:
Mors elusit vota.
Virtus ostendit integrum vitæ, scelerisque purum,
Sidere, Sole, Clariorem:
Mors rapuit.
Senem verè, Carmelitam longiore dignum æuo:
Parenti, Magistro, Præconi tanto
Hoc monumentum Gloriæ grati damus.

Relata Cathaloniæ Prouinciæ.

Huic tanto viro fuit sobrinus celebri quoque nomine dignus FRANCISCVS SERRANO celeberrimâ indole vir diuini verbi quasi cælestis tuba, Lycei Barchinonensis publicus Interpres, apud Sardiniam insulam Vicarius Generalis Barchinonensis, Perpinianésis & Gerundensis Prior. Collegij S. Angeli Rector, quique Sermonum variorum volumina varia confecit, typisque ex eis aliqua dedit, & tandem Maioricensis Prior ad astra volauit anno 1625.

Scripsit multa: vidimus solummodò præli Triumphos Reginæ Angelorum, lib II. quorum vnum Archiepiscopo Hispalensi D.D. Petro Castro à Quinones: alterum Algarbiorum Episcopo, D.D. Fernando Martini dicauit. In his discursibus quatuor purissimam illibatæ Mariæ Conceptionem enodat.

Florebat annis Orbis erepti à Tartaro 1617. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE BARTHOLEMÆO A LOAYSA.

CAP. CXXXVI.

Anno Christi 1617.

Relata Carpentani Cœnobij.

BARTHOLEMÆVS A LOAYSA, natione Hispanus Carpentanus, Toletanus patriâ, vir Religiosus, & sapiens.

DE FRANCISCO BOERSIO.

CAP. CXXXVII.

Anno Christi 1618.

FRANCISCVS BOERSIVS à Cherasco, natione Italus patriâ Astigitanus, alijs à Cherasco, siue Clarasco. Henrici Prioris Generalis discipu-

lus.

ANNO CHRISTI 1617.

lus, indiuiduúsq. vniuersæ Visitationis Carmelitanæ Religionis suæ, orbe vniuerso nouennio factæ collega & socius fidelissimus. Vir illustri sapientia notus, & Religiosa pietate Reuerendus. Studiorum Pauiæ Regens: à Secretis totius Ordinis, & eiusdé Procurator Generalis, Bohemiæ & Angliæ Prouincialis, & totius Ordinis decus.

Floruit plura docens sapientiæ, & Religionis dogmata diua. Scripsit multa è quibus prælis dedita damus ista: Henrici Generalis Prioris vitam, & acta, lib. I. Petro Grimaldo teste, historiam Ordinis, & Patriæ, cui titulus Chronicon Claraier, siue Cherasci lib. I. De Imaginibus sacræ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, Tract. I. Catalogum Generalium Ordinis nostri, Tractatu alio quæ omnia, Chronico excepto, Serenissimo Principi Mauricio S. R. E. Cardinali Eminentissimo dicauit.

Viuebat feliciter in Christo Deo, salutis Adæ anno 1618. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE PETRO CORNEJO A PEDROSA.

CAP. CXXXVIII.

Anno Christi 1618.

Ex Ep. Placentino citando.

V. PETRVS A CORNEJO A PEDROSA, natione Hispanus, Salmantinus patriâ (satis opulenta, & illustris Castellæ veteris ciuitas, non tantùm incolarum numeris, opum magnitudine, spectatâ fertilitate, situ, aëre, fontibus, amne, omnique potus, & cibi feracitate celebranda; quantùm probitate virorum suorum sapientia, & virtute pollentium, qui ex ea orbi illucescere, velut ex equo Trojæ assiduè prosiliunt.) Clarâ, in hac, & spectabili virtutum ornatu, & diuitiarum affluentia de gente prognatus. Eius Mater, Matris, & Doctricis sedula filio exhibebat officia, non modò optimis eum moribus instruere curans, sed & primis litterarum rudimentis sobolescere gestiens: profectibus igitur vtrisque pinguescens, penè pusio tenellus, firmam Matris in nullo fefellit spem; disciplina enim morum, virtutúmq; copia super docétes se. gratus illicò enituit, & tantâ celeritate primas litteras percalluit, vt corpusculum vix ferret, quod magnum proferebat ingenium.

Grammaticâ, Rhetoricâ, & humanioribus litteris imbutus, ad maiora adolescentis anhelabat animus. Hæc puero viro crepundia fuêre. Adeo ergo, vna cum sapientia virtutes in contentione creuêre, vt Ludimagistrum admiratum habe rent. Modestiâ, grauitate, & prudentiâ tantâ puer eluxit, vt inter naturæ prodigia computares illum. Ex hinc ad omnem pietatem, eruditus, se transtulit. Felicissimum, facillimúmque litteris nactus ingenium, facultatibus maioribus nauabat operam: & tam grandis de iuuene fuit expectatio, vt veterrimum Doctorem in ipso, iuuenilem florem agenté, spectares. Hinc mundi illecebras euadere decernens, & periculosas feri maris fugitare procellas, ad tranquillum Religionis portum; vbi pace sublimi diuina meditantur, & humana teruntur, conuolans secura fauitam animæ suæ nauem ad littora torsit.

ANNO CHRISTI 1617.

Cucullo itaque Marianæ Carmeliticæ Religionis in Salmaticensi illa, sapientiæ, & omnis Religiosæ professionis officina ditissima, Carmelitarum de Obseruantia Cœnobio vestitus, præter Religionis studia, quæ diuinus eius imbibit animus, litteras feruidissimè excoluit, nullis laboribus indulgens. Artium absolutis curriculis, mentis aciem ad intima cælestis Philosophiæ arcana plenis delibanda labris conuertit, & naturalis, moralisque Philosophiæ, & Theologiæ mysteria tantâ naturæ, & ingenij præstantiâ transiliit, vt velut citissimis pennis elatus, in morem aquilæ per nubium sublimiora omnia penetrans pernici volatu volitarit. Hinc, inde in diuersas Hispaniæ partes studiorum causâ remissus, tales legendo, docendóve litterarum progressus accepit, vt de re qualibet disputantem, vel agentem Petrum nostrum in ea sola versatum fuisse censuisses: ex quo, tanto litterarum, & sapientiæ splendore refulsit, vt omnem Philosophiam, vniuersam Theologiam, sacrósque ex magna parte codices, eruditissimis lucubrationibus suis, monumentisque sapientiæ perennibus locupletauerit. Salmanticam redux, breui ad summæ fastigium sapientiæ, ab omnibus peruenisse diiudicabatur, dignúsque Magistrali infulâ decorari meliore: id quod mirifico splendore secundâ sibi fortuna offerente occasionem sortitus est.

Contigit enim, Catholicum Regem Philippum Tertium & dilectissimam sibi vxorem Margaritam pretiosissimam virtute Reginam, Salmanticam accessisse: & cùm prima inclyta Orbis sapientiæ, & litterarum Palæstra, aliquo litterario ludo Serenissimis Regibus morem gerere vellet, inter plurimos, qui ob tanti honoris cumulum lauream Theologicam Salmantinam ambiebant, vnum ad id Petrum nostrum selegit Academia tota; quem sine pari præ cunctis idoneum ad rem tantam albo signatum lapillo percensuit: vtpote qui non sale minori, quàm eruditione, modestiâ, prudentiâ, doctrinâ relucens, perenne sibi, & Vniuersitati nomen peracti felicissimè litterarij triumphi posteritati æternæ relicturus erat. Itaque in prima Salmanticensium Doctorum Categoria, de toto rigore iustitiæ, tanquam valde meritus, valdéque condignus, & discrepante nemine collocatus piis Regibus, & qui aderant Proceribus, laureæ suæ præmia, quæ vulgo Hispanice *Propinas* vocantur, Vniuersitate illum ære suo fauente propriâ manu elargitus est, redditis ab eis salutationibus, & honorificentissimis Regalibus encomiis. Verùm nihil mirum dum nulla tam ardua, támque fastigij gloriæ edita culmina Salmanticense Musæum (immò Orbis) obiicere poterat, quæ iustitiæ pennis, & meritorum celerrimo volatu, non superemineret & ipse. Vertit post hæc animos Cathedram ibi sibi adsciscere Petrus, & occupatis pergulis multis (mirêre lector rem ineffabilem) tanquam imbres ex eis sapientiam

emitte

Anno Christi 1618.

emittebat, numeroso sequutus auditorum occursu, & omnium susceptus eloquio suo gratissimo applausu. Quantâ animi constantiâ adsit his, virtus hæc multis memoranda diebus) tolerauerit alternate victoria racturas, post hæc, & repulsas acceptas, vix enarrauimus: intercandescentia non agitatus, liuori inuictus, æquanimitate tranquillus, vultus eius ostendebatur, & clamitabat in viro serenitatis cor, ita vt *doctrina viri per patientiam nosceretur.*

Accipite portentum, perspicuissima eius ingenij, & sapientiæ iustitia, in concertatione Cathedræ Primariæ Salmantinæ, iniquè quandam repulsam est passa: deflectunt aliquando æquiora populi, ambitio, opes superbæ, & iniqua potentia, maximè in scholis, (experti loquimur proprio periculo facti cautiores, immò amaricati) eleuante æmulum fortunâ. Quid inde? nec in minimo prouocatus ad odia, tantum ab animo illius turbida abfuit dissensio, vt euntem, & redeuntem lóque triumphi solemnis clamantem æmulum comitatus est vltrò. Stupente populo, & insuperabilem Patris tolerantiam mirante.

Quid iam de scriptis eius dicamus: verè os eius loquebatur sapientiam, & meditatio cordis prudentiam, non in parabolis, sed in vero aperuit sermone os: non in ænigmatibus, sed in dogmatibus loquutus est. Supra modum plausibilis cunctis eius ratio docendi: in iudicandis solertia mira: methodus in tradendis exquisitissima: in euoluendis auctoribus inconcussum studium, in omni disciplinarum genere versatissimus: eius scripta verè aurea, & litteraria monumenta propè diuina, ab orbe toto requisita, & vbique gentium grandi pretio procurata fuêre. Is primus fuit qui Philosophiam moralem, tantâ copiâ, & ingenio, Cathedræ illius Interpres, perlegit, vt cui nulli contigit; nec pòst, nec antea, cathedram suo primo nitori restitueret, & facultatem Salmanticæ satis dormientem fecerit euigilare: & in Aristotelis Ethicis commentaria, non iam quid lectitarent, sed quibus erudirentur successoribus dereliquerit.

In Scholastica Theologia quem hoc Doctore aptiorem inuenies? etenim Thomistici dogmatis viam, nullus operosiùs, clariùs, & veriùs percurrit, & aperuit: adeò vt non minori credant aliqui (Episcopus ait Placentinus) veneratione amplexandum Theologum Petrum, quàm Thomam Angelicum Doctorem, in quem spiritum eundem (si vera esset Pythagoræorum palingenesia) commigrasse dignoscitur. Ex hac sacra officina sapientiæ, iam ipso inter superos regnante, Salmantinum S. Theresiæ Carmelitarum de Obseruantia Collegium, Typis in lucem emisit solicitudine, & ære R. P. M. Fr. Ioannis Orbea immarcescibilis famæ, ob egregia à se gloriæ facinora, in Religione sua, & Dei Ecclesia peracta dignissimi viri, & Castellæ Prouincialis meritissimi, Tomis duobus sequentia posteritati profutura:

Placentin. Episc. D. Sanctius Dauila in vita Patris.

In Primo tomo Pintiæ anno 1628. apud Baptistam Varesium impresso, & Philippo IV. Regi Catholico potentissimo dicato, *Tractatum* de scientia Dei, in tredecim Articulos diuisum. *Tractatum* de Prædestinatione, in octo articulos diuisum. *Tractatum* de Trinitate, in quinque disputationes diuisum. *Tractatum* de voluntario, & inuoluntario, in alias quinque disputationes diuisum. *Tractatum* de actibus humanis, in octo disputationes diuisum. *Tractatum* de bonitate, & malitia in septem partitum disputationes. *Tractatum* de peccatis, in quinque articulos sexque distributum disputationes. *Tractatum* de conscientia, in quinque disputationes diuisum.

In secundo tomo. Pinciæ item anno 1629. typo redactum à Baptista Varesio, & excellentissimo Principi D. D. Gaspare de Guzman, Comiti de Oliuares, Duci de S. Lucar, &c. dedito. *Tractatum* de Incarnatione, in quinque diuisum articulos. *Tractatum* de scientia Christi, in tres Quæstiones distributum. *Tractatum* de Conceptione B. Virginis Mariæ, in duas disputationes diuisum. *Tractatum* de sacratissima Eucharistia, in decem quæstiones distributum. *Tractatum* de censuris, in sex distinctum quæstiones, *Tractatum* de Matrimonio, in octo disputationes diuisum; quibus fusè elaboratis, Tomi duo eleganti magnitudine soluuntur sacrâ grauissimorum Doctorum censurâ illustrati, & approbationibus muniti.

Præterea, inter innumera quæ nondum auctor ad limam adduxerat, limata inuenta sunt, & prælum expectant Commentaria in sententiarum libros, lib. IV. Bachoni nostri. De immaculata Virginis Mariæ Conceptione, lib. I.

Huic tantæ, & admirandæ sapientiæ nexuit virtutem ingentem, potius sanctitatem appellandam, quæ virum meritò mirificè fecit illustrem: frugalitatem, quam à puero coluit respuens cuncta lenocinia carnis, & voluptates omninò in longum vale relinquens:) castitatem, quâ nitidè floruit, adeò se purum Deo conseruans, vt cederent illi Xenocrates, & Polemon mirifici virtutis tantæ cultores: cæterásque vsque ad miraculum virtutes ingentes.

Reliquit, eruditionis suæ posteritatem egregiam, discipulos illustres, Episcopos, Cardinales, Religionum supremos Antistites, qui eum nobilissimum redderent, nisi innata illum virtus, & sapientia summa clarissimum effecissent.

Tantis nobilitatus insignibus tantam sibi comparauit vtilitatem, vt nullus esset cuiusvis status, qui habere, & tractare illum non cuperet. Hinc studiosi, quæsiuêre virum Ciues, Equites, Proceres Ecclesiæ, Aulæ Apostolicæ, & Regiæ Lycea, Episcopi, Archipræsules, Inquisitores, Cardinales, Rex Catholicus, qui eum super grauissima Regni negotia sæpè consuluit: immò Romanus Pontifex, qui illius in sublimioribus Ecclesiæ causis consilium, & sapientiæ auxilium frequentissimè recepit, quorum si extarent resolutiones, iustum volumen instructioni profuturum Ecclesiæ componerent; namque nulla fuit ab Hispania nostra tam dissita, distans, & semota Prouincia, quæ non ad eum consulendum nuntio, vel litteris perueniret, adeò eius sapientiæ, & sanctitatis opinio, non modò Europam, sed & Americam, & vniuersam Catholicam ditionem oppleuerat: Certatim pro viro habendo Orbis sublimia contendebant: ad vnam, & alteram Hispaniæ Cathedralem fuit semel, iterúmque supremo à Con-

silio

Anno Christi 1618.

filio Regis electione vocatus. Quid tunc? Salmanticum acclamauit Musæum neutiquam tanto Doctore priuandum, quem quasi vnicas delicias suas apud se continere, vehementissimè cupiebat: immortales etiam gratias enixè exhibens munificentissimo Regi. Regem supplicauit, vt quia tantus Magister sibi necessarius esset in posterum ea præmia differret, quæ cumulatiora eidem postea reddita sine dubio exhibita fuissent, nisi inuida mors, intempestiua nimis falce, illum occidisset.

Sed heu! insignem pietate Patrem quis satis extollet? Quis charitatem (vt ad alia transeamus) & misericordiam in egenos? Tanta in eos teneritudine cordis vincebatur, vt eorum miserias sine lachrymis ferre non posset. Quid non, si posset, moliretur pro eorum sublevandis inopijs? Cùm illi ingenium ad omnia natura dedisset, Archæum Vniuersitatis suæ immenso labore refecit, & ad commodiorem vsum reduxit, proq; 10 aureis mille gratificatus, ad triuum famæ honestæ, & inculpatæ vitæ puellarum matrimonium in vsu tendum decreuit laboris sui pretium. Quantum vacare à litteris fas fuit illi in oratione nocte, diéque toto vitæ tempore transegit, nullâ vel breuissimâ horâ, otio indulgens.

Romam pro Comitiis Generalibus Ordinis à Reuerendissimo Patre Ordinis accitus, erratorum confessione generali peracta, iter accepit: Romam tenens, à superiori suo humanissimè receptus, Pauli Pontificis O. M. sacra pedum oscula facturus adducitur, ab eo placidissimè resalutatus lætissima aduentus sui in Vrbe ostensione datâ à Pontifice decoratur, & gratulatur. Ibi apertis thesauris suæ incomparabilis sapientiæ, sic in conspectu Pauli V. Pontificis O. M. & Eminentissimorum Cardinalium multiplicium virtutum suarum odorositate redoluit, morum candore, & consilij maturitate refulsit, vt diuinas hominis dotes admirati fluentis scientiarum, quæ de pectore suo, velut de pleno promptuario fluitabant, oraculi instar, stupefacti pro vno de literatis Orbis elegantioribus reputaretur; è cælis accersitam sententiam dicerent Purpurati Ecclesiæ Principes maxime inter eos Eminentissimus Cardinalis Bellarminus (quem quid de potestate Pontificis sentiret multoties consuluit) venerabantur: id quod Heroës Vrbis, & Orbis fecêre, inter quos Excellentissimus Hispaniarum Legatus D. D. Franciscus à Castro, qui vt eum, cum cæteris, qui voluptate eximia ex omni nobilissimo statu concertationibus Patris adfuêre, apud S. Petrum habitis in die Pentecostes disserentem subtilissimè argumentatus est: quem cum Pontifex summus summâ eruditione respondentem aure auscultasset intentâ: VERE DIGNVM ECCLESIÆ DEI DOCTOREM APPELLAVIT. Coluêre eum Religiosi omnes vno ore fatentes de eo Georgicum illud:

Haud equidem credo fuerit diuinius illo
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.

Amplissimos honores à Pontifice, sæpissimè oblatos Euangelica paupertate contentus constantissimè recusauit. Tanti tunc viri fama apud Italos excreuit, sicut apud Hispanos in dies magis magisque clarebat, vt certatim videre virum famosum populus Romanus per vicos accurreret.

Bis Prouincialis electus tantus in munere fuit, vt verè de illo pene Chrysostomus dixisset: *Lux gregis fuit, flamma r ajto ss* Reuersus Hispaniam ea morum probitate refulsit, vt ad summæ virtutis sequelam cæteros excitaret: Reliquum vitæ tempus virtutum cultu, seueriori pœnitentiâ, animæ custodiâ transegit: Dum mortis semper retineret memoriam, rationis, & iudicij extremi, amarâ febre sequuta, inter antecedentes dolores, gemitus, eiulatus, & suspiria humi stratus, & habitu Carmeli suo virgineo vestitus, Eucharistiam perquam reuerentissimè accepit, suos ad Christi amorem, meliorem vitæ frugem, Regulæ, & Ordinis obseruantiam hortatus: datâ ad suos benedictione, lachrymis madefactos, & dolore absumptos, post oscula paternæ manus a filiis, & sodalibus data, vir verè pius, diuinæ auidissimus gloriæ, Christianæ Religionis Pugil, & propugnator insignis, Theologus absolutissimus, Religionis suæ, Salmanticensis Academiæ, & Orbis vniuersi decus, veritatis dilector, omnino ambitionis expers, veræ cupidus felicitatis, quinquagesimo secundo ætatis suæ anno salutis humanæ 1618. Martij mensis vltima die Salmanticæ pretiosâ morte sopitus, solum in amplexus dilecti Christi spiritum felicem sub eodem Vrbis, & Orbis vertice Paulo Pontifice O. M. & Imperio Mathiæ Romani Cæsaris inuicti.

Mortuo viro omnes vtriusque sexus, & ætatis ingens mœror inuasit: luxêre Parentem egeni, Docti Magistrum, Schola Doctorem, Religiosi Prælatum, peruadente famâ tanti infausti euentus Hispaniam, Italiam, Galliam, Germaniam & remotissimos Indos. Interim vniuersa Ciuitas Salmantina eiulatu maiori, maxima funeris pompâ, atque elegantissimis declamationibus, Næniis, & Elegiis variis, per octo sequentes dies sepulchrales eius honores, & æternum Vale in Christo concelebrauit. Inter alia addictissimus quidam illi hexametrum sacrauit istud:

Omnia in hoc duro vitæ solatia casu
Sunt deleta, obiens secū tulit omnia Petrus.

Incerti anonymi.

Post quæ gratitudinis ergò, & in pignus amoris inclyta Academia tanto Patri, Magistro, Doctori, Elogium post obitum sequens adiecit posthumæ perennis gloriæ.

INCOMPARABILI VIRO
REVERENDISSIMO PATRI MAGISTRO SVO,
F. PETRO CORNEJO DE PEDROSA,
CARMELITANO,
FELICI OMINE NATO,
SED IMMANI ATROPO INFELICIVS,
NON SINE INGENTI IACTVRA
INTEMPESTE EXTINCTO,
VITIORVM HOSTI ACERRIMO,
VIRTVTVM PERPETVO CVSTODI,
ANGELICÆ PVRITATIS IMITATORI VERO,
LITERARVM FVLMINI,
SALMANTICENSIS ACADEMIÆ SPLENDIFERO IVBARI.
INCLYTA MATER, ÆTERNVM VALE, ET FELIX PERENNI VIVAT FELICITATE, SVPERNVM IOVEM PRECATVR.

Distichon eius sepulchro inscriptum memoriam sacrat æternam:

Gloria qui quondam fuerat non parua virentis
Carmeli exiguo conditur hoc tumulo.

Quæ de viro diximus isto omnia auctoritate nixi Illustrissimi D. D. Sancij Dauila Placentini Episcopi, qui eius vitam Latino elegantissimo Laconismo suo perstrinxit. Item ex fidissimis Relatis Salmantini nostri S. Teresiæ Collegij, & Patribus aliis senio & grauitate morum venerabundis.

DE IOANNE ANTONIO BOBIO.

Cap. CXXXIX.

Anno Christi 1618.

IOANNES ANTONIVS BOBIVS Italus natione, Cremonensis patriâ, vir sapientissimus, & Religionis prælucidus nitore; Studiorum Romani in Transpontina Carmeli Regens emeritus: ante decimumoctauum ætatis annum Doctoris Theologi lauro redimitus.

Is fuit excellentissimus ille Carmelita Magister, qui temporibus Clementis VIII. & Pauli V. summorum Ecclesiæ Pontificum, difficilem de diuina Prædestinatione, & Auxiliis veritatem illam, inter Orbis, & Vrbis Doctores eximios, nulli secundus lucidiorem reddidit Sole, cum vniuerso Sapientum Orbis stupore, Magni verò maximi à sacris Pontificibus, & omnibus Ecclesiæ, & Orbis Principibus habitus. Maltetensem, ferunt aliqui, fuisse creatû Episcopum; alij quibus annuimus, Episcopalem infulam & Cardinalitiam purpuram, oblatas sæpè, Apostolica, & Euangelica Christi humilitate contentus, renuisse.

Postremo reliquit multa scripta, quæ forent posteritati profutura nimis, & Ecclesiam illuminatura, si typis dantur: dum in variis Italiæ & Orbis Bibliothecis maximo habita pretio veneranda Manuscripta seruantur.

Possevin. in Appendice.

Florebat Senio clarus, & Religiosâ venerandus pietate. Nati Christi anno 1618. sub eisdem Pontifice, & Imperatore. Obitus viri diem siluere nobis Italica Relata Romaniæ.

Dedit virum etiam fere hoc ipso relatu, Alguerensis Episcopi Catalogus, & Manuscriptum Guadalaxara.

DE IOANNE CHRYSOSTOMO MARASCA.

Cap. CXL.

Anno Christi 1618.

IOANNES CHRYSOSTOMVS MARASCA natione Italus, patriâ Cremonensis, vir eruditissimus omni virtutum incremento illustris.

Relata Lombardicæ Prouinc.

Is nullo non impenso labore Ioannis de Bacchone opera denuò compilauit, & in commodiorem, & elegantiorem vsum redegit, vt typis sic data, sacra Orbis erudirent lycea. Si quæ alia lucubrata à se prelo remiserit, auolat.

Florere nouimus saluati hominis annis 1618. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE IOANNE CHERONIO.

Cap. CXLI.

Anno Christi 1618.

IOANNES CHERONIVS, siue *Cheron*, natione Gallus, patria Marmandensis, in Vniuersitate Burdegalensi studiorum vigilantissimus Regens: tam lepida fuit, vel in Pergula sacra arte dicendi signatus, vt omnium ad se corda demulcta deduceret. Celebris ille fuit Pater institutor, & primarius Marmandensis Cœnobij lapis.

Gallica Tolosæ relata.

ANNO CHRISTI 1618.

Plura scripsit, tum in Logicalibus, & Philosophicis, tum de Concionibus sacris, sed cùm eorum titulos nondum acceperimus, intacta frontibus, sapientioribus signanda relinquimus.

Gallica Tolosæ relata.

Florebat adhuc felicissimus Munimndix, in sua Gallica Prouincia illuminati Orbis à Christo, anno 16 8 sub eisdem Pontifice, & Imperatore. *Ex Gallicis Prouinciæ Tolosæ relationibus.*

DE BASILIO ANGVSOLA.

CAP. CXLII.

Anno Christi 1618.

BASILIVS ANGVSOLA, natione Italus, patriâ Cremonensis, Almi Romani Collegij sacræ Theologiæ Professor ingenuus, Patriæ decus, & Religionis aureum inter sidera sidus, In diuinis vir, & humanis litteris fœcundissimè versatus, vita & conuersatione pius, & amabilis. Romæ floruit fidus fratrus Religionis Achates: indiuiduus, & primus pro visitatione generali Prioris Generalis Collega signatus, egregium Prudentiæ suæ specimen ostendit: Prouinciæ Romanæ Prouincialis fuit meritissimus.

Lucius in Sinceritate ad Bibliothecá.

Præter eruditissimas in Logicis, & Philosophicis, quas apud se seruasse testatus est Lucius noster, maximo pretio, diuersis etiam temporibus aptissimos sermones, collationes, & tractatus elucubrauit, quos maximâ negotiorum prouinciâ præpeditus, absoluere, & nec ad lumen puriorem adducere valuit: lucem tamen spectaturi seruantur magni habiti in Bibliotheca Romani Carmeli.

Florebat felicissimus dum hæc prima manu laboraremus salutis datæ anno 16 8. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE SIGISMVNDO GDOVIO.

CAP. CXLIII.

Anno Christi 1619.

SIGISMVNDVS GDOVIVS, natione Polonus Zamorensis patriâ, Publicus Cracouiensis Musæi vtriusque Theologiæ diuinus Interpres.

Scripsit Theologicarum formalitatum libros duos; Officium de B. Virgine Maria pro Confratribus sacri Scapularis nouum composuit, quod ex Latino in Polonum transtulit.

Polaca relata.

Florebat, vt nobis Polaca relata dedêre Christi Saluatoris annis 1619. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1619.

DE CHRISTOPHORO SYLVESTRANO.

CAP. CXLIV.

Anno Christi 1619.

CHRISTOPHORVS SYLVESTRANVS Italus natione, Brenzonus siue Veronensis patriâ, studiorum Paduani Carmeli selectissimus Regens, sacrâ concionum declamatione celeberrimus, non solùm Italicæ ditioni notissimus, sed toti celeberrimus Orbi.

Scripsit, Posseuino teste, opus insigne, cui titulus, Examen Theologicum in quartum librum sententiarum, cum suis lectionibus ad seriem distinctionum Petri Lombardi, quod Pontifici Sixto V. dicauit, Veronæ cusum, super primum, secundum, & tertium Sententiarum, lib. III. Sermonum volumina III. super Epistolas Pauli, lib. I de vita Serenissimi Principis Angeli Zernobichij, lib. I. multa sanctæ Theologiæ, & Philosophiæ moralis lemmata continens, De excellentiis Exordis sacræ a B. Virgine Maria Simoni Dino datæ, & inconsutilis Togæ Christi Seruatoris comparatione cum illo. Tractatulus eruditione, spiritu, & subtilitate clarissimus, quem apud nos Italico typo vulgatum habemus; Tractatum de pretioso sanguine Christi, qui Mantuæ extare scribitur ab eo: Lectiones in Canticum *Magnificat*; in Psalmum *Super flumina Babylonis*. sermonem de Indulgentiis, & alia. ista tamen nobis Posseuinus exhibuit.

Tandem felicissimus in Christo Paduæ è viuis ad supera volauit, salutis anno 1619. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE ALPHONSO LOARTE CARRENO.

CAP. CXLV.

Anno Christi 1619.

Relata Carpentani Cœnobij.

ALPHONSVS LAERTA CARRENVS, natione Hispanus, Toletanus patriâ, & Cœnobij filius eiusdem; vir clarâ sapientiâ notus, & clariori concionandi dexteritate notissimus Orbi vniuerso, Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici à concionibus sacris: mirabili facundiâ, & politâ dicendi oratione venustus & gratissimus: ob singularem eruditionem, & subtilitatem ingenij, nouus Cyrillus Alexandrinus nobilissimo & certè digno cognomento vocatus est.

Huius extant diuersorum sermonum gratissimi Codices, typis dati inter Principum concionatorum Hispaniæ opera, nomine eorum interserti Hi certè si in volumina cóponerentur, plura volumina & satis apta magnitudine disponerét; Scripsisse plurima non dubitamus, sed immaturâ morte præuentus, quæ ad limam adduxerat, typo ex humilitate negauit.

ANNO CHRISTI 1620.

Vir fuit indolis ingenuæ munificentissimique cordis, ad quem dicentem ouanter Cæsaraugustanos defluere vidimus, nunquam sic (miratos Patris facundiam, & dicendi dexteritatem) loquutum fuisse hominem, ore intonantes uno: subtilissimum nactus ingenium, vel Solis scindebat, suis in discursibus radios.

Obiit demum felicissimo nomine pietatis, & zeli Catholici, Toleti, salutis humanæ annis 1619. sub eisdem Pontifice, & Imperatore; solemni inter suos Busto reconditus, insigni hac parentatur inscriptione.

Incerti Carmelitæ.

Ingenio, atque animo iacet hic insignis vtroque:
Qui alter Alexander: qui alter Aristoteles.

DE MICHAELE NAVARRO.

CAP. CXLVI.

Anno Christi 1620.

MICHAEL NAVARRO, natione Hispanus Celtiber, patriâ Rubiolensis, ex Ordine Tertio Carmeli, quem tanquam virum singulari pietate insignem gratitudinis, & meriti ergò, & tanquam optimè de Religione nostra meritum, nostris adnectere placuit. Vir fuit sanè clarissimo nomine dignus, professione Pharmacopola quondam Regis Philippi II. Hispaniæ, tam apprimè Pharmacorum virtutes callens, & excedens, vt in curandis ægrotis, nos sanè aliquando penè miracula viderimus.

Scripsit super lib. Ioannis Messiæ Commentaria equidem ingenio suo, & eruditione Pharmacorum dignissima, quæ nos aliquando vidimus dum Prioris munere fungeremur in Cœnobio Rubeolensi, à se ex singularissima erga Virginem Mariam de Monte Carmelo deuotione fundato, æréque suo magno, & fratrum suorum R. Iacobi Nauarro Presbyteri, Ioannis Nauarro laici, & Dionysiæ Nauarro sororis eorum, dirato, annui que censibus a neorum dicatorum plus mille a ... Eius encomia hodum ne nimium ambagibus immoremur his satis, vt ex vngue leonem noueris, ostendemus, si Epitaphium ~~siue~~ inscriptionem, quam in grati animi significationem eius, & vxoris, adiecimus tumulo, dedecimus, vt sequitur.

* *

EPITAPHIVM.

D. O. M. L.

PREMIT VRNA VENERABILES CONIVGES, MICHAELEM NAVARRO, ET CATHRINAM BARBERAN.
FVNDAVIT, FOVIT, AVXIT, ... LIQVIT, EREXIT, FLORVIT, DORMIIT.
COENOBIVM ÆRE: CONSILIO PATRIAM: XENODOCHIA PIETATE: PANEM ESVRIENTI SVVM: MVLTA LANGVIDOS SALVTE LITOS. TEMPLVM CONGRESSV SEDVLITATE SVA IN POPVLI MEDIO. ILLE.
VTERQVE VERO DIGNVS HONORE.
IN CHRISTI TANDEM PACE,
ANNO ILLA M. D. C. XIII.
ANNO ILLE M. DC. XX.
AB SVI IAM ERECTIONE CONVENTVS XII. ANNO PROLAPSO CVIVS FACTA DEDICATIO DIE IVNII MENSIS XXVIII. FERIAS SECVM S. LEONIS PAPÆ FERENTE.

Prætetea adiecimus Elegiam de morte eius, quæ in Archiuo quondam dicti Cœnobij Manuscripta custodiebatur.

Floruit tẽpore multo, & septuagenario maior tumulatus est, sub Paulo V. Pontifice O. M. & Imperatore Ferdinando II.

Anno Christi 1620.

DE IOANNE BOVRGONIO.

Cap. CXLVII.

Anno Christi 1620.

IOANNES BOVRGONIVS, natione Gallus, patria Rhemensis, eiusdemque Cœnobij Professus, & Pastor vigilantissimus; Virum habemus ex relationibus, fuisse præclara morum honestate præexcellum Religionis zelo conspicuũ & sapientiâ insignem, vt meritò ab omnibus amandi, & venerandi Patris nimium clarissimo calculo censeretur.

Scripsisse nonnulla perhibent sed tantùm titulo notata venêre sequentia: Lectiones Logicales, quas Parisijs perlegit, lib. II. Quæstiones Theologicæ, lib. II.

Floruit noster Ioannes sub eisdem Pontifice & Imperatore.

DE PHILIPPO THEOBALDO.

Cap. CXLVIII.

Anno Christi. 1620.

Rel. Gallicæ.

PHILIPPVS THEOBALDVS, natione Gallus, vir sanè doctrinâ & Religione egregius, vt ex Gallicis relatis accepimus, eloquio nobilis, vicit omnes suæ Rhetores gentis. Hunc credimus sine dubio tam egregium fidei, & Religionis suæ Carmeliticæ propagatorem, vt totus in causa fuerit erigendi à Christianissimo Rege Religionis Militaris Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo vexilli, vt suprà fati sumus; Christi paupertate ditissimus, sensu suo, Archiepiscopalem, & Episcopales Infulas oblatas vltrò ex Regis industria, & amore constantissimè recusauit, vir sanè egregius, & Gallicæ nationis, & Carmeliticæ propaginis decorator.

In elogio G. Henrici, & in elogio de Equitibus sub anno 1607.

Florebat felicissimus Parisijs, humani generis Vindic s annis 1620. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE ANGELO SAGARRO.

CAP. CXLIX.

Anno Christi 1620.

ANGELVS SAGARRO, natione Hispanus, Cathalanus Regno, vitæ inculpabilis vir. & multa virtute venerandus suâ, Doctus sanè, & sapiens, Vicensis Pethocij Publicus, & magni habitus Interpres.

Anno Christi 1621.

Scripsisse multa haud dubitamus, at tantùm titulo signata recepimus, laudabile opus de Viris Illustribus Carmeli lib. I. vixdum quod credimus prelis emissum, sed pretio multo custoditum in Bibliotheca insignis Cœnobij nostri Barchinonensis, vt retulit nobis A. R. P. M. Iacobus Borlengus dignissimus quondam Prouinciæ Cathaloniæ Prior Prouincialis.

Tandem vir noster de Religione sua optimè meritus Perpiniani Prior diem clausit feliciter extremum Redempti hominis anno 1620. sub eodem Pontifice & Imperatore.

DE ALPHONSO RAMIREZ.

Cap. CL.

Anno Christi 1621.

ALPHONSVS RAMIREZ, natione Hispanus, Carpentanus, Toleti oriundus, & Cœnobij eiusdem fax lucida vt Sol, celeberrimus ibi Choriarcha, & Diuini proclamator eloquij.

Ex Castellæ Prouinciæ relatis.

Multa scripsit, at tantùm ferè data typo posteritati vidimus, eruditissimam concionem in Funere R. A. P. Magistri Alphonsi Loarte, quæ Castellę Prouincialis dignissimi, dignam mehercle omnium sapientum manibus conuolui.

Floruit florebat vtroque nomine clarus, salutati hominis annis 1620. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE NICOLAO A SANTILLANA.

Cap. CLI.

Anno Christi 1621.

NICOLAVS À SANTILLANA, aliis *Santilla*, Beticus genere, patriâ Hispalitanus, Magni Cœnobij ibi ad septennium à Reuerendissimo Generali Henrico, Prior constitutus, Magnæ vir virtutis, & prudentiæ sanæ, magnarum virtutum dilector, & sectator ingenuus, maximo qui maximè pœnitentiæ, & paupertatis amore comprehensus est: vtpote qui rudi habitu contentus, cilicio semper accinctus, purum Christo semper spiritum reseruare conabatur; Diuinâ spe semper affixus, nō modò materialem Cœnobij structuram plus quadraginta mille ducatorum compendio, & impendio, vir industrius, adauxit, sed & morum primam & Obseruantiæ Regularis supremam arcem ad sydera tulit.

Huic egregio Patri, vt ferunt Betica relata, perpulchrum opus Templi insignis magni Cœnobij debet vltimam & potiorem superbámque pulchritudinem singularissimi ornatus sui Huic fedilia Chori muit, nimis arte cōfecta priorem

ANNO CHRISTI 1622.

manum: Is claustra prima construxit, & redditibus magnis Carmelum suum, inter alia nimis adauxit, Doctor sapiens, & Religionis amator.

Fuit quondam in Granatensi Pethocio Publicus diuinæ Theologiæ clarus assertor magni sẽper à principibus habitus, sed maximo à Christo suo, cui vel in puerilibus annis seruire studuit, prosequutus amore: plenus dierum virtutúmq; decorus, post multa in ordine munia accepta gloriosa ad astra pertexit, fatis Mentolæ concedens in suo Cœnobio, datæ anno salutis à Christo 1621. septuagenario maior, sub summæ Christi potestatis summo in hoc Orbe sequestri Gregorio XV. & Imperio Ferdinandi II. Iacet Hispali celebri Sarcophago tectus.

DE PETRO SENTEHILLES.

CAP. CLII.

Anno Christi 1622.

PETRVS SENTEHILLES, natione Gallus, patriâ Tarbiensis, Publicus ad Venetos, & Romanos diuinæ Theologiæ indagator, Latina, Gallica, & [illegible] lingua ex tempore diuinus eloquij cælestis declarator, Fuit Prouinciæ Vasconicæ Prouincialis dignissimus; Apud Burdegalenses existimationis tantæ, ob admirabilem viri sapientiam, vt publicus in posterum studiorũ perpetuus Vniuersitatis illius fuerit Regens electus: quam sius postmodum præfecturam obtinuit perpetuo Carmelitis obeundam.

Multa scripsisse non dubitamus, eáque omnis gloriosi nominis digna, sed nondum quæ Typo emiserit accepimus.

In Comitijs Generalibus Romæ habitis anno 1625. dignissimus fuit Reuerendissimi Ordinis Patris socius electus.

Relata è Gallia.

Florebat adhuc annis datæ gratiæ 1622. (quibus hæc relata è Gallis accepimus) sub eodem Orbis Archiméstre & Imperatore Rodulpho.

DE ANTONIO TABARES.

CAP. CLIII.

Anno Christi 1622.

Rel. Lusit. Prouin.

ANTONIVS TABARES natione Lusitanus, Vlyssipponensis patriâ, vir Religiosus, & eruditione generis [illegible] munitus.

Scripsit, inter alia, Tractatum de virtutibus, & sanctitate S. Ignatij à Loiola Societatis Iesu, Patriarchæ nobilissimi, & S. Francisci Xauerij eius sodalis, Indorũ Apostoli, & Orbis miracula.

Florebat felicissimus humani generis Redempti anno 1622. sub eisdem Pontifice & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1623.

DE MICHAELE A S. IACOBO.

CAP. CLIV.

Anno Christi 1623.

MICHAEL A S. IACOBO natione Bethicus, Primarius S. Theologię in Hispalensi Conuentu, cuius fuit filius, publicus Professor; vir sanè doctus & eloquens.

Scripsit multa, inter quæ vidimus prelo exiguum mole de Immaculata Virginis Mariæ cõceptione libellum, sed grandi nimis eruditione confectum.

Florebat felicissimo Religionis merito dignus, Datæ gratiæ annis 1623. sub Orbis vertice, Maximo Vrbano VIII. & Romani Cęsaris Imperio. *Ex Relatis à Bethica Prouincia.*

Bethica relata.

DE PETRO CARRANCIO EPISCOPO.

CAP. CLV.

Anno Christi 1623.

Ex Bethicis relatis.

PETRVS CARRANCIVS natione Hispanus, Bethicæ Prouinciæ Prouincialis meritissimus, à Calificationibus Senatus supremi pro Catholica fide illibata tenenda, vir tanè doctissimus & omni literarum, & virtutum lauro redimitus propter quod Episcopus de *Buenos ayres*, hoc vt aliis *del Rio de la plata*, electus est, ab Hispaniarum Rege ad Indos.

Bethica relata.

Multa scripsisse testantur Relata Bethica, titulis quamquam, eo quod nondum prelo fuerint vulgata, notata non extent. Hic Concilio adiitus Placentino, cum admiratione Patrum, eruditionem & spiritus feruorem ingenuum ostentans; tertia in h.bunt ibi ad Patres concionem, eruditione Patris dignissimam.

Relata noua à Bethica adducta.

Florebat Carmelo, & Orbi decorus Incarnati de Virgine Matre Verbi ann. 1623. sub Principe Orbis, O. M. Vrbano VIII. & Imperio Cæsaris Romani Mathiæ. Tandem obiit 1633. sexagenario maior.

DE BARPTOLEMÆO SANZZIO.

CAP. CLVI.

Anno Christi 1623.

BARPTOLEMÆVS SANZZIVS natione Hispanus Carpentanus, Toleti oriundus, Carmeli, Salmantini Lycei imò & Orbis decus, ne dixerim diuinum lumen, & honos. Salmanticæ per annos plures Doctorum laurea decoratus meliori, Theologiæ S. publicum glorioso nomine Professorem egit: & post tempora sua,

ANNO CHRISTI 1623.

dignissimo emeritus iure: vt Primas Musæi tanti nunc adhuc superstes colitur dum scribimus ista. his fuit veteris Prouinciæ Castellæ suæ Prouincialis, maximus verè Ordinis zelator, ingenuarúmque virtutum Patens.

E Cœnobio S. Teresiæ Salmanticēsi relationes.

Plurima perhibent Salmantina relata scriptitasse, è quibus nihil liquet adhuc exhibitum prelo; titulis nobilibus sequentia coronant: Sermonum variorum, lib. III. Quadragesimale, lib. I. de Sanctis, lib. I. De Aduentu, lib. I. Notabiles in Philosophica lecturas. Notabilia item Theologiæ vtriusque, & clara, & multa, & egregia peruigilia cum pluribus aliis.

Salmanticæ clarissimus florebat adhuc mundi redempti annis 1623. sub celsissimo Apice mundi Vrbano VIII. Pontifice O.M. & Cæsaris Romani Imperio Mathiæ.

DE DIONYSIO GASTELLIER.

CAP. CLVII.

Anno Christi 1623.

DIONYSIVS GASTELLIER natione Gallus, patriâ Meldulensis in Alma Lutetiæ Parisiorum Academia celeberrimus sui temporis Doctor, Quadrilinguis elegans, & ipse peritissimus: Egregius fuit Diuini Verbi declamator, diuinæque Paginæ Interpres vario scientiarum genere excultus.

Lucius in Comp.

Varios, Lucio teste, eruditionis, & pietatis suæ dignos libros attexuit, quos nondum luci chalcographi dedêre. quod nouerimus: habuimus superstitem adhuc agere in viuis celeberrimo nomine notum, Adamæi lapsi reparati à Iesu annis 1623. seniôque grauissimo venerabilem, sub Archimestre Principe Vrbano VIII. Pontifice O.M. & Imperio clarissimi Cæsaris Romani Mathiæ.

DE BLASIO PALVCIO.

CAP. CLVIII.

Anno Christi 1623.

Rel. Prouin. Poloniæ.

BLASIVS PALVCIVS natione Polonus, patriâ Coluensis, non Coloniensis, vt malè aliis, Cœnobij filius Cracouiensis, sui Ordinis zelator nobilis: Hispaniç apud nostros Salmantinos omnis sapientiæ latices plenissimis imbibit labris.

Scripsisse nobis relatum est plura, sed tantùm titulis fuêre notata sequentia; De Antiquitate Ordinis nostri lib. I. quem ex Polono, Latium loqui fecit; De Purgatorio lib. I. Cætera non nouimus.

Florebat in sua Poloniç Prouincia clarus. Datç vitæ à Saluatore Iesu ann. 1623. sub sacro Orbis Axe Vrbano VIII. Pont. O.M. & Imper. Mathia.

ANNO CHRISTI 1623.

DE IOANNE A S. THOMA.

CAP. CLIX.

Anno Christi 1624.

IOANNES A SANCTO THOMA natione Lusitanus, patriâ Vlyssipponensis, & Côuentus eiusdem Ciuitatis de Carmeli Obseruantia filius, Vir equidem omni literarum, & virtutum nitore præfulgidus; Conimbricensis Musæi Theologiæ sanctæ diuinus, & acceptissimus indagator. Religiosissimæ Lusitanicæ Prouinciç quondam Prouincialis clarissimus.

Is fuit excelsus ille Carmelitarum Epoidis sacræ, à Sacra Virgine Matre Simoni Diuo largitæ, Mæcenas, qui Romam à Prouincia sua missus singularis gratiæ Sabbatinæ (Indultum cæleste) coram Paulo V. Pontifice O.M. lucidius ius suum reddidit Sole, eiúsque æuo non perituram confirmationem à Pontifice sacro retinuit. Ne verò res tam eximia, incuriâ temporum ab hominum abiit memoria, liceat Lectoris in gratiam, hic aliquantulum opportuna digressiuncula detineri in ea narranda.

Gratia Sabbatina temporibus Pauli V. oppugnata veritas Sole clarior emicuit Pontifice calculo in æuos obfirmata.

Salutis anno 1610 Vlyssipponæ, ex Generali Apostolico Decreto de Indulgentiarum, & Indultorum, & Gratiarum Apostolicarum suspensione, RR. D.D. Petrus à Castillo Supremi Solij fidei Generalis Disquisitor & Censor publico indicto edicto singulare Carmelitarum Priuilegium à Virgine Maria Dei Matre Carmelitis in Simone Stok Priore Generali Carmelitarum diuo, eorúmque Confratribus concessum Londini (de liberandis à Purgatorij pœnis animabus eorum, qui in sacri Scapularis Carmelitici fide, & puritate vitæ ex hac vita decesserint, Sabbato primo post obitum eorum, medio Virginis Mariæ suffragio, & infallibili intercessione) suspendere fecit, vsque dum reuisis à Sede Apostolica Bullis Pontificum Prædecessorum aliter decerneretur res, & gratia tanta. Quo audito, gloriosa Carmelitarum de Obseruantia Lusitanica Prouincia, sub Prouinciali eius dignissimo RR. D.D. Fratre Thoma Pharia, tunc Targensi Episcopo electo, Ioannem nostrum à Sancto Thoma virum, & Heliadem omnino integerrimum cum socio paris, similisque laudis ad Vrbem citissimè delegauit: vt dum preces sacræ, piáque opera super re bene & feliciter conficienda peragebantur, in Ordine in Christi, & Virginis Matris obsequium (cuius in arduis Maternum semper fuerat totus Ordo expertus auxilium: Maternus namque Virginis Amor erga dilectam Carmeli vineam, nequiuit vnquam in aduersis Ordini simulari.) Hac super re Catholicus Hispaniarum, & pius Rex Philippus III. duplicatas epistolas misit, non solùm ad Ambasciatorem suum commorantem in Vrbe, nobilissimũ Comitem de Castro, Taurini Ducem, &c. D.D. Franciscum à Castro, & ad Generalem Ordinis Protectorem Eminentissimum Cardinalem Melinum: verùm & ad Sanctiss. Patrem Paulum V. Pont. O.M. à quo, post

ANNO CHRISTI 1624.

oscula pedum humillima de more Catholici Regis, summis precibus gratiam istam Sabbatinam Virginis Mariæ de Monte Carmelo toto acceptissimam confirmaret Orbi poscebat. Non solùm Regis Serenissimi iteratos meruit in re hac noster Ordo fauores; sed vel & omnium Christianorum Principum auxilia, quo res tanta hoc tempore ad optatum finem adduceretur, auxiliante Mariæ Virginis dexterâ. Felicissimi ergo exitus magnam sanè cunctis fiduciam præstitit multorum Principum amor, cultus, & veneratio erga sacratissimam hanc Virginis Mariæ Carmeli Epoïdem.

Enimuerò Sanctissimus Paulus V. eo munitus indutus & protectus toto illum corde tamquam singulare Virginis pignus venerabatur, secutus in hoc summum Ecclesiæ Patrem Gregorium XIII. ad quorum imitationem plures Eminentissimi Cardinales Ecclesiæ Principes, tantum Virginis indumentum cæleste, veneratione maximâ, deferebant: & inter eos Eminentissimi Domini Cardinales Melinus, Aldobrandinus, Arigonius, Farnesius, qui in Vrbe fuit sacræ Confraternitatis Carmeli Prior, Sabelli, item Prior eiusdem Montaltus, Ascoli, Taberna, cum aliis: Vtebantur necnon tunc tempore eodem, candida hac Virginis Carmeli veste Religionum Proceres, inter quos RR. Generalis Societatis IESV Claudius Aquauiua, qui à Reuerendissimo Patre Ordinis nostri licentiam obtinuerat, vt Iesuitæ sui nostrum benedicere possent Virgineum scapulare: His adiice, animos Ordini addituras pro re benè, & homine felicissimo superanda multorum in Vrbe Confratrum sexus vtriusque deprecationes, & orationes pias; reperti enim sunt, vt Pintus affirmat, vtriusque in Vrbe, sexus, ad excessum (mirabile dictu!) quadraginta millia Confratrum Scapularis diuini Mariæ. Vt addat idem, in Conuentu Vlyssipponensi Lusiado, in spatio annorum quinque, plus viginti mille Confratres scriptos inuentos esse & ad Confraternitatem Marianam adauctos: Quis, quantus & qualis erit virorum & feminarum in orbe numerus toto? Etenim si quis sydera cæli dinumeret, dinumerabit & eos.

Nota.

Pint. tract. 5. Hierarchiæ c. 4.

Romam igitur cùm Ioannes noster à S. Thoma appulisset. Rei propositionem facere confestim studuit: eam ergo, coram Summo Pontifice, Cardinalis Farnesius præsentauit, quâ auditâ ad eminentissimos Sanctæ Inquisitionis Cardinales Pontifex delegauit, quorum erat Caput Eminentissimus Cardinalis Pinelus Generalis Christianorum pro fide Catholica Disquisitor, & Præses. Post hæc Bullis exhibitis, re disceptatâ, hinc inde validissima argumentorum iuriúmque phalange communita ostensa, lectis Epistolis Catholici Regis, & Orbis Catholici Principum: difficultatibus exortis, euictis facillimo disputationis, & rei omnis necessariæ ad rem genio, à Ioanne nostro, multis superatis ab Ordine laboribus, post bina annorum curricula, salutis anno 1613. Tertio Idus Februarij in festo S. Euphrosynæ Virginis Ordinis nostri, vt festiuitatis nomen præ se ferebat (lætitia enim Euphrosyna interpretatur) graui lætitiâ totus Carmeli Ordo perfusus, iteratâ Apostolicâ Pauli V. Pontificis O. M. concessionis obfirmatione per sacrum Inquisitionis Cardinalium decretum decretatus est. Cuius fidelissimus verborum Apostolicorum tenor is est;

ANNO CHRISTI 1624.

Decretum SS. P. Pauli Papæ V. pro valore gratia Sabbatinæ à Virgine scapularis sacri fratribus & Confratribus cõcessa, & declarata ab Apostolica Sede.

Patribus Carmelitanis permittatur prædicare quod populus Christianus possit piè credere de adiutorio animarum fratrum & Confratrum sodalitatis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo: Videlicet, Beatissimam Virginem animas fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum gestauerint, & castitatem pro suo statu coluerint, officiúmque paruum recitauerint; vel si recitare nesciant Ecclesiæ ieiunia obseruauerint, & feria quarta, & Sabbato à carnibus abstinuerint, nisi vbi in his diebus Natiuitatis Domini festum inciderit, suis intercessionibus continuis, piísque suffragijs, & meritis, ac speciali protectione post earum transitum, præcipuè in die Sabbati, (qui dies ab Ecclesia eidem B. Virgini dicatus est) adiuturam.

Gratissimi euentus fama citissima ad exteras peruolat nationes, & prima per Hispaniæ diffunditur Regna: tota Religio Carmelitarum plaudens gaudio perfunditur: Vlyssipponæ publicatur Pontificium edictum excipitur ingenti cunctorum lætitiâ: Festum indicitur singulare: vacant vltro à causis Tribunalia cuncta: pro gratiarum actionibus publica, & generalis indicitur Processio, tantâ solemnitate composita, & sumptuum magnificentiâ illustrata, vt nec oculus viderit, nec hauserit similem auris.

Hinc tandem educes quàm fuerit de Religione nostra optimè meritus noster Ioannes à S. Thoma, cuius singulari industriâ res tanta in Ordine adepta est, & parta victoria ista. An verò aliqua sapientiæ suæ monumenta dederit scriptis, non habemus qui laboris, & zeli sui merito omnium promeruit calamos, & ora: Eruditæ tamen extant vt nobis relatum est, in Bibliotheca Transpontiniana Romani Carmeli allegationes Manuscriptæ pro sacri Scapularis singulari concessione volumine magno (opus verè marmore dignum:) & vel in Archæo Cœnobij Lisbonensis multa seruantur.

Floruisse habemus optimo Religionis merito dignum, annis adhuc Reparatæ salutis 1624. sub Vrbano VIII. Pontifice O. M. & Imperio Cæsaris inuicti Romani.

DE THOMA PHARIO EPISCOPO.

CAP. CLX.

Anno Christi 1624.

THOMAS PHARIVS natione Lusitanus, eiusdem Prouinciæ filius. Diuinitatis enim instinctu Carmelæi Ordinis Vlysipponæ habitum felicissimus induit. Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ peritissimus erat. Diuinâ, & humanâ sapientiâ supra hominem instructus, exquisiti iudicij & facundæ memoriæ dotes

Relata Lusitana.

ANNO CHRISTI 1624.

mirabili felicitate connexuit in eo Deus O.M. Sed sublimiori virtutum agmine notatus de Ecclesia, & Religione sua optimè meritus, Targensem Infulam, dum Lusitanicæ Prouinciæ Prouincialem ageret dignissimus, adeptus est. Huius ope Episcopis sacræ Carmelææ Marianæ exagitatus valor, & virtus, Pauli V. Pontificis O M. temporibus felicissimo omine exitum optatum maiori gloriâ obtinuere.

Quæ scripserit excellentissimus Virgilianus & Homerianus imitator, præter Lusiadum suarum, libros X. Vlyssipponæ vulgatos, typo meliori, salutis anno 1621. nondum nouimus alia: quæ autem docuerit plurima cernimus.

Florebat candidatus orbi, sedulus Christi ouium Pastor effectus, sub summo vertice Sponsæ Vrbano VIII. & Imperio Cæsaris Romani Mathiæ, anno Incarnationis Dominicæ 1624.

DE ANGELO LEBLANCH.

CAP. CLXI.

Anno Christi 1624.

Relata Parisina.

ANGELVS LE-BLANCH natione Sabaudus, sed Gallicæ Prouinciæ in Conuentu Arelatensi condiscipulus meus amantissimus Cæsaraugustæ, & familiarissima vnoris necessitudine dedi tissimus ex corde Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ disertissimus: Diuinarum, humanarumque litterarum ubertate ingenij clarissimè instructus, Poeta summus & in M. fica peritissimu atte Gratus omnibus, Galliæ Prouinciæ Prouincialis dignissimus, non minus virtute nobili quam sa. ientia illustrissima clarus. Cæsaraugustæ sub Præside Magistro Augustino Nunio à Deiga dillo in nonis actus publicas aliquando omnis Theologiæ in frequentissimo illustrissimo scientiarum Musæo, assertiones, cum orbis stupore, tutatus est.

Multa scripsisse iam sat s iuuenili ætatis flore sapientissima nouimus, & vidimus, tum in sacra Theologia, tum in Philosophia, tum in litteris humanioribus & in Musicalibus extare tamen asseueramus Rhit. ricum elegantissimum de S. Ioan. Baptista, lib II. De vita, & miraculis S. Angeli Martyris hexametro, & pentametro carmine grauiter elaboratum opus. lib I. quod iam prelis emissum credimus. Floruit anno 1624. sub iisdem Pontifice & Imperatore.

DE ANTONIO A SAGRAMENA.

CAP. CLXII.

Anno Christi 1624.

Relata Castellæ Prou.

ANTONIVS à SAGRAMENA, alijs *Marcus Antonius*, natione Hispanus, patria Matritensis; dignissimus nouæ Castellæ Prouincialis, omni vir litterarum lauro decorus: à sacris Calificationibus supremi senatus fidei. Diuinus admodum diuinæ paginæ indagator, sermonúmque declamator velut elapsus à superis Religionis m ritò sa nobiliori redimitus lauro.

Multa scripsit diuini vtilissima verbi Præconibus, præter lecturas suas Theologiæ S. & Philosophiæ naturalis; typo tamen, quod viderimus, tantummodo extat structissima ingenio, eruditione, & spiritu suo concio de SS. Ignatio Iesuitarum Principe, & Francisco Xauerio Indorum Apostolo, quam in Imperiali Collegio Iesuitarum Matriti ad populum habuit, sub festis Beatificationum eorum. Cætera non nouimus ipsi: scimus verò plura prælis iteranda multis scripta reliquisse digna sapientum manibus haberi; fuit enim nostri sæculi inter diuini Verbi Præcones facile Princeps sacri mente à superis illustratus.

Florebat clarissimo sapientis, diuinique Oratoris Elogio dignus, in Regia Curia. Salutis annis 1624. sub eodem Pontifice & Imperatore.

DE GREGORIO CANALI PRIORE GENERALI LATINORVM Trigesimoseptimo.

CAP. CLXIII.

Anno Christi 1625.

ANNO CHRISTI 1625.

Relata Ro.

GREGORIVS CANALI, natione Italus, Venetus patria genere, & nobilibi sanguine satus, sed stemendissimo Virtutum schemate clarior. non minus excellentissimo Religiosæ tempore meratis studio, quàm incredibili scientiarum cul mine fu gidus illuxit orbi. Indolis sacræ dulced ne omnibus se amabilem exhibuit: ob exquisitam in gerendis prudentiam, non solùm à Venetis suis, qui illum velut Angelum Dei excipiebant, & reuerebantur, verùm à summis Orbis Principibus, & quod maius est, à summo Vertice Ecclesiæ Vrbano VIII. Pontifice O M maximi habitus. Ab eo primùm totius Ordinis Vicarius Generalis Apostolicus electus, postmodum anno salutis Christianæ 1625. in frequentissima Carmelitarum Synodo, Transpontinæ in Vrbe celebrata, vniuersi Ordinis applausu Prior Generalis eiusdem est sublimatus. Ante Generalem susceptam Ordinis Præfecturam vniuersam, sapientum amator, & cultor Lucio teste, Incogniti nostri iam tum cogniti Michaelis Angriani de Bononia diuina in Dauidæos Psalmos Commentaria, ad commodiorem methodum redegit iterum, iterumque prælis secundi curauit.

Lucius in Biblioth. Carm.

Prior Generalis Ordinis factus, qui moribus, & sapientiâ nobili effulserat, nobiliori vtroque radio refulsit Ardentissimus virtutis

omnes

Anno Christi 1625.

omnis amator, suique augendi Ordinis zelosus factus ingenuus, sapientiæ, & virtutis dilectores mirificè coluit, eosque præmiis munitos, eorum virtutes, & sapientiam, ad usque sydera extollere fecit. Constitutiones Ordinis, auctas à se, excudi curauit. & earum obseruantiam ad vnguem, factus Trasibulus alter, in Religione constituit, antiquam Carmeli gloriam suo restituens antiquo decori. Quantum strenuus iste Pater pro restituenda antiqua illa Carmeli sapientia, & virtute innata laboris impenderit celebret Germania, Polonia vociret, intonet Italia, Hispania testetur, & prædicet orbis. Quantâ felici pace regiminis gratissimos oppleuerit sui cursus, vna est Orbis vniuersi vox: Imperium (bellè nouit) curam esse salutis alienæ: & Principes non sibi solis, sed sui populi vtilitati, & commodo natos esse, vt Ammianus aiebat, apprime calluit.

Vid. Æmiliū Probum in vita Trasibuli.

Ammian. Alexand. lib. 29.

Huius tempore Magistri Generalis plures eruditissimi Doctores scriptis suis, vel prelis editis, vel manu senous exaratis: & in publicis scientiarum Orbis solemnioribus Musæis, lectionibus, & disputationibus habitis; Ordinem & Orbem & Dei Ecclesiam condecorarunt. Sanctitatis etiam, & Obseruantiæ nitor ille vetustus in Ordine Heliadum vel vna (sic sit fas loqui) in Virgine tantùm, clarus toto in Orbe refulsit, dum Sanctissimus D. noster Vrbanus VIII. Sanctissimam Virginem Mariam Magdalenam de Pazzis Carmeliticæ Obseruantiæ in Conuentu Florentiæ sidus egregium Sanctorum albo censendam anno 1627. decreuerit: & B. Andream de Corsinis Fesulanum Episcopum, Carmelitam item de Obseruantiæ Cœnobij Florentiæ iampridem Sanctorum calculo adscriptum; salutis anno 1629. solemni Canonizationis ritu decorandum meritò censuerit.

Tot tandem sapientiæ, & virtutum radios Carmelæus Ordo, Gregorio Vertice, in orbe diffudit, vt comæ capitis eius viri, hoc est, sapientia, & sanctitate fulgentes non sint pretiosiores fuerint inuenti, sicut cum *purpura Regis*, quæ iustitiæ & rectitudinis fulgor erat sui, iuncta est *Canalis*.

Dierum igitur plenus, & meritorum culmine clarus, post ductum, per annos sex, hac felicissima dexteritate Heliadum currum: post disseminatum verbum diuinum per omnes Italiæ Vrbes, & orbis caput Romam Ecclesiæ sedem suprema & Arcem, (Cælestis diuini verbi præco non sonans sed velut è superis tonans:) post multa eruditionis opera suæ, quæ, nondum, vulgata typo, à posteritate spectantur instruenda; publica sanctitatis opinione, & Vrbis & Religionis ciulatu grandi, perituræ vitæ fœtida deposita mole, fratrem primæ interitus spiritum Triumphatorem reddidit Christo, cuius Tartari anno 1632. sub die 26. Iulij, supremam Romanæ Arcis tenente sedem, Vrbano VIII. Pont. Max. O. M. & Imperio Romano moderante Ferdinando Austriaco.

CANALIO PATRI CARMEN.

Incerti accommodū.

Pace meos rexi; Immunis à munere dicor,
Quid melius potui? Selige posteritas.
Quò mihi fama procax? Stant Acta, Facta, Labores.
Et pretium virtus testis & ipsa sibi est.

DE V. MATTHÆO A CARDONA.

CAP. CLXIV.

Anno Christi 1625.

Relata Cataloniæ Prou.

V. Matthævs à Cardona natione Hispanus, Cathalanus, domo Valdemorensis: Religiosa professione sua filius religiosi Cœnobij S. Mariæ de Salgar. Vir fuit excelsæ virtutis suæ ostentis insignibus, albo, meritò, lapillo censitus in orbe tamquam notus illustrium morum specimine sacro; & veneratus à cunctis: Assiduæ orationis; & contemplationis dulci sibi pabulo iugiter enutriebat se: vtpote qui insomnes vbique noctes sæpè visus est transigere orando, in lachrymas iuges effusus; & suspiria multa ab intimis cordis sui penetralibus emittens. Nituit etiam animæ candore, & humilitate profundâ; vt is qui sæpe pessumdari ab omnibus ardore æstuabat, excelso etiam venerando senio sexagenarij decoratus. A multis fuisse veneratum vt Sanctum Relata à Prouincia Cathaloniæ remissa demonstrant: Adeò fuit superis gratissimus vbilibet celeberrimus iste Carmelita Valdemorensis.

Cælestium ergo amore deuinctus secessam sibi cellulam Conuentus S. Mariæ de Salgar Cathalonicæ Prouinciæ vltimum sibi vitæ domicilium parare perrexit, vt ab omni negotio feriatus Nazianzeno credens tranquillè philosopha etur in illo conscius, se cum Deo, & hominibus simul esse non posse: & Basilium Sanctum audiens, de vita solitaria ferentem: *Solitaria vita doctrinæ cælestis schola, Paradisus deliciarum, fornax vbi cælestis Regis vasa formantur, officina spiritualis exercitij, sacræ militiæ tabernaculum, procinctus triumphatorum exercitus, castrum Dei, campus diuini prælij, mors vitiorum, fomes & vita virtutum, scala Iacob, quæ homines vehit ad cælos, & Angelos ad hominum deponit auxilium, nuptialis thalamus in quo sancti Spiritus annulus tribuitur.* Quæ omnia sibi præsentanea proponens vno in secesso Eremitorio S. Hieronymi

S. Gregor. Nazian. Apud S. Basil. de laud. vitæ Solitariæ.

dicto,

ANNO CHRISTI 1625.

dicto, intra septa Religiosissimi Cœnobij S. Mariæ *de Sugar*, & inter præruptas rupes eminens, non longè ab vndis labentis fluuij *Segre* dicti Hispanè, illò peruenit, vbi assiduâ cælestium meditatione iugiter per annos plures intentus, sexagenario maior voce sanctitatis excelsa acclamatus ab vnnculis, volauit ad astra, datæ salutis per Christum anno 1625 sub Inclyto spiritus determinatu Vrbani VIII. Pontificis O.M & Imperio Ferdinandi II. Austriaci, Cæsaris inuicti. Hæc à Relatis nouissimis, & primis Cathaloniæ Prouinciæ, sæpè citatis à nobis, ad viros inclytæ illius, & Religiosissimæ Prouinciæ. Gesta viri mirabilior in ordine gratiæ omittimus consulto ne SS. D. N. Papæ Vrbani VIII. sub die 13. Martij anni 1625. nos frangere diiudicemur.

DE AMBROSIO DEL VALLEJO EPISCOPO.

CAP. CLXV.

Anno Christi 1625.

Relata Castellæ.

AMBROSIVS DEL VALLEJO natione Hispanus, omnimodæ vir pietatis, & sapientiæ: à sacris Calificationibus, & Consultationibus solij Catholicæ fidei. Post multa officia in Religione felicissimè obita, ex Prouincia nouæ Castellæ vocatus, Episcopus de Popaian primùm deinde ad Insulam Truxillensem euectus mittitur ad Orientis Indos à Philippo III. Hispaniarum Catholico Rege.

Multa credimus scripsisse, eorum tamen titulos nondum accepimus: nostris his eruditior addat.

Florebat claro nomine Religionis, & sapientiæ annis adhuc 1625. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Patronus insignis Ecclesiæ Carmelitarum Matriti & singularis benefactor effectus, æterno Marmore dignus.

DE V. MARIA IOSEPHA NAVARRO DE IESV.

CAP. CLXVI.

Anno Christi 1625.

Ex M S. P. Confessar. suis R P M. Michael. Perotti ab Articulis Magistr. nost. & aliis.

V. MARIA IOSEPHA NAVARRO DE IESV, *Maria Nauarro* in sæculo vocata, natione Hispana, Sauiniani oppidi ex Aragonum Regno honestis natalibus orta: à primo iuuenili ætatis flosculo suæ, virtutum cultrix, & sectatrix ingenua, clarissimi futuri spiritus sui sacra semper pietatis semina dedit: propterea magni habita à viris virtutis, & sapientiæ in Aragonum hoc Regno notissimæ; eximia quorum in Christo dilectione & æstimatione adhuc infantula prosequuta est. Ad sacrum fidei solium (in laboribus à iuuentute probata) deducta, fieri de virtute mirabili, & spiritus puritate in Deo firmissimi periculum, erroris non modo haud conuicta non damnatur, verum virtus eius fundata in Christo nota sublimis, fidei censores egregios ad singularem in Virginem dilectionem, & admirationem aduocauit. A primis sui perfectionis adquirendæ studij gressibus sacris, tantâ enituit humilitate, & maiorum subiectione, vt nec leuissimè pedem admouere sine spiritus sui Directorum (qui in sæculo graues, & sapientissimi fuère viri, notæque virtutis Doctores) consilio aggrederetur, & obedientia.

Maximâ sui despectione semper enixa, de virtute gradiens, in virtutem: post multa, Virginis Mariæ in Conuentu Monialium Cæsaraugustæ ex Obseruantia Carmeli, vulgò *de Incarnatione* vocata, suscepit habitum, & solemnem professionem emisit. Tanto ergo ab ea virtutum candore auidissima, perfectionisque maioris æstuans, effulgere cœpit, vt omnium sororum animos, ora, & oculos, & corda, tamquam clarissimum perfectionis omnigenæ spectrum ad se prouocaret intendere. Rigidissimus pœnitentiis sic corpus conterere iugis fuit, vt incredibile censuisset humanum corpus, tot pati posse, nisi singulari supremo auxiliante fauore, dolores, & grauamina dira. Ieiuniis in pane, & aqua assidua, duplicatæ quotidianæ disciplinæ flagris cruentis, vsque ad sanguinem vberem, corpus attundere solita, inuidum malignitatis Principem Auernæum tantæ virtutis osorem suscitauit, vt toto excitato Orco, omni exquisitissimo tormentorum in eam irrueret occursu: illam aliquando in puteum deiicere, vel ex altitudine domus præcipitem dare, fustibus, flagris, pugnis, horribilibus visionibus, à proposito gestiens, virtutum acquirendarum deterritam, si posset abscedere, cogens. His omnibus in Christi sui virtute deuictis, se supra se tenella Iosephula extollens, de Mundo, Dæmone, & Carne clarissimos semper victrix triumphos, lætissima intonuit.

Iugi diuinorum orationi, & contemplationi feruidæ intenta, singularissimis à Christo, Virgine Maria, & Sanctis, fauoribus & visionibus consolata est: Cælestibus aliquando Christi, Matris eius, Angelorum, & Sanctorum colloquiorum depasta deliciis, humilitate solidè firmata, maiora in dies à superis accipiebat: id vnum assiduè ab Sponso expostulans Amasia dilecta, ne in publicum fauores, vel signo leuissimo aliquando prodirent, nisi dolore patefactæ mercedis, & gratiæ spiritum agere cogi vellent. Adeò celandæ virtutis suæ insudabat studio, vt nec leuiora Magistris nota facere, nisi ex obedientia posset adduci, ita aliquando nimiæ despectionis à Virgine Maria, & Sanctis deuotionis suæ Apostolo Matthæo, & Andrea Telulano Carmelita, se reprehendi intus sensisse fassa fuerit.

Animarum zelo tam fulgida eluxit, vt vel

de

de miseris in inferno degentibus grauissimè dolens, magnos singultus emitteret: Pro in Purgatorio existentibus liberandis, multa pertulit, Christóque orationes, & operum merita cuncta litauit assiduè: Charitate eximiâ in miseros egenos, & languidos adeò se semper clarissimam præbuit, vt aliquando Christum visibiliter suæ pietatis gratulatorem, & remuneratorem præsenserit. Obedientiâ, paupertate, & castitate singularissima pollens, cunctis perfectissimæ Christi Sponsæ se exhibuit exemplar. Viliori habitu contenta, candidam Virginis vestem, non lucidam, nec vanum mundi ornatum imitantem adamauit, sed Christi paupertatem halantibus vestibus iocundabatur; spiritum potius virtutum ornatu splendere festinans, quàm vestis pomposâ vanitate, & cultu beryllare corpus. Virtutisque puritatis adeò se seueram cultricem ostendit, vt nec vel leue vnquam verbum otiosum, ex eius prodiisse ore sit auditum.

Conuersationis temperamenta cælestis, multas sæpissimè in cellula sui collectas sodales prouocabat ad sacræ peruigilia lectionis: ex quo aliquando nonnulla passa tinistra, Iobæa omni sufferentiâ sibi sublatas iniurias superauit & malignantium diros ictus, virilis femina euasit, in silentio, spe & fortitudine sancta, tota quasi imbibita Christo aberat sæpe à sensibus, & terrenis subtracta, cum admiratione sodalium. Cælesti sapientiâ simplex femina, virgoque, ex his quas de Obedientia vocant, affulgens, multa supra sexum intellexit, nonnulláque, spirituum conscia, Prophetico spiritu præuidit.

Tandem grauissimo febris, & dysenteriæ morbo percussâ, diei, & horæ exitus præscia; post graue virtutum relictum exemplar, per annos in Religione sex commorata, (consummata enim in breui expleuerat tempora multa) post suscepta Ecclesiæ sacramenta, hisque corpore, & spiritu roborata, pallore, & macie vultus ab Eucharistiæ sumptione roseo in virore, & velut Angelica in facie mutato: post oscula manuum sodalitij dilectis suarum, die 18. Aprilis datæ à Christo orbi toti salutis, anno 1625. sub Orbis vertice, summo Vrbano VIII. Pontifice O.M. & Imperio Cæsaris Romani Mathiæ Austriaci insignis, ab sui erectione Cœnobij anno duodecimo, hora nouæ pro exitu felici vitæ, à se semper concupita, & à Deo postulata, Monialium, & adstantium eiulatu grandi, ob deperditam gratissimam in terra sodalem, felicissimum tradidit spiritum Christo.

Tantâ igitur sanctitatis voce, à viuis abscessit, vt certatim Moniales, nihil nisi quid de sororis exuuiis Iosephæ caperent, studerent, & cogitarent. Eius indumentorum vel quæ. tanti, vel apud exteros habitæ fuêre, vt in diuersos distributæ populos, etiamnum Marritum addu[illegible], Iosephæ Virginis meritis multa illis mira esse patrata à Deo firmissima fide credatur. Eius corpus in Choro humatum, graui hucvsque Monialium memoria prosequitur honorificatum.

Quæ dix mus, fidelissimè deducta damus ex relationibus vitæ eius factis à R. P. Magistro meo colendissimo Michaele Perez de Artieda nostri Casæ et Carmelis filio, viro vndique integerrimo, qui Mariæ Iosephæ ex speciali Dei voluntate selectus fuit à sacra exomologesi, & spiritus Virginis director assignatus. Huius venerandæ feminæ spiritum comprobarunt, multi & sapientiâ, & virtutibus viri pollentes, inter quos Reuerendissimus D. D. Michael Santos à S. Petro sacræ Inquisitionis solio Catholico egregius Visquisitor, & Iudex postea Episcopus Solsonensis, & item Vrgelitanus, notissimæ virtutis vir, D. Doctor Gaspar Ram Cæsaraugustanæ S. Saluatoris Ecclesiæ Archipresbyter, & Canonicus ex Primario S. Theologiæ Intepete in Vniuersitate Hoscensi emerito, cuius clara sapientia, & Catholica pietas, ab omnibus nota veneratur huc vsque; & R. P. Petrus Perez à S. Iosepho Franciscanus eximij spiritus, & perfectionis claritate celebratus, & notus, & alij.

Gesta grauæ insigniora in Virgine ster. Elogio omittimus recensenda, ne temerè aduersus Decretum SS. D. N. Vrbani Papæ VIII. sub die Martij 1625 scribere iudicemur. Quod si quid contra id in scriptis inuentum sit abolemus & eradimus omnino, stare volentes firmissimè pro Capitis Ecclesiæ mandatis vel minimo semper.

DE PETRO A MATRE DEI.

Cap. CLXVII.

Anno Christi 1626.

Bethicis ex Relatis.

PETRVS A MATRE DEI, alter ab illo de quo actum est anno 1600 Natione Beticus, Doctor Ethologus insignis, & omnis sapientiæ, & eruditionis luce decorus. Publicus Ossunensis Lycei diuinæ paginæ interpres emeritus. At virtutum studiis excelsior: à Confessionibus fuit quondam S. Teresiæ V.

Tandem dierum, & meritorum plenus cùm multa maximè in sacram Scripturam, & Ethologicam seu moralem sapientiam dictitasset, Hispali à viuis abscessit, (vt illinc missa relata narrarunt) salutis anno 1626 sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE D. DIDACO MERINO EPISCOPO.

Cap. CLXVIII.

Anno Christi 1626.

Relatio à Prou. Castellæ.

D. DIDACVS MERINVS Hispanus, Prouinciæ veteris Castellæ credimus filium, nihil enim aliud de viro comperisse valuimus: quidam credidit fuisse natione Lusitanum: id

tamen

Anno Christi 1626.

tamen est inspertis, virum fuisse litteratum, & Religionis Catholicæ sacro stemmate dignum, de Ordine Carmeli optimè meritum: à Paulo V. Pontifice O. M. Montis Pelusij Episcopali Infula decoratum, superuixisse vsque ad Saluatoris Christi Domini annum 1626. sub Vrbano VIII. summo Ecclesiæ Principe, & Imperio Mathiæ Romani.

DE ADRIANO SAREMBIO.

Cap. CLXIX.

Anno Christi 1626.

Relationes a Prou. Poloniæ.

ADRIANVS SAREMBIVS natione Polonus, Cracouiensis patria, in diuinis apprimè vir litteris excultissimus, fidei Catholicæ ingenuus zelo, quem sui vulgò hæreticorum contusorem vno ore vocarunt. Regius fuit eloquij cælestis Concionator in Regno Poloniæ notissimus.

Plura habemus scripsisse, vidimus tantummodo typo Cracouiæ exaratum hæreticorum Malleum, id est, de Sacramentis Ecclesiæ in hæreticos opus lib. I. De arte bene moriendi Polono priùs, deinde Latino axiomate, lib. I. Cætera latent.

Florebat annis Recuperatæ salutis à Christo 1626. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1627.

DE V. MICHAELE A FONTE.

Cap. CLXX.

Anno Christi 1626.

Relat. à Prou. nouæ Castellæ.

V. MICHAEL à FONTE natione Hispanus, ex Prouincia nouæ Castellæ, filius Conuentus Toleti oriundus ab oppidulo Carpetaniæ prope Madrilejos villam. Vir equidem sanctissimo virtutum celsarum candore prænotissimus, mirabilis pœnitentiæ, orationis, & Religiosæ Obseruantiæ clarissimum Archetypon.

Scripsit multa inter quæ vidimus, de Regula, & modo viuendi Fratrum ex tertio Ordine Carmeli, lib. I. De corpore, & spiritu, lib. I. Compendium historiarum Ordinis nostri, lib. I. De Mirandis Virginis Mariæ de Carmelo, lib. I. Catalogum de Illustribus Carmelitis quo nos sumus hic vsi.

Post hæc multa demum sanctitate vitæ decorus, & notus, Toleti inter suos volauit ad alta cacumina cæli, Orbis erepti à lapsu Adamæo, anno 1626. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Post viri decessum Congregatio pia, sculpta effigie Venerandi Patris honorifica funera alia inter hoc Epitaphio prosequuta est.

HIC IACET V. P. FR MICHAEL DE LA FVENTE CARMELI FILIVS, MVLTORVM IN CHRISTO FILIORVM PARENS. VIRTVTIBVS CLARVS: ANIMARVM ZELO FLAGRANS: POENITENTIA INFORMATVS: ASSIDVÆ ORATIONI ET CONTEMPLATIONI DEDITVS. FLORVIT REGNANTIBVS PHILIPPO II. III. ET IV.

OBIIT ANNO M. DC. XXVI. DIE XVII. NOVEMBRIS, ÆTATIS SVÆ ANNO LII.

Teranus in vita V. Mariæ del Aquila §. 9. & fol. 27.

Huius multis titulis venerandi Patris (tamquam de Illustrissimo Magistro, Spiritus & Patre Religiosæ Professionis, & habitus excellentissima V. Sororis Mariæ del Aquila, & Canales de qua loco suo hac Ætate, & Statu dicemus) meminit nobili encomio Doctor Franciscus Lopius Teranus, in vita dictæ Virginis asserens virum esse tanta, tàmque nota Sanctitatis, vt ad trutinam exacti ex animis, pro obtinenda eius ab Ecclesia Beatificatione Patris, illustria virtutum facinora redacta sint, & inter alia mirâ discretione Spiritus effulsisse. Nos autem, ne tantis virtutum facinoribus, citò vulgandis, latissimo sermone, iniuriam irrogaremus nostra solita breuitate, breui hoc velatu transcurrimus illa, alibi vitam & acta tanti Patris latissimè Latio sermone daturi.

Gesta Patris maiora & insigniora opera gratiæ datæ sibi consultò omittimus, ne contrauenìamus Decreto SS. P. & D. N. Vrbani Papæ VIII. sub die 13. Martij 1625. si quid autem in his ad refertur omnino respuimus & abijcimus tanquam non dictum prouoluti ad pedes obedientiæ Christi in capite Ecclesiæ & Vicario eius, in terris Vrbano VIII.

DE FRANCISCO SVARIO A VILLEGAS.

Cap. CLXXI.

Anno Christi 1627.

Ex Relatis à Prouincia Vasconiæ.

FRANCISCVS SVARIVS à VILLEGAS natione Lusitanus, Vlyssipponensis patriâ, Vir in Gallia celeberrimus qui honore, & nomine mirando, pro Aquitanica Prouincia in Generalibus Comitiis Romæ anni 1625. ingenij validissimo clypeo, & mirandæ eruditionis galea firmior, argumentorum tela grauissimorum Vrbis sapientum, cú stupore Romæ, & Theologicæ totius

defensione validissimè contorsit. Burdegalensis fuit Doctor, & Magister Regens & priuilegio quodam speciali, propter altam Patris in scientiis eminentiam, & eminentissimum sapientiæ verticem, à Rege Galliæ in Aquitanico Regio Collegio Burdegali factus Gymnasiarcha perpetuus & Philosophiæ Professor.

Si quæ scripserit, quæ typis vulgata teneantur, nouimus nondum præter vniuersæ Dialecticæ epilogum, lib. I. quem omnes discipuli eius amoris ergò in lucē edi curarunt anno 1622. dicatque altissimo Principi Franciæ Gastoni Ioāni Baptistæ Aurelianensium Duci. Scimus etiam pretiosas prælo missas haberi assertiones de Romano Pōtifice & Ecclesiæ potestate, in hæreticos, Vrbano VIII. Pontifici O. M. dicatas, sub quo floret Carmeli nobile decus, salutis anno 1627. & sub Imperio Ferdinādi Romani Cæsaris inuicti.

DE IOANNE MVNOZIO.

Cap. CLXXII.

Anno Christi 1627.

IOANNES MVNOZIVS natione Hispanus, Celtiber, Cæsaraugustanus patriâ, & Cœnobij eiusdem filius, clarâ, & excelsâ sapientiæ, & virtutis notâ conspicabilis vir, R. P. M. Michaelis Ripol Præceptor scientiarum ingenuus, Venerandus Pater meus ad cuius prouolutus pedes, habitum Virginis Mariæ, & solemnem Professionem indignus accepi, & emisi. Assiduo sacrarum vir exercitamento virtutum, & litterarum intentus ad omnia probitatis officia, paratissimus semper: sui Ordinis augendi zelo semper effulgens. Vicarius Prouincialis Aragonicæ Prouinciæ, bis Prior Cæsaraugustanus, & semel ex præcisæ Obedientiæ Generalis Visitatoris Reuerendissimi Patris nostri Theodori Stractij de quo illico dicemus, vi, Valentinus Carmeli Pastor, qui vtrobique magnâ obseruantiæ, & pietatis supellectile solicito Regimine clarens, clarissima fecit Religionis suæ in temporalibus & spiritualibus incrementa.

Celebrem Cæsaraugustanam Bibliothecam, quam R. M. P. M. Prouincialis Ioannes Heredia celebri structurâ perfecerat, vbertimâ iste librorum selectissimorum gazâ, reextruxit, posthuma perennis gloriæ monumenta ingenij sui, Cedro digna, & leui seruanda Cupressu. Manuscripta in ea præter alia, relinquens: Assiduus ergo litterarum sacrarum incubitor, multa, eaque egregij laboris manúsque, & calami selectione signata conscripsit, etsi nulla huc vsque prelo vulgata videantur: Seruata tamen in præfata Bibliotheca, seram Carmelitarum instruunt semper posteritatem. Extant inter alia, Sermonum de tempore Quadragesimæ, Aduentus, & Sanctis volumina trina, satis eleganti mole composita, grauissimo tamen spiritus, & sapientiæ opere nobilissima. Piorum operum, & orationum, lib. I. qui pro Nouitiis instruendis in Bibliotheca sacra Cæsaraugustanæ Probationis Domus Manuscriptus habebatur. Multa alia scripsit quæ ad notitiam nostram titulis nondum notata accelsēre.

Post multa opera bona, meritorum culmine plenus, felicissimus Cæsaraugustæ decessit è viuis in Christo; purissima Virginitatis lauro redimitus, & verè Christi pauper factus obediens vsque ad mortem ostentatus, Salutis anno 1627. ætatis suæ 65. & Religiosissimæ vitæ 52. Sub summo Orbis Apice, Vrbano VIII. Pontifice O. M. & Imperio Matthiæ Romani Cæsaris.

Eius vitam certè admirabilibus virtutum exēplis decoram, & acta digna sanè omni imitatione conscripsit R. P. F. Bartholemaus Viota Magister morum ad annos plurimos in hoc nostro Cæsaraugustano Carmelo, nosque ex eo transcripsimus vt illustrissimam Patris memoriam traderemus in Relationibus fundationis huius nostræ Prouinciæ, & Cœnobiorum Regni Aragonum & Nauarræ & Valentiæ erectionibus, eorúmque memorabilium & virorum illustrium, quas ex præcepto Reuerendissimi Patris Theodori Stractis elaborauimus & extant manu nostrâ scripta in Archiuo Cæsaraugustano ad perennem temporum memoriam.

DE ALBERTO POLEVITIO.

Cap. CLXXIII.

Anno Christi 1627.

ALBERTVS POLEVITIVS natione Polonus, patriâ, & Cœnobio Cracouiensis, in declamandis ad populum Concionibus sui temporis, sine iniuria, per annos plus quadraginta facilè Princeps: Religiosa vir celeberrimus pietate: assiduus sacrarum litterarum inuestigator.

Ex relatis à sua Prou.

Scripsit, & prelo dedit Latinè Sermonum Quadragesimalium lib. I. de Sanctis, & tempore lib II. & alia, quæ nondum nouimus.

Obiit Cracouiæ liberati hominis à Tartaro duro, anno 1627. sub codē Pontifice, & Imperatore.

DE ANASTASIO GARCIA.

Cap. CLXXIV.

Anno Christi 1628.

ANASTASIVS GARCIA natione Hispanus, Valentinus patriâ, decus equidem Prouinciæ nostræ, imò Religionis vniuersæ, sapientiæ culmine, & ingenij subtilitate sapientium primorum vertice coæquandus. Religionis Archetypon, Publicus Sacratissimæ Theologiæ, & subtilissimus in Valentina frequenti sapientiæ palæstra, Professor. Ocu

ANNO CHRISTI 1628.

latissimus Aragonicæ Prouinciæ Proantistes, Valentini Chorarcha Cœnobij consideratissimus, Ad omne tandem bonarum litterarum studium progenitus.

Etsi in Logicalibus, Physicis, Metaphysicis, & Theologicis multa scripsisset quæ publicè dictatat, typis tamen prelo solummodo habetur, de S. Teresia V. Sermo eruditissimus, fuit enim egregius eloquij sacri declamator.

Tandem doctrinæ, & acumini declamatus nomine nobili, Valentiæ obiit inter suos, salutis exhibitæ anno 1628. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MICHAELE A FORCADA.

CAP. CLXXV.

Anno Christi 1628.

Relata Vasc. Prou.

MICHAEL A FORCADA natione Gallus, Vasco patriâ Candomensis, & Cœnobij eiusdem filius. Hæreticorum malleus semper infractor: apud Xantones prope Burdegalam, vbi diuinum prædicando verbum, ex Lutheranis multos ad Christi Caulam aduocauit, multa est pro fide ludibria passus. Fuit Vasconicæ Prouinciæ Prouincialis dignissimus. Id magè mirère, quod cùm augendæ fidei Catholicæ flammeo zelo semper arsisset, oculis etiam captus, per annos 20 numquam Christi fidei dogmata dare, & sacra æternæ veritatis, & vitæ semina mittere, tum inter Catholicos, tum inter fidei antagonistas destitit acerrimos.

Gallica à T. Iosa relata

Tandem multis vallatus animarum trophæis, sacrisque operibus plenus, Datæ gratiæ à Christo anno 1628. Supera petiit spiritus astra: Sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE IOSEPHO A BARDAXI.

CAP. CLXXVI.

Anno Christi 1628.

Iac. Mur. in excl. p. Cæsaraug. Vinc. Velâsus in tom. 1. Annalium suorum pro Arag. Reg. vbi de Script. Carm.

IOSEPHVS BARDAXI natione Hispanus, patriâ, & Cœnobio Cæsaraugustanus, quem Murilius Franciscanus, & Velâscus virum magnæ vocant spei. Vniuersitatis Gerundensis S. Theologiæ quondam Professor eximius. Diuini ex tempore verbi præco diuinus, motionis spiritu clarens. Per totam notissimus Hispaniam, quem sanè nisi intempestiuâ morte præreptus esset, Ordo noster integerrimum veneratus fuisset vndique virum.

Multa scripsit præter Scholastica sua, de sermonibus, quorum prelo missa requirit de sermonibus Aduentus, lib. I. Quadragesimale optimè duplicatum, lib. I.

Obiit tandem felicissima præuentus vitæ decessione Cæsaraugustæ anno 1628. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1638.

DE ALPHONSO SOBRINO.

CAP. CLXXVII.

Anno Christi 1628.

Betica Relata.

ALPHONSVS SOBRINO natione Hispanus Beticus, patriâ Hispalensis, diuini eloquij declamator insignis.

Multa habemus scripsisse, sed prelo nouimus tantum de immaculata Virginis Conceptione, lib. I. octodecim tractatibus diuisum, in huius Mysterij obtrectatores, ante Pontificale Decretum Pauli vulgatis, anno 1615. Sermonum, lib. I. latam Epistolam, lib. I. ad Hispaniæ Præsules in qua totius Carmeliticæ Classis voce, & nomine nuncupat omnes, quò Summum Ecclesiæ Pontificem, post pedum oscula sacra, exorent Fidei definitionem super Virginis illibata Conceptione Mariæ.

Tandem, post alia, vsui Ecclesiæ vtilissima, felicissima habemus morte habitum, Hispali anno Verbi Diuini 1628. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE MICHAELE A FONTE altero.

CAP. CLXXVIII.

Anno Christi 1629.

MICHAEL A FONTE alter à primo natione Hispanus, ex Regno Toleti vir morũ honestate decorus & litterarum schemate insignis: Fidei Censor, & Toletani Lycei Professor Theologiæ S publicus.

Scripsit multa, vulgauit prelo quæ nouerimus, Theologica lemmata multa & Orationem Funebrẽ in funere cuiusdã magni Ecclesiæ Principis habitã à se. Cætera titulo latent: ista vidimus.

Obiit felicissimus, deuictæ mortis in Cruce anno 1629. sub eodẽ Pontifice, & Imperatore. Toletique in suo Cœnobio sepultus fuit nepos ex Patre alteri V. Patri Michaëli à Fonte.

DE MELCHIORE SOLERIO ABBATE.

CAP. CLXXIX.

Anno Christi 1629.

MELCHIOR SOLERIVS natione Hispanus, ex Cathaloniæ Regno, Cerberensis, patriâ, gentis Heliadæ decus ingenuum

Anno Christi 1629.

nuum, vir sapientiâ pollens, & probitate clarus, qui propter miram in gerendis prudentiam, & dexteritatem a Philippo III. Rege Catholico Caningranensis Abbas, ex Carmelo ad Ordinem Benedictinorum insignem assumptus est. Florebat diuinis exuperati à Iesu anno 1629. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE CRISTOPHORO AVENDANIO.

Cap. CLXXX.

Anno Christi 1629.

Prou. Castel. Relata.

CHRISTOPHORVS AVENDANIVS Hispanus natione, Patriâ Pintianus, eiusdemque Cœnobij fulgor praelucidus, quem suo tempore fine inuidia ore vno Concionatorum Apollinem, & Chrysologum Hispanum vniuersi Sapientiæ Principes Catholici vocarunt, ob mirum ingenij sui acumen, conceptuum affluentiam, dicendi dexteritatem, & eruditionis magnæ exuperantiam, tum in scriptis, tum vocibus ostentatam, cum orbis vniuersi admiratione summa. Diuinarum tum Scripturarum, & Sanctorum Patrum iugis, indefessus, & profundissimus indagator inter Regios sui temporis eloquij cælestis declamatores facilè Princeps, toto celeberrimus orbe, sed notissimus, & veneratione virtutis, & sapientiæ suæ digna, in Regalis Hispanicæ Curia, & in nostro Aragonum Regno, vbi eius ingenua magni pietas Heliadis, & nobilis animarum zelus, solis effulsêre radiis nitidiores; id quod hucusque Cæsaraugusta celebrat omnis: id quod ex clarissimis charitatis, & pietatis in pauperes fuit ostentis vsque ad miracula, nobilissima, & vetustissima Solensis villa vna ex quinque nobilissimis Aragonici Regni veneratur, & colit, & posthumâ perenni semper fama vulgabit.

Huius Sapientissimi, & Catholicissimi Patris Scripta tanti sunt à sapientibus totius Orbis habita, vt prætèrquam quòd eorum multa, adhuc ipso superstite, prælis vicibus quatuordecim recusa, in Hispaniarum Regnis vulgata fuerint: totum lustratura, & illustratura Orbem, suis quisque data linguis, Orientis, & Occidentis Indos, Italiam omnem, Galliam, Poloniam, Hungariam, & cætera iteratis typis peruolauere in Regna: Ex multis à se scriptis, & prædicatis eruditione & spiritu cælesti, almi istius Euangelici Præconis, vulgata prelis, prodeunt Ecclesiæ sequentibus: Sermonum de Aduentu, & Sanctis temporis illius, cùm sermone S. Teresiæ, lib. I. Quadragesimalium, lib. II. Marialium Virginis, lib. I. De Sanctis, lib. II. Erat in mente illius uberius de Æterno Patre luminum cum Trinitatis eiusdem, ex locis diuinæ paginæ compacta, & eâ quâ erga æternum Patrem ardore [illegible] flagrabat, Apostolicum curans Indultum, vt cum Indulgentiis data toto Orbe [illegible] festo, & die celeb[illegible] Æterni Dei Patris festiua solemnitas, ante obtentionem & prælum ad supera, fructuosissimi Ecclesiæ operarij munera sedulus, obiens, clarissima, signatissimæ pietatis viri voce in orbe, à Deo Patre vocatus est, grandi Regalis Curiæ fletu. Incepta alia multa opera relinquens, quæ prela si videant feraces reddent, & edent in Ecclesia fructus salutis anno dicto 1629. Madriti, vbi honorificentissimo exequiarum cultu, inter suos tumulatus est, sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1630.

DE V. DOMINICO RVZOLA.

Cap. CLXXXI.

Anno Christi 1630.

Relata à Discalceatis Patribus perita & a suis fontibus Cœnobij nostri Cæsaraug. & Bilbilitani vbi professionē & habitum adolescens accepit; imò à citandis infrà.

VDOMINICVS RVZOLA natione Hispanus, Celtiber, patriâ Bilbilitanus (in Diœcesi quæ est Turiasonensi, Ciuitas insigniter diuitiis abundans.) Hoc viro potione grauida mater, ardentem facem, pueri in ore ferentē & totis gaudentem tete orbi, quo plures ad Deū animæ ab eo traherentur aliquando vidit. Paulò item ante pusionis tenelli ortum, se insomnem, & vigilem, noctu sæpè cælestes cantus audiuisse, suauissimósque percepisse testata est odores: hinque refectam adeò, vt neque se grauidam, nec in partu fœtus vnquam molestias expertam esse, suauem imò requiem semper, dulcéque sensile leuamen, quæ omnia futuræ pueri sanctitatis clarissimum erant ostentum. Primæ ætatis nobilioribus documentis à patribus instructus, lactens adhuc, altioribus ætate virtutibus effulgere cœpit, ieiunio enimuerò iam delectatus, semel lac in Sabbato sugere at. A puero ergo multis iam à Deo fauoribus signatus, Angelum, inter alia, Magistrum Orationis suæ, vel in pueritia recipere meruit, qui eum toto vitæ tempore, vsque ad mortem ad orationem noctu singula vigilem faceret.

Vixdum quartum decimum ætatis suæ impleuerat annum, sese cùm ad Religionem B. V. Mariæ de Monte Carmelo, in Conuentu Obseruantiæ Cæsaraugustano recepit: vbi per annos plus minùsve decem & octo, multa virtutum, & sapientiæ exempla præbendo, vitam feliciter exegit. Libente tamen tempore spiritu feruide accrescens, arctioris vitæ desiderio Discalceatorum Carmelitarum in Conuentu Pastranæ habitum & Professionem assumpsit Nouo inde primo Obseruantiæ, & secundo hac feliciter pastus generoso acceri[illegible] in dies virtutū genere, tumore sanctitatis magno per totum Hispaniam celebrari cœpit. Cumq. vir Dei Euangelicæ prędicandæ doctrinæ zelo nimis in dies ardetet, post munia inter Discalceatos munia felicissimè peracta, Romam appulit, vt obtenta Apostolica benedictione flagrans Martyrij desiderio inter Barbaros, & Infideles Euangelica semina daret: at detentus in Vrbe & ad Congregationem Discalceatorum Carmelitarum Italiæ aggregatus, illius Generalis vniuersæ Religionis,

Te[illegible] populi,

ANNO CHRISTI 1630.

populi, Romanorum Principum, immò Summorum Pontificum Clementis VIII. Pauli V. Leonis XI. Gregorij XV. & Sanctissimi. Vrbani VIII. qui vna voce *Sanctum* eum appellabant, applausu, selectus est.

Miranda ab hoc tempore, ingentia, & inaudita prodigia, quæ Deus eius intercessione patrauit, vbique nota gentium & innumera sunt. Contractam totis artubus Monialem, repente pristinæ asseruit sanitati. Sed id quod multis est memorabile seculis, Pragico bello portentum, à se factum, gestit animus enarrare; Etenim belligero insidens Dominicus noster equo, tanquam strenuus miles Catholicam dirigens aciem, eámque in verbo suo, corroborans sacrâ Crucifixi, & Virginis Mariæ imagine, flammas igneas veluti, rutilas emittentibus à se, quibus dum terrebantur hostes, Catholicorum corda maioribus animositatibus ad bella solidabantur victoriam ab innumeris infidelibus, cum fideles paucissimi numerarentur gloriosissimam reportauit. Ex quo factum est, vt tantâ illum veneratione Ferdinandus II. Romanorum Imperator (ad quem à Gregorio XV. super bella in hæreticos indicenda Apostolicâ legatione fuerat amandatus) prosequeretur, vt eum tanquam sui spiritus directorem, & Patrem auscultaret, eique vt obsequentissimus filius obtemperaret, & veneraretur. Non minoris habitus ab Infantissa Flandriæ & Archiduce coniuge eius, Hispaniæ, & Galliæ Regibus, Principibus, & Rebuspublicis Europæ Catholicis, ita vt certatim virum tantum, vt multa veneratione prosequerentur quæritarent. Vidimus nos satis ætate nostrâ pueruli vniuersa populi confluentis ad eum, transeuntem ciuitatem Turiasonensem veneratione prosequutú, sanctitatis clarissimæ, eiusque vel habitus fimbriam tangere quemque, sorte tenere gratum.

Post multa, ad instantiam Ferdinandi II. Imperatoris, & Imperatricis, totiusque Imperialis curiæ, iterum ab Vrbano VIII. salutis anno 1629. in Alemanniam remissus, itineris labore grauatus (erat enim hic iam senili nimis constitutus ætate) graui morbo percussus Viennam appulit Austriæ, vbi exceptus sicut Angelus Dei, à Cæsare in Regia aula, eius Angelicis verbis vt frequentius frueretur, gratissimo hospitio receptus est. Non post multos dies, (cùm ad Cæsares de cælestibus, vt mos erat Patri, multa loquutus esset) omnem Regiam, videlicet Imperatorem, & Imperatricem, Hungariæ Reges, Aulicas nobilissimas feminas, Imperialis Curiæ Principes, & Consiliarios omnes, nullo relicto, Sacrâ Virginis Epoide Mariæ de Monte Carmelo decorauit, & in sodalitium sacri Scapularis Mariæ adscripsit.

Pluris in dies habitus, & veneratus, inualescente tandem morbo, multa de Deo, Virgine, & cælestibus mente versans, & ore, miræ patientiæ, & multiiugæ virtutis, omnibus serenissimo in aduersis corde monstrauit: Sacramentis Ecclesiæ, in ipso palatio munitus adstantibus Cæsareis Maiestatibus, & Imperij Proceribus, ipsóque Imperatore, flexis genibus, lotionem aquæ, bysseumque linteum summâ viri veneratione Patri ministrante, cum multa erga Deum, amoris exempla in susceptione tanti Sacramenti, qua par erat deuotione spiritus puritate, & præparatione facta dedisset, tantaque fuisset, vt circumstantes ad luctum prouocasset ingentem, ad lectum Beatissimi Patris pulunar Imperatore, vt filio dilectissimo inseparabiliter accumbente, lacrymisque ob tanti Præceptoris, & Patris amissionem notabiliter effuso, post ecstasim trium dierum vná, & octo alteram, in qua meruit à Beatissima Virgine Maria consolari, & ad agonis extremi dolorem communiri, post prænunciatum felicis exitus sui diem, post exoratam Cæsaream Maiestatem de pace Italiæ curanda, die 16. Februarij anni Orbis liberati 1630. Sub Summo Mundi bis alfatio Vrbano VIII. & Romani prædicti Cæsaris Ferdinandi II. Imperio feliciter in Christo spiritum emisit, coram adstantibus Imperatoribus, & Imperialis Curiæ Principibus cunctis, Corpore mira pulchritudine conspersio, & velut vegetiore, & puriore manente.

Post hæc celeberrimâ funeris, Imperatore dignâ, sepelitur in suo Cœnobio pompa, vniuersa populi, sanctitatem Patris acclamantis, veneratione, & vniuerso vndique gentium ad eum confluentium occursu.

Scripserat pauca Ecclesiasticis negotiis compeditus, sed tamen extat de Mystica Theologia, lib. I. De tribus viis ad Deum lib. I. Directorium bene moriendi, lib. I. Cætera, si quæ sunt, haud habere potuimus adhuc.

Quæ diximus cuncta fidelissimè damus ex Relationibus ab Alemannia, & Italia Typis Barchinonæ vulgatis, tum ex relationibus acceptis Cæsaraugustæ à Religiosis Cœnobij nostri, maximè dum viueret à R. A. P. N. Magistro Ioanne Munozio qui V. P. Dominico Connouitius in adolescentia fuerat, in domo hac nostra Probationis Cæsaraugustana & prouecta in ætate intima necessitudinis coniunctissima familiaritate connexus. Maiora posteris tito cuenda relinquimus, nos hac breui, pro instituto nostro, Anacephalæosi contenti: Vitam & Patris acta insignia longiori relatu daturi dante Deo in nostro de vitis Sanctorum Carmeli Opere Hispanico.

Expecta grate lector de egregiis virtutum facinoribus Patris Venerandi, Relatum profluum, luci mittendum breui ab hinc temporis spatio, à Discalceatis Patribus nostris.

Si quid vel minimum hoc in elogio & Capite aduersum Decretâ SS. Patris nostri Papæ Vrbani XIII. sub die 13. Martij data anni 1625. irrepserit, volumus abolitum & deletum omnino & tanquam non dictum decernimus esse.

DE FRANCISCO ROMERO EPISCOPO.

CAP. CLXXXII.

Anno Christi 1630.

FRANCISCVS ROMERO, natione Hispanus Carpentanus, patria Matritensis, & eiusdem Cœnobij lumen egregium. Vir sapientissimus &

Relata Castellæ.

claro

ANNO CHRISTI 1631.

claro Religionis, & Ecclesiæ nomine notus. Episcopus Bexebensis. Dominus, & Comes de Zeme in Regno Lombardiæ. Scripsit, & typo dedit, tantùm quod viderimus, Elogium Domini Antonij Atoztequi S. Iacobi Equitis, &c.

Florebat cum hæc prima exarabamus manu Matriti, Orbis de Tartaro erepti anno 1630. sub eodem Pontifice, & Imperatore. Obiit ibidem anno 1635. Et honorifico inter Carmelitides suos Sarcophago contectus est.

DE FRANCISCO A XODAR.

CAP. CLXXXIII.

Anno Christi 1630.

FRANCISCVS A XODAR, natione Hispanus, Beticus, patriâ Vtratiensis, vir quidem excellenti præditus ingenio, quem Carus primæ eruditionis virum vocat, in quo inter ornamenta ab ineunte ætate ad inuidiam vsque parata, ditissima omnis sapientiæ gemma reluxit: facundiâ facili præditus, in gerendis expeditus, & celer: Catholicæ fidissimus Religionis amator, strenuus Philippi III. & IV. Regum Hispaniæ Catholicorum a Concionibus, & in rebus quas vocant *de Estado* Intimus Philippi Quarti Consiliarius, à Calificationibus Supremi Senatus Inquisitionis, æquus factus est librorum Generalis expurgationis ann. 1613. Censor, Iudex, & elimator.

Relat. Cœn. Matri. & citaud. infra.

Is fuit, Gundisaluo dicente, qui infracto animo, & spiritu miro in extremo Regis halitu vitæ, Philippo Tertio adstitit in fide eum quam semper fuerat firmissimè Catholica professus, solidans, in laboribus, & agone eleuans extremis, fiduciam in Deum adaugens, & ad felicem animæ exitum animosum reddens.

Ægid. Gundis. Dauila in magnalibus Matriti, vbi de morte Philippi IV.

Plura diuini sui ingenij, & elegantissimæ facundiæ habemus posteris scripsisse: prelo ex his posteritas habet, hucvsque: Pro defensione aduentus sancti Iacobi in Hispaniam, lib. I. elegantem quinq. firmissimis discursibus compactum, cedro sanè dignum porritisque & marmore optatum. Exercitiorum spiritualium, quæ habentur in Regali Discalceatarum Virginum sacrimonialium Matriti Cœnobio in gratiam Serenissimæ Infantissæ Hispaniæ Philippi III. Regis sororis, lib. I. De patronatu Hispaniæ à D. Teresia Virgine, sermonem coram Philippo IV. Hispaniarum Rege, lib. I. Multa præter hæc desiderantur in dies, si vita superstes fuerit, ab anno salutis 1630. quo prima hæc manu describimus, sub eodem Pontifice, & Imperatore.

Sed heu, obiit! tamen felicissimus in Christo Matriti anno 1635. Et inter Carmelicolas suos ibidem honorificentiâ Patris tanti dignâ æquè contumulatus.

***

DE IOANNE PINTO A VICTORIA.

CAP. CLXXXIV.

Anno Christi 1631.

IOANNES PINTVS A VICTORIA, natione Lusitanus, patriam habuit Insulam *de la Madera*, sic vulgò vocatum oppidum, sed filius Professione fuit Conuentus nostri Valentini, & Prouinciæ nostræ dignissimus Prouincialis, vir expertâ dudum doctrinæ, ac virtutis cumulatus laude, indiuiduus comes V. Patris M. Fr. Ioannis Sanzzij, eique à Confessionibus aliquando.

Multa scripsit, tum Theologica, tum Philosophica tum de alijs, & de concionibus: Typis tamen extant De vita V. Patris præfati Ioannis, lib. I. Vita V. Principis Macedoniæ Petri Angeli Zernobichij. Vitas filiarum spiritus V. Prædicti Ioannis quarum meminimus suprà Monarchia Carmelitana, lib. I. Concionum de Sanctis Ordinis in ea, lib. I. Historiam, & Encomia Diuæ Elisabethæ Lusitadum Reginæ, Arragonúmque Infantissæ, vnicâ concione perstricta, lib. I. & alia quæ nondum vidère typos quæ quidem veneratione habentur, in insigni Carmelitarum Valentina Bibliotheca.

In Elogio V. P. Io. Sanzij.

Tandem claro virtutum nomine insignis, Valentiæ à viuis abscessit, salutis anno 1631. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE ANTONIO VAZQVEZ.

CAP. CLXXXV.

Anno Christi 1631.

ANTONIVS VAZQVEZ, natione Hispanus Bethicus, Gerecensis patriâ, litterarum, & virtutum clarâ trutinâ excultus, Fidei Censor Magnus, Indorum Catechista supremus.

Bethica Relata.

Plura dant nobis scripsisse, extat typis, Cæli Pharus, lib. I. profundissimâ eruditione, & spiritu animos ad astra deducens. Aggressus est item pro inuicta laboris, & studiis mole de Indiæ descriptione opus, quod ad astra vocatus climate nequiuit.

Obiit salutis annis 1631. Hispali, in suo Cœnobio, ibique sub eodem Pontifice, & Imperatore tumulatus est.

DE MARCO GVADALAXARA, ET XAVERIO.

CAP. CLXXXVI.

Anno Christi 1631.

MARCVS GVADALAXARA, & XAVERIVS, natione Hispanus, Celtiber, Cæsaraugustanus patriâ, eiusdémque Cœnobij filius. Reli-

ANNO CHRISTI 1631.

giosa, pietate, vir candidè elucens. Adeo Religionis suæ amans & Ecclesiasticis historiis deditus, vt labore infatigabilis lectionis, & scriptionis suæ demulctus peruigilio iugi noctes omnes penè traduceret insomnes.

A Canonicis horis nunquam in Choro persoluendis vacans, noctu, diéque (erat enim vir pietate probus, & probitate plenus augustà) ex iugi vigiliarum suarum officina, seræ posteritati sequentia insignia opera dedit, Pario ferè marmore digna. Catalogum SS. Ordinis Carmelitarum, Catalogum Indulgentiarum, & gratiarum eiusdem. Thesaurum spiritualem Ordinis Carmelei, lib. I. in quo concinno, & breui calamo, multa Carmeli percinxit Encomia. De exilio Agarenorum ab Hispania, anno salutis 1610. facto, lib II. De vitis, gestisque Pontificum hoc est Leonis XI. Pauli V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. nunc sedentis Quartam quam vocant, & Quintam Pontificalem volumine bino, sed multis libris contextas. Hæc omnia typis vulgata perlegit & ipse. Scripsit item & elimauit sed morte acceptus, ad typos adducere non valuit, Stupenda vitæ, & mortis facinora S Mariæ Magdalenæ de Pazzis Carmelitæ Florentinæ, quæ Puzzinus quidam Iesuita nobili probitate, & sapientià decorus Auctor Italico conscripserat, traduxit in Hispanum, lib. III. quos apud nos, statim si vita comes fuerit prelo prodituros, habemus. Apophthegmatum eiusdem sapientissimæ Virginis collectionem libello I. De Arte benè moriendi, lib. I. quem habemus manu suâ scriptum. Vitam, & acta V. Martyris Christi Martini Arbues, cognomento Mastrepila, lib. I. Vitam S. Alberti Drepanitæ de quo supra longo eruditionis & sacræ historiæ stylo exaratam quam habemus apud nos, lib I.

Quibus peractis, remuneratis laboribus suis vel à Philippo IV. Hispaniarum Rege Catholico, annuo bis centum ducatorum pensu, ad astra volauit, potiora perennia virtutum suarum præmia percepturus. Sub eodem Pontifice, & Imperatore: & in suo Cæsaraugustano Cœnobio anno salutis tumulatus 1631. Hanc à nobis amoris ergò inscriptionem pro tumulo accepit ante humationem.

Hic studiosus erat, studiis intentus & ardens
Relligione vigil, & probitate bonus.
Marmore sub gelido contectus lucet & ardet
Qui sic effulsit alta per astra volet.

DE V. AVGVSTINO NVNNEZ A DELGADILLO.

Cap. CLXXXVII.

Anno Christi 1631.

V. P. Avgvstinvs Nvnnez a Delgadillo, natione Hispanus, Bethicus, Caprensis patrià, Cœnobij Granatensis filius, imò Orbis vniuersi iubar, sapientiæ pharus, & purum pietatis far: Magnanimus fidei Catholicæ zelator, & pugil insuperabilis, Ecclesiæ ad animarum firmamentum columna: Huic suppatem nullum suo tempore sapientià, & diuini Verbi declamatione, inuenit Orbis, & Ordo. Vixdum vigesimum ætatis attigerat annum, cùm publicus factus est Philosophiæ in Ossunnensi Musæo Professor, vno Ciuitatis ore conclamatus. At ad altiores in dies meritorum, & scientiarum gradus ascendens, sacratiores Orbis pergulæ, & Palæstrarum sapientiæ Cathedræ potiores, certatim habere virum contendebant.

Ex Betica Valentiam adductus, pro verbo prædicando Christi, siluit terra in conspectu eius, conticuêre sapientes, intentique diuini Præcones Orbis ab eo ora tenuère, cælestis orationis, & spiritus sui filo suspensi. Cæsaraugustam inde vocatus in eius Xenodochio Regali (res singularis multis memoranda diebus) cum stupore Aragonicæ gentis, quatuor habuit, inconcussâ annorum serie, ad populum Quadragesimales cursus, grandi animorum fructu, & lucro [illegible] eleemosynarum Xenodochij illius generalis (quod primæ gaudet in Orbe nomen pergulæ sacræ.) Cumque viri miranda sapientia, mirabiles in Augusta Cæsaris vrbe, & inauditos sanè nitidos sapientiæ radios committeret, Imperialis Iuratorum, quos vocat Patriæ Patres, Senatus, tanquam Illustrissimi frequentis Musæi Patronus & Mæcenas, singularem Patri Cathedram instituit, annuo duplicato Ducatorum cêsu, pro eo quod publicè ipse ibi sacratissimam Theologiam edoceret: inaudito id quod præstitit abundè auditorum occursu turmatim (sine inuidia dixerimus) cæteris primis Præceptoribus relictis, confluentium ad eum, qui eosdem sapientiæ suæ, tanquam ingenuarum scientiarum Primogenitum, fulgores, iam in Lyceo Cordubensi persuderat.

Post hæc Regio compulsu à Regali tota Hispaniarum vocatus Catholica Philippi Curia IV. non Regis tantùm ibi Concionator effectus, sed Concionatorũ Rex (id quod munus vt & omnes omnimodo oblatos honores sæpissime, toto vitæ tempore constantissimè recusauit: ne, vt ipse dicebat, Episcopus fieret, potiùs enimuerò (frequens erat illi loquutio hæc & parœmia sacra) mori quàm fœdari, si fortè animarũ cura volebat. Prouectiore dicendi spiritu obfirmatus, omnium animos ad Christum faciebat verbi & operis exemplo intentissimè halantes. Personabant in eo dicente in Pergulis, vel in scholis suauissimi sententiarum concentus: & eruditionis supernæ cumuli ab eius perenniter ore defluebant: ita vt Scholastici, & auditores omnes (non aliter quàm olim de Timæo, Alexandrum Phrygio cantu ad bella concitasse iactatur) ad virtutum, & litterarum palæstram concitarentur.

Illud in diuino Viro verissimum oculis hausimus, & mente percepimus, quod difficile cunctis, in suis concionibus, Præconibus vetustis Orbis nouitatem dedisse: nouis auctoritatem, sapientiam, & os: nitorem obsoletis, obscuris di-

ANNO CHRISTI 1631.

uinæ Paginæ, & Sanctorum iocis, lucem solis luce nitidiorem: fastiditis gratiam: Olorinos vetè semper cantus emittens, vsque ad vltimam vitæ suæ felicissimæ auroram, in qua canēs adhuc opere, in Pergula sacra, verbóque docens, viri cælites vltima trophæa Patri ceciñere gaudētes: eo quod stupefacta ad dicentem natura, oloretque virtutis innumeri eorum mutata requiete fecisset vitiorum flumina in multis, quos innumeros ad gratiam traduxit à culpa. O quantus in Rhetorica erat! Quantus in dicendi genere vario! Quid si ad decorum Sophiæ omnis Sanctorum viri accessissemus puluerem colligendum? Nullibi certè gratius Deus, Beatissima Virgo Maria, & cuncti, vt flores campi, & conuallium lilia, resloruêre Cæligeni, quam more, pectore, & linguâ Patris, quæ velut in amœno viridario facinora eorum pulchre virere, & nitere bellè faciebant. Fuit ei magna fœcunditas ingenij, quo potens erat superis volitare per auras: tenax memoria; ferax verborum seges; sed operum feracissimi manipuli, adeò vt facilè illud Poetæ accommodum iure faciamus.

Facundiæ accommodū

Dum loquitur vomit ore faces. Nunusq; coruscat
Fulmina verborum dum tonat ore Deum.
Inscius est, sed enim solâ qui luce refulget
Verborum: exemplo fulminat ille magis.
Lingua igitur Magnus, Calamo sed maior, at Orbi
Plus est quod vita maximus ille fuit
Discite qui colitis Cali sententia: namque
Aures verba liniunt: pectora pulsat opus.

Etenim non solos Ecclesiæ Magnus *Delgadillus* litterarum perennes haustus propinabat; verùm amœniori linguâ, ingenio, & manu, spoliata omni eruditionis gratiâ recreabat Orbem: vtrumque verè in tanto Doctore Magnum, in vtroque fuit ille verè Maximus suo tempore in Orbe; id quod nitidæ disputationes, & concionationes eius admirabiles portendebant. Igitur hoc nobis de inopportuna eius morte solatium erit, quod ex vitali eiusdem tumulo, velut ex animato Phœniceo cinere, fauillæ in violas, in virentia, ac viuentia lilia mors ipsa reflorescet, viuum semper in calamo præbens nobilem virum.

Ex innumeris ergo assidui laboris sui peruigilijs (quibus, si vulgata prælo potiantur, in regiam gazam eruditionis, doctrinæ, & spiritus cælestis semper vniuersus accresceret orbis) sequentia scriptis habemus magno æstimata valore, & immenso venerata cultu

In primis in Psalmum 17. *Diligam te Domine* Expositionem clarissimam, cui titulus *Iustorum victoria*, lib. I. ad excellentissimum Ducem de Cardona Quadragesimalium concionum, lib. II. Alphabetum spirituale, lib. I. Hæc sunt traducta prælis. Manuscripta autem hucusque sequentia quoque reliquit, vt ipse testatus est.

In prologo lib. I.

Sponsalia Christi & animæ, Tom. 5. super Psalmum 44. *De Christi amore erga animam* Tom. I. *Calcar amoris diuini*, Tom. I. *Anima Christo sancta*, Tom. I. *Nuptiæ Christi & animæ* Tom. I. *Status animæ*, quinque voluminibus digestus, è quibus is titulus primo; *Anima sine fide*: secundo *Anima cū fide, & peccato*. Tertio, *Anima exaestuans, sed præpedita*. Quarto, *Anima pœnitens, & propensa*. Et quinto, *Anima iustificata*. *Fames Dei*, Tom. I. Vitæ breuitas Tom. I. Fortitudo animæ, Tom. I. *De excellentia humilitatis*. Tom. I. *Vincula amoris* super *Pater noster*, Tom. I. *Amoris querimonia* Tom. I. *Inconstantia fortunæ* super Euangelio diuitis Epulonis Tom. I. *Tactus diuini*, super Euangelio filij, qui dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè, Tom. I. *Communionis vtilitas* Tom. I. *Maria sine originalis culpæ labe concepta*, Tom. I. Innumerabilium concionum tum Quadragesimalium, tum de sanctis, & aduentum sis plures, quorum cælestia diuini verbi miracula sapientiæ, & spiritus semina, toti Hispanicæ ditioni feruido animarum zelo incensus emiserat, & infatigabili Euangelizandi studio ardens, tradiderat.

Præter hos, Scholastica Philosophiæ, & Theologiæ peruigilia, Ossunæ, Granatæ, & Cæsaraugustæ publicè data, & tantâ audientium æstimatione, & sapientissimorum virorum applausu singulari recepta, vt cùm ea typo adducere non valuisset, iteratis infinities transcriptis toto fuerint diffusa per orbem, & in Vniuersitatibus Hispaniæ, & Galliæ, vtriusque Alemanniæ, & Italiæ repetita Doctorum lectura decorata.

Posthæc & multa alia trophæa insignis honoris, virtutis, & sapientiæ, fœcundâ parta manu, Fide clarus Catholica, spe diuina munus, ignita in proximos inflammatas charitate Christi accensus amore, fundatus humilitatis vertice summo, & omnigeno strenuè nitidus exercitamento virtutum, trigesimo sexto suæ Euangelizationis anno, cum vnâ eadémque die S. Annæ encomia ad populum habuisset coram Philippo IV. Catholico Hispaniarum Rege (quod fuit vltimum gloriæ trophæum vitæ Patris;) & sacra altaris libasset, omnibus Ecclesiæ communitus Sacramentis, Matriti felicem (heu! dormitabat lex: *Excellens in arte non debet mori*.) spiritum egit: cui mors obesse non potuit, eo quod odor vitæ, & prædicationis illius, Orbis vniuersi prædicabilis ore, omnem mortis fœtorem aboleuerat, nec valerent cadere in eo virtus, & eloquentia, dum ampliùs in se loquens est, quia, nec loquens, eò inclamat altiùs, quò altius silet: nec vitæ functus à munere non defungitur, qui nec tam terris sublatus, quàm raptus cælis est, vt perennis gaudeat quibus meritò coronatur in astra, à salutis anno 1631. ætatis suæ 59 sub Apostolicæ infulæ à Christo datæ Æquilibrio Maiore Vrbano VIII. & Romani Cæsaris Ferdinandi II. Imperio.

Can. iuris ff. de pœnis L. 31. Ad bestias.

Funeri Patris cui vniuersæ Regalis Philippi IV. Catholici Hispaniarum Regis Curiæ Religiones, cum tota Hispaniæ nobilitate prima, cum vt sanctum acclamantes adfuêre: solemnissima habitâ die Augusti II. anni præfati in funeris pompa Concione, à RR. & sapientissimo Patre, Domno Placido Mirto Frangipane, ex Clericis Minoribus, quæ typis Carpentanæ Mantuæ vulgata, & Abbatissæ Discalceatarum Ordinis Seraphici Matritensi Ludiæ ab Stigmatibus sacris dicata, famam Patris nostri posthumam, toto perennat orbe.) Sui ergo illum hic honorificentissimè tumulatum parentarunt:

Si fas viuendo calestia scandere cuiquam est,
Huic soli cali maxima porta patet.

Vide nostrū si iuuat de vitis SS. Hispanicæ Lucum.

At nobis in grati cordis significatione, & pignus amoris sic addere tumulis & iure dare iu iat:

Anno Christi 1631.

Incerti accommodú.

D. O. M. L.

Siste Hospes: virtutum operosam est cernere molem
Ingenij: posuit quam pretiosa manus.
Ingredere hinc Sophiæ sedes, & Apollinis Aulam:
Serta vides: lauros collige: sume lyras.
Perge: sepulta vides clarissima pulpita Mundi,
Ista triumphales dant monumenta togas.
Hæc NVNIVS *refert sic iam spectacula: secum*
Hæc habet in tumulo quidquid in Orbe micat.
Siste hospes: cerne hæc decora: hæc miracula: siste,
Quod videas maius non habet Orbis opus.

Nihil nos hoc in Elogio césemus scripsisse quod ex animo aduersari credamus Decreto SS. D. Papæ nostri Vrbani VIII. sub die 13. Martij anni 1625. si quid tale tamen deprehensum sit omnino reiicimus & abolemus stantes proni decretis summi Verticis Ecclesiæ.

DE ANTONIO OLIVAN A MALDONATO.

Cap. CLXXXVIII.

Anno Christi 1631.

ANTONIVS OLIVAN A MALDONATO, natione Hispanus, Celtiber, patria Cæsaraugustanus, & Cœnobij eiusdem clarissimi conspicuus nitor, & decus. Vir sanè religiosa pietate, & prudentia animi toto venerabilis æuo Fuit Vicarius Generalis Aragonicæ Prouinciæ, & Cœnobij istius Cæsaraugustani Prior dignissimus.

Assiduo sacrarum scripturarum indefessus opere, & studio, multa laboris sui, suóque ingenio, & genio digna opera, & studio, profutura posteritati perfecit, & elimauit: Verùm id quod virum sempiterno reddet marmore nobilem, duo sunt illi, fœcundissimi ingenij eius fœtus librorum, queis titulus vnus sic: *Morale moderamen spiritus*. Hispanicè *Gouierno moral del alma*, lib. II. Opus multâ verè sapientiâ, eruditione, & pietate graui refertum, typisque Barchinonæ datum anno 1623. & quod credimus semel, iterúmque recusum. Scripsit etiam alia plura, quæ nondum prelis emissa, in celebri hac nostra Carmeli Cęsaraugustani Bibliotheca, grandi pretio pensa seruantur, ad ingredientis ęquam proficua multis, & nobis: Hæc sunt sermonum Quadragesimalium, lib. II. De Sanctis, lib. II. & alia insigni à se confecta Mineruâ.

Post quæ felicissimus occubuit in Christo celsúmque petiuit Olympum, salutis an. 1631. sub eisdem Pontifice, & Imperatore & inter suos honorificè sepultus est. Quem amoris ergò tanquam cordis amicum sic fleuisse delectat istâ

MONODIA.

Funde gens Carmelo potens
Ibera lachrymas, nigro
Et syrmate corpus tege.
Largè gemens
Effunde sinus:

Sic nato orba solet parens,
Sic patre puellula orba:
Sic & vidua lachrymans.
Heu! ferus dolor.
Casus, heu miser!

Mortis impetu luridæ
Lux vna iacet subito,
Cuius omnibus nitidum
Affulsit iubar,
Sacratis choris.

Qui vultu placido suos
Semper continuit, piè
Virtutes omnium leuans:
Dignus munere,
Plenus numine

OLIVANVS.

DE

DE ALBERTO CZEPELIO.

CAP. CLXXXIX.

Anno Christi 1631.

Ex relationibus à Prouincia Poloniæ.

ALBERTVS CZEPELIVS, alij Cephelius, natione Polonus, Cracouiensis patriâ, eiusdémque Cœnobij filius: Vitâ, vt habemus, & moribus vir venerandus: Sapientiæ genere vario notus.

Multa scripsit, extant tamen dedita typis, & nobis nota relatu, Latino poemate & Polono metrum prosâ, Vita, miracula, & transitus S Mariæ Magdalenæ P. 22... lib II. Si quæ alia vulgauerit auolat adhuc, at tempus expectandi multa ad Orbis decorem si vita superstes et furtiter d... no quo hæc scribimus salutis 1631. sub eodem Pontifice, & Imperatore.

DE V. MARIA DEL AQVILA.

CAP. CXC.

Anno Christi 1631.

Franciscus Lopius Teranus.

V. VIRGO DOMNA MARIA DEL AQVILA, ET CANALES, natione Hispana Carpentana, oriunda ciuitate Toleto, ex nobilissimo Aquilarum ibi sanguine creta. Sacri illius Carmelitici Cœnobij, de Obseruantia antiquiori, germen egregium; in eo enim de manu Venerabilis Patris Michaelis à Fonte habitum Tertij Ordinis Carmelitarum accepit, Professionem suam emisit; & spiritum velut à limpido virtutum Fonte potauit. Ibi ergo gratissima Deo & hominibus mirabilis sæculi nostri, omnigenæ virtutis sanè miraculum effecta est: etenim sub dicto Ordine Tertio militás Deo, clarissimis virtutibus, & donis cælestibus, etsi hominum obtutibus celatis quodammodo beryllauit. Verè enim hæc ad Dei præcepta, imò consilia Christi, vt Aquila eleuata, in arduis securissimæ, & purissimæ vitæ suum nidum effinxit: in petris cruciatuum spiritualium, toto in eam Orco excitato, mansit inuicta: in præruptis silicibus passionum, & in inaccessis rupibus amatæ solitudinis, derelicta veluti à Deo, & superis mundo omnino semota, & in summitate absconditi Petræ Christi, tota semper imbuta lætu, commorata est. In carne quasi sine carne viuens, ipsa maxima cælestium contemplatione pasta est: Semper ad sydera anhelans Regem Christum in Canalibus, *Canales*, animæ suæ quasi ... tenuit.

Diuinis interea fauoribus solata, Inauditis pœnitentiæ operibus semper corpus atterebat, cibo diu & potu supra ordinem, abstinens communè: Verberibus vsque ad sanguinem ... setoso sacco, hirtosisque cilicijs corpore macerato, & ferrea catena præ grauato quotidie ... assidua ægritudinum infestatione, ... tum nunquam Virgo hæc ab oratione relaxauit. Septemdecim iugibus diebus (cibo omnino, & potu abstinens) ecstasim agens, inenarrabilibus, vt erant inferales, pœnis à Deo se esse probatam relata est. Maximo Dei amore, & proximorum charitate feruida altâ sui nituit despicientiâ, & humilitate: hominibus (ô mirum!) penè omnino, petente ipsa, & disponente Deo eminentissima virtus eius, & vitæ sanctimonia grandis, quæ iudicabatur abscondita fuit. Aquila grandis magnatum alarum contemplationis diuinæ, & operationis, feruidissimè in proximos charitatis plena virtutum plumis, donorum, & gratiarum varietate circumdata, feruidè concupiuit semper eremos, vt latiùs cælestes escas contemplaretur.

Tandem dulcis iugis sibi crucis, & passionum sponsi fidelis Amasia, Christo furit et crucifixa suo non tam in se sed quasi in eo omnino de viuens, multis virtutibus & donis parata assumere Aquilæ, *Aquila* pennas, vt volaret ad astra, mortis iam præscita vt ita est, datæ orbi salutis anno 1631 ætatis suæ trigesimo octauo immaculatum ... mortis spiritum tradidit Christo sub Archetypici Cælestis Imperij Dominatu Vrbani VIII. & Terreno nunc... Cæsaris Ferdinandi: ... Toletano populo ad Virginem accurrente v... corpus, quod omnino tractabile man... reuerenter exosculabatur, & quam sanctam veluti vniuersi venerabantur, adiutricem apud superos experiebatur. Sacri eius spiritus exuuium, grandi, & multa veneratione recultum in Monasterio Monialium Discalceatarum Toletani Carmeli honorificentissima funebri pompa parentatum est, iteratis virtutum Virginis almæ ad populum panegyricis celebratis, & habitis.

Eius vitam, mirãdas virtutes, & admirabilem exitum, typis dedit facundo relatu Doctor Franciscus Lopius Teranus: Comprobauère Relata Dominus D. Bernardus Sandoualius, & Ro..., Salmanticus Doctor, & Toletanus Canonicus: & cum eo Emmanuel Pardus, è Societate Iesu, à Qualificationibus supremi Senatus fidei. Magister Hieronymus Delgado, Prior Regalis Toletani Cœnobij S. Petri Martyris, à Qualificationibus, & consultationibus supremi Fidei solij, & alij, è quibus nos adducta decerpsimus, & legimus selecta hic tibi data.

Gesta feminæ mirabiliora alia in ordine gratiæ cælestis consultò omittimus, ne Decretum SS. D. N. Vrbani Papæ VIII. sub die 13. Martij, anni 1625. infringere diiudicemur.

DE LVDOVICO MERTOLA.

CAP. CXCI.

Anno Christi 1631.

Relata Lusitaniæ Prouinciæ.

LVDOVICVS MERTOLA, in Religione à *Præsentatione*, natione Lusiadus patriâ Mertolensis, Vlyssipponensis Cœnobij de Obseruantia filius.

Celebri vir religionis, & sapientiæ culmine ... Scripsit vitam venerandi Patris Stephani à Purificatione lib. I. claro auctoris spiritu &

ANNO CHRISTI 1631.

sacra eruditione redolente. De Misericordia, librũ I. pium Patris genium, ingeniumque sapiente... Vitam S. Mariæ Magdalenæ Pazzis Carmelitanæ virginis, lib. I. & alia quæ in dies indefesso scriptitat accubitu, melioribus semper studiis accumbens.

Hæc et dum scribimus isthæc, anno 1631. salutis à Christo orbi exhibitæ sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE GISLENO LVCA.

CAP. CXCII.

Anno Christi 1631.

Ex Belgico relatu.

GISLENVS LVCAS, Belga natione, Valencenensis patriâ, Cœnobij filius eiusdem. Parisiensis clarissimus Doctor, doctrinæ, & Religionis celebriori redimitus lauro. Vniuersitatis Duacensis publicus, & strenuus S. Theologiæ quondam Interpres, Belgicæ signatissimus Prouincialis.

Multa habemus scriptitasse præter eruditissima Philosophiæ, & Theologiæ diuina peringenia, inter quæ extant Quadragesimalium Concionum tomis tribus, lib. I I. De Sanctis, lib. II. hæc Gallico idiomate. fuit enim in Gallia Elisabethæ Reginæ à sacris Concionibus. Huius ope. & industria dum Belgicum Prouincialem ageret, Parisiis prelo recusus est liber vitæ B. Ioannis Sorethii cum expositione eiusdem in Regulam Alberti Patriarchæ anno 1625.

Florebat annis nati Redemptoris Iesu 1631. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

DE TIMOTHEO CIABRA PIMENTELIO.

CAP. CXCIII.

Anno Christi 1632.

Relata Lusitana.

TIMOTHEVS CIABRA PIMENTELIVS, natione Lusitanus, Vlyssipponensis patriâ, ex Vlyssipponensi Canonico Monachus Carmeli, in eodẽ Cœnobio factus Diuinæ Theologiæ Doctor, Hispalique quondam Publicus Philosophiæ Interpres, Concionator Apostolicus Vrbani VIII. Pontificis O. M. gratia. Multa iugique litterarum exercitatione grandis ingenij sui monumẽta promittit. Vulgauit huc vsque, De laudibus S. Ioannis Euangelistæ Panegyricum, lib. I. De iudiis fundam contra Iudæos Lusitaniæ, lib. I. Ab his ob fidei defensionẽ grauissima strenue passus est. *Regale Christi Collegium*, hoc est de Christo Seruatore, & Apostolis eius Sermone, lib. I. hæc in lucem dedit, post mandata. Manuscripta & ... humanæ ... nob... Instructio ... Nouitiorum, lib. I. In Epistolam ad Timotheum Commentaria fusissima cum moralitatibus, lib. I. Composuit etiam versu hexametro, & pentametro (est enim Poëtica eruditione, & humanarum litterarum instructione sui temporis facilè Princeps) vitam S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis, lib. I. Quem Vrbano VIII. Pontifici O. M. dicatum vidimus. Cætera spectãtur insignia.

ANNO CHRISTI 1632.

Floruit sub eodem Pontifice & Imperio Ferdinandi II. Romani Cæsaris, salutis anno 1632. à Christo nato.

Audiuimus obiisse virum anno sequenti, sit rei fides apud referentes secura vel incerta viri census sunt optimè meriti de fide sincera.

DE EMANVELE ROMANO.

CAP. CXCIV.

Anno Christi 1632.

EMMANVEL ROMANVS, siue *Roman*, natione Hispanus, patriam Madritum, siue Toletum credimus illi: Virúmque habemus florido semper nitentis virtutis felici nitore: assidua necnon librorum versatione pernoctum. Suæ Religionis amantem, zelo feruidum incrementorum illius: Quo inter ea quæ cursim à viro studiis melioribus iugiter incumbente spectamus in dies, prelis luci huc vsque scimus dedisse gratum sanè cunctis opus cui titulus: Elucidationes variæ antiquitatis, dignitatis, & illustrium Carmeli Scriptorum lib. II. amplam effusamque Patris Monumentorum illustrium Heliadum versationem ostedentibus sæpe. Hi sunt bis prelis emissi Madriti, & in Editione 2. locupletati nimis.

Florebat annis datæ salutis 1632. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Tempore dignus
Viuere longe.

DE NICOLAO BAPTISTA.

CAP. CXCV.

Anno Christi 1632.

Relata Betica.

NICOLAVS BAPTISTA, natione Hispanus, Vandalus, patria Hispalensis, & nobilissimi eiusdem Cœnobij decus, & nitor egregius, sapientia vir, & religiosa pietate celeberrimus. Thomisticæ disseminatis in ... Theologia enucleator ingenuus, ingenio subtili.

Multa scripsit, at huc vsque prelis nulla vulgata recepimus, sed nobilissimâ expectatione id contra ... profutura multa à posteritate cupiuntur.

Florebit felix sub eodem Pontifice, & Imperatore, nati lesu anno 1632. dignus sibi viuere, valere cunctis.

ANNO CHRISTI 1632.

DE IOANNE ORBEA DE ONATE.

CAP. CXCVI.

Anno Christi 1632.

Relata Salmantina.

IOANNES ORBEA DE ONATE, Cantaber natione, Onatensis patriâ, ex nobilissimis Cantabrorũ, & Castellæ stirpibus ortus, Conuentus Matriti filius, & vniuersi Ordinis splendor, virtutum enim, & omnis sapientiæ verticem tenens, vtrosque sanguinis nobilitate decorauit. Veteris fuit Prouinciæ Castellæ Prouincialis meritissimus. Magistri, & Patris eius, ostento mirabili lucens: [illegible] Religionis suæ zelo, [illegible] iure numerandus famosiori, cuius incrementa eum venerantur in sua Prouincia omni iustitiæ debito Principem & Antesignanum præter Religio [illegible] omnis Obseruantiæ, & sapientiæ structurã, quam firmissimè radicauit omnis Religiosi [illegible] auidus, suis sumptibus, suorúmque ære Conuentus Salmantini olim sub nomine S. Andreæ, nunc S. Teresiæ ab inundante Tormo an. 1617. structuram omnem solo æquatam, & dirutam omnino, opere celsissimæ pulchritudinis, & valoris, vel à liminibus magnificentissimè erexit. Ecclesiam, & Cœnobium omne Vallisoletanum maximâ perfecit, & venustauit ex parte.

S[illegible] pusille virum sapientia [illegible] multi non dubitamus, ut ex his nulla hucvsque signata nomine nouimus. [illegible] his gratus sapientior [illegible] omni digna sane celsissimo viro quidquid laudis, & gloriæ sit, in eo mixtum affluit abundè.

Florebat felicissimus, & gratissimo corde Orbis acceptus in Ordine, & Orbe Orbea Carmelita diuinus, à Christo orto anno 1632. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Damus superstitem virum tanquam singulari sui valoris ornaméto optime de Religione promeritũ. Sit nobis in eo bona lectoris venia dati.

DE IOANNE DE LAS ROELAS.

CAP. CXCVII.

Anno Christi 1632.

IOANNES DE LAS ROELAS, natione Bethicus, Hispalitanus Cœnobio, Ecijensis quondam Prior, & Collegij S. P. Alberti Rector, totius Prouinciæ moderator strenuus, & Magni Cœnobij ad triennium Choracha, magnus Theologus, & grandi virtutum coronatus stemmate Deo & Virgini Matri deuinctissimus, magnâ sua sufferentia Iobæus vir, & prudentiæ parens.

Scripsisse tradunt Bethica relata, De externa magnæ Matris Virginis Mariæ pulchritudine librum eruditione notitsima plenum, typisque remisit, & cum eo opera omnia nostri nunquam satis pro meritis celebrati Hieronymi Gratiani, item alia opuscula propria, pia mehercle, & sui spiritus digna.

Tandem septuagenarium superans, ad sydera spiritum Hispali dedit, salutaris vitæ concessæ anno 1632. sub eodẽ Pontifice, & Imperatore.

ANNO CHRISTI 1633.

DE THEODORO STRATIO PRIORE GENERALI LATINORVM XXXVIII.

CAP. CXCVIII.

Anno Christi 1633.

THEODORVS STRATIVS Prior Generalis, Latinorum trigesimus octauus, Romæ ab Vrbano VIII Pontifice O. M. anno Christi 1631. totius ordinis Vicarius Generalis electus, deinde post trinam reelectionem, ab eodem Pontifice vniuerso Religionis applausu, & humillima Sanctissimo ab eadem [illegible] supplicatione, Prior Generalis electus est extra Capitulum, eo quod propter bella Italiæ inter [illegible] Galliæ Principes [illegible] Comitia Generalia, tunc non possent. Natione fuit Gallus Celticus, dictus Lombardus, patriâ Cremonensis. Viri Patris certe [illegible] modestia, & vita, qua floret, illustri dum scribimus vita, nos cogit laudum encomiis eius comprimere vela, quatenus tabellam laudum, flagella virum reputasse semper: addant alij post funera nostris: queis magnus erit in Rhetorica campus, vt verbis sapientiam illius admirabilem, singularem in regendo prudẽtiam, indubitabilem morum honestatem, æquitatem, zelum ardentem diuinæ, obseruantiæ meliores cupidinem [illegible] que corporis animiq. dotes Magni Ordinis [illegible] nostri Magistri contenderint ex merito concelebrare.

Sed tamen hic, haud patiemur eiusdem Vrbani VIII. verba debere lectori, cõgnata ad futuram [illegible] super Apostolica nouissimi electione ad [illegible] Generalem Ordinis Præfectum in eodem gradu [illegible] Patre, ex multo [illegible] Dat. Romæ Diplomate, apud S. Mariam Maiorem sub die 10. Octobris, anno 1637 [illegible] S. P. & Domini nostri, anno 15. in quibus sanè, de grauissimi Patris nostri Theodori Stratij fide illustrissimã conceptâ, à se [illegible] eundem exhibet experimentum & [illegible] exemplar. En ergo verba ipsa ad [illegible] dati Diplomatis vocata fidem: *Cum sicut accepimus dilectus filius Theodorus Stratius, Fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, [illegible] Prior Generalis, non solum singulari prudentia, integritate, & iustitia, Ordinem [illegible], toto sui Generalatus tempore, [illegible] laudabiliter rexerit, sed etiam peculiari sollicitudine, studióque instaurandæ veteri disciplinæ regularis incubuerit, & in hoc, benedicente Domino, non parum profecerit: Nos felici eiusdem Ordinis regimini, quantum cum Domino possumus, per amplius consulere, simulque prouidere, &c. necnon eundem Theodorum specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes. &c. in Priorem Generalem Ordinis prædicti, cum omnibus, & singulis prerogatiuis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, necnon priuilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus, cum quibus Prioris Generalis [illegible] hactenus exercere potuit, & debuit, seu aliàs dicti Ordinis Generales possunt, & debent, ad aliud sexennium, à fine sexennij, ad*

quod

ANNO CHRISTI 1632.

quod munus huiuſmodi præſens obtinet, vt præfertur, computandum Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium confirmamus, & quatenus opus eſt, de nouo facimus, conſtituimus, & deputamus, &c. *Mandantes*, &c.

Iſtis nos modò nunc contenti ab eius laudum encomiis ſuperſedeamus: lectorem candidum ad orationem encomiaſticam huius operis calci adfixam aduocantes, dum iſthæc carmina illi pro more, & munere noſtro ſub Orbis Æquilibrio maximo Vrbano VIII. & Imperio Ferdinandi II. gratos nos perſoluere iuuat.

Magno & Reuerendiſſimo Patri Carmeli Apici ſummo & Vertici Maximo.

CARMEN.

AVCTORIS.

IAm Stracti celebris volitet tua fama per Orbem.
Et recto ad ſuperos tramite carpat iter.
Alta animi probitas te ad ſummum euexit honorem
Atque altus pariter Relligionis amor.
Iuſtus Ariſtides vocitaris: lumen & æqui
In gremio, iuncta cum pietate foues.
Neſtora conſiliis ſuperas: grauitate Catonem:
Eloquio Catulos: Attiliósque fide.
Omnibus inque tuis nitidum præſtare Piſonem
Diceris: ingenij, gratia tanta tui.
Tu ſapiens: venerandus honos: magnisq́; Parénſque:
Pectore conſedit docta Minerua tuo.
Te Duce nunc veluti cœlum nitet Ordo Mariæ,
Tanta tui virtus: ingeniique vigor.
Gloria Carmeli es: linguâque vtraque decorus,
Cui dedit eximium ſacra Minerua decus.
Nec virtute minus, morum & candore probaris,
Antiquum excedens relligione Numam.
Tu decus Heliadum: tu ſpes horum vnica: ſolus
Auxilium doctis: præſidiúmque piis.
In te quid potius mirer, mens hæſitat altè,
Ingenij vires: an probitatis opes?
Laudéque ſi humana tollenda ſcientia: virtus
Cæleſti dignum te tua laude facit
Haud dubites ergo cæli regione potiri:
Perpetuóque tuum nomen in Orbe coli.
Ergo vale: niueóque tuo nunc vellere gaude
Carmeli: & lætos dent tibi fata dies.
Suſcipe pacato ſeruum nunc, ſuſcipe vultu:
Et Pater, & Dominus, & mihi Paſtor eas.

DE MICHAELE RIPOLO.

Capvt CXCIX.

Anno Christi 1633.

Michael Ripolvs ab Atienza, natione Hispanus Celtiber, Cæsaraugustanus patria, & Cœnobij nostri augustû sanè decus. Vir equidem in solo virtutis, & doctrinæ studio delectatus, in quo vno fortuna virtuti paruisse cognoscitur, solâ enim verò sapientiâ verâ contentus, quôcunque diuertit dextera illum semper fortuna sequuta est. Non ambitione, sed nobilissimâ animi moderatione ad summos honoris in Prouincia vertices adscitus, nostri primùm Cœnobij Cæsaraugustani fuit bis Prior, etsi vellet decies prouectus esset. Deinde sedulo labore vario partam ob singularem prudentiam, benignitatem, & cordis nobilem generosámque præstantiam, multis virtutum incrementis regiminis sui lauream triumphalem, & *lo* celeberrimi Trophæi, non leuiori lauro Prouinciæ totius vocatus est Moderator, & Princeps vsque adeò illi dignè munere collato, vt censeri nequeat, an plus illi dignitas claritudinis, quam illi ille gloriæ præstiterit. Et cum inter ornamenta quæ ab initio ætatis suæ, ad inuidiam vsque, tum in sapientia, tum in virtute pararat, præluceret in eo velut ditissima gemma Theologicæ profunditatis peritia grandis, in probitatis, & sapientiæ suæ testimonium, ad vniuersitatem Cæsaraugustanam, bonarum litterarum illustrissimam altricem, magnâ omnium lætitiâ vocatus, vt tum docti, tum exercitati hominis signa sua magna præberet, Durandi Cathedra insignitur Interpres, primus doctrinâ, & acumine iudicatus inter doctissimos competitores; in qua lo triumphi, noua, vetera, & miranda sapientiæ segmina pandens, famæ celebriori compulit edere: ab anno 1606. vsque 1616. Inde iustitia conclamitante vno ciuitatis, & nobilissimi ore Musæi, ad sacram Scripturæ sanctæ interpretationem assumptus est. At cùm sese altiore eleuandum merito doctrinæ mirabilis iustitia conclamitaret, nec tanti sapientis tempora eruditionis adhuc coronâ suæ cingerentur dignitatis, & meriti: confestim, anno scilicet sequenti, Primariâ illum Theologiæ diuinæ Cathedrâ, eadem Ciuitate, Lyceo, & Illustrissimâ Prædicatorij Ordinis Religione postulante, sublimarunt: In qua cùm non tam de ore nostri sapientis argumenta sapientiæ, quàm fulmina, & flumina prodirent, vsque ad annum 1630. confirmatus est. In eo igitur propter desciscentem ætatem, aut, imò propter meritorum segetem nobilem est emeritus: Cúmque litterarum ardor, suus suauissimâ semper eruditionis flamma adquirendæ vigeret, non potuit ab studendo cessare, qui à docendo destitit, ingenuo doctrinæ studio delectatus, perinde vt non tam in cubili quam inter libros crederetur moriturus. Forinsecus intuitus sapiens, benignus, affabilis, natura facilis, optimis moribus, Religiosâ semper pietate, & Catholica semper Religione præluceens, sacris Calificationibus, & consultationibus in sacro fidei Aragonum solio, meritissimè rogatus, assignatus est, vt & Romæ Apostolicus Notarius subscriptus, iugi semper studio illo sapientiæ detentus, ex humilitate quidem & sui despectione sublimi nihil terræ posteritati typo adducere voluit: at toto orbe notissima lecturarum suarum in Philosophicis, & Theologicis diuina penicilia in sæcula venerabuntur Manuscripta.

Florebat celeberrimo nomine notus, salutis anno 1633. sub Summo Orbis Vrbisque vertice sacro Vrbano VIII. & Imperatore Ferdinando Secundo.

Huius illustrissimi Religionis nostræ Mæcenatis primi, Prouincialatus sui primi regiminis tempore erectum est die Iunij 30 sub anno 1615. sacrimonialium Carmelitarum de Obseruantia, sub titulo Incarnationis Cæsaraugustanum Cœnobium, Anna Carillo fundatrice, & erectrice clarissimi generis & virtutis femina, & Sororibus Seraphina Bonastra, & Agnete de Ariño Valentinis, morum instructricibus, primisque Priorissis.

Conuentus Monialium de Incarnatione, Cæsaraug. erectio.

Huic inclyto Patri secundò electo Prouinciali, anno à prima sua functione vigesimo, hoc est, Christi Iesu 1617. amoris ergò, & gratitudinis, sic ad perennem temporum memoriam tumulis superaddere Viro futuris placuit. Tanquam filij clientis affectu.

ANNO CHRISTI 1633.

ANNO CHRISTI 1633.

D. O. M. H.

SOSPES HOSPES SISTE, AGE, LEGE, LVGE.
VNO ICTV SÆVIENTIS, FERÆ, DIRÆ FALCIS TOT SPES CÆSAS, CASSAS, VIDVATVM CARMELVM, CÆSARAVGVSTAM, PIGNORE CHARO, DIGNA PROLE: ACADEMIAM TRISMEGISTO, ET ARCHIGRAMMATÆO: TERRAM APOLLINE: LAVROS OMNISCIO DOCTORE: INQVISITIONIS TRIBVNAL QVALIFICATORE CONSVLTO: VERBVM DEI PRÆCONE PRÆCLARO: RELIGIONEM ASYLO: PIETATEM CVLTORE TENACI: VNO VERBO, ORBEM DECORE, REGIMINE FERACI VIRTVTVM, ET LITTERARVM PROVINCIAM
MICHAELE RIPOLO DE ATIENZA.
TOTIENS MAXIMO: TOTIENS ÆTERNO MARMORE DIGNO.
HEIC
RELIQVIT MORTALITATIS EXVVIVM, MENSIS N. DIE N. ANNO M. DC. XXXVII. TRANSACTO ÆTATIS SVÆ SEPTVAGENARIO MAIOR.
RELIGIONIS VERO PENE ACCEDENS AD SEXAGENARIVM.
ÆVO GRAVIS: INGRAVIDVS MATVRA GESTORVM SEGETE:
PRO DEO. RELIGIONE. LEGE. GREGE.

Dedimus superstitem virum, hoc nostro præter morem designatum, honoris, decoris, & reuerentiæ ergò, tanquam primum nobis in Ordine Pastorem, & Parentem, sub cuius Cæsaraugustano in Cœnobio Prioratu, indigni Virgineum, & Marianum Carmeli habitum accepimus, Professionémque emisimus ibidem. Sit nobis in eo bona lectoris consignata pax. Vide de viro hoc alia in Oratione ad finem operis huius adducta.

DE VALERIO EXIMINO ab Embun Episcopo.

CAP. CC.

Anno Christi 1633.

VALERIVS EXIMINVS AB EMBVN, natione Hispanus Celtiber, Alagonensis patriâ, Cæsaraugustani Cœnobij filius: integrâ vir morum honestate conspicuus, Sapientiæ lauris melioribus redimitus, fuit Cœnobij nostri Prior, & Prouinciæ Aragonicæ Prouincialis, tantâ Regiminis celsitudine clarus vbique, vt Regia & Apostolicâ auctoritate Visitatoris munera, apud Sardos, Castellam vtramque, Bethicos, & Lusiados, cum prudentiæ, & sapientiæ, & Religiosæ pietatis clarissimis ostentis obiuerit: Pontifici, Regi Hispaniarum (à quo in gratitudinis signum annuis ducentorum ducatorum pensibus ad vitam remuneratus est) Ordinis Præsuli primo, & Orbis Principibus primisque Proceribus gratissimus fuit.

Præterea, nec Prouinciæ tantæ negotiis præpeditus, à litterarum studijs, vel momento vix temporis vacans sequentia peruigilia lucubrauit: In primis Stimulum Carmeliticæ deuotionis lib. I. in adolescentia vulgatum, Formam instituendi Confraternitatem sacri Scapularis lib. I. Notationes in Regulam Alberti Patriarchæ pro Carmelitis lib. II. quorum secundus Manuscriptus mansit apud nos. Eruditissima Commentaria Latina in sacras Carmelitarum constitutiones sub RR. Patre Ordinis Gregorio Canalio lib. I. *Perfectum Prælatum, & subditum*, Latinè item lib. I. vtraque eruditione mirabilem. Quæ duo postrema opera cum secunda parte Notationum, & libro alio de Viris illustribus Carmeli Manuscripta mansêre, & in nostra Bibliotheca Carmelitana sedulò seruabuntur, tanquam immensus Pietatis & Sapientiæ Thesaurus.

Post hæc: Renuntiatus ex Philippi IV. Hispaniarũ Catholici Regis decreto supremo, ex munere Episcopus Algarẽsis, mortem subiuit, è manibus nostris quasi præreptus, non morbo, aut febre vexatus, sed virtutis ij ictu collisus, & humilitatis, quo Pastoralia Episcopi munera formidabat, & nimis reueritus est: sese abiectissimũ magis optans in domo Dei esse, quàm sublimatũ, & veneratũ in Pontificalibus tabernaculis & aulis.

Non lugeat ergo eum æther, sed pullatus illum totus ingemat Ordo Carmeli: deploret Orbis amissum bonorum, & optimorum morum clarissima specimina viri: maiores Infulæ, quibus cingendus desiderabatur tristentur: doleat Patrem sibi deficientem, dum superis adest benignissimus, & amantissimus Carmelitarum Aragonum Prouincialis: Musæum Cæsaraugustanum, quod aliquandò miratum est eum acutè disserentem, disputantem acriter,

vehementer vrgentem, & docentem plausibiliter, Magistrum collachrymetur, hæreántque lurida facie Patres Cæsaraugustani Cœnobij, Purpurâ, & Murice digni. Luridus & ego defleam deperditum orthodoxum mihi Catonem meum, amicum ex visceribus amissum, Patrem, Mæcenatem, & Coryphæum fauoris, honoris, amoris, & beneuolentiæ fidelissimum: qui beneficiorum homologesi magna, quasi nectareo rore me socium sui Episcopalis muneris electum madefacturus erat. Si viueret purpurato sine dubio galero purpurandus, dignus succedere Petro. Sed heu! heu! ne otnetos collaudibus encomiis: suum maiora Dominum quæsitura reposcat. Fama laudabitur teste

Parentauit Patrem, à viuis in Carmelo nostro Cæsaraugustano ad supera euolantem, die XVIII. Mensis Septembris Annis ab Orco trucidato 1634. sub Orbis æquilibrio supremo Vrbano VIII. & Imperio Ferdinandi II. inuicti Cæsaris & in Capitulo singulari Sarcophago tectum eius corpus exornauit Mnemosino gradi, sed vt mœrore, sapientiâ, elegantiâ, & vtraque eruditione maiori sapientissimus & Magnus Magister F. Martinus Eximinus ab Embun, dignissimus Prior Cæsarei Augusti Carmeli, Publicus diuinæ Paginæ assertor in Publico Ciuitatis eiusdem Pethocio, Episcopi RR. Valerij ex fratre dign.ssimus Nepos, & morum fidissimus æmulator, ex sanguinis, & naturæ iure. Nos verò post eum non sine amoris tamen, ausu, gratitudinis, & amicitiæ ergò mœrentes, & luridati, Pyramidem statuimus hanc: obeliscum hunc æternaturæ gloriæ damus viro, illustriáque monumenta Patri tempori sic perennantes.

EMBVNIO EPISCOPO
CARMEN ELOGISTICVM.

Pontificis magnam litem cum Rege diremit
Hoc litis causam Marmore Parca tegens.
Embunio dederant ambo sua munera: honores
Ille: hic opes, sperans sic fore vterque suum.
Inseruit cupido medium se Christus vtrique
Dixit & huic: linque hos: plus dabo: in Astra veni.

DE IOANNE BAPTSTA DE LEZANA.
CAP. CCI.
Anno Christi 1633.

IOANNES BAPTISTA DE LEZANA natione Hispanus, patria domo Carpentanus Conuentúsque Toletani filius in Prouincia Castellæ nouæ. Rarum sanè Theologorum sui temporis lumen, verticeo Carmeli redimendus tempora lauro. Diuinæ Theologiæ, omnigenique melioris litterarum iugis incubitor studiis. Complutensis Doctor, ibidemque in Collegio Carmelitarum celebratissimus quondam interpres Theologiæ diuinæ Rhetor insignis, qui Tullianum Latio redolet, Virgiliúmque Poëta: nouissimè autem Romæ degens Prouincialis Sitoniæ effectus est, Socius RR. P. Generalis Ordinis nostri: & ab Eminentissimo & RR. Domino S.R.E. Cardinale Carolo Emanuele Pio Episcopo Portuensi sacræ Congregationis de Indice inter Consultores Theologos cooptatus vnus.

Inter præclara sui ingenij diuini monumenta prælis emissa pernotum sapientes omnes, Apologeticon pro immaculatæ Virginis Mariæ Conceptione lib. I. aureis sane litteris exarando: fuit enim Baptista non ter, inter sui temporis Doctores eximios qui Beatiss. mam Virginem Mariam Dei Matrem non solum immunem ab Originali labe defendit, verùm liberam ab vtroque debito proximo scilicet, & remoto contrahendo siue incurrendo. validissimis argumentis præmonstrauit vt ostenditur eodem libro De reformatione Regularium lib. I. Romæ Impressum in quo SS. Patrum, pro Religiosis aptas doctrinas omnes compilauit De Quæstionibus Regularium, siue de casibus ad Regulares pertinentibus, libros II. Eruditione auctoris, & studio ingenij sui refertos & vtiles valde, Romæ impressos anno 1634 & Venetiæ anno 1636 Dispon bat prelis egregiâ Ordinis sui Chronologâ Historiam, ab Ortu Heliæ Magni Patris Carmelitarum vsque ad tempora ista. Scripsit de Monachatu in Carmelo S. Ioannis Baptistæ tractatum Manuscriptum quem apud nos habemus. Præterea lecturas Philosophicas, & Theologicas, Compluti clarissimo suo nomine dictatas sapientis. Extat etiam typis, elegans, & ingeniosissimum Epigramma inter huius generis alia plura, pro festis feriisque SS. V. Teresiæ. & alia generis varij quæ à tanti ingenij flor do penu in dies lucem expectant vitura clario em.

Vnus fuit ex grauissimis Magistris Ordinis, cuius sunt compactæ consilio, & editæ constitutiones Ordinis sacræ in Cap. Generali Romæ habito, à RR. P. Gregorio Canalio Priore Generali Ordinis Carmeli anno 1625.

Florebat Romæ studiorum Transpontinæ quondam Regens ingenuus, & vbique Carmeli vetti. es primos splendoribus sapientiæ, & Religionis coronans: Salutis anno 1633. sub eisdem Pontifice, & Imperatore.

Anno Christi 1633.

Damus adhuc ſuperſtitem virum tamquam noſtri Ordinis, & ſæculi ſcriptorem & Doctorem & Magiſtrum egregium. Sit nobis in illo bona lectoris gratia conceſſa, ſine inuidia, & murmure Momi.

DE IVLIANO CASTELVI ET LADRON.

Cap. CCII.

Anno Christi 1633.

IVLIANVS CASTELVI, ET LADRON, natione Hiſpanus, patriâ, & Cœnobio Valentinus, illuſtri ſanguine cretus, Carmelitarum certe noſtræ Prouinciæ vir, virtute venerandus, & ſapientiâ multa ſublimis Diuini Verbi Præco vbique pernotus, clarus eloquio, & ſpiritus feruore accenſus Stagiritici Textus, & Diuinæ Theologiæ in Valentino Pethocio publicus & Primarius ſucceſſiuè Profeſſor. Cœnobij ſui vigilantiſſimus Paſtor, & Parens ſtrenuus, Religioſæ diſciplinæ zelator ignitus.

Scripſit multa inter quæ prælis emiſſa magni habentur Commentaria clariſſima in omnem Stagiritæ Philoſophi doctrinam Dialecticalem, & Philoſophicam, libris multis; præterea Tractatus alios ſapientiſſimos in ſacra Theologia, Concionum libros de tempore, & Sanctis, quæ & alia, ſi nondum ſunt vulgata typo, pretio habita ſeruantur à ſapientiſſimis quibuſque. Porro lucubrationes Logicales, ſic acceptæ fuère in Vniuerſitatibus inſignioribus, vt vix ſit fueritve Doctor, qui illis non fuerit vſus, multo ſui lucro decoris.

Tandem poſt multam religioſæ profitendæ vitæ à ſe nauatam operam canus ſentious, & clarâ immaculatæ vitæ ſuæ ſenectute decorus, ſatis iuuenili ætatis flosculo ſuæ, morte præreptus, vno diræ lethicæ falcis ictu, percuſſus, mole corporis occubuit, Primus noſtræ Prouinciæ Definitor in terris, vt ſpiritus virore floreret in cælis, (cum quo multam Ordini periiſſe glorioſam ſpem non nemo nouit.) Sub Orbis æquilibrio maiori Vrbano VIII. & Imperio Ferdinandi III. Cæſaris Auguſti.

Florebat iam ante annos datæ ſalutis à Chriſto 1633.

DE MICHAELĒ MVNOZIO.

Cap. CCIII.

Anno Christi 1633.

MICHAEL MVNOCIVS, natione Hiſpanus, domo Cordubenſis, Bethicæ Prouinciæ filius, Cœnobij Mentoſenſis ſingulare ſydus inter ſydera ſæculi noſtri vniuerſi ætheris Carmelitici perlucidus Sol. Vir quidem ſtrenuo Religionis augendæ ſuæ zelo ſublimiſſime perfuſus, vario eruditionis, & vberrimo fonte ſapientiæ potatus, virtute decorus, & ſingulari ſufferentiâ in aduerſis præſignatus.

Ardenti quo Religionis augendæ ſuæ zelo illo pollebat, felici Orbis auræ edidit opus, Romæ datum typo, cui frons: *Propugnaculum Heliæ, & propaginis Carmeliticæ*, in quo acri eruditionis omnigenæ filo, *natura, origo, & Protoparentes Monaſtices vendicantur: atque ad Concionatorum vota, ſcripturæ monumentis, ac ſelectis lucubrationibus Patrum illuſtrantur.* Opus ſane placidiſſimo Orbis, & Religionis Carmelitiçæ Pæan, & optimo lo ſuſceptum à cunctis, & vno omnium ore concelebratũ tribus diſcuſſum libris, ac Eminentiſſimo & RR. Principi Balthaſari Moſcoſo, & Sandoual S.R.E. Presbytero Cardinali Tituli S. Crucis in Hieruſalem, Epiſcopo Giennenſi, ſingulariter dedicatum, Typiſque Ludouici Grignani ann. 1636. proditum poſt ſuperatum contradictorum iudicium ſummâ illuſtratum RR. Magiſtri ſacri Palatij Apoſtolici Nicolai Ricardij elogiſmo, & approbatione nobiliſſima tanquam in quod Auctor ſtrenuè neceſſaria defendiſſe, reliqua autem acute, & ſolerter coniectaſſe abſque vlla morum fideique iactura compertum eſt.

Florebat nobilis Carmelita, annis euecti Tartari à Chriſto 1633. ſub æthereo Eccleſiæ Clauigero Vrbano VIII. & Hiſpaniarum Rege Catholico Philippo IV. Obiit autem in pace, dum multa de Religione Chriſti, & V. Matris eius dilucidaret, & daret pararet luci. Româ ad Patriam remeans, apud Inſulas Galliarum vulgò *S. Margarita*. Datæ Redemptionis hominum anno 1637.

DE ME IPSO OMNIVM MINIMO.

Cap. CCIV.

Anno Christi 1633.

FRATER MARCVS ANTONIVS ALEGRE DE CASANATE Carmelitarum minimus, ideóque inter hos nouiſſimo loco iure optimo collocatus, natione Hiſpanus Celtiber, patriâ Turiaſonenſis, Cæſarauguſtani illuſtriſſimi, & Religioſiſſimi Cœnobij filius. Conuerſatione autẽ peccator: Parentibus Chriſtianis Antonio, & Eliſabetha natus, ann. 1590. Ad gloriam Dei, Virginis Almæ Mariæ Matris eius intactæ, Cæligenorum omnium, Catholicæ Chriſti Domini Eccleſiæ vtilitatem aliquantulam, (faxit) ad honorem Patriæ, Poſteritatis commodum, Diuinæque obſequium Religionis Heliæ, cuius cucullum indignus omniúmque minimus ab anno Domini 1609 induo, miſericorditer mecum & beneuolè Patribus, & Prædeceſſoribus meis agẽtibus. Non vt mei nominis memoriam comparẽ Deus eſt teſtis) ſed vt tantorum ex Obſeruantia Carmelitica virorum glorioſa nomina, & acta feræ litem poſteritati, ad laudem Sanctiſſimorum Heliæ & Eliſæi Patrum, & Principum Religionis Mariæ de Monte Carmeli: & vt à curis potionibus vacuum tempus, iuxta Apoſtoli præſcriptum redimam.

Ephes. 5. 16.

Doctoris

Doctoris laureá primá in sacra Theologia tempora cinctus (post studia potiora.) Scribebam in primis: De Mirandis B. V. Mariæ de Monte Carmeli, lib. I. De sacris operibus, lib I. prelis Petri Pergeti Cæsaraugustæ anno 1625. deditos, dicatósque Excellentissimo nunc Proregi Sardiniæ, Comiti Palma, Marchioni Almonacirensi & D. D. Antonio de Vitea & Enriquez. Super Euangelio de Talentis, lib. I. Vitam, & encomia S. Prudentij Turiasonensis Episcopi, cum Episcopologio Sedis inclytæ illius, & Patriæ nonnullis facinoribus egregiis, lib. I. eisdem typis anno 16.6. vulgatum dicatúmque opus Illustrissimo Decano, & Canonicis Turiasonensibus, quorum iussu, & ære opus prodiit prælis remissum.

Præterea Manuscripta sunt à me ad puriorem limam adducta, & prælis parata dum scribo ista fauentibus superis, In primis: Præsens opus vt iacet Commentaria Moralia in Regulam primitiuam Alberti Patriarchæ pro Carmelitis, lib. II. Vitæ Sanctorum Carmeli, de quibus agitur in Breuiario Hierosolymitano, textui moralitatibus intersertis, omni statui vtilibus iuxta accommodam textus præmissi rationem, lib. II. Cum Sinestresi aliorum Sanctorum, & Sanctarum Ordinis eiusdem bina, Alphabetico Ordine disposita, vbi eorum nomina, & acta nonnulla item per Anacephalæosin dantur. Sacræ Orationes, tum in Musæis melioribus, & maioribus Regni nostri Templis habitæ Latino, lib. I. Item sermonum Quadragesimalium Aduentus, & de Sanctis tomi IX. Martyrologium Carmelitanum, lib. I. Hispanum Ceremoniale pro Monialibus Ordinis & Obseruantiæ nostræ lib. II. Huc vsque ista iam sub puluere limata latent, suo tempore proditura, si mors nostris inimica bonis, finem nostram non præciderit spem. Sin autem, cum eis, quæ illo eodem fine, in dies, vitâ superstite, elaborauero, diuino Numine afflante, in lucem hæc non prodierint opera antequàm ego è viuis abscedam, mecum quodammodo sepelientur velut exanima bene meritiora (iudicio meo) de puluere, quàm de luce. Et tandem præter opuscula, adhuc elimata nondum, insudabo elimare, & perficere dante Deo, huius operis Tomos tres ab isto de quibus in præloquiis cor. num 1. §. 4. Alia ab iis præterea opuscula molior quæ eo quod arfect, potius quam cõfecta sunt titulis haud exprimo ea

Viuo aduersâ satis studiis assiduis attrita per gratiam tamen Christi Iesv salute vtens, Euangelicæ prædicationis anno vigesimotertio meo, post habitos ad populos in Templis melioribus Regnorum Aragonum, Valentiæ, & Nauarræ Quadragesimales cursus XXII hæc in libertatem filiorum asserti hominis à Christo Iesu anno 1639. sub eodem Pontifice Vrbano VIII. & Romano Cæsare Ferdinando.

Ad gloriam Omnipotentissimæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus sancti, Intemeratæ Mariæ Virginis Matris de Monte Carmeli, & Sanctorum Patrum Heliæ, & Elisæi, & omnium Cælicolarum è Carmelo, in hoc libro contentorum, & omnium aliorum Ordinis Sanctorum, quos, si dinumerare voluissem super arenam multiplicarentur in sæcula immensa Dei.

AVCTORIS AD DIVOS hos Postloquium supplex.

Optatos vestro delatus Iapyge portus
Jam tetigi, Diui, queis meus Ordo micat.
Jam vestris auris proras ad littora torsi:
Fundauitque meas anchora iacta rates.
Expedij paucis, è multis pauca, rudique
Pallade: nullus enim cuncta referre valet.
Sit licet eloquio præstans, vincátque Periclem:
Ipsáque centenis vocibus ora sonent.
Sum vestrum hoc aggressus opus, ne nomina vestra
Obscuris Lethes obruerentur aquis.
Parcite non multo sermoni: parcite pennæ,
Quam non aptauit conditor historiæ
Parcite, torrenti Pylius non perstrepo lingua:
Nec mihi Romani cognita fama fori.
Parcite, non numeris deuoluo verba solutis:
Nec mihi Pierij copia multa soni.
Parcite, materiam, si non sermone rotato
Æquarim: paruis scribere magna, nefas.
Parcite vestra meus minuat si facta character:
Síque rudi vestrum fluxerit ore decus.
Quóque meis veniam culpis, irámque remittat
Indocto vester Carmine læsus honos.
Numina, quæso, meos perpendant vestra labores
Quaque meum scripsi sedulitate librum.
Si benè quid merui de vobis: sacra supernis
Aris: si toto pectore dona tuli.
Si licet indignum Zelo coniunxit eodem
Me vobis comitem Relligionis iter.
Deuotum vobis opus hoc foueatis: & idem
Me vobis iungat, iunxit vt Ordo, Polus.

APOLO

APOLOGEMA,

SIVE

MVRVS DEFENSIONIS,

His qui offendunt verbo, vel ſcripto innocentiam IOANNIS Hieroſolymitani Patriarchæ, huius nominis II. & à Sancto Iacobo Apoſtolo Hieroſolymitanæ Eccleſiæ eiuſdem XLIV. negant eius Monachiſmum in Carmelo: & inficias eunt Scriptorem, & Auctorem fuiſſe Libri *de Institutione Monachorum*, in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium, ad Capraſium Carmeli Montis Priorem.

DVOBVS TRACTATIBVS DISTRI- [illegible]BVTVM OPVS [illegible]

AVCTORE R. P. FR. MARCO ANTONIO ALEGRE DE CASANATE CARMELITA HISPANO Celtibero Turiaſonenſi Theologiæ Sacræ Doctore, & Profeſſore.

AD EVNDEM PHILIPPVM MAGNVM Hiſpaniarum Catholicum Regem, & Indiarum Induperatorem.

Sub præadductis Facultatibus & Licentiis.

Psalmo 118. verſ. 43.

Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.

2. ad Timoth. 2. num. 19.

Cognouit Dominus, qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini.

MAGNO PHILIPPO IV.

HISPANIARVM CATHOLICO REGI, ET INDIARVM INDVPERATORI MAXIMO.

V. F. Æ.

REDEO iterum ad Te (PHILIPPE MAGNE, REX CATHOLICE, ORTHODOXEQVE PRINCEPS) & quem in limine nostri Paradisi Patronum optaui, in egressu Mœcenatem voco,& nuncupo Atlantæum; vt inermis hæc (à me) suscepta defensio pro innocentia, Monachismo in Carmeli Religione, & scriptione cuiusdam libri Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani, huius nominis II. & à S. Iacobo Christi Domini IESV, Apostolo, quadragesimi quarti à Phaolædororum irruentibus procellis profugiens, sub tua Regali Fide recepta, secura consistat: quò fiet,vt quæ humilis auctoris sui nomine haud tuta, imò egreditur imbellis, Regali quoque Nomine tuo (quod, optimis quibusque, defensionis est murus, & refugium pauperi in tribulatione) cataphracta, & vndique protecta propugnare, & erectas in eam inimicorum moles viriliùs euincere valeat; & superare neruosiùs.

Eapropter illam hac nouâ Epistolâ Tibi (ne sit fastidio, REX BENIGNISSIME) sacrare volui (quem Optimorum defensorem expertus est penè Orbis vniuersus, vt Principem, Dominum, & Regem terra, à Solis ortus cardine, adusque terræ limitem agnoscit: & quidem MAGNVM Potestate,Maiestate,Imperio;) & vt humilibus mei humillimi Auctoris verbis,dignitatem, & potestatem firmissimam (quá profari possem, quasi potestatem habens tuam, & dignitatem) exhiberes. Eant ergo, REX MAGNE PHILIPPE, tuæ Maiestatis, & tenuitatis meæ auxilia mutua; ne incompta oratio hæc, appareat etiam infirma; sed sartatecta quæcumque hic dixero, Tuæ sub vmbra Maiestatis, & Potestatis

Magnæ,

Magnæ, custodiantur: & Innocentia, Monachismus, & libri inscriptio (quæ tuemur à cauillis aduersantium) clarissimi quondam Luminaris Ecclesiæ tuta persistant.

Audi, PHILIPPE MAGNE, & intuere quem defendes, si suscipis ista: Ioannem vtique Hierosolymitanum Patriarcham XLIV. Virum sanctum habitum quondam, &, vt hic satis latè videbis, sicut talem publicâ Ecclesiæ Catholicæ auctoritate, in vniuersa Christi Domini Iesu Ecclesia susceptum quondam; nunc (ex grandi, proh luctus! iniuriâ) quasi hæreticum, & despectum in nonnullis reprobè sentientibus leges. Dignum vtique, tuâ Regiâ Maiestate & solitâ in Optimos beneuolentia negotium transiges, si tuearis intemeratam innocentiam viri Patris, Ecclesiæ Christi vtilissimi, infensissimorũ fidelissimę Spõsæ hostium firmissimi exosoris, mallei, mastigísque inconcussæ: quem S. Zozimus Papa post mortem sanctum, vt & Anastasius I. item in vita, S. Chrysostomus, *charissimum & Religiosissimum*; S. Augustinus, *Beatissimum, & merito venerabilem fratrem*; Theodoretus, *virum planè* vocauit *insignem*; Prosper Rheginensis, *vitæ puritate nitentem, & Prophetiæ insignitum dono:* Historia Tripartita, *mirabilem*; Ruffinus, *Reparatorem Sedium Apostolicarum*; Baronius etiam (& placebit Deo) *Catholicæ fidei Professorem egregium*. Huius tanti viri, & sapientis (ad Deum suum merito, & iure suo cum Dauide clamantis sic: *Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.* Psalm. 118. vers. 22.) suscipies defensionem. Quâ nobili pugnâ Trophæa tibi maiora, & illustrissima parantur. Me Tibi PHILIPPO MAGNO victoriarum illustrissimarum ego sponsorem constituo, obsidem præbeo, Vadémque declaro; capútque meum in sponsionis securitatem, firmissimè fisus, voueo (quidni libens deuoueam?) Strenui olim militis illius constantiâ verba plena, ad Caium Cæsarem, prope Rhodanum præliantem, tibi subiicio, dedico, do: *Morior si non vincis*, MAGNE PHILIPPE. Viue ergo Tv, vt tuo protecta omnis causa Ioannis fauore, imperio, & potentiâ, tuta consistat, & secura permaneat. Vale, vt etiam viuat ex Te Catholica Fides, & Ecclesia Christi Iesu, melioribus suis semper stet aucta crementis; vt est Atlanticis humeris tuis suffixa, & semper erecta, PHILIPPE REX MAGNE, Vale, & PRINCEPS INCLYTE, Heliæ nostri Annos viuas. Vale.

LICENTIATI

LICENTIATI MARTINI MICHAELIS Nauarri, Hiſpani, Celtiberi, Turiaſonenſis, Canonici, viri linguarum optimarum peritiâ, & eruditionis omnigenæ ſublimitate vndique clariſſimi, à ſecretis quondam Steganographiæ Philippo Hiſpaniarum Regi, huius nominis IV. in Regno Neapolitano,

CARMEN.

QVi prius Heliæ PARADISVM, *& myſtica ſacri*
Paſcua Carmeli conſpicienda dedit:
Hiſpani ANTONIVS *decus orbis* ALEGRIVS *ingens*
Dotibus ingenij, nec minus arte valens.
Callida liuoris modò tela retundit, auita
Splendeat vt merito nobilitatis honos.
*Germine in eximio * nunquam accubuiſſe colubrum*
Hæreſis, exploſâ ſuſpicione docet.
Nam velut antiqui Paradiſi ſepta profanis
Angeli, ita Heliæ claudere cura noui eſt.
Reſtituitque ſuæ famæ poſt longa Ioannem
Sæcula, quæ ſimilem vix genuere virum.
Ardua materies, ſed tanto digna Magiſtro.
Gloria quem ſummo parta labore decet.
Æmulus inſultet; quid? fruſtrà, vt nubila Phœbus,
Inuidiæ tenebras diſſipat iſte liber.

* Eſt Ioan. Patriarcha Hieroſoly. XLIV.

INDEX

INDEX
EORVM QVÆ IN HOC OPERE Apologetico continentur.

TRACTATV I.
DISCVRSV I.

DISCVRSV II.

DISCVRSV III.

DISCVRSV IV.

TRACTATV II.
DISCVRSV VNICO.

Auctorum quorum Operibus pro hoc Apologemate conficiendo sumus vsi, Alphabetica, per notiora nomina, designatio.

Sunt omnes 337.

PROLOGIVM.

Cicero.

RECTE Cicero, humanæ Parens, & Princeps eloquentiæ dixit: temerè in acie versari & manum confligere cum hoste immane quiddam & belluarum simile esse: sed cum tempus, necessitasque petunt, decertandum esse, & mortem seruituti turpitudinique anteponendam. Enimvero bellum non tam facile suscipiendum, quam putant illi, quibus inexpertis pottissimum dulce: nec de re vlla alia mages est deliberandum, religiosius consultandum, aut maturius aliquid statuendum, quam de bello, & contentionibus aduersus alios ineundis: quatum alea vt dubia & anceps, & in qua bis peccare non licet, sic maximè detrimentosa, & omni ex parte periculorum est tricis irretita: quandoquidem qui superauit, & qui victus est, suo damno, ignominiaque, de suo gradu descendit [illegible] discessit: ille equidem magno fortè sui, suorumque dispendio victoriam mercatus est, hic vero quod spes irrita ceciderit, quàm ægrè ferat, quantóque dolore contabescat omnibus coniectandum relinquimus. Ex quo plane numquam nisi ineuitabili, & vrgentissima ratione compulsi belli aleam esse mouendam, [illegible] in minimo, rectissime docemur: vt omnibus prius tentatis remediis de suo iure quisquam prius discedat, quam auctoritate sua aliquid committatur. Nam turpe est, Scipio [illegible] dicebat Africanus, in re militari dicere: *non putaram*, eo quod inemendabilis error sit, quem committit Martis violentia dira. Facillimum est arma sumere, non sic facile suscepta deponere bella.

Scipio.

Hac [illegible] [illegible] nostro, diu distulimus defensionem istam (quæ fortan apud aliquos, quasi vel [illegible], motorumque armorum fragorem præ se ferre diiudicabitur, in Ecclesiam [illegible] Gigantum bellatorem, & eos qui illum sequuti sunt, quasi doctis [illegible] manibus ad prælia, & digitis ad [illegible] ad bella in Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham XLIV & huius nominis II) suscipere pro eo. Murumque nunc opponere tutaminis amici, aduersus eos omnes qui verbo, aut scripto, dicti Ioannis innocentiam, & in fide Catholica integritatem sugillarunt, aut sugillarunt aliquando: Sed tamen cum maturè perpenderemus excrescere in dies in Ioannē illatas honoris iniurias, & serpere verbo & scripto deaccoris insuperabilis malum per eos, qui verbo, & scripto virum, quondam vt Sanctum habitum, & susceptum tamquam meliori iure de fide Catholica Orthodoxiori doctrina Ecclesiæ Dei optimè meritum, & sincerioris fidei egregium defensorem, & professorem iam vt Origenistici dogmatis sectatorem, & Mæcenatem Macedonianum & Sabellianum, nescimus quibus rationibus innixi (futilibus equidem) [illegible]: nemenis Monachismum in Carmelo, & scriptionem libri cuiusdam: *De institutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium, ad Caprasium Montis Carmeli Priorem,* denegantes, vt posset Ioannes ipse penè dicere salua rectorum pace, si superstes extaret, Poeticum illud:

Ex Alciato Embl. 163.

> *Audent flagriferi matulæ, stupidique Magistri*
> *Bilem in nos olidi pectoris euomere.*

Certè necessitate legis fidei & amicitiæ, & fraternæ Charitatis debitæ iam obstrictos nos diiudicabamus, ex consilio meliori maiorum in hanc albam, non cruoris [illegible] amicæ tutelæ, animique pacati, quantum virum decet [illegible]: ne forte ex silentio diuturno nostro *fieret iudicium* [illegible] *potentior*. Quia totidem [illegible] quam laceratam inclamitare iura honoris, [illegible] auctoritatis in re [illegible] audiebamus Carmelidæ cuiusvis generis [illegible] decore, Patriarchæ Ioannis [illegible] Catholica denegata fide: in Carmeli Monachatu suo & scriptione libri præfati, cuius grauissima auctoritate subnititur omnis gloria, decorque omnis ab antiquitate Carmelitarum, & inde susceptus.

Habac. c. 1.

Hac igitur [illegible] compulsi, & vrgente [illegible] compressi causâ, Opus hoc, siue Apologema, & Murum defensionis suscipere decreuimus: acri, & attento consilio considerantes, quod non iam hæretici, idiotæ, aut alioqui ex genere indocti vulgi, homines [illegible] impetu Ioannis nostri, sed viri, qui vt vario fuere [illegible] & eorum aliquis suprema Ecclesiæ Cardinalitià dignitate [illegible] apud sapientes primores in magna sunt habiti auctoritate, queis pro tanti Patriarchæ [illegible] opus erat opponere Murum istum defensionis [illegible], vt iam [illegible] est, offendendi, sed exequendæ veritatis [illegible], & aperiendæ patenter Orbi toti ne hoc exulcerato sæculo nostro [illegible] in nostra sententia inter alios viros, ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Cæsare Baronio & aliis nonnullis peraliisque quis eius in vulgus emissa, propalata temere, & sine fundamento, & auctoritate, quæ ab aliis accepta fuerit, in Orbe dispersa. O vtinam hæc ab aliis euulgata fuissent, &

Luc. cap. 16.

quæſtiones iſtas reliquiſſet intactas ſine nominis ſui aliquali ingloriâ, & optimæ famæ certâ iactura & diſpendio, vir aliter verè Magnus, ſed certe illuſtriſſimo honori, & nomini ſuo ſatis conſultus noluit in hoc eſſe cum poſſet, & ferret, Eminentiſſimus bis ſcriptor Eccleſiæ Baronius: ad quod certe nobis angorem incutit quotiens in eruditiſſimis ſacris Annalibus ſuis, tot inter ſcite ſcripta, & elegantiſſimo quidem calamo exarata, has nouitates perlegimus, & has repentinas aſſertiones perluſtramus.

Sed tamen, dum attentâ perpendimus mente, ſic iſta Deum altiſſimum diſpoſuiſſe more ſuo, bona ex malis elicere fœcundiſſima ſedans in eo quod ſalus ab inimicis percipiatur, & veritas multis, adhuc ſapientibus, ignota ſuſcipiat lucem de manu eorum, qui oderunt nos, à lachrymis, & doloribus abſtinemus, animum temperantes in ea fide, quod forſan pro hac nonnullorum maledictione aliquando daturus ſit Patriarchæ Ioanni benedictionem omnium gentium firmiſſimam, & facturus nomen eius glorioſum in ſæcula. Etenimverò ſi ſæuientium in eum non nos omnes Carmelitas vno in Carmelita Ioanne dirì ſcriptionum illarum ſentes ſic pupugiſſent, vix manum ad calamos admouiſſemus, quò agitata veritas de innocentia, fide, integritate, Monachiſmo, & ſcriptione libri Patriarchæ Ioannis noſtri, Sole illuſtrior ſe daret Orbi vniuerſo, ſe extolleret de tribulationibus impugnationum quondam ſub tenebris dubietatis compreſſa, & oppreſſa notitia, & verſarentur in omnium manibus, & oribus, etiam ſapientiſſimorum quorumcunque, quæ antea vel à ſapientiſſimis viris prætervolabant.

Sed quid nos tantilli, & puſilli vt tantam prouinciam auderemus ſuſcepiſſe? Qui cum Salomone vere dicere valemus iure multo: *Sum ego puer paruulus ignorans introitum, & egreſſum meum.* Ignorantes ergo ingreſſum, & egreſſum belli quanquàm ex animo pacato in Gigantæum Philiſtæum ſcripturalis Palæſtræ ſuſcitatum. At nihil mirum ſi aliquando patiat *fletus ſiar mos*: legimus enim Ioannis 6. quod quinque hordeaceis panibus, de anguſto & pauere pueri ſinu receptis, ſequentem ſe Dominus numeroſam depauerit multitudinem, & quod ſatiatis ex eis quinque millibus hominum, imò myriadibus multis, panes iidem redundauerint, in *duodecim cophinos fragmentorum.* Legimus quod puer Dauid in funda, & lapide quinto, ex præparatis in perula ſua, inſultantem Dei agminibus occiderit hoſtem, vt proſtrato vno, qui pro decem millibus computabatur omnes pariter debellati remanſerint. Legimus 4. Reg cap. 5. quod captiua paruula puella Iſraelitica, Syris vel à Latronibus rapta, Naamanis nuntiauerit vxori, eique notefecerit, Eliſæi nobilis apud Iſraelem Prophetæ, ſanctitatem: ex quo id vnum, mirabile ſatis, ſubſequutum fuiſſe, Sacer Textus indidem notat: quod *iuxta ſermonem viri Dei*, Naamano ad Iordanis fluuij labentis vndas adire nuntiantis, vt lauetur, & mundetur ab horrida, fœtida, & inſanabili, humano medicamine, leprâ, Naaman ipſe mundatus, lotione ſeptimâ, ſic eique caro reſtituta *ſicut caro pueri paruuli.* Id quod his ſimillimum ponderans S. Ambroſius lib. de Virg. ſic fatus eſt: *Cur autem deſperandum quod Dominus loquatur in hominibus, qui loquutus eſt in ſentibus, nec rubum eſt dedignatus. Atque vtinam meas quoque illuminet ſpinas. Erunt fortaſſe qui in noſtris ſentibus aliquem mirentur fulgorem.* Quæ verba nobis nunc meritò aſſumere non dubitamus. Ergo ſi tam grandia Deus tam diù puero & puellulæ concedere ſe dedit: venienti ad hæc in nomine Domini dimicanti pro decore, honore, fidei integritate, & nobiliſſimo Patriarchæ vnius Hieroſolymitani, viri vndique ſtrenui, nomine, qui Sedium fuit Apoſtolicarum reparator illuſtris, certè ſimilia non denegaret auxilia; quocirca credimus nos, & ſperamus poſſe omnia in Deo ipſo, qui ſtabilitat nos, & Virgine eius Magnâ Matre, quæ nos protegat, dum pro ſuæ ſelectiſſimæ familiæ alumno ſanctiſſimo, vt credimus, & nobiliſſimo dimicare, & concertare ſuſcepimus, non offenſionis, ſed defenſionis amicabilis, melioribus armis. Nos igitur, *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.*

3. Reg. 3.

1. Reg. 1.

Ioann. 6.

1. Reg. 17.

S. Amb.

Pſalm. 59.

APOLO

APOLOGEMA,

SIVE

MVRVS DEFENSIONIS,

PRO IOANNE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO XLIV. A S. IACOBO APOSTOLO, ET HVIVS NOMINIS II.

TRACTATVS PRIMVS.

In quo eius puritas in fide Catholica, & illibata morum integritas, omni vitæ suæ tempore seruatæ, validissimis rationibus, & auctoritate demonstrantur.

DISCVRSVS PRIMVS.

PRÆMISSIONES AD APOLOGEMA DE INNOCENTIA PATRIARCHÆ IOANNIS HIEROSOLYMITANI.

Prima Præmissio.

1. PRIVSQVAM ad ea, quæ nostri suscepti certaminis germana sunt progrederemur, quædam vniuersaliora principia, non tam præscribere, quàm perstringere delectauit.

Præmittimus igitur in primis (quanquàm ex dictis in corpore Paradisi nostri Carmelitici decoris, sub Ioannis elogismo aliquantulum constiterit, quis, quantus, & qualis fuerit, iste vir ipse, cuius pro innocentia, Monachismo, & scriptione libri de Institutione Monachorum, in lege veteri extortorum, & in noua perseuerantium, ad Caprasium Montis Carmeli Priorem & discipulum quondam eius, vt correctior datur à Margarino La Bignæo tomo 9. Bibliothecæ Veterum Patrum, & nouissimè à Theologis, & Professoribus almæ Vniuersitatis Coloniæ Agrippinæ, in Bibliotheca vulgata Typis anno 1618. indidem, in hanc albam, non cruentantis vindictæ, sed suauis tutelæ, amicæque controuersiæ, lacessiti ab inualescentibus propediem aduersariis, prosilire, sic est dictum, cogebamur arenam) ea paucula, quæ ad manum potuimus habere de crepundiis, & adolescentia Patris, ex Paleonydoro nostro mutuata ac petita: (Proh mœror! quàm est dolendum, quod Sanctorum acta illustriumque virorum facinora virtutum egregia tam breuiter aliquando, sæpe imò, delineata sint) qui sic ait:

Statu 3. Ætat. 2. sub ann. Dom. 432. siue 416.

Tempore Honorij, & Arcadij Imperatorum, circa annos Domini CCCC. fuit quidam nominatissimus Montis Carmeli Eremita, sancti Religiosaque vita nomine Ioannes: Hic iuuenili ætate videns, quàm rara sunt amicitiæ, fallaces amores, omniáque esse caduca, & transitoria, pecuniam, Mundumque adeo contempsit, vt Eremum Montis Carmeli peteret, quò se crediderat à Parentibus

Paleonyd. lib. 2. cap. 6. antiq. & Sanctimon. Eremitarum Mont. Car.

faciliter [illegible] , [illegible] adolescentia [illegible] quoque [illegible] stuporem verteret. Posthac, Cyrillo ad Patriar- [illegible] Hæc de Ioanne nostro Paleonydorus: Et post pauca [illegible] in quibus Theonam illum [illegible] virum, Magni Serapionis Magistrum, dum iuuenis esset, cum vxore sua ad contemptum terrenorum prouocatum depingit: à Ioannéque eodem [illegible] susceptos in Carmelo) hæc, cum Ioanne pergens, [illegible] *in Archidiaconatu.* Hæc de Ioanne, vsque ad Patriarchatum suum, à iuuenili ætate sua [illegible] nobis. Vide de eo Thom. à Iesv, & eos quos adducit, & Nicephorum Calixtum Xantopulensem inter alios.

Thom. à Iesu [illegible] Carm. [illegible] Nicephor. [illegible]

Præmissio II.

Vvastelius.

SEcundò præmittimus, ex Petro Wastelio nostro, Belga Alostano, cap XV. Apologiæ, [illegible] Ioannis Martij Typographi [illegible] & ex Ioanne Cartagena [illegible] Minorita Franciscano libro [illegible] de laudibus Carmelitarum 2. [illegible] impressionis Antuerpiensis anni 162 [illegible] apud Ioannem Keerbergium: [illegible] Ioannis, vtrosque Heliades. Illorum primus, dictus Ioannes [illegible]. Secundum autem virum affirmant multi, fuisse mirâ sanctimoniæ luce fulgentem, qui librum [illegible] Capraſium [illegible] Discipulum quondam [illegible] ille est pro quo nos Apologema damus nostrum, & opponimus defensionem [illegible] eos, qui eum verbo, aut scripto offendunt [illegible] vt que iste est sub nomine Ioannis II. vocandúsque tumor Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha XLIV. numero, à S. Apostolo Iacobo.

Carthagena.

Hanc [illegible] apertam Collectores [illegible] Monachismi, & scriptionis libri ad Caprasium *de institutione Monachorum*, &c. maximè Carmelitana [illegible] Romanæ Augustissimus, & Eminentissimus Cardinalis Baronius legissent, & animaduertissent, haud dubium, quòd non inter alia, asseruissent: Ioannem Patriarcham XLIV. Hierosolymitanum in [illegible]

Hieronym. [illegible] ep. 7. fol. 312.

disciplinæ professorem egregium, plenum fide, & Spiritus sancti illustratum gratia, sanctitate [illegible] decoratum Hæreticum [illegible] Origenistam.

Non [illegible] & de Catholica Christi Domini [illegible] Ecclesia [illegible] Ioannem [illegible] in additionibus ad Martyrologium Vsuardi [illegible] Natalis [illegible] Ioannem huius nominis [illegible] Sylvius II [illegible] & à S. Iacobo Apostolo numero VII. inter Hierosolymitanos Antistites [illegible] Ordinis Carmelitici [illegible] fas esset suspicari, tantum virum, Molanum inquam, sic in historiis Ecclesiasticis versatissimum (vt de eo dixerit [illegible] Cardinalis Cæsar Baronius, alibi [illegible]) quod *De eius scriptis, nec breuem schedulam deperire æquanimiter pateretur*) loquutum ibi fuisse de Ioanne illo, qui quondam [illegible] fuisset, & habitus est. Atquidquid [illegible] cœpto certamine haud dimouebimur, nisi immunem ab omni hæresi [illegible] Carmelitam esse: & Scriptorem præfati libri pro posse [illegible] Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum XLIV. & huius nominis secundum probauerimus.

Baron. Præfat. in notis ad Mar. Rom. c. 9.

Præmissio III.

PRæmittimus tertiò Ioannem istum Hierosolymitanum II huius nominis, natione Syrum, aliis Græcum, electum fuisse Hierosolymitanum Episcopum iuxta Baronium anno 386 successisse in Sede Patriarchali Seniori Cyrillo, anno VIII. Imperij Theodosij sub Pontifice Romano Syricio: fuisse item, vt dictum est Hierosolymitanæ Sedis Episcopum XLIV. numero à S. Apostolo Iacobo: ætatis suæ anno XXX. suffectum, & altâ illa in Sede constitutum, S. Hieronymo dicente, in Epistola 62: fuisse Patriarcham ab anno CCCLXXXVI. vsque ad annum CCCCXVI. vt sole clarius ex Baronio ipso comprobari est: Itaque Hierosolymitanæ esse Sede positum annis XXX. ipse Baronius affirmat, ad annum CCCCXVI. iuxta [illegible] Hæc ad ea quæ postea sunt referenda, tamquam opportunissima adnotanda, & præmittenda fuere: vt iis designatis, sciat, lector, quod, quidquidlibet de Ioanne Hierosolymitano, siue Hierosolymitano Patriarcha [illegible] inter legendum fuerit deprehensum propitiè, vel aduersè, de Ioanne XLIV. huius nominis inter Hierosolymitanos Antistites II. veniat intelligendum.

Baron. eod. ann.

S. Hieron. ep. 62.

Baron. to. [illegible] ann. ad ann. 416. [illegible] ad finem.

Præmissio IV.

I.

PRæmittimus quartò, probaturos si sit opus nos esse, Diuino Numine dante, Baronium (quo [illegible] motum nescimus) [illegible] & leuissimâ limâ, res decoris, & honoris, Ioannis istius Patriarchæ; imò totius Ordinis Carmelitani perstrigisse; propter quod meritò totus illustrissimus Marianus Ordo in

causa

causa antiquitatis suæ scriptorem istum recusare decreuit, in sempiternum. Hoc vnum sciuimus certum, vt Wastelius recenset ex multis, quod ab eo tempore, quo Carmelita quidam librum edidit in lucem *de centum erroribus Baronij*, sic in immaculatum Ordinem Marianum toto seueritatis, ne dixerim odij, halitu irruisse, vt nullum non lapidem mouerit, quò animum suum auersum à Carmelitis non exhibuerit. Id quod satis apertè poterit comprobare, quicumque Annalium [illegible] & quintum percurrerit, & maximè sextum ad annos 444. Quid [illegible] de Ioanne nostro? Vt alias omittamus comprobationes præter eas quas satis apertè hoc nostro recipies Apologemate [illegible] de hæc legens, Adnotationem Romani Martyrologij, pro S. Eustochio factam, sub die decimaoctaua Septembris, littera K. [illegible] scriptor se legisse [illegible] Epistolam quandam Innocentij Papæ ad S. Hieronymum, & Eustochium *de [illegible] opera [illegible] S. Hieronymi [illegible]*, quasi satis non fuisset semel virum illa graui, & molestâ notâ, designasse, addidit, esse S. *Hieronymi [illegible] infensissimum* Daremus verba Baronij, ni facilè illa ad manus haberentur.

Vvastel. in Apolog. cõtra Baron.

Petimus tamen à te, serenissime lustrans, & candide hæc legens vt, cum Diuo Hieronymo loquamur, Tribunalis Domini memor, & de iudicio tuo te intelligens iudicandum, nec nobis, nec aduersario faueas, neve personis loquentium, sed causam consideres: & ne nobis in his quæ scripturi sumus pro Ioannis nostri Innocentia, Monachismo, & scriptione sui libri, sed & neque Baronio solis, assentiaris, et solummodo rationum, argumentorúmque vi innixus, vniuscuiusque, in te positâ staterâ sensus purissimi tui, sententiam proferas: & si quid inter dicendum elapsi fuerimus non certè ex animo, dum noster in eo solo positus sit, vt veritas prodat se, & prodeat in lucem: & quòd tuta, abhinc innocentia, innocentis viri Patriarchæ persistat, isque, à tantis redimitus cauillis, Io concrepet debiti sibi trophæi ab omni, per omnes, hæresis libe prorsus censitus immunis, Carmeliticæ Classis diiudicatus miles, & genuinus auctor habitus libri de institutione Monachorum, &c.

S. Hier. epist. 62. c. 3.

Præmissio V.

I.

PRæmittimus quintò, non esse in eo situm mentem nostram, vt ostendamus iterum hic originem, & antiquitatem Carmelitanæ Religionis nostræ; de hac enim, tam supra latè [illegible] plus duodecim Præambulationibus in initio huius nostri Paradisi præmissis, maximè à quarta, vsque ad decimam sextam; sed in eo hic mentis figimus aciem, vt vnam solummodo ostendamus auctoritatem, quæ pro multis valeat computari, quâ stante, ex grauitate, & antiquitate maximâ Ioannis Patriarchæ, stat omnis historiæ Carmeliticæ firmitas; quâque cadente, cadit omnino potior illius pars auctoritatis: hæc enim sola Ioannis auctoritas libri Patriarchæ, rem omnem honoris, & decoris Carmelitici pandit, & firmat, tanquam [illegible].

2.

Stabit igitur firmitas hæc, si ostenderimus, (post eiusdem Patriarchæ agitatam, & probatam latè vitæ puritatem & constantiam Catholicæ fidei eius & Orthodoxæ professionis doctrinæ quas quidem primus apertè tractatus demonstrabit, & docebit,) librum qui circumfertur sub nomine Ioannis Patriarchæ Hierosolym. XLIV. cui frons: *De institutione Monachorum*. &c. tanquam vero Domino suo germano auctori, & genuino scriptori [illegible] appingendum fore Ioanni illi Patriarchæ præfato. Difficillima sanè quæ teneris ingenij, & studij nostri viribus fuisset in hoc [illegible] nisi nos roborarent, in eâ suscipienda, Doctorum grauissimorum grauissima auctoritas, & vis. Quis enim doctus verè non nouit, quantæ sit difficultatis vetusta cuiuspiam scripta, obnitentibus aduersarijs, auctori [illegible] monumenta non extant, cum [illegible] stylo, licet [illegible] sæpe) componi possint, & assimilari. Attamen ex rationibus, & auctoritatibus adducendis in his tractatibus duobus, speramus, doctos viros sincere sentientes, dexteras [illegible] suas porrecturos [illegible] Stagiritæ Philosophus edocebat [illegible] *in vno quoque genere [illegible] natura potest.* [illegible] quòd inter validissimos veritatis assertionis nostræ aduersarios militemus: quorum alij viribus maximæ auctoritatis suæ à nobis stant, vt Eminentissimus Cardinalis Cæsar Baronius: alij temeritatis, & audaciæ, vt quidam Hieronymus Roman Augustinianus Eremita, sempiternus Carmelitani decoris Osor, & audax aduersator, quos sanè oportebat vtrinque formidare, quia non modò auctoritas, & grandis Baronij grauitas robustam nobis oppositionem valuit afferre, sed & Hieronymi Roman auida impugnandi Carmeliticos decores libido, supplantare potuisset, si siluissemus, veritatem assertionum nostrarum. Sorex, animal minutum occasiones vitandi periculi quæritat solers. Alexander quantumuis potentissimus, dexteritatem Ptolemæi suspectam habuit, Æliano auctore: bellè Græcorum quædam Paroemia [illegible] *Musca etiam splenem habet, & formica bilem.* Meliora interdum deterioribus hominibus premuntur, ac supplantantur, sic prudens vel à minimis timet, quia vt Hispanè vulgò iactitamus *No ay para enemigo ninguno pequeño.* Ideò hic omnibus satisfacere animus fuit, & tum debiles, tum vel robustiores expugnare, etsi [illegible], & religioso quantum fieri certamine possit, vt firmitatem apud omnes, assertiones sibi vendicent nostræ.

Aristotel.

Card. Baron. Hieronym. Roman.

Ælian. var. hist. 14. sub finem.

Propterea non modò Potentatibus, & Magnatibus volumus hunc opponere pro Ioanne nostro murum, non tantum pro strenuis Ducibus; sed & pro nouellis pedissequis, omnes enim officere valent, omnes hac in re vt formidabiles habemus, quia eorum numero excrescente, [illegible] & [illegible] Ioannis Patriarchæ dedecus, [illegible] rumor, & vox, iniustè offenso manente homine

purissimo à labe iniectâ;) Imò & illos, qui in scribendo, more aliorum arietum, bidentium, siue ag[illegible] sese gerunt, q[illegible] primum, vel Cicurem sequentes, quoquo versum prosiliat iste, ex eo solum quod primus fuit Cicur [illegible], si is in præcipitia se dedat; cæteri quoque per abrupta prosiliunt, & præcipitia vltronea sese tradunt. Generis huius à Baronio, multi fulciebantur scriptores, qui tantâ viri aucto itate, & grauitate deducti & percepti, nullo in assertis alio examine præuio, per abrupta prosilire non dubitarunt, dextrorsum, vel sinistrorsum in Ioannis innocentiam, Monachismum, & scriptionem eius insurgentes libri.

Præmissio VI.

1\. PRæmittimus sextò. No solùm in eos, qui aliquâ forsan deducti maleuolentiâ animi, aut studio [illegible], sed & in eos opponimus murū, qui[illegible]cumque, & quanticumque sint, qui vel nimio zelo, & Marianæ Religionis Carmeliticæ amore, seu reuerentia in tantum Patriarcham deducti, decidère in Scyllam tentantes vitasse Charybdim: Cuiusmodi fuère Ioannes Grosii, & Petrus Lucius nostri; & , qui maior his est, celeberrimus Carmelitanarum antiquitatum illustrator, & scriptor Ioannes Trithemius Abbas, & lumen egregium Benedictinæ familiæ: qui quamuis fateantur libri ad Caprasium genuinum fuisse Auctorem Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum XLIV. nescimus certè quo consilio, ætatem eius ad annum circiter septingentesimum septimum, & ad Adriani tempora I. retorserunt: Vt velint Grosii, & Trithemius, Ioannem nostrum hunc, eundem esse, cum S Ioanne Hierosolymitano Episcopo Præceptore D. Ioannis Damasceni: sed amoris error non condonatu difficilis erit: honoris, & decoris siquidem ergò, pro homine suspecto, alium substituere decreuerunt, ab omni suspicionis alienum labe, committentes quadringentos ferè annos, ac si in historicis antiquitatibus non fuissent versatissimè docti, doctissiméque versati, & omnium, pro Carmelitanæ Religionis decore, & honore meliori, ludibrio non hæsitarunt se exponere: quo [illegible] penè [illegible] in dubium historias nostras, immò Ioannis Patriarchæ volumen, pro cuius certitudine scriptionis vt & pro innocentiâ, & Monachismo tanti Patris militare decernimus primi, post Waslchum nostrum, & Thomam à IESV, & inclytum Minoritam Ioannem Carthagenam, in hanc albam prosilientes arenam, hoc muro defensionis non certè offensionis, medio hoc Apologemate opposito

2\. At quoniam non latuit præfatos Doctores, maximè Trithemium (virum nulli, laude, vtriusque scriptionis, & doctrinæ genere secundum, optiméque meritum de Religione vniuersa Carmelitarum, vt ex eius libris satis patet apertè) quòd Sancti Patres Epiphanius, & Hieronymus in hunc Ioannem XLIV. Hierosolymitanum Antistitem, tamquam in fautorem hæreseos acriùs scripsisset, consultius censuère fore (ne forsitan errabundus vnus homo candidissimum Ordinem Marianum impura aliqua posset tingere labe) alium nomenclaturæ eiusdem Patriarcham accersere; non tamen mutatâ libri, veteri inscriptione, qua ascribitur XLIV. *Patriarcha Ioannes Hierosolymitanus.* Et certè hac pia Zelotyporum Patrum horum excogitatione non erat opus, cùm veritas nullibi, & nequando indigeat patrocinio, Cicerone docente: *Quia eius tacita vis est, vt nullis machinis, aut cuiuspiam hominis ingenio, aut arte subuerti possit: & licet in causa nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur.* Qui enim in vno falsiloquus deprehensus est, cætera quæ scripsit meritò multis suspecta dedit.

Cic. in Vatinium, & pro Marco Cælio.

Præmissio VII.

1\. PRæmittimus septimò Ioannem Patriarcham XLIV. Hierosolymitanum, in ea Hierosolymorum sede suprema decoratum, pacificè floruisse, & egisse cum SS. Epiphanio, & Hieronymo, vsque dum, tempore labente, sempiternus ille charitatis, & pacis inimicus, qui refuga fuit ab initio Satan discordias suscitauit in eum, mediis quibusdam detractoribus, ac maledicis hominibus, discordiarum amatoribus, qui leuibus (de more) inducti, & subuersi fundamentis, Ioannem esse Origenisticı dogmatis professorem euulgarunt. Quorum tumultuis habentes fidem, ex nimio zelo diuini honoris S. Epiphanius, & S. Hieronymus (vt erant vigilantissimi fidei Catholicæ, & cultus diuini zelatores, qui nec leuissimam in diuino honore simulam sustinerent) abstinuerunt sese à Ioannis consortio familiari: & hinc inde epistolis scriptis, graues cum illo, saluâ tamen in Christo charitate, & amore, controuersias intexuère. Id quod neque nouum, neque mirum, vt infrà videbimus, cùm inter Sanctos, & adhuc Apostolos Christi, similia contigisse legantur. Quanquàm enimuerò, vt Vincentius adnotauit Lirinensis, datos ab Antonio Posseuino, Tomo 1. lib. 1. cap. 29. Sancti Patres fidei in dogmatibus firmiter, & simul sine diuisione, aut schismate sentirent; at non sic in aliis doctrinis extra fidem: quocirca exortas legimus nouas fuisse controuersias inter Sanctos Petrum, & Paulum, super toleratis Mosaicis legis, pro nouis Christi cultoribus: inter SS. Hieronymum, & Augustinum, super reprehensione S. Petri in Apostolum Paulum: inter Episcopos Asiæ, & S. Victorem Papam: inter Cyrillum Alexandrinum, & S. Chrysostomum: inter S. Chrysostomum, & Epiphanium: inter Theophilum, & Chrysostomum eundem: ita vt iste ab illo pulsus abiret propria Sede & Ecclesia sua. Quibus nihil obsistentibus, Gelasius Papa in decreto VII. Episcoporum (quod extat tomo Conciliorum II. à Seuerino Binnio collectorum) non dubitauit, cum aliis etiam, Theophilum appellare Beatum: immò concilium V. generale collat. 5. inter sacros Ecclesiæ S. Doctores Athanasium, videlicet, & Chrysostomum, Theophilum S. adscripsit.

Tract. 1. disc. 4. c. 6. à n. 1. c. Vinc Lyrin. Posseuinus.

Gelasius PP.

Seuerin Bin

Agedum

2.

S.Epiphan. Bzouius.

Agedum ergo, bone Baroni, si tam diutinæ quæstiones, vsque ad vltimum vitæ agonem prosequutæ, & dilatæ (saluâ tamen, & illæsa charitate inter dissidêtes remanente: (vt fatetur Epiphanius cap. 5. Epistolæ ad Ioann. & sibi credidit Bzouius lib. 4. hist. Eccles. ad ann. 392. nu. 8.) inter Theophilum & Chrysostomum, non præualuerunt, vt ex eis *Sancti* nomine priuaretur, cur quæ inter Ioannem cum Epiphanio, & Hieronymo triennio solum viguêre vt mox dicemus, in causa erunt, vt & tamquam hæreticus Origenista, siue Pelagianus Ioannes sugilletur, & sanctitatis eius obtenebretur vox., & *Sancti* priuetur nomine (quod multis titulis meruit, vt talis agnitus, & veneratus in Occidente, & Oriente) huius iniuriæ grandis vexillum primo erigente Baronio?

3.

Baron.

Scire sit ergo, huiusmodi suscitatas inter sanctos Epiphanium, & Hieronymum cum Ioanne controuersias, & dissidia, ad triennium tantum perdurasse, scilicet ab anno 391. vsque 393. Baronio teste. Tomo Annal. 4. ad ann. 393. cap. *cum igitur* sub n... Namque, cum iam de sinistris illis tumulculis, quæ circumferebantur contra Ioannem, is certior fuisset effectus: & similiter, de eo quod Epiphanius aduersùs eum, ad Syricium Pontificem detulisset, illicò Apologiam scriptitauit, Pontifici dedicatam Syricio, contra obtrectatores studij, & fidei suæ, in qua, non fidem sed Origenis ingenium esse sequutum demonstrauit apertè, vt loquitur Gennadius. In hac igitur sui, suæque fidei, & doctrinæ approbationem à Pontifice summo, vt solemnis erat illorum temporum consuetudo, Ioannes expostulauit enixè, Indeque sic Hierosolymitanus iste Patriarcha, apud Pontificem Syricium, & apud sanctos Epiphanium, & Hieronymum, immò & in omni Orientis, & Occidentis regione commendatus, honorificis acclamationibus, remansit: vt ab eo anno, scilicet 393. qui septimus adnumerabatur Pontificatus Ioannis, vsque ad annum datæ salutis à Christo 416. in quo contigit felicissimus obitus eius, nec vel leuissimum vestigium, quod legatur, aut audiatur præteriti dissidij, & contentionum cum Ioanne repertum sit: id quo sexnûc esse potest euidens fidei Catholicæ, & commendabilis innocentiæ charissimi Patriarchæ testimonium, & contestatio manifesta.

4.

Indem scias, quod nec minutioris atomi vmbra, conceptæ aduersæ suspicionis de Ioanne, reperta sit posthæc apud vllum scriptorem vetusti illius, siue sequentis temporis & quod his maius est, neque apud Baronium ipsum, ab anno Domini 394. vsque ad 416. Nullatenus enim iste tota hac intercapedine annorum probat, Ioannem vel in leuissimo in fide defecisse: Ex quo patet, censendum eum esse Catholicum, ex Farinacij doctrina de hæresi q. 187. § 1. n. 1. per illa verba: *Nemo hæreticus præsumitur; proptereà qui aliquem hæreticum dixit, probare tenetur* Insuper addit num. 5. Quod probationes in materia de hæresi debeant esse Solis luce meredianâ patentiores, *eo quod res ista grauissima sit*. Docet idem Alciatus de præsumpt. Reg. præs. 39. cum aliis quos refert, sequitúrque Menochius de præsumption. lib. 5. præs. 6. num. 2. & Simancas, de Cathol. Institut. Titulo 17. numero 2. dicentes, quod accusatore non probante, reus etiamsi nihil præstiterit, absoluendus est, & est communis Doctorum. Iuxta quam Ioannes ab iniecta iniustè hæresis litura absoluendus est, cum Baronius, Cohortis Ioanni aduersæ Dux ingentissimus, aduersus eos omnes, qui Ioannem Patriarcham XLIV. Hierosolymitanum immunem ab omni hæresi profitentur, imò eum Sanctum venerantur, vt Apologema demonstrabit istud, nihil probauerit, nec pro asserto suo nouo, vel testem demonstrauerit vnum. Placuit tamen liberè ei forsitan lacessito adnotationibus libelli cuiusdam, vt postea dicemus, à quodam Belgico Carmelita auctore compilati, sub titulo, *de centum erroribus Baronii*, deprehensis quidem in primis voluminibus suorum Annalium Ecclesiasticorum, vicem rependere Carmelitis, in eo quod, quotiescumque ad calamos scriptionum suarum accederent, in eos velut impetu facto irrueret, & maximè in Ioannem Hierosolymitanum Patriarchã XLIV. totus in hoc insistens, vt eum *Sancti* nomine, quo per longa sæcula fuerat, Ecclesiæ pace, Patriarcha gauisus, spoliaret, & sugillaret hæreticum quasi Origenistica terebratum carie virum. Proh, Deus immortalis! adeo Ioanni tuo superis honoribus tuis!

Farinacius.

Aud. Alciat.

Menochius. Simancas.

5.

Nota S Hieronymi magnalia summa.

Præterea, quis credat, quod S. Hieronymus diuini zelator honoris strenuus, vir Biblus factus, natus scientiis, formatus ad omnes sanctitates, in omni litteratura clarissimus nec minus vitæ sanctitate refulgens, scientiis enutritus, sapientiæ alumnus, Diuinitatis speculũ, scripturarum arx, fomes eruditionis, Bibliorum arbiter, Theologiæ fauor, index veritatis blandimentum sapientiæ, intelligentiæ meta, eruditorum inuidia, & quod hic pluris agendum est, hæresũm excidium, fidei stabilimentum Catholicæ, egregium veritatis propugnaculum, & hæreticorum odium implacabile, pati posset per duodecim, vel tredecim annorum spatium in Sede manere pacificè Hierosolymitana virum Origenis erroribus, aut aliis similibus infectum, præcipuè cum ipse Hieronymus apud eum, Episcopum animæ suæ, proximè esset acturus, tantámque sibi comparauisset auctoritatem apud Pontifices summos, quorum sacer fidei Catholicæ zelus, & diuini ardor honoris, vix vel frustulum fermenti, ad horam, admixtum candidæ massæ veritatis æternæ, & doctrinæ diuinioris Ecclesiæ Christi, quòd eam corrumperet, ferre valeret, maximè S. Epiphanius, qui vsque ad annum 394. iis omnibus, quæ à S. Hieronymo, de Ioanne Patriarcha, deferebantur indubitatam semper fidem adhibuerat.

6.

Et præterea tanquam compertissimum habeatur id vnum, quod si Anastasius mali aliquid, in re morum, & fidei ab illo prædicto anno de Ioanne suspicatus fuisset, mox illum à sua pepulisset Sede, & de sublimi illo deturbasset honore, cùm non hæsisset semel, & iterum Origenis errores condemnare. Vt mirum sit, quod non tremuerit Baronius, hæreticum tanquam inclamitare virum, tanti post dissensiones illas penè momentaneas, & leuibus rumusculis subortas) à Sanctis, & summis Pontificibus habitum: & (referente Baronio Tomo Annal. 5.) à S. Augustino (vt cæteros omittamus) lib. 2 cap. 51. (quem contra Petilianum hæreticum scripsit anno 398. post electum Anastasium Pa-

Baronius. S. August.

pam)

pam; hisce verbis, tanquam de fide Catholica optimè meritum professorem, collaudatum: *Nos Catholici cum Ioanne etiam Catholico in Catholica vnitate connectimur.* Quæ quidem protulit Doctor egregius, vt impudentissimum confunderet Petilianum, & se ipsum Catholicum profiteretur, vnitúmque omnibus Catholicis: inter quos Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum XLIV. à S. Iacobo, antonomasticè Catholicum dinumerare non dubitauit. Et Baronius non terretur, temporibus nostris, labe hæresis tinctum sic iniustissimè eundem tingere virum.

Farinacius.

Cúmque tandem negotium hoc caninæ, amaræque sugillationis in rebus fidei, vt Farinacius suprà citatus edocuit, circa famam, & honorem quemque fricandi, grauissimi ponderis sit: & liceat nulli in honore dignitatis sic supremæ, Sedéque pacificè possessa, & obtenta sedentem maledictis figere virum Carmeli decorem; ad Carmelitas attineat, nobilem Carmelitam tueri, & clypeare neruosè, hoc in vno affectuosissimè desudantes, vt in pristinum suum honorem Carmelita nobilissimus, & Patriarcha strenuus restituatur, eousque, *Sancti* nobili cognomento, quo antiquitus pacificè, vt hic tibi videre erit, perfruebatur in posterum, bonâ omnium gratiâ, gaudeat, & lætetur. Huc respiciet huiusmodi nostrum Apologema, siue Murus defensionis, si dederint Superi selectiora conatibus nostris.

Hæc, antequam ad expugnanda asserta Baronij, & aliorum, in Ioannem Patriarcham, procederemus prælibasse prius, opportunum duudicauimus: nunc iam transeamus ad alia.

***

EMINEN

EMINENTISSIMI CARDINALIS CÆSARIS BARONII THESIS PRIMA, *SIVE* CONSTITVTIO SEQVENTIS APOLOGEMATIS, AVT MVRI DEFENSIONIS.

1. CVM præcipuè hæc nostra controuersia pro signatissimo aduersario (auctoritatis suæ potentiâ) Eminentissimo Domino Cæsare Baronio excitata sit; Nam superato, si Deo placet, graui isto disceptatore (qui ab humero, & sursum omnes eos, qui hucvsque aduersus Ioannis Patriarchæ, huius nominis Secundi, & inter Hierosolymitanos à S. Apostolo Iacobo XLIV. scripsère innocentiam, præcellit auctoritate) cæteros scimus sese in silentium, & fugam dedituros, vt lis litem dirimat, vnam ante aliam, in vnoquoque ex duobus Tractatibus istis præstatuemus conclusionem, in quam Murus iste opponendus est, & Apologema militabit noster. Sic nunc primùm:

2. *Eminentissimus Cardinalis Cæsar Baronius Tomo IV. Annalium suorum: ad Annum Christi Domini IESV CCCXCII. vocat Ioannem XLIV. Patriarcham Hierosolymitanum huius nominis (quod censemus) II.* Origenis errorum Patronum, & Origenistarum fautorem: *idque confirmat ex variis locis D. Epiphanij, & S. Hieronymi Doctoris Ecclesiæ Christi, in Epistolis scriptis ad eum.*

CAPVT I.

Proponitur expressiùs sententia Baronij, cum fundamentis fatilibus eiusdem.

1. TRIBVS temporibus censetur, in primis, à Baronio, Ioannes hæreticus, videlicet ante Episcopium, quo tempore Arianus, & Macedonianus ab eo censitus est, negantque dignitatem Filij, & Spiritus sancti: hæc enim anno 386. affirmat de illo, ad finem anni, sub numero 57. folio 663. impressionis Moguntinæ anni 1661. Tomo 4. & anno 392. Tomo eodem, sub numero 41. fol. 825. repetit idem. Fundamenta sua ponit in eo S. Hieronymi loco Epistolæ 61. *Non euentilabo, si amaueris eos, qui talia prædicauerunt; cum quibus fueris quando ista dicentes exilia sustinebant; quis sit ille, qui Theone Presbytero, Spiritum sanctum Deum in Ecclesia prædicante, clauserit aures, forasque cum suis concitus fugerit, ne tantum audiret piaculum,* &c. Et infrà idem Doctor sanctus, *Quis te hoc tempore arguit Arianum? quis tibi nunc Photini, Manichæique crimen impingit? olim hæc emendata sunt, atque concussa.*

2. Secundum tempus est ad annos 392. sub nu-

mero 4. fol. 826. ann. 93. num. 9 fol. 836. & anno 94. numero 9 folio 8 8. eiusdem impressionis Moguntinæ sub anno 1601. factæ. In his asserit Baronius errorum Origenis Ioannem fuisse sectatorem. Imo & annis 400. sub numero 54. fol. 148 & 149. tomo 5. & annis 444. num. 17. fol. 28 tom. 6. eiusdem Moguntinæ. Adducuntur hæc sententiæ ex verbis duarum epistolarum, Epiphanij videlicet, & Hieronymi: in quarum prima, quæ Epiphanij est, & circumfertur inter epistolas D. Hieronymi, & est epistola 60. tom. 1. operum sacri Doctoris, hæc verba leguntur: *Domine præsta Ioanni vt rectè credat.* Et paulò inferius hæc: *Quapropter obsecro te, dilectissime, & aduolutus pedibus tuis precor, præsta mihi, & tibi vt salueris, sicut scriptum est, à generatione peruersa, & recede ab hæresi Origenis, & à cunctis hæresibus dilectissime. Video enim, quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis, Arij Patrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem, & parentem laudare non debetis.* Et paulò inferius, *& idcirco commouimini, quia misimus aduersum me epistolas, vt huc, illucque sermo vester discurrat; & propter defensionem hæreseos aduersum me odia suscitantes, rumpitis charitatem, quam in vos habuimus in tantum, vt feceritis nos etiam pœnitentiam agere quare vobis communicauerimus, ita Origenis errores, & dogmata defendentibus.* Hæc in præfata epistola prima Epiphanij ad Ioannem Episcopum Hierosolymorum. In secunda autem, quæ est *S. Hieronymi ad Pammachium*, epistola 6 . *aduersus errores*, &c. hæc legit verba Baronius: *Habes Papam Epiphanium, qui te aperte in suis literis hæreticum vocat.* Et mox carpit illum de decem hæresibus Origenis Hieronymus idem.

D. Hiero. to. 1. ep. 60. quæ est Epiph. ad Ioan. Hieros. fol. 290. impress. Paris. 1609.

Hier. ep. 61. to. 2. impr. Paris. cit.

3. Tertium tandem tempus, in quo à Baronio illustrissimo hæreticus diiudicatur Ioannes, est ad annos 415. sub numero 34. Fundamentum Eminentissimi Cardinalis est apud D. Augustini epistolam, quæ est numero 25: habetúrque tomo 2. operum sacri Doctoris missa ad Ioannem, & licet ad quemnam Ioannem scribatur ex titulo haud constet, vult Baronius quòd ad Ioannem sit missa Hierosolymitanum nostrum, ex his quæ continentur in ea. Igitur hæc ibi legit ex Augustino, & assertum suum Baronius firmat in istis: *Pelagium verò fratrem nostrum filium tuum, quem audio quod multum diligis, hanc illi, suggero exhibeas dilectionem; vt homines qui eum nouerunt, & diligenter audierunt, non ab eo tuam sanctitatem existiment falli: nam quidam ex discipulis eius,* &c. hæc Augustinus cum Ioanne verba faciens. Super quæ ergo iudicat Baronius, non fuisse possibile tantam cum Pelagione amoris necessitudinem Ioannem istum coniunxisse, nisi alias Pelagiano esset dogmate immersus. Ad quod, quo robustius aciat suo sensu fundamentum vitio vertit, & desidiæ Ioannis crimina quædam dira, à Pelagianis in Conuentu Sacrimonialium Bethlehemiticarum contracta: id quod probare conten lit ex epistolis duabus: altera Innocentij Pontificis O. M. quam adducit Tomo eodem Annalium 5. ad annum 416 sub num. 31. ex qua verba sequentia apponit. *Dilectissimo Fratri Ioanni, Innocentius. Direptiones, cædes, incendia, omne facinus extremæ dementiæ generosissima SS. virgines Eustochium, & Paula deplorauerunt, in locis Ecclesiæ tuæ perpetrasse Diabolum, nomen enim hominis, causamque reticuerũt. Quod etsi ambiguum non sit, & a quo commissum: oportuit tamen cuiusdam germanitatem tuam, & gregis tui sollicitius prouidere, ne quid huiusmodi oriretur, quòd cum aliorum periculo tua lacessit negligentia admittere in gregem Domini, & tales agnos, quos incendio, armis, & persecutionibus nudos, debiles post suorum cædes, & mortes vix viuere audiuimus,* &c. quæ ibi ad Ioannem Innocentius. Ex quibus Baronius educit, Ioannem non modò tanquam socordẽ meritò à Pontifice sacro acriter admonitum iri, sed quod eodem iure in suspicionem grassationis Bethleemitici Cœnobij deuenerit, & similiter de suspicione conniuentiæ de scelere illo perpetrato meritò a Pontifice esse perstrictum, *quod sciret*, ait Baronius loco dato, *eum semper aduersarium esse Hieronymo, sub cuius regimine sanctissimæ illæ fœminæ erant.* Altera autem eiusdem Innocentij epistola, quæ est ad Hieronymum, incipit: *Nunquam boni aliquid contentionem fecisse in Ecclesia testatur Apostolus.* In ea Hieronymum Pontifex almus consolatur dicens se ad Ioannem Hierosolymitanum scripsisse, quod ea cum cura de grege sollicitet, vt ex eius vigilantia percipi possit speculatorem se intelligere creditum, & datum domui Israel.

Aug. ep. 12.

Epist. Innoc. Papæ.

Adducitur à Baron. to. 5. annal. ad an. 416. sub n. 31.

4. Hæc sunt adducta à Baronio fundamenta, nullo dato in sui fauorem sensus auctore; cùm verum & notum sit multos, & multos de Ioanne Doctores gloriosè loquutos fuisse: & quòd post Ecclesiæ & sibi notas concertationes, & certamina inter Ioannem, S. Hieronymum, & Epiphanium, eundem insontem & immunem ab omni hæresis suspicione diiudicarint. Forsan id erit, quòd Baronius post mille, & ducentos annos, certior fuerit factus de vetustis euentibus & antiquis rerum gestarum monumentis, factisque hominum tam præteritorum; quam cæteri omnes, iique grauissimi scriptores, qui ante illum, scripto gesta antiqua Maiorum seræ posteritati tradita præstiterunt, & elapsi temporis memorias, firmissimæ venturæ hominum memoriæ mandarunt: Vel si mauis quod ij, post visas S. Hieronymi epistolas, & prolapsi temporis acta non audierint, legerint, sciuerintve hæreses tam falsæ proh Deus immortalis! in Ioannem coniectas, & solus Baronius illustrissimus aliàs & nobilissimus sacrarum Antiquitatum scriptor, fuerit super senes ponderans, pendens, & intelligens, quæ tot sapientiæ Mecænates intelligere, pendere, & ponderare nec sciuerunt, nec valuerunt; id quod certe nimis esset.

CAP. II.

Præostensa Baronij fundamenta carminantur: & in primis Epistola D. Epiphanij.

1. SCinditur incertum studia in contraria Doctorum, & Scriptorum illustriũ chorus, affirmãt enim quidam, hanc epistolam Epiphanij, haud

scriptam

scriptam fuisse ad Ioannem Hierosolymitanum; sed ad Constantinopolitanum Ioannem, hoc est, ad Ioannem, cognomento Chrysostomum, siue *Os aureum* appellatum, cum quo Epiphanius diuersa discrimina subiit, & contentiones immiscuit. Adeo vt (notantibus Sozomeno lib. 8. cap. 14. Waldensi nostro, de Sacramentalibus, titulo 4. cap. 37. num. 9. & Baronio tom. 5. Annal. ad annum 402. sub num. 8.) propter suspicionem hæresis ab eius se communione separauerit: En Sozomeni verba: *Porrò Ioannes etiamnum venerabatur Epiphanium cùmque rogabat, vt & vnà Ecclesiâ & vnà domo secum vteretur; sed ille, neque eadem domo vsurum esse, neque vnà precaturum cum illo, renuntiabat, nisi damnaret libros Origenis, & Dioscorum vnà cum socijs expelleret.* hæc Sozomenus. Et non modò à Chrysostomi communione se Epiphanius disiunxit, sed etiam, Waldensi nostro suprà dato notante, pro eo tanquam Episcopo Constantinopolitano solebat orare, vt ipse scribit in epistola ad eundem, quæ circumfertur inter epistolas D. Hieronymi tom. 1. fol. 648. & est epistola 60 cum hac inscriptione noua, vt notabimus infrà: *Epiphanius Ioanni Episcopo Hierosolymorum.* Verba capito Epiphanij: *Quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus, & pro te quoque dicimus: custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certè ita: Præsta Domine, & custodi vt ille verbum prædicet veritatis, sicut occasio sermonis se tulerit, & habuerit ratio consequentiam.* Refert hæc eadem verba Waldensis. Tenet idem sapientissimus Trithemius Abbas à nobis semper cum reuerentia adducendus, in Chronico Cœnobij Hirsaugiensis.

2. Et certè antiquitùs hæc eadem epistola circumferebatur, sub titulo epistolæ ad Ioannem Constantinopolitanum, qui est S. Chrysostomus: sicut in operibus Epiphanij nouiter impressis; qui de medio libri in titulo abstulit, *ad Ioannem Constantinopolitanum*, vt subrogaret pro eo *Hierosolymitanum*, aduertere est, quod oblitus fuerit in Indice, siue in Regesto, etiam esse auferendum *Constantinopolitanum*, quocirca in nouissima Impressione legimus adhuc in Indice, siue Regesto, epistolam istam, sub titulo *Ioannis Constantinopolitani.* Et certè hoc mirabile quid non erit legentibus contentiones, & certamina non leuia, vt adnotat Baronius, Epiphanij cum Chrysostomo Diuo circa suspicionem Origenistæ (quæ apud Socratem habentur libro 10. capite 21. imò & apud Leonem Imperatorem, in orat. de vita Chrysost. tom. 1. Theophylactum epistola 4. ad Epiphanium, quæ habetur tom. 3. Bibliothecæ Veterum Patrum, Cassiodorum, Metaphrasten, & Surium, & tandem apud Baronium tom. 5. ad annum 402. sub num. 4. f. 188. Moguntinæ, anni 1601.) licet hostibus deuictis, Io triumphi semper Chrysostomus intonuerit, palmámque illustrissimam deportauerit ab eis.

3. Nonnulli dicunt, non esse Epiphanij epistolam istam, cùm in ea Iconoclastarum contineatur error, negantium imaginum adorationem à quorum errore semper Epiphanius immunis est dubitatus, vt probatur in Concilio Nicæno II. Actione 6. contitinat alterum Petrus Galtenus

Sozomen. Vvaldens. Baronius. Sozomen. Vvaldens. S. Epiph. Vvald. cit. Trithem. Opera Epiphan. sic mõstrant, impressa Parisijs 1564. per Audoënum Paruum diligentissimũ Chalcographum. Baron. tom. 5. ad an. 402. sub num. 4. Socrates. Leo Imp. Theophyl. Cassiodor. Metaphrast. Surius. Cõc. Nic. II.

lib. Catechesis, aiens, in exemplaribus Græcis, hanc epistolam inuentam non esse, id quod quoque docet Copus Alanus Dial. 5. c. 21.

4. Affirmant alij, fragmentum illud Epistolæ Epiphanij, ab æmulis quibusdam superadditum esse. Sic Damascenus orat. de Imaginibus, num. 19. & orat. 2. in fine, Baronius Annal. tom. 4. ad annum 392. sub num. 50. fol. 592. Moguntiæ, Bellarminus de Imaginibus, lib. 2. c. 9. vbi vel integram columnam ab hac epistola abradit, Sanderus lib. 2. de imaginibus, c 4. Franciscus Suarius tom. 1. in 3. p. disp. 54. sect. 1. At respuit Vazquez tom. 1. in 3. p. disp. 105. cap. 3. suffugium istud; quod non maior militet ratio fragmenti illius, quàm totius Epistolæ reiiciendæ. Quocirca vel negari in integrum, vel concedi epistola debet; etenim si ex eo quod inter opera Epiphanij, & Hieronymi circumferatur, hæc epistola habet auctoritatem, quòd integra apud istos legatur Doctores, queis visum est sapientibus fragmentum fidem non habere, illud videndum pariter, & neque epistolam illi in integrum adhibendam esse. Nam si ex hæreticorum vafra malignantiâ, aliave ex causâ Epiphanij epistolæ fragmentum illud, vt ex alijs (quod est aperte videre in eis quæ allata fuêre in Niceno post [illegible] Concilio Actione 6. vet. editionis, ex libello Gregorij Iconoclastæ, ab Epiphanio aduersùs sacrarum Imaginum venerationem. Inter quæ, vt Baronius citatus adducit, hæc clausula habetur falsò adscripta Epiphanio Diuo: *Attendite vobis, vt seruetis traditiones, quas accepistis; ne declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram: estote memores dilecti filij, ne in Ecclesiam imagines inferatis, neque in Sanctorum cæmeterijs eas statuatis, sed perpetuo circumferte Deum in cordibus vestris. Quin etiam neque in domo communi tolerentur*, &c. Proh nefas Cyprium Epiphanium, virum sanè inter præclaros Orthodoxos Patres & Doctores Antesignanum sic tingere iniustè!) addita sunt, vt quid non conijciatur ab æmulis Chrysostomi Diui, aut Ioannis Hierosolymitani, scriptam illam epistolam fuisse, & operibus Diui Hieronymi, & Epiphanij superadditam: Cùm mos ille temporibus eis frequens esset apud hæreticos, vt Episcopos Catholicos vili aliquâ infamiæ notâ perurerent, & erroribus proprijs boni nominis alicuius facerent accessiones, plures immiscere, quibus candidissimam Orthodoxorum Patrum doctrinæ farinam, denigrarent. Id quod notarunt Damascenus, Oratione 1. de Imaginibus, numero 19. & Orat. 2. ad finem; Sixtus Senensis libro 5. Bibliothecæ sacræ, adnot. 247. Suarius tom. 1. in 3. p. q. 25. art 3. disp. 54 sect. 1. referendo Synodum VII. Actione 5. & 8. Adrianum in responsione ad Carolum. Eusebium Cæsariensem lib 4. historię c. 25. Athanasium Epist. ad Serapionem, quod item comprobat Baronius tom. 6. Annal. ad ann. 446. num. 4. fol. 663 Moguntiæ.

5. Scire autem sit ad hæc, quod quotiescunque in epistola aliqua interiectus aliquis manifestè deprehenditur rei grauis error, integram epistolam in grauem cunctis suspicionem venisse, & incidisse: ex cap. *Inter dilectos: de fide instrument.* Gloss. magna *in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff de edendo*: nam cùm sit quid indiuiduum,

Petr. Galien. Alan. Cop. S. Io. Dam. Baronius. Bellarm. Sanderus. Suarius. Vasquez. Nic. II. Cõc. Vide Bellar. tom. 1. controu. impress. [illegible] 1590. col. 1655. li. 2. de SS. c 9. & de Script. Eccl. vbi notat, In Epiphanio quod ad finem ep. Epiphan. ad Ioann. Ierosol. videatur aliquid additũ ab Iconoclastis. Damasc. Sixt. Sen. Suar. VII. Synod. Adrianus. Eusebius. S. Athanas. Baronius. Cap. Inter. Gloss. Magn.

efficit, vt in vna parte suspectum, siue vitiosum, vel falsum, in totum præsumatur vitiosum, erroneum & falsum. Ita Menochius, qui plures sequutus est, à se referendos Præsumptione 21 lib. 5. à num 1. vsque 5. Ex quo colligitur, quàm sit leuis roboris, & volubilis fundamenti epistola hæc, dum versetur in ancipiti hucvsque vtrùm Epiphanij sit; & an scripta ad Ioannem Hierosolymitanum: præterquam quod, dum aliis non sit firmioribus fundamentis innixa suspicio ista, sufficiens certè non debet esse apud rectissimi sensus viros, ad id quod Episcopus, (de quo cum graui reuerentia loquuntur, tot, tantique Auctores, Doctores, & Scriptores selectissimæ notæ, tùm & Historiographi, & quod his maior est, Sancti nonnulli, (adhuc & summus vnus sacer Ecclesiæ Princeps, in quo fides Orbis effulsit, & Patriarcharum Pater) vt videre habes, tùm in Elogio Ioannis in corpore huius nostri Paradisi Carmelitici decoris dato pro eo, sub initiis Status III. Ætate II. ad annum Domini CCCCXXXII. siue mauis CCCCXVI. iuxta computa Baronij: tum in Thoma à Iesu lib I. antiquitatis Carmelitarum cap. 17. Petro Wastelio, & aliis ab istis scriptoribus adductis,) & Patriarcha Hierosolymitanus abisque vlla ratione, vel iure, vilissimà, & horribilissimà hæretici Origenistici (proh dolor!) notà signetur, & maculetur.

Menoch.

Thom. à Ies. Vvast. Apol. contra Baronium, superstite scripta Baronio pro Patriarcha Ioanne 44. Hierosolymitano.

Cap. III.

Discutitur Epistola S. Hieronymi.

1.

HÆc est impugnatio epistolæ Epiphanij, ex qua noua in ea fragmenta superaddita liquet ab aliquibus fuisse. Dato ergo nunc, quod in ancipiti sit, ad quem hæc Epiphanij Charta sit remissa, eadem certè dubiæ fidei infirmitate laborare videtur Epistola sancti Hieronymi; cùm (Gabriele Vasquez vbi suprà notante) non firmior certet pro vno, quàm pro altero fides. Et quanquàm, iudicio nostro, hæc epistola genuinè Hieronymi sit, dubij hæremus meritò, an plurima in ea immixta germanum habeant aliquem forsan alium auctorem, qui Ioanni fuerit hostis infensus Et nihil mirum, quod quemadmodum is, qui ausus fuit fragmenta epistolæ adaptare S Epiphanij, fuerit quoque ausus similiter epistolæ S. Hieronymi alia impudenter inserere similia. Huic nostræ porrò subdubitationi non alia, quæsumus, adhibeatur fides, quàm ea sola, quam subiecta suaserint vnicuique argumenta producenda, & illicò subiiciendæ rationes.

2. 1. Ratio.

Prima est, quod mirum sit nimis S. Hieronymum ibi, tam cruentè, & atratè loquutum fuisse in Ioannem, ad quem mittit epistolam illam, in eum irruens tanquam de Origenistica labe vehementissimè suspectum; vocans illum arrogantem, mendacem, conceptis peierantem verbis, & aliis similibus contumeliis, facto impetú in eum irruens: quod equidem à grauissima tanti, & tam maximi Doctoris Ecclesiæ modestia sic est alienum, & dissonum à ratione, & veritate, vt haud potuisset S. Hieronymus asserere, se Ioannis, ad quem hanc epistolam remittebat, dignitatem, famámque non diminuisse vt certò indidem fatetur. Cúmque sacratissimus Doctor epistola 62 quæ est ad Theophilum aduersus Ioannem profiteatur se eam epistolam scripsisse, postquam tam Ioannes eum mordacibus verbis impegisset, *ægrotantem morbo pessimo*, & rebellem Ecclesiæ nominando, & se à Ioanne innocenter has notas turpitudinis perferre insinuet in illis: *Ab aliis tot cæsus accurrit aduersariis parcere: lædere non læ tentem.* Quo modo, & ratione dixisset apertè, se cædi, quando nullum ipse vulnere affecit? Id enim nisi à veritate deflectens (quod absit, & abest à tam veridico Doctoris ore, haud affirmare valuisset Hieronymus sanctus & veracissimus homo, si epistolam illam cum omnibus comprehensis in ea, in Ioannem scripsisset nostrum. Nec ea quæ paulò subiicit inferiùs: *Neque ab accusatione sua ipse etiam liberet. Ego nec interfui, nec audiui: vnus è populo sum, immo ne vnus quidem, quia multis clamantibus tacui.* Quo enim modo non fuisset apertum mendacium asserere, se tacuisse, qui tam atram epistolam scripsisset? Ad hæc illud: *Quid mihi accusanti facturus est, qui, vt ipse testatur, laudanti detrahit? Tota eius epistola non tam expositione, quàm nostris plena est contumeliis.* Vt ergo veritatem sonat, quod Sanctus Hieronymus Ioannem laudet, & Ioannes Hieronymum violet maledictis, dum Hieronymi hæc epistola opprobriis abundet intertextis? Ergo sequitur aperte ex iis, quod epistola hæc cum omnibus comprehensis in ea non videatur esse S. Hieronymi, cuius sacratissimæ modestiæ omnino repugnant, nostro iudicio, nonnulla quæ indidem leguntur.

Habetur to. 2. op. S Hier. Parisiis 1609 fol. 697. & seqq.

3. 2. Ratio.

Secundò censeri potest, quod ab epistola hac, quædam ablata, additáque fuerint alia, colligatur ex dissona, & absona multa, in clausulis eius consequutione: ita vt vix plurimis in partibus eius percipi valeat, quomodo, aut cum quibus Sanctus Hieronymus verba commisceat: id quod nimis certè cum perspicuitate ingenij, & consequentis, elegantissimique styli epistolarum sacratissimi mei Doctoris, & Patris S. Hieronymi pugnat, & toto velut auersum est cælo. Et ne apud verba nostra solummodo asserti fides se ostendat, sed producamus illam exemplis: in primis adnotare est, quod appareat cum Pammachio in initio epistolæ sumpsisse sermonem, tamquam cum aliquo tertio, vt patet ex illis: *Nosti Pammachi, nosti me ad hoc opus non inimicitiis*, &c. moxque sic scribat: *Scimus omnes quod tibi scripserit, quid tibi arguerit, in quo vt tu vis calumnia eius sit: responde ad singula*, &c. In quo videtur cum Pammachio loqui, & quod eum premat super hæreses omnes epistolæ illius. Et cap. 15. *Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quàm debitum Metropolitano tuo honorem reddere, nec hoc dico quod præter amicitias, quæ suspicionem generant, quidquam in legatione reprehendam, sed quia apud interrogantes magis, & præsentes te purgare debueris. Misisti religiosissimum hominem Dei Isidorum Presbyterum*, &c. Quis non affirmet hunc Isidorum Legatum fuisse Ioannis, cùm & ipsa

verba,

verba, & epistolæ consequutio, id apertissimè suadeant; & certè iuxta Interpretum mentem, non Ioannis, sed Theophili legatus est ille, qui vt mutuam inter Hieronymum, & Ioannem beneuolentiam, & pacem iniret, & [illegible], accesserit. Ex quo rectè videtur, & apparet, quod hæc [illegible], ex importunis verbis [illegible] huius epistolæ serie suborta, facilè suadeat, nobisque, & cunctis possit generare suspicionem, vt credatur quod [illegible] epistolæ contextui [illegible] rasa quædam, additáque fuerint aliæ cùm D. Hieronymi nostri stylus non certè permixtus & obscurus sit, sed distinctus & perspicuus, vt [illegible] Doctoris, qui immensis finibus [illegible] & sublimitatis ingenij, studiique [illegible] vbique definitus est.

4.
3 Ratio.

Firmatur hoc idem, item ex epistolis 60. & 61. quæ quidem vix inter se cohærere deprehenduntur. Etenim cap. 2. epistolæ 60. refertur, quod Ioannes ibi querebundus describitur de Epiphanio; eo quod publicè in Ecclesia oraret pro eo, ita illis: *[illegible] admirati non, [illegible] tortare homunculos, & iis quæ audierint semper addere, vt tristitias, & rixas inter fratres concitent, [illegible] quando offerimus sacrificia Deo, solemus pro te dicere: Domine præsta Ioanni vt rectè credat. Noli nos in tantum putare rusticos, vt hoc tam aperte dicere potuerimus. Quamquam [illegible] de meo semper orem tamen [illegible] simpliciter fatear, nunquam in alienas aures protuli, ne te viderer parui pendere, dilectissime.* Et in epistola sexagesimâ prima in fine legitur: euulgate Ioannem, nunquam de eiusdem fide Epiphanium in suspicionem venisse: *Scribitque cum nunquam [illegible] de Origenis [illegible] locutum, & [illegible] confirmat dicens, [illegible] suspicionem [illegible] Deus testis est, [illegible] fraus.* Hæc ad [illegible].

5.
4. Ratio.

Ad hæc Hieronymus [illegible] Ioanne [illegible] tum esse Ioannem [illegible] ab Epiphanio hæreticum [illegible] vsque ad Paulinianum qui fuit [illegible] S. Hieronymi germanus, ordinationem [illegible] & dictum est. En verba ad [illegible] *[illegible] Paula [illegible] Epiphanium [illegible] Origenis errore [illegible] de persona [illegible] Hic obiecisse se dicit, tu negas. Hic testes offert, tu non [illegible] audire prædicas, &c. Inter istum, & te, cui accommodanda fides, non meum dicere. Puto quod [illegible] aduersum talem, ac tantum virum, tibi veritatem, illi mendacium deputare.* Affirmat ergo Hieronymus, quod sæpè Ioannem ante Pauliniani ordinationem cùm Epiphanius hæreticum appellauisset. Quod certè [illegible] tat cum epistola sexagesima, quæ scripta fuit ab Epiphanio [illegible] ordinationem Pauli [illegible]. Et ex capite secundo apparet, quod quanquam in mente Epiphanij [illegible] quod verbo [illegible] Epiphanius [illegible]

6.
5 Ratio.

Adhuc etiam capite 1. ait: *De vita autem, & fide nihil amplius dicam, ne te lædere videar.* Et mox per [illegible] capita integra nihil aliud facit, quam illum [illegible] virum arbitrosum, superbum [illegible] mendacem [illegible] cum comitas & oneribus premat. Quis ergo, oro, inter hæc nexus, aut connexio quæ reperitur? sed nec vllus certè connexus [illegible], & [illegible] reperietur inter hanc epistolam, & alias Maximi Doctoris. Etenim in epistola 77. ad Marcum Presbyterum Celedensem, quæ habetur tomo 2. fol. 907. & 908. & incipit *[illegible]*, cum haberetur Hieronymus ab aliquibus Monachis [illegible] sanctissimi Episcopi Meletij suspectus de hæresi Sabelliana, vt ipse sanctus Doctor insinuat, in illis, *[illegible] Sabellianam [illegible]*, &c. [illegible] increpans, & docens sanè alienum esse à Monachi [illegible] & de [illegible] *[illegible] & sordes, & coma non [illegible] Cur eum lacerant, qui non merentur [illegible]. Hæreticus sum, quid ad te? quiesce, non dictum est.* Et [illegible] Baronius Tom. 4. Annalium ad annum 378. sub num. 61. ista dixisse Hieronymum, eo quod non esset Monachorum, sed Episcoporum hæc [illegible], atque punire: Iam ergo, quæ connexio doctrinæ huius à Hieronymo [illegible], cum epistola [illegible]: Monachi illi [illegible] non Episcopos, sed Monachos, qualis erat illo tempore Hieronymus. In epistola 61. [illegible] Monachi [illegible] quidam, & Archiepiscopum quendam suum. (Et certè sanctus Hieronymus erat, vt in speculo suo lib. 8. cap. 12. Vincentius Beluacensis affirmat, in Bethleem tunc, quæ erat sub ditione spirituali Episcopi Hierosolymitani, vt refert Innocentius in epistola quam adducit Baronius Tomo 5. Annalium ad annum 416 sub num. 31. & incipit, *D[illegible]*, &c. estque epistola 14. [illegible] ab Hierosolymis millibus [illegible] ex Christiani Adrichon in Descriptione [illegible] Monachi tunc Episcopus subde[illegible] ex capite *[illegible]* 17. cap. [illegible] 18. cum sequentibus, & ferè per totum 18. [illegible] 12. cum alijs 16. [illegible] quibus omnibus suspicamur vehementer quod multa quæ in hac epistola leguntur, fuerint ab aliquo Hierosolymitano Ioannis amico superaddita, & inserta falsissimè.

Baronius
Vinc. Bellua.
Baronius.
Innocent.
Adrichom.

CAP. IV.

Perpenditur [illegible] Epiphanium.

1.

Necdum ergo ex his videtur aperté hos Sanctos [illegible] non [illegible] tunc, in [illegible] quod Ioannes hæreticus esset, sed quod [illegible] cum [illegible] quam de hac est [illegible] primum ex epistola

Epiphanij probatur in illis: *Palladium verò Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc misericordia Dei n* [illegible] *quia Origenis hæresim prædicat, & docet, ne fortè aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris.* Et ex illis verbis Hieronymi epistola 61. cap. 2. *Non eras tam stultus, vt aperte ascenderes hæresim, quam sciebas Ecclesiæ displicere, moneras te si hoc fecisses statim loco mouendum, & soly tui delicias suspiratas*, &c. & in cap. 8. *Nisi hoc diceres, Ecclesiam non teneres.* Cum ergo ad hoc vt aliquis hæreticus sit, necesse sit, quod hæreticas constanter tueatur opiniones, & dogmata ex cap. *Damnamus, de Summa Trinitate* & ex cap. *Excommunicamus, de hæreticis*, referens plures Menochius, de præsumptionibus lib. 5. præsumptione 6. à num. 5. Sequitur ergo, quod Ioannes à Hieronymo habitus, & censitus non fuerit vt hæreticus.

In eadem epistola cap. 1. ait: *Certè si hæreseos nulla suspicio est; vt cupio, & credo, cur non verbis meis meam sensum loquitur?* Et paulò post: *Etiamsi benè credit, & circumspectè & timidè loquitur suspicio non mihi facit nimia diligentia.* Et inferiùs: *Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur, si taceat.* Certè hæc solummodo redolent suspicionem. Et firmatur ex eo quod in tota epistola conuenit Ioannem Hieronymus S. vt se manifestet, respondeat, notúmque faciat sensum, & mentem suam. Etenim cap. 1. sic ait: *Responde ad singula, per epistolæ huius gradere vestigia; ne punctum quidem,* [illegible] Capite 2. hæc: *Quid hoc est tantum* [illegible] *non respondere de fide interrogantibus?* Et inferiùs: *Aut respondisti ad epistolam Epiphanij, aut non? Si respondisti, cur maxima, & plurima de his quæ tibi obiecta sunt reliquisti?* Et cap. 3. *Dic mihi disputator egregie, de octo capitulis, ad quæ respondeas?* Et cap. 15. *Stultitia est volentibus occasionem dare, non respondere.* Ergo de primo ad vltimum ex omnibus his infertur apertissimè Hieronymum S. dubium adhuc, & ancipitem esse, an Ioannis fides, bonane an mala fuisset.

CAP. V.

Tacuisse Ioannem ad sibi obiecta, non esse sufficiens damnationi eiusdem fundamentum.

Accidit cum Epiphanio Ioanni, id quod Antiocheno Pontifici Paulino contigerat quondam, cum Pontifice Meletio, & cum Vitale [illegible] vt ex Baronio, Tomo Annal. 3. ad ann. 3[illegible] sub num. 7. & fol. 132. & Tomo 4. ad ann. 3[illegible]2. sub num. 48. & fol. 103. & 104. Moguntinæ, constat apertè) suspicati quòd Paulinus Sabellianus esset, quoniam ab eo [illegible] nem exoptabant enixè recipere. At cùm Pontifex, præter alias causas, sibi ipsi persuasisset eos viros non debere vt superiores [illegible] nullatenus ad interrogata & ab eis sibi obiecta voluit respondere; sed vt apertè apud Baronium tom. 3. ad ann. Christi 333. sub num. 7. fol. 132. erit tibi videre, ad Athanasium Alexandrinum Antistitem (qui postea cum eo tanquam cum Catholico, & Orthodoxo viro iniit familiaritatem, curans eos inter, restinctis dissidiis, mutuam gratiam, & amicitiam producere, & ad amorem disiunctos viros reuocare epistolas misit. Et quanquàm Vitalis, & Meletius in sententia sua de suspicione concepta persisterent, nec id sufficit, vt Paulinus, iustè tanquam hæreticus censitus, ac diiudicatus esset: & quidem nec ipsi Baronio visum est hoc sufficiens fundamentum, eo vt Paulinus Antiochenus tamquam malè meritus de fide Catholica censeretur. Huic rei simile quid Ioanni Patriarchæ contigit nostro; quippe interrogatus ab Epiphanio, & Hieronymo, noluit eis respondisse; sed de fide sua ad Theophilum scribens (Episcopus qui erat Alexandrinus, acerrimúsque hæreticorum antagonista) rationem exhibuit apertam: ex quo is cum Ioanne frequenter conuersatus est, & firmam studuit figere animi beneuolentiam inter tres illos viros, vt constat ex epistola 62. S. Hieronymi in illis: *Currentes igitur ad pacem incitati sumus: exposita ad nauigandum vela crebrior exhortationis tuæ aura compleuit*, &c. Ergo si ex eisdem iure damnandus tanquam hæreticus Paulinus haud accessit; neque Patriarcha Ioannes damnandus erat, pro quo potior certè militat ratio, iúsque proclamat, in eo quòd non respondent Hieronymo Diuo, cùm Monachus iste fuisset, & quidem Hierosolymitani Patriarchæ subditus, cuius fidem in discrimina interrogando vocabat, seuerissimo illo robore verborum, quod satis ex epistola patet.

Præterea, nec sufficit, Ioannem non esse loquutum verbis eisdem, quibus S. Hieronymus loquebatur, quia Hieronymus, eo quod Origenis opera de Græcis transtulisset ad Latinos, vt constat ex epistola 62. à Ioanne, vt Origenisticus item existimabatur, & non solùm ab eo, sed & ab aliis censitus est item vt Origenista: id quod constat etiam ex epistola 65. quæ est Hieronymi ad Pammachium, & Oceanum, vbi hæc, ad id Doctor sanctus: *Obiiciunt mihi quare Origenem aliquando laudauerim.* Et etiam ex 75. epistola, quæ est aduersùs Vigilantium: in illis quæ D. ipse Hieronymus ait: *Satis miror te voluisse Origenem mihi obiicere dogmata.* Sed tamen summa cum laude ab omnium hæresum nota quà inuri poterat vel à maleuolis immunis euasit. Et quid non euasurus hanc credatur Doctor iste Maximus, & qualibet alias quæ in dedecus eius, qui fuit totius Orbis decus, [illegible] possent. Ex quo certè vix Ioannes adduceretur vt ipsissimis Sancti Hieronymi loqueretur verbis. Porrò, & nimis videbatur quod vellet subditus Antistitem compellere suum, quò verbis suis Præsul datas proferret sententias; maximè cùm, vt D. ipse confessus est Hieronymus epist. 61. Ioannes vir esset grandi præditus ingenio, & graui donatus eloquentia, propter quod, dato quod vigeretur sic tantus iste, talisque vir in eis Hieronymi verbis *cur non verbis meis sensum meum loquitur:* & in illis capitis 3. *Dic statim, & epistolæ tuæ hoc habeat exordium* dedecere videretur, quod contingeret se verbis alterius, qui propriâ phrasi suâ (iuxta Theophili, & multorum sententiam,

Menoch.

2.

1.

Baronius.

S. Hieron. ad Theophilum scribens.

2.

sententiam, qui Ioannis confessionem, ex verbis capientes eiusdem, illi familiarem haud denegarant consuetudinem, & amicitiæ beneuolentiam) Catholicam, quam corde tenebat, & ore fidem sustentabat, & exprimebat.

3. Amplius istud roboratur; nam dum licet actionem indifferenter, & libere in bonam vertere, vel in sinistram partem & sensum, semper præsumendum est debitum abesse, & sanior debuit præualuisse sensus, De Regul. iuris in 6. & dato sic quod non respondisse Ioannem verti posset elatum, vel eiusdem arrogantiæ id quod persuasisse sibi, exhibuit Hieronymus in illo: *Quæ est tanta arrogantia non respondere* &c. vel hæresi, vel timori Patriarchæ, qui merito formidolosus erat in eo quod quidquid respondisset, non puritati, & sinceritati animi sui, imò versutiæ vertendum esset; id quod Hieronymus sic factum ostendit capite 1. epistolæ 61. in illis: *Cur non verbis meis sensum loquitur mirum? Quæ ille simplicitatem vocas, ego malitiam interpretor.*) Considerans se non subditum Epiphanij, sed immò Hieronymi amulum & caput, decreuit, dum inter suspicionem, & timorem hæreret, non respondere illis: id quod verè non hæresi, cùm hæc in deteriorem partem vertendum esset. Regula *in obscuris*, *aut dubijs*, de Regulis Iuris, in 6.

4. Vnum est Ioanni euenisse illi, quod Hieronymo euenit cum Meletio Antiochiæ Præsule, vt habes in Epistola 77. in qua Hieronymus de se ista, ad Marcum scribens Presbyterum Celedensem, aliis Chalcidensem: *Quotidie exposcor fidem, quasi sine fide renatus sim. Confiteor vt volunt, non placet: subscribo, non credunt. Vnum tantum placet, vt hinc recedam.* Habebatur Hieronymus ab Orthodoxis de hæresi Sabellij suspectus; & quia non eisdem verbis loquebatur cum illis, quibus suspectus venerat, confessionem eius ex eo non esse sufficientem suspicabantur, hoc ipsum credebat Ioannes euenturum, quod iam narrat euenisse Hieronymus sibi, vt videre est in epistola data.

CAP. VI.

S. Hieronymum ex rumusculis auditis loquutum esse; non ex his quæ didicerat experimento, vel oculis hauserat ipse, probamus.

1. VRget nos charitas, & amor Christi, vt defensionem fidei, & integritatis tanti Patriarchæ, totis firmandam viribus, suscipiamus, cum tot euidentissima de illius innocentia, Marte aperto, testimonia militare pro eo videantur. Et ex eo certè, quod tantus iste vir, inter nostrarum antiquitatum vetustissimos, & illustrissimos indagatores, meritò, vel solus pro decem millibus computetur veritate, & auctoritate, & stante eo, stet; cadentéque cadat vt dicebamus, fidelissimæ omnis auctoritatis roboris, fideique potior pars circa Carmeliticas antiquitates, & iura meliora, necnon honores, & decores nostri Carmelæi Montis vel Ordinis eius.

2. Ergo ius est, dixissemus, decor, honos, & gloria grandis, ab omni semper, & vbique Origenisticæ farinæ tinctura, vel cuiusuis alterius corruptæ nielli, tabo, tantum Carmeli virum reddere immunem, & purum ostendere cunctis. Id quod hic certè sine iniuria fiet SS. Patrum, Maximi scilicet Doctoris Ecclesiæ Christi Hieronymi, & Epiphanij Diui Palæstini Eleutheropolitæ, Constantiæque Prouinciæ Cypri Episcopi, quorum sublimis sanctitas, auctoritas, & altissima fides apud omnes comparatæ, & toto notissimæ orbis gyro, sæculis immensis haud titubare valebunt. Enimuerò hi tanti, & tacti Doctores quæ à personis benemeritis, & dignis omni fide meliore, quod iudicarunt, audierant, suspicati sunt, & scripsêre de Ioanne: & quibus rumusculis, de Patriarcha nostro sanè malè meritis intellexêre (vt erant Catholicæ fidei seuerissimi zelatores, & defensores acerrimi) antequam quæ referrentur oculis hausissent, vel manibus attrectassent, adhibuêre fidem, & ne fortè adesset periculum moræ, remedia adhibuisse damnis (si quæ emergere poterant ortæ ex Origenistica fide Ioannis Patriarchæ, Orthodoxi Doctoris) studiosissimè, & solertissimi Vigiles Ecclesiæ studuerunt, insudarunt.

3. Et verè neque mirum, neque nouum, quod omne hominum ingenium (Sanctissimorum quanquam virorum & Patrum) periculo subiaceat in præstigias, & dolos incidendi, cùm id sæpè sæpius infonter multis, integerrimæ & purissimæ mentis sublimibus viris, contingere visum sit adhuc Episcopis summisque Præsulibus Ecclesiæ Dei, quibus falsò multa aduenire relata à maleuolis (quos ipsi tanquam viros integritate animi, sincerique cordis pollentes intuebantur & habebant) quibus fuit opus adhibuisse sine culpa fidem. Ex cap. *plerumque* cap. *in nostra.* cum aliis de rescriptis.

4. Et quid? quando in orbe defuerunt qui seminarent (operarij facti inconcussi inimici pacis sempiterni, illius inquam, qui fuit homicida ab initio) zizania, dissidia, & disiunctiones in hominum cordibus, & protenderent eas & propagarent? Heu! plura de his nouimus experimento quàm voce. Sint nobis pro multis nunc in exemplar dissidia, & contentiones quas suscitare potuerunt operarij iniquitatis, falsò adinuentis rumusculis su s inter Sanctissimos Patres Epiphanium, Hieronymum, & Ioannem Patriarcham nostrum (vt alios sæculi eiusdem omittamus) eminentissimos Patres, & viros, quorum serenissima corda insonter à calumniatoribus conturbata, ad contentiones mutuas, sano sanè zelo, sana mente, & animo puro, commota, & lacessita sunt.

5. Est ergo, datis istis, animus probare S. Hieronymum, ex his quæ audierat, non quæ vidisset, commotum in suspiciones illas, quas in Epistola 61. consignat, circa Arrianorum hæresim, deuenisse. Et certè id vnum clarè comprobatur ibi, nulli alio fundamento nixum esse Doctorem diuinum, nisi quod audierit Ioannem cum Arrianis communicauisse, *Eo tempore* (sunt verba excelsi Doctoris) *quo totum Orientem excepto Papa* (hoc est Episcopo) *Athanasio, atque Paulino Arrianorum, & Eunomianorum hæresis possidebat, quando in Occidentalibus, & in medio* S. Hieron. ep. 61.

[illegible] communicabat. Ille, vel Presbyter [illegible] Episcopus [illegible] Valente non tangebatur. Loquitur hîc de Epiphanio temporibus illis quibus [illegible] Episcopus: Ex quo sequitur, quod Hieronymus [illegible] hoc ex [illegible], quia Athanasius, Baronio teste, Tomo 4. sub anno 372. num. 63. & folio 409. Moguntinæ, obiit, cum sedisset annos 46. anno 372. Epiphanius autem est factus Episcopus Cypri anno 367. dicente eodem Baronio, Tomo 5. ad annum 402. fol. 198. & vere tunc Hieronymus [illegible] Hierosolymis non erat; quia eò appulit, anno 3[illegible]. vt ex Epistola 61. liquet aperte, ex eo quod [illegible] in ea, se ante tredecim annos Hierosolymam appulisse, & in illis: *Satis multo [illegible] annos tredecim, nunc ex [illegible] hæc loqueris.* Et hæc, vt videre est in ipso [illegible], scripta fuit anno 393. probat Cardinalis doctissimus ille tomo 4. sub eo anno numero 2. fol. 834. Moguntinæ. Itaque à communione Ioannis cum Arrianis, si quæ fuerat, [illegible] Hieronymus aduentarit quò Ioannes ipse commorabatur, transierunt ad minus anni octo.

Baronius.

6. Quantum ad suspicionem de Origenistis, etiam fuit orta ex alieno relatu, constat ex Epistola 61. in qua, S. Hieronymus fatetur, se nullatenus accepisse enunciatum aliquid, quod taperet hæresim, vel redoleret sensum ille ipse [illegible]: immò cum argueret eos Isidorus Theophili Legatus, quod conuersarentur cum Ioanne, quem suspectum de hæresi contuebantur, respondit S. Hieronymus; quòd postquam Epiphanio responsa negarat Ioannes, discesserunt ab eo.

7. Itaque [illegible] causis constat non ortas fuisse ex propositionibus ab ore Ioannis acceptis; sed, ex acceptis rumusculis, ab aliis adductis. Id fat demonstrant verba ea quæ in Epistola 62 cap 2. leguntur: *Ego nec interfui, nec audiui, vnus de populo sum,* &c. Et certè mirum nimis est, quod, cum S. Hieronymus sex tantum ab Hierosolymis milliaribus commoraretur, hæc protulerit: quid enim [illegible] esset, quàm quod [illegible] homo Sanctus Doctus, Monachus, & Curatus, siue Parochus [illegible] suus cum suo Antistite permisisset, dum vsque saltem Epiphanio responsa negauit. Et similiter quod in verbis illius nihil culpa deprehenderit dignum, ex capite 15. eiusdem iam datæ epistolæ patet, ibi dicit: *Cum [illegible] loquitur de Isidoro [illegible] Romano Papa Epiphanio consentiis, tam sermone quàm litteris [illegible] Epiphanio [illegible] fidei nullius et temere communicaret.* Et mirum non est, quod ea quæ ad S. Hieronymi aures non peruenêre, cum sit propè Ioannis domi [illegible] Hierosolymitanum [illegible] ad aures Epiphanij absentis, & [illegible] Sede sua, quæ erat Salamina Cypri Vrbs per æmulos Ioannis, qui [illegible] tumultus [illegible] Antistitem [illegible] quod senio [illegible]

suę erat et dum constet obiisse anno Christi 403. (teste ente Baronio Annalium suorum tom. 5. ad annu 402. sub num 24. Moguntinæ fol. 197.) ætatis suæ anno CXV. vt consignat Antonius Posseuinus in summa vitæ Epiphanij. Itaque anno eo, quo Epistolam illam scripsit, vt est Baronius assertor, erat annorum 104. vt adstipulari videtur Hieronymus, de scriptoribus Ecclesiasticis, in Epiphanio, in eo quod dicat *in extrema senectute varia cudisse opera.*

Baronius.
Posseu. to. 1. App. S.
S. Hieron.

8. Ex his manifestissimè, sensu nostro, tradidimus satis, quod ea quæ Hieronymus de Ioanne, loquutus est, vel ex accepto rumore, vel ex exteris relatibus factis ab aliis protulerit, suspicans non annuens omnino.

CAP. VII.

Quod suspiciones conceptæ de Ioanne fuerint ponderis leuissimi.

1. Suspiciosus ex iure dicitur, & fit quis de crimine quodam, cum eundem de se concepta testimonium haud valet haberi: sed ex aliquibus coniectationibus, & signis, dubitationes nonnullæ suboriuntur. Hæc fuit Angelici Doctoris doctrina 2. 2. quæst. 6. art. 4. Francisci Suarij diuinæ Theologiæ thesauri diuitis, de fide disput. 2 5. sect 2. Menochij præscriptione 6. num. 14. Præmittendum item ad hæc, Hæreseos suspicionem, diuidi in tres gradus, iuxta Simancæ sententiam in Catholicis institutionibus, titulo 31. & 55. & 65. Menochij, & Suarij dati suprà. Primus gradus est suspicionis violentæ: secundus vehementis: & tertius leuis.

S. Thomas.
Suarez.
Menochius.
Simancas.

2. Quod autem suppositis illis de Ioanne nostro nulla vnquam fuerit violenta suspicio, ex eo constare potest, quod dignus foret, vt ab Episcopali Hierosolymitana [illegible] deponeretur & deturbandus esset: ex cap *Ad abolendam*, cap. *excommunicamus, de hæreticis.* Suario vbi supra: ad quod Hieronymus respexit epist. 61. cap. 2. in illo: *Noueras te [illegible] [illegible] loco mouendum, & [illegible] debere [illegible]*, &c.

Suarez.
S. Hieron.

3. Cum vellet Theophilus deponere Chrysostomum, vt de facto illum ex alto Sedis suæ Constantinopolitanæ throno deiecit, ex [illegible] Epiphanij vt dat ex Socrate Metaphraste, & Sozomeno, Baronius ad annum 401. varius numeris, [illegible] de rebus Chrysostomi percurrendo to. 5. inter ea quæ in Concilio in Ioannem Constantinopolitanum obiecit, aliud vnum est: fuisse suspectum de eo quod Origenis dogmata amplecteretur (vt idem Baronius affert tomo & anno [illegible] & anno 403 vbi multa de his libes latè à Cæsare Cardinale prosequuta) etsi suspicio leuissimis araneæ telis contexeretur, propter quod Innocentius Papa liberum cum dimisit, & sedi suæ libens restituit. Eadem de Damaso referuntur, scilicet quod propter suspicionem quam de Meletio conceperat, sine iure, [illegible] hæreticus esset, ab Antiochena eum Sede [illegible] depulit, & deiecit, [illegible] vt affert S. Basilius Epistola ad Terentium, dante Baronio ad annum 3[illegible]. sub

S. Basilius.
Baronius.

numeris

numeris 11. & seqq. tom. 4. à fol. 390. Moguntinæ. Ergo ex his, cum Epiphanius ad Pontificem Siricium, ad Cæsareæ Patriarcham, & ad plures alios Palæstinæ Episcopos scripsisset, nunciassétque suspiciones de Ioanne habitas, & conceptas vt constat ex Epistola 61. D. Hieronymi in illis relatis fol. maximè 659. & 660 Parisiensis anni 1609 & iis non obstantibus monitis, Ioannes in Sede perstiterit sua, à nullo iure seu Iudice reclamatus: sequitur suspiciones de eo conceptas, nec vel à limine primo violentas quasi diiudicatas aduersus Ioannem fuisse.

4. Et adhuc nec vehementes; nam tunc ius est ad iudicem quemque & supereminenter sedentem attinens, vt cùm primùm certior quisque factus sit de eis exquirat: constat ex T. *de testibus*, adductis suprà: at cùm Siricius Catholicæ Clauiger Romanæ arcis, Patriarchæ Cæsariensis, & Episcopi Palæstini, non obstantibus Epiphanij querelis, quæ ad eorum peruenerant aures nullam ad discussionis trutinam, aut incudem conceptas de Ioanne suspiciones notas verbo, & scripto aduocarint, verè, & firmiter præsumitur, & credendum est, leues illas sine dubio fuisse.

5. Rem firmet ista ratiocinatio. Notum est vel mediocriter versantibus inter Ecclesiastica monumenta Maiorum per vniuersam Palæstinam serpsisse in fidem Christi Catholicam immensos errores, iisque iniustos fuisse multos, eòque innumeros, qui communiones inierant cum aliis errorum aliquorum iam tabo tinctis: sollicitabat enim multos, qui Origenis admirabantur ingenium, effrænis cupido, aut nimia curiositas, eius opera legendi. Quocirca vix aliquis ex Patribus ætatis illius adinuenietur, qui cum aliquo ex illis, qui Origenisticis iam tingebantur erroribus, communem non iniisset familiaritatem. In exemplar stet S. Gregorius Nazianzenus, cum Vitale, & Apollinare vt testatur ille Epistola 2. ad Cledonem in Apollinarem: veniat etiam ad rem Iustinianus Imperator in edicto fidei ad Ioannem Papam, vbi inquit: *Inuenimus quod multi Sancti Patres quosdam hæreticos collaudarunt, sicut & S Damasus, & Athanasius, & Basilius Apollinarem, & S. Leo Eutychen, & non propterea hæretici facti sunt; sed cognita eorum impietate Anathemate condemnarunt.* Refert ista Baronius tom. 4. ad ann. 371. num. variis. S. Basilius vtique eo quod communicarit cum Apolinare hæretico, fuit de eiusdem hæresi suspectus, adeò vt plures Catholici ab eius se communione subtraxerint vt ipse facer Doctor testat r Epistola 82. immò S. Athanasius Ancyranus in Galatia Præsul spectatæ fidei, & integritatis maximæ vir, propter hoc in ipsum vehementer commotus est, testatur sic Basilius epistola 54 & 79. & hanc infamiæ notam tribus annis passum fuisse affirmat Epist. 73 vt latè Baronius percurrit, Annalium suorum tom. 4. ad annos 371. à fol. 338. Moguntinæ. Eadem se passum fassus est S Gregorius Nazianzenus vt ipse refert epist. 16 & Baronius citatus: Eadem Meletius, & Paulinus, quos fuisse Episcopos sanctitate grandi pernotos, Baronius multis fidē facit, ad annos 363. tom. 4. & ad annos item 371. & alibi sæpè. De his Hieronymus Sanctus epist 57. ad Damasum. *Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit spargit, hoc est qui Christi non est, Antichristi est.* Et epistola 58. quæ est ad Damasum eundem: *Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hærere se dicunt: possem credere, si hoc vnus assereret: nunc aut duo mentiuntur, aut omnes.* Instatque apud Damasum ibidem pergit sic diuinus idem Hieronymus: *Idcirco obtestor Beatitudinem tuam per crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus per Passionem Christi, vt qui Apostolos honore sequeris, sequaris & merito. Ita in solio,* &c. vsque ad epistolæ finem, quæ propè hæc est. Propter suspicionem Origenistæ Epiphanius negauit sui communicationem S. Chrysostomo, vt ex Sozomeno Baronius dat Annal. tom 5. ad annum 402 num. 8 fol. 190 Eandem suspicionem habuisse de Chrysostomo eodem Eoos Episcopos, imò & Occidentales idem Baronius scribit, Annal. tomo eodem 5. ad annum 403. num. 4 fol. 218. S. Hieronymus fatetur epistola 77 quæ est ad Marcum Presbyterum Celedensem (Chalcidensem Baronius vocat. Et scribit tom 4. anno 378 num 60) fol. 907. tom 1. Parisiensis, se a Præsule Antiochiæ pro Sabelliano habitum fuisse, & à Monachis Catholicis: En verba Diuinissimi Doctoris: *Hæreticus vocor homousion prædicans Trinitatem* (hoc est vnius substantiæ, hoc enim Ariani negabant, sicut Personarum Trinitatem Sabelliani.) *Sabelliana impietatis arguor, tres subsistentes, veras integras, perfectásque personas indefessa voce pronuntians*, &c. Refert etiā Baronius Annal tom 4 ad annum 378. num. 60. fol 418 Moguntinæ. Et quod de Hieronymo plures habuerint suspicionem tanquam de Origenista patet apertè ex eiusdem epistolis 61. ad Pammachium 62. ad Theophilum, & maximè 65. quæ est ad Pammachium eundem, & Oceanum, sed videndus certè Baronius datus, ad hæc.

6. Porrò, ex nimia hæresum tunc pullulantium multitudine, & ex eo quod in magnas esset sa lebras incidere, si quis se à frequenti tantorum vsu, & conuersatione vellet abdicare, traxit ortum & initium cepit, nonnullorum Zelotyporum abstractio à communi multorum SS. Patrum sæculi illius frequentia, quod de hæresi eos suspectos contuerentur: adeò vt, si quis forsan fœdo illius signaculo tinctus, sanctum virum aliquem summis laudibus efferret mox suspicionem iste de hæresi incurrebat. En rei fideiussionem S. Hieronymum dantem contra Ruffinum Apologiâ primâ: *Tum fortiter me, prolixéque laudaueras, vt si tuis laudibus acquieuissem, omnes hæreticum me putarent.* Itaque quisquam vel leuissimo verbo, audiretur, aliquos communicasse cum de hæresi suspectis quibusdam, illi cò ab eorum se contubernio omnes secedebant omnino, ne in suspicionem deuenirent, & tanquam iam hæretici censerentur. Qua ratione, & stylo temporis illius Sancti Patres illi, vel leuiusculis fundamentis innixi, sese adinuicem facillimo negotio communicatione abdicabant, & familiaritate consortij mutui: Non enim suadibile erat, tantos viros ex parte sua exhibuisse magnum tanti scandali fundamentum.

8. Post hæc item vt iudicetur an hæreticis se...

Marginalia: Iustinianus Imperator. — Baronius. S. Basilius. — S. Athanasius. — S. Basilius. — Baronius. Nazianz. — S. Hieron. — Sozom. lib. 8. cap. 14. — Baronius. S. Hieron. — Baronius. — S. Hieron. — S. Hieron.

7. cio leuis, violenta, vel grauis sit, multæ sunt circumstantiæ hæ prænotandæ, qualitas videlicet personæ, circumstantiáque temporis, & loci; sic Ancharanus cap. *Quicumque, de hæreticis* in 6. Turrecremata in summa de Ecclesia part. 2. lib 4. cap. 21. Castro, lib. 1. *de iusta hæreticorum punitione* c. 17. Albertinus, in Rubrica *de hæreticis*, in 6. q. 4. & alij, quos referunt Simancas *in Catholicis institutionibus* tit. 10. cap. 15. n. 5. Menochius lib. 5. *præsumptione* 6. n. 18.

Ancharanus. Turrecremata. Castrus. Albertinus. Simancas. Menochius.

8. Nunc ergo, si ad tempora illa retulerimus mentis obtutus, hoc vnum certè habebitur compertum, tam facili tunc negotio, adhuc & egregiæ sanctimoniæ famâ designatos viros, in suspicionem hæreseos deuenire, vt nihil hac in re facilius quid excogitari posset. Ergo dum non constet aliàs, quod ex solidissimo fundamento, & grauissimo testimonio comprobato, & stabilito, suspiciones illæ tunc fuissent exortæ, standum est iuri in eo quod eæ quæ de Ioanne Patriarcha vulgatæ, & natæ, & propagatæ fuère à tumusculis leuidensium hominum, Ioannis quidem æmulorum, qui ex animi sui solummodo maleuolentiâ sunt commoti, & agitati; ortum spiritum & originem traxerint iniquam: cùm sic frequens esset in similes, temporibus illis incidere suspiciones etiamsi personæ de quibus concipiebantur grauissimâ sanctitatis, puritatis, & innocentiæ notâ splenduissent.

9. Neque sanè iugis, & assidua Ioannis Patriarchæ in Origenis operibus detentio, & euolutio vt sufficiens poterat fundamentum haberi, dum etiam, vt D. de se Hieronymus testatur epist. 75. quæ est ad Vigilantium, ipse quoque de eadem Origenis lectione assidua coargutus esset. En verba cælici Doctoris: *Me itaque*, ait, *Origenem legisse, vel legere, vt Apollinarium, vel cæteros tractatores, quorum in quibusdam libros non recipit Ecclesia: non quod omnia dicam esse damnanda, quæ in illorum voluminibus continentur; sed quod quædam reprehendenda confitear. Verùm quia operis mei est, & study multa legere, vt ex plurimis diuersos flores carpam, non tam probaturus omnia, quàm quæ bona sunt electurus, assumo multos in manus meas* Et epist. 76. quæ est ad Tranquillinum: *Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Nouatum, Arnobium Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores Græcos pariter, & Latinos, vt bona eorum eligamus, vitemúsque contraria.* πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε hoc est. *Omnia probate quæ bona sunt tenete*, sic legunt codices Brixienses, quod S. Doctor concludens adducit ex 1. Thessalon. 5. Præterquam quod periculosius apparet transtulisse, iuxta varia idiomata, librum de hæresi suspectum, variis in locis quàm legere eum: Origenémque de Græco, Latinum reddidisse, quis vertit piaculo Diui Hieronymi: Ipse testatur, hanc eandem suscepisse prouinciam, signátque (epistola 75. aduersùs Vigilantium,) Hilarium Confessorem, Vercellensem Eusebium, & Pictauiensem Victorinum. *Si hoc crimen est*, ait sacer Doctor, *arguatur & Confessor Hilarius, qui Psalmorum interpretationes, & Homilias in Iob, ex libris eius, id est, Origenis, ex Græco in Latinum transtulit. Sit in culpa eiusdem confessionis Vercellensis Eusebius, qui omnium Psalmorum Commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet, hæretica prætermittens optima quæque transtulerit. Taceo de Victorino Pictauiensi, & cæteris, qui Origenem in explanatione duntaxat scripturarum secuti sunt, & expresserunt: ne non tam me defendere, quàm socios criminum videar quærere.* Ista Hieronymus. Qui vt animum suum in transferendis iis scripturis exponeret, ante ista, hæc alia præmisit ibidem paululùm superiùs: *Si igitur quæ bona sunt transtuli, & mala vel amputaui, vel correxi, vel tacui, arguendus sum cur per me Latini bona eius habeant, & mala ignorent. Si hoc crimen*, &c *vt suprà.* Et non modò interpretatus est libros, quorum ab omni labe liberos auctores inuenerat omninò; sed etiam περὶ ἀρχῶν, hoc est librum Origenis, cui titulus Latinè, *de principijs*, & Græcè, *Periarchon*, qui totus erat erroribus respersus: id quod sacer ipse Hieronymus contestatur Apologiâ 1. & 2. contra Ruffinum & Baronius tom 5. Annal. ad ann. 399. num. 32. fol. 107 Moguntinæ.

S. Hieron. 1. Thessal. 5. S. Hieron. epist. 75. S. Hieron. Baronius.

10. Ex his ergo apodixim seu probationem exhibuimus apertam, in eo quod hi, qui sæculo illo fortè, aut fortuna in hæresis suspicionem erant dilapsi, si sufficienter ab hac se nota purgassent, in posterum censerentur omnino indemnes ab illa, nullâque manere ignominiæ liturâ retinctos: nec fuerat in causa suspicio, si ab illa se purificassent, quo minùs vt omnino viti integra morum honestate pollentes, clarâque celsi renitentes virtute ab omnibus reuererentur. Restat nunc dare in apertis, an Ioannes noster Patriarcha Hierosolymitanus, sufficienter ab iniecta Origenisticæ hæresis notâ, vt tantus Orthodoxus expiauerit, quod sequentis Discursus capitibus, manifestum fiet.

TRACTATVS PRIMI
APOLOGEMATIS
DE IOANNIS PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI XLIV. INNOCENTIA, ET FIDEI INTEGRITATE CATHOLICÆ.

DISCVRSVS SECVNDVS.

APOLOGEMA CONTINENS PRO IOANNE circa hæreſes Arij, Sabellij, & Macedonij, illi obiectas, & adaptatas iniuſtè.

PRÆMISSIO VNA.

1. EMINENTISSIMVS Cardinalis Baronius, (ne ſui ſentuſmet pugna ſe fractum oſtenderet, & palinodiam, quod aiút, cecinisse, in re qua ſe oppignoratum ſine iure ſentiebat, demonſtraret) ſuffugium quoddam certè ſatis infirmum, & malè meritum planè de tanti viri veneranda grauitate, & auctoritate, pro tam grauis rei negotio ſuſcitauit, & excogitauit: id affirmans: quod Ioannes noſter, vel ab vnguiculis primis (ſic nunc dicamus) fuiſſet hæreticus (ô incautum aſſertum!) quódque ſe ſimulaſſet pro tempore ouem exterius (dum vt rapax lupus, intus deuoraſſet dogmata meliora, factus contumax, hæreſeon ſectator, & amplexator ſub fidei, & ſanctitatis ſpecie; O crudele in virum pietate inſignem mirabili, & Catholicâ fide prælucentem, ſemper obiectum!) à quo tempore procederent encomia cuncta laudum quæ de viro ſcripta reperirentur.

2. Vt rem ſuam, ne dicam, (heu angor!) ſententiam malè moratam, Baronius obfirmet certè nullum exhibet, quod videamus, fideiuſſorem; Immò, vt veriſſimus quiſpiam in Annalibus Baronij, & omni Eccleſiaſtica hiſtoriâ, Doctor nobis atteſtatus eſt nullibi inuenietur, aut vnus qui rectâ fide, lentoſum illud valeat Baronij aſſertum ſtabilire. Sigillatim ergo annos, & tempora excutiemus, & diſcutiemus: Tria potiſſimè diſtinguentes, & examinantes, vt iura Baronij, quibus Ioannem noſtrum inclamitat hæreticum, nulla eſſe manifeſtè prodamus. Id tamen vnum ſupponimus vt certum nobis, nonnullas de eo ſuſpiciones, quanquàm leues fuiſſe subortas: probabimus ergo vehementiores pro ſuæ noſtro militare rationes ad puriſſimam Ioannis comprobandam innocentiam, & fidei Catholicæ glorioſiſſimam integritatem.

CAP. I.

Quòd non fuerit Ioannes Patriarcha hæreticus ante dignitatem Epiſcopalem diſcutimus.

1. SExto capite præcedentis Diſcurſus dictum eſt, quòd ſuſpiciones, quas de Ioanne conceperat S. Hieronymus, ex aliorum exteris relatibus in Doctore ſacro congenitas fuiſſe, quódque nec auribus, neque oculis hauſiſſe potuiſſet Hieroſolymis ea quæ ad concipiendas ſuſpiciones auſam potuerant præbere; quippe vſque ad annum 480. Hieroſolymis haud aduentaſſet, acceſiſſetve Hieronymus ipſe. Quod autem data in epiſtola refertur de conſuetudine familiaritatis Ioannis cum hæreticis, contigiſſe ſatis conſtat anno Domini 370.

2. Adhæc notetur item, niti ſolummodo illas ſuſpiciones in eo quod Ioannes non familiariter (quod aiunt) ſe gereret cum Occidentalibus, & Orthodoxis exulibus; dum aliàs ingem ſermonum neceſſitudinem (vt fertur) coniungeret cum Arianis, & Macedonianis.

3. Probare igitur nobis hic eſt, an hæc de Ioanne ad Hieronymum ab æmulis delata nuntia, & ſuſpiciones ſub illo tempore subortæ, aranearum telis, æneône fundamine ſubniterentur. Dum ergo Baronius ex ratione ſoliđiſſima cum

dar.

dam illiminate vellet, & definire non esse Theodoreti epistolam quandam, ad id stabiliendum vnam tantum pro multis sufficere rationem sibi persuasit, seque actum a turum cogitauit, si annorum calculos constare libro ostenderet: cu raret: habes rei exemplar manifestum tomo Annalium suorum 6. ad ann. 444. sub num. 16. fol. 27. Moguntinæ, ecce nunc hic Cæsaris illustrissimi verba: *Nullum quidem verius, certiúsque dicam, & fortius argumentum ad hac refellenda putamus esse, quam ad lapidem Lydium ipsam exactam temporis rationem omnia ista, vt qualia sint cognoscantur, afferre.* Hæc Baronius. Ad hominem ergo (& quidem tantum, vt Dialectici docent, nostrum in forma, & re simili conficientes argumentum, sic in Baronium bona pace Baronitarum insultauimus.

4. Ioannes ad Episcopalem dignitatem ex Monacho Carmeli assumptus est, ætatis floridæ suæ trigesimo anno plus, minúsve, S. Hieronymo teste, epist. 62. ad Theophilum fol. 700. Parisiensis typi, sub anno 1609. Et vt ex Baronio constat apertè, Episcopalis hæc assumptio, anno contigit Christi 386. vt iam diximus, & habes tomo Annalium 4. anno eodem sub num. 57. & fol. 663. Moguntinæ, & tomo 5. Ann. 416. num. 35. fol. 537. Et, cùm certum sit, quod tempus de quo Hieronymus affirmat, se certiorem factum fuisse, de eo quod Ioannes familiaritatem cum hæreticis iniret, annus esset 367. & ante annum 372. in quo Athanasius, vt diximus suprà. cap. 6. primi Discursus, ad sydera aduolauit, ergo ex his, apodixis, & euidens remanet demonstratio, quod tunc Ioannes tredecim tantùm, aut quatuordecim annorũ attingeret ætatem Quod verò ante annum 372. contigisset illi familiare illud, quod ferunt, cum hæreticis consilium, ex vocata Hieronymi epist. 61. satis liquet apertum: in illis: *Eo tempore, quo totum Orientem, excepto Papa Athanasio, atque Paulino Arianorum, & Eunomianorum hæresis possidebat, &c.* Sed liceat adnotare, quod Presbyter, qui postea factus est Cyprius Antistes in vrbe Salaminæ, Constantia dicta, Sanctus erat Epiphanius, vt Marianus Victorius Reatinus Episcopus Amerinus adnotauit cum Baronio tomo 4. anno 370. num 7. fol. 292. Moguntinæ in illis ab eo, ex Epistola D. Hieronymi recensitis. *Ille*, nempe Epiphanius addit Baronius, *vel Presbyter Monastery ab Eutychio audiebatur vel postea Episcopus Cypri à Valente non tangebatur* Etsi ab ann. 377. in quo Epiphanius, ex Presbytero factus fuit Episcopus, dinumeramus compertum fiet, Ioannem vndecim vix tunc annorum pertingere ætatem: Tunc equidem non nemo nouit (proh luctus!) quod multis scateret hominibus hæreticis Oriens, Episcopi Catholici exularent, & quod adhuc Augustissimæ sanctitatis, & pietatis viri, vix à communi cum hæreticis familiaritate aufugere, aut sese abstinere poterant Et non mirabile erit, quod vocetur in crimen de ea, puer sic teneræ ætatis, & dierum paucorum par uulus insons?

5. Secundò probabitur noster sensus, ex eo quod Ioannis nostri prædecessor fuerit Cyrillus, quem Ariani sæpo à Sede sua expunctum dedère, subrogatis pro eo Arsenio, alijs, Erenio, Heraclio & Hilario, vt fideiussor est Nicephorus Xanropulensis, in Chronologia Episcoporum Hierosolymitanorum, vsque dum præualentibus Christicolis Catholicis in Arianos, ad suam restitutus Sedem Cyrillus obdormiuit in Christo, datæ salutis ab eo, anno 386. Sic Surius ex D. Hieronymo in vita S. Cyrilli, cuius loco fuit Ioannes noster constitutus Hierosolymitanus Antistes, vt dat Baronius Annal. tom 4. ann 386. sub num. 57. & fol. 663. Moguntinæ.

6. Et porrò haud verisimile videbitur alicui, quod eo tempore, quo ab Arianis, Catholici, nisibus totis studebant intudabantq; sese abdicare, Ioannem, si de hæresi aliqua suspectus fuisset elegissent Patriarcham Hierosolymitanum. (Vt constent omni dissona rationi, quæ Baronius iactitauit in eum ibidem, hisce, certè infensissimis verbis, postquam loquutus fuerat de obitu S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani subiungens sic: *Huic subrogatus est Ioannes, quem tempore Persecutionis sub Valente, Catholicos auersatum esse, & cum Arianis, & Macedonianis communicasse non obscurè testatur, aduersus eum scribens S. Hieronymus epist. 61. cum ait. non cuo tibi, &c.* vsque, *tantum audires piaculum, &c.* vt iunt iam tibi data suprà. Et, relatis his Hieronymi Doctoris sacri verbis, addit ipse Baronius: *Sed & sub nomine Prætextati ipsum sugillat, fatiúmque esse Catholicum specie dicaturus, recentemque ab hæresi pollutum ore Episcopatus affirmat.* O sinistrum, lacimosum, flexuosum, & sinuosum mentis, & verborum tam diuini Doctoris Hieronymi sensum acceptum! cuius certè composita, & purissima loquela, & mens nesciuit vnquam tam cruentis verbis bonos equidem pungere viros.)

7. Sumet item robur nostrum assertum, ex eo quod Hieronymus, iam tunc à sexennio Hierosolymis commorabatur, dum constet ciuitatem ingressum esse, anno 380. & Ioannis nostri electio anno 386. contigisse, cùm iam Epiphanius Antistes esset, ab anno 367. Quomodo ergo robustis, hi, vocibus non contendebant? Quomodo non litteras ad Præsulem Romanum non faciebant? & cum eo ad omnes Episcopos Palæstinæ commotantes, vt sese omnes ouanter interponerent, ad id quod nullatenus præualeret tam iniqua electio, si facta fuisset, vt vult Baronius, in homine simili Prætextato, qui (S. Hieronymo asserente, in hæc verba ad epistolam data 61. fol. 662. Typi Parisiensis, anni 1609.) *designatus Consul mortuus est: homo sacrilegus, & Idolorum cultor, qui solebat ludens B. Papa Damaso dicere: Facite me Romanæ Vrbis Episcopum, & ero Christianus.* Ista de Prætextato Hieronymus: Si ergo talis fuerat Ioannes noster, si tempore persecutionis sub Valente, super hæc Christianos fuerat auersatus, & cum Arianis, & Macedonianis tam intimè, vt vult ista cuncta de eo suspicari, immò asserere Baronius: Deus optime! Vt quid, cùm odio sic habeas semper iniquitatem, eligi permiseris, & sublimari in tam Catholica Orthodoxorum Patrum Sede Hierosolymitana, hominem iam iniquum, & pessimum omnium? Absit, absit de te tale credere aut pensare. Quis credet, te excæcasse sacros electores, vt

[Margin notes: S. Hieron. — Baronius. — S. Hieron. — Marian. adnot. Epistolæ 61. n... — Nicephor. — Surius. — Baronius. — Baronius. — Disc. 1. c. 1. n. 1. — S. Hieron.]

caecutientes

cæcutientes sic, talem, támque iniquam parerent electionem? Absit ergo, absit credidisse simillia de Ioanne.

8.

Tertiò probabitur item ab illustribus scriptoribus, Ioannis immunitas à cuiuslibet hæresis labe, tabo, & carie: ij etenim dum de sublimato ad Hierosolymitanam Ioanne Sedem verba commiscent, honorificentissimis eum titulis, velut ad suprema sydera extollunt. Theodoretus historiæ Ecclesiasticæ lib. 5. cap. 31. sic aiens: *Ecclesia Hierosolymitana Episcopatum gessit Ioannes vir planè insignis, successitque Cyrillo.* Nicephorus Calixtus Xantopulensis lib. 14. historiæ suæ cap. 30. *Hierosolymis Cyrillo, Diuinus Ioannes successerat.* Rufinus libro 2. capite 21. *Hierosolymis autem post Cyrillum Ioannes Apostolicas reparat sedes.* B. Thomas Waldensis, de Sacramentalibus, titulo 9. cap. 87. *Hic Ioannes XLIV. à Sancto Iacobo tempore quo Siricius post Damasum, Romæ rexit, ipse sedit, & restituit, siue refecit Ecclesias.* S. Cyrillus Doctor Græcus, Constantinopolitanus dictus, epistolâ ad Abbatem Ioachimum sic ait: *Qui tandem propter eius sanctitatem, in Pontificem Hierosolymitanæ Eccesiæ sublimatus.* Idaccius illustris scriptor in Chronico, Olympiade 296. numero 12. vocat eum *virum insignem.* & num. 13. *Qui Hierosolymis ante Ioannem Episcopi fuerint,* sic scribit: *Idaccius, qui hæc scribis, scire non potuis, hunc verò Sanctum cum Sanctis Eulogio, & Hieronymo vidit infantulus.* Iacobus Salianus Iesuita Auenionensis in Annalibus suis tom. 4. Annal. ante Baronium, ad annum 3123. *Ioannes Hierosolymitanus Antistes ordine XLIV. qui circa annum 400. Arcadio & Honorio Imperatoribus clarus scripsit.* Ioannes Carthagena Franciscanus, Minorita nobilis libro 17. homiliarum sacrarum, homilia 3. de laudibus Carmelitarum. 2. part. tom. 1. fol. 282. Antuerpiensis typi anni 1622. & libro 18. ibidem homilia 7. fol. 326. De Templis in Virginis Mariæ honorem erectis semel, & iterum *Ioannem* vocat *sanctum.* Antonius Posseuinus è Societate Iesu, Tomo 2. sacri Apparatus fol. 205 comprobans Petri Lucij assertum de Ioannis sanctitate, repetit Lucij verba hæc, dicens, E Monasterio Montis Carmeli ad Patriarchatum Hierosolymitanum *ob vitæ sanctitatem, & doctrinam euectum fuisse.* Ferdinandus Kyrinus de Salazar, item Iesuita, lib. Apologetico pro immaculata Virginis Conceptione (quâ sacratâ die, post concionem ad populum datam in templo Virginis Mariæ de Columna Cæsaraugustano, scribimus) cap 38. argumento 10. n 11. Nubeculæ Heliæ ostensæ enodans mysteria, dum ad Patrum doctrinam peruolaret, ad explicandum mysterium nubeculæ, inter sacratissimos Doctores, loco primo ponit Ioannis doctrinam de nubecula paruâ in Virginis typo expositâ, cap. 32. à libro Patriarchæ istius de Institutione; tanti eum fecit. Sed his, & aliis consultò omissis, ne nimis in re manifesta satis, lectori fastidio simus, illustrissimum colophonem imponat (vt à re hac sublimissimo teste gloriosè expediamus nos) suprà assignatus Cyrillus in verbis iam alibi datis, & dandis à nobis, cuius non possumus, non ad rem nostram, aurea adducere multa sacri Doctoris verba. Etenim, præterea, quæ de Ioanne dixit, Epistolâ ad Eusebium satis perlongâ, latiùs rem suscipit de encomiis laudum Ioannis Patriarchæ, in Epistola ad Abbatem Ioachimum, sic: *Fuit autem temporis Arcadij, & Honorij Imperatorum, quidam dictorum Religiosorum Pater, miræ virtutis, & perfectionis Ioannes nomine, qui cæteros consortes suos eiusdem Montis Monachos, exemplo suo; & magisterio, solicitè inducebat ad perfectionem acquirendam, secundùm Propheticam disciplinam vitæ Monasticæ, per Heliam Prophetam institutæ. Quam disciplinam Ioannes eis exponebat, ex diuersis literis, tam veteris quàm nouæ legis, & ex nonnullis tractatibus editis à prædecessoribus suis: qui tandem propter eius sanctitatem* (nota Lector) *in Pontificem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus, Apostolo Iacobo in Episcopatu eiusdem Ecclesiæ XLIV. successit.* Hæc Cyrillus datus ab speculo Carmelitarum lib. 8. En quantus moribus, virtutibus, zelo, sapientiâ, & doctrinâ apud Sanctissimum Cyrillum Ioannes habitus sit. His omnibus maius sunt testimonium, & verba aperta Anastasij Supremi Iudicis, & fidei Examinatoris in terris: En illa pro coronide capitis nostri vt scripta reliquit Pontifex almus, in Epistola ad ipsum Ioannem, de Rufino ei scribens, ac vt Origenistam damnans eum; ipsum Ioannem vt sanctissimum in his verbis extollit ad astra: *Vt amori tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis, & eas quas in Domino habes virtutes, subinde quodammodo paruitatis nostræ fauorabilis sermo prosequitur. Tam eminenter, vir omnium præstantissime, laudum tuarum fulges merore conspicuus: vt par esse meritis sermo non possit. Porrò autem, tanto titulorum tuorum rapior incitamento, vt etiam quod impetrare nequeo, audere non desinam. Iam hoc de laudibus est tuis, quod me tantum de cælestis animi istius serenitate laudasti: tuus enim Episcopatus Ordo perspicuus, per diuersum Orbem, velut radians, etiam ad nos splendoris sui detulit claritatem.* Hæc Pontifex Summus Ecclesiæ Anastasius, de Ioanne, dum Episcopus esset Hierosolymitanus. En qualis se gesserit in Episcopatu, qui sic de Summo Pontifice Ecclesiæ bene merebatur. En quid senserint de eius virtutibus isti omnes. Ergo suspiciones de eo conceptæ leuissimæ censebuntur à quibuslibet bene moratis; qui enim tam probè semper vixerat apud hos, haud suadibile est quod vnquam ad tantæ iniquitatis fastigium vt vult Baronius, ascendisset, & neque ad profundissimum peruersissimi moris barathrum, quale est hæresismum, sic deuolutus esset.

9.

Rem demum Sanctus Chrysostomus stabiliuit Epistola 118. ad Ioannem Hierosolymitanum; vbi sic eum Osaureum alloquitur: *Teque hortamur, vt fortitudinem eam, quam ab initio præstitisti, ab eorum nimirum cœtu, qui Ecclesias tot tumultibus compleuerunt, remoueas te, nunc quoque retinens, parémque præludiis, immò etiam longè splendidiorem finem imponas.* Vbi vellemus vt premeret lector passim verba illa, *ab initio*; & notaret quod Baronius Tomo quarto Annalium ad annum 404. sub numero 117. fol. 281. huius Epistolæ Ioannis mentionem faciens (vt & aliarum à Sancto Chrysostomo scriptarum, *ad diuersos Episcopos, commendans illis Dei Ecclesiam aduersariorum*

Theodoret.

Nicephor.

Rufinus.

Vvaldens.

S. Cyrill. Cōstantinop.

Idaccius.

Salianus.

Carthagen.

Posseuinus.

Salazar.

S. Cyrillus.

Speculū Carmelitarum.

Anast. Papa

Refertur à Baron. Tom. 5. Annal. ad ann. 401. sub n. 26. Mogūtiæ f. 198. Nota illustrissimam à Pontifice Summo commendationem de Ioanne Patriarcha

S. Chrysost. epist. 118. cuius meminit Baron. to. 5. ad ann. 404. n. 117.

riorum factione conscissam.) Non dubitauit hæc addere ibidem: signatum aliquos nominando: *Et inter alios (vt videmus) ad Romanum Pontificem Innocentium, necnon ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum*, ad quem sanè tantus Doctor in re de Ecclesia, *aduersariorum factione conscissa*, non scripsisset, si ante vel in Episcopatu Ioannes fictiosus aut Arianus, aut Macedonianus hæreticus esset, vel fuisset. quod autem de Ioanne nostro XLIV loquatur constare potest ex eo, quod huius nominis, in Sede Hierosolymitana, iuxta Epiphanij Chronologiam de Patriarchis Hierosolymitanis, lib. 2 tom. 2. nullus fuerit nisi Patriarcha VII. à S. Iacobo (qui dictus est Ioannes, & sedit vsque ad 19. annum Traiani Imperatoris, qui fuit Christi Domini 119 iuxta computa Claudij Roberti quæ sequimur semper ante Ioannem nostrum, qui fuit huius nominis II. Ex his videbitur ergo clarius luce, quod validiora sint pro Ioannis innocentia, & integra fide, non sanè erosa (vt credidit Baronius) rationum, & auctoritatum armamentaria, quàm pro iis, qui illum su pectum de hæresi coarguere parant.

Cap. II.

Quod neque in ipsa Episcopali sublimatus Sede Ioannes fuerit hæreticus probamus.

1. EMinentissimus Cardinalis Baronius, S. Hieronymi adducit Epistolam 61. in qua duo loca leguntur, quæ pro sententia eius militare sibi visa sunt: primus est cap. 2. in illis: *Eo tem. ore quo totum Orientem*, &c. Est & alius cap. 3. in illis: *Si hoc non dixeres, Ecclesiam non teneres: & tamen non quæro, si ante non dixeris, non euentillabo si amaueris eos, qui talia prædicant, [illegible] cum quibus fuerit quamo[illegible] ista dicentes exi[illegible] instruebant.* In primo loco Ioannem arguit de crimine, in eo quod sub persequutione Valentis Imperatoris non communicaret cum iis, qui pro fide exulabant Catholici Christi. In secundo loco, quod diligeret eos qui [illegible] vilia dogmata prædicabant. Ex quo sequitur quod illæ iniectiones illæ in eo solo niterentur, quod Ioannes cum Arianis verba communia miscuisset, à quibus se cum Catholicis abstinuerat. Ad rem ergo nostram, supra iam supponimus asserta hoc est, quod S. Hieronymus non nisi vel rumusculis, vel susurris certior factus fuisset de his, quæ Ioanni obiectabantur, imò nec aliter ea ad eius notitiam peruenire potuissent.

2. Exinde probabimus ergo, quòd suspiciones illæ omni fundamenti soliditate carerent. Primò, quia de Ioanne conceptæ sunt eo tempore, quo Valens Imperator dedit exules Catholici Pastores gregis, & Episcopos Orthodoxos, Athanasio viuente: & quod dum Epiphanius fieret exul, nondum Episcopus, sed Presbyter erat electus: probatum est hoc satis supra Discursu 1. c. 6. in eo quod diximus Epiphanium fuisse electũ Episcopum anno Christi Iesu 367. & quod Athanasius carnis vinculis solutus, accepturus immortalitatis coronam, migrarit in astra, salutis hominis ann. 372. (vt asserit Baron. to. 4. Annal. anno eodem sub n. 63. & fol. 410. Moguntinæ) non anno antecedenti. Ex quo liquet, quod id in quo calumniantur Ioannem, scilicet quòd esset Arianus, contigit planè ante annos quatuordecim ab eius electione in Episcopatum; etenimverò electus fuit, vt præmissum est, anno 386.

3. Secundò probatur ex c. 3. epist. 61. in illis: *Aduersum te nulla suspicio sit* (loquebatur de Arij hæresi) Et inferiùs: *Num Papa Epiphanius accusauit te quod Arianus esses? Num Eunomij impingit hæresim?* Cap. 5 *Sed te quis hoc tẽpore insimulat Arianum?* Et inferiùs: *Origenẽ relinquis intactum, & contra Marcionem, Eunomium, Apollinarem, Arium, Manichæum, cæterorúmq; hæreticorũ ineptias debaccharis. Manum peteris & pedẽ porrigis: & tamen dogma quod retines latẽter insinuas.* Cap. 15 Cùm causaretur ab Isidoro, quod cum Ioanne communicasset, sic eum tanquã hæreticũ intuebatur. Respondit in hæc: *Communicauimus, nihil de hæresi suspicates.* Et addit, quod vbi Epiphanij epistolas acceperunt, abstinuère se ab eo communicando, cum quo fuerant conuersati vsque ad annum 392 in quo scripta fuit ad Epiphanium epistola, vt Baronius recenset, id quod anno 6. contigit a sublimatione in Episcopum. Ex his apertè producitur, quantũ Baronius ab scopo aberrauerit veritatis dũ asseueraret, semper labe hæreticos Ioannem fuisse conspertum, cùm nullũ pro sensu suo exhibeat fideiussorem, nisi Hieronymum S. ex cuius epistolæ verbis, manifestè deprehenduntur aduersantia Baronio.

4. Nec sistemus in eo quod si cecidisset Ioannes (homo quidã mortalis erat, & Adæ filius) si tamẽ resipuisset (vt adhuc ex confessione Baronij resipuit, *& meliori frugi redditus est, & fide vbiq; Catholica nitens*, quod libenter nobis Baronius cõcessit, vt ex eo clarè c. 3. sequentis Discursus no tum fiet) post hæc, ad sanctitatis grandis non potuisset ascendisse fastigiũ; vt cõstat ea satis aperta in verbis Chrysostomi supra ad fin. præced. capituli datis, ex epist. eius) itaenim Meletius, qui ante Episcopatum Arrianum tenuit errorẽ referente Baronio, ad ann. 360. tom. 3. ex Sozomeno lib. 4 c. 37 & postea factus est vir tantæ virtutis & integerrimæ puritatis, vt meruerit ab omnibus laudari, summaque veneratione prosequi post obitum; laudauit enim eum (vt Baronius idem refert tom. 4 ad ann. 381. sub n. 40. fol. 537. Moguntinæ) Gregorius Nyssenus, Panegyricã illa oratione cuius initium est: *Auxit nobis numerum Apostolorum nouus Apostolus, qui cooptatus est in ordinem Apostolorum*, &c. Imò ante ipsum, ex Patribus, fortè Amphilochius, disertissimus vir, de quo videndus Baronius datus, ne multis distrahamur. Stat S. Epiphanius (vt omittamus alios) qui hæresi 26 fatetur se Gnosticorũ errore fuisse irretitum. Adiicieique, quod si ex ignorantia quis inuincibili in errorem incidisset, nullatenus certè iure aliquo, de comparata denuò sanctitate vel in minimo derogandum illi esset, facti si pœnituisset. In rebus enimverò fidei inciderunt in errores Cyprianus, Lactantius, Augustinus, Cassianus, & alij excelsæ notæ sanctitatis, & Catholicæ fidei signatissimi Patres. Et vt vno rem verbo dicamus, id temporis erat, in quo, vel Gigantes spiritu & virtute viri, suspicati saltem sub aquis gemebant hæresim variarum,

S.Hieron.

Baron. Tom. 5. ad annum 401. sub n. 26. fol. 198. Moguntinæ.

Sozomen.

Nyssen. orat. in funere Meletij.

Amphiloch.

imò,

imò, vt ex Pontificali Romano habetur in festo S Damasi (sub die 11. Decembris) qui hæc Ioannis sæcula decorauit, *Ingemiscens* totus *Orbis terrarum se Arianum esse miratus est.* Et inter tot turbati Orbis procellas, vnus solus admiratur, & sugillatur à Baronio, ad tempus, si forsan, naufragâs Hierosolymitanus Patriarcha Ioânes XLIV. à S. Iacobo. O mira res! Sed his videre latiùs tibi erunt plura apud Simancas de Institutionibus, cap. 25.

5. Hæc seriò notares vellemus lector: Quod qui asserunt Ioannem ante Episcopatum Arij errore fuisse respersum, permisceant Ioannem XLIV. Solymum Patriarcham cum altero Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, numero à S. Iacobo LII. qui plus annis centùm, vel eo, sedit, post nostrum Ioannem; fuitque Sancti Sabbæ discipulus, &, vt Baronius adducit, Annal. Tomo 3. ad annum 518. sub num. 57. ex Cyrillo, qui Sabbæ acta conscripsit, incidit in errorem Eutychij & Nestorij: sed potiùs Baronius de hoc videndus indidem ad ann. 520. sub n. 59. & sequentib. itē.

TRACTATVS PRIMI APOLOGEMATIS DE IOANNIS PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI XLIV. INNOCENTIA, ET FIDEI INTEGRITATE CATHOLICÆ,

DISCVRSVS TERTIVS:

NON FVISSE IOANNEM ORIGENISTICI dogmatis scabie vnquam atratum probans.

PRÆMISSIO VNA.

1. DOCET eruditissimus Simancas, cap. 26. à numero 1. vsque ad 7. & cap. 43. num. 2. quod bifariè aliquis ab aliqua, in quá deuenit aliquando, suspicione expiari, & liberari possit: vel ex criminis commissi confessione ingenuâ, cum submissione tamen, & propensione animi pronâ debitæ pœnitentiæ suscipiendæ: vel ex manifesta probatione, contestans, se nunquam crimen de quo in suspiciones forsan detectus est commisisse. Redderous igitur manifestum, quod Ioannes Patriarcha noster purgatus omnino fuerit à suspicione, & incursu Origenistæ, si quando illi in id incidisse contingere potuit. Datis igitur ad id testibus, & rationibus solidissimis, ante omnium oculos offeremus, viri Patris puritatem, innocentiam, fideíque Catholicæ notissimam integritudinem. Et quia ab interioribus nemo valet ferre iudicium, nisi ex signis exterioribus percipiantur absconditi, & cooperti humani cordis sinus, (solus enim Deus nouit abscondita cordium) manifestum fiet, quod ex signis à Patriarcha Ioanne exhibitis, semper Catholicæ fidei. in se iugiter præbuerit ostenta meliora. Et posito quod aliquando ex verbo, aut opere, pignore aliquo externo præstito, suspectus deuenerit de Origeniana labe apud aliquos, vario constabit tempore firmissimi Orthodoxi, & Catholicismi fidei professoris virum Patriarcham signa clarissima, & illustrissima præbuisse, gentium, & temporum vbique. Ex quibus commonstrabitur item quàm fuerit ab omni alienum iure, quámque absonum à recta ratione, quod ex signo aliquo, verbo præstito tenus aut opere leui, & Origenistico dogmate amplectendo, maximè temporibus tam periculosis, tantus Orthodoxus Doctor commentitius diiudicatus sit, & simulator dogmatis (vt malè suspicati sunt aliqui) in animo recepti, cùm certa ex incertis non stabilienda, & componenda sint, ex recto tramite iuris honesti; sed potiùs è conuerso: ex l. *si quis à filio 32. §. si quis plures. ff. de legatis & fideic.* I. Vbi Glossa finalis: optimè declarat Bartolus ibidem, quem sequitur communis.

Glossa. Bart.

CAPVT I.

Probatur ex Diuo Hieronymo Ioannis immunitas ab Origenistica carie.

1\. SVpponimus certum, Sanctum Hieronymum in suspicionem de Ioanne non deuenisse, vsque dum contra Ioannem ab Epiphanio epistolas acceperat, quod contigit anno 392. hoc est 6 ab initio Episcopatus sui, vt dictum est suprà. Id fateri videtur S. Hieronymus Epistola 61. c. 15. in illis: *Communicauimus, nihil de haeresi suspicantes, postquam vero a S. Epiphanio conuentus respondere contempsit, cunctis Monachis, ab eodem Epiphanio, scripta venerunt, vt absque satisfactione fidei nullus ei temerè communicares.* Eadem refert Epistola 62. in his: *Sit talis, qualis antea fuit, quando nos suo arbitrio diligebat.* Et hæc Epistola scripta fuit post epistolam Epiphanij: iuxta quod haud latet certè, suspiciones eas ortas fuisse anno 392.

S. Hieron.

2\. Hisce in verbis clarè affirmat se denegare Ioanni familiaritatem, séque cum eo non rediturum vsque dum ille ipse pro se satisfaciens, detulisset rationes. Ergo si Hieronymus post hęc iniit, imò & Monachi eius, cum Ioanne conuersationis cõmercium, manet in aperto, quod Ioanne, ad eum satisfactionis responsa præmiserit. Ex hac eadem ratiocinatione inductus fuit Baronius inferre ad ann 372. quod si quando Hieronymus se abdicarit à communione Paulini propter hęreticos suspiciones, & post hęc cum eodem familiaritatem iniunxit, signum fuerit, ait Baronius, apertum, quod super re à Damaso responsum accepisset, de reddita satisfactione, quæ quidem quanquàm scripto tenus, aut verbo, non constet, exitus tamen acta probauit, vt videatur cum eo post hæc vltrò communicasse. Si ergo satis sunt ista Baronio inter Hieronymum, & Paulinum, ecquid non ponderis eiusdem habeantur ab eo eadem inter Ioannem & Hieronymum sanctũ?

Baronius.

3\. Vbi autem sese hæc primò communio pręberet aperta? Epistola est ad Theophilum 70. in qua Hieronymus, Ioannem apertè extra culpam constituere videtur, eo quòd cum Origenianis largiter, & honorificè se gesserit. En sacri verba Doctoris: *Super suspicione cuiusdam non debes contra vrbis huius dolere Pontificem; quia nihil tuis literis precepisti, & temerarium fuit de eo quod nesciebat ferre sententiam; tamen reor illum nec audere, nec velle se in aliquo ledere*, his claudit ad Theophilum Epistolam Refert ista Baronius, & Ioannem excusat Annalium Tomo 5. ad annum 399. sub numero 38. & fol. 110. Moguntinæ. En verba iteratione digna, ex Baronio ipso, post relatam omnem, & integram Hieronymi epistolam; adiecta: *Hac ad Theophilum S. Hieronymus excusans Ioanem Hierosolymorum Episcopum, de communicatione ante cum Origenistis inita, déque eius animi consilio inhærendi ipsi Theophilo. Quod enim ita de viro Hieronymus sentiat, quem antè, eadem ex causa, acriter impugnauerat, atque scriptis exagitarat, ad meliorem illum frugem restitutum fuisse, par est existimare; imo & necessario credere, & affirmare. Nam de ipsius Sede, vt de Catholicæ fidei egregij professoris, hæc habet Sanctus Augustinus, scribens aduersus literas Petiliani: Cathedra quid tibi fecit Romanæ Ecclesiæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet; vel Ecclesia Hierosolymitana, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet; quibus nos (nota lector) in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore separastis?* Nunc prosequitur Baronius: *Hæc ipsè, planè declarans, eius Antistitem Ioannem Catholicis consensisse.* (O egregium, præclarúmque pro Ioannis Patriarchæ Solymi fidei integritate, & innocentiâ Agonistam Baronium! Cui dignum sanè est pro tanto beneficio gratias, gratis quanquàm, rependamus.)

S. Hieron.

Baronius.

Quæ est n. 70 inter ep. S. Hieron. No. 41. Baronij pro Ioãne verba.

S. Aug. cõtra litt. Petilian. lib. 2. c. 51.

4\. Nunc sic. Si Hieronymus haberet suspiciones de Ioannis Origenismo, nonne firmius robur Patris exciperet sententia, dum viaetet Ioannem domi suæ honorifica hospitatione excipientem Origenis sectatores, nonne in eum aculeatas epistolas disposuisset? sed imò eum à culpa omni liberum facere, & ostendere nititur. Ergo fidẽ habebat egregiam de Catholica Ioannis nostri fide, adeo vt actio illa, tam apta parere suspicionem aduersam, in quolibet homine bene morato (qualis erat hospitio gratifico in domo, & æde propria recipere pedisequas Origenisticos) in haere de Ioannis concepta fide, vel paululum S. Hieronymi animum haud retardauit & detinuit.

5\. Præbet sese secundò cũ Ioanne, illa aperta cõmunicatio, in obitu S. Paulæ, de quo Doctor Maximus epist 27 quæ est ad Virginem Eustochium. Epitaphium Paulæ matris. Sic ibi: *Aderat Hierosolymorum, & aliarum vrbium Episcopi, & Sacerdotum inferioris gradus, ac Leuitarum innumerabilis multitudo*, &c. Nunc nos. Tũc erat Antistes Hierosolymitanus ibidem, quia Paulę mors contigit ann 404 vt Baronius affirmat in eo Tomo 5. sub n. 132. & 133 f 287. Moguntinæ & Ioãnes fuit Episcopus Hierosolymitanus, vt supponimus suprà ab anno 386. vsque ad ann 416. ergo tunc Episcopi, Monachi, Sacerdotes, & cæteri, necnõ & Hieronymus ipse cũ Ioanne cõuersabantur. Funeris põpæ exhibitæ Paulæ adstantes in cunctis, quę cõmunicatio certè prohibitissima est in iure, tum hæreticis, tum excommunicatis. Ecce, Ecce.

S. Hieron.

Baronius.

6\. Et quanquàm prætervolet à nobis semper in quo ab his suspicionibus inceptis S. Hieronymus destiterit, liquet tamen satis ab initio eis valedixisse, & deposuisse eas: primò, quia tunc Ioannes illicò librum composuit aduersus Origenis errores, ponens in eo probationẽ suã, quod dogmata illa Origenis omnimodè detestatus esset, vt Gẽnadius satis aptè notauit, quanquam apud libros Origenis iugiter diuersaretur, vtpote qui eius Doctoris delectaretur ingenio, nõ tamẽ doctrinã suo prosequeretur amore. Sic testatur de libro Gẽnadius Tom. 2 de Scriptorib. Eccles. apud S. Hieronym Posseuinus in Apparatu Tomo 1. in Ioanne Hierosol. Vincent. Belluacensis lib. 17. Speculi historialis maioris c. 99 Tom. 4. Impressionis Duacẽsis, an. 1624 referẽs Elinãdrũ pag. 689 ab ann 300 vsq ad 400. de Ioann. Hierosol. an 1290. Honor Augustodunẽsis *de luminaribus Ecclesia*. Trithemius Abbas *de Scriptoribus Ecclesiast*. Auctor Catalogi scriptorum Britanniæ

Gennadius.

Posseuinus.

Belluacens.

Hon. Aug.

Catal. script. Britanniæ.

in Palladio, & vt missos plures alios dèmus, Cardinalis Bellarminus de Script. Eccles. in Ioanne Hierosolym. fol. 91.

7. Hanc S. Hieronymus responsionem dedit epistola 75. quæ est aduersùs Vigilantium, qui tanto de eodem crimine coarguebatur. Et certè similes libros conficere omnino omnem delet conceptam suspicionem aduersùs eos, qui in his scribendis laborarunt, cùm in eis sit animus, & studium, vt Hieronymus ibidem dicebat, multos legere, vt ex plurimis diuersos flores carpant, non tamen mala probaturi, sed immò in illis impugnandis elaborantes, iuxta illud: *Omnia legentes, quæ bona sunt retinentes.* vel meliùs iuxta Apostoli præceptum & Magisterium. *Omnia probate, quæ bona sunt, retinete.* (1. Thessal. 6.) Non aliter Theodoretus se immunem exhibuit à simili suspicione, vsquequo, vt Baronius affirmat Tom. Annal. 6. ad ann. 444. sub num. 21. & 449 sub n. 2. f. 29. & f. 91. epistolam contra Nestorij dictata.

8. Desumetur vltima ratio, ex eo quod, sciente Theophilo, dissidii inter Epiphanium, Hieronymum, & Ioannem, scripserit ad Hieronymũ ab eo exoptás, vt firmam cum Ioanne pacem iniret: ad quæ S. Hieronymus rescripsit epistolam 62. Et certè si tunc de Ioanne præpostetas suscepisset suspiciones Hieronymus, vtique respóndisset, admirans tantum virum, in eo quod talia postularet, scilicet de ineunda pace, & familiaritate inter S. Hieronymũ, & Ioannem, si hæreticus Origenista habitus fuisset iste, id, quo solo os Theophili maneret obstructum, qui acerrimus vtrorumque aduersarius erat. At hæc Hieronymus ad Theophilum, nec vel à limine, cogitauit respondere, nisi de elatione eius, imperiosà pomposìtate, & Ioannis tumentià, quibus cum Hieronymo despectò, peragebat. Ergo Hieronymus dignouit apertè, quod delata in Ioannem fictitia, & emétita fuissent, propter quod, non tantum cum eo habuit familiaritatis & conuersationis consortia, sed pro eo positus est clypeus, & vt (sic diximus) lapis defensionis & fortitudinis murus, in eos qui Ioanni detrahebant, & calumniabantur eundem.

CAP. II.

Eiusdem Ioannis innocentia ab scriptis eius deducitur apertè.

1. SCripsit Ioannes noster (vt habemus ex Catalogo Gennadij, & aliis grauissimæ notæ Doctoribus, à nobis alibi datis, & dandis) librum aduersus obtrectatores studij sui, in quo ostédit Origenis ingenium, non fidem esse sequutum, & vt sese apud S. Hieronymum, atque Epiphanium Origenis de crimine repurgatet: quanquã hæc Baronius, vt videmus facescere videatur.

2. Proh mærorsquam valde hoc opere nunc ditaremur inuento, sed nimis egere nos cogit huius carentia libri qui sic meritò aut certè tenui forte nostra desideratur: considerent quibus angimur curæ, eo quod tanto pignore ingenij, & pusillimi spiritus Patriarchæ nostri careamus etenim quãuis multi de eo tractent, illustri librum, & doctrinam eius memoriâ concelebrantes, tamen nõ inuen... a nobis nec in manibus cuius p... circumferri: hoc tépore audiuimus, propter quod haud integrè scire valemus, quam reliquisset in illo doctrinam substantiam tamen sine dubio, magnique habendam à Magnis circa octo præcipuè capita illa, de quibus, & pro quibus Epiphanius, & S. Hieronymus in eũ sic seuerè insultarunt, & insurrexerunt. Hoc, sed tamen sit solatio nobis, quod ex doctrina Patris, quæ hodie præ manibus nostris circumferre datur, pateat, & satis in fer...tur clarè, quantum Ioannis nostri animus, & mens abfuerit ab Origenis erroribus. (In libro de Institutione Monachorũ.)

3. Hos placuit ergo, & par nunc est, sigillatim discutere, & ad trutinam reuocare potiorem. Primum ergo Origenis caput, & error quod Ioanni vertebatur, erat in eo, quod se tenere crederetur, Spiritum sanctum à Filio non videri, vt nec Filius videret Patrem, eo quod (vt aiebant) Filius, & Spiritus S. creaturæ essent, & sicut tales haud possent cognoscere Patrem, scientia, quod tradunt Theologi comprehensiua, siue visiones Blasphemiam refutaturus recenset Diuus Hieronymus epist. 61. ad Pammachium in illis: *Dic mihi disputator egregie de octo capitulis ad quæ re ponderis parti per, de ceteris taceo. Prima illa blasphemia, quod nec Filius Patrem; nec Filium potest videre Spiritus sanctus, quibus à te testis confessa est?* Sed ad hæc Ioannes pro se fecit satis in illis ab ipso S. Hieronymo insertis paulò notatis: *Sanctam ergo & adorandam Trinitatem, eiusdem substantiæ, & coæternam eiusdem gloriæ, & diuinitatis credimus, anathematizantes eos, qui grande, aut paruum, aut inæquale, aut visibile in Deitate Trinitatis quidquam loquuntur. Sed sicut incorporalem, inuisibilem, & æternum dicimus Patrem: sic incorporalem, inuisibilem, & æternum dicimus Spiritum sanctum.* Post quæ addit Hieronymus: *Nisi hoc diceres, Ecclesiam non teneres.* Ergo dicens hoc, tenebat, ex mente Hieronymi, Ecclesiam Ioannes. (S. Hieron.)

4. Fatemur; in hoc Ioannem (vt Theologi loquuntur) formalissimè non respondisse ad interrogatum illud: vtrùm Filius & Spiritus sanctus viderent Patrem: sed tamen virtualiter, substãtialiter, & doctrinaliter, satisfecisse in verbis Doctoris Orthodoxi diffitendum non est: Quia cùm omnis Origenistarum error, à quibus illum ebibetant Arriani, in inæqualitate personarũ staret, vt his sese tad...iùs Ioannes opponeret è regione, dixit: in Personis leuem nullam, siue grauem inueniri inæqualitatem; & fassus est vnam, eandémque in tribus Personis esse gloriam; esse gloriam, esse substantiam, sicque inuisibilis, & æternos profitebatur Filium, & Spiritum S. sicut Patrem ipsum. Et non solùm virtualiter, sed formaliter hæc omnis à Ioanne doctrina percipienda est, & percipitur in illis à Rufino Aquilegiensi, nomine suo, & Ioannis quoque voce, & vice (quia vtrique de hoc fuerant coarguti) datis in initio inuectiuæ primæ in Diuum Hieronymum, vbi sic loquitur: *Illi ergo (fatur de Chromatio, Iouino & Eusebio, quos reueretur Rufinus tanquam optimatissimos probatissimos, & Sanctissimi Ecclesia Dei Episcopos, patres suos, ac Doctores symboli fidei suæ.) sic mihi tradiderunt, & sic teneo quod Pater, & Filius, & Spiritus S. vnius Deitatis sint, vnius substantiæ, coæterna, inseparabilis, incorporea, inuisibilis, incõprehensibilis Trinitas, & sibi soli, vt est ad perfectũ nota, quia nemo nouit Filium*

(Vide opera S. Hieronymi Impr. Paris. anno 1609. tom. 1 fol. 917.)

nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius. Et Spiritus sanctus [illegible] quæ [illegible] alia Deitas: id [illegible] caret omni visibilitate corporea, sed intellectuali illo Deitatis oculo videt Patrem Filius, & Spiritum sanctum, sicut Pater videt Filium, & Spiritum sanctum: nec est prorsus vlla in Trinitate diuersitas, nisi quod ille Pater est, & hic Filius, & ille Spiritus sanctus. Trinitas in personarum [illegible] one, vnitas in veritate substantiæ. Ita Rufinus voce propria, & Ioannis vice, pro quo hæc inferius ad paginam 920. subiungit S. Hieronymus: *Hæc sunt quæ in Hierosolymis in Ecclesia Dei à S. Sacerdote eius* id est, [illegible] *Ioanne prædicantur, si quis præter hæc vel credit, vel docet, vel à nobis aliter credi quàm exposuimus putat, anathema sit.*

Matth. 11.

Secundum caput illi obiiciebatur, in eo quod sentiret Ioannes, ab initio Deum, Angelos omnes creasse & quod ij qui in vera Dei vnius adoratione, & confessione persistêre constantes, in proprio permanserint spiritu solo cunctique, at qui auersi sunt à Deo, terrenis fuerint corporibus addicti. Refert Angelicus Doctor ista in 1. part. quæst. 47. art. 2. De hoc conuenit, & redarguit Ioannem Epiphanius, epistol. 60. cap. 2. in illis: *Illud quoque quis Origenem dicentem patiatur, quod animæ Angeli fuerint in cælis: & postquam peccauerint, in supernis deiectas esse in istum mundum, & quasi in tumulos & sepulchra sic in corpora ista relegatas pœnas antiquorum luere peccatorum? & corpora credentium, non templa Christi esse sed carceres damnatorum?* Ad quæ Ioannes certe potius vt Catholicus, quàm vt Origenista se sentire demonstrauit, & satisdedit [illegible] à Hieronymo ex eodem [illegible] epist. ad Pammachium, quæ est 61. ad fol. 667. Impressionis Parisinæ: *Angelos quoque, qui non custodierunt suum principatum, [illegible] de [illegible] in iudicium Magni Dei [illegible] in tenebris custodiuit: quia immutati sunt: & ex propria dignitate, & gloria, magis in Dæmonum ordinem eos abiisse cognouimus: Animas vero hominum ex Angelorum ruina, aut ex conuersione fieri, neque credidimus aliquando, neque docuimus, (absit enim) & alienum hoc esse à prædicatione Ecclesiastica confitemur.* Et etsi Hieronymus arguat Ioannem, de eo quòd non responderit ad eam *spiritus, vel animæ, ante corpora creatæ fuissent, necne?* Responsio certè hæc Ioannis satis cohæret cum Epiphanij verbis, in eo quod diceret Ioannes, animas Angelos esse, qui peccauerant, eo quod sese à vero Deo secreuissent.

5. — S. Thom. — S. Epiphan. — S. Hieron. — Iudæ ep. c. 1.

Tertium caput Ioanni obiiciebatur in eo quod ad carnis attinet resurrectionem: statque in illo: *Quis autem patienter ferat Origenem, &c.* vt retro, num. 5. Ad hoc Ioannes satisfecit in illis: *Passionem quoque eius in cruce, & mortem, ac sepulturam, quæ vniuersa seruauit, ac resurrectionem, veritate, & non putatiuè confitemur: qui & primogenitus ex mortuis, primitias massæ corporum nostrorum, quas in sepulchro positas suscitauit, prouexit ad cælum, spem nobis resurrectionis, in resurrectione proprij corporis tribuens: vnde & omnes sic speramus resurgere ex mortuis, sicut ille resurrexit. Non in aliis quibusdam peregrinis & alienis corporibus, quæ assumuntur in phantasmate, sed, sicut ipse in illo corpore, quod apud nos in S. Sepulchro conditum resurrexit, ita & nos in ipsis corporibus, quibus nunc circumdamur & in quibus nunc sepelimur, eadem ratione, & visione peramus resurgere. Quæ enim iuxta Apostolum seminantur in corruptione, surgent in incorruptione: quæ seminantur in ignobilitate, surgent in gloria. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale: de quibus & Saluator docens loquutus est: Qui enim digni fuerint [illegible], & [illegible] ex mortuis neque nubent, neque nubentur: neque enim vltrà mori poterunt, sed erunt sicut Angeli [illegible], cum sint filij resurrectionis.* Ita Hieronymus Epistola 61. Ioannis, de resurrectione corporum confessionem denuncat, & responsionem ab eodem prodit.

6. — Ex epist. ad Pammachiũ ex Hier. quæ est 61. f. 6[illegible]. Impress. Paris. 679. tomo 1.

Vellemus certè, innocue lector, hanc componas responsionem cum illa doctrina quâ docet S. Thomas omnesque Scholastici [illegible], puto dum de Christi resurrectione [illegible] sacra commiscet 3. p. q. 54. art. 1. & de hominum resurrectione in additionibus ad 3. p. q. 75. art. 1. & q. 79. art. 1. & 4. distinct. 43. q. vnica, & dist. 44. q. 1. art. 1. quæstiunc. 1. Vt percipias Ioannis [illegible] nostri, cum doctrina Angelici Doctoris vel adhuc in minutissimo, cohærere, & in nullo [illegible] quanquam S. Hieronymus non mansit ex dictis sufficienter satisfactus, vt apparet de Ioanne, cuiusque modo loquendi, in eo quod ille vsus fuerit corporis nomine, pro nomine carnis, [illegible] ne lateret anguis sub herba: hoc est, ne sub Catholicorum verborum facie, aliquis [illegible] tet [illegible], & insuper [illegible] error, [illegible] Ioannem [illegible] S. Hieronymus [illegible] à [illegible] Origenistico esse dogmate [illegible], sed Theophilus tamen, eiusque Legatus apertissime notum puram, rectamque esse Ioannis Patriarchæ doctrinam: & tandem, tandem S. ipse Hieronymus suspicionem omnem de Ioanne conceptam facessiuit, cùm audiret eum, vel per compita, & plateas prædicantem, non modò vt sic, sic nos, nosipsos resurrecturos; sed & eodem corpore, membris, ossibus, vnguiculis, capillis, & [illegible] eo: *Membra, inquit, singula nominatim nisi dixeris, & caput cum capillis suis, manus, pedes, ventrem, atque ea quæ sub ventre sunt, nisi expressius designaueris, carnis resurrectionem negasti.* Et ibi, ex eadem Rufini inuectiua, indidem paululo inferius: *Habentes ergo indubitatas resurrectionis nostræ primitias Christum; quid de cæteris dubitamus, cùm certum sit, quod qualibus membris, & qualibus capillis, quâ carne, & quibus ossibus Christus resurrexit, & nos omnes resurgemus? Quia & ipse præterea se post resurrectionem palpandum discipulis præbuit, ne vlla de resurrectione eius cunctatio remaneret.* Et paulò inferiùs, folio 918. sub littera C, in illo: *Neque ergo naturam carnis huius, in qua nunc viuimus, resurgere denegemus: neque rursus cum eâ carnis vitia pariter inuoluamus. Sed caro quidem resurget, & non alia pro alia; sed hæc ipsa non naturam perdet, sed fragilitatem, & vitia deponet.* Et inferiùs folio sequenti, sub littera A, *Latius quam proposueram, huic vni titulo de resurrectione respondi, verens ne iterum per breuitatem aliquibus calumnias pateremus. Et [illegible] non solum corporis in quo calumniatur, sed & carnis fecimus frequenter mentionem: & non solum carnis, sed addidimus huius carnis: & non solum*

S. Thom. — Ex Rufini inuectiua in S. Hieron. f. 918. typi Parisiensis, tom. 4.

huius

huius carnis, sed & naturam vnius carnis commemoraumus: nec contenti sumus hoc, sed ne membrorum quidem resurrectionis integritatem diximus defuturam. Ita tamen, vt secundum Apostoli definitionem, corpus quod resurget ex corruptibili, incorruptibile: ex ignobili, gloriosum: ex fragili immortale: ex animali spiritale credatur: ita vt demum spiritualis corporis membra absque vllius esse corruptela, vel fragilitatis suspicionibus sentiamur. Hæc pro Ioannis doctrina de Corporum resurrectione Ruffinus, qui claudit rem illis: *Hæc sunt quæ Hierosolymis in Ecclesia Dei à S. Sacerdote eius Ioanne prædicantur: hæc nos cum ipso, & dicimus, & tenemus. Si quis præter hæc, vel credit, vel docet, vel à nobis aliter credi quàm exposuimus putat, anathema sit.* Et inferiùs ad finem fol. 921. *Quod dixi iterum illa est causa, quia iam S. Episcopi Ioannis epistolam de hac ad S. Theophilum scriptam, criminati sunt: quando corpus humanum aliud nescio quid fingebant esse quàm carnem: idcirco iterum posui.*

Ruffin. inuectiua. 1. cit.

8\. Fuit quoque Origenis alius, inter alios, error: quod animæ de corporibus in corpora migrarent. Refert errorem Doctor Angelicus S. Thomas distinctione 44. citata supra. Ad id respondebit pro se Ioannes sufficienter satis, lib. de Institutione Monachorum, cap. 29. Exponens illa ex authentica fide S. Matthæi in Euangelij sui cap. vndecimo. *Si vultis recipere, ipse est Helias.* Ecce verba Patriarchæ Ioannis, & sensus sui specimen Catholicum apertissimè datum: *Ioannes autem Helias dicitur non secundum stultos Pharisæos, & quosdam hæreticos, qui reuersionem animarum introducunt; sed quia (iuxta illud testimonium Euangelij. Venit in spiritu & virtute Heliæ,* *& eandem Spiritum sancti, vel gratias habuit, vel mensuram.*

Matth. 11. Io. Patriarc. de institut. mona.

9\. Ex his patet Ioannem habuisse eundem Catholicum sensum circa cæteras propositiones, cùm Theophilum illum liberum ab omnibus exhibuerit, declararit & ostenderit: & quod tandem, vt diximus iam, Sanctus Hieronymus suspicionibus de Ioanne conceptis nuncium remiserit. Et certè Patriarchæ nostri innocentiam, & fidei Catholicæ suæ integritatem satis præbet apertam, ipsa spiritus viri sapientis æquanimitas, & intima pax mentis, cordisque, quâ fruebatur, securitas, & quâ iucundabatur, & gaudebat, dum has obiectiones pateretur iniustè. Eam sanè quam S. ipse Hieronymus demonstrat, pro eo ibidem; epistola inquam 61. quæ est ad Pammachium sub fol. 661. & litera C. tom. 1. Typi Parisiensis, his verbis: *Ipsa quoque tria quasi negligens, atque securus, quasique aliud agens; & in quibus, aut nulla, aut parua sit quæstio prætercuolat, atque perstringit.* Et quod conscientiæ securitas veritatis, & innocentiæ præ se ferat argumentum vel Cicero Romanæ eloquentiæ Parens edocuit, pro Milone dicens: *Magna est vis conscientiæ, vt neque timeant, qui nihil commiserint; & pœnas ante oculos versari putent, qui peccarunt.*

S. Hieron.

Cic. pro Milone.

Cap. III.

Pontificum aspectu Ioannis eiusdem innocentia &c. comprobantur.

1\. QVi tenebricosam errorum doctrinam docent, lucernam sub modio constituunt, non super candelabrum, vt ardeat, & luceat omnibus qui in domo Dei sunt, imò, vt ambulent in tenebris, & sedeant inter mortis vmbras: latebris ergo lucernam suam pessimi quique (si fas est dogmata iniqua asserentes lucernas) intercludunt, & abscondunt; quia iniqui dogmatizatores, & pestilentis palæstræ assertores dilexère semper magis tenebras quàm lucem, *qui enim malè facit, odit lucem*: non sic Orthodoxi, non sic, qui limpidiores sapientiæ, & scientiæ salutis aquas ebibunt, vt vbique gentium profundant eas: *Ego palàm loquutus sum, ego semper docui in Synagoga & in templo vbi omnes conueniunt.* Summæ veritatis lux Christus cælestis assertor de se loquutus dicebat, cuius fidelissimi Palæstræ sapientiæ suæ accendentes lucernam, nihil prius, & magis cogitant, quàm vt eam super candelabrum ponant, vt luceat omnibus qui in domo Christi sunt: ex nobilissimis illis, vnum fuisse Patriarcham Ioannem nostrum, palàm dare est animus, à multis.

Ioan. 3. v. 19. Ioan. 3. v. 20.

Ioan. 18. v. 20.

2\. Examinator erat fidei vniuersæ in orbe vniuerso Pontifex Summus Syricius, ad quem epistolam Epiphanius scripsit, certiorem eum faciens de suspicionibus aduersæ, & erosæ fidei Ioannis Patriarchæ conceptis, vt refert S. Hieronymus ad fidem epistolæ 61. sub fol. 686. Parisiensis Typi, tom. 1. operum sacri Doctoris: in illis: *Præsto sunt plures epistolæ Epiphanij, vna ad ipsum, alia ad Episcopos Palæstinos, & nuper ad Romanum Pontificem,* &c. Id quod quoque retulit Baronius Annal. tom. 4. ad ann. 391. Perductæ ergo sunt ad Ioannis aures suborta de eo querimoniæ. Quid tum? clarissimæ suæ doctrinæ lucernam sub modio constituit? Apage Celeri imò cursu ad summum in terris Ecclesiæ Iudicem detulit, vt de rectâ fide suâ, rectam pro se redderet rationem: Sic Marianus Victorius adducit in expositione epistolæ 61: quæ est S. Hieronymi ad Pammachium, num. 34. in illis: *Propterea ad Syricium Papam dogmatum suorum confessionem Ioannes Hierosolymitanus Episcopus misit, quod ad Romanum, eiusque, vt ad omnium supremam, ex Apostolica auctoritate pertineat, quæstiones fidei decidere, & maiores causas iudicare.* Non constat autem de responsione Syricij Pontificis Romani; quod verò, nec verbis, neque facto aduersùs Ioannem egerit, clarè patet ex eo quod alias id Hieronymus non reticuisset immò iteratis id vocibus intonuisset, & scriptis, vt fecit in iis quæ Anastatius Papa ad Ioannem ipsum respondit, Rufinum de crimine premens, vt extat ab Apolog. 2. & 3. contra Ruffinum, & refert Baronius Annalium tomo 5. ad ann. 402. sub num. 2. & seqq. Sequitur ergo dogmata Ioan-

S. Hieron. ep. 61.

Baronius.

Marianus Victorius.

nis, apud Pontificem probata, & approbata fuisse, nam haud simulasse potuisset, se de eis fuisse factum certiorem, quod si labe, taboque hæresis censuisset corruptam, & cariosam Ioannis Patriarchæ doctrinam, teneretur vt Summus Arbiter Ecclesiæ, manusque maioris fidei æquilibrium, reiicere illam, & execrari, & vt reiiciendam execrandamque orbi proponere vniuerse vniuerso.

3\.

Secundò quia cùm Ioannes, & S. Hieronymus se inuicem vt Origenistas ventilassent, id quod satis ex epistola præcipuè constat sæpius data sexagesimasecunda, semper Ioannis mens stetit in eo, quod à Pontifice summo decideretur, vt videre est fere in fine epistolæ dictæ, ad fol. 201. sub littera F, tomo 1. Impressionis Parisinæ, in eis: *Præterea quod scribis nos pergere tecum Romam, & Ecclesiæ communicare ei, à qua videmur communione separari: non necesse est ire tam longè: & hic in Palæstina eodem modo ei iungimur.*

S. Hieron.

4\.

Tertiò, quia dum Ioannes Ruffinum, & Hieronymum nimis intelligeret diffidentes; & quo suspicionem Origenistæ Ruffinus apud multos incidisset, cupiens, se ab vtriusque communicationis disgregare (sic matutinus, & solers odio Ioannes inter Origenistas prosequebatur ad Anastasium fortius remisit, vt ipse decerneret, tanquam summus arbiter Orbis, quid Patriarcha el geret in re dubia: (quemadmodum Hieronymus, dum hæsitaret in communicatione cum Meletio & Paulino ad Damasum delegauit.) Tunc Anastasius rescripsit epistolam ad Ioannem Patriarcham, cuius nunc ea sola hi: dabimus fragmenta, quæ intersint rei nostræ, & Ioannis nostri decori in verbis tanti Pontificis vt videbis commendando. Habes illam integram inter opera S. Hieronymi tom. 4. fol. 915. Parisiensis ex prante inuectiuam 1. Ruffini Aquileiensis. Illi iste titulus erat:

Anastasij Romani Episcopi ad Ioannem Hierosolymorum Episcopum, de Ruffino sententia.

EPISTOLA.

5\.
Notanda Pontificis Anastasij verba pro Ioannis eo, c[...] nobilissima.
Anastasius Papa.
Extat ep. hæc tom. 1. epist. Rom. Pont. & tom. 4. operum S. Hieron. & citatur à Baron. tomo Annal. 5. ad ann. 402. sub n. 26. & seq.

PRobata quidem affectionis est hoc, vt laudabiliter de sacerdote sacerdos loquaris. Pro tanto igitur praeconio, quod in merita mea effusissimè contulisti, vt [...] tuo gratias ago: ita splendorem tua antistitatis, & eas quas in Domino habes virtutes, subinde quodammodo paruitatis nostræ fauorabilis sermo prosequitur: tam eminenter; vir omnium præstantissime laudum tuarum fulges nitore conspicuus, vt par esse meritis sermo non possit. Porro autem tanto titulorum tuorum raptor incitamento; vt etiam quod impetrare nequeo audere non desinam. Iam hoc de laudibus est tuis, quod me tantum de cælestis animi ista serenitate laudasti. Tui enim Episcopatus ordo perspicuus, per vniuersum orbem, velut radians etiam ad nos splendoris sui detulit claritatem. In me quippe totum amicitiæ, examini nihil relinquis. Aut si vere me laudas, tu quoque me similiter relaudandus non eris &c. Et postea: *Quod vero sit animi mei studium, cum tua paulisper hoc conferam; sanctitate, &c.* Et paucis adiectis, de zelo sancto suo Pontifex erga res fidei aduersas non admittendas, ad Ioannem rationem faciens pergit in epistola sic: *Absit hoc ab Ecclesia Romana, nequaquam Catholica disciplina* scilicet Ruffini. *Nunquam profecto eueniet vt aliqua hoc admittamus ratione, quod iure meritoque damnamus. Quapropter in toto orbe Christi Dei nostri diffusa prouidentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse, quæ Ecclesiam maculent, probatos mores euertant, aures circumstantium vulnerent, iurgia, iras, dissensionesque disponant.* Hæc, & cætera (quæ facilè tibi videre erunt ibi) Anastasius Papa ad Ioannem nostrum. E quibus multa pro fide, & auctoritate Ioannis nostri producere valebis, in primis conceptionem egregiam de Ioannis integritate, bonitate, & auctoritate apud Pontificem Summum: secundum; quàm rectè de eius doctrina, & sensu Catholico Pontifex sentiret, sin minus Ioannem quoque ex occasione huius epistolæ coarguisset, & de eius doctrina si malè apud Pontificem se haberet ea quæ de Ruffini doctrina dixisset. Imò tertiumque tertium collectum de mente Anastasij, circa Ioannem, maxima illum existimationis affectione prosequutus est, vt aperit singularis a summo Ecclesiæ Patre verborum reuerentia, quà Ioannem in hac epistola nuncupat, conferens paulisper cum eo sententias de Ruffino, cuique dogmate conceptas, & gloriosum Ioannis nomen tam gloriosis verborum ambagibus, quales in initio epistolæ deprehenduntur, vsque ad sydera veluti extollens. Quæ quidem simul, aut sigillatim sumpta omnia, ad Ioannis commendationem, & fidei eius gloriosæ laudem, sufficere possunt; nam certè si vel suspicionis vmbram in eo quod ad Origenisticam labem, & tabum Ioannes deuolutus esset, aliquando Pontifex almus concepisset, non tam illustribus, & amicabilibus verbis eum tractasset; non blandientibus, & lenociniosis verbis ad eum hanc epistolam plenam remisisset, sed vtique pungentibus illum, amarisque responsionibus esset aggressus, & omissis encomiis Ioannis seuerè illum contempsisset. Ex quo toto, Pontificis tanti grauissima auctoritate, Ioannis nostri innocentia, puritas, fideique integritas comprobata æterno nomine manet quidquid mundi clamitent, & sentiant.

CAP. IV.

Eadem Ioannis Patriarchæ innocentia, fideique sinceritas Catholicæ ex Theophili sententia roboratur.

1\.
Habetur tom. 1. BB. VV. PP. fol. 148. Impr. Parisiens. ann. 1[...] & 34. Ep[...] [...] Ægyptiaca.

FVit Theophilus Alexandrinæ Ciuitatis Episcopus, Origenisticæ farinæ, & classis acerrimus osor, insectator, & antagonista: pro quo Paschali in epistola sua dixit, quod, *Origenes, [...] hæreticos magnitudine superauit blasphemia,* & quod *Pilato deterior erat:* tantaque

ſolicitudine in propulſandis propellendiſque erroribus eius inſudanit, vt in finibus patriæ ſuæ, exteriſque quoque confiniis, vſque in finem finite curauerit eos. Conſtat ex epiſtola S. Hieronymi 67. quæ eſt Theophili ad Epiphanium: Epiſtola 68. quæ eſt S. Hieronymi Theophilo: 69. quæ eſt Theophili Hieronymo: 70. quæ eſt Hieronymi Theophilo: & 71. quæ eſt Theophili Hieronymo: in hac ſic: *Vox Beatitudinis ſuæ in toto orbe personuit, & cunctis Christi Eccleſijs lætantibus Diaboli venena ſiluère. Nequaquam amplius antiquus ſerpens ſibilat; ſed contortus, & euiſceratus in cauernarum tenebris deliteſcens ſolem clarum ferre non ſuſtinet*; &c. *Ex diſpoſitione Dei factum puto, vt eo in tempore tu quoque ad Anaſtaſium Papam ſcriberes, & noſtram dum ignoras ſententiam roborares. Verum à te nunc admoniti magis ſtudium accommodamus, vt hic & procul ſimplices ab errore reuocemus. Nec timeamus* (olim legebatur, *nec enim debemus*) *ſubire odia quorundam.* Et epiſtola 62. poſtulat à Hieronymo Theophilus, curam adhibere, vt pateſiant ij *qui occulte dicuntur ſubruere veritatem.* Et epiſtola 72. quæ eſt Pammachio & Marcellæ, Hieronymi ſic: *Quem Demetrius Alexandri Vrbe pepulit, toto orbe fugat Theophilus.* Is tantus ergo, & tam ſempiternus errorum Origenis oſor Theophilus, curauit Hieronymum, & Ioannem vt fratres in Chriſto in vnum habitarent, vnam eſſent habentes animam, & cor, & (ſic dicamus) vno animo veluti conglutinarentur: itaque ad Hieronymum ſcripſit Legatum mittens nomine Iſidorum, quò pacem cum Ioanne iniret, de Ioannis confeſſione ſatisfactus dum Theophilus eſſet: conſtat ex epiſtola 61. S. Hieronymi ad Pammachium & 62. quæ eſt eiuſdem S. Hieronymi ad Theophilum: Ergo inter ea Theophilus vt de Catholico, de Ioanne ſentiebat, & illum tanquam Orthodoxum intuebatur; aliter enim nequaquam rem ſic duram, & ſanctitati Hieronymi inæqualem, qualis erat amicitiam cum hæretico Origeniſtico inire, expoſtularet; nam certè ad manum reſponſionem habuiſſet, in eo quod meritò Hieronymus renueret amicitias inire cum Origen iſtà manifeſto. Confirmatur id, in eo, quod Iſidorus Ioannis ſuſceperit patrocinium; ſic vt Ioannis aduerſarij, Hieronymum monuerint, illum eſſe Origeniſtam, ſed falsè ſanè & dolosè, etenim Theophilus iniunctiſſimam amoris neceſſitudinem cum Ioanne habuit cuius in pectore, & ſolicità ſolertià cuiuſvis rei, etſi ponderis maximi omnem ab ſe ſolicitudinem auferens quaſi in homine de rectiori Eccleſiæ Catholicæ fide benemerito, in vno ſolo Ioanne confidens deponebat, felicem ſibi rei commiſſæ exitum promittens: ideo cum hac legatione miſit Iſidorum, vt ex Baronio Annal. tom. 4. conſtat ad ann. 393. num. 31. 32. & ſeqq.

Habet eam & alias to. 3. cit. BB. VV. PP. poſt tres epiſtolas Paſchales Theophili eiuſdē.

2\. Anno item 388. cum altera, eundem Iſidorum à Theophilo miſſum eſſe, legatione in Italiam ad Imperatorem refert Baronius idem, ſub num. 68. fol. 710. Moguntinæ, & meminit Socrates, imò omnem ſolicitudinem ſuam fixit, & authoritatem, vt Iſidorum faceret Theophilus in Conſtantinopolitana Archiepiſcopali Sede ſedere, etſi ad exitum optatum rem perducere non potuerit; compreſſus enim Arcadij, & Honorij reuerentià & vt morem gereret Imperatoribus, opus fuit ſufficere ibi S. Ioannem Chryſoſtomum. Ergo inſuadibile eſt, quod Theophilus tanti faceret Iſidorum ſi (vt Baronius ad ann. 388. ſub n. 69. credit) Origenis venena potaſſet (qui, Palladio dicente, cùm prædiues eſſet, omnia Chriſti amore in pauperes elargitus eſt) id quod ſolum Theophilum in ſuſpicionem hæreſis deduxiſſet: ex quo liquet S. Hieronymum & Epiphanium diſceſſures ab eo.

Socrates lib. 6. c. 2.

Palladius in Lauſiaca c. 1.

3\. Ad hæc (quæ certè nobis validiſſima ſunt viſa) argumenta, Reſpondet Baronius, ad ann. 393. num. 7. fol. 835. tom. 4. Moguntinæ, quod Theophilus ignoraret eſſe Iſidorum Origeniſtam. Sed certè hoc eſt vltroneè ſibi Theophilum cæcutientem, & ignarum ſimulare, tanquam qui in longiſſima verborum, & latæ conuerſationis textura, haud potuiſſet cognoſcere, quo claudicaret Iſidorus pede, & in quam potius ſeſe partem inflexiſſet; eo maximè tempore, quo ſic frequens erat Origeniſtas damnare, ſicut erat frequens emittere homines ſputa. Quemadmodum ergo id Iſidoro latere potuiſſet, cum maximam ſolicitudinem impendiſſet in & extra ciuitatem ſuam pro inquirendis Origeniſtici dogmatis ſectatoribus? & quomodo id idem latère potuiſſet Epiphanio, & Hieronymo; imò Arcadio, & Honorio Imperatoribus? Vt mirabile ſit quod oppignorati in conſtituendo Chryſoſtomo Diuo, ſuper Conſtantinopolitanam Sedem, non reſpondiſſent, eſſe Iſidorum Origeniſtam, & ſe itaque omnino teneri Chryſoſtomum S. conſtituere tamquam Orthodoxorum Anteſignanum, & Catholicorum parentem.

CAP. V.

Ioannis Patriarchæ indemnitas ab Origenis erroribus item ex ſanctis Patribus Auguſtino, Chryſoſtomo, Paulino, & ex hiſtoria vitæ S. Cyrilli Alexandrini, conſtituitur.

1\. VErba cum hæretici, habere familiaria, familiaritatemque conuerſationis contexturam inire cum eis, ſiniſtram certè generat meritò ſuſpicionem: cum Sanctis habere colloquia, & miſcere in vinculo amoris ſermones cum eis, omnem abolet omninò ſuſpicionem, etenim ſcriptum eſt per Pſalmographum Regem: *Cum ſancto ſanctus eris: & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Vel vt ex Hebræo vertit Sanctes Pagninus: *Cum mundo mundus eris, & cum*, &c. Valet quidem bona ſodalitas ad ſuſpicionem abolendam malam omnem, & bonos mores formandos in melius: ſic gloſſa, in cap. *Periculoſo* de ſtatu Regularium in 6. Eo ergo tempore Ioannem familiaritatem communiſſimam contexiſſe cum SS. Chryſoſtomo, Auguſtino, & Paulino nulli dubium erit ver-

Pſ. 17 v. 26. & 27.

Sanct. Spagnin.

Gloſſa.

ſanti Annales historias Eccleſiæ. Conſtat in primis de Chryſoſtomo, cum eius epiſtola (quæ variarum eſt octogeſima octaua ad Ioannem miſſa Hieroſolymitanum, & circumfertur inter opera ſacri huius Doctoris, tomo 5. Antuerpienſis Typi anni 1614. folio tamen 654.) ſatis apertam reddat confraternitatis, conſodalitij, & mutui inter eum, & Ioannem Hieroſolymitanum amoris oſtenſionem. Etenim dum *Os aureum* apud Cucuſum exularet pro Eccleſiâ, pietate, & fide, ſic Ioannem ſuum, vt Eccleſiæ hoſtes auerſaretur per Epiſtolam amicitiæ plenam, & dilectionem eructantem, alloquitur:

2. *S. Ioannis Chryſoſtomi ex Cucuſo ad Patriarcham Hieroſolymitanum Epiſtola amicabilis notanda.* S. Io. Chryſoſt. ep. 88.

Cucuſum relegati ſumus: nec tamen tua à charitate ſemoti. Illud etenim in aliorum poteſtate ſitum erat: hoc autem in noſtra. Quamobrem hic degentes, ac tanto à te interuallo diſſiti, ad te ſcribimus: téque hortamur, vt FORTITVDINEM EAM, QVAM AB INITIO PRÆSTITISTI, *ab eorum nimirum cœtu, qui Eccleſias tot tumultibus impleuerunt, te remouens, nunc quoque retineas, parémque præludiis, imò etiam longè ſplendidiorem finem imponas. Neque enim parua hinc vobis merces conſtituta erit, ſi eos, qui tantam tempeſtatem inuexerunt, vniuerſúmque penè terrarum orbem tot ſcandalis impleuerunt, vt par eſt, auerſeris, nec quidquam commune cum illis habeas. Hoc Eccleſiarum præſidium eſt, hoc murus, hoc corona veſtra, atque præmia. Hæc igitur cùm tibi perſpecta ſint,* DOMINE MI CHARISSIME, AC RELIGIOSISSIME, *da operam, vt Eccleſias hoc modo communias, ampliſſimam hinc mercedem expectans: noſtríque, qui pietatem tuam valdè amamus, atque ex tua beneuolentia pendemus, fac perpetuò memineris. Nec enim nobis obſcurum eſt, quantam erga nos charitatem præ te tuleris. Nam hoc res ipſa nos docuerunt.* Hucvſque Chryſoſtomus ad Ioannem. Vbi quæſumus premas illa: *neque à tua charitate ſemoti*: vt videas communicationem amoris, mutuámque initam inter Chryſoſtomum, & Ioannem XLIV. Patriarcham amicitiam, & charitatem, & dilectionem: vt item in illis: *Domine mi chariſſime*: vt ſimiliter id: *Nec enim nobis obſcurum eſt, quantam erga nos charitatem præ te tuleris*: aut & illud: *Domine mi chariſſime ac religioſiſſime.*

3. Attamen, ne ex eo quòd Chryſoſtomus in his Ioannem Patriarcham hortetur auerſari ab eis, *qui Eccleſias tumultibus impleuerunt*, quis credat hæſitaſſe, vel in minutiſſimis de fide Ioannis, attendat eſt opus quod temporibus ſic periculoſis, qualia erant ſæcula illa, ob emergentes hæreſes, & dogmata varia ſanctiſſimi quique Patres, quanquàm certiſſimi de conſtanti ſuorum fide, non ceſſabant (& quidem ſapienter, & Catholicæ, vt erant fidei ſacræ accenſi feruidiſſimi zelo) eos ad meliora ſemper verbo, & exemplo ſolicitudine multâ laceſſere, prouocare & incitare: inſtantibus vocibus inſiſtentes, in eo quod à conſortiis, & familiaribus colloquiis eorum, qui aliquo modo ſuſpecti de hæreſi erant, & mortalia quæque hæreſum venena vel primis deguſtauerant labris. Id tibi ſatis erit apertum videre epiſtol. S. Hieronymi 72. quæ eſt Theophili ad Hieronymum in illis: *Quamobrem canote, & effugite huiuſcemodi homines; iuxta quod ſcriptum eſt:* Si quis non adfert ad vos Eccleſiaſticam fidem, huic nec aue dixeritis. *Quanquam ex ſuperfluo faciam hæc tibi ſcribere, qui errantes potes ab errore reuocare: tamen nihil nocet & prudentes, & eruditos viros per ſolicitudinem fidei commonere.*

4. Miſit S. Auguſtinus Hieroſolymam Alipium, vt cum S. Hieronymo ageret, hæc referente Baronio, ad annum 393. tomo 4. num. 4. fol. 852. Moguntinæ: & vt conſtat ex epiſtola 86. quæ eſt S. Auguſtini ad S. Hieronymum, laborauit Alipius, vt SS. Hieronymi, & Auguſtini animos diſſitos, ex zelo melioris fidei, adunaret, & vniret (contendit Baronius tomo 4. Annal. ad ann. 394. ſub num. 70. & fol. 883. ſemper mutuam inter eos charitatem ſeruaſſe illibatam; imò in dies illam auxiſſe ibidem num. 71.) Cumque conſpexiſſet Alipius quod ad S. Hieronymum de Ioanne multa, eáque falſa fuiſſent delata pro Patriarcha patrocinium totis viribus ſuſcipere decreuit: & ad Auguſtinum etiam, in Africa commorantem, rem detulit. Ex his, Ioannis aduerſarij perſuaſêre Hieronymo Diuo, quod Alipius eſſet Origeniſta, quódque poſſet item eſſe Auguſtino in perniciem, referente Baronio tomo 4. ad annum 394. n. 60. fol. 878. Moguntinæ, qui credit ex hoc quod S. Hieronymus anſam accepiſſet, monere ſcripto Auguſtinum, quod caueret ſe ab Origenis erroribus: ſic ergo ea refert num. 62. fol. 879.

Baronius.

5. Ad hæc ſcribit Baronius idem quòd Alipius falſa de Ioanne audiuiſſet: (ſed certè, vt Ioannis cuique iuri bono inficias eat, nullum non lapidem mouere ceſſat, vel relinquit intactum; quia, S. Hieronymo docente: *qui inimicus eſt etiam in ſcirpo nodum quærit; amicus verò praua recta quoque iudicat.*) Iſidorum vocat Origeniſtam: de Alipio ſuſpicatus eſt idem: nunc aſſerit, de incertis hunc ſolummodo factum fuiſſe certiorem circa Ioannem (ô importunum infeſtatorem, & aſſertorem contra Ioannem funeſtiſſimum!) cùm verum, & certum ſit, quòd cum nullo tam iugem, familiarémque communionem habuiſſet, quàm cum S. Hieronymo, in quo tractando totus fuit ſemper intentus, & inſtans. Colligitur id apertè ex epiſtola 8. S. Auguſtini, quæ eſt 86. inter epiſtolas Diui Hieronymi tom. 1. fol. 934 Pariſienſis Typi. Sed an Alipius, vt teſtis fidelis producendus ſit, Auguſtinus, & præfata de eo epiſtola teſtantur in primis in illis honorificentiam eius præ ſe ferentibus verbis eiuſdem Auguſtini: *Quam ipſam etiam poſtea quàm te beatiſſimus nunc Epiſcopus tunc verò iam Epiſcopatu dignus, frater Alipius vidit.* Et inferiùs: *Et ante reditum cùm te ille ibi videbat, & ego videbam ſed oculis eius, non enim animo me, atque illum, ſed corpore duos, qui nouerit, dixerit, concordiâ dumtaxat, & familiaritate fidiſſima, non meritis, quibus ille antecellit.* Et S. Hieronymus epiſtola 96. quæ eſt ad Auguſtinum, ſic eum verbis commendat ſimiliter iſtis: *Sancti fratres, qui nobiſcum Domino ſeruiunt, affatim te ſalutant. Sanctos qui tecum Chriſti leue trahunt iugum, præcipuè*

S. Hieron. ep. 61. quæ eſt ad Pammachium tom. 2.

B. Auguſt.

ſanctum,

sanctum, & suscipiendum Papam Alipium, vt meo obsequio salutes precor. En quantus, qualisque apud SS. Augustinum, & Hieronymum, vir fuisset Alipius, quámque benè audiret apud illos. Is est testis pro Ioanne, sic de laudibus tantorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ Christi optimè meritus, vtpote qui eorum encomia laudum tam iustè recepit. Is tantus ergo virtutis, & meriti Gigas, Ioannis nostri innocentiam tutatus est: Quem nec sic rudem, & ineptum credere fas est, vt leui, in morem arundinis, quoquo vento relationum ducendus esset existimetur vllo iure.

6. Ad hæc, S. Augustinus (vt adnotarunt Baronius, Annal. tomo 5. anno 399. sub num. 38. & fol. 110. Moguntinæ, & Ioannes Carthagena Minorita nobilissimus part. 2. tom. 2. homiliarum sacrarum, lib. 17. homil. 2. de laudibus Carmelitarum) loquitur de Ioanne nostro, vt de Catholicæ fidei inconcusso professore, nobilique Athleta: Etenim lib. 2. contra litteras Petiliani Cirtensis, (credit Baronius tomo Annal. 5. ad annum 398. sub num. 51. fol. 67. Moguntinæ, legendum esse, *Constantinianensis*) Episcopi Donatistæ cap. 51. habetur tom. 7. operum sacri Doctoris fol 98. Agrippinensis Typi anni 1616. Hæc verba pro Ioannis sacro encomio posteritati remisit: *Veruntamen si omnes per totum orbem tales essent; quales vanissimè criminaris, Cathedra quid tibi fecit Ecclesia Romanæ, in quâ Petrus sedit, & in quâ hodie Anastasius sedet, vel Ecclesia Hierosolymitana, in quâ Iacobus sedit; & in quâ hodie Ioannes sedet, quibus nos in Catholicâ fide vniti connectimur, & à quibus vos nefario furore separatis.* Ecce quàm apertè Sanctus Augustinus hîc fateatur vnionem inter Romanum Pontificem, & Ioannem Hierosolymitanum, quos solos (adnota lector) hæreticis opponit. Et addit ad rem citatus Carthagena datis iam verbis Augustini: Imò & Baronius præcitato loco etiam ait: *Diuus Augustinus Ioannis mores, sanctitatémque mirificè coluit.*

Io. Carthagena.

S. Augustin.

Io. Carthagena.

7. S Paulinus Nolæ in Campania Episcopus epistola 11. quæ habetur tomo operum S. D. Coloniæ impresso 1560. clarissimis verbis ostendit reuerentiam, & existimationem suam, quam de Ioanne habebat, & quaageret de eo: & similiter communicationem quam cum illo inierat: En probationis, & testimonij vice, ipsissima Paulini verba quæ ad Sulpicium Seuerum fratrem, vndecima illâ epistola scribit: *Partem particulæ de ligno diuinæ crucis; quod nobis bonum Benedicta Melania ab Hierusalem munere sancti inde Episcopi Ioannis attulit.*

8. In vita S. Patris nostri Cyrilli Episcopi Alexandrini graue deprehenditur item assertum pro Ioannis nostri notissima innocentiâ, & morum integritate, in illis: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus claris parentibus ortus, Theophili item Episcopi Alexandrini ex fratre nepos: à quo adolescens studiorum causâ missus, cum plurimum profecisset, ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, vt Christiana vitâ perfectione imbueretur, se contulit. Cuius consuetudine confirmatus, in Carmelum Montem secedens, ibi cum aliquot pijs hominibus, illic degentibus, cælestem vitam in terris aliquandiu egi.* Ex his sole lucidius enitet, quàm præclara fuerit fama viri nostri Patriarchæ Ioannis, dum Sanctus Theophilus Alexandrinæ Ecclesiæ XXI. Episcopus Origenistarum importunus antagonista & expugnator acerrimus decreuerit & disposuerit, quod eius Sobrinus, Ioannis sub lacte doctrinæ, & morum sanctorum, enutriretur. Quantúmque ille profecisset apertissimè dignoscitur ex eo quod, propter altas sapientiæ, & virtutis radices emissas, fieri meruerit Cyrillus Alexandrinus Antistes, defuncto Patruo in eius locum pari omnium consensu subrogatus: indéque sic se hæreticorum iugis est factus firmus, durúsque contritor, vt pro Cælestino I immobilis in Ecclesia Dei fidei Petra in Concilio Ephesino, in hæreticos, sederit primus, Baronio ipso dicente, Annalium tomo 5. ad annum 430. sub num. 24. seqq. fol. 7.0 Moguntinæ.

In offic. S. Cyrill. sub die 28. Ianuarij lectio 1. 2. noctur.

Baronius.

Cap. VI.

Ex suæ fidei solida probata constantia puritas, & innocentia Ioannis manifestatur.

1. Respondet contra hæc illustrissimus Baronius, Ioannem omni tempore hæresim sequutum fuisse, quanquam aliquando forinsecùs simulauerit, & contexerit illam: & adhuc quod neque in simulanda hæresi perstiterit vsque ad finem; & quod, suo sensu, certè sinistro, de hoc tempore, quo se simulauit, Pontifex, sacri Doctores pro fidei suæ commendatione loquantur. Sic tomo 5. Annal. ad ann. 402 sub num. 26. & fol. 198. insinuare videtur in iis: *Ioannem Hierosolymitanum abeuntem post Origenis errores, iam meliori frugi redditum, fide vbique Catholicâ, his temporibus, saltem exteriùs, nituisse.* Preme illa *his temporibus saltem exteriùs nituisse*; vt videas seueritatem loquutionis Baronianæ aduersùs Ioannem Patriarcham. Et adhuc sub anno 399 tomo 5. sub num. 38. & folio 119. addidit his (postquam retulerat verba Augustini contra litteras Petiliani, quæ dedimus ad encomia laudum Ioannis nostri cap. 5. num. 6. huius Discursus more suo, vt Ioannis decores, & splendores gloriæ cuiusuis obnubilaret) *Hæc ipse*, subaudi S. Augustinum, *planè declarans eius Antistitem Ioannem Catholicis consensisse, sed in sententia minimè perstitisse vsque ad finem.* Probandum est ergo Ioannem vsque ad finem, & ab initio tenerioris ætatis suæ infractâ constantiâ pro Catholica stetisse firmissimum fide.

Baronius.

2. Satis iam supra, pro fieri ostendimus nostro, quòd S. Hieronymus, haud habuerit de Ioanne suspiciones, vsque ad annos plures ab assumptione sua in Episcopatum, & Patriarchalem præfecturam, eásque leuissimas fuisse & adhuc ex vanis satis rumusculis acceptas. Nunc iam post hæc. Anno 392. scripsit Epipha

Discur. I. c. 6. a n. 5.

nius

Baronius.

nius ad Ioannem epistolam 60, vt reddit Baronius, tom 4 ad ann. 391. sub num. 40. & fol. 825. Videamus itern quibus temporibus, & annis communicauerit cum Ecclesia Romana, & Episcopis eius. Anno 393. communicauit cum Theophilo, constat ex epistola 62. tom. 1. Epistolarum S. Hieronymi quæ est sacri Doctoris istius ad Theophilum: & ex Baronio tom. 4. ad annum 393. num. 4. & seqq. folio 834. Hoc eodem anno, vt liquet ibidem ex Baronio, scripsit ad Syricium, verticem æthereæ fidei supremum: eodemmet, & sequenti communicauit cum S. Augustino, & Alipio. Anno 397. dante Baronio tomo 5. à fol. 30. & sequentibus communicauit cum Paulino. De annis interiertis non sic clarè constat aliqualis communicatio; sed certè de aliqua iniqua suspicione inter hanc annorum intercapedinem inita, non constare, compertissimum habetur; Cùm constet antè, & pòst cum Catholicis Episcopis, familiarissimi concursus patentia exhibuisse testimonia: ergo hinc euidens deprehendi innocentiæ testimonium Ioannis, necesse est, vt docent Menochius sic, *de præsumptionibus*, præsumpt. 36. integra, & Euethardus *in locis legalibus in argumento, siue loco ab extremis*.

3. Disc. 3. c. 4. num. 5.

Anno 398 rem intimæ discussionis commiscuit cum Augustino, constat ex loco dato suprà ex libro contra litteras Petiliani, qui vt Baronius subscribit tomo 5. ad ann. 398. sub num. 31. folio 67 hoc anno exaratus est. Primo capite Discursus istius diximus iam, Sanctum Hieronymum stetisse pro Ioanne. constat ex eius epistola 70 quæ est ad Theophilum, data anno 399. vt Baronius demonstrat tomo 5 ad annum 399 sub num 38. fol. 109. Anastasius, Patriarcharum Patriarcha summus, præfatam & adductam supra integram penè, epistolam 199. sub capite huius Discursus 2. misit ad eum anno 402 docente Baronio tomo 5. ad annum, sub numero 30. Cum Episcopis & cucullatis, siue Monachis amoris, & fidei verba commiscuit anno 404. in quo Diuæ Paulæ contigit à viuis felicissimus abscessus; perhibet Baronius tomo 5. ad annum 404. sub num. 132. & folio 287. & iam capite 1. istius Discursus diximus. Cum S. Chrysostomo familiariter egit dum apud Cucusum Os aureum exularet (vt suprà visum est ex epistola data) anno 405. vel 406. nam anno 407. Sanctus Chrysostomus ad cælos cumulatissima pro laboribus, ex fidei exantlatis zelo, præmia suscepturus aduolauit, scribente Baronio tomo 5. ad annum 407. num. 9. fol. 334. & seq. Moguntinæ. Anno 407. Theodoretus lib. 10. cap. 25. reginima refert Patriarchalium Ecclesiarum temporis illius, & ait: *Hierosolymorum Ecclesiæ præsidebat Ioannes Vir mirabilis, successórque Cyrilli.* Cyrillus qui postmodum est factus Alexandrinæ Præsul Ecclesiæ (de quo capite 5. huius Discursus numero 8. egimus) moribus, & doctrinâ fuit instructus à Ioanne; & cùm hoc contigisset ante Episcopatum Ioannis, scilicet anno 412. vt habes ex Baronio datum suprà, sine dubio contingerent ista, annis 410. & 411. Anno porrò 412. scripsit librum *de Institutione Monachorum*; ab ipso constat, refértque Sanctus Cyrillus Constantinopolitanus in epistola ad Abbatem Ioachimum in illis: (vt nunc alia verba omittamus, alibi latiùs de epistola ad Abbatem Ioachimum à nobis referenda) *Scripsit enim*, Cyrillus ait, *eloquio, & litteris Græcis in quodam libro, primariam nostræ Religionis institutionem, & Fundatorum eius dignitatem.*

Disc. 3. c. 5. num. 2.

Theodoret.

Quando Ioannes librum scripserit, de institutione ad Caprasium.

S. Cyrillus.

Ex his ergo omnibus datur apertum, quàm sine iure, Reuerendissimus pariter, & Eminentissimus Cardinalis Baronius ea, quæ in initio huius capitis dedimus sub num. 1. verba exararit, dixerit, & seræ reliquerit posteritati consignata.

TRACTA

TRACTATVS PRIMI APOLOGEMATIS DE IOANNIS PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI XLIV. INNOCENTIA, ET FIDEI INTEGRITATE CATHOLICÆ,

DISCVRSVS QVARTVS:

DISSERENS EA, QVÆ AD TEMPVS nouiſſimum vitæ dicti Ioannis Patriarchæ pertinere dignoſcuntur.

CAPVT PRIMVM.

Debilia probat eſſe Baronij teſtimonia, quibus conatur Ioannem Patriarcham oſtendere Pelagianum.

I. REVERENDISSIMVS, pariterque Eminentiſſimus Cardinalis Cæſar Baronius, Annalium ſuorum Tomo 5. ad annum 415. ſub n. 33. fol. 497. Moguntinæ, ſuſpectum credit de Pelagianiſmo Patriarcham Ioannem; etenim hæc habet verba de eo: *Ipſe Ioannes Hieroſolymitanus Epiſcopus, quod diceretur amicus Pelagij factus eſſe, apud Occidentales malè audire cœpit.* Adducitur id ſentire, ex Epiſtola 252. ſacratiſſimi Patris Auguſtini, quam ad Ioannem Hieroſolymitanum ſcripſit Doctor illuſtriſſimus, vt expoſceret ab eo Acta Synodi Palæſtinæ: & vt moneret eundem cauere Pelagium ſub ouina pelle lupum contectum; ſuppeditatum enim fuerat Auguſtino, quod Ioannes apud Occidentales in ſuſpicionem familiaritatis Pelagianæ incidiſſet: Ergo Epiſtolâ præfatâ, ad eum hæc verba, quibus Baronius aſſentitur Ioannem fuiſſe Pelagianum ſcripſit: *Pelagium vero fratrem noſtrum, quem audio quod multum diligis: hanc illi ſuggero exhibeas dilectionem, vt homines, qui eum nouerunt, & diligenter audierunt, non ab eo tuam ſanctitatem exiſtiment falli. Nam quidam ex diſcipulis eius adoleſcentes honeſtiſſimè nati, & inſtitutis liberalibus eruditi, quam habebant in ſæculo exhortationem dimiſerunt, & ſe ad Dei ſeruitium contulerunt.* Hæc Auguſtinus ad Ioannem: quæ quidem ſi de eo ſuſpicionem parere ſufficiētia ſunt, vtique pariter, & de Diuo Auguſtino, vel Paulino; quia eum vocat Auguſtinus fratrem noſtrū, quod verbum amoris eſt, etſi à Ioanne ex his Pelagius creditur amari, indidem habetur quod ſimiliter à S. Paulino Epiſcopo Nolenſi, amore proſequutus ſit: cōſtat ex eiuſdem epiſtola 106. in illis: *Pelagium quem credimus vt ab illo diſtingueretur, qui Pelagius Tarenti dicitur, Brittonem fuiſſe, cognominatum, quod vt ſeruum Dei dilexeris nouimus: nunc autem quemadmodum diligas ignoramus.* Ergo ex lege, & capite ipſo, quo Paulinum Baronius liberū deſignauit à culpa Ioannē item innocuum debuiſſet oſtendere, ſin minus nihil lectius vēto, & hoc erit Baronij fundamēto

Baronius.

S. Auguſt.

2. Secundum ponit in eo, quod Pelagiani quidam grauiſſima facinora Bethleemitico in Cœnobio ſacrimonialium patrauerint audacter: cùm crederat idem, Cœnobium & feminas Deo ſacratas in illo, ſub iure, & dominio Ioannis eſſe, propter quod ad eum Innocentius, cui tunc ſceptrum commiſſum erat nauis firmiſſimæ Chriſti, miſit epiſtolam increpatoriam, vt credit, & docet Baronius ipſe, Annalium Tomo 5. ad annum 416. ſub numero 31. folio 521. Moguntinæ. Sed certè ſi perpendantur, nihil hæc continent quod Ioannem vllis hæreſeos nota

Baronius.

peturant: si quid graue, quòd socordiam aliquam habuerit, damnant Ioannem verba Innocentij, negligentémque reprehendere deprehenduntur: id quod ab Epistola patet in illis: *Oportuit custodire germanitatem tuam, & gregi illius solicitius prouidere, ne quid huiusmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua lacessit negligentia admittere in gregem Domini, & tales agnos, quos incendio, armis, & persecutionibus nudas, debiles post fueruntes cades, & mortes vix viuere audiuimus*, &c. quæ ibi leguntur, & habes in Baronio dato. Et ad Hieronymum consolatoriam scribens, hæc post alia Pontifex idem: *Tamen Episcopo fratri meo Ioanni scripsi, vt circunspectius agat: ne quid circa Ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale prouidere, & propellere ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit & postea molestissimum.* Hucvsque ad Sanctum Hieronymum Innocentius. Ex quibus, & cæteris in his duabus epistolis comprehensis facilè, si perpendantur, & legantur, educere erit Pontificem, non de Pelagiana hæresi in aliquo Ioannem hic carpere, sed tantùm pulsare illum aliqua de culpabili negligentia, quæ potuit inesse sine graui culpa Ioanni, vigilantissimo aliàs Pastori, & Sedium Apostolicarum reparatori, vt eum vocauit Rufinus: Ergo in iusto iure Pelagianum ex his suspicatur, & inclamitat Ioannem Baronius. Id quod satis stabilitur in eo quod Sanctus Hieronymus (cuius sub regimine, vt adnotat Baronius, ibidem folio sequenti, sanctissimæ illæ Bethleemitici Cœnobij sacræ Virgines erant,) non vitio Ioanni vertat (quod habeamus) crimina à Pelagianis in Sacrimoniales illas commissa, nisi quod illum tantùm insolertis, & inuigilantis arguat. Et vltimò tandem firmari valeat idem, ex eo quod Sanctus Augustinus illum excusauerit, sibi credulus prudenter, de eo quod à iustâ aggressores, & debitâ punitione, scelere tanto, non liberauerit, & abstraxerit, vt patet ex libro de Gestis Pelagij, ad finem capitis 35. in eis: *Tacendum nobis potius video, & expectandum quid illic fratres nostri Episcopi de his tantis malis agendum existiment, quibus eos dissimulare posse quis credat.* Ex quo liquet, manifestissimâ luce, altam de Ioanne Augustinum existimationem semper in omni recto concepisse, conseruasse, & firmasse in se.

Epist. Innoc. Papæ 24.

Innocentius.

Rufinus lib. 2. c. 21.

S. Aug. tom. 7. li. de gestis Pelagii, Typi Colo. Agrippinæ anno 1616.

3.

Tandem cùm Baronius Ioannem ex his, aliisque posset excusare, semper, vt videre est in Annalibus suis, toto nixu, & conamine suo inuehit in eum. Contigit ergo Ioanni cum Pelagianis id quod Sancto Chrysostomo cum Origenistis, qui cùm se Catholicos insimularent iniustè de Theophilo conquerebantur, quòd vexaret, & affligaret eos. Igitur ad Sanctum Chrysostomum confluxère, qui ex externa eorum ementita simulatione deductus (ne dixerimus, deceptus) cùm illos Catholicos credidisset, eorum haud dubitauit suscipere patrocinium; hi Theophilum ergo aduocarunt in crimen, imò discrimen, coram Arcadio Imperatore, cuius manibus famosum libellum contra Theophilum, eum à multis, iisque grauissimis capitibus calumniantes, obtulère. Nec defuerunt, qui de culpa, & crimine in hoc commisso, S. Chrysostomum coarguerent, videntes Origenistarum à se susceptum patrocinium, & tutelam: in hanc quoque S. Hieronymus eandem sententiam iuit, referente Baronio, ad marginem dato: At tandem rei veritate perspecta manifestum fuit ab omni fuisse Chrysostomum culpâ liberum, vt probat indidem ipse Baronius ad annum 400. sub numero 62. (cuius numeri verba cuncta vellemus cohæsisse cum iis quæ scripsit in Ioannem, & volumus te monitum illa perlegere lectorem:) sic Ioannes, cùm Pelagium Catholicum credidisset, ex fuco externo, quo, more sepulchri dealbati illiniebatur pestilentissimus homo, vt se esse Catholicum effingeret, fideique Catholicæ professorem; quippe sic ex Catholica facie componebatur, vt vel subtilissimo ingenio, & animo purissimo donatum hominem traduceret in deceptionem. Rem reddit Baronius Tomo 5. Annalium ad annum 411. numero 51. fol. 432. sic eum depingens ex S. Paulini Nolani testificatione ista: *Latens enim sub Monastico habitu lapus rapax, nouus Proteus pro loco, & tempore, absque personis sermonem mutans, cum sanctis sanctus atque apparere conatus est.* Adeo vt sic ex facie eius dolosa decepti, illum dilexerint Sanctus Paulinus Nolanus, & Sanctus Augustinus, vt habes in Baronio loco dato: &, quod maius est, falleret Innocentium Papam, Catholicâ professione efficta suâ, à quo ipse sciebat post absolutionem esse damnatum, scribente Baronio ibidem ann. 417. sub num. 1. & sequentibus, in Moguntina. Ergo certè ex his, nisi iniuriâ grandi nemo potest Ioannem tanquam Pelagij conspersum erroribus coarguere. Et meminisse oporteret in Ioanne nostro tam largiter & iugiter damnando de Origenista, & Pelagiano, Illustrissimum Baronium, quæ (vt alios sanctos viros de sua dilectione bene meritos ab omni labis suspicione redderet immunes) scripserat ad rem certè satis appositè nostram Tomo 5. suorum Annalium ad annum 400. sub num. 62. fol. 152. Accipe Baronij verba, candide lector, & sæpè preme, quæsumus, illa (& dum infrà, capite scilicet 3. huius Discursus, sub numero 2. aduolaueris eadem legere iterum illa, perpende pro Ioanne nostro eadem, quæ pro sanctissimo Ioanne valere in re certè simili, & adhuc eadem Baronius adiudicauit in eis:) *Cum sæpè contingat, sapientissimos quosque falli, eosdem tamen à sapientia, & insita probitate non excidere, cùm nimirum ad ea quæ agunt, recto, sinceróque mentis feruntur intuitu. Quis enim adeò ingenio perspicax, industriâ solers, atque verum vsus experimento probatus, vt falsis subreptionibus, illorum maximè, qui omnem extrinsecus sanctitatis speciem præ se ferunt, non decipi interdum contingat? cùm & ipsos etiam Prophetas, ad futura noscenda Spiritu Dei imbutos, quòd non semper eodem Numine afflari detur, acciderit sæpè aliqua ignorasse præsentia, eósque prætermisisse ob oculos posita. Quamobrem Euangelica illa norma sunt actiones hominum metiendæ.* Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te: *vt dum videris aliquem rectâ mente, puróque animo aliquid operari, & si quid perperam inde oboriri contigerit, ad suum reuocans principium opus, inuenias unde*

Vide Baron. Annal. tom. 5. ann. 402. sub num. 1. & seq. f. 187. Moguntinæ.

Baron. tom. 5. ann. 400.

Baronius.

Baronius.

Luc. 11.

auctorem

auctorem excusset. Cum igitur de sanctissimorum virorum Epiphanij, Hieronymi (vt de Theophilo dicere prætermittamus) atque Ioannis Chrysostomi (quàm opportunè, & debitè hîc Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham sub eodem iure comprehensum, & causa superaddidisset Baronius!) *optima mente dubitare, religio sit, quæcunque ab eis acta sunt, in meliorem partem accipias necesse est.* Hucvsque sunt verba Baronij, quorum si memor fuisset, dum sic in Patriarcham Ioannem iugiter debacchatus est, certè sese à tam acri verborum militiâ (quibus cum quotiescunque ad manus scriptoris sui accidit ex casu, confodit, & pungit) meritò lentiori animo abstinuisset. Sed heu dolor! quo spiritu ductus nescimus adhuc, Cardinalis tantus, sese gesserit semper cum Ioanne nostro lusorum pilæ in morem; qui quoties, & vbique expectatam pilam & cupitam accipiunt ad manum, sine pietate repercussam, dirè reiiciunt, & volâ manus, aut palæ vi, cogunt resilire illam, vt ad terram deiecta, per petrosa, & abrupta, aliquando pila rotetur.

CAP. II.

Illibata eadem Patriarchæ nostri innocentia, & fides integritas Catholicæ, cælitus immisso quoque testimonio, comprobatur.

1. Baronius.

LAtè quidem Eminentissimus Cardinalis Baronius, Tomo Annalium suorum quinto, ad annum 415. à num. 10 primo, & sequentibus, & à folio 484. Typis Moguntiæ, Ioannis ante mortem anno vno, apparitiones Luciano facitas (quem Gennadius libro de Viris illustribus, capite quadragesimo septimo, sanctum vocat) circa inventionem corporum inclyti Protomartyris Stephani, & sociorum, commemorat, & scribit ex Luciani eiusdem epistola, siue libello, cum quatuor libris Vaticanis, ab ipso Baronio collato, & fideliter, quantum licuit, emendato; habetur in Surio Tomo quarto Sanctorum, & in eo totius rei gestæ tatio delineata recolitur. Dabimus ergo nos ex eo illa tolummodo (ne fastidio tibi simus serenissime legens,) quæ ad rem nostram pertinere pro Ioannis decore diiudicentur, fragmentis suis sigillatim excerptis, tibi consignata hoc capite.

Gennadius. Surius.

2. Baron. n.6.

Incipit igitur libellus sic: *Lucianus misericordiâ Dei indigens, & omnium hominum minimus Presbyter Ecclesiæ Dei, quæ est in villa Caphargamala, in territorio Hierosolymorum, sanctæ Ecclesiæ, & omnibus Sanctis, qui sunt in Christo Iesu in vniuerso mundo, in Domino salutem. Visio, quæ apparuit meæ pusillitati à Deo ter, de reuelatione reliquiarum, beati, & gloriosi Protomartyris Stephani, & primi Diaconi Christi, & Nicodemi, qui in Euangelio scriptus est, & Gamalielis, qui in Actibus Apostolorum nominatur: necessarium duxi pandere vestræ in Christo dilectioni, &c. Die igitur Parasceues, hoc est, feria sexta, tertio Nonas Decembris, Consulatu Honorij decies, & Theodosij sexies, Augustorum, adueniente nocte, dormiente me in cubili meo, &c. hora tertia noctis, &c. quasi in ecstasi semivigilans, vidi virum senem, &c.* narrat figuram viri sibi apparentis, & subdit, *Aureâ virgâ pulsans me, ter vocans me, nomine meo, dicens, Luciane, Luciane, Luciane, & dixit mihi Græco sermone: Vade in ciuitatem, quæ dicitur Ælia (quæ est Hierusalem) & dic Ioanni, qui est in ea Episcopus: Quandiu clausi sumus, & non aperis nobis? & maximè quod in temporibus tui sacerdotij oportet nos reuelari. Aperi nobis festinanter monumentum, vbi in negligentia posita sunt reliquiæ nostræ: vt per nos aperiat Deus, & Christus eius, & Spiritus sanctus ostium clementiæ suæ in hoc mundo: periclitatur enim sæculum ex multis casibus, qui fiunt in eo quotidie.* Post hæc Lucianus pergit ad alia visionis eiusdem, vsque ad secundam ad eum Gamalielis apparitionem, quam sic: *Et iterum Dominus Gamaliel, eâdem similitudine, eodémque schemate apparuit mihi sicuti in prima visione dicens: Quare neglexisti ire, & dicere sancto Episcopo Ioanni? Et ego respondi, &c.* Narrare pergit visionem secundam: & incipit tertiam, in qua ab eodem Gamaliele tertiò reprehensus Lucianus, sic fatur: *Quare vsque nunc dissimulasti, & noluisti pergere, & dicere Episcopo Ioanni quæ tibi dicta sunt, & ostensa? Quam excusationem habebis apud Deum, aut quam veniam pro contemptu sperabis in die Iudicij? Nunquid non vides quanta siccitas est & tribulatio in toto mundo, & tu negligenter agis? &c. Exurge igitur, & vade, & dic illi:* (hoc est, sancto Episcopo Ioanni:) *vt aperiat nobis, & faciat locum orationis, vt intercessione nostrâ misereatur Dominus populo suo.* Pergit ad alia de visione eadem, & post mentis ecstasim narratam, subdit: *Statim expergefactus, benedixi Dominum, & perrexi ad Ciuitatem ad Sanctum Ioannem Episcopum: & cum illi omnia quæ videram, renuntiassem, &c.* post quæ: *Et quia sanctus Episcopus* (Ioannes supple) *habebas à me petere benedicti Stephani reliquias, ideo de visione vobis Episcopo dicere nolui.* Et pergit Lucianus idem: *Cùmque hæc audisset Ioannes Episcopus, lachrymatus est præ gaudio, & dixit: Benedictus Dominus Deus Filius Dei viui. Si hæc (vt dicis, charissime) & audisti, & Deus tibi reuelauit, oportet me inde transferre Beatum Stephanum primum Martyrem, & Archidiaconum Christi; qui primus aduersus Iudæos Dominica bella bellauit; & Deum in sua maiestate in terris positus, in cælo vidit stantem, & tanquam Angelus in concione hominum apparuit.* Postea Lucianus pergit sic: *Dixit autem mihi sanctus Episcopus: Vade, fode in acerno, &c.* Post alia non pauca, sequitur narrationem suam Lucianus sic: *Statim ergo renuntiaui Episcopo cum esset in Lidda, quæ est Diospolis, Synodum agens.* Erat Synodus hæc Diospolitana (de qua S. Hieronymus, Augustinus, & Prosper, Baronio hîc referente, meminere)

Num.7. Io.c.3.n.1. Act.5.34. Num.10. Num.11. Num.12. Actus 6.7. Num.14. S.Hieron. S.August. Prosper. Baronius.

minère) in qua coactus est Pelagius suas hæreses condemnare. Ex hac ergo, in qua Ioannes assistebat, vt Lucianus prosequitur: *Assumpsit secum* (Ioannes videlicet Episcopus) *duos alios Episcopos, Eleutherium de Sebaste, & Eleutherium* (aliis Euthonium) *de Hiericho, & venerunt ad locum.* Dat post alia colophonem relatui, de inuentione reliquiarum Lucianus hisce: *Translata sunt reliquiæ ipsius Martyris septimo Kalend. Ianuarij*, &c. in quibus refert miracula tunc nonnulla patrata, quæ rei nunc nostræ haud interesse videntur. Hactenus relatus, & epistola Luciani, discerptim relata hic.

Num. 15.

3. Nunc iam ad ea quæ ex iis perpendendi veniunt pro Ioannis nostri decore, & gloriâ procedamus, & in primis illud accedat numeri sexti, *Lucianus misericordiâ Dei indigens*: in quibus, præmonente Baronio ibidem, in inscriptione ista consultissimè posita, aduersarium se Lucianus hæreti Pelagianæ, quæ tunc ibi grassabatur, demonstrat; nam cum Hierosolymis tunc degeret Pelagius ipse, cum eo nullam se habere participationem, vt omnibus, libelli, vel epistolæ patefaciat auctor Lucianus, primâ illâ verborum illorum sententiâ ipsum veluti gladio iugulat Pelagij nefandi odibilem hæresin. Quippe cùm necessitatem ille diuinæ gratiæ negaret, errorem tantum Lucianus in illis verbis, *misericordiâ Dei indigens*; damnare, ex æquo videtur. Ex quo sequitur Ioannem nostrum Catholicum esse; namque si opus erat vt e cælo procederet, quod sempiternâ infamiæ labe, & perpetuo anathematismo (vt Baronius notat ibidem ad numerum decimumoctauum, in illis: *Noua hæc, & planè admiranda bella elegit Dominus ad expugnandos, & confundendos aduersarios suos*) labefactaretur hæresis Arij, quem ex ironia Sanctus Hieronymus vocat Chritobolum, vt adnotauit sapientissimus Baptista Barbastrentis, certè par haud erat, vt Ioannis gloria, si Catholicissimus non esset, extolleretur gloriâ tanti cælestis fauoris, quem sanè cælica visio satis commendat in illis, ad numerum septimum dictis: *Vade in ciuitatem quæ dicitur Ælia, & dic Ioanni, qui est in ea Episcopus: quamdiu clausi sumus, & non aperis nobis?* & maximè in illis: *quod in temporibus tui sacerdotij oportet nos reuelari: aperi nobis festinanter monumentum.*

Num. 6.

Baronius.

S. Hier. lib. contr. Pelag. 2. pag. 117. Bapt. Lanuza Tract. 3. qui est 2. de ieiun. & tenta. Christ. §. 11. n. 41.

4. Ad hæc item, quod in hac reuelatione & apparitione cælesti Ioannem sydera condecorassent, ex eadem deduci valet apertè, in illis ad numerum duodecimum relatis: *Cùmque hæc audisset Ioannes Episcopus, lacrymatus est præ gaudio: & dixit: Benedictus Dominus Deus Filius Dei viui.* Confirmatur id, ex eo, quod cùm Lucianum Gamaliel coargueret in secunda apparitione ad numerum decimum, de eo quod neglexisset ire ad nuntiandum sibi imperata, Ioanni Episcopo, hunc, nunc, & semper mirabili reuerentiâ, debitâ fideli viro Ecclesiæ Christi, cognominat dicens: *dicere sancto Episcopo Ioanni*: hæc Gamaliel è cælo missus ab alto: & aliunde Lucianus sub numero duodecimo: *Et perrexi ad ciuitatem ad Sanctum Ioannem Episcopum*; Et alibi similiter in illis: *& quia Sanctus Episcopus Ioannes*, &c. sub numero eodem: quod certè agnomen non homini hæretico sanctus Gamaliel missus à Deo, è cælis, & Sanctus Lucianus degens in terris dedissent, sed vero Ecclesiæ Orthodoxo Dei, & fidelissimo Sponsæ fidelissimæ Antistiti: qui si à fide abscessisset, vel in aliquo, vix tolerarctur à fidei professoribus seueris.

5. Et quidem de Ioanne nostro, præter hæc, maxima, vt de fideli Christi, existimatio concepta refulget, in eo quod illi Sanctorum tantorum corpora manifestarentur tam illustrium verborum præmissione, quæ satis, sincerè sentienti, eius vitæ puritatem, & iustitiam commendant & fidem: qualia sunt hæc si perpendantur lance animi æqua: *Quamdiu clausi sumus, & non aperis nobis? & maximè; quod in temporibus tui sacerdotij oportet nos reuelari*, &c. *vt per nos aperiat Deus, & Christus eius, & Spiritus sanctus, ostium Clementiæ suæ in hoc mundo; periclitatur enim sæculum ex multis casibus, qui fiunt in eo quotidie.* & illa ex numero vndecimo. *vt aperiat nobis, & faciat locum orationis*, (hoc est, Templum in Sanctorum honorem horum, in quo omnes ad orandum Deo conueniant fideles cum Sacerdote, & Præsule populi Ioanne) *vt intercessione nostrâ misereatur Dominus populo suo.*

Ex num. 7.

6. Et vt omittamus breuitati consulentes alia generis, & faciei eiusdem verba, quæ quidem hac totâ Luciani narratione reuerentia in Ioannem Patriarcham sunt plena, & redolent maximam de viro, tum à cælo, tum à terra conceptam in Præsulatu suo existimationem, certè vt in plurimum sacrorum corporum reuelatio, non nisi Sanctis quibusque contigit fieri viris: Zebænus, vir titulo sanctimoniæ suæ clarus, Eleutheropolitanus Episcopus, (cuius memoriam reddit illustrem Sozomenus libro septimo, capite vigesimo octauo) reuelantibus Superis sanctorum Prophetarum Habacuc, & Michææ corpora reperiit veneranda, vt dixit Baronius ibi numero decimonono, folio 490. Moguntini typi: Tempore Sancti Ambrosij, apud Mediolanum, ad expugnandam impietatem Arianam, detecta sunt sacra sanctorum Martyrum Geruasij & Protasij corpora, & exuuia sacra ex eodem Baronio ibidem numero decimo octauo. Ex quo planè, vel lippientibus oculis videri potest non clanculo, sed in aperto Ioannis nostri puritas, & sinceritas fidei Catholicæ, qua florebat temporibus istis supra Sedem sedens supremam Solymæ vrbis.

Sozomen.

Baronius.

7. Planè magno Dei consilio factum credatur, & constet, quod tepescente in multis Catholicâ fide, tot hæreticorum agitatâ blasphemiis, vt præ multitudine supputari vix possent, temporibus sacerdotij Ioannis nostri oportuerit reuelari (pro commendatione sine dubio, sanctitatis eiusdem Patriarchæ) Sancti Stephani & sociorum ossa; quibus tot mirabilia præstaret Deus, vt (etsi cætera ad fidei confirmationem edita miracula defuissent, non tantùm titubantes consolidare potuissent ex illis; sed & Ethnicos omnes ad Christi religionem relu-

ctantes:

ctantes, licet omnino pertraherent.

8. Baronius.

Noua hæc planè, & admiranda bella Dominum elegisse ad expugnandos, confundendósque suos hostes Baronius ibidem asserit, sub numero decimooctauo citato. Expugnauit enim Imperatoris Apostatæ Iuliani impietatem S. Babylæ Martyris reliquiis. Profligauit hæresim Arianam, Sanctorum Geruasij, & Protasij adinuentione in vrbe Mediolani facta, vt dicebamus, temporibus Sancti Doctoris Ambrosij; Sanctorum Martyrum reliquiis extinctam in Ægypto & variis in ditionibus Orbis multis aliis fuisse Idololatriam, docuit Baronius sub anno 399. numero 55. & 56. & 58. Anno 401. numero 57. & 40. & 53. & 55. & numero 36. & 77. & anno 420. numero 5. & anno 408. numero vigesimo quarto; & anno 409. numero tertio, & alibi. His etiam similiter armis, modò fuit Dominus visus ad Ethnicos, & hæreticos, atque schismaticos conterendos, vno Sancti Stephani Protomartyris sacro corpore inuento, quod decuit *temporibus sacerdotij Ioannis reuelari*, vt missus à summo cælo Nuncius ad Lucianum, vt Ioanni nuntiaret, annuntiauit. Decebat ergò, vt Præsul ille, cui ostendebantur, & cuius sacerdotij temporibus reuelari oportebat cælo dicente ipso haud Pelagianus esset: alter enim hæresis ista detestanda gloriæ, & honoris incrementis iactari posset, ciúsque identidem sectatores, Arijque iniqui sequestres, vel manibus ex iubilo plaudere suis.

9.

Nunc prætereà ponderabile sit, quod iam insinuabamus, multâ Gamalielem sanctum, Pauli Apostoli nutritium, & Legis Doctorem destinatum ad eum in Hierusalem, tum reuerentiâ, tum familiaritate ad Ioannem alloquutum esse in illis quibus admonet, quòd temporibus sacerdotij eius oporteat reuelari pignora Sanctorum sacra: & in eo quod sanctum cognominet Patriarcham Ioannem, quam nomenclaturam, vt insinuatum est suprà, Pelagiano, aut tabo hæresis alterius homini pertincto, nefas erat concedere sic: Et firmari quoque mens nostra poterit adhuc ex his quæ adduntur numero decimoquarto: *Statim ergò renuntiaui Episcopo, cùm esset in Lydda, quæ est Diopolis, Synodum agens. Qui assumpsit secum* (Ioannes videlicet Episcopus Hierosolymitanus) *duos alios Episcopos, Eleutherium de Sebaste, & Eleutherium*, (aliis Euthonium) *de Hiericho; & venerunt ad locum.* In quibus facile erit aduertere, & notatu dignum quod vel ab ipso Concilio, quod initum erat vt cogeretur, vt & coactus est, Pelagius, suas hæreses condemnare, & in quo ad hæc cum cæteris Patribus, vt Ecclesiæ Hierosolymæ Præsul aderat Ioannes noster Hierosolymitanus, seligeret, & acciperet duos illos Episcopos *Eleutherium de Sebaste, & Eleutherium, siue Euthonium de Hierico*, cum quibus pergens ad exequendi monita cælestia, ageret de re sic sacra, & cum eisdem mutuò conferret. Igitur quis asserat hominem à cælo iussum sic his adeò sacratis, duntaxque vacare functionibus, hæreticum esse? Absit, absit liuor fordidans eum.

10.

Secundò, notabile sit quod cælum ipsum, viri Patris, & Solymi Patriarchæ præclari virtutem satis enuntiat, dum illi cælestia secreta, inspirata diuinitus patefacit. Fideiubeat rem Theodosius Imperator, qui ad prælia arma præparans sua, sub ementito Peregrini hominis habitu, sanctam Hierosolymam ciuitatem petiit, vt sacra Passionis Dominicæ loca reuiseret, reuerentérque exoscularetur. Et ecce tunc Deus, Optimus, Maximus, per Nuntium è cælo missum Ioanni annuntiat, quod sub paupere tegumento, & habitu Theodosij peregrinantis, Imperatoria, vt Cedrenus refert, Maiestas delitescat. Dat istamet Baronius Annalium suorum Tomo quarto, ad annum trecentesimum nonagesimum tertium, sub numero trigesimo sexto, & folio octingentesimo quadragesimo nono, Moguntinæ Sedid superaddens: (& facilè credidissemus) *se apud alium auctorem testatam rem haud inuenisse, vel legisse.* Et certè non nobis dubium est, quod si de Ioanne Cedrenus scripsisset Pelagianum esse, vel fuisse, nullo de asserto exhibito teste, fidem fecisset Baronio Cedreni delatum, propter sinistram animi, voluntatis, & affectionis studium, quod erga Patriarcham nostrum semper Baronio insuit: id quod satis constare cuiuis omni poterit veritate vbilibet ad manum venit eidem de Ioanne habere testimonium vt eum incessanter vera dicimus) pungentibus aggreditur verbis, vt suprà præcedenti capite prænotabamus quasi nauseam, vt videatur facere Baronio vel nomen Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani XLIV. huius hominis Secundis; adhuc primis labris ab eo delibatum; ô dolor!) At planè in hoc quodammodo conuitiatorem se in Cedrenum scriptorem egregium & non temnendæ virum auctoritatis illustrissimus Baronius facit, dum in iis, quæ auctor tantus seriò affirmat, Baronius decernit subdubitare, vel inficias ire, quo motus ingenio, quis sciat? Quo ductus spiritu, quis agnoscat?

Notæ

Cedrenus.

Num. 5. ad finem.

CAP. III.

Præbuit se huius Pelagisticæ flammæ, & pestis Ioannes semper infensissimum hostem & osorem.

1.

O Quàm nobili sanctitatis voce Pelagius impudentissimus, & putidus aliàs homo gauisus est, antequam deliramenta eius (aduersus Catholicam fidem, & Christi Saluatoris doctrinam, cælitùs elapsam) in populos euulgata fuissent: proh luctus! sic vt sanctissimum, & præclarissimum lumen Orbis Diuus Pater Augustinus officiosâ sanè loquelâ illum *Dominum dilectissimum, & desideratissimum fratrem suum Pelagium* vigesimo septimo capite de Gestis Pelagij; appellitare non dubitauerit adhuc, & in vigesimo octauo grates agere, quod ipsum Doctorem sanctum suis literis exhilarare dignatus sit, & certiorem

S. Aug. tom. 7. oper. eius.

facere de salute tua: nec silens in iis, iterum cum hic *Dominum dilectissimum, & desideratissimum fratrem vocans*, simul admonet idem Augustinus Sanctus, Pelagium, vt præcones, de eo relictis orationes, & preces vertat ad Deum, quò, talis Augustinus à Domino fiat, qualis Pelagius arbitratur esse. (ô vtinam vel in minimo similis fuisset Augustino Pelagius! Hæc habere habebis apud S. Augustinum dato loco; & refert præterea Franciscus Suarius tomo 1. de gratia Prolegomeno 6. capite 19 & item idem Sanctus Augustinus epistola 106. qui sic loquitur: *Dileximus & seruum Dei, quia nobis recta fidei videbatur.* Et lib. 2 Retractationum capite 33. *Pelagium ipsum non sine laude [illegible] nomen posui, quia vita eius a multis prædicabatur.* Et item epistola eadem, quæ tomo habetur 2 sic in initio, folio 161. Typi Coloniæ Agrippinæ: *Sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dileximus, tunc enim quia recta fidei videbatur, nunc autem, [illegible] quæ inimica & aduersa gratiæ Dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur. Nam cum hoc de illo aliquandiu [illegible], non vtique facilè credendum fuit: solet quippe fama mentiri.* Sanctus Ioannes Chrysostomus tomo 5. epistola 4. sic finali in verbo: *De Pelagio Monacho, magno dolore [illegible] Cogita igitur, quot, quantisque [illegible] [illegible] [illegible], cum tanta cum tolerantia viuentes, abripi, atque in fraudem impelli videamus.*

Inde ortum est quod, cum Pelagij egregium nomen, & fama peruulgata sic essent apud omnes, & sic bene dolosus lupus iste sub pelle contectus [illegible], vel a iustioribus non potuerit Patriarcha noster Ioannes, facile adduci vt credere: hominem esse tot, & tantis pestilentissimis erroribus infectum, quos, in dolo facili, ipse Pelagius, & simulabat, & contegebat, & obtenebrabat. Ergo contigit Ioanni quod sancto Patri Augustino, & Chrysostomo cum Origenistis propterea excusando ea quæ nos suprà dedimus ad caput 1. Discursus istius tertij sub num 3. Baronius ad annum 400 scripsit: quæ certè non absimili militante iure, iure eodem adaptare potuisset Ioanni nostro Hierosolymitano Patriarchæ, nisi sic labris distortis de eo loqui semper quasi conuentione facta, Baronius assumpsisset: Tu igitur sincere lector huc aduoca omnia illa.

Duo hic sunt digna consideratione: primum, Pelagij doctrina; & secundum, an is susceperit eam? Primum certè damnandum, imò damnatum est in Synodo Diospolitana, vt Baronius scribit tomo 5 Annal. ad annum 415. à num. 20. & seq. & fol. 491. Moguntinæ, & sic fieri debuerat; vt factum est ab omnibus Orthodoxis & bene de fide meritis Catholica sentientibus, nisi in Pelagiano demersi baratro perire velint: secundum autem, res est facti. Primum illud, doctrinam inquam, & dogmata Pelagij semper Ioannes damnauit, & expuit; secundum verò [illegible] à mente Patriarchæ, qui numquam sibi suaderi potuit, quod Pelagius errores, & deliramenta illa detestabilia defenderet & tueretur. Quid si eo [illegible] pro Origenistis, non tamen cum Origenistis, aliquando, celi deceptus [illegible] Sanctissimus, & diuinissimus Ecclesiæ Doctor Ioannes Chrysostomus, vt Baronius loquitur iter [illegible] aliquando, sic fuit Cardinali huic amplissimo Baronio cura; vt videre est tomo 5. ad annum 400. sub num. 63. & iure quidem optimo, illum excusare, & ab omni, vel leuissimo culpabili crimine aut periculo reddere, & ostendere immunem ex dictis supra ad caput 1 istius Discursus sub num. 3. vt quid dum Baronius sic et cum nimis clamat ex eodem iure pro Ioanne nostro certum omnibus vocem eandem non extollemus?

Baronius arguit de crimine Ioannem quod pro Pelagio [illegible], non cum Pelagio dicat [illegible] aliquando: cui vt occurrat in opposito, supponendum quod Diospolitanum Concilium Pelagium ad se accersiuisset, vt de se redderet rationem, & eiusdem damnarentur errores, & deliria, vt latè Baronius agit ad annum 415. per varios numeros, ibi tomo Annalium 5. videndus (Peruaserat enim vera vox, quod sua deliria iam tueretur apertè.) In hoc ergo Concilio, & Synodo Diospolitana (vt colligunt Baronius ibi, Suarius tom. 1. de gratia, ex eo quod S. Augustinus lib. 1 contra Iulianum cap. 5. inter XIV. Episcopos, qui Synodo illi adfuere, primo loco nominet Eulogium Cæsariensem Episcopum) Ioannes Patriarcha non præfuit: hoc dato mirabile sit, quod nihilominus quidquid factum est ibi circa absolutionem Pelagij, Ioanni vltrò Baronius vitio vertit.

Sed tamen qui perspectè legerit ea omnia, quæ facta sunt in Synodo illa (quorum partem habere habebis, non modicam, in Baronio, Anno præfato, vt & obiectiones factas contra Pelagium, & alia de libellis eius quæ in Palæstina Synodo sibi obiecta damnare compulsus est, reperies tom. 1. Conciliorum Impression. Coloniæ Agrippinæ 1618 fol. 501.) dilucidè iudicabit, quod in omni iustitia, æquitate, sapientia, & charitate, operata fuerint. Quia cùm Censores coram Pelagio, & contra Pelagium efferata deliramenta & errores eiusdem proposuissent, ad duodecim maxima capita reuocatos; vt Baronius scribit num. 21. 22. & 23. dati anni, anathematizauit ipse ea, vt constat, in eis ab Augustino Sancto relatis lib. de gestis Pelagij: sic: *His recitatis Synodus dixit; Quid ad hæc, quæ lecta sunt capitula, dicit præsens Pelagius Monachus: Hæc enim reprobat sancta Synodus, & sancta Dei Catholica Ecclesia: Pelagius respondit: Iterum dico, quia hæc est secundum ipsorum testimonium, non sunt mea, pro quibus, vt dixi, satisfactionem non debeo; quæ verò mea esse confessus sum, hæc recta esse affirmo, quæ autem dixi non esse mea, secundum iudicium S. Ecclesiæ reprobo: anathema dicens omni contrauenienti, & contradicenti sanctæ Catholicæ Ecclesiæ doctrinis. Ego enim in vnius substantia Trinitatem credo, & omnia secundum doctrinam sanctæ Catholicæ Ecclesiæ: si quis verò aliena ab hac sapit; anathema sit.* Hæc S. Augustinus cap. 19 Et prosequitur item capite 20. sic scripsit: *Synodus dixit: nunc quoniam satisfactum est nobis persecutionibus præsentis Pelagij monachi: qui quidem pijs doctrinis consensit; contraria verò Ecclesiæ fidei reprobat, & anathematizat, communionis Ecclesiæ eum esse Catholicæ confitemur.* Refert item hæc Suarius datus Prolo-

Baronius.
Suarius.
Aug. to. 2.
Chrysost.
2.
3.
4.
Baronius
Suarius.
Vide Baron. an. 415. n. 29.
5.
S. August.
Suarius.

go nene 6. cap 3. & Baronius tom. 5. Annal. ad ann. 415. tum dictus. Satis tunc simulis absolutio hæc facta Pelagio cum ea à Zozimo Pontifice O.M. facta cum Pelagio, & Cælestio, qui amborum errores damnans, personas eorum intactas, & immunes iussit abire. De iis item Baronius. Tomo Annalium 5. ad annum Christi 418 sub num. 13. 15. 16. 17. & 18.

Baronius.

6.

S. Aug. li. 1. contra Iulian. c. 5. Alibi c. 7. Habes eadē tom. 2. Concil. tum li. p. l. nodæ Colon. anno 1616. Et potis Se-cundum Binnii t. 1. fol. 1.

Diximus Synodo huic, XIV. Episcopos adfuisse, scilicet, vt tradit nomina S. Augustinus lib. 1. contra Iulianum Palagianum cap. 5. f. 329. Typi Coloniensis anni 1616. in illis. *Habemus alios Orientales Episcopos quatuordecim, Eulogium, Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Eutonium, Porphyrium, Fidum, Zosimum, Zoboënum, Nymphidium, Chromatium, Iouinum, Eleutherium, Clematium, quos vno loco simul constitutos in eum contextum introducere valeamus, illos ipsos qui Pelagio iudices præsederunt, cum que et homines, nullo ex altera parte contradicente, putantes Catholicum tanquam Catholicum pronunciarent,* &c. Ecce primus ponitur Eulogius Cæsariensis, & totius Prouinciæ Palestinæ Episcopus, vt adnotat Baronius, tomo Annal. 5. ad annum 415. sub num. 10. fol. 190 Moguntinæ. Secundo autem, Ioannes designatur in ordine *Hic*, ait Baronius ibidem, *Episcopus Hierosolymitanus cuius mentio in recitatis super Lazaro, liste ut habet ire* de cæteris non interest prater hæc sermonem. Nunc ergo videamus quid Episcopis & Centoribus istis Synodi istius, Augustinus adaptet certè lib. de gestis Pelagij cap. 1. in initio hæc habet: *Responsiones enim eius, non omnes ita approbauerunt, non curantes quomodo ea quæ obijcerentur in Opusculis suis posuerit, sed quid de his in præsenti examinatione responderit.* Intende lector ad illa: *non immeritò approbauerunt.* Adnotauit hæc Smitius cap. 7 supra dictus. Et capite tertio subdit S. Augustinus ad initium, hæc: *Quapropter & sententia respondentis* (Pelagij) *meritò Episcopis placuit*: Idem comprobare videtur cap. 5. in initio in illis: *Qua eius accerta responsione Synodus dixit, neque hoc alienum est à fide Ecclesiastica.* Et capite sexto iterum sic: *Quid amplius de hac re maiores aduersarios absentibus* (erant hi Erotus, & Lazarus Episcopi Galli, qui aduersùs versutissimum Pelagium steterit) *quærere debuerunt.* Idem habet cap. 12. in illis, vt omittamus concernentia alia: *Ad quod Synodus dixit: hoc & nobis placet.* Et paulò ante dixerat: *Sed ad hoc ubi tum vitam eius non pe. iore respondit. Quam sine dubio Catholici iudices approbauerunt.* Et cap. 14. firmat eadem Augustinus; & cap. 4. concludit in eis: *Cum ergo & hanc Pelagij Responsionem Iudices approbassent.* Declarat in eis omnibus non incautos & imprudentes extitisse Synodi iudices, & Patres in decernenda Pelagij hæc cap. 11. probat, & laudat acta Iudicum Augustinus, qui epistola 95. quæ est ad Innocentium Papam, & habetur fol. 141 Tomi 2 operum S. Augustini typi Coloniensis, anni 1616. ferè ad initium hæc ita scribit: *Quapropter non culpandi sunt Iudices, qui Ecclesiastica consuetudine nomen gratiæ audierunt, nescientes, quid huiusmodi homines, vel in sua doctrina libris, vel in suorum solent auribus spargere.* Conuincit hic Smitius, vbi suprà.

Smitius.

De iis Baron. tom. 5. ann. 417. n. 20. & 26.

S. August.

Cùm ergo sic ista sint, quid mirum quod à Ioanne nostro censitus etiam esset Pelagius vt Catholicus: & quod beneuolentiæ, & affectionis amicæ signis, (de quibus benemeritus fuisset, si ex corde vero Catholicam fidem profiteretur) illum esset prosequutus, ad id saltem vt si forsan claudicans, & titubans in vera Patrum Orthodoxorum fide, & doctrina incedebat, ne decederet omnino, ad hæc allusionem Augustino faciente, lib. 2. Retractationum capite 33. pag. 22 tom. 1 Coloniensis præli, anni 1616. in illis: *In his autem libris tacenda arbitratus sum nomina eorum, ne eis facilius posse corrigi sperans.* Et epistola 106. quæ est ad Paulinum, siue Bonifacium, in initio sic: *Cui quidem libro, eisdem rogationibus, quia id fieri oportere videbamus, tacito nomine auctoris, ne offensus insanabilior redderetur.* Cæterùm certè prudenter, iuxta S. Augustini doctrinam, & sensum, actum est à Ioanne cum Pelagione læta, hunc facie salutando: cùm, vt S. Augustinus affirmat, ipsemet in ancipiti versaretur adhuc post Palæstinæ Concilium an Catholicus Pelagius, vel hæreticus esset. Sic designat epistola 95. in initio ad illa: *Non agitur de vno Pelagio, qui iam fortasse correctus est, quod utinam ita sit.* Et paulum cum hæc dixisset Innocentio nuncupat vocaret Pelagium vt eius doctrinam Romæ discutiat: *Aut ergo à tua veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogandus quam dicat gratiam qua fateatur, si tamen iam fateatur, ad non peccandum, iusteque viuendum homines adiuuari.* Et epistola 152. quæ est ad Ioannem Episcopum, quem vocat *Dominum beatissimum, & merito venerabilem fratrem* Sic: *Apertè itaque etiam hinc exprimat, quid sentiat, vtrùm placeat ei etiam paruulos, qui nondum iustitiam possunt velle, vel nolle, tamen propter vnum hominem per quem* peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes pertransiit in quo omnes peccauerunt, *per Christi gratiam liberari.* Et paulò tùm inferius: *De his maximè ab illo volumus nosse quid credat, quid teneat, quid certè confiteatur, & prædicet.* Hucvsque S. Augustinus. Ex hæc epistola constat sanè, quod post Diospolitanā Synodum conscripta fuerit; ergo, vt apparet, in incerto versabatur de fide Pelagij ipse S. Augustinus: Propter quod operæpretium non erat illum ad furores, odia, & noua lacessere deliria patranda.

7.

Aug. tom. 1. & fol. 161. Typi Coloniensis 1616.

S. Aug. epist. 152. tom. 2. f. 510. prope ad epist. finē.

Rom. 5. v. 12.

Refert Baronius tantam esse lupi huius Pelagij versutiam, & simulationem (erat enim homo ait anno 415. num. 35. *qui captiosis artibus Synodum Diospolitanam deceperat; & tanquam in fide ac mentitis larua quasi personatus in specie Catholici hominis specie superinducta luserat, vt veritatem tenebris obscuraret offusis.*) Vt vel si lynceis oculis eum aspicerent, & contuerentur, vix in illo vel leuissimæ suspicionis specimen contra fidei professionem Catholicæ deprehendere possent: Subiiciemus verba nunc ipsa Baronij, En illa. *In eo tamen quod sententia illi vad finem positæ corouidem totius confessionis aduersantium ora clausit, strepitumque compescuit, vt nullus planè, qui in eum velut hæreticum iure mutiret, inueniri posset, dum videlicet verba illa subiunxit.* Si minus peritè, aut parum cautè aliquid fortè positum est, emendari cupimus à te; qui

8.

Ann. 415. n. 37. & alibi

Baron. cit.

Petri Fidem, & Sedem tenes. *Quidnam reliquum accusatoribus, vt in eum afferre possent, qui ad normam fidei perfectiorem expectare se profiteatur à Catholicæ sedis Antistite? vel quam iudici iterum sententiam ferre, tam liberum esset, qui se eadem velle sentire, quæ ipse sentiat, tam firmiter asseuerat? Quomodo inter hæreticos relinquendus Pelagius erat, & non inter Catholicos adsciscendus: qui Catholica professione, Catholica apertè declarauit, & hæreticum esse non posse contestatione illa opposità significarit? Huiusmodi planè fuit technа Pelagij, vt non potuerit ea confessione premi, ita vt hæreticus condemnari. Vnde meritò quod de Leuiathan habet diuinus sermo, congruè de Pelagio dici potest. Quis reuelabit faciem indumenti eius? Certè non nisi Deus.* Hæc Baronius ad annum 417. (qui immediatus est post Ioannis obitus annum) agens de eis qui cum Pelagio conuersabantur.

9. Ita te Deus mi Lector diligat, & seruet incolumem, ne hæc verba sine discussione prætereas, vt videas apertè quantam Ioannes noster semper nauseam fecerit Baronio: vt videatur apertissimè hìc, vbi dum aliis ex vno parat excusationes, ex eodemmet capite, & iure impetu facto irruit, crimine insulto, in Ioannis innocentiam, & illum, crimine quo absoluit alios in eadem rerum vice comprehensos, dirè premere, & opprimere gestit: in eo vel ex eo quod præterito anno dum vix (aut nullatenus dixerimus melius) error detectus erat vlli ex Patribus Orthodoxè & Catholicè sentientibus, vel ipse versipellis homo Pelagius vix patenter, & erroneus fuerat deprehensus; cum eo Ioannes noster familiariter conuersatus sit tanquam cum Catholico; quod Catholicum certè crederet, & reputaret, vt aliis credebatur, & reputabatur insonter. Et quid hoc mirabilius esset in Ioanne plus quam in Zozimo Pontifice Opt. Maxim Principe summo, in quo fides orbis relicta Petro, & successoribus suis effulgebat. Qui anno vno à Ioannis obitu Pelagium, & Cælestium hæreticos impudentissimos, vt si Christo acquirere posset, perquàm humanissimè tractauit, referente Baronio, tomo Annalium 5. ad annum 417. numero 18. & 418. num. 7. & 9. Laudauit item illum Sanctus Augustinus, vt constat ex libro 6. contra Iulianum, capite 12. ad initium. Et refert Baronius ad annum 418. tomo 5. sub num. 7. fol. 548. Moguntinæ. Atque hæc omni veritate subnixa dicantur: cui non fiet mirum, quod piaculum sit Baronio pietas, benignitas, zelus adquirendi Pelagium, & amoris in Christo ostenta, lucrari Christo deperditam ouem, in Ioanne vno solo Patriarcha? Proh malè meritus de Baronio vir! sit tibi gloria in Christo, vt piè credimus, dante tibi pro maledictionibus iis, benedictiones æternas. Videatur Baronius ad annum 417. & in eo Epistolæ Zozimi de Pelagianis.

CAP. IV.

Palàm adhuc ex S. Augustino, & aliis damus, Ioannem haud Pelagianum fuisse.

1. CONcilio Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum, XLIV. à S. Iacobo, & huius nominis II. Diospolitano Palæstinæ adfuisse, ex eo constare valet apertè, quod in toto libro de gestis Pelagij, à S. Augustino conscripto, nulla specialis memoria detur de cæteris Episcopis, præter eam, quam de Ioanne nostro illustrissime contineat diuina lux orbis Ecclesiæ Augustinus illius auctor. Eius ergo auctoritas inter eos omnes Patres, qui Synodo illi Catholicæ adfuêre, tanta fuit; vt ab humero, & sursum, cæteros omnes sapientià, & auctoritate vnus iste Ioannes, visus sit præcelluisse. Eius sententias vniuersi sunt venerati, & admirati Pastores, & Patres Concilij. Ex quo teneas quod quidquid libet Sanctum, Orthodoxum, vtile, & eruditum legatur, ad Ioannem sit deferendum XLIV. Hierosolymitanum Antistitem.

2. Sanctus Pater Augustinus, libro illo suo de gestis Pelagij, referente Doctore Suario, tom. 1. de gratià, Prolegomeno 6. cap. 3. ad finem, neruosè probat, omnes eos Episcopos dicti Palæstini Concilij fuisse Orthodoxioris veritatis, & Catholicæ doctrinæ infractos, & strenuissimos defensores; & propugnatores acerrimos. Habes ad rem aperta, & expressa verba capite sexto quod sic habet ad finem: *In his verbis quam dicat Dei gratiam prorsus latet; & Iudices quidem Catholici, nullam aliam intelligere potuerant, nisi quam nobis plurimum Apostolica doctrina commendat.* Idem apparet ex cap. 9. Epistola 95 quæ est ad Innocentium Papam de Pelagio, vbi sic ad initium folio 144. Typi Coloniensis 1616. *His enim auditis verbis, Catholici Antistites nullam aliam Dei gratiam, intelligere potuerunt nisi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare consueuerunt.* Et inferius: *Nam si intellexissent illi Episcopi, eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habeamus, cum quibus homines sumus; negare verò eam, quâ Christiani, & filij Dei sumus, quis eum patienter, Catholicorum Sacerdotum, non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret?*

3. Secundò probatur ex eo, quod ait S. Augustinus, capite 11. libri de Gestis Pelagij, ferè ad initium, vbi sic: *Videmus igitur, & tenemus, non solùm à Pelagio, verùm etiam à sanctis Episcopis, qui illi iudicio præsidebant, mala perniciosissima huius hæresis esse damnata.* Et inferiùs: *Hæc certè omnia iudicio illo Ecclesiastico, anathematizante Pelagio, & Episcopis interloquentibus, constat esse damnata.* Et inferiùs sic: *Ecce quatuordecim Antistites Orientalis Ecclesiæ, in ea terra vbi Dominus præsentiam suæ carnis exhibuit, Pelagium non absoluerent, nisi ea tanquam fidei Catholicæ aduersa damnaret.* Habes eadem relata capite 21. & 22. eiusdem libri de gestis Pelagij: & libro 2. Retractationum capite 47.

Baronius.
Baronius.
Suarez.
S. August.
S. August.
S. August.
August.

& lib. 1. contra Iulianum capite 5. & capite 21. de gestis Pelagij reddit sic: *Neque hoc dicens iudicium arguo, vel negligentiâ, vel conniuentiâ, vel quod ab eis longe abhorrere certissimum est impiorum dogmatum conscientiam.* & capite 35. *Quatuordecim Episcopi Prouinciæ Palæstinæ, secundum responsiones eius* Pelagij; *alienum à peruersitate huius hæresis pronunciarunt, eam tamen hæresim sine vlla dubitatione damnantes.* & capite 30. sic: *Aut vero cum illo*, hoc est Ioanne Episcopo vno è quatuordecim adstantibus in Concilio, & Synodo Diospolitana) *etiam cæteri Episcopi, Iudices, vel mente, vel ipsis auribus ferrent Pelagium dicentem; posse quidem hominem sine peccato esse, & Dei mandata custodire, si velit, &c.* Sibi vult S. Augustinus in hoc asserere, quod Ioannes, nec cæteri iudices, & censores ferre auribus, vel mente haud sustinerent dogmata iniqua, quæ Pelagius amplectebatur in re de gratia. Refert Baronius tomo Annalium 5. ad ann. 415. à n. 19. maximè id signat in eis: sub num. 20. *Cæterum, vtcumque res acciderit constat quidem in eo Concilio* (Diospolitano) *tunc erectum esse trophæum de hæresis Pelagianæ prostratæ victoria.* Refert item datus Doctor Suarius ibi, vbi suprà; & est communis Doctorum Orthodoxorum sententia.

Suarius.

4.

Habetur tom. 7. oper. S. Aug.

Id tertiò stabilitur, ex eo quod cùm Pelagiani gloriarentur in Patribus Eois, quod doctrinam suam tuerentur, Sanctus Augustinus falsissimum id esse ostendit apertè: & in lib. 1. contra Iulianum cap. 5. opponit in eum, S. Gregorium Nazianzenum, S. Basilium Magnum, XIV. Episcopos Concilij, Eulogium, Ioannem, & cæteros, quos ibi habes: & capite 7. libri eiusdem, opponit ad idem S. Ioannem Chrysostomum, Eulogium, & Ioannem: ergo sibi S. Augustinus tenebat Ioanni, & Eulogio esse errorem illum Pelagianum in abominationem, & derisum, cùm tanquam testes in eum nuncupet illos.

5.

Supra c. 3. n. 1. & seqq.

Baronius.

Vidimus Pelagium, in Diospolitano Concilio vel Palæstino, quod sonat idem, errores, & dogmata sua anathemate damnantem, & profitentem extrinsecùs Catholicam fidem: quam confessionem Baronius; ad annum 415. sub num. 18. virtuti reliquiarum manifestatarum sanctissimi Protomartyris Stephani vertit, in illis: *Ecce tibi quàm felicissimis auspicijs progressus est Stephanus, cum videlicet coactus est impius Pelagius hæresiarcha, in Concilio Liddæ habito, quas hactenus docuisset hæreses, condemnare.* Rectè quidem hoc; sed attendisset Baronius, quod confessio ista prodiit in lucem compulsa cælicâ vi argumentationum Patriarchæ Ioannis; nam certè nullo de alio Episcopo habetur ibi attestatio, vt apertè videre est, quòd contra Pelagij errores, sic steterit argumentis, nisi de Ioanne nostro. S. Augustinus lib. de gestis Pelagij cap. 14. ferè ad finem explicans Pauli locum 1. ad Corinthios cap. 15. sic ait: *Meritò, quod gesta indicant, etiam hoc vsus est testimonio* (videlicet *gratia Dei sum id quod sum, &c.*) *S. Ioannes Hierosolymitanæ Antistes Ecclesiæ, sicut interrogatus, quæ apud illum ante iudicium gesta fuerint, Coepiscopis nostris, qui simul in illo iudicio præsidebant ipse narrauit.* Ecce sacer Augustinus fatetur Ioannem, sacræ Scripturæ locis egisse in Pelagium; & quod eum, dum proponeret hoc argumentum, profligauerit, & deiecerit omninò. Et quanquam hac de re Ioannes ipse de se testimonium fecerit, habet nihilominus fidem, & auctoritatem; quia id coram ipso Pelagio testatus est sancto asserente Augustino, qui c. 15. in hæc verba prorumpit: *Hæc narrauit Episcopus Ioannes, audiente Pelagio, qui posset honorificè dicere: fallitur sanctitas tua, non benè meministi, non dixi ad ista testimonia, quæ de Scripturis commemorasti, ego sic credo.* Et toto capite decimosexto libri eiusdem, totus in eo positus est diuinissimus Augustinus, vt asserat Ioannem cum Pelagio argumentis iugiter egisse. liquet (vt omittamus cætera, quæ legere sunt septimo Tomo) ex illis satis: *Non ergo cùm Episcopus Ioannes planè istam sententiam Apostoli cognouit, eamque ideo commemorauit, ne Pelagius sine Dei gratia non peccare quemquam putaret, & dixit respondisse Pelagium; & ego sic credo.* Vbi duo dicit, alterum, quod Ioannes diuinæ paginæ veritatem profiteretur; alterum vt potens fuerit, quod Pelagius eam confiteretur. Et quis dicet, quod si Pelagianum egisset Ioannes noster, diuinæ paginæ locis conatus esset euincere Pelagium? Sic S. Augustinus, epistola 106. pag. 166. sub lit. B. Tomo 2. Typi Coloniensis 1616. in illis: *Vbi postremò illa testimonia, quæ Hierosolymitanæ Antistes Ecclesiæ, sicut in eisdem gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse commemorat, cùm ad eum perlatum esset, quod sine gratia Dei diceret, absque peccato hominem esse posse? Hæc sunt enim ab illo dicta tria testimonia valde magna contra huiusmodi impiam præsumptionem, quod Apostolus ait: Plus omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Et, Non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est. Et, Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt ædificantes eam.* Hucvsque Augustinus. Hisque vsi sunt quotquot contra Pelagium scripsêre. & horummet testimoniorum memoriam tradit S. idem Augustinus, lib. de gestis Pelagij cap. 30. affirmans in illis, Ioannem confudisse Pelagiana deliria. En verba excelsi Doctoris ferè ad capitis coronidem: *Quasi non hoc se dixerit culpasse Ioannes Episcopus, & velut gigantæos montes aduersus supereminentiam gratiæ cælestis structos, tribus diuinorum testimoniorum tanquam fulminum ictibus deiecisse.*

S. August.

S. August.

1. Cor. 15. Rom. 9. c. 16. Psal. 126. n. 1.

S. Aug. to. 7. oper. eius.

6.

Rem iam in S. Augustini epistolâ claudamus in quâ (quæ est numero CCLII *Domino beatissimo ac meritò venerabili fratri, & Coepiscopo Ioanni.* contra Pelagij librum) hortari assumit Ioannem, in initio, ne patiatur se in fraudem deiici Pelagij, quia captiosus, & versutus, & versipellis homo est. En verba sacratissimi Patris, quibus epistolam inchoat dilectione in Ioannem, & amoris necessitudine plenam: *Quod tuæ sanctitatis scripta non merui, nihil audeo succensere. Melius enim perlatorem credo defuisse, quàm me suspicor à tuâ veneratione contemptum, Domine beatissime, & meritò venerabilis frater. Nunc verò quoniam seruum Dei Lucam per quem ista direxi citò comperi esse rediturum, agam Domino, & tuæ benignitati vberes gratias, si me litteris fueris visitare dignatus. Pelagium verò fratrem nostrum filium tuum, quem audio quod multum diligis hanc illi fuggero exhibeas dilectionem vt homines*

Habetur epist. tom. 2. folio 359. typi Coloniensis, ann. 1616.

mites qui cum nouerunt, & diligenter audierunt, non ab eo tuam sanctitatem existiment falli, &c. Credit Baronius quod aduersùm Ioannem, & nos, hæc epistola Augustini militet, sed certè saluâ pace Cardinalis eminentissimi in hoc, vt & in aliis, sine fundamento & testimonio alterius, loquutus est. Scripsisse autem hanc epistolam S. Augustinum anno 416. qui est, iuxta Baronium, ibi, annus obitus felicissimi Ioannis, vel solùm ex eo constare valet apertè, quod ab eo in ea exposcat à Ioanne acta Diospolitani Concilij (quod ex Baronio constat tomo Annalium 5. initum esse, salutis anno 415. & videte est sub num. 19. & seqq.) En verba Augustini Patris sanctissimi ferè ad finem epistolæ data: *Peto etiam nobis transmittere quibus perhibetur esse purgatus, Ecclesiastica gesta digneris. Quod ex multorum Episcoporum desiderio petò, quos mecum de hac re fama incerta perturbat.* Videre nunc sit quam existimationem, & opinionis famam S. Augustinus de Ioanne nostro conceperit tunc.

S. Augustin.

7. Baronius.

Refert eminentissimus Cardinalis Baronius, quod malè Ioannes cœperit audiri apud Occidentales. O crimen effictum! O quam dirâ cineratione, & iure fama Ioannis lacessitur iniuriâ hic! Certe sanctissimus Augustinus, Occidentalis Episcopus erat, & cum eo perquàm amicissimè, & liberaliter conuersabatur: sic vt, cùm Ioannes, vt vidimus suprà, Diospolitano Concilio non præfuisset, ab eo Concilij postulat acta, non modò nomine suo solo, sed & aliorum Episcoporum, vt signant postremò adducta Augustini verba (& imo ea, quæ ibi sequuntur immediatè: *Sed ideò solus hoc scripsi, quia occasionem perlatoris festinantis à nobis, quem citò ad nos audiui posse remeare prætermittere nolui.* Quasi diceret sacer Doctor, nisi tanta perlatoris esset proficiscendi festinatio, certè item alij Episcopi qui desiderio tenentur quoque Ecclesiastica ista gesta recipere, ad te scripsissent, ô amice Ioannes,) etiam cum eo agit tanquam cum amico fideli in castris Christi, non tanquam cum Pelagiano, fideique infenso Catholicæ hoste: Nec veretur Augustinus sanctissimus, illum semel, & iterum *Dominum Beatissimum, ac meritò venerabilem fratrem* vocare. Conqueritur reuerentia plenis verbis, vt vidimus in Epistolæ exordio suprà dato quod ad eum non rescribat epistolas familiares in illis: *Quod tua sanctitatis scripta*, &c. Et paulo inferius ait quod Pelagius vtitur nomine gratiæ, sub diuerso à Ioanne sensu: En verba Augustini: *Cum enim audiens eum confiteri gratiam Dei, & adiutorium Dei putatis hoc eum dicere, quod & vos qui Catholicâ regulâ sapitis* (intende Lector verba) *quoniam quid in libro suo scripserit ignoratis*, &c. Et inferiùs addit: quod Pelagium doceat, & pro eodem oret ad Dominum. *Proinde ostende illi docendo, & hortando, & pro eius salute quæ in Christo esse debet orando, vt eam Dei gratiam confiteatur, quam probantur sancti Dei fuisse confessi, cùm à Domino ipsi peterent, quæ illis iubebat vt facerent.*

Disc. 4. c. 3. num. 4.

Hoc c. n. 6.

S. August.

8.

Habemus item in Baronio, tomo Annalium quinto, ad annum 417. sub numero 14. folio 528. Moguntinæ, quod S. Augustinus habet pro Catholico Paulinum Nolanum, eo quod similia ad eum scripserit ipse verba. Quare ergo argumentum idem & ratio apud eundem Baronium non militarent? Postulat ab eo acta Concilij, nomine aliorum Episcoporum, & addit cæteros à litteris abstinuisse scribendis ad Ioannem, quod perlator festinus proficisceretur, vt vidimus suprà. Ergo omnes Episcopi illi cum Ioanne nostro familiariter agerent, quem sanè tanquam Orthodoxum Doctorem reuerebantur, & conspiciebant, vt Catholicum; nam aliter non ab eo acta Concilij poposcissent; quia è manibus Pelagiani, quid nisi iniquis suspicionibus plena prodirent? hæresis infecta veneno, & labe viciata atque perusta?

CAP. V.

Optatam rei totius coronidem damus.

1.

Vidimus iam fundamenta Eminentissimi Cardinalis Cæsaris Baronij: adduxisse eum leues suspiciones pro asserto suo, quas S. Hieronymus, & S. Epiphanius solummodo ex acceptis rumusculis de Ioanne conceperunt: ad eum modum quo etiam de S. Ioanne Chrysostomo, S. Paulino Nolano, Meletio, & aliis pluribus easdem efformasse optio erat. Liquet identidem ex his relatis, nullam vnquam aduersùs Ioannem prolatam fuisse sententiam, vel à Concilio, vel à Pontifice vllo: & adhuc quod neque Epiphanius, neque Sanctus Hieronymus consulto iis, quæ eis relata sunt fuerunt vnquam assentiti.

NOTA.

2.

Nobiscum item militare Hieronymum compertum est, dum post prælibatas suspiciones, vt apparet ex dictis communionem familiarissimam habuit cum Ioanne, tutatus est eum, purgauit, & approbauit innocentiam illius apud Theophilum. Habemus Pontificem summum Ecclesiæ Anastasium, qui eximiâ erga Ioannem veneratione, & amore ad eum remittit epistolas: habemus Isidorum Theophili legatum, & Alipium S. Augustini, qui toto nixu suo, inter pendentes adhuc controuersias, & lites, Ioannis patrocinium, & tutelam totis viribus suscepère, & vltronei eius innocentiam protexerunt vtrique. Habemus Theophilum firmissimum Mastigem Origenistarum hæreticorum, qui Ioannis nostri suscepit validissimè partes, & epistolas mandauit in sui fauorem, & commendationem. Habemus Paulinum Episcopum Nolæ, qui cum Ioanne frequenter, & amicissimè communicauit: Augustinum, & Chrysostomum, qui strictissimam beneuolentiæ, & amoris necessitudinem cum Ioanne coniunxère, perquàm reuerentissimè tractantes eum tanquam hominem, qui primus in Pelagianos vexillum fidei Catholicæ suscitauit, & erexit, imperterrito in eos irruens, & inconcusso valore eorum delitia ad vsque infimiora tartara deiiciens, & in verbis Scripturæ Christi deuoluens. Militant quoque pro nobis, & Ioannis nostri inculpabili puritate, & notâ innocentia, rationes validissimæ, ex quibus tempora, temporibus attemperantes, demum, veritate vincente, in omnibus Ioannes innocen-

tissimus

tissimus aduersus nocentes illi nobilissimè gloriosus apparet, & gloriosum caput attollit.

3. NOTA.

Adhæc ergo inter multas vnam, eámque singularem, piaculum esset hic opprimere silentio, rationem, quæ stat in eo quod Deus hucvsque (quod legamus) nullum in legislatorem cuiusque Religiosi status elegerit, aut suscitarit, qui non comprobatus fuerit perfectissimus, & sanctus omnimodè vir. Et cùm, vt mox ostendemus, is fuerit Ioannes Patriarcha noster, ille idem, qui librum *De institutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium, ad Caprasium Montis Carmeli Priorem* scripsit: & ad eiusdem instantiam, & cæterorum Patrum votum, qui montem sanctum illum, sub Helianâ militantium disciplinâ, incolebant, eisdem vice Regulę dedit: quomodo tantus iste liber cū sacris dogmatibus eius (post Diuinam scripturam, post vitæ exemplar Heliæ, & Elisæi, post Euangelium Christi, & Apostolicas institutiones vt monstrauimus, adhuc in fronte primi huius Paradisi nostri in Icone depicta; & fusiùs Parte secunda, vbi de Regulis Carmelitarum sermo redierit, ostendemus) à Carmelitis vt susceptus fuit, susciperetur Regulæ vice, toto Ordine obseruandæ, vt obseruata est, per fermè octingentos annos vsque ad receptionem Regulæ datæ ab Alberto Patriarcha item Hierosolymitano? Certè Ioannes iste, si hæreticus esset, vel fuisset, aut vel saltem apud homines de hæresi suspectus aliquo modo iuris: neque à Deo legislator præscribendæ Regulæ Carmelitis (qui cor sunt Dei & pupillæ oculorum V. Matris eius Magnæ Mariæ in Ecclesia Christi) delectus fuisset, aut designatus; nec à viro & homine sic nequam tantus Ordo eam obseruandam sibi suscepisset: immò nec Ecclesiæ auctoritas suprema, multum Carmelitis, vel ab ortu primo, suo venerabilis, talem facultatem aut concessionem præstitisset nostro iudicio.

Tract. 2. sequenti.

4.

Quod si instet non nemo, quod post Regulam scriptam, & datam, Ioannes forsan fuerit derelictus à Deo: præterquam quod satis probatam dedimus suprà, eius omni tempore illibatam innocentiam, Respondebimus, certè, dedecere hoc aliquo modo Deum, qui prouidentissimus est, in disponendis suauiter cunctis: & verè non suauitas, sed seueritas, sic dixerimus, videretur, (saluis tamen inuestigabilis viæ eius & incomprehensibilis sapientiæ suæ iudiciis,) derelinquere virum virtutis tantæ, vt ex ea fuerit inuentus quondam aptus ad id vt legislator selectissimæ Religionis suæ constitueretur, toto poscente Carmeli Senatu maiore cum Sanctissimo capite eius Caprasio Priore Generali totius Ordinis Heliani; & illum illustrissimum legislatorem constituere, & designare: qui post modum sic viliter à fide Catholica & miserè ruiturus esset: Adhæc: Et quomodo? quo robore animi? quo spiritu, contentione, & amore, hominis in Origenistici gurgitis baratrum demersi, vel in pelagus cæterorum errorum, qui ei falsò adaptati sunt detrusi, Regulam viuendi, dogmata, institutiones, & doctrinam per fermè octingentos annos (hoc est ab anno quadringentesimo Nati Saluatoris Iesv Christi, vsque ad annum eiusdem 1171. in quo Patriarcha Hierosolymorum Albertus suam Regulam tradidit Carmelitis eisdem, vt adnotauit Thomas à Iesv lib. 1. Antiq. Carmelitarum, cap 11. ad finem) Heliæ filij, & Marianæ Religionis alumni nobilissimi obseruassent, & reueriti essent? Apage: suspecta cui non talis hominis dogmata essent.

Thomas à Iesu.

5. Nota argumentum ad hominem vt Dialectici loquuntur. Baronius.

Præterea notare hic sit, id quod illustrissimus Baronius, in adnotationibus ad Martyrologium Romanum cap. 7. ad medium præscripsit in illis: *Etenim, etsi olim sanctitatis titulus communior esse videretur, vt non solùm (vt hodie) illis tribueretur Christianis, qui vitâ functi in cælo regnant cum Christo, sed & quibuscumque laudabilioris vitæ fidelibus: datum tamen aliquando homini hæretico nemo dicere iure poterit* Cumque S. Paulinus, *Sancti* cognomento Ioannem nostrum designauerit, & S. Augustinus de gestis Pelagij cap. 14. & 17. vt visum est suprà, & alij illius sæculi, & de nouissimis non pauci; & quod maius iis est, non modò homines sub hac mortali trabea degentes, verùm, & cælites ipsi qui nec falli nec fallere possunt: Gamalielem adsignauimus inter eos, qui vt manifestas daret hominibus sancti Protomartyris Stephani & sociorum reliquias, ter, vel quater ipso Baronio referente tomo Annalium 5. ad ann. 415. sub numeris 6 & seqq. Ioanni innocentiam comprobauit: & certè; vt ipsemet edocet Baronius, relatio hæc magnam habet auctoritatem quippe Luciani Epistolam quam loco Annalium adducto recitat, in adnotatione Martyrologij Romani, ad diem tertiam Augusti sub littera A, sic commendat: *De integritate litterarum Luciani, quibus agitur de huiusmodi inuentione, nullus hactenus dubitauit: nullus etenim adstipulantur Gennadius de viris illustrib. cap 46. & 47 qui testatur*, &c. Sequitur ergo, ex eiudem Baronij testimoniis, aduersùs eum nostrum manere stabilitum assertum, & vi iuridica repulsam Cardinalis aduersantis eiusdem vim.

Baronius.

Gennadius.

6.

Nunc igitur partis vtriusque probationes vocantes ad trutinam fideliorem, & æquiorem, quis non videbit Illustrissimi Cardinalis Baronij rationes, exigui, & leuissimi certè ponderis esse, flexibilèque robur habuisse? & quidem in re tanta, qualis erat hæresis nota, magnum in Ecclesia Dei hominem polluere, & illustrissimum quemdam Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcham, tam fœda labe conspergere, & foedare? (maximè cum is talis, ac tantus bona multorum egregiorum pace, tot firmata sæculis, apud nationes omnes, & gentes Ecclesiæ Christi, iam decoratus fuisset nomine, & titulo *Sancti*: Ad quod probandum vnus pro multis nunc sufficiat Ioannes Molanus, qui quidem tantam habuit auctoritatem apud Baronium ipsum vt in Notis ad Martyrologium Romanum, Wastelio adferente; *Eius nec breuem schedulam aquanimiter præterire se non patiatur* affirmet Is ergo in additionibus ad Martyrologium Vsuardi, eo die, quo natalis Ioannis adnotatur, videlicet, vt adnotat Ioannes Carthagena, nobiscum semper militans pro Ioannis Patriarchæ innocentia, lib. 17. homiliarum sacrarum, homilia 1. de laudibus Carmelitarum sub obiectione 6. pridie Idus Ianuarij ipsum Ioannem inter Diuos Ecclesiæ non dubitauit adscribere adiungens

Vvastelius Apologia pro Ioanne Patriarcha contra Baronium. cap. 7. Carthagena.

gens eum Ordinis Carmeli fuisse professorem, opera pretiú ergo fuisset quod omnis ab omnibus bene cordatis scriptoribus cautio adhibita esset, & adhibeatur in posterum in perpendendis rationibus, fundamentis, & iuribus si quæ possent inueniri, solido nitentia argumento: postquam tam innocens vir, támque ab omni imposita immunis labe sic vilissimá macula labefactaretur.

7. Tum quoque, vt sic deinceps maxima adhibeatur solicitudo, in eo quod quique in Ecclesia Dei, vel in sæculo potentes studeant, & insudent, vt ab iniuriâ tantâ Ioannis persona, omni dedecore sibi imposito ablato, vindicetur: Et quod similiter vir, quem ex altissimo honoris, & nominis egregij vertice, nonnullorum vel maleuolentia, aut malè sensatus discursus deturbauit, ad summum curent vt iterum fastigium honoris, & decoris antiqui restituatur & redigatur: cùm adeò indebitè viri Patris gloria, & totius Carmelitici Ordinis decus, (cuius vitam, vt ipse satis apertè demonstrat in limine libri sui professus est) ex hac efferâ Origenistæ Pelagiani, seu Macedoniani voce, grauissimum detrimentum & dedecus patiantur. Cúmque illustrissimus Cardinalis Baronius (ex eo quod res, rebus, tempora, temporibus, & assertis, asserta non sic aptè perpensè, & rectè; composuerit, & attexuerit, in iis omnibus quæ quoquo modo ad decorem Ioannis Hierosolymitani Patriarchæ pertinere dignoscebantur, vel forsan, vt missa faciamus alia quia ad manus Cardinalis Eminentissimi liber de gestis Pelagij qui suo necdum tempore peruulgatus fuerat peruenisset. Quippe liber iste non est vulgatus vsque ad annum 1616 in quo prelis prodijt Coloniæ Agrippinæ, sumptibus Antonij Hierat,) confixerit in Ioannem crimina multa, lapis factus offensionis scriptoribus post eum, qui (vt pecudes, arietes, vel agni cicurem sequentes vsque ad præcipitia dextrorsum, vel sinistrorsum ex eo solùm quod cicur sit;) non dubitant sese aliquando media vel inter pericula conijcere iacturam suâ haud formidantes, & præuidentes vel ex eo solùm quod Cæsar Baronius præierit in asserto, nullo alio examine, interposito ab eis, illius sunt vestigia sequuti, vt in eundem lapsum deuenientes, innocentiam Ioannis scriptis quoque suis labefactarent: Dignum certè esset, quod ab Annalibus suis, omne id, quod honori, & decori tanti Patriarchæ Ioannis officere posiit, eradatur, ne serpant amplius tàm falsè prolata, tam dirè conficta, & tam inappositè conuiciata in virum nobilem istum, Ecclesiæ Dei Pastorem egregium, Doctorem insignem, & Carmelitanæ Religionis quondam Legislatorem nobilissimum.

Cap. 2.

* *
*

CAP. VI.

Gloriosa Patriarchæ Ioannis vitæ sanctitas, & mors insinuantur.

1. Supra datus. Suar. disc. 4. c. 3. n. 5.

R. P. Franciscus Suarius suprà datus, cap. 3. num. 3. affirmat Concilio Ioannem adstitisse Diospolitano, datæ anno à Christo salutis quadragetimo decimoquinto, Mense Decembri: & sequenti anno sub die duodecima Ianuarij obijsse felicissimum in Deo. Vidimus porro capite 2. Discursus istius, num. 2. fauores à Ioanne cælitùs acceptos in manifestatione reliquiarum: vidimus necnon sub num 7. Discursus & capitis eiusdem, illustri Prophetiæ dono fuisse signatum, cuius virtute latentem sub ementita forsan paupere, veste Theodosij Imperatoris dignouit Cæsaream Maiestatem; nunc iam quid, vltra hæc, historiographi referant videamus.

2. Paleonydor.

Ioannes Paleonydorus Batauus clarissimum quidem sacratum antiquitatum Carmeli lumen, etsi præcinctus, & anacephalæoticus auctor, libro 2. cap. 6. Tractatus sui Trimerici, de antiquitate, & Sanctimonia Eremitarum Montis Carmeli, multa, illáque illustrissima, vel à crepundiis, & iuuenili flosculo ætatis Patriarchæ nostri quanquàm succinctè delineat, quorum partem, nos iam in initio Apologematis illius prælibauimus, Præmissione prima, & numero 2. ex eodem Auctore, huc tu ea reuoca amice lector, ne tibi fastidio simus. Ioannes Leyden. siue, vt vocant alij Oudenius (de quo nos ad annum Christi Iesu 1479. Statu 4. Ætate 17. Paradisi nostri elogizauimus) lib. 5. cap. 67. Speculi sui Carmelitici, sic scribit de Ioanne nostro: *Sanctissimus Patriarcha Ioannes, post curationem duorum paralyticorum, & illuminationem vnius cæci, plenus dierum, & sanctitate, naturæ debitum soluens, viam vniuersæ carnis orans ingressus est; corpus autem eius in Ecclesia Hierosolymitana honore congruo sepelitur, multis clarus miraculis; nam in morte sui claudis multis gressum restituit.* Hæc Leydenius, siue Oudenius Water. Eadem refert Ioannes Grossi totius Ordinis Carmelitarum Generalis Prior in Viridario suo, claue 2. Prosper Aquitanicus, datus à Paleonydoro libro 2. cap. 6. sic fatur: *Ioannes Monachus ob vitæ puritatem, & Prophetiæ gratiam; quam à Deo meruit illustris habetur.* Reuerendissimus nobis multum Ioannes Trithemius Benedictinæ nobilissimæ alumnus familiæ, dictus Abbas Spanheimensis, libro de scriptoribus illustribus, in Ioanne, hæc: *Viuus, & mortuus*, ait, *multis clarus miraculis.* Petrus Lucius Belga in suo compendio historico cap. 10. folio 77. Impressionis Florentiæ, anno 1595. apud Iacobum Giunti, prorumpit in hæc: *Essendo soblimato al Patriarchato di Gierusalemme Giouanni Prior del Monte Carmelo, Dottor Greco, huomo santo, è chiaro de miracoli, viuo, è morto, &c.* Id etiam idem confirmat Molanus, qui, vt præcedenti iam capite dictum est, sub num 6. cum inter sanctos

Ioan. Oudenius.

Ioan. Grossi.

Prosper.

Trithem.

Petrus Lucius Belga.

Molanus.

Ecclesiæ in Martyrologio suo describit, vt eum sicut talem tota quondam Christi receperit Catholica Ecclesia: quod satis adsignant illustria epitheta, & agnomina, quibus illum reueriti sunt grauissimæ notæ auctores, tum dati in Elogio, tum alibi latiùs à nobis relati, & referendi. Nec immorere lector, in eo quod post Baronium multi, Cicurum in morem, vt dicebamus suprà, illius vestigia sequentes, vt solummodo sequerentur hominem scriptorem in S. Romana Ecclesia Dei Cardinalem constitutum, hoc Ioannem nostrum illustrissimo cognomine *Sancti*, minus cauti, debito in iure, denudarint: Nostra enimuerò contentio, & suscitata controuersia non in eo posita nunc est, vt eum Sanctum fuisse virum, heroicarum virtutum nitore mirifico pollentem, tueamur, etiamsi ad id iura nobis multa supersint; sed in eo, vt immunem ab omni hæresis crimine, aut adhuc fundata suspicione, iure vero, præsentemus, & iuri suo Catholici, Orthodoxique Doctoris omnino, ex toto rigore iustitiæ restituendus sit fama, nomine, & voce Orbis vniuersi: & si quid amplius, ab iis contendimus, sit vinum istud quod fecerant confessum confusionem suam qui illi dixère, Euge, Euge, malè malè.

In flore Sanctorú Carm. Hispan.

Nota.

3. Rursum, notius nihil est, quàm quod diuinum Officij Ecclesiastici quod vocant, pensum quotidianum, totius nomine persoluatur Ecclesiæ; id enim ad cultum Deo debitum, & persolutum publicâ pertinet oratione. Ita Doctores cap. 2. de reliquiis, & veneratione Sanctorum cap. 41. num. 3. Suarius tomo 2. de Religione cap. 2. num. 2. Constat ergo quod publicâ, & solemni oratione totius Ecclesiæ voce, & nomine factâ, Ioannes dictus XLIV. Hierosolymitanus Patriarcha huius nominis II. fuerit Sanctus appellatus, & nuncupatus vt talis ab immemoriali origine, cui non derogat Apostolicum præscriptum Sanctissimi Patris, & Domini Vrbani Papæ VIII. sub die decima tertia Maij anni M.DC.XXV. imò nec derogare potest ex vi sua, vt constat clarè ab authentico Apostolico exemplari; de quo mox iterum hoc eodem capite sermo est rediturus effusior; ergo cùm sit cultus immemorialis, iure nullo, tanto accedet spoliandus honore Patriarcha tantus, & iniuste Baronius Cardinalis Eminentissimus, & Reuerendissimus virum Ioannem illo denudauit, & quod maius, & acerbius est Origenistic. sectatoris, &c. nigredine candidissimam eius innocentiam decolorauit.

Suarius.

De quo diximus infra hoc eod cap. sub n. 15. & 16.

4. Supponimus vt notum, & manifestum ex Baronio eodem, Annalium tomo 5. ad annum 415. & ab iis, quæ ab eodem dedimus suprà, ex Præmonitionibus ad Martyrologium Romanum, quod apparitio illa facta Luciano, vt Ioanni deferret nuntium super Sancti Protomartyris Stephani reliquiarum inuentione, de hoc Ioanne nostro Patriarcha XLIV. Hierosolymitano, huius nominis II. de hoc tenendi, & credenda sit: contigit enim illa ad annum Christi, ex ipso Baronio 415. vt approbat ipse ibidem num. 1. qui annus penultimus fuit vitæ nostri Patriarchæ, & hoc principium est probatione non indigens, iuxta ea quæ illustrissimus Cardinalis Baronius in suis Annalibus scribit & docet. Hoc ergo dato:

Discurs. 3. c. 3.

5. In Breuiario, quo antiquitùs Segorictialacitensis vtebatur Ecclesia (antequam à Pio V. Pontifice O.M. Breuiarium Romanum ad correctiorem redactum formam acciperet) in Officio Inuentionis corporum S. Stephani & sociorum, sub die Augusti 3. in Antiphona ad Canticum *Benedictus* sic legebatur: *Egressus Lucianus Presbyter à S. Ioanne Episcopo, iussit, vt consurgerent omnes diluculo, & foderent in aceruo illo vbi putabantur esse corpora Sanctorum.* Et in Antiphona de secundis Vesperis eiusdem Officij, ad Canticum *Magnificat*, hæc recitabantur: *Hodie Sanctus Ioannes Pontifex, cum maximo Cleri, plebisque tripudio pretiosas Protomartyris Stephani reliquias in sanctam transtulit Ecclesiam Sion, vbi quondam Archidiaconatus functus est officio.* Ecce quibus vtebatur Ecclesia à tempore, cuius initij & originis memoria non extat, vt constat ex prelis Breuiariorum illius, cuius hucvsque vnũ inuenitur sub anno 1493. typis emissum; alterum autem sub anno 1517. vulgatum item prelo. Eisdem fuit vsa Cordubensis Ecclesia, vt constat ex Breuiario eiusdem Venetiis impresso sub anno 1489. typis Ioannis Hethmani de Yandoya, in quo ad Respõsorium vltimum tertij Nocturni festiuitatis prædictæ, sic recitabatur: *S. Ioannes Episcopus, lachrymatus præ gaudio, benedixit Dominum, & dixit ad Lucianum Presbyterum, oportet me inde transferre S. Protomartyrem Stephanum*, &c. titulus idem *S. Ioannis* designatur in dicto Breuiario, ad tertium Responsorium tertij Nocturni, & similiter in Antiphona prima, & tertia tertij Nocturni festiuitatis eiusdem Inuentionis corporum Sanctorum Stephani, &c.

Breu. Eccles. Segorictialacitens. quæ est Hispaniæ Segonia.

Breu. Cord. Eccles.

6. Tum item in Breuiario antiquo illustriss. Ordinis Prædicatorij, legere habebas eandẽ Antiphonam quæ in secũdis Vesperis præfati festi in veteri Segoniensi Breuiario legebatur: est & in alio Breuiario (quod asseruatur in Bibliotheca Regali manuscripta S. Laurentij Regalis ex Cœnobio Ordinis nobilis S. Hieronymi, dicti *del Escorial*) Antiphona eadem, quæ est de Officio laudum prima: *Regressus Lucianus Presbyter à S. Ioanne Episcopo, iussit*, &c. Et similiter in Responsorio tertiæ lectionis habetur sic: *Sanctus Ioannes Episcopus lacrymatus est*, &c. Præterea in eodem dicto S. Laurentij Regali Cœnobio duo adhuc extant Breuiaria sacra, alterum sub titulo Breuiarij Romani, & sine vllo titulo alterum, in quibus vtrisque, in lectionibus scilicet 5. & 6. extant verba eadem, quæ mox ex Breuiario sacro Toletano referemus: & similiter apud alterum, quod est in eadem Regali Manuscripta Bibliotheca, lectione 6. Breuiarium Ecclesiæ nobilissimæ Toletanæ, quæ Hispaniæ Primas tenet, asseruatum in illustri Ecclesiæ eiusdem Bibliotheca, cuius Breuiarij antiquitas, cùm multa sit, haud improbari valet, lectione quintâ Officij eiusdem, de inuentione corporum Sancti Stephani & sociorum, hæc habet: *Re veraciter, vt erat per omnia, compertâ; Beatus Episcopus* (notum est de Ioanne nostro loqui) *sub omni celeritate*, &c. Et lectione sexta, *Aderant tunc temporis testes miraculorum cum Beato Ioanne & Agstonius*, &c. Præterea Breuiarium aliud Segorictialacitense Lectione 6. vocat Ioannem

Breu. Ordin. Prædic.

Breu. Ordin. S. Hieron. del Escorial.

Alia eiusd. O. d. Breu.

Breuiar. Eccles. Tolet.

Breuiar. aliud Segoriciala... & alia duo. Breuiar. Carthus.

nostrum *Beatum*, & in duobus aliis, præter adducta, titulus legitur idem. Similiter in altero, cui titulus *Breuiarium Carthusianum*, qui in eadem est Bibliotheca, hæc verba leguntur: *Vade in Ciuitatē quæ dicitur Ælia, quæ est Hierusalem, & dic S. Ioanni qui est in ea Episcopus*, &c. Quod idem similiter habetur in Breuiario Cordubensis Ecclesiæ, Lectione 5. Et similiter in antiquo Breuiario Mentesensis Ecclesiæ vulgò de Iaen à RR. D.D. Stephano Gabriele Merino Archiepiscopo Barensi, & Mentesensi Episcopo, reformato sub Capitulo, & Concilio eiusdem Ecclesiæ, Hispalique impresso per Iacobum Combergerum Alemannum; anno 1528. Lectione 6. leguntur ista: *Aderant cum Beato Ioanne testes miraculorum*, &c. Et in Breuiario Antiquo Nobilissimæ S. Hieronymi Religionis, quod excerpsimus ex Bibliotheca regali Regalis Cœnobij S. Engratidis Virginis & Martyris huius nostræ Ciuitatis Cæsaraugustæ, legimus eademmet verba, quæ in Breuiario Toletano, dato suprà: Quibus adiicimus item Breuiaria duo, adhuc & tria Manuscripta (quorum Titulus est *Breuiariū Ecclesiæ Rotensis*, & quorū origo vix decerpi potuit, è membrana vetustissima nimis, in qua scripta adsunt satis eleganti charactere) excerpta quidē à nobis ex antiqua Bibliotheca antiquissimæ, & nobilissimæ Ecclesiæ illius Cœnobij, Canonicorum Regularium sanctissimi P. Augustini ad Pyrenæi Montis siti radices in nostri Aragonum Regni parte.

Breuiar. Cordubens. Eccl. Breuiar. Mentesensis Eccl.

Breuiar. Ordin. S. Hier. ex BB. Cœnobij S. Engratidis Cæsaraugustan.

7. Quæ sanè Ecclesia suâ antiquitate multum nobilitata quondam in Ecclesiā Cathedralem, sub Odisendo primo eius Episcopo suscitata fuit, datæ salutis anno 957. tempore Vastationis Sarracenicæ in Hispania, & ab ea, post tempora, translata sedes in Illerdam, anno Christi Saluatoris 1149. Quā annorum intercapedine constat, ex Archæo eiusdem Cœnobij, & Ecclesiæ (quod nos sedulò perlustrauimus, vt nonnullas sacras ab illo, Regni nostri Ecclesiasticas antiquitates excerperemus, dum iam hucvsque per quinquennium integrum, immò sexennium, Aduentuales, & Quadragesimales concionum cursus indidem perficeremus) sequentes illam obtinuisse Episcopos Sedem, inter alios, quorum memoriæ & nomina latent.

Rotensis Ecclesia nobilis & antiqua memoria op portunā digressione adducta.

8. In primis Odisendus, anno 957. sub quo sedes erecta fuit. Post quem constat, apud Episcopos Vrgelitanos hanc Rotensem sedem fuisse per annos 114. vsque dum Sanctius Ramirius Rex de eorum manu reportauit illam, & dedit Ornulfo; vel, vt aliis, Arulfo, sub anno 1071. in quo is secundus est constitutus Rotensis Episcopus. Post quem creditur sedisse Aymericus: post Aymericum, (regnante Philippo quodam, an Galliæ, an alibi in ancipiti est, dum de anno constet apertè) Salomon, sub anno 1109. (cui, ex vetusta constat ibidem Scriptura, donatam esse Ciuitatem Barbastrensem, vbi de Sarracenorum est manu redempta. Post Salomonem, Arnulfus, qui sub anno sedit 1032. (est alter omnino ab Orulfo, siue Arulfo, non idem, vt malè noster credidit Zorita in Annalibus suis.) Post Arnulfum Raymundus Dalman, sub anno 1088. Post Raymundum Dalman, Lupus, sub anno 1096. Post Lupum Poncius, sub anno 1101. Post Poncium, Sanctus Raymundus, (qui cùm simul esset Episcopus Barbastrensis, & Rotensis, in Rotensi Cœnobio quieuit in Christo, ibique sepultus est; eius corpus honorifico Sarcophago tectum cum Pontificalibus suis asseruatur integrum ibi; vbi vsque in hanc diem, miraculorum gloriâ clarus elucet, à populis vniuersè nuncupatus pro vario languorū genere, & pluuiæ necessitatibus, populis maximâ ad eum vndique frequentiâ confluentibus; sub anno 1110. Post S. Raymundum Stephanus, simul Barbastrensis, & Rotensis Episcopus, qui sedit sub anno 1130. Post Stephanum Ramirius electus Rotensis Episcopus, sub anno 1131 fuit Rex Aragonum iste. Post Ramirium, Gaufridus, sub anno 1136. Post Gaufridum, Guillielmus Perez, sub anno 1139. simul Episcopus sedens hic, Illerdensis, & Rotensis. Post quem vsque ad annum millesimum centesimum quadragesimum nonum, tres, vel quatuor Episcopi sederunt simul Illerdenses, & Rotenses adnominati. Inter hos alter inuenitur Episcopus, Burcellus dictus, quo autem sederit anno, latet omnino: dum apertè constet tanquam Episcopum Ripacurciensem (quod idem est ac si dicatur Rotensis) consecrasse Ecclesias locorum Fals, Tolbæ, & Sagartas.

Zorita.

Hæc omnia fideliter damus excerpta ab Archæo præfato Rotensi, quæ in gratiam tanti Capituli, & Ecclesiæ nobilissimæ opportunā digressiunculā ad futuram rei memoriam, libare hîc placuit; vt aliqualem beneuolentiam erga illustrissimos & Religiosissimos Canonicos, in animi grati ostentum aliquale exhibeamus, cùm non sic vulgara hæc contitent, vt facilè ad manus omnium peruenire possint.

9. Igitur rem iam redeuntes ad nostram in illis Rotensis Bibliothecæ Breuiariis, prorsus eadem, quæ in Breuiario Toletano perlegimus, cùm hoc in vno illa conueniant, vt verbis eisdem datis, Ioannem nostrum *Sanctis* cognomine indigitent. Tandem, ne tot congeramus, quæ fastidio esse lectori possint (etsi in re tam graui, & opportuna, in qua non quid minus quàm pro Indigetis vnius, quod suaderi ex dictis facilè potest, decore, gloriâ, nomine, & famâ nobili dimicamus, Breuiarium his subiicimus antiquum Carmelitarum, in quo sub die duodecima Ianuarij, eiusdem Sancti Ioannis festum concelebrandum, tanquam de S. Ordinis Carmeli solemniter designabatur in Ordine toto, sub duplicis officij solemnitate, vt est videre in Bibliothecis insignioribus Ordinis nostri, in quibus & Missalia, & Breuiaria reseruantur antiquiora Et legimus, & vidimus nos in Conuentu nostro Erganicensi, adhuc & in hoc nostro Cæsaraugustano nonnulla.

Breuiar. Rotens. Eccl.

Breu. Carmel.

10. Ad hæc Ioannes Molanus in additionibus suis sæpè à nobis meritò repetitis, ad Vsuardi Martyrologium, sub die duodecima Ianuarij hæc habet; *S. Ioannis Episcopi Hierosolymitanæ Ecclesiæ Ordinis Carmeli.*

Ioan. Mola.

Circa quod Molani testimonium nunc hîc liceat adnotare magni illud sanè esse pro Ioannis Patriarchæ nostri innocentiâ, & vitæ puritate, ponderis & momenti: cùm certum sit, ex cōmuni sapientissimorū asserto, tradēte Turriano Societatis

Luis. Turr.

tis Iesu nobili Doctore, selectarum Disp. Theol. part. 1. disp. 55. nunquam fuisse in Ecclesia Christi morem venerandi homines mortuos, tanquam sanctos, antequam publicâ auctoritate legitimorum Iudicum Ecclesiarum essent recepti, & approbati. Probat assertionē auctoritate S. Aug. Tom. 7. in breuiculo collat. cum Donatistis in collat. tertij cap. 13. & Optati Mileuitani lib. 1. contra Donatistas: subdit posthæc Turrianus idem: legitimi autem iudices erant Romæ Pontifices Romani; in Prouinciis autem Episcopi, & Concilia Prouincialia, & propter hanc causam Clemens I. qui sedit annis Christi 93 Anterus, & Fabianus, qui sedere 237. & 238. constituerunt salubriter septem Notarios, qui acta Martyrum diligenter inquirerent, vt Romani Pontifices [illegible] probarent, quòd tradunt Damasus, & Anastasius Bibliothecarius in vita Clementis, Anterij, & Fabiani, & [illegible] ipse in epist. 1. ad Eccl. Cathol. & ministros. Addit: In Prouinciis autem Episcopi, qui olim poterant Sanctos canonizare (antequam hoc ius sedes Apostolica [illegible] de causis sibi merito reseruaret) tum ex Apostolica traditione, tum ex Constitut. Romanæ Ecclesiæ, omnem etiam diligentiam adhibebant, vt Sanctos probarent antequam populis Fidelium proponerentur colendi, vt colligitur ex S. Augustino, & Optato, *locis allegatis*: & ita certè oportuit constituere, ne in cultu, & veneratione sanctorum, quod est magni momenti in Ecclesia Dei, Fideles deciperentur, eos pro sanctis, & amicis Dei venerando, qui inimici Dei essent: & hæc olim initio nascentis Ecclesiæ, & omnibus deinde sæculis inuiolabiliter obseruata fuerunt, in Martyribus recipiendis, in quibus minor quàm in Confessoribus approbandis difficultas esse poterit. Et, [illegible] tius semper fuit habitus, qui publicum cultum alicuius Martyris, aut Confessoris nondum probati in Ecclesia voluisset inducere. Præterea, illud omninò certum est, & exploratum, probatos tantum publicâ auctoritate Ecclesiasticâ Martyres, & Confessores fuisse in Catalogo sanctorum in Martyrologio S. Romanæ Ecclesiæ relatos. Tum etiam in Confessoribus probandis maiorem, vt dicebamus, diligentiam adhibendam constituit S. Romana Ecclesia, quàm in Martyribus, propter rationes, quas adducunt Canonistæ in cap. 1. *de reliq. & vener. Sanctorum*. Vbi Innocentius num. 1. in fine. Hostiensis num. 6. in fine. Vers. *licet autem*. Ioan. Andreas [illegible] in fine, Vers. *licet autem vita*, & [illegible] Et quia veneratio hæc, & cultus Sanctorum vna est de maioribus Ecclesiæ causis, in qua cum multa cautela procedere oportet, ideo sedes Apostolica vt [illegible] omnia peragerentur Canonizationem Sanctorum specialiter sibi reseruauit: & solùm ad Papam absolutè nunc spectare canonizationes Sanctorum Martyrum, aut Confessorum, &c. & illos populis proponere [illegible] sanctos in Ecclesia Dei venerandos Canon [illegible] communiter docent, & probat [illegible] in dicto cap. [illegible] Alexander III. qui sedit annis 1160 & idem [illegible] de [illegible] tione, quæ est quædam [illegible]

S. Augustin. Opt. Mileu.

Damasus. Anast. Bibl.

Innoc. PP.

Hostiensis. Ioan. Andr.

Alex. III.

anonymum, cuius constat tam, auctorem fuisse celeberrimum nostrum Aragonensem ab oppido de *Villareal de los Infantes* oriundum Franciscum Peña Rotæ Auditorem in Romana curia. Ex omnibus [illegible] quam præuia deliberatione, qua [illegible] [illegible] Ioannes Monachus [illegible] Ecclesiæ [illegible] Catholicæ [illegible] Cardinalis Baronius [illegible], vt dictum est capite præcedenti [illegible] vt inter S. Ecclesiæ [illegible] publicè in Ecclesiis proponeret Ioannē Hierosolymitanum Chōtarchum, qui ab Ecclesia vniuersali reciperetur, vt sanctus pronunciandus inter sanctos, non paucis mensibus, & annis.

Franc. Pena

Præterea Richardus Ardmachanus, aliis Armachanus [illegible] in sermone de Conceptione Virginis Mariæ [illegible] Ante [illegible] ad [illegible] [illegible] Episcopus [illegible] Sanctorum inter Episcopos [illegible] in [illegible] *De [illegible] Episcopis, & eorū successione*, refert Ioannē nostrum [illegible] Venet. [illegible] litani, referens Ordinis sanctos, sic ait: *S. Ioannes* [illegible] Venerabilis Pater Michaël à Fonte in Catalogo Sanctorum [illegible] sequutus Philippum à S. Iacobo, qui in Catalogo [illegible] anno [illegible] 1590. [illegible] Thomas [illegible] Stephanus [illegible] Ioannes [illegible] & sæpe [illegible] [illegible] Sorbonico Doct [illegible] ct: & [illegible] editum ab eodem [illegible] ter filiatis anno 1618. Coloniæ Agrippinæ [illegible] pensa, opera, & studio doctissimorum [illegible] [illegible] Coloniæ Agrippinæ [illegible] & plurimis opusculis locupletata: Tomo, hæc [illegible] [illegible] seculo quarto [illegible] ptorum opera Chronologia annorum series) adfert Ioann [illegible] librum integrum *de institutione*, &c. sub hoc illustri titulamento: *[illegible] Ioannis Hierosolymitani Liber [illegible] Monachorum in lege veteri exortorum, & in nouis perseuerantium, ad Caprasium Monachum*, &c.

11. Armachan.

Episc. Equil.

Bapt. Venet.

Michael à Fonte.

Phil. Sātiag.

Thomas à I. [illegible]

Catalogus [illegible] Lib. Magist.

Margarin. [illegible]

Venerabilis Coloniensis.

Adhuc in viuis agens Ioannes noster, sæpenumerò [illegible] lis, & apparitionibus suprà relatis. Post mortem [illegible]: Obiit die [illegible] anni vt [illegible] CCCCXVI. [illegible] ta quod paulo [illegible] post [illegible] [illegible] dum [illegible] Carthaginense, & Mileuitanum, [illegible]

12. [illegible]

fuisse CCCCXVI. & cùm acta, & relationes horum, iam ad manus Diui Patris Augustini peruenissent; nondum tamen Palæstini Concilij receperat relata, vt ipsemet insinuat Epistola 106. quæ est ad Bonifacium, siue, vt habebant Codices alij, ad Paulinum in eis: *Missa sunt itaque de hac re ex duobus Conciliis Carthaginensi, & Mileuitano, relationes ad Apostolicam Sedem, antequam gesta Ecclesiastica, quibus apud Episcopos prouinciæ Palæstinæ Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Aphricam peruenissent.* Habes ea in prima columna Epistolæ, folio centesimo sexagesimo primo, Tomi secundi, Impressionis Coloniæ Agrippinæ, anni 1616. Itaque quod in illo libro *de gestis Pelagij*, de Ioanne nostro refert, post mortem eiusdem intelligendum est. In eo igitur illum Sanctum vocat capite decimo quarto, decimo septimo, & trigesimo. Idacius Bracharensis Antistes, qui scripsit à morte Ioannis, Olympiade ducentesima nonagesima octaua, numero vigesimo primo, sic ait: *Hierosolymis Ioanne Episcopo Præsidente sancto*, &c. Et Olympiade 303. *Quo tempore Sanctus Ioannes, & aliqui, quos suprà diximus, obierunt, vel quis Ioanni antè Iuuenalem successerit, sermo breuis scriptoris non reddit.* Nota lector, quòd Ioannem Sanctum cognominet, & non Iuuenalem, sic similiter Episcopum, cùm hæc scribat anno 13. à morte eius, & constet ex Baronio, ad annum 419. num. 45. fol. 709. Moguntinæ, tunc iam esse Iuuenalem Episcopum. Theodoretus lib. 5. cap. 37. sic de Ioanne: *Hierosolymis autem post Ioannem illum admirabilem mortuum.* &c.

S. Aug. tom. 2. Epistolarū.

Idac. Bracharens.

Theodoret.

13. Obiter hìc perpensione perpendatur, quod in Breuiariis adductis, nulli ex Episcopis, qui cum Ioanne in Inuentione corporum S. Stephani, & cæterorum Sanctorum, adstiterunt, cognomentum *Sancti* tributum esse, vnum si demas Ioannem. Et certè initium huius illi impositæ nomenclaturæ nobilis, quando fuerit, ignoratur omnino, sic est antiqua & ab antiquis; scimus tamen in omnibus Bibliothecis veterum Patrum, quæ vsque ad tempora Baronij circumlatæ sunt, hoc cognomine, & supertitulatione insigni Ioannem fuisse donatum, qua, bonâ omnium pace huc vsque toto in Orbe potitus est: ita vt à tempore, cuius memoria non extat, bonâ maiorum, & meliorum gratiâ Ioannes *Sancti* titulo gauisus sit, vsque ad Eminentissimum Cardinalem Ecclesiæ Cæsarem Baronium, qui alia fundamenta pro suo haud vocans asserto præter adductas suspiciones, & contentiones super Origenis doctrinam satis certè leuidensi Cæsaris sensu, vt vidimus suprà) libuit illum excelsum virum tam glorioso nomine denudare, & Origenistæ nomine labefactare inulte non obstante, quod per mille ducentos, & amplius annos ingenuo nomine, Ioannis nostri sanctitas præualuerat, tempora, obliuionem, & liuores euincens. Ex quibus omnibus quàm insuperabili iniustitiâ, & enormi sui iuris iniuriâ, hoc tam illustri honoris, & decoris agnomine priuetur tantus homo, satis erit perspectum vel lippis, & cæcutientibus oculis, eorum omnium super quos cecidit maleuolentiæ ignis, vt non viderent Solem, & radios virtutum fidei, & sapientiæ Catholicæ tanti Patriarchæ, vel nubibus ignorantiæ caliginati vltra vt non discernerent serio veritatem puriorem pro iustitiâ, & rectitudine Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani huius nominis II. & numero à S. Iacobo XLIV.

14. Ad hæc, si ex vnâ parte composuerimus sublime auctoritatis mulæ fastigium, tantarum sanctarum Ecclesiarum, Religionum, & Doctorum (inter quos reuoco Menæum sanctorum Petri Galesinij), Molanum cuius, vt iam insinuatum habemus, apud Baronium ipsum tam sublimis fuit auctoritas, semper, vt capite 9. Præludiorum ad Martyrologium Romanum ingenuè hæc de illo fateatur: *Equidem tanti viri de Ecclesia Dei, & veritate Catholica optimè meriti, nec breuem schedulam deperire æquanimiter patior.* & cæteros sanctos Doctores & Auctores, qui Ioannem nostrum venerati sunt, tanquam sanctum, & Indigetem) & ex alterâ, pro qua contra Ioannem eum contendens Origenistam fuisse Baronius insistit, quis non Cardinalem illustrissimum, aduerso sibi depugnasse Marte dignoscet? Quis audebit asserere, errasse Galesinium & Molanum totius Latinæ nomine Ecclesiæ, Sanctorum Menæum, aut Martyrologium offerentes in quo Ioannem inter Diuos adscribebant, priuatas Ecclesias, Religiones, sanctos Episcopos, Doctores, & auctores (& demum almam Coloniæ Agrippinæ Theologorum, & Professorum scholam vniuersam) qui sanctorum officia comprobauère, in quibus voce apertâ, oratione, & officio solemni publico, vel scriptis illustrioribus *Sanctum* aduocauerunt Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum à S. Iacobo XLIV. & huius nominis II. Absit, absit; abigatur procul futilium Baronij caligo rationum, & ab illuminato veritatis oculo assertionis sic falsæ caliginosus fumus abscedat, vt Sole clarior de puritate Ioannis, & comprobatissimæ innocentiæ suæ limpidus radius eluceat, vt sit nomen eius benedictum in sæcula.

Baronius.

15. Præterea *Sancti* titulo, & nomine insigni quemquam decorare species quædam est beatificationis: pro quo, hoc glorioso signo, publicâ oratione nuncupare virum, idem sonat quod totius nomine Ecclesiæ illum publicè & solemniter venerari, quod quidem nisi pro Indigetibus, prohibitum est, vt adnotant Bellarminus de Sanctis lib. 1. cap. 10. Sanctius lib. 2. summæ cap. 43. Et super hos adhuc vt ad recentiora deueniamus testimonia, Vrbani Octaui decretum recens extat in Generali Congregatione S. Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita, feriâ V. sub die 13. Martij, anni 1625. in Palatio Apostolico, in Vaticano, coram S. D. N. D. Vrbano diuinâ prouidentiâ Papa VIII. ac Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus, à S. sede Apostolica specialiter deputatis: cuius exemplar decreti, cui initium est, *SS. D. N. sollicitè animaduertens*, &c. in integrum vidimus deferri à Iacobo Granados Iesuita, in Cõmentariis ad 2. 2. S. Thomæ, Cõtrouersiâ I. de fide, tract. 7. disp. 4. sect. 5. In hoc ergo decretum est, quod nullo in scripto, typo, aut manu exarato cognomẽ *Sancti*

Bellarm. Sanctius.

Iacob. Granad. Soc. Ies. Doct. ...

tribuatur vlli, qui ab Ecclesia vt talis non fuerit designatus, non obstante, quod hæc in iure prohibitio haud facta sit, taliter vt hæc appellatio non fiat totius nomine Ecclesiæ. Et licet decretum istud nuperum sit sed tam. vt vidimus n.10. ex doctrina Turriani, & Pionæ antiqui sensus Ecclesiæ vires renouauit.

16. Igitur, cum in publicis officiis, & orationibus, titulus iste *Sancti*, Ioanni sit datus tacito, & noto Episcoporum assensu; ad quos antiquitus vt supra dicebamus num. 10. illo istius capitis 6. attinebat in Diœcesibus suis Sanctorum Canonizatio, & adnotauit Waldensis noster, de Sacramentalibus Titulo 14. cap. 121. & Bellarminus cap. 8., & vel Pontificis summi approbantis officia, & ea quæ publicè in vniuersâ Ecclesiâ Christi leguntur, (adeò vt, hæc obiter notare liceat, grauissimus ille Societatis nobilissimæ Iesu Doctor, nuper datus, Controu. 1. de fide Tract. 7. Disp. 3. sect. 3. in 2. 2. S. Thomæ Angelici doctoris, hæc verba ad rem nostram adducat: *Nec minus propria, & vniuersalis canonizatio censeri debet ea, quæ non solum Martyribus propria est, sed ad Confessores, & Virgines extenditur, consistitque in eo quod auctoritate Ecclesiæ vniuersalis, & Summi Pontificis in diuinis Officiis publicè ab omnibus Ecclesiis recenseantur, aut aliter omnes Ecclesia audiente, & tacente Papâ, conspirent, in approbanda alicuius sanctitate, vt bene Azorius Tomo secundo, libro quinto, capite sexto, quæstione tertia. Vnde existimo verissimum cum doctis recentiorum, quos consului, censeri debere canonizatos ab vniuersali Ecclesia, & Summo Pontifice omnes illos, qui in Martyrologio Romano continentur; etenim de illis tanquam de viris sanctis fit mentio, & solemnis memoria in vniuersali Ecclesia, in qua per annum singulis diebus recitantur, qui tunc obierunt; & Summus Pontifex præcipit id fieri, vt patet ex motu Gregorij Decimiquinti: qui præfixus est prædicto Martyrologio, vbi etiam hortatur eos, qui priuatim recitant, vt eodem Martyrologio vtantur; & sine limitatione semel, & iterum appellat Sanctos eos, qui in illo continentur, dicitque eos singulis diebus recenseri ad eorum laudem, ad fructum nostrum, ad Deique gloriam. Non est ergo dubium quin vniuersalis Ecclesia, & caput illius eos omnes, tanquam sanctos veneretur & colat, ac proinde eis deferri possint illi honores, quos supra retulimus in prima sectione.* Ita Granados hucvsque.

Vvald.

Bellarm.

Iacob. Granados Soc. Iesu.

Io. Azor.

17. Patêre potest ex his quàm multo iure, & auctoritate ex Ecclesiarum singularium auctoritate, & iure sic vetusto Ioannes noster, vt Sanctus quondam veneratus sit, & habitus (ex vi virtutis & illibatæ innocentiæ suæ) vt talis. (Cùm auctoritas, quæ nunc ad vniuersalis Ecclesiæ Caput, ordinatione suâ, & dominio aduocata est in re Canonizationis, siue Beatificationis Sanctorum, dubio procul quondam fuisse apud Patriarchas Episcopos, & Ecclesias, vt dicebamus ex Waldensi, & Bellarmino, compertum sit) Ex vi, & virtute cuius auctoritatis, sanè credimus, nec singulares Ecclesias, Patriarchas, aut Episcopos errare potuisse in adscribendo, vel in officiis publicis, vel in Martyrologio illo adducto inter Diuos Ioannem nostrum. Ex quibus omnibus hoc vnum compertum volumus, & manifestum manere, quòd tantum abfuerint Ecclesiæ, & Præsules earum, vt eum tanquam hæreticum, & infidelem Christo, fideique Catholicæ censuissent, quod non eo minus quàm *Sancti* titulo condecorarint. Et sanè exigui momenti res ea non est; quia non vt quidam Doctor scribit, sic latissima erat vocis significatio priscis temporibus, vt salutarentur inter Christianos, Ecclesiasticâ dignitate conspicui, præsertim, qui hæretici essent, aut fuissent, si in hæresi perstitissent. Satis communem vocem fuisse Christianis præsertim Ecclesiasticis istam cum S. Augustino lib. 4 contra duas epist. Pelagianorum, fatemur, non tamen ad hæreticos datam vnquam concedemus. Vnde si priscis illis temporibus Patriarcha Ioannes hæreticus habitus fuisset neutiquam *Sancti* nobili hac cognominatione donatus esset. Scimus S. Bernardum vocasse Malachiam sanctum statim à morte: & vitam eius, vt veri Sancti descripsisse: S. quoque Thoma sanctũ Bonauẽturam adhuc in carne mortali peregrinantẽ, esse vocatum: S. Catharinam Senensem in epistolis suis perpetuò Sanctam vocare recenter mortuam Agnetem à Monte Politiano: vulgus omne ferè S. Teresiam Virginem dum inter viuos ageret S. Matrem appellasse communiter: & alia id genus multa exempla dare possemus, sed vide qui, & quales fuerint isti, & istæ, vt mererentur illustrissimam hanc nomenclaturam conspicuis multis virtutibus suis, qui non sanè decorati fuissent si infideliter vixissent.

18. Ad hæc pro hoc tandem sit notare, quod antiquus mos canonizandi viros virtute insigni pollentes, solum stetit in eo quod publica, colerentur veneratione, sicut Sancti tacito, vel expresso Pontificis summi, vel Episcoporum assensu, vt notant Azorius Tomo 2. libro 5. cap. 6. quæstione 3. & Bellarminus lib. 1. de Sanctis, cap. 8. Ex quo liquet, quod asserere Ioannem indignum fuisse vocari Sanctum idem sonet, ac si dicatur Episcopos, imò & Põtificem Summum, errauisse in eo quod permiserint publicè illi exhiberi venerationem, & cultum, vocando illum Sanctum, quod est contra communem Doctorum sententiam; de qua, & his quæ ad rem hanc pertinere dignoscuntur videatur (vt omittamus alios) qui sufficit vnus pro multis sanè sapientibus, Iacobus Granados Controuersiâ 1. de fide, maximè Tractatu 7. de Capite militantis Ecclesiæ, Disp. 1. 2. 3. & 4. Nunc iam hæc dicta sufficiant, pro Innocentia Ioannis nostri Patriarchæ Catholici, Orthodoxique in Ecclesia Dei Doctoris, & Magistri.

Granados.

19. Si tamen id vnum in Tractatus istius, & Capitis calce addiderimus, stantes semper in eo, quod suspiciones conceptæ à S. Hieronymo de Ioanne Patriarcha, ex rumusculis ab aliis acceptis quæ initium quidem fuêre suscitatarum inter eos contentionum, illustrissimum Baronium adduxerint vt crederet Ioannem nostrum quasi Origenisticæ sectatorem, & amatorem farinæ habendum meritò fuisse. At hoc sanè, neque mirum, neq; nouum nec insolitũ fuit, vel à sæculis anterioribus adhuc inter gigãtum spiritus, & sanctimoniæ viros & Patres) similes videlicet contentiones & dissidia, sancto & puro zelo suborta,

id Deo Optimo, Maximo sæpè permittente, vt aucta per iustos, adhuc in Dei Sanctis, & amicis fidelibus tribulatione, tantò pretiosiorem coronam acquirerent ex ea, quantò probatio fidei pretiosior à Sanctorum manibus qui fidei ex zelo meliori solummodo ducebantur, & commouebantur, exorta prodiret.

20. Nota.

Non æque ergo, ex eo quod vnus sanctus vir de alio diiudicarit, aut senserit, quod in crimen al quod delapsus esset, ideo is iuste peccator fuit habendus, & diiudicandus; quia verè: quę zelus, & fidei melioris seruandæ dilectio, sic forsan vt mala in altero diiudicabant, haud dubium est, quod ex intentione, & circunstantiis diuersis, omnino esse bona possent. Nec quidem ex eo, quod probus quisque in alium deferendo, & vertendo illi crimina, aut crimen insurrexerit, credendum certò est, quod accusatus securè peccauerit, aut errauerit, nam certè ille homo est, & falli potest vt homo, & suadibile est, quod omnino, saltem aliquando, accusatus innocens existat, sicut quod accusator inculpabiliter accuset zelo ductus, & innocuâ intentione.

21.

Quis subortas enarrabit inter Sanctum Bernardum, & Petrum Cluniacensem, controuersias, & dissidia, dum is (quem parem sanctitate cum Sancto Bernardo reputat Baronius, & de eo non dubitat ista deponere Tomo Annalium 12 ad annum 1158 impression. Romanæ, anno 1607. *Certè quidem magnum ipse Petrus specimen edidit Christianæ charitatis & obseruantiæ erga S. Bernardum, quem mirificè coluit, & amauit, & eidem in omnibus controuersiis didicit deferre.* Et paucis subiectis addere: *Hac ad S. Bernardum Petrus meo sententia, sanctitate, quæ per dilectionem operatur, ipsi non impar;*) cum mellifluo Doctore tamen contenderet, imò adinuicem vtrique super Regulæ obseruantias quisque in alterum, quod aduersè sentiebat iniciens. Quippe Bernardus, Cluniacensium relaxationem obiurgabat, vt constat ex Apologia eius; Petrus verò in Clarauallem, adhuc & in Cistercium omnem singularitatem, quæ hypocrisis aliquando diiudicata est, refellebat: vtrique mehercle, solo Dei zelo commoti ista disputantes, & super ea dissidentes innocenter: vterque respectiuè damnabat ea, à quibus contendebat effugere; vnus in Petro Bernardus seueritatem, & vitæ facessere cogitabat seueritatem, quæ sanè imitata, atque sequuta sectatores posteros in desperationem credebat forsan prouoluere posse: vnus è contra in Bernardo Petrus, nimiam suauitatem, & conuersationis familiaritatem, & dulcedinem indolis, quæ forsan ad laxissimam vitæ formam Cistercienses sanctissimos lacessere posse credebat. Sed certè ex his neuter crimine dignus erat, cùm neque ex vtrorumque sensu, iudiciôve remaneret, quod Petrus odibilem hypocrisim diligeret, nec Bernardus laxioris vitæ amaret semitas, siue vias; immò vtrique egregij maioris gloriæ Dei, lucrique spiritus, & animarum, quas in omni opere bono, & rectissimâ fide, & charitate ardentiori dirigebant, zelatores pugnabant inuicem. Petrus, inquam, pro sublimiori in animabus discipulorum suorum augenda perfectione laborans, Bernardus verò, vt erat mitissimus & cordis, pro miseratione, & lenitate propaganda, & protrahenda desudans, hoc vno in desiderio ambo æquales incedentes, vt plurimos ad cælestia dirigerent, Tum ille qui damnabat eum, qui semitam, quæ plures caperet ostendebat, credens sic per eam eos reddere virtute maximâ nobiliores: tum is, qui damnabat illum, qui viam parabat sectatoribus, per quam crederet ad laxitudines facilè ituros, vt per lenitudinem, & amorem. Sed verè vterque vnum Deum, & Dominum prouidebat in conspectu suo semper, quis à dextris erat ne commouerentur, & quorum scrutabatur intima cordis, & oculi sine intentionis amborum gratus sacrificia recipiens. Ita vt rem referens Baronius loco supra allegato, hæc de vtrisque memoria verba digna protulerit: *Porro etsi inter duos magnos istos viros altercatio aliqua intercessit, cum quisque opinionem veritatem se tueri crederet: tamen non tantum charitas læsa non est, sed sicut ignis exagitationibus magis incenditur, ita maioribus contentionibus magis, magisque aucta in flammas semper vehementioris amoris erupit. Positi ambo in exemplum in Ecclesia Dei Religiosis omnibus de mutua inter se pacis, & charitatis vnitate in controuersiis etiam solitis seruanda.* Ista Baronius: quæ quidem facillimo iure nos; nostris cum Ioanne altercantibus, super suspicione concepta de Origenistica labe, adaptare possemus.

Baron. tom. 12 ad ann. 1138. & 1145 impress. Roman. ann. 1607. Et vidend. S. Bern. ep. 277.

S. Bernard.

Petrus Cluniacensis videndus maxime lib. 5. epist. 16.

Baronius.

22. Baronius.

Super prohibitione aut admissione operum Origenis, referente Baronio, Tomo 5. ad annum 402 num 102. fol. 196. Moguntinæ, contenderunt inter se sancti Chrysostomus Constantinopolitanus Patriarcha, & Epiphanius Constantiæ in Cypro Episcopus (vt alias prætereamus SS. Patrum contentiones similes, non paucas, quas legere habes apud Annales ipsius Cæsaris Baronij, maximè Tomo 4. 5. & 6. & est iis maius, quod vsque ad minas processerit contentio mutuas, & quidem quod in eis vterque Sanctus spiritu actus prophetico fuerit eloquutus: vt dixerit S. Epiphanius ad S. Chrysostomum: *Spero quod non morieris Episcopus:* & Chrysostomus vicem rependens Epiphanio: *Spero te ad Ecclesiam tuam non peruenturum:* in quibus vtrique, exitus acta probarunt; Cum constet ex actis vtrorumque, quod Epiphanius in mari obierit, antequam in sede sederit sua; & Chrysostomus à viuis abscesserit à sua Sede depositus iniustè. Quis ergo dicat ex eo, vtrosque à veritatis scopo aberrasse? temerarius sine dubio quidam: igitur damnare hunc, & illum iustificare, sensus erit certè indeliberati cuiusdam & hominis imprudentis. Pro comperto nobis est sigillatim vtrumque morte sua fideiussisse pro recto aduersantis zelo: & quod bonus Deus, spiritu illis prophetico elargito, vtrorumque spirituum, zelum, & animum commendarit.

S. Chrysost.

23.

Non absimilia his legimus inter Apostolum Petrum, & Paulum contigisse, inter quos subortas esse contentiones, & dissidia super obseruantiam scriptæ legis describit ad Galatas capite secundo, vers. 11. & 14. Paulus in illis: *Cùm autem venisset Cephas Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehensibilis*

Galat. c. 2. v. 11. & 14.

erat.

erat. Et inter illa alia, quæ capite hoc ſecundo Apoſtolus ſcribit ad hæc, hæc infrà ſubiungit. *Dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo gentes cogis Iudaizare?* &c. Damnabat in Petro Paulus, quod Circumciſionem non aboluiſſet, vt conſtat ex capite illo, & verbis adductis ab eo. Vterque certè erant in gratiâ confirmati, nemo dubitat, & ſolus id ignorare, aut negare poterit infidelis: ex quo ſcimus quod Petrus in facto ſuo haud erraſſe potuerit (ſaltem grauiter, vt Theologi docent, de confirmatis in gratia) nec S.Paulus eum aggredi iuſta reprehenſione, nec reſiſtere in faciem illi, ſed res facti proculdubiò licuit, & oportuit ad excitanda forſitan ſcandala maiora; nam potuit Pauli reprehenſio eſſe opportuna, vt abolerentur aliæ generis alterius damnoſi conſequentiæ.

De his vide S.Th. 1.2. à q.9.&c. Concil. Trident. ſeſſ.6. quæ eſt de iuſtificatione. Vaſquez 1. p. d.90. n.7. Suar. 1.part. tom.2. lib.3. c.10.n.11. Luyſiũ Turrian to. vno de fide ſpe & charitate & prudentia in 2. 2. S.Tho. diſput.55. dub.6. Becanum tract. 4 c.3. de iuſtific. Catholic. Marquez Gouernador Chriſtiano, lib.1.cap.12. & aliis.

24.

Superior erat Hieronymo Ioannes; Patriarcha iſte, ille Monachus: quis dicat quòd Hieronymus ex ſaniori zelo morum, & fidei ductus, errauerit coarguens Ioannem in fide ſuſcepta de eo quòd eſſet Origeniſtici dogmatis amator, & ſectator Solymus Patriarcha? (quæ quidem fides in Hieronymo, & ſiniſtra de Ioanne conceptio orta omnino fuerat, vt diximus ſolis ex rumuſculis acceptis, ab aliis forſitan Ioannis Patriarchæ inimicis) nemo ſanè ſapiens, nemo verè prudens. Quia temporibus, & ſæculis illis ſic Origenis errores, regiones illas peruaſerant, & apud cordatiores, ex ſubtilitate ingenij eius, & ſtyli, tanti Doctor iſte, & dogmata eius habebantur vt à multis ſuſciperentur, ex iis verò qui eius ingenium, non doctrinam reuerebantur, ex quibus Sanctiſſimus Hieronym. & alij celeberrimi Patres, & ſapientes Eccleſiæ, vt multo pollebant Diuini honoris, & fidei Catholicæ zelo Orthodoxioréſque doctrinâ affectuoſi proſequebantur, facillimè commouebantur, vel leuiuſculâ excitati ſuſpicione in eos quos crederent, audirentve ſimilia dogmata ſuſcepiſſe: Itaque diuini honoris zelus operabatur in illis, & operatus eſt in Hieronymo, vt commoueretur in Ioannem Patriarcham, quem Antiſtitem conſpiciebat, & reuerebatur Hieroſolymitanæ Eccleſiæ: & certè dolens, in eo quod cùm illum lucernam contemplaretur accenſam in Eccleſia Dei, audiret ſub modio abſcondi, vt ſanè, ſi verè Origenis dogmata ſectaretur, eſſet abſcondita: Ex quo planè non fuit Hieronymus reprehenſibilis in eo quod Ioannem obiurgarit cùm vel rumuſculis tantum audiuiſſet illa de illo, nec Ioannes ex eo quod Hieronymus præbuerit eis aſſenſum, credendus eſt Origeniſticæ doctrinæ ſectator, nec alterius fœtidæ mallæ hæreſeos dilector: Itaque nulli ſit mirum, quod ſuper hæc cum illo Sanctus Hieronymus contenderit, dum ſimiles contentiones, & controuerſias varias, & multas, inter alios legamus Patres, & Eccleſiæ Doctores nobiliſſimos ſuſcitatas eſſe vel fuiſſe: quos nullus ex eo auſus eſt, tanquam hæreticos damnare, nec ex eo quod in ſuſpicionem deueniſſent apud alios hæretici fuère conclamitati. Sed proh luctus! vnus ſolus Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus à Baronio, & ſectatoribus eius, (qui eum, ficut agni cicurem, ſequuti ſunt) conclamitatus eſt; hoc ſit mirum, hoc inſolitum poſt ſecula peracta plurima, in quibus, vt vidimus, eſt habitus non modò innocens, & purus; ſed Sanctus, & excelſus vir certè multo merito, & iure multo. Huc reuoca illa, quæ ex tomo 5. anno 400. & num.62. ab Annalibus Cæſaris Baronij tibi dedimus ſuprà Tractatus iſtius Diſcurſu 4. cap.1. n.3. propè ad capitis finem.

Cap. VII.

Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus XLIV. Sanctus oſtenditur cognominandus, ſalua tamen Eccleſiæ gratiâ: & quod in Dei Eccleſia Canonizatus ſit iure veteris ritus.

SVmmum faſtigium, ſereniſſime lector, operi huic omni Paradiſi Carmelitici decoris poſueramus iam omnino: & iam ad calcem integrè opuſculi, & Apologematis iſtius, Deo dante, deueneramus: cùm ipſa die (feſtino iam iam expectante Tabellario hæc exemplaria manuſcripta, vt ea Lugdunum, rogatu inſignium Galliæ Typographorum Iacobi, & Petri Proſt fratrum, ære ſuo, perduceret imprimenda) ad manus noſtras, fortè contigit acceſſiſſe codicillum vernaculo ſermone compoſitum, (ſed aureis equidem litteris digniſſimum exarari) Philippo IV. Hiſpaniarum Regi dedicatum à Religioſiſſima Excalceatorum Carmelitarum Familia, pro defenſione quarundam propoſitionum primi Tomi Hiſtoriæ Propheticæ, à R. P. & eruditiſſimo Hiſtoriographo ſeculi noſtri Fratre Franciſco à S. Maria Ordinis eiuſdem Carmeli compoſiti, validiſſimis equidem rationibus, argumentis, & auctoritatibus Sanctorum, & Doctorum conſtabilitum Opus vt opus erat, ſummámque eruditionem & variam lectionem, & ponderationem, & ſenſum ſelectum auctoris eructans. Gauiſi ſumus acceptâ hac lucubratiunculâ, & quâ licuit diligentiâ, qualis breuiſſima temporis anguſtia non dierum, ſed horarum permittebat; ſeriò legimus illam, vt ſi forſan à tantorum ſapientium officina dite, aliquam multæ eruditionis ſupellectiunculam, quæ noſtrum ditaret Apologema, accipere poſſemus: & quidem (veriſſima coram Deo proferimus) in primis grates ingentes effudimus in Deum Patrem luminum, quod dederit affluenter lumina multis, ſic vt vix nobis nouum occurrerit aliquid quod noſtris addere poſſemus. Sed tamen ex illis pauculis in hac eruditiſſima lucubratione deprehenſis pro Ioanne (ne quid, ſi fas, & factibile eſſet, relinqueretur à nobis in hac iure ſuſcepta prouincia tuendi Ioannis innocentiam, & honorem, & iura) apum in morem vel minutiſſima quæque libantes, hanc ſuſcitare, & noſtris adiicere decreuimus aſſertionem. Ne quæſumus iſta, qualiacumque ſint, poſt cætera, graueris lector accipere, vt ſatiùs ab hinc Ioannis noſtri innocentiam addiſcas, & reuerearis ſanctitatem vitæ, ditior, & ſapientior aliquanto ampliùs euadens in iure Carmeliticæ gloriæ,

ab innocentia, & sanctitate Ioannis comparandæ.

Motem ergo gerere iuri multo, quo Patriarcha Ioannes XLIV. Hierosolymitanus, *sancti* nobili ... vbiq. temporum, & gétium nomine, vt ... Maiorum, multorumpace gauisus est, post ... supra, quæ sine poterunt superesse, hanc quasi recapitulatem ad ... (salui tamen ... Ecclesiæ gratia hic ponere libuit, quò manifestiora elucescant tanti Patriarchæ merita virtutum, quæ (quo zelo, & animo vix coniicimus) obnubilare studuit aliquando Baronius.

Et in primis, iam igitur vt à priuata Doctorum fide, quæ in quæstionibus (quod aiunt) *de facto esse* magnam habet auctoritatem, Ioannis innocentiam denuò breuiter ostendamus, ascendere deinde ad publicam Ecclesiæ, & duorum Summorum Pontificum contestationem, quæ omnium validissima hic est. Primus adest in stadio hoc S. Cyrillus Constantinopolitanus, qui epist. ad Abbatem Ioachimum, de Ioanne nostro loquens ait, Propter eius sanctitatem in Pontificem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatum Apostolo Iacobo in eadem Ecclesia Patriarcham XLIV. successisse. Ydacius Lamacensis in Lusitania Episcopus in Chronico suo, Olympiade 296 n. 12. vocauit Ioannem *virum insignem*: & n. 13. vocat eum *Sanctum* apertè. Ado Archiepiscopus Treuerensis qui floruit ann. 1074 vocat eum *Beatum*, dum refert die 3. Aug. Inuentionem corporis S. Stephani. Inde Petrus Thomas ... in *suo Menologio Carmeli* Ægidius L... Italus, *in horto Carm* Clichtoueus, *serm. de Inuent. S. Stephani 4.* Leander Granatensis ... 4. §. 21 ... &c. Petrus Opmerus *in opere Chronico totius orbis, anno 435. folio* 320. *col.* 2. Alphonsus Zarzosa Canonicus Magistralis Ecclesiæ Vrbis Antiquariæ *serm de S. Teresa.* Augustinus Vel... M..., *serm de S. Andr.* ... Franciscus Freire ..., *serm de ... S. A...* ... Maurolycus *in Mari Oceano Religionum lib* 4 fol 281. Paulus Morigia *de Origine Religionum c.* 30. Renatus Copinus *lib.* 2. *de ... tit. ... num* 1. B. Ioannes Sorethus *in præfat. comment. ad Reg. Alberti Patriarch* Thomas Beauxamius, *lib. de cultu Sanctorum* Simon Coellus, *lib.* 1 & 2. *Compe ... hist Carm.* Alij plures, & penè omnes, qui gesta scripsêre Carmelitarum; immo aduce ferè quotquot suprà à nobis dati sunt toto hoc I. Tractatu Apologetico pro Ioannis vitæ innocentia comprobanda, & immunitate ab Origenistico nexu, cognomento *Sancti* vel *Diui* sine vlla hæsitatione nominauerunt.

S Cyrillus.
Ydacius.
Ado Archi.
Tho ...
Æg. ...
Clichtou.
Leand. Granatens.
Pet. Opmer.
Zarzosa.
Vel...
Freire.
Maurolicus.
Morigia.
Ren. Copin.
Io. Soreth.
Beauxam.
Coellus.

Inter hos omnes vnus pro mille S. Augustinus sufficere posset, qui Ioannem Patriarcham, superstitem adhuc, prænotauit titulis *Domini, Beatissimi, ac meritò venerabilis* fratris, vt vides in epist. 252 cui titulus est iste: *Domino Beatissimo, ac meritò venerabili fratri, & Coepiscopo Ioanni, Augustinus in Domino salutem.* Et post eiusdem Patriarchæ obitum felicissimum in Christo, non dubitauit item libro scilicet de gestis Pelagij semel, iterum, iterúmque illum vocare *Sanctum*; bis, videlicet cap. 12. & semel c 20. Et quis credat S. Augustinum ... titulo insignitorum hominem post mortem, quem in

S Augustin.

morte hæreticum censuisset? Apage hoc. Addideris istis, quod etsi Baronius totis viribus suis Ioannis sanctitatem turbare, & obnubilare contenderit vbique; nesciet it, aut nequierit saltem, quam S. Augustinus opinionem, sensum, & nomen de Ioanne conceperat celare, & abscondere nobis, dum postquam tomo 4. Annalium ad ann. 394. num.... §. *nuper* typi Plantiniani, anni 1610. retulisset verba quædam S. Augustini, satis equidem Ioannis nostri decores sublimantia, non potuit non, à se pro Ioanne addidisse sequentia: *Atque hinc patet Ioannem nomen percelebre habuisse, & optimi Catholici, eiúsque fidem in ore omnium versari, tam in Oriente, quàm in Occidente.* En qualem Augustinus conceperat de Ioanne opinionem, & sensum, vt vel acerrimum Ioannis famæ detractorem compulerit tam nobile encomium de aduersato proferri Ioanne: vt id fiat verum, quod salutem aliquando Ioannes, vel ab inimico honoris, & famæ suæ susceperit.

Baronius.

Nota verba pro Ioanne à Baronio emendatta

Præterea Hierosolymitanæ Ecclesiæ veteri ritus Ioannis quoque Patriarchæ sanctitatem satis apertè commendauit; nam (vt alias iam suprà designatas Ecclesias nunc prætereamus) die Ianuarij 12. præcepit officium sub Duplici solemnitate celebrari de S. Ioanne, id quod patet ab Ordinali diuinorum officiorum Carmelitanæ Religionis, in Capitulo Generali Patauij celebrato reuisum, & approbatum sub ann. 1532. & in Capitulo item Generali Biennæ, ann. 1539. celebratum, quorum acta Generalia condit, & seruat Conuentus nostri Transpontinæ Romani Bibliotheca nobilis. Et certè constantissimum est, quod non nisi maximâ Ecclesiæ vniuersalis Romanæ auctoritate, vt moris est, & iuris, Carmelitæ de Ioanne Patriarcha Hierosolymitano XLIV. Diuinum Officium recitandum de eo introduxissent: propterea ergo in antiquioribus Ordinis eiusdem Kalendariis, vt Sanctus, Ioannes iste noster adscriptus est vsque ad annum 1564. in quo in Capitulo Generali Transpontinæ celebrato Kalendarium nouum est ordinatum, & in eo ad diem 12. Ianuarij Ioannes legitur tanquam vnus de sanctis Ordinis Carmeli celebrandus adsignatus, sub Duplici Officij, vt antea, solemnitate: Ab hoc Kalendario transcriptum est, aliud, quod circumfertur additum constitutionibus Ordinis Hispali vulgatis typo, anno 1575.

Eccl. Hierosol.

Ordinale Carm.

Constit. Carm.

Priuatâ singulorum Doctorum fide: tum & testimonio Ecclesiæ Hierosolymitanæ, necnon Kalendariis Ecclesiasticis adductis, asserto stabilito nostro, ad publicas iam superest duorum saltem Pontificum summorum Ecclesiæ assertiones deuenire; hæ enim irrefragabilem & indubiam omnimodo præstabunt vbique rei fidem, & auctoritatem ex suprema deponentium dignitate, quæ est maxima orbis. Zosimus ergo sit Papæ prima, qui sedit anno Christi 417. Iste post mortem Patriarchæ Ioannis nostri, in epistola ad Episcopos Africanos, quam refert Baronius, tomo Annal. 5. ad ann. 417. n. 25. sic loquitur: *Ecce epistolam Hierosolymitani Episcopi Praily, qui in locum quondam Sancti Ioannis Episcopi est ordinatus, accepimus,* &c. Nota vt almus Ecclesiæ Dei Pontifex, sanctum post mortem non dubitet Ioannem appellare. Ante eum Ana

Baronius.

stasius

stasius I. qui sedit anno 398. iuxta computa Claudij Roberti *in sua Gallia Christiana*, sic Ioannis eiusdem sanctitatem, in epistola ad ipsum commendauerat, vt visum est suprà: *Quod verò sit animi mei studium, cum tua paulisper conferam sanctitate.*

Claud.Rob.

Anast.PP.

Ex his duorum horum Pontificum summorum loquutionibus, & assertis iam huiusmodi conficimus argumentationem, & discursum, ex doctrina selecta Iacobi Granados: Ait iste insignis Doctor Societatis IESV, in 2. 2. S. Thomæ scribens, *Controuersia 1. de fide, tract. 7. disput. 3. sect. 3. n. 14. de Canonizatione ex consensu vniuersalis Ecclesiæ, & saltem tacitâ summi Pontificis approbatione. Quod re collata cum doctis recentioribus, censuerunt, & censent: esse Canonizatos ab vniuersali Ecclesia omnes illos, qui in Martyrologio Romano continentur; etenim de illis tanquam de veris Sanctis fit mentio, & solemnis memoria per annum in vniuersali Ecclesia: & sine limitatione Pontifex Gregorius XIII. semel, & iterum appellat Sanctos eos, qui in Martyrologio Romano continentur. Non est ergo dubium, quin vniuersalis Ecclesia, & caput illius, eos omnes tanquam Sanctos veneretur, & colat, ac proinde eis deferri possint omnes illi honores, quos suprà retulimus in 1. sect. disputationis 3.*

Granados.

Ex hac ergo doctrina, quæ communis est, ista necessariò elicitur consequentia. Notum est, vt sæpè hoc nostro dedimus apologemate, Molanum in additionibus ad Martyrologium Vsuardi, quod iussu Caroli Magni scriptum est, & quo Romana vsa est vniuersalis Ecclesia, ad diem 12. Ianuarij, ex Græcorum Menologio, vt designat ibi litera G, inter Sanctos Ecclesiæ vniuersali propositos ibi, Ioannem Hierosolymitanum XLIV Patriarcham Ordinis Carmeli professorem reposuisse, & cum vt talem propositum ab vniuersali Ecclesia, tacitâ saltem, si non expressa benedictione non tantùm vnius, sed eorum Pontificum summorum omnium, qui dum hoc Martyrologium in Ecclesia Romana publicè lectum est, in supremo Petri sedilio sederunt. Præterea Ioannes idem expressâ (constat) duorum Summorum Pontificum Anastasij, & Zozimi denominatione vocatus est sine limite Sanctus: ergo vt talis omni iure habendus fuit, & omnes ei honores illi, qui Sanctis tribui solent ab Ecclesia, tribuendi. Quia si eo quòd hi, qui in Martyrologio Romano continentur recepti sunt, vt tales ab vniuersali Dei Ecclesia, & sine limitatione vocati à Pontifice summo *Sancti*, vt sancti sunt venerandi, eisque omnes honores, qui solemnibus sanctis tribui solent, tribuendi: pari iure militant pro Ioanne nostro eædem, cùm & ipse, vt visum est, vocatus sine limitatione fuerit Sanctus à Pontificibus Summis, in Epistolis quas vt Pontifices dictitarunt: & inter Sanctos Ecclesiæ connumeratus, & receptus vt talis, ab Ecclesia tum Græca, tum Romana, in qua diu publicè lectum est Martyrologium Vsuardi cum additionibus Molani in quibus, sine limitatione vlla, Pontificibus tacentibus, Ioannes solemni anniuersariâ memoriâ publicè vocatus est *Sanctus*.

Et nihil prohibet contra Ioannis demonstratam sanctitatem, quod nomen hoc *Sancti* vulgariter ex consuetudine antiqua datum fuisset Episcopis, vt nunc Pontifices Summos Ecclesiæ vocamus *Sanctissimos*; eo quod sanctitatum sanctitatem Christum Dominum repræsentent vt affirmauit Ferdinandus Mendocius *in defensione Concil. Illiberitani lib. 1. cap. 18. fol. 63.* Quia, vt iam suprà cap. 6. n. 18. adnotauimus, ex S. Augustino, quanquàm inter antiquos Patres inoleuerit mos appellandi adinuicem *Sanctos*, at nunquam legitur quod illustrissima ista nomenclatura sit exhibita hæreticis indignis. Ita vt Baronius ex hoc fuerit inductus, vt negaret *tractatu de Martyr. Rom. c. 7.* esse genuinum D. Hieronymi opus, Epistolam illam, quæ sub eiusdem nomine circumfertur ad Chromatiū & Heliodorum, sub hoc initio: *Constat Dominum*, &c. id sibi suadens ex eo solùm, quod Eusebius Cæsariensis, qui fuit sine dubio, Arianorum denigratus næuo, ibi sanctus sincerè vocetur. En Baronij sic deiussionem: *Etenim etsi olim sanctitatis titulus communior esse videretur, vt non solùm, (vt hodie) tribueretur illis Christianis, qui vita functi in cælo regnant cum Christo, sed & quibuslibet laudabiliorùs vita fidelibus, datum tamen homini hæretico, nemo iure dicere poterit.* Hæc Baronius. Ergo si à sanctis Patribus *Sancti* nomen nunquam hæreticis largitum legitur, & sancti Pontifices Anastasius, & Zosimus, & adhuc alij plures, vt visum est) Ioannem hac nobilissima nomenclatura in vita, & morte nobilitarunt, certè non eum hæreticum fuisse aliquando credidêre, quia id ait Baronius monstruosum quoddam esset, & indigna viris sanctis assentatio. Nec certè ex communi illa illum consuetudinis vt solum, vocasse sanctum credendum est, virum quem vt talem venerati sunt in vita, & in morte sancti Pontifices, Ecclesia Græca, & Romana, Religiones, Breuiaria Kalendaria, Ritualia, & per sæcula multa Carmelitana vniuersa Religio solemni Sancti Duplici officio, & cultu, celebrauit: quorum omnium istorum auctoritates, non singularem solum, sed vniuersam fuisse sanctitatis Ioannis traditionem demonstrant, cùm sine vlla tergiuersatione à sancti Luciani Presbyteri Antiocheni (quem sanctus vocat item Vsuardus, die 7. Ian.) libro, acceperint, Ioannem sanctum esse, vt de eo officium persoluerent diuinum, quod nullatenus quod commune est Episcopis, neque Patriarchis.

Mendozius.

Baronius.

At vero, & quis ambiget, quod hæc tam vetusta firmata & vniuersa traditio, quæ iā quasi lex est, de sanctimonia Patriarchæ Ioannis solidissimum habuerit initium? Aliter enim, quis crederet per tot sæcula, tam firmâ omnium voce, eam percrebrituram: Et quod tam latâ Ecclesiarum, & Religionum consuetudine reciperetur, vt doctè admonet Simancas titul. 24 de Eccl. n. 34 his ver bis: *Vetustissima autem consuetudo iustum initium habuisse credendum est, nec minorem vim habere quàm scripta lex. Quod cùm ita sit in consuetudine ciuilium rerum ab imperito, rudique populo plerumque introducta: quid futurum putamus de consuetudinibus Ecclesiæ à viris selectioribus, Deòque dicatis à Prelatis, & Religiosis doctissimis obseruatis?* Ex quibus manifestissimè omnibus constat, Ioannem iure vocandum esse *Sanctum*.

Simancas.

Et amplius adhuc, *Sanctum* credendū esse nobili Canonizationis Ecclesiasticæ ritu decoratum Quia quanquàm à tempore saltē Alexandri III. qui sedit ann. 1160. & prohibuit fieri ab Episcopis

Alex. PP. III.

Canonizationes Sanctorũ vt constat ex cap. *Audiuimus*, de Reliquiis & veneratione Sanctorũ; [illegible] Sanctũ declaratum: fortè à Pratio [illegible] Religio publicè diuini officij Canonici cultu per multa sæcula, vt sanctum sit venerata Ioannem; [illegible] Orientis, & Occidentis regiones effusa, & ap[illegible] rum Pontificum Summorum Anastasij, & Zozimi assertione manifesta: etsi longum & [illegible] quas obtenebraueris notitias.

[illegible]

Canonizationem Sanctorum & iubendo siue consulendo, eũ Sanctum [illegible] S. Cyprianus [illegible] Waldensis [illegible] Bellarm. [illegible] *titudine lib. 1. c. 7.* & docet ex eis Granados [illegible] Baronius [illegible] Const. Metaphraste, qui fuit in Ecclesia Græca veneratus vt [illegible] tudinem si cõmuni, fidelium, illa, assensu recepta [illegible] Sancti testimonio, aliquis manserit Canonizatus, vt constat in Paulo Eremicola primo, qui solo S. Antonij Abbatis testimonio ab vniuersali Ecclesia [illegible]

[illegible] Paleonydorus, Ioanne Leydensi, Ioannes Gross, Trithemius, Lucius, Berthius [illegible] chæ Hierosolymitani innocentiam, immò & vi[illegible] Catholicæ Ecclesiæ [illegible] gratiâ: cui libenter nos, nostrâque humillimi [illegible]

Conclusio ad [illegible] Regem humilis [illegible]

NVnc tam ex omnibus ijs (REX MAGNE, ET, CATHOLICE PHILIPPE) humillimus ego, & [illegible] *latus pedes humiliter exopto, precor, & oro, vt potentiam, quâ polles, iustitiam quâ nites, Zelans* [illegible] *tes, diguorum tuearis innocentiam, Orthodoxorum* [illegible] *hoc reuoces, & deuolnas, vt potentiâ, iustitiâ, zelo,* [illegible] *est dictus, & vt Sanctus à Sanctis, à Pontificibus* [illegible] *rum quanquàm, malè affectum iniuriâ, si flagella* [illegible] *dicentem tibi, Regi Magno & Principi Catholico, & à te sic expostulantem.* Ferant confestim confusionem [illegible] *malè, in pristinam, quâ, omnium optimorum pace,* [illegible] *IESV, veneretur vt sanctus: Orthodoxus, & Catholicus semper habeatur & à te semper sartus tectus* [illegible] *Regalis vestra in sempiternum scriptis quibuslibet, &* [illegible] *rum, & deinceps ne tanti illustrissimi Patriarchæ Hierosolymitani fama, & vox, aut verbo aut scripto* [illegible] *PHILIPPVM IV. Ecclesiæ suæ exaltatorem, ad illius pe*[illegible]

Paleonyd. Io. Leyden. Ioan. Gross. Trithem. Lucius. Berthius.

Psal. 39. v. 22.

APOLOGEMATIS,

SIVE

MVRI DEFENSIONIS

PRO IOANNE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO XLIV. ET HVIVS NOMINIS II.

TRACTATVS SECVNDVS,

In quo Ordinis Carmelitani eum fuiſſe profeſſorem egregium, & Auctorem genuinum libri de Inſtitutione Monachorum in lege veteri exortorum,& in noua perſeuerantium, ad Capraſium Montis Carmeli Priorem manifeſtum datur.

DISCVRSVS VNICVS.

THESIS SECVNDA,

SIVE CONSTITVTIO APOLOGEMATIS & Tractatus ſecundi proponitur.

ANTEQVAM partis iſtius, ſiue ſecundi Tractatus, quæ genuina ſunt in medium aduocemus, Theſim vnam, more noſtro, præponere, & præſtatuere operæpretium duximus eſſe. Et cum lis omnis, atque contentio noſtra, vt iam præmiſſum eſt, Eminentiſſimum, pariterque Illuſtriſſimum reſpiciat è fronte Cæſarem Baronium: tum & eos identidem, qui eius ſunt veſtigia ſequuti (ſunt enim huc vſque nonnulli, qui tanti illuſtriſſimi ſcriptoris, vel famâ perciti, vel dignitate verborum, & ſententiæ Doctoris Cardinalitiâ meritò purpurâ ſublimati, quaſi fragore quodam concuſſi, ab eo, velut à primo fonte, vt nouum quid effunderent per orbem, tremuli, Baronianam ſententiam, & mentem in Ioannem Hieroſolymitanum Patriarcham XLIV. à S. Iacobo Apoſtolo, & huius nominis II. ebiberunt.) Vt ergo lis dirimat litem noſtram, de noſtro nunc Theſim opponimus iſtam (quæ quaſi ſynopſis ſit totius noſtri huius ſecundi Tractatus Apologetici) è verbis tamen S. P. noſtri Cyrilli Prophetæ collectam: Sic ergo r[illegible]

In initio 1. Tractatus.

Lib. de peculiaribus geſt. Carm.

THESIS.

Germanus auctor egregij, & antiquissimi voluminis de institutione primorum Monachorum in lege vetere exortorum, & in nouâ perseuerantium ad Caprasium Carmeli Montis Monachum, & Priorem Generalem, *Ioannes est XLIV. à S. Iacobo Apostolo Patriarcha Hierosolymitanus constitutus huius nominis II. qui fuerat quondam professione Carmelitanus: ille quidem, qui circa annum Domini quadringentesimum Arcadio, & Honorio Imperatoribus, floruit: Sanctisque Epiphanio, & Hieronymo, quondam, vt vidimus suprà, suspectus fuit de Origenistica hæreseos labe.*

Tract. 1.

CAPVT PRIMVM.

Proponuntur asserta Baronij, & La-Bignæi, & aduersus ea auctores asserentes Ioannem Patriarcham Heliaden fuisse Carmelicolam, & Auctorem libri præmemorati.

1.

ANTE alia igitur in primis satis consonum rationi diiudicauimus in limine, & fronte huius nostri secundi Apologetici Tractatus, præmittere morosum nimis assertum Eminentissimi pariter, & Illustrissimi S. R. E. Cardinalis Cæsaris Baronij, ex Tomo Annalium suorum VI. ad Annum CCCCXLIV. sub capite, siue numero XVII. Illud inquam, quod vel verbis eisdem transcripsit Margarinus La-Bignæus, ad Tomum VIII. Bibliothecæ Veterum Patrum, col. 743. Editionis Parisiensis, anni M.DCX. & tanquam à primo fonte à Baronio ipso alij, post vestigia eius abeuntes, solummodo vt tanti assertoris semina sequerentur, ebiberunt. Etenim si aduersus strenuum bellatorem ex nomine, & dignitate sua, amica quanquàm, sumimus arma, rationi certè consonum est, vt præstatuatur in primis opportunior, & præcipua causa propter quam bella aggredimur, & arma mouemus prosilientes in concertationis arenam, religioso quanquàm Marte dimicaturi. Igitur loco præasserto Eminentissimus pariter ac Illustrissimus Cardinalis Cæsar Baronius tanquam singularis scriptor, & Doctor, sed grauissimus aliàs, assertum sequens posteritati futuræ emittere non dubitauit. Quod sic se habet:

La-Bignes.

2. Baronius.

Facessat igitur huiusmodi de monachismo Cyrilli in Carmelo fabella: sicut illa huic haud impar, quâ traditur, & Ioannes Hierosolymorum Episcopus Origenista, fuisse etiam Monachus Carmelita: sicut enim hæc leuiter effinguntur, ita & facilè refelluntur. Flagrans quidem cupido nobilitatis auitæ, cogit interdum homines delirare. Ista Baronius: post quæ immediatè relata, La-Bignæus, in adnotatione ante librum Patriarchæ Ioannis, subnectit: *Ex quibus & auctor huius libri fuisse Ioannes XLIV. Ierosolymorũ Episcopus facilè refellitur, & liber ipse fide vacillare deprehenditur, cùm multa de Monachis Carmelitis primis Ecclesiæ temporibus iam vigentibus prodat. Denique stylus ipse totus Latinus, multa sine maiorum auctoritate, & fide ambigua huic operi inserta, satis arguunt alium auctorem, quàm Ioannem, & quidem recentiorem.* Et præmiserat antequam Baronij relata verba transcriberet Margarinus idem, rationes quibus ipse facilis adducebatur vt crederet, præfatum quem controuertimus, librum, Ioannis, qui tempore S. Hieronymi Hierosolymis sedit, genuinum opus non esse, & rem istam multa argumenta ponere in ambiguo: *Primùm quod Gennadius, qui huius Ioannis lucubrationes recenset huius libri nullo pacto meminit. Deinde auctor se facit Monachum Carmelitam, & de primis institutoribus, professoribus, propagatoribus Monachismi Carmelitam: totùmque opus ex instituto componit.* Sunt ipsamet La-Bignæi verba: quibus præmissis, pedetentim in sequentibus fiet satis, Baronio respondentes exactè iudicio nostro.

Margarin. de La-Bigne.

La-Bigne.

Sed priusquam ad aduocandos auctores pro sententia nostra procedamus, liceat quoque breui nobis aberratione præmonuisse lectorem, licere nulli cordatæ mentis viro ponere nobis inficias, in eo quod ad tantæ antiquitatis rem comprobandam, & stabiliendam pro sensu, & sententia nostra, ad eorum testimonia deflexerimus, qui domestici fuerunt nostri: quia ij

sanè

sane præ aliis certius & firmius testari valent ea, quæ viderunt, & à Patribus, & maioribus suis audire potuerunt, vt Bachonius adducit quodlibeto 3. q. 7. art. 2. Nec certè tanquam domesticum negotium agentes ab vllo iure repelluntur: etenim vnò ex pluribus, domestici ex iure testes censentur idonei, & nec quidquam de fide illorum subtrahendum esse recenset generalis Regula iuris; quæ sic loquitur: *Testes de vniuersitate pro illa admittuntur testimonium dicere, quando de illorum singulari commodo non agitur.* sic Baldus in c. *Insuper*, n. 3. & ibi Felinus num. 1. versu *est enim regula*, de testib. Idem Bald. in cap. *Cum nuntius*. eodem titulo, in 1. notabili: & ibi Butrius in 3. & de communi, pluribus relatis, tradit Conradus in praxi, §. 2. de Testibus, Rubrica, *Personas testium aggrediendo*, num. 55. Quæ regula magis procedit in Religiosis sexus vtriusque. Glossa in Authentica de Monachis, in §. *Cogitandum*. & glossa in l. *Idonei*. Federicus Pater, & Federicus filius, ff. de Testibus Baldus in cap. *Tertio loco*. num. 4 in verbo *Fratres*, de probationibus. Decius consil. 62 in princ. *Affl.* decisione 400. num. 2. vers. *Et ideo Monachus*. Franciscus Curtius, de testibus, conclus. 4. post num. 15.

Quod si ad hæc concurrant sanctitas, & religio vitæ contestantium, præsumi debet veritatem affirmaturos: & sic ad testimonium facilius sunt pro sui Ordinis rebus ad testificandum ad iocandi, ex notatis in dicto cap. *Insuper*. & ibi Felinus num. 1. Butrius notabili 1. & Decius num. 20. & idem Decius in dicto cap. *Tertio loco*, num 20. vbi de communi, prout de illa testatur Viu. commun. opin. conclus. 954. quæ incipit: *Testes de Collegio*, vers. *Interpretatur quoque*.

Præterea, si testes deponunt de iis quæ vix certiùs ex multis probari possunt ab aliis, certè illorum depositiones firmo ex iure sunt admittendæ (& quidem quæ controuertimus isthinc, à quibus certiùs, quàm à Carmelitanis testibus probari potuerunt?) Ad Textum in c. *veniens* (il secondo) de Testib. & ibi Baldus num. 9. & Doctores notant communiter, & text. in cap. *super prudentia*, ibi, *quæ eadem negotia tractauerunt*. vbi Glossa magna, in verbo *Tractauerunt*, 14 q 2. Abbas in dicto cap. *Insuper* n. 2. Decius num 14. & 25 Glossa in dicto cap. *Tertio loco* in verbo *Curati*, vers. *& merito* Vbi etiam Abbas num. 5. & Felinus num 3. ad medium, & Imola, ante num. 1. Et Butrius num. 9. Baldus numero 7. Bartolus in Lege *in eanium*. §. *vniuersitatis*. num. 1. de rerum diuisione Menochius de arbitrariis, lib. 2. casu 106 num. 1. & sic tenuerunt Auditores Rotæ, in Canonizatione S. Franciscæ part. 1. art. 6. v. *Nec referre*. & tandem *credendum est veteribus & priscis viris*, vt Cicero docebat.

His ergo suppositis, & datis probationem ex multorum consensu Doctorum facere aggredientes, cuius in quæstionibus de facto esse, vt asserunt, summa est auctoritas, iure optimo ad rem nostram auctoris Orientalis, veteris quidem (floruit enim, vt visum est suprà in corpore nostri Paradisi, annis datæ salutis à Christo 1200.) testimonium primum in medium adducere decernimus, omni maius exceptione, quod quidem si Baronius vidisset, & lance æqua perpendisset, ægrè adducemur vt credamus inductum fuisse, ea in nos, & Ioannem Patriarcham, quæ scripsit, affirmare. Est ergo sanctissimum Cyrilli Prophetæ Constantinopolitani, vel aliter ab aliis dicti Hierosolymitani, forsitan quia cum Innocentius III. Pontifex O. M. alij tradunt Cælestinus III. Hierosolymitana insula Patriarchali, cui cessit ex humilitate, decorare contendit (à quo satiùs crediderimus nota planius fuisse veterum Patrum nostrorum Orientalium monumenta, & vitas, & nomina & acta, quàm à Cæsare fuerint Baronio Occidentaliuro, & Orientalium cognita gesta, vt illo meliùs, de Ioanne, & familia Carmelitarum potuisset ferre iudicium; *Vnusquisque enim*, vt scitè Philosophorum Princeps docebat Aristoteles, *Ea recte iudicat quæ cognoscit*. Maximè cùm nunquam dignatus sit, vt vox fuit illa Maiorum semper, nostros vel in aliquo consulere: quod si fecisset, haud dubium, quod à subsannationibus temperasset, & in ea palestra, in qua nunquam fuerat diuersatus, securior dimicasset, & non sic à multis in multis innotabilis appareret, forsan cuiuis quantumvis historicus insignis; at solus est Dei deficere in nullo.

Tantus ergo testis est iste Cyrillus (cuius sacrum festiuitatis solemnitatem totus Ordo Carmelitarum sub die 6. Martij solemni celebrat officio) vt nobilibus parentibus prognatus, ab infantia Ioannis Baptistæ, & Samuelis exemplo se Deo dedicauerit. Is qui in omni doctrinarum genere peritiâ sua clarus, Presbyter factus, insignis ab omnibus, vberrimus in docendo, in disputando acerrimus, in prædicando ardentissimus, habitus est. Is, audiens Iconij Sultanum Christi atque Religionis libros exoptare; Iconium (clarissimus, & ipse Catholicæ veritatis assertor) profectus est, vt ad eum sacros Codices adduceret, tantaque copiâ Sultanum ipsum aggrederetur, vt breui temporis spatio Catechumenum redderet, sacraque gurgitis puri tingeret vndi. Is, qui disputatione vehementi super processione Spiritus sancti cum Patriarcha Constantinopolitano suborta: hoc nimirum à Patre tantum procedere asserente; Cyrillo verò à Patre, & Filio procedere affirmante in arena, & stadio animo sè digladiatus, subegit eum. Is, qui admonitus a Virg. Matre dum vellet Græcorum fugere errores, bonis familiaribus in egenos distributis, magnanimo Syriam & ad Carmelum Mótem accedens sumpto ibidem Dei genitricis, & almæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli habitu, vt ex gestis eius & Trithemio affirmat Ecclesia, Deo in omni virtutum acie gratissimus effectus est, & diuinis reuelationibus illustratus; inter quas cùm aliquando, dum in Cõmemoratione B. Hilarionis Abbatis, inter corporis Christi libamina peragerer, Angelum ferunt, meruisse videre sibi argenteas tabulas scriptas idiomate Græco, à Deo nullis, offerentem tanquam Dei amico, præcomque fideli quò scripturam contentâ in eis mem branis traderet, & conflato tabularú argento, calicem & thuribulú ad sacrificandú homini Deo conficeret. Is qui, vt habetur in Theatro vitæ humanæ, tom. 2 f. 185. Schuones gentê Scythicâ, fidem Christi noscere, & amplecti docuit. Is qui inter alia mirabilia, quatuor sepulcrorú est factus

Marginalia (left): Bachon. — Baldus. Felinus. — Butr. Conradus. — Glossa. — Federicus P. & Federicus F. in ff. Baldus. Decius. — Curtius. — 4. — Felinus. Butrius. — 5. — Baldus. — Gloss. magn. Abbas. Decius. Glossa. Abbas. Felin. — Imola. Butrius. Baldus. Bartolus. Menochius. Audit. Rotæ. — Cic. de Off. lib. 1. — 6. — Sect. 4 n. 14.

Marginalia (right): Paleonydor. lib. 3. c. 4. — Vide infr. c. 11. in Appendice, vbi de duob. Cyril. lis n. 19. — Arist. lib. 1. moral. c. 3. — 7. — In Breuiar. Carm. & in Officio eius lect. 2. noct. — Theatrum. Iac. Borrag.

spoliator insignis, vt habet Iacobus Genuensis in eius vita.

8. *Sub Stat. 4 Ætat 14. & ann. 1225.*

Tantus ergo ac talis iste testis (de quo, præter hæc, sermo iterum redibit illustris & iam suprà amplius disseruimus in corpore Paradisus nostri) primus asserto nostro facere fidem prosiliat in arenam, in verbis quidem in prolixa, & longa satis epistola, siue libro (vt vocat eum Bergomensis, lib. 13. Chronici sui, & alij ab eo) ad Eusebium Heliaden Eremitam Neroi montis, vbi Carmelitici Ordinis, à Ioanne Baptista, vsque ad sua tempora inconcussam successionem, & continuationem fidissimè recensens sic ait: *Volumen de institutione primorum Monachorum, in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium, ad Caprasium Monachum, est Ioannis XLIV. Hierosolymorum Episcopi, eius videlicet, qui circa annum Domini CCCC. Arcadio & Honorio Imperatoribus, Sanctis Epiphanio, & Hieronymo suspectus fuit de hæresi Origenis.* Quid clarius isto dici potuit ad rem nostram? Sed latiùs narrat, & contestatur eâdem, epistolâ ad Staingadensem Ioachimum Abbatem, quæ habetur in magno Speculo Ordinis Carmelitarum, lib. 8. cap. 1. cuius insignem auctoritatem, & veritatem latè tuetur, & probat noster Ioannes Pintus à Victoria, Tractatu 1. suæ Monarchiæ Carmelitanæ, cap. 5. Ibi ergo in præfata scilicet epistola hæc verba leguntur ad fidem: *Fuit autem tempore Arcadij, & Honorij Imperatorum in Monte Carmeli, pater dictorum Religiosorum* (Carmelitarum) *quidam vir miræ virtutis, & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros consortes suos eiusdem montis Monachos, exemplo suo, & magisterio feliciter inducebat ad perfectionem acquirendam, secundum propheticam disciplinam vitæ Monasticæ, per Heliam Prophetam institutæ. Quam disciplinam Ioannes eis exponebat ex diuersis dictis, tam veteris, quàm nouæ legis libris, & ex nonnullis tractatibus editis à prædecessoribus suis. Qui tandem propter eius sanctitatem in Pontificem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus; Apostolo Iacobo in Episcopatu eiusdem Ecclesiæ Quadragesimus quartus successit. Hunc Ioannem charissimus eius discipulus, Caprasius nomine, eiusdem Montis, & Religionis Monachus, suppliciter flagitauit, vt quæ de institutione huius Religionis, & primis eius fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum adquirenda frequenter disseruerat, dignaretur sibi, & suis consortibus redigere in vnum volumen, in quo omnia per ordinem inuenirentur: ne oporteret eos librorum numerositatem euoluere. Ioannes ergo cernens, quod propter occupationem suscepti Officij non posset vlterius magnam in Monte Carmeli residentiam trahere; quod Caprasius ab eo flagitauerat, opere compleuit. Scripsit enim eloquio, & litteris Græcis, in quodam libro primariam nostræ Religionis institutionem, & Fundatorum eius dignitatem, atque priscorum professorum gesta sancta, & gloriosas virtutes, exterioremque habitus ornatum. Propterea prædictus Ioannes, breui, & lucido eloquio ordinatè descripsit, vt successores dictorum Patrum in illo libro, tanquam in nitido speculo institutionem suam intuentes, eam obseruare propensiùs conarentur, & sanctam vitam, ac virtuosos mores dictorum Patrum, ex totis præcordiis, imitarentur. Quem librum ipse Ioannes Sodalibus suis Religiosis, Eremitis Montis Carmeli, legendum, & obseruandum tradidit tempore Honorij Imperatoris, anno Domini CCCCXII. Et ex tunc professores nostræ Religionis satagerunt ad perfectionem vitæ solitariæ tendere secundum formam institutionis Prophetæ Heliæ, per dictum Ioannem in præfato libro descriptæ. In cuius disciplina ex tunc, vsque ad tempora Heraclij Imperatoris, per annos circiter ducentos quinque, ad exemplum Fundatorum, & Priscorum Patrum dictæ Religionis præcipuè in terra S. conuersati fuerunt.* Huc vsque S. Cyrillus.

Bergomens.

Spec. Carm. Impress. ann. 1507.

Ioann. Pint.

S. Cyrill.

Quando Ioannes XLIV. liber Carmelitis obseruandus traditus fit.

9\. Hæc habes ad fidem verba Sanctissimi Patris nostri Cyrilli, domo Constantinopolitani, claritudine autem Hierosolymitani, Carmelitæ, Confessoris, & Doctoris, & Prophetæ illustrissimi: quæ quidem sufficere poterant, vt ea quæ Baronius Tomo Annalium 6. ad annum 444. sub numero 17. scripsit, omisisset, Ioannem Carmelitanum Monachum non fuisse, commemorans: & Margarinus de La-Bigne Tomo 8. Bibliothecæ Veterum Patrum, Impressionis Parisiensis 1610. [illegible] argumétis enixus induxisset, [illegible] non fuisse Ioannem [illegible] Patriarcham XLIV.

Baronius.

Margarinus La-Bign.

10\. Hanc ergo [illegible] auctoritatem S. Cyrilli ad suum sensum non dubitauit adducere ingenuus ille Minorita Ioannes Carthagena lib. 7. homilia 2. [illegible] quæ habetur tomi 2. 2. parte contra Hieronymum Romanũ, & Eminentissimum Cardinalem Baronium specialiùs probans Ioannem fuisse Carmelitam Monachum, & auctorem libri *de institutione Monachorum*, &c. ad Caprasium Carmeli Montis Priorem. Et quidem ista sufficere poterant, pro Thesis nostræ firmitudine magna, propter sacratissimi tanti Patris Cyrilli testimonium, huius exteri & tam ingenui Doctoris Minoritæ constabilitum consensu. Sed cùm pro omnimoda asserti nostri firmitudine dimicare susceperimus omissis nonnullorum auctoritatibus verbo expressis ne in immensum volumen exurgat, vel accrescat, datis tantummodo nominibus, & locis ab aliquibus, aliorum non contemnendæ auctoritatis assertorum (quorum nos post Cyrillum Sanctum ebibimus mentem) auctoritate, & testimonio assertum nostrum stabilire assumemus capite sequenti.

Carthagena.

CAP. II.

Alij pro nostra sententia recensentur auctores.

1\. PRimus in ordine iure suo inter cæteros Ioannis Patriarchæ Monachismum contestantes Sanctus Hieronymus accedat, cuius sanè testimonium omni maius exceptione rem satis poterit stabilire. Ad id adducendum nequimus sine dolore, tristem S. Hieronymi querelam de Ioanne nostro lectoris optimâ pace, protendere. Etenim Doctor Maximus sic in epistola ad Theophilum exclamauit de Ioanne verba commiscens: *Monachus, proh dolor! Monachis &*

S. Hier. ep. 62

minatur & imperat exilium: & hic Monachus Apostolicam Cathedram habere se iactat. Insuper Ioannem fuisse Abbatem non indicat obscurè tacet idem Doctor, vbi epistolâ eadem sic scribit: *Quantum valeat humilitatis exemplum didicit, qui nunc dissimulat, quis suo consilio olim disiuncta sociauit.* Vult Wastelius cap. 21. Apologiæ suæ contra Baronium, superstite adhuc scriptæ Baronio, Abbatiam Ioannis in Carmelo designari in verbis istis S. Hieronymi.

Idem S. D.

Vvastel.

2.

F. Iosephus à Moro. Guar. Cæsar. Capu. F. Francisc. Callen. Guardian Barbastren & Fucerensis.

Ioan XLIV. lib. de institut. c. 1.

Præterea, Ioannis Monachismus satis apertè demonstratus visus fuit vni vel alteri sapienti cuidam familiarissimo nostro ex Ordine sanctissimo Capucinorum, cùm nos super hac re sæpe conuenissemus cum illis. Etenim visum est vtrisque Patribus, & amicis meis in illa verba, quæ ad initium capitis 1. libri sui, Ioannes ipse cum Caprasio agens, tradit, sic aiens: *Quamuis namque conuersationis huius ratio in sola experientia consistat, & nequaquam posset hæc ratio plenè verborum doctrina, nisi ab experto tradi, neque etiam a te totaliter percipi, nisi eam pari studio, ac sudore per experientiam apprehendere laboraueris*, &c. Ex his sanè verbis ab ipso Ioanne velùt præfignati sapientes deduxere apertum testimonium de eius Monachismo, & Monastica professione, maximè ex illis *nisi ab experto*, &, *nisi eam pari studio, ac sudore per experientiam*, &c. quasi suppleat, *vt ego feci.*

3.

Prosp. Regin.

Io Molan. in Martyrolog. Vide supra tract. 1. disc. 4 c. 6. n. 10.

Quoad Ioannis Monachismum item stat Prosperi Aquitani Rhegiensis Episcopi testimonium, sic dicentis: *Ioannes Monachus ob vitæ puritatem, & prophetiæ gratiam, quam a Deo meruit, illustris habetur.* Sequitur Molanus, qui die Ianuarij 12. vt alibi diximus, latiùs hæc habet: *Item S. Ioannis Episcopi Hierosolymitanæ Ecclesiæ Ordinis Carmelitarum.*

4.

Suffragatur pro Monachismo, & inscriptione sæpe a nobis cum reuerentia, & gratitudinis osculo nominandus, excelsum illud Benedictinæ nobilissimæ familiæ decus, & Carmelitici decoris dil[i]ucidator insignis, Ioannes Trithemius Spanheimensis Abbas, qui libro de Viris illustribus Carmeli, de Ioanne, in Ioanne ipso loquens Patriarcha XLIV. Hierosolymitano, post alia, sic fatur pro nobis apertè: *Hunc Adrianus Papa I. propter eximiam doctrinam, & vitæ excellentiam de Monasterio Montis Carmeli sustulit, & in Patriarcham præfatæ vrbis* (Hierosolymitanæ) *sublimauit. Qui* (supple Ioannes) *cùm in Scripturis diuinis peritissimus esset, nonnulla præclara syntagmata dedit, quibus ingenium suum posteris declarauit, de quibus extat volumen insigne de principio, & profectu Ordinis Carmelitici, liber vnus.* Is est præfatus *de Institutione Monachorum*, &c. *ad Caprasium*, &c. Idem firmauit assertum quoad libri inscriptionem de laudibus Carmelitarum, cap. 2.

Trithem.

5.

An. Iot. Catal. scriptorũ Britann.

Pro iure vtroque de Monachatu Ioannis, & scriptione libri fiet nobis opitulator illustris Catalogi scriptorum Britanniæ auctor, cuius hæc est forma verborum: *Palladius Græcus, Primus Scotorum Apostolus, Ioannis XLIV. Hierosolymorum Episcopi discipulus olim fuit* (*vt auctor est Nicolaus Harlemius*;) *dum adhuc eremi cultor, solitaria Syriæ loca potissimè Carmelum, incoleret. Illius, inquam, Ioannis, qui ob Origenis allegoricum dogma, Hieronymi, atque Epiphanij in se concitauit scripta: quibus tamen ipse qui studij rationem reddens, respondit, se non Origenis fuisse, sed ingenium esse imitatum, ediditque librum contra suos studij obtrectatores, & de Institutione primorum Monachorum librum allegorijs plenum, quem è Græco translatum vidi.* Meminit item libri eiusdem Centuria 2. Carol[…] [illegible].

6

Episcop. Turiason.

Adducit ad hæc suffragia sua, à nobis equidem multis titulis amandus, & venerandus Reuerendissimus Episcopus patriæ nostræ Turiasonæ, Hieronymianæ nobilissimæ familiæ filius, & Pater illustris; vir sanè clarâ morum suorum honestate conspicuus, inter nostri sæculi Antistites sanctos & famigeratiores, in Ecclesia Christi, iure multo, clara Pharus habitus, sanctissimæ quondam Virginis Mariæ Theresiæ & Philippo II. Hispaniarum Catholico & Prudentissimo Regi a sacris confessionibus, & ab vtrisque multùm habitus & dilectus, D. D. Didacus à Yepes. Is ergo libro 1. cap. 1. Vitæ Virginis Seraphicæ Teresiæ sequentia posteris verba remisit: *Renobosè el Carmelo, y dentro de breue tiempo voluieron a viuir los Religiosos del en forma de mas Religiosos, guardando la Regla que poco despues de [illegible] dio a Caprasio Prior de los Ermitaños deste Monte, Ioan Patriarcha Ierosolymitano que antes hab[i]a sido Monje de la misma orden.* Quid clarius & congruentius rei nostræ adducere potuisset tantus iste testis?

7.

Salianus.

Adsiint suppetias oblaturi, more suo, nobilissimum vocati testes ex illustrissima Societate Iesu, perfectionis, & omnigenæ sapientiæ ditissima, & munitissima panoplia. Ex iis ergo primus inter primos assistat, hunc iure locum vendicaturus, Iacobus Salianus Auenionensis, validus Thesis nostræ defensor, [illegible] Tomo Annalium suorum ante Baronium IV. ad annum mundi 3123. sub numero sexto & septimo hæc de Ioanne Eliæ Prophetæ vitam describere ex ipso proponens, nobis obtulit nouissima verba: *Libet autem nonnulla de eo*, (Eliam ibi subaudi) *huic inserere narratione, quæ circa annum Domini CC[…] Adriano, & [illegible] Imperantibus, tradidit Ioannes Hierosolymitanus Antistes, ordine XLIV. vt est in eius opusculo, quod in Bibliothecam Veterum Patrum relatum est, qui vel antiquorum scriptorum monumentis, vel Hebræorum traditionibus Hierosolymis edoctus ea scire potuit, quæ in illum libellum mandauit, cui titulum indidit: De Institutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium*, &c. Et post pauca, sic pergit de eodem Ioannis libro sermonem protrahens: *Græcè ab auctore editum Latinitati donare curauit, ante annos omnino quingentos, Aymericus Antiochenus Patriarcha, natione Gallus, patriâ Lemouicensis, sub annum Domini centesimum vigesimum supra millesimum.* Et exinde numero 7. pergens sic scribit: *Eum ille librum conscripsit, cùm post diuturnam vitæ Religiosæ cum fratribus Montis Carmeli professionem, Hierosolymis post Sanctum Cyrillum factus Pontifex, ad alias euocatus curas, non potuit vltra domesticum exercitium, verbisque instruere: rogatus enim à fratribus suis, maximéque à Caprasio, quem ille Præpositum suo loco relinquebat,*

quebat, ad eorum consolationem, certioremque institutionem edidit librum, in quem non pauca, partim ex Scriptura, mandauit litteris; partim ex traditione seniorum, quibuscum à puero vixerat, qui & ipsi à maioribus eadem per manus acceperant. Ista Salianus. Ex quibus videas quàm exactum à tanto Annalista testimonium accipiamus pro Ioannis in Carmelo Monachismo, & libri præmemorati *de Institutione*, &c. genuina inscriptione; nihil sanè exactius, nihil apertius pro re nostra, vel ab auctore domestico adduci potuisset, aut solidiùs affirmari.

8. Kyrinus Salazarius.

Secundus accedat illustrissimus & sapientissimus Ferdinandus Kyrinus à Salazar sacri supremi Solij fidei Censor & Archiepiscopus dignissimus de las Charcas, qui libro suo Apologetico, aureis sanè literis exarando, pro immaculata Virginis Magnæ Mariæ conceptione, argumento 12. sæculo 4. pag. 410. hæc pulchra ad rem verba ministrat: *Illud tamen sciat velim, Illustrissimos Cardinales Baronium, & Bellarminum seriò affirmasse, librum illum de Institutione Monachorum, non esse Ioannis Hierosolymitani germanum opus, ea ratione inducti, quia meminit Carmelitanorum, eorúmque habitum graphicè describit, quos, aiunt, Ioanne Hierosolymitano longè posteriores fuisse. Sed absit vt ego Carmelitanis Patribus inuideam, vt & dictum Ioannem inter suos Protopatres numerent, & tam nobile, támque antiquum pro immaculata Virginis conceptione testimonium, inter sua Religionis ditissimas gazas ostentent. Vidi certè* (nota lector, & pondera Doctoris verba tanti) *atque euolui non pauca antiquitatis monumenta, vt in hac controuersia aliquid certò definirem; nihil tamen comperi, quod non suaderet præmissum Ioannem Carmelitanum fuisse, & dictum de institutione Monachorum librum ab ipso conscriptum, atque adeò hanc sententiam, libens amplector, & grauissimo, antiquissimo Ordini, quæ sua sunt, libens restituo.* Hæc Quirinus de Ioanne, & eius libro, qui paulò ante, capite scilicet 38. argum. 10. num 11. de figuris, & aliis testimoniis veteris Testamenti dignioribus, ex quibus Sancti Patres immunitatem Virginis Matris Dei Mariæ ab originali culpa aucupati fuêre, Nubeculæ Heliæ Patri ostensæ enodans mysteria, dum ad Patrum doctrinas peruolaret, ad explicanda mysteria Nubeculæ illius paruæ ostensæ Heliæ Magno, ponere haud hæsitauit loco primo inter Patres virum, Ioannem, eiúsque doctrinam, de Nubecula, magni faciens à capite 32. libri *de Institutione*, nuncupauit.

9. Posseuinus.

Inest quoque nobis ex eadem sacratissima Societate IESV, præclarus & eminens Doctor Antonius Posseuinus Tomo 2. sacri Apparatus sui, sub litera I, fol. 205. Impressionis Venetæ, verbis hisce: *Ioannes Hierosolymitanus Episcopus, quem Gennadius in Catalogo inquit scripsisse aduersùs obtrectatores studij sui librum, in quo ostendit Origenis se ingenium, non fidem esse sequutum, reprobatur à Cardinale Baronio, Tomo Annalium sexto, sub anno Domini 444.*

Baronius.

(Leonis autem quinto sui Pontificatus anno) monstrante eum haud fuisse Carmelitam, id quod Petrus Lucius Belga asserit, faciens eum XLIV. Patriarcham Hierosolymitanum, ab Adriano Pontifice Maximo, huius nominis Primo, è Monasterio Montis Carmeli eum ad dignitatem, ob vitæ sanctitatem, atque doctrinam excitum, & claruisse anno septuagesimo, supra septingentesimum, scripsisse verò ad Fratres quasdam hortatorias epistolas: at æquiuocasse Petrum Lucium conuincitur cùm de Ioanne illo, de quo Gennadius scribit aliud ac constet, eum vixisse anno quadringentesimo, & quod excurrit: ac scripsisse quidem hortatorias epistolas, sed & librum aduersùs obtrectatores nominis sui, quo in opere purgare se voluit Hieronymo, atque Epiphanio, de crimine Origenis; qui & ad Caprasium composuit librum de Institutione primorum Monachorum, quem Aymericus Antiochenus Patriarcha è Græco Latinum reddidit, quíque Venetiis in lucem prodiit. Hæc Posseuinus. Cuius testimonium certè maximi habendum censemus, tanquam eius sapientissimi Doctoris, qui post Baronium Cardinalem Eminentissimum scripsit, expressè eius sententiam proponens, ad quod equidem non nisi exactissimo processisset studio inquirendæ veritatis in hac re, dum sibi proposuisset tanti Annalistæ facessere sententiam.

Lucius in BB. Carmel. lit. I.

Resuscitur memorio Petrus Lucius Carmelita, ali quando enim cum domesticus Hierosolymitanum. [illegible]

10.

Non incassum, suprà, nos, cap. 1. numer. 3. 4. & 5. lectorem quemque præmuniuimus textibus & testibus multis à Iure, & Doctoribus Leguleiis super id datis, ne causaretur in eo quod nos, vt nostrum stabiliremus de Ioannis Monachismo, & inscriptione libri *de Institutione*, &c. assertum, ad domesticos producendos testes deflecteremus, id enim fecisse serio decreuimus, vt sine timore, imò aduersantium adhuc pace multa, ad eorum liceret cõfluere pro re nostra testimonia producenda, qui domestici fuerant nostri, dato quod ij, qui à nobis hoc, & sequenti capite erant aduocandi, vt & alibi quoque, vel sanctitate vitæ, vel religionis præstantia notissimi fuerint vniuersis: & dato quod iisdẽ de eis depositurì essent, de quibus vix certiùs ab aliis probari poterant propter multa: propterea iam nunc ad aduocandos, ex domesticis nostris, testes, deueniemus intrepidi.

11. Paleonydor.

Inter eos ergo adest scitissimus equidem sacrarum antiquitatum Carmeli inuestigator Paleonydorus Batauus, qui vt sapientissimus quidem, hanc, quam tuemur, veritatem, de Monachismo Ioannis, & inscriptione libri, si facillimè, securè dignoscere potuit, post tot sacra Carmelidæ gentis monumenta à se nimis improbo labore peruoluta. Is igitur tantus auctor, & ex nostris scriptor illustris, suo Trimerico antiquitatis, & sanctimoniæ Montis Carmeli opere, libro secundo, capite sexto, sic ad rem ait, de Ioanne Patriarcha XLIV. loquens: *Tempore Honorij, & Arcadij Imperatorum circa annos Domini CCCC. fuit quidam nominatissimus Montis Carmeli Eremita, sancta religiosaque vita, nomine Ioannes,* &c. Et post alia (iam à nobis data suprà in Præmissionibus ad istud Apologema, Præmissione 1. numero 2. quæ huc volumus reuocata te habere, ne fastidio tibi lectori simus.) hæc, de scriptione libri *de Institutione Monachorum*, à Ioanne factâ, testimonium parans, gratus adiungit: *Scripsit verò ipse Ioannes ad instantiam Fratris Caprasij Prioris Carmeli, librum de Institutione*

Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium; ſicut teſtatur Cyrillus Doctor Græcus, Prior Ordinis noſtri Generalis, in Epiſtola ad Abbatem Ioachimum, tempore Innocentij Papæ III. huius libri diſciplinâ, & inſtitutione Carmelitæ ſine Paganorum inſultu vixerunt, amplioribus dilatati Monaſterijs vſque ad tempora Heraclij Imperatoris. Hucvſque Paleonydorus, qui de libri eiuſdem inſcriptione fidem præſtans ſequentia dederat lib. 1. cap. 1. *Probantur prædicta auctoritate illius Magni Ioannis XLIV. Patriarchæ Hieroſolymitani, in libro ad Caprasium de inſtitutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium.* Et lib. eodem, capite 3. ad finem, ſic ſcribit: *Teſtatur hoc Ioannes XLIV. Patriarcha Hieroſolymitanus in libro de Inſtitutione Monachorum ad Caprasium Montis Carmeli Priorem.* Immo per totum ferè eiuſdem Paleonydori Trimericum opus teſtimonia, ad multa, & varia ab eodem libro deſumpta, tanquam à Ioanne deſert auctore, Ioannem eundem cognomine titulans *Magni*, vt videre eſt cap. 5. libri 1. & alibi ſæpè. Sed lib. eodem, cap. 2. vt expreſsè deſignet Ioannis Monachatum in Carmelo, hæc verba remittit: *Ioannes prius Prior, ſeu Abbas, & Pater Montis Carmeli, poſtea Epiſcopus Hieroſolymitanus XLIV. ad inſtantiam ſui ſucceſſoris in Prioratu, ſcilicet Fratris Caprasij Regulam Heliæ, & vitam, atque inſtitutionem colligens Græcis literis, & fratribus ſuis tradidit obſeruantiſſimè meditandam.* Hanc continet omnino liber prædictus *De Inſtitutione Monachorum.* Super hæc Sole clarius loquutus eſt pro re noſtra lib. 2. cap. 6. in verbis iam ſuprà datis, vt dicebamus, in Præmiſſionibus ad iſtud Apologema, Præmiſſione 1. n. 2. huiuſmet capitis, numerò, qui eſt in ordine vndecimus.

12. Epiſcopus Alguercen.

Opitulatur iiſdem Reuerendiſſimus, & admodum illuſtris Dominus D. F. Valerius Eximinus ab Embum deſignatus Epiſcopus Alguerenſis, ex Prouinciali huius noſtræ Aragonicæ Prouinciæ intimâ nobis amoris neceſſitudine coniunctiſſimus, qui nos ad ſui Epiſcopalis muneris œconomiam delegiſſe dignatus fuit. Is ergo, de quo in fine noſtri Paradiſi ſcripſimus latè (præter ea quæ de Monachatu & Prioratu Ioannis in Carmelo ante Infulam Hieroſolymitanam & de inſcriptione libri *de Inſtitutione*, &c. docuerat in ſtimulo ſuo part. 1. cap. 1. §. 1. & §. 4. tit. 2. & cap. 2. §. 1. titul. 1. & §. 5 tit 5 partis eiuſdem.) in adnotationibus ſuper Regulam Alberti Patriarchæ, Tractatu 1. adnotatione 1 numer. 12. & 13. hæc de Monachiſmo, & libro Patriarchæ noſtri dictitauit: *Fuè Iuan Geroſolymitano varon de grande ſantidad, Monge del Monte Carmelo, y Prior del, como dice Thomas Waldenſe tom. 3 de Sacramentalibus, cap. 89. tit. 9.* Et mox numero 13. ſic ait: *Eſte ſanto Prelado a peticion de Caprasio Prior del Monte Carmelo eſcribio ſu libro de la Regla, y de la inſtruccion Monaſtica, y lo dedico à Caprasio Monge del Monte Carmelo, como lo afirma Waldenſe, Tomo 3. cap. 89. num. 5. y lo intitula,* De peculiaribus geſtis Carmelitarum, *y aduierte que ia en ſu tiempo eſtaba traducido en lengua Latina.* vbi loquutum eſſe Waldenſem de libro *De Inſtitutione Monachorum*; conſcripto à Ioanne XLIV. ſic euidens eſt, vt probatione non indigeat.

13. Guadalaxara.

Poſt hos ſtat noſter Marcus à Guadalaxara inconcuſſus vtriuſque hiſtoriæ diuerſator, & pius vir. Qui capite 7. ſui ſpiritualis Carmelitici Theſauri, hæc nobis, rei noſtræ opportuna verba ſubminiſtrauit: *Pidieron al Carmelita S. Ioan Patriarcha XLIV. de Ieruſalen tubiera por bien de eſcribir les en vn volumen aquella regla con los ſucceſos de la Religion, desde Helias haſta entonces. Hiçolo el S. cu titulo es:* Liber de Inſtitutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum & in noua perſeuerantium ad Caprasium Monachum. *Hæc noſter Guadalaxara.*

14. Thom. à Ieſ. Leo à S. Ioanne.

Tandem, ne multis datis aſſertorum pro nobis militantium auctoritatibus verbo tenus expreſſis, in immenſum caput iſtud accreſcat, illi colophonem imponat ex illuſtriſſima, & ſacratiſſima Excalceatorum Carmelitarum Latrum Congregatione (quæ quidem Aſceticæ militiæ noſtris ſæculis illuſtriſſimum in Eccleſia Chriſti, altiùs præ cæteris Ordinibus, abſque vlla hæc inuidia dixerimus, vexillum erexit, & vt dexterrima Ahod non ſolùm gladios ſpiritus, & ſanctitatis, ſed & ſapientiæ ſimul calamos, vt gladios ſpiritus, vibrare nouit) ſapientiſſimus illius apex & Religioſiſſimus Pater, & Doctor ingenuus Thomas à Ieſu Biacenſis, Prouincialis quondam in Prouincia S. Heliæ Prophetæ, poſtea verò per Belgium, & Germaniam Vicarius Generalis; qui (vt loquitur noſter Leo à Sancto Ioanne, ratione 2. ſectione 2. folio 130. Impreſſionis Pariſienſis anni 1625. lib. *de type, ſeu pictura veſtis Religioſæ*) noſtro æuo pari ſanctimonia & eruditione Carmelum illuſtrauit. Is ergo tantus vir, 1. part. de Regulis variis Carmelitarum, capite 1. vt probaret inſtitutam ab Helia Religionem vſque ad noſtra tempora perdurаſſe: & hanc ipſam eandem eſſe, quam ſub tutela B. Virginis Mariæ de Monte Carmeli Carmelitæ nunc profitentur, aduocans rei teſtes, teſtem Ioannem Hieroſolymitanum adducit Patriarcham XLIV. ad cuius teſtimonium peruolans ſic ait: *Primum eſt* (ſupple teſtimonium, lector) *Ioannis Hieroſolymitani Patriarchæ quondam Montis Carmeli ſplendoris, & cultoris inſignis, qui ex Priore huius familiæ ad Hieroſolymorum ſedem, tempore Honorij, & Arcadij fuit aſſumptus, cuius admirabilem ſanctitatem memoria non peritura tradidit Nicephorus Calixtus, libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimo octauo: ſcripſit hic librum vnum de inſtitutione Monachorum in veteri lege exortorum, & in noua perſeuerantium, in quo Caprasio Montis Carmeli Præpoſito reſcribens Carmelitarum genealogiam à Propheta Helia, tanquam à primo fonte latè, doctèque deducit.* Huc vſque Thomas à Ieſu Demonſtrauerat eadem fusè ſatis in tractatione Hiſpano axiomate iampridem à ſe edita, de Ordinis antiquitate, c. 11. vbi de Ioanne loquens hæc habet: *Antes de ſer Patriarcha fue Monge del Monte Carmelo, y Prior del, como lo ſiente Armachano, apud Vualdenſẽ de ſacramẽtal. tit. 9. c. 89.* Et repetit c. 12. *Fue en eſto tiẽpo Caprasio Prior del MõteCarmelo varõ de grã ſantidad, y virtud, diſcipulo del Patriarcha Ioã Geroſolymitano: a eſte dirigio el libro de que arriba habemos hecho*

Nicephor.

mencion, en el qual trata del origen de los Carme[illegible]as. Contestatus est eadem late satis Tractatu aduersus asserta Hieronymi Roman, sempiterni Carmelitarum antagonistæ, in responsione prima aduersus ea, quæ Augustinianus iste Eremita scripserat lib. 2. Defensorij Ordinis S. Augustini, cap. 8. fol. 318. col. 3.

15\. His solis testimoniis profectò nos contentos esse oportebat, tum propter contestantium auctoritatem, tum propter numerum eorum, etenim si in ore duorum, vel trium testium stat veritas omnis, quantò magis in ore tantorum, & grauitate vitæ, & sublimitate dignitatis ita pollentium. Sed tamen, vt id in quo robur omne veritatis historiarum Carmelitici decoris existit, validissimè consistat, datis verbo tenus istorum testium auctoritatibus, ad alios nomine & locis tenus producendos testes deueniemus si prius hac in suscepta à nobis Prouincia de tuendo Ioannis Monachismo, & libri sui inscriptione sæpè præfati, ab auctoritate inconcussæ traditionis inceperimus, subiciendo immediatè capite sequenti.

Cap. III.

Prosequimur præasserta probare, à communi, & vniuersa nostri Ordinis traditione, & altera ingenti grauissimorum Auctorum, ex Ordine diuerso, ordinata acie.

1\. PRæterea liber iste Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani Antistitis XLIV. sub huius genuini nomine auctoris semper, & sæpè ab omnibus receptus est, & vel Ioannes idem inter Carmeli antiquos professores, ante Patriarchales infulas legitimus Heliæ Patris filius & hæres professionis Monasticæ connumeratus ad huc & habitus sanctus, sine vlla certè, vel viri vnius, cognita tergiuersatione, vsque dum placuit Eminentissimo Cardinali Cæsari Baronio (si placuisset Deo) vniuersam innumerabilium pene Doctorum, & scriptorum illustrium, vtriusque palæstræ acceptionem, contendere inficiari. Auersus ab eo, quod pro nobis incunctanter immemorialis traditio perstitisset, & militasset: & forsitan sanè non prætereius de doctrina ab eodem de seruandis traditionibus tradenda Tomo XII. in Appendice ad Tomum I vbi ad id hisce nos erat verbis suis commoniturus, notatu sanè dignis: *Nobilia ergo* (ait Baronius ipse) *ingenia magis laborent quomodo quod per mille ac sexcentos fermè annos ostenditur in Ecclesia esse receptum consistere possit, & firmum persistat. Quodque aduersantia recepta iam consuetudini, licitè corrigant & emendent.* ista Baronius: quem legisse, & obseruasse optauissemus S. Hieronymum Epist. 28 ad Lucillum, de traditionibus sic fantem: *Illud breuiter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas vt à maioribus tradita sunt: nec aliorum consuetudine: aliorum contrario more subuerti, &c.* Et infra: *Sed vnaquæque Prouincia abundet in suo sensu.* Ex quibus certè id sibi persuasum habere debuisset, quod nobilia Carmelitarum ingenia, iuxta Baronij mentem, multum se teneri crederent sibi, ad laborandum in eo quod hanc firmissimam traditionem de Ioannis Monachismo sancto in Carmelo, & libri sui inscriptione tot sæculis propagatam, tot Conuentus generalibus & sanctis, vtriusque manibus acceptam, toto in vniuerso Religionis nostræ orbe diffusam; triginta trium Prouinciarum antiquioris obseruantiæ nostræ claudicare [illegible] perturbantem; peruadentemque [illegible] Patrum Carmelitanam illustrissimam Congregationem, Atestinæ, vt suprà dicebamus, [illegible] in Ecclesia Christi vexillatam iure multo his nostris sæculis dictam mundam, vt vere apud Italos, Gallos, Persas, Indos, adhuc & Arabes, [illegible], vtriusque orientis, inquam, & occidentis, diffusam, & propagatam: immo quoque septa Mantuanorum nostrorum veneranda, non modò pertingentem, sed placidè perambulantem) per plus mille & ducentos annos firmatam, & stabilitam, solidam facerent consistere semper, permanere que firmam, vt Maiores nostri, suo vtentes iure, & suo muneri consulentes, fecerant. Hos [illegible] ergo nos hic studemus imitari, obsistentes aduersantibus tantæ receptæ traditioni, quicunque ij sint, & nouis eorumdem adinuentiones hisce emendantes in defensionem iuris & honoris celeberrimi Patriarchæ nostri.

Cap. 2. n. 14.

2\. Quòd si nunc huius validissimæ firmitudinis, à tanta, tamque antiqua traditione [illegible] vim ipse Illustrissimus Baronius, & hi, qui eius sunt sententiæ, [illegible] tantum in [illegible] pedibus quasi facto, eneruare contenderint, hoc [illegible] veritatem illius, quæ est quæsto, [illegible] nobis temporum illorum secura traditio, quod firmum [illegible] Non minus ergo negare licere sanctos Patres & Ecclesiæ S. Doctores, Hieronymum, Chrysostomum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, & alios classis & temporis eiusdem auctores non fuisse operum, quæ cum eorum illustrissimis nominibus circumferuntur: nisi dixerint aduersantes in nos, quod illa sanctorum Patrum scripta ab omnibus sic sunt habita, & æstimata, vt ij soli, quorum nominibus circumferuntur, fuerint & sint germani parentes eorum, & auctores [illegible] Cui assertio facilis quoque stare poterit incunctans propositio nostra: etiam à multis receptum esse, quod liber *de Institutione Monachorum, &c.* de quo, & pro quo nobis sermo est, & [illegible] procedit prædicti Ioannis XLIV Hierosolymitani Patriarchæ genuinum opus sit, germanumque studij, ingenij, & spiritus sui procreatio [illegible] vt videre fuit duobus capitibus præcedentibus in quibus illa tibi obtulimus grauissimorum auctorum apertissima testimonia pro Ioannis nostri Monachismo, & libri huius inscriptione [illegible] designata: & infrà, hoc ipso capite videre item erit vbi habebis, locis & nominibus suis solummodò designatis, ingentem aliorum, non contemnendæ auctoritatis aciem quam omnimoda Card. Baronij auctoritatis vis vllatenus infringere valebit, ad quorum opera confluxeris, locis suis fidelissimè tibi datis, adinuenies quàm sit stabile, quod à multis quoque fuerit omnibus vel omnibus accepta nostra sententia de Monachismo Ioannis Patriarchæ XLIV ante Infulas in

Nota Baronij verba.
Baronius.

S. Hieron.

Carmelo,

Carmelo, & similiter de scripto à se libro prædicto *de institutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum*, &c. ad *Caprasium Carmeli Montis Priorem*.

3. Stabiliunt quoque sententiam nostram, ante Baronium, cum Baronio æquales; & post Baronium, qui scripsère sequentes (vt multos alios prætereamus, ne Solis videamur radios dinumerare contendisse) Ioannes Molanus non solùm ibi vbi aliter à nobis datus est, scilicet Tractatu hoc 1. disc. 4. cap. 6. num. 10. sæpè; sed etiam in Bibliotheca sua Theologica Manuscripta, quæ fuit penès Dominum Miræum Canonicum Scholarcham, & Bibliothecarium Antuerpiensem. Lelius Zechius in Monarchia Ecclesiastica Tractatu de Relig. cap. 2. §. *Carmelitarum Ordo*. Iodocus Clictouæus, serm. in Comitiis Prouincialibus Carm. tom. 2. homiliar. hom. [illegible] Ioannes Burlæus serm. de Conceptione V. Mariæ. Baptista Venetus, in Speculo, Ioannes Venetus alter à primo, in Chronico Ord. sui cap. 7. Arthmacanus Hiberniæ Primas (datus ab Waldensi nostro tit. 9. de Sacram. cap. 89.) serm. de Conceptione V. [illegible] Vincentius Bellouacensis lib. 20. Spec. hist. cap. 7. ap. Paleonydorum. Ex Carmelitis [illegible] Pater noster totiusque Ordinis Generalis Magister Ioannes Sorethus [illegible] in expositione Parænetica Reg. [illegible] Patriarchæ folio 67. Impressionis Parisiensis anni 1625. R. Pater Philippus Ribbotus Prior Prouincialis Cathalonicæ Prouinciæ, cuius apud insignem Benedictinum Trithemium de scriptoribus Ecclesiasticis, & de viris illustribus Carmelitarum, nota est auctoritas, apertum studium, sapientia, virtus, & religio; is enim commentario integro Ioannis librum [illegible] Thomas Scropus Dromensis Episcopus, qui ex Latino, vt dicebamus Statu 4. Ætat. 16. sub anno 1409. Anglum [illegible] Ioannis librum, Pitsæo teste. RR. Pater Bapt. Mantuanus in Apologia contra detrahentes Ordini Carmelitarum, qui sic scribit: *Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus ad hanc dignitatem, ex Carmelo venit: ipse antiquorum Carmelitarum vitas scripsit, incipiens ab Helia vsque sua tempora: & extat ad hunc vsque diem, liber ille quem ego vidi, tenui, ac legi*. B. Thomas Waldensis tomo 3. titul. 9. cap. 89. de Sacramentalibus, sequutus Ioannem de Bachone. Franciscus Martini, lib. de Conceptione immaculata V. Matris Mariæ, cap. 1. Mira sanè res quod super Senes Eminentissimus Baronius solus intellexerit, nullo ad rem hanc lustrato monumento, aut aliorum exhibito auctore; & quod in tam longissimæ vetustatis prosilierit, & superauerit notitias eorum, qui a quadringentis annis, vel eo infra clarüere litteris illustrissimè notati, & nobilissimâ sapientia.

Molanus. Zechius. Clictouæus. Burleus. Venetus. Io. Venet. Arthmach. Vincent. B. Sorethus. Ribbotus. Tho. Scrop. Mantuanus. Vvaldensis. Bachonius. Franciscus Martini.

4. His, liceat synchronos, quoque & simul successores Baronio adducere, contra Baronij mentem, & sensum auctores, notæ sanè liquidissimæ. Inter quos nobis opitulatus primus adsistit Ioannes Baptista Confectius in collatione Bullarum cap. 7. Post eum verò Paulus Mongia leuatus, de origine Religionum cap. 30. Carolus Tapia signatissimus Leguleius, in authenticâ, verbo *Ingressi* cap. 17. num. 2. de sacrosanctis Ecclesiis. Petrus Lucius Belga (non Belisa, vt malè citant eum Paulus Sherlogus & alij,) in compendio suo historico ad finem, & alibi ex eo, & adhuc in Apologia pro libro Trithemij Abbatis de laudibus Carmelitarum, Margarinus La-Bignæus Doctor Sorbonicus in Academia Parisiensi, qui etsi dubitans de auctore libri *de institutione*, tamen [illegible] sub nomine S. Ioannis Hierosolymitani adiicit Bibliothecæ suæ Magnæ tertio iam ab eo editæ Veterum Patrum & antiquorum scriptorum Tomo nono. Petrus Wastelius noster, Apologiâ integrâ contra Baronium superstite scripta Baronio, vt ex integro Librum *de institutione Monachorum*, &c. probet germanum esse Ioannis XLIV. opus. Leander Granatensis Benedictinus, Disc. 4. §. 2. *Insinuationis diuinæ pietatis*: est vita, & acta clarissimæ Virginis S. Gertrudis. Ioann. Pitseus, & Ioannes Lelandus de illustribus Angliæ scriptor. tom. 1. Franciscus Boethius à Gherasco, pro sententia plures adducens: hanc sequitur [illegible] *de institutione*: & eius in Carmelo Monachismo tenuit, lib. *Incendio spirituale della* [illegible] *Carm.* folio 60. Ioannes à Iesu Maria Carmelita Excalceatus tom. 1. cap. 2. Compend. vitæ S. Theresiæ. Iacobus Bolducus Capucinus lib. 13. de Ecclesia ante legem cap. 12. Ioannes Tuautus serm. [illegible] cap. 1. Laurentius Apontius in lib. [illegible] Angelus de Paz Minorita, in expositione Symboli lib. 5. cap. 22. Ildefonsus à Iesv Maria, lib. de doctrina Religiosa, 3. part. cap. 2. Petrus Valderrama Augustinianus, in Theatro Religionum serm. de S. Helia. Mexia de la Cerda lib. de Conceptione V. Ioannes Bapt. de Leçana de Conceptione V. cap. 18. Alma Vniuersitas Coloniæ Agrippinæ, cum omnibus Doctoribus suis in impressione facta nouæ Magnæ Bibliothecæ veterum Patrum plusquam centum auctorum [illegible], in qua (vt iam dicebamus Tract. [illegible] Apolog. Disc. 4. cap. 6. num. 13.) ad Tomum quartum, seculo 4. ponit Ioannem [illegible] auctorem libri *de institutione Monachorum*, &c. ad *Caprasium Monachum* &c. adhuc *Sancti* titulo connotans eum. Didacus à Coriâ, Dilucidarij sui lib. 5. [illegible] Philippus Santiagus in Catalogo illustr. Carmelitarum sub titulo: *Sancti qui* [illegible] *apud Græcos* [illegible] sub [illegible] 431. Ioannes Pintus à Victoria [illegible] Aragoniæ, in Monarchia sua Carmelitarum tract. 1. cap. 2. 3. 4. per omnia, ex professo probans fuisse Ioannem XLIV Monachum Carmelitam, & auctorem *libri de institutione*, &c. Antonius Oliuan tom. 2. Disc. 22. §. 3. num. 3. & alibi sæpe, in sua morali animæ instructione. V. P. Hieronymus Gratianus Disciplinæ Regul. cap. 4. §. 3. Sed expressiùs cap. 5. §. 1. & tractat. de propaganda fide. Et item de Orig. Carmelitarum. Leo à S. Ioanne Carm. Rhedonensis in Typo, seu pictura vestis Religiosæ, Ratione 1. sect. 4. de Pallio, folio 31. Impressionis Parisiensis anni 1625. & sect. 10. fol. 96. & fol 107. Balthasar Porreñus, lib. de immacul. Virg. Conceptione cap. 7. in initio. Venerabilis Pater Michael de la Fuente Carm. in Catalogo SS. & illustrium virorum Carmeli, ad finem Compendij historialis, Ioannem ponens titulo Sancti. Et in compendio quoque historiali

Confectius. Mongia. Tapia. Petr. Lucius. La Bignæus. Vvastelius. Leand. Granatens. Pitseus. Lelandus. Boethius. Iesv. Bolduc. Tuautus. Apontius. Angel Paz. Ildefonsus à Iesv. Valderrama. Mexia de la Cerda. Leçana. Vniuers. Colon. in Impress. B3. Magnæ veterum Patrū facta anno 1618. Coria. Pintus à Victoria. Gratianus. Porrenus. La Fuente.

prædicto lib. 1. cap. 1. prope finem. Improbus, & curiosus antiquitatum, & omnis Carmeliticæ gloriæ nostro tempore notus satis indagator, Emmanuel Roman Carmelita, in suis elucidationibus pro sacris antiquitatibus Carmelitanæ Religionis, Elucidatione 27. rem ex professo probat & alibi sæpe, libro eodem. At vbi de antiquitate Carmelitarum, & scriptoribus tractat, de Ioanne agens, hæc fatur expressiùs: *Ioan. Patriarca de Ierusalem de Prior del Monte Carmelo fue promouido a aquella dignidad*, &c. & paulò inferiùs sic ait: *Este Doctor escribio entre otros libros vn libro intitulado de la institution de los primitibos Monges, que esta en la BB. de los Padres, Tomo 8.* Emanuel Rodericus, Minorita sapientissimus tomo 1. qq. Regularium, de Origine Religionum quæst. 1. & 2. art. 4.. Hieronymus Sorbus Capucinus in compendio priuilegiorum, Alphonsus à Villegas serm. de S. Theresia. Stephanus Mendius Dominicanus in Dialog. Hieronymus Tiedra item Dominicanus serm. de S. Theresia. Ægidius à Præsentatione, Augustinianus Primarius S. Theologiæ professor in Vniuersitate Conimbricensi, lib. de Conceptione V. Mariæ, quæst. 4. art. 1. §. 1. numero 8. Hieronymus Aznarius Aug. in dilc. seu conceptibus pro immaculata V. Mariæ Conceptione, cap. 10. fol. 502. Franciscus Turrianus Minorita lib. pro immaculata V. Concept. one; Hieronymus Cenedus Dominicanus huius nostræ Cæsaraugustanæ Vniuersitatis toto orbe notissimæ Iuris vtriusque & S. Theologiæ Professor publicus, & Doctor insignis, lib. suo de paupertate Religiosa.

Præter hos & suprà adductos Salianum, Kyrinum, & Posseuinum Iesuitas (quos seiunctim ibi aduocare placuit, tanquam eos, qui singularissimo pondere verborum nostram stabiliuère sententiam) Doctorum illustrium Chorus alter ex Societate IESV diuina, non poterat hic à nostris castris abesse, aut pro nobis sacra illa sapientum Orbis, & nobilissima acies non militare (ea enim est, quæ honoribus vbique, & immensis pene gloriæ stemmatibus vndique melioribus coronata, sine aliorum inuidia, extensis semper manibus, vel ab ortu suo, vix ad Carmelum calatha honoris multa. decores nobilissimos halantia, verbis, & scriptis adferre destitit nunquam. Ex ea igitur, præter adductos, pro nostro asserto strenuè militare prodierunt vt Ioannem XLIV. Antistitem Hierosolymitanum ante infulas Carmeli Monachum, & post infulas auctorem genuinum *de institutione Monachorum ad Caprasium* profiterentur, apertè in primis Petrus Canisius de B. Virgine lib. 2. cap. 3. ad medium, §. *Non repetam.* Gregorius de Valentia lib. Controuersiarum, Tractat. de voto Religiosorum, habetur tomo 3. quæst. 4. punct. 1. §. 1. Hieronymus Platus, de bono status Religionis lib. 2. cap. 22. Gaspar Sanctius in 3. lib. Regum cap. 17. num. 13. Franciscus Suarius tomo 4. de Relig. lib. 2. cap. 10. Petrus Ojeda de Conceptione V. cap. 1. Cornelius à Lapide in epist. ad Hebr. cap. 11. versu 38. num. 376. Cosmas Magallianus in Canticum Moysis lib. 3. sect. 2. annot. 6. Lusius Turrianus selectarum Disputationum part. 2. disp. 29. dub. 1. Didacus Baëza lib. 1. cap. 8. §. 9. & §. 13. Comment. mor. in Euang. Ioannes Azorius lib. 2. cap. 22. tom. 1. Summæ, & lib. 12. cap. 23. Christophorus à Castro in historia Deiparæ folio 588. & alij multi ex eadem Societate IESV illustrissimâ, quos immensum penè esset isthinc prætexuisse: Tot fuère semper, qui iura Carmelitarum defendere vbique, & semper assumpsère viriliter ex hac sacri Parentis Ignatij virtutibus, & magnâ sapientiâ Arce munitissimâ.

Vt mirum sit nobis quod nuperus Auctor vnus nouissime prodierit, qui fracto velut irruens impetu in Ioannem nostrú, nescimus quo sanè zelo, dum libere ad alia deflectere posset, & semitam, recto tramite, absque illo diuerticulo tenere, & terere suam; Ioannis Antistitis Hierosolymitani XLIV. vitam, & mores atro tingere assumpserit atramento. Etenim iste, aliter eruditissimus, & elegans vir, tomo suo 2. in Canticorum Canticum Salomonis, vestigatione vigesima, sect. 2. ad illa capitis 2. Canticorum: *Introduxit me Rex*, &c. Priùs ad num. 38. supponit, de libro Ioannis loquens, quem tractatum vocat, esse Ioannis XLIV. illius qui tunc in Sede Patriarchali Hierosolymitana Cyrilli successor, ex Nicephoro Constantinopolitano in Chronico, tomo 9. Bibliothecæ Magnæ Patrum part. 1. Theodoreto lib. 5. historiæ cap. 35. & alijs: & deinde sub num. 42. quæ sibi proposuerat, in dubia denuo vertit, adducens pro hac noua sua palinodia, inter alios, quendam Carmelitam Petrum Lucium Belissam, cuius viri memoria, aut nomen, nullibi vsque huc reperietur in scriptis totius Ordinis Carmelitani; indixisse voluisset pro *Belissa, Belga*; sed transtulit erratum à Bibliotheca Magna nouissima La-Bignæi plus, nunc centum auctoribus aucta in qua, vt & in tertia eiusdem editione Parisiensi anni 1610. factâ, in præcapitulari adnotatione posita ante librum Ioannis *de Institutione Monachorum*, &c. Petrus Lucius Belga, Bellissa, errore, vocatur à Margarino de La Bigne: à quo suum hausit nouus is auctor, vt ostenderet se more pecudum siue auium, vt adnotabat Leguleius Antonius Gomez, in Comm. ad Reg. Cancell. in refutando Ioanne, & eis scribendis, quæ aduersus eum dictitare parabat, processisse: quæ quoquouersum primi procedit, aut pecudum sicut exilit, reliqui sequuntur nullo alio instinctu, aut examine præuio, nisi quod primus, aut prima procedit illuc. Ebiberat auctoris turbidam de Ioanne, quam mentem eructat, à Cæsare Baronio, & dubium est an ea ipse omnia, quæ de Ioanne Antistite Hierosolymitano XLIV. Baronius scripsit perpensè legerit: sciret equidem maximam se Ioanni irrogaturum iniuriam, cùm & ipse Baronius circa Ioannis errores, & vitia illi falsò traiecta; palinodiam iam cecinisse facilè deprehensus sit; vt hoc nostro Apologemate demonstratum dedimus, Tractatu primo. Porrò auctor citatæ Vestigationis num. 39. quemdam adducit Ioannem Mariam (nunc Brasich, nunc Barrisch agnominans eum, vt nesciamus quis firmus sit pro mente sua auctor adductus) vt probet ex altercationibus à Ioanne habitis cum S. Epiphanio, S. Hieronymo, & Theophilo Alexandrino, satis patère, quàm fuerit indignus *Sancti* aut *Diui* nomine, Ioannes noster (pro quo hic certè modò non decertamus.) Præterea alia persequitur

Marginalia (left): Emanuel Roman. — Emanuel Rodericus. — Sorbus. — Alph. Villeg. — Mendez. — Tiedra. — Ægidius. — Aznar. — Torres. — Cenedus. — 5. Scriptores Iesuitæ. — Canisius. — Valentia. — Platus. — Sanctius. — Suarius. — Ojeda. — Cornelius à Lapide. — Magallian. — Turrian. — Baeza.

Marginalia (right): Azorius. Castro. — 6. Nota pro Ioanne singularem offensionem, digressiuncula ista designatam. — Gomezius.

semper inuehens in Ioannem, calamo velut hostili, Baronium amplexatus, quæ satis à nobis refutata videntur Tractatu 1. huius Apologematis, circa mores, & fidei integritatem nostri Patriarchæ, quibus, pro libero sensu suo, auctorem istum stare volumus, vt iudicet, lectis nostris istis, in recto iure, & æquâ, illa, pacati animi lance perpendat, qui multus nunc est vt adducat auctores, qui Ioannem tanquam hæreticum taxarint vt Origenistam, aduersùs quos aperto Marte militarunt plures à nobis adducti Tractatibus illis, qui quidem maioris roboris & auctoritatis iure habendi sunt, cùm hi de iis agant, magna ex parte, quæ ipsi à Maioribus, & peritioribus, in omnibus rebus Ioannis, vt domestici, quæ dictitarunt ebibere potuerunt, aut certè quasi proprijs oculis haurire valuerunt. Deinde adducit auctor Doctores alios, vt probet ex eorum silentio (quasi si argumentum ab auctoritate negatiua apud Doctorem tantum aliquid momenti habere potuisset aut valoris.) circa scriptionem libri *de institutione Monachorum*, Ioannem non fuisse eius genuinum elucubratorem. Inter Doctores igitur illos Trithemium adducens, ait siluisse hunc de Ioannis libro, contra quod, extant expressissima verba Trithemij relata à nobis cap. 2. n. 4 huius 2. Tractatus.

7. Tandem in eo sistit, vt assentiatur nonnullorum de antiquitate Carmelitanæ Religionis male meritorum scribentium assertis, qui dicunt, & cum eis dicit auctor, Carmelitarum Religiosorum vel nomen, eo tempore (quo libri auctor *de institutione Monachorum*, &c. multa de Monachis Carmelitanis scribit primis Ecclesiæ temporibus) fuisse inauditum. Pro hoc certè satis toto hoc nostro Paradiso decertatum est, & præterea hoc 2. Tractatu Apologetico delibauimus quæ sufficere ad rem possint. At quis demirari desinat Doctorem equidem egregium, extra Sacratum Sodalitij sui Cherubici communem Chorum hæc dissona canere carmina voluisse, absona satis Carminibus illis, quæ communiter pro celebranda, & stabilienda Carmelitanæ Religionis antiquitate, & ab Helia Primo Carmelitarum Principe, & Antesignano fami geratissima deducta origine, & inconcussa successione sacris vocibus suis suæ gentis nobiles sapientium multorum Chori & Classes, intonuerunt? At, at, *aliquando bonus dormitat Homerus.* Consultò auctorem istum non nominauimus, ne contentiones magis quæsiuisse videamur, aut alicuius famam prodere voluisse, quàm illatas iniurias propellere à nobis, & Maiorum, aut iurium nostrorum propugnare, & tueri nomen, & decus. Sed breui hac aberratione ista libare decreuimus, vt credant alij, nos non vtràque adhuc in aurem dormire Carmelitas, sed semper esse ad prælia honoris, dum opus fuerit, paratos, vt iura nostra, non hostili ferro, sed amico saltem calamo tueamur.

8. Ast rem redeuntes ad nostram lectorem nuncupamus hic, vt rectè iudicet, an tantorum Doctorum auctoritas, auctoritati vnius Illustrissimi, & Eminentissimi Cardinalis Cæsaris Baronij, & eorum qui eum sunt sequuti, vt vnum Ecclesiæ scriptorem, Cardinalitiâ suâ dignitate sublimissimum, sequerentur, præponderare valeat, vt illustrissimi quantumuis, & eminentissimi scriptoris mentem auellere possit, ab omnium hominum rectè sentientium, & iudicantium cordatissimo sensu.

9. Tandem certè nobis haud suadibile est quod re in ambiguâ (sic hanc vocat La-Bignæus tomo 8. Bibliothecæ Veterum Patrum sequutus Baronium suum) potius Ioanni XLIV. quàm aliis, tot recensiti Doctores sapientiâ non solùm clari, sed & virtutibus multis, & sanctitate eorum nonnulli nobiles, & egregij, librum tribuerent, & eiusdem in Carmelo Monachismum contestarentur, nisi eos huius probatissimæ veritatis firmitudo nobilior solidasset. Si ergo ex tantorum asserentium votis liber iste *de Institutione* Ioanni XLIV. Antistiti Hierosolymitano adscribendus est, & ipse iure suo inter Monachos Heliades connumerandus: quis in posterû asseret multa fuisse libro huic admixta, & inserta, si le ambiguâ, & librum ipsum vacillare esse deprehensum, cùm omnia quæ habentur in eo tot Doctorum confirmationibus celebrata, & venerata videantur variis in lucubrationibus, tractatibus, & libris eorum: & ab vniuerso Ordine Carmelitano ex vi infractæ traditionis, cuius suprà dedimus memoriam, suscepta & amplexata teneantur semper, & vbique. Sed iam nunc pergamus ad alia sequenti prius Appendice adiectâ.

APPENDIX

Pro Ioannis XLIV. Patriarchæ Hierosolymitani doctrinâ ex capite 34. 35. & 36. libri sui de Institutione, &c *Circa primicerium virginitatis Heliæ Patris: & id quod Sanctissima Mater & Virgo Dei Genitrix Maria, à Carmelitis Primipila Virginalis pudicitiæ voto signatæ Numini Deo, semper fuerit à Carmelitis prædicata, ex Ioannis præfati doctrina.*

1. Rati sunt nonnulli, sed sanè præpostero sensu, velle nos Carmelitas, propter virginitatis voti prima us gloriam aucupandam, & arrogandam Ordini Heliadum sacro, ex primo Religiosi status Principe Helia nostro (quem Ioannes XLIV. Patriarcha Hierosolymitanus cap 34. libri sui *de Institutione*, &c. Primum fuisse prædicat inter omnes qui ad altam circumcisionis scientiam ascendere norunt, ad cuius exemplar disc puli eius, & Religiosi propositi sui legitimi hæredes, virorum primi, vt fatur indidem ipse Ioannes, seipsos Numini Deo, sequuti Parentem Maximum, per virginitatis votum, dedicarunt) vel tantillum de sublimissima gloria Magnæ Virginæ Matris, aliquando sub doctrina præfati Patriarchæ Ioannis militantes detrahere conatos esse, in eo vt asseruerimus propositi nostri Principem Heliam primû ex hominibus fuisse,

qui

qui virginitatem solemni designatam voto colere decreuerit coram Deo suo. Propter quod in crimen aduocant Ioannem illum, & nos sacræ Regulæ vel dogmatis Monastici sui cultores, quòd tanquam veri Virginis Mariæ filij, & participes primi dilectionis suæ, non simus totis nisibus nostris conati illustrissimos ad vsq; sydera suprema attollere tantæ Matris, & singularissimæ Patronæ nostræ Mariæ Virginis, & Dei Genitricis decores, maximè in causa primiceriatus virginitatis à se voto sacratæ Deo.

2. Pro quo sciant, sic abfuisse, abesse, & abfuturum semper à Carmelitarum animis, & mentibus, vt vel tantillum detrahere cogitauerimus de gloria Dei Genitricis gloriosissimæ Mariæ, in cuius patrocinij, & filiationis singularis decore, nos Carmelitæ tamquam nobilissimi primogeniti & legitimi hæredes dilectionis suæ sublimissimè gloriamur: vt prius à nostro, libentissimè, viuere, & esse absisteremus, quàm simus pateremur Virginem Matrem, non sine grandi dedecore nostro, afficere iniuriâ: idque execrandum equidem piaculū nobis, vbilibet, & semper duxissemus. Cùm nihil frequentiùs in ore Parentum, & Maiorum nostrorum esse versatum agnouerimus, quàm Virgineæ Dei Matris laudes, & honores vsque ad sublimissima sydera extollere: & inter ingentes quidem illos, fuisse Mariam Virginum omnium *primiceriam, antesignanam, primipilam, & ductatricem* præclarissimatum cælibum Legionum, vt promunt vno gutture Patres. Eapropter ergo Appendicem istam, aberratione breui, huic loco adnectere libuit: tum, vt Ioannis Patriarchæ præfati consuleremus honori; tum etiam, vt & iuri propositoque nostro aliquantulum morem gereremus.

3. Ergo tam longo abest à nobis interuallo, vt quidquam de gloria maxima Dei Genitricis adimat assertum nostrum, de primiceriatu virginitatis, voto signatæ, in lege vetere ab Helia propositi nostri Principe, & filiis eius, iuxta datam à Patriarcha Ioanne doctrinam, libri sui capite 34. 35. & 36. vt credamus potiùs in ingentiorem semper cessisse, & ampliorem Sanctissimæ MARIÆ Virginis gloriam, quod vota virginitatis in lege veteri fuerint emissa ante eius Virginis orbi toto gloriosam Natiuitatem (quam, vouentes præmeditabantur orituram Dei Virginem designatam Matrem, & ad cuius præuisæ in lege vetere exemplar, sese Deo per prædictæ virginitatis votum dicare statuebant) quàm si ipsa fuisset in orbe prima tempore, quæ inter feminas, & viros omnes votum Numini Deo emisisset Virginei seruandi candoris, & pudicitiæ.

4. Id quod breuiusculà conemur probare argumentationis ratiocinatione, supponentes primò: in magnam quamdam exurgere gloriam eius, qui primus intentionis ordine sit quacumque iurium, rerúmque serie: esse verò primum ordine executionis exigui honoris, aut decoris esse. Constabit id apertissimè in Christo Saluatore, etenim hunc esse, & vocari, vt hominem, Primogenitum omnis creaturæ & prædestinatorum antesignanum, & Principem in magnam gloriam (quis dubitet?) exurgit illius: at certè huiusmodi attributis, compertum est, Christum solummodo fuisse grauissimum in ordine intentionis, non sic in executionis serie; nam alij, sine dubio, prædestinati sunt orti antequam orbis Redemptor Christus carnis trabea inter mortales apparuisset indutus. Et quidem post Christum hoc eodem ordine prædestinatorum primam fuisse supremam eius Matrem Virginem MARIAM, singularis eius est gloria, & donum ingens: cùm tamen hoc haud contigerit nisi secundùm ordinem illum intentionis quia executiue alij sine dubio præcessêre illam multi prædestinati, & sic consequens fit, quod executionis ordo, aut nihil, siue parum conferat cuique ad excellentiam, siue sui perfectionem.

Coloss. 1. 15.

5. Supponimus secundò cum D. Thoma 1. part. quæst. 65. art. 3. ad 1. quod eo amplius causa vna extendit se ad plures causandos effectus, quò magis ea in genere causalitatis superioris est ordinis, & dignitatis: & (vt ipse D. Thomas 3. contra gentes cap. 24. dixit, & docuit) quanto aliquid inuenitur melius in se, tanto ad remotiora meliùs bonitatem suam effundit: ex quo vnum è sublimioribus Christi magnaliis est, quod eius gratiæ, & virtutes sic fuerint sublimissimæ, vt non solum influxerint in hominibus legis gratiæ, qui nati sunt post eum, sed & in eis, qui ante ipsum in orbe functi sunt. Et quis audebit stabilire, congruentius quid fuisse, quod nulla in his hominibus, qui Christi Domini aduentum in carne mortali præiêre, reperta esset virtus obedientiæ, humilitatis, abstinentiæ, aut charitatis siue in proximos dilectionis, eo vt ipse Deus & homo fuisset primus in quo virtutes mirabilius eluxissent? Nonne ad præclariorem Saluatoris spectat excellentiam, quod sublimissimæ virtutes eius diffusæ fuissent in omnibus, qui illum præcessêre, & qui sequuti sunt: tum quoque, quod fides eiusdem venturi Redemptoris saluaret ante eum viuentes, vt & eos qui post illum in orbe natum hominem orti sunt; semper ipse primus, & antesignanus manens, sublimíque illa præ filiis hominum decoris excellentia prototypi virtutum omnium nobilioris? Ita quidem, & vtique.

S. Thomas.

6. Ad hæc, & quis neget ad maiorem potius Christi Domini IESV virginitatis excellentiam attinere quod eius sublimissima Mater & virgo simul esset MARIA, & quod virginitatem vouisset ista Deo, antequam humani generis Redemptorem Christum contulisset in virgineo sui vteri gremio; quàm quod Christus primus fuisset in orbe Virgo, & quod virginitatis notissima virtus nondum fuisset ab hominibus in mundo cognita, vsquequo ab ipso præceptore salutis æternæ Deo homine facto, prædicaretur, & celebraretur, cùm ipse esset sublimissimo modo omnibus hominibus virginitatis, & virtutum omnium exemplar, & prototypon egregium. Ergo similiter maior est MARIÆ Virginis Dei Matris excellentia, & virgineæ eiusdem puritatis nobilitas, quod facta omnibus virginitatis exemplar, exemplum influxerit virgineæ pudicitiæ suæ, voto Domino Deo consecratæ, in omnibus præteritis, futurísque fidelibus simul, quàm in solis post eam venturis: & quod vocetur *Virginum prima*, quæ voto virginitatis inter animas omnes se Deo adstrinxit non tempore quidem, sed perfectione, & causalitate, facta

finis,

finis, & exemplar omnium hominum feminarúmque, qui ante, & post eam cælicam hanc virginitatis virtutem voto Deo facto coluere: cùm in hoc stadio ipsa sit Magistra quæ dicto modo præeundo ante alios confregit glaciem, vt eius faciliori negotio premerent vestigia ingentes, & nobilissimæ multæ castarum animarum catervæ quæ vtraque in Ecclesia Dei floruerunt & adhuc reflorescent.

7. Certè Patriarcha Hierosolymitanus Ioannes XLIV. nos omnes, & cæteri, qui cum eo Virginitatis votum in Helia Principe proposito nostri Religiosi profitemur, & ex eo in omnibus successoribus, & hæredibus Prophetici Carmelitici sui Religiosi instituti, hoc vnum fatebimur libenter, & apertè, habuisse vt nobile illud cum Patre, filij virginitatis votum emitterent, venturam Deiparam in præcipuum exemplar. Id quod manifestè satis credideris intendisse docere Ioannem libro suo *de Institutione*, &c. c. 33. & 34. & 35. maximè in illis verbis capitis 34. quæ scrupulum posuère nonnullis malè fortan perpendentibus, Ioannis mentem: *Fuerunt dicti professores huius Religionis in Hierusalem à Summo Pontifice templi quod B. MARIA virginitatem Deo seruare proposuerat ad exemplum Heliæ.* Et inferiùs paulò: *Quoniam in hoc suo spirituali ascensu, non feminam, quam imitaretur, sed hominem habuit in exemplum.* Et in illis capitis eiusdem: *Nemo antè vnquam ad hanc ascendit circumcisionis scientiam priusquam Helias, & pueri sui (id est cœtus filiorum Prophetarum & discipulorum eius) ipsi namque primi virorum seipsos Deo per virginitatem perpetuam sponte dedicantes castrauerunt prorsus Venereis voluptatibus, suas mentes, &c: Quia hoc quod circumcisio indicat cæteris præcedentibus hominibus alsius inchoantes, sciuerunt perfectè in se adimplere. Ad montem quoque Carmeli, id est, ad hanc altam circumcisionis scientiam nubecula illa (scilicet B. MARIA) ideo quasi vestigium hominis ascendebat, quia non femina sed homo (scilicet Helias) exemplum ascendendi ei præbebat: quem ipsa imitari satagebat. Nam sicut Helias primus præputium impudicitiæ scivit à sua carne, & mente prorsus circumcidere, dum primus inter homines studuit virginitatem perpetuam sponte inchoare: ita postea B. Dei Genitrix præputium impudicitiæ sciuit exemplo Heliæ à se penitus circumcidere, dum (quasi vestigium hominis illius) elegit prima feminarum propter Deum in virginitate perpetua viuere*, &c. In his igitur & similibus Ioannis verbis intelligas, Patriarcham in sensu à nobis hucvsque proposito loquutum esse: & dum legeris in libro Ioannis ad exemplum Heliæ voto Virginem MARIAM seruasse virginitatem: eum habuisse in exemplum: exemplum ascendendi Heliam nebulæ, id est Virgini MARIÆ præbuisse: eámque Heliam ipsum imitari sategisse: & tandem eiusdem exemplo à se penitus nouisse MARIAM circumcidere præputium impudicitiæ, aut & similes his alias loquutiones in Ioanne deprehenderis, credas oportet Ioannem non intendisse quod Princeps noster fuerit Virgini motiuum, siue edoctiuum exemplar circumcidendi, vouendæ, siue seruandæ virginitatis, cùm ipsa fuerit sublimiori post Christum magisterio omnis perfectionis, & virtutis, omnibus, Magistra, ductrix, & Doctrix etiam maximo vati Heliæ: immò toti, vno verbo dicere, Ecclesiæ; fuit enim vt aptè Rupertus dixit; *Magistra Magistrorum Maria, id est, Apostolorum fidei, ac Religionis Magistra.* Sed intelige quod tantum virum Dei Heliam tanquam sibi sodalem virginitatis perpetuæ firmatæ voto conspexit, quia cùm Helias Virginem sibi assumpserat in exemplum, tanquam Magistram virginitatis excellentissimæ iam in nubecula ostentam, non virginitatis suæ Magistrum à quo edoceretur, (quæ ad omne bonum excellentissimo mouebatur Spiritus sancti ductu & consilio sublimior omnibus hominibus ipsa virtutum omnium Magistra, nec motiuum exemplar, à quo moueretur ad eam virtutem, & votum amplectendum, sed socium inquam, vt eum talem qui sublimiori obseruantiæ perfectione, & modo quam cæteri hominum, coluerat, cum cœtu suo Religioso, quem colere virginitatem signatam voto docuerat, vt vtrique fuissent primi, & maximi in primicerio Virginitatis perpetuæ seruando, medio voto, in quibus influxerat nascitura MARIA in nubecula ostensa cum vniuerso gratiarum monili primum coronata per Deum. Id planè designant illa Ioannis Patriarchæ verba nuper adducta: *Nemo antè vnquam ad hanc ascendit circumcisionis scientiam priùs quàm Helias, & pueri sui (id est cœtus filiorum Prophetarum, & discipulorum eius) ipsi namque primi virorum se ipsos Deo per virginitatem perpetuâ sponte dedicantes castrauerè prorsus venereis voluptatibus mentes suas*, respiciendo ad demonstratum in nubecula exemplar MARIÆ tanquam si iam extitisset quæ nondum existebat in Adæ natura nata.

8. Sensui huic nostro adstipulatus est S. Methodius homil. in Festo Purificationis, tomo 3. Bibliothecæ Magnæ typi Coloniensis, dum de Virgine MARIA verba demiscens, sic fatus est: *Puritatis etiam tuæ Helias Propheta præscius, atque imitator in spiritu cùm esset, vita illius ignifera sibi coronam colligauit, in hunc vsque diem diuino suffragio morte superior declaratus. Te quoque eiusdem successor Eliseus à sapiente Magistro his sacris initiatus, tanquam iam existentem, quæ tamen nondum existebas præfigurauit.* Ista Methodius in vnum coincidens cum Ioanne nostro sensum, qui libro suo de institutione, traditis capitibus, eam doctrinam edocuit: & c. 35. Reuelationem illam Heliæ Patri factam, vt habetur 3 Reg. 18. de nubecula parua ascendente de mari, quasi vestigiũ hominis (insignis Mariæ virginis typus, vt mens est assidua Patrum) ampliùs explicans; præter ea quæ cap. 33. & 34. disseruerat, adiicit: quod cùm prænouisset cælesti spiritu actus in nubeculæ illius mysterio (vt ipse memorat Ioannes) venturam Virginem Matrem, quæ pareret Christum, ex quo super terram gratiarum imbres, sicut pluuia in vellus, descensuræ erant immensæ, mox ad tantæ nasciture Genitricis Dei in nubecula prænotæ prouolutus pedes Helias, cum vniuerso Religionis à se, diuino monitu suscitatæ cœtu, sese, & cum Deo, & huic Virgini nasciture sacrauit, dedicauit, & dedit, eam needum natam iam ex tunc in Patronam, & tutelarem Parentémque singularem sibi, suisque deligens voto adstrictus cum:

Ruper. lib. 5. in Cantic.

S. Method.

3. Reg. 18.

Ioan. Pa. c. 35.

cis virginitatis, paupertatis, & obedientiæ proposita sibi fuitque in exemplar & diuinissimum prototypum Virgo illa à se præcognita in nubecula ascendente de mari, quam etsi non palam hominibus vt loquitur Ioannes Patriarcha, secretius tamen oculis aperuit Helias de mysteriis in visione comprehensis suos commonefaciens. Et sic est sublimissimus inter sublimissimos Carmelitarum decores, decor, quòd fuerint ipsi primogeniti Marianæ Virginitatis, & tanquam tales sint venerati ab Ecclesia, & eiusdem Dei Genitricis titulo meritò insigniti, vt egregie ex ipsa Ioannis doctrina percipitur, & eleganter, atque acutè demonstrat nuperum Sydus Mentosensis Carmeli, nostræ Hispaniæ, immò vniuersæ Carmeliticæ gentis, & Religionis lumen egregium (cuius immaturum mortis occasum, qui contigit ab Vrbe in Hispaniam remeans, dum multa, eaque præclara de Carmelo dilucidaret, & daret luci, meritò in lachrymas compulit ire vniuersos Carmelitidæ gentis oculos, perdoctus inquam, & Religiosus Pater Michael Munocius Hispanus ex Regno, & Prouincia Castellæ lib. suo 2. Capitulo 3. num. 2. *Propugnaculi Patris Heliæ*, cuius doctrinam (tanquam eam, quæ post superatum seuerissimum iudicium contradictorum ex iustitiæ rigore nobilissimam sibi vendicare meritò meruit commendationem Reuerendissimi Magistri Sacri Palatij Apostolici F. Nicolai Richardij, per hæc elogistica verba: *Delibato, etiam per me ipsum, integro commentario, comperi auctorem necessaria strenuè defendisse, reliqua verò acutè, & solerter contrectasse, absque vlla, quam deprehenderim, fidei, ac morum iactura*, &c.) Non grauabimur huc ad rem nostram aduocare, quasi mirabilem, & elegantissimam reique aptissimam sanè nostræ, Sic ergo quæ tradidimus ipse eleganter ibi enodauit *Ea ratione*, ait *dicunt Patres virginitatem suam primam Domino nuncupasse, quia primam dicunt Virginum extitisse, non tempore sed dignitate, vt Ambrosius exprimit de Institutione Virg. cap. 6. eam nuncupans* Virginitatis Magistram, *& est prioritate suo modo dignitatis, vt Christus dicitur primitias virorum tulisse castitatis. Sic Origen.* Matth. 13. cap Arbitrórque rationi consentaneum esse, virilis quidem puritatis in castitate primitias fuisse Iesum. *Ita fœminarum Virginum prima commendatur Maria, ex sententia Isidori* lib. 2. offic. cap. 17. Virorum Virginum caput est Christus, feminarum Virginum est Maria *Sicut enim secundum humanitatem primogenitus Christus commendatur, vt habetur in Concilio Sardicensi epist. ad omnes fideles, quia prioritate dignitatis primus extitit, iuxta expositionem Hieronymi in cap. 1. epist. ad Coloss.* Primogenitum non tempore, sed honore, *& Anselmi ibi*, Primatum habens in Collegio sanctorum: *Ita primogenita ante omnem effertur creaturam, iisdem prioritate dignitatis. Nam quemadmodum Christus Dux noster, est primus prædestinatus, per naturam ob supremam suam dignitatem Rex, Parens, & auctor: sic est suo modo Maria propter suam dignitatem, omnium Virginum Regina, & castimoniæ, ac puritatis exemplar reliquis, prima prædestinata per gratiam. Hæc ergo causalitatis, & dignitatis prioritas in virginitatis voto Deiparæ, ei cedit in laudem, non prioritas temporis, qua perfectionem exponit in obseruantia virginitatis ex voto. Quid admisit de perfectione voto, virginitatis, fidei, charitatis, spei, religionis Mariæ, quod ante ipsam ... tes extiterint, Religiosi, & ex voto casti, atque virgines? Et quam non arguit excellentiam ... virginitatis Mariæ, quod adeo efficax fuerit exemplum eius, vt prioribus calcaria admouerit vt concito gradu pergerent in eius sequelam* Hucvsque pulchrè, vt vides Munocius noster ad rem nostram.

Ante quem Suarius tomo 2. in 3. part. disp. 6. sect. 3. etsi sententiam aduersam huic sequatur: hanc omnem doctrinam tanquam probabilem approbat, aduertens versari in incerto controuersam doctrinam: & quod nihil ad laudem MARIÆ adducat esse tempore, virginitatis primipilam; cùm tamen maximè ad eius conducat gloriam votum perfectum emisisse virginitatis, esseque Ductricem, Primiceriam, & Antesignanam, præclarissimumque illius voti prototypon, & exemplar egregium. Et docet Suarius idem, quod quando Sancti MARIAM virginitatis vexilliferam appellarunt, in hoc sensu nostro loquuti sint, et primiceriatum Virginitatis voto dicatæ Deo concedentes, tanquam causæ, & exemplari nobilissimo omnium sexus vtriusque virginum; non tamen prioritatem in tempore: hæc enim parum, aut nihil ad Virginis MARIÆ decorem, & honorem spectat; ille autem in maximam Virgini Matri gloriam, & splendorem exurgit. Audite mirabilem Doctorem Suarium: *Ad has, enim ait, obiectiones nihil aliud habeo quod respondeam, nisi rem hanc esse incertam, & non admodum ad Deiparæ laudes pertinere. Quod enim ipsa perfectum votum virginitatis emiserit ad perfectionem eius pertinet; quod verò ante ipsam nullus hoc fecerit, ad eius commendationem non admodum refert. Deinde dici etiam potest prima quia proposita est Dux & exemplar huiusmodi voti: & hunc existimo esse sensum sanctorum Patrum.* Hæc Suarius.

Ex quibus omnibus supplantatus satis manere videtur concumulatus Doctorum & auctoritatum agger à nuperrimo Doctore: & Ioannes Patriarcha noster, eò sufficienter vindicatus ab inflicta illi iniuria omnimodo iniustè (quâ calumniati sunt illum, qui eum contemplabantur primiceriatui Virginitatis perpetuæ, voto firmatæ Mariæ, aduersantem) quò firmiùs hic manet ex dictis stabilitum iudicio multorum sapientum Carmeli & aliunde cessisse in magnam MARIÆ Virginis Deiparæ gloriam, quod ante eam natam Virgines multi floruerint dicati voto Deo in veteri lege (qui præcelsam hanc Virginem Matrem manifestatam ex nube de mari ascendente ab Helia, maximè consortibus suis Carmelitis, tanquam eis, qui ex speciali Dei fauore futuri erant primogeniti Marianæ Virginitatis firmatæ voto, tanquam virginitatis, & pudicitiæ exemplar intemeratum sibi norunt obiicere, voluere, proponere sibi:) & post nobilem tantæ Virginis natiuitatem fœcundissimi Virginum virorum, & mulierum chori, illam tanquam maximam, & primam Virginitatis, & pudicitiæ Magistram venerati, & prosequuti sint: (qui si fertiliter aucti fuere antiquæ illius tempore legis, fertilissimè

pullularunt,

Ioan. c. 32.

Mag. Sacri Pal.

Mich. Munocius.

S. Isidor.

Concilium Sardicense. S Hieron.

9. Suarius.

10.

pullularunt, toto Orbe diffusi, in millia millium excrescentes, (vt adnotabamus in Præambulationibus ad [illegible] nostri huius Paradisi Carmelitici decoris præfixis) aureis hisce nostris gratiæ seclis, vt nobiliori semper, & sacratissimo sublimitati culmine gratiæ, synagogam superet Ecclesia Christi.

II. Constet igitur ex omnibus istis sacratissimam Angelorum, & hominum MARIAM Reginam, supremo manere præconio, & ore omnium concelebratam; & maximè à Carmelitis suis, tanquam fidelissimis honoris, & decoris Virginei sui præconibus, & tubis inconcussis, ex cælica sibi debita gloria innumerabilium hominum & feminarum dicatorum Numini Deo, per Virginitatis votum in vtraque lege qui respexère eam, & venerati sunt tanquam primipilam, & antesignanam obseruantiæ seuerissimæ Virginei candoris, & pudoris diuini dicati Deo. Constet Patriarcham Hierosolymitanæ Ecclesiæ Ioannem XLIV. immunem fuisse ab infecta dedecoris carie, quà iniustè à nonnullis declamatus est Mariani Virginei Primiceriatus detractor, qui, nulli dubium insit, Carmelitarum antiquissimorum more (nuper adhuc) & sanguinem funderet, & vltroneus poneret vitam pro vel tantillo decore, & honore almæ Dei parentis MARIÆ, cuius puritatis Virgineæ, & Primiceriatus in ea, voto signata, professor fidissimus apparuit, vt Carmelita generosus. & nobilis pedissequa Magni Parentis Carmelitarum Heliæ, excelsæ, in lege veteri, Virginitatis, Paupertatis, & Obedientiæ voto signati Prototypon excelsum.

CAP. IV.

Rationibus, & argumentis probamus Ioannem Patriarcham fuisse Carmeli professorem Monachum, & auctorem libri de Institutione præallegati.

1. HAc tot illustrium testium multâ in primis ordinatâ, & commonstratâ phalange (quæ quidem satis sufficere poterat, vel propter singulorum auctoritatem, vel propter vniuersum quo confluxère sensus vnius congressum, siue sympathiam:) tamen pro sententiæ & assertionis nostræ solidiore stabilimento ad argumentorum rationumque arma confugiamus est opus; quia *Doctoris dictum intelligi debet secundum rationes quas allegat*; vt docuit Thuscus practicarum conclusionum iuris tom 2. conclus. 554. ex Barcholo & aliis ab eo ad id ibidem allegatis.

Thuscus.

2. Prima ergo aduersùs La-Bignæi verba, militet ratio, qui postquam in scholio, siue annotatione præcapitulari, præfixa Tomo viij. Bibliothecæ Veterum Patrum Magnæ, Editionis 3. Parisinæ, ante Ioannis XLIV. librum, verterat in dubiú, verùm liber à se ibi ponendus sub nomine Ioannis Hierosolymitani Patriarchæ XLIV. *De Institutione primorum Monachorum.* &c. ipsius fuisset Ioannis germanum opus: & cótra partem affirmatiuam multa dixerat esse argumenta, quæ rem redderent ancipitem: vt est illud: *Quod Gennadius, qui huius Ioannis lucubrationes recenset, huius libri nullo pacto meminerit. Deinde, quod auctor se faciat Monachum Carmelitam, & de primis institutoribus, professoribus, & propagatoribus Monachismi Carmelitani: totúm que opus ex instituto componat.* Postquam, inquá, super hæc, verba Cardinalis Eminentissimi Baronij, à nobis suprà huius 2 Tract. Apolog. c. 2. n 2. relata, cum al[illegible] ab eo, dederat, sic ratiocinatur, vt iam item visum est suprà: *Ex quibus, & auctor huius libri [illegible] Ioannes XLIV. Hierosolymorum Episcopus, facile refellitur*, &c. vt suprà habetur dicto in cap. 1. num. 2 Et paucis post ea interiectis, sic finit scholium. *Magis putamus esse opus auctoris Latini, & recentioris, nec esse ex omni parte sinceræ, & integræ fidei.* Ita Margarinus de La-Bigne, aduersus quem, sequentes rationes, & multa ex iis, quæ hoc Tractatu 2. dicemus, Marte dimicabunt aperto: cùm iste sit auctor à quo, post Baronium (vt ipse à Baronio) cæteri omnes, mentem, Baronianæ sententiæ conformem, ebiberunt, vtpote in quo Ioannis liber transcriptus est, & à quo ad Bibliothecam Veter. Patrum communiori vsu trans latum accipiunt.

La-Bign.

3. Pendimus ergo nunc ante alia, ea: *Satis arguunt alium auctorem quam Ioannem, & quidem recentiorem* Iuxta quam collectionem, & sententiá perpendisset La Bignæus, instructissimus aliàs Doctor, quod opus fuisset ab eo auctore, quem ipse sibi excogitat, & effingit componendum & ad aptandum fuisse librum post tempora Alexandri III. Pontificis O. M. (qui, iuxta computa Claudij Roberti, sedere cœpit ann. Christi M.CLXXXI. Namque huius tempore Pontificis, iuxta Cęsaris Baronij sententiam, quam adducit Tomo Annalium 12. sub anno M. C.LXXXI. nobiliss. Marianus Ordo Carmeli sacra sui, & felicissima primordia vt putat auctor, in Ecclesia Christi recepit. Id quod certè aduersus solidiorem militat veritatem, & rationem. Etenim, vt ipse idé Baronius affirmat ad ann. M.C.XXXIII. Tom. 12. vir ille notissimus Aymericus à Malefaida electus fuit in Patriarcham Hierosolymit. ante Alexandrum III. Pótificem O. M dum supremas Vrbis, Orbis, & Ecclesiæ claues moderaretur Cælestinus II. Pont O. M. qui sedit ann. M C.XLIII. vt tradit Claudius Robertus in sua Summorú Pótificum Ecclesiæ serie. Hunc Aymericú constat & constabit ex dicendis apertè, librum Ioannis Græcolatinum loqui fecisse sub nomine Ioannis Hierosol XLIV. vt tradit inter alios Iacob Salianus loco allegato sub c. 2. n. 7. præsentis tractatus 2. Et quidé nulli cordatæ & sinceræ mentis acie prædito viro suadibile erit, Aymericum vertisse librú ex Græcis ad Latinos, qui assignaret Carmelitas esse tempore Ioannis septingentis scilicet ante Aymericú annis, si loquuturus esset, vt Dialectici fantur, de subiectis nó supponétibus, scilicet de iis hominibus, qui nondú erant in Orbe nati, vel qui statú Monasticum suá Aymerici témporibus incepissent. Ex quibus satis patet apertè, quàm letissimè à Margarino de La Bigne modernus ille effingatur, aut recétior auctor à Ioanne diuersus pro libro prædicto: quámq. facillimè ipse La. Bignæus asserere aggressus fuerit, Ioannem XLIV. non fuisse genuinum operis prænominati auctorem, libri videlicet *de Institutione primorú Monachorum in lege veteri exortorú* &c.

Claudius.

Baron. f. 761. & 763. impress. Rom. ann. 1607.

Claudius.

Salianus.

ad Caprasium Montis Carmeli Priorem: ipsúmque librum fide vacillare; *eo quod multa de Monachis Carmelitis primis Ecclesiæ temporibus iam vigentibus prodat: se auctor ipse Monachum Carmelitam faciat, & de primis institutoribus, professoribus, & propagatoribus Monachismi Carmelitani: totúmque opus ex instituto componat.* Quasi non satis adhuc calculis Apostolicis constare posset, vt constat, Monachos Carmelitas institutos iam fuisse in Orbe, non modò primis temporibus surgentis Ecclesiæ Christi, sed & nongentis, & eo amplius, ante Christum annis: vt potuerit post annos CCCC. à Christo Ioannes XLIV. Patriarcha Solymus inter Carmelicolas, Monasticam vitam agentes, per Magnum Heliam institutam, & à Ioanne Baptista Christi Diuino Præcursore restauratam (quam ab Helia deductam, Esseni conseruauerant inconcussâ successione) iure optimo connumerari, non vt primus eorum instructor, sed qui regimine suo, & virtutibus multis propagator illustrissimus Religionis Carmelitanæ, & nobilissimus demum illustrator meruerit effici: quæ quidem omnia satis apertis assertionibus, & probationibus multis manifestissima dimus hoc toto nostro Paradiso Carmelitici decoris. Et hæc contra Margarini sententiam dicta sufficiant, vt ad Eminentissimum Cæsarem Baronium, aduersantis in nos exercitus Ducem, rationes & arma defensionis nostræ conuertamus, Cùm *licitum sit Doctores Magnæ auctoritatis quandoque reprobare*, vt docuit Thuscus conclusione 557. ex nona Distinctione, per tot. & Federic. de Sen. consil. 236. in fine, & aliis.

Thusc. Card.

4. Conuitiū in primis ergo repellere liceat, quod inter alia proposuit ante oculos modestiæ nostræ. Eminētissimus Baronius, Tomo Annalium suorum 6. ad annum scilicet CCCCXLIV. sub numero xvij. illud est: *Flagrans quidem cupido nobilitatis auitæ cogit interdum homines delirare.* Sic igitur: si Religionis nostræ Maiores (ô Baroni) inanis gloriæ, & fraudis æstubus flagrarent, tanquam homines qui voluntate fingendi immersi inania lucra desiderabant, & gazas futiles appetebant (vt tibi vis Baroni dilecte) quis sibi persuadebit, quod ad tam immane delirium deuenissent vt homini de hæresi suspecto sic facile adscriberent librum, cujus non esset auctor? & Patriarcham assumptum ex Ordine Carmelitano sibi confingerent qui nunquam inter Heliades Propheticam Carmeli Patrum vitam fuerat professus? Certè (Wastelio cap. 10. Apologiæ suæ contra Cæsarem Baronium adnotante, & Carthagena nobilissimo Minorita lib. xvij homiliarum sacrarum, homilia 2. de laudibus Carmelitarum, obiectione 7. docente) si nobilitatis auitæ æstu inustis mentiri licuisset cur sibi hunc Ioannem, huius nominis Secundum inter Hierosolymitanos, assumpsissent tanquam Carmeli egregium pignus, qui, vt aduersarij credunt, & vidimus suprà latissimè I. Tractatu, Origenistico tabo erat infectus, & hæresis flamma vilissima perustus? Cur huic vni librum (cujus eruditissimæ enarrationes, & asserta, veritate solidissimâ subnixa, bases meritò æstimantur antiquissimæ scriptionis, & testimonij antiquitatum illustrissimarum Carmeli à toto Ordine nostro Mariano) appinxissent potius quàm Iusto, vel Zachæo, Tobiæ, vel Benjamino, Ioanni vel Matthiæ, Philippo vel Senecæ, Iusto, Leui, vel Ephræm, Iudę, vel Marco, Publio, Maximo, Cassiano, Iuliano vel Gayano, Capitoni aut Antonino, Valenti, aut Dulychiano, Narcisso, vel Ælio, Germano, vel Gordio, Hermoni, qui ab aliis Theremō est appellatus, Macharío, vel Maximo Qui omnes Hierosolymitani fuere Patriarchæ, & quorum nobilior pars ex Monachis assumpta gloriatur. Certè si tam æstrum auitæ nobilitatis, lucri, doli, fraudis, aut ambitionis cupidine, vt sibi aduersarius vult, Magni Parentis Heliæ filij (qui potius vel gloriolas mūdi omnes temnere, & despicere à tanto Parente didicerant) æstuarēt non sibi effinxissent, si effingere licitum eis, & liberum fuisset, Heliadem vnum Patriarchā, qui erroribus Origenis, aut alterius cuiusvis pestilentissimi Hæretici erroribus pertinctus, & atratus esset: nec sibi talem, vt auctorem adsciuissent libri ad Caprasium dedicati, *De institutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium*, qui fuit pro Regula prima à Carmelitis in specie scripto recepta (in gratiæ lege) quíque, vt erat mos, & auctoritas temporibus illis, tanquam Patriarcha Hierosolymitanus, eam regulam, & Religionem suam ex ipsa Regulæ confirmatione Apostolica, qua fungebatur ex munere Patriarchæ auctoritate confirmare designaret; potius quam alium ex suprà dictis, qui nullius erroris labe contaminatus dignosceretur, aut habitus esset. He, hem! si tanta erat auitæ nobilitatis in Carmelitis illis antiquis, támque effera inanis gloriæ, vt vult illustrissimus Baronius, cupido: Magnum sibi Basilium, aut Gregorium potiùs Neocæsariensem delegissent, Nazianzenum, aut Nyssenum, vel si malueris Epiphanium, aut vnum, vel alterum Macharium, Climacum, Ioannem Damascenum, Chrysostomum, siue alium ex aureo sæculo illo de Græcis Monachis, quibus illustrissimis, illæ, vt alueare Dei, luxuriabantur felicissimæ ætátes, & quibus nullatenus despicienda auctoritas vllo vnquam capite esset.

5. Ad hæc, si recentiorum potior pars Ioanne nostro XLIV. erat antiquior, & Carmelitæ illi vetusti, antiquitatis consulebant adquirēdæ gloriæ, queis fingere libuit, mirum est, quod librum ad Caprasium dedicatum, appinxissent ei, qui recentior erat; imò & Origenianis erroribus vt aduersarij volunt, conspersus, relictis antiquioribus, qui nullà in fide, aut moribus maculâ dignoscebantur denigrati & intincti. O antiquorum & Maiorum mentes stupidas, quæ talia cogitassent! certè nihil in eos iniuriosius quis asserere potuisset. Nam confugere ad id, quod forsan ignorarent, aut ignorare potuissent, quod nemo, vel tantillum apud Ecclesiasticas historias, & S. Hieronymi, & Epiphanij epistolas diuersatus, potuit ignorare, vanissimum quid & inane est, ne cum Cicerone lib. 2. Rhetoric. *turpe* dicamus, *Turpe* enim dixit, *est ignorare quod omnibus scire conuenit*: videlicet quod Ioannes iste XLIV. acriter à Sanctis Hieronymo, & Epiphanio super erroribus Origenis iteratis fuerit vicibus obiurgatus.

Vvastelius.

Carthagena.

Cicero.

Certè

6\. Certè iuxta morem, & ingenium eorum, qui falsis libris solent inscriptiones adducere, non satis sibi fuissent soliciti Patres nostri; illi enim perquàm solicitè & solerter circumspicere, & obseruare student, an sit aliquid in viris, ex quo de falsitate, aut vilitate aliqua conuinci titulus possit, vel in dubio, & in ancipiti constitui veritas, aut fides auctoris. Illudque vel maximè solicitè curare solent, quod fide, optimis que moribus comprobatus habeatur auctor appositus, ex quibus maior auctoritatis cumulus & gloria operi exurgere possit. Ad ista respexère seduli, qui vt [illegible] apud [illegible], & sapientes viros, falso Sanctis Patribus appinxère volumina multa, vt Clementi, Athanasio, Basilio, Iustino, Arnobio, Abdiæ, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Bedæ, Primasio, & aliis, tùm Græcis, tùm Latinis Patribus, & Doctoribus. At, quod mirère magis, est, quod tantis Luminaribus Ecclesiæ, & tam limpidis doctrinæ Fontibus sacris, non modò Catholicorum auctorum libri adaptati sint; sed & eorum, qui vel impudentissimi fuerant hæretici in Ecclesia Christi, & fidei eius infideles filij, siue hæresis labe, & flamma aliquando perusti, id quod videre habebis in Commentariis Pelagiani cuiusdam in Psalmos, Arnobio Rhetori proiectos: in Explanatione symboli ad Damasum, D. Hieronymo (cuius non est) falsò tributa, & falsò D. Damaso dicata; sed quidem est, Bartholomæo Petri testante, in Tractatu de gratia impudentissimi Pelagij, qui eam, vt apud Innocentium I. suam fidem purgatam omni infidi [illegible] co[illegible] monstraret, ei proiecit. Et hæc libellus ille, [illegible] clarissimum Ecclesiæ lumen Augustinus libro de gratia Christi cap. [illegible] & seqq. ex quo recitat Doctor sanctus capita quædam, capite 32. & 33. & libro de peccato originali. cap. 1. & 2. Item Gennadij Massiliensis hominis de hæresi grauiter adnotati, liber de dogmatibus Ecclesiæ, cum opere quæstionum Noui, & Veteris Testamenti D. Augustino expositus est insolentiâ prominentissima. Similiter D. Hieronymo, aut eidem Augustino, siue Fulgentio inscripta est Pelagij eiusdem, siue cuiusdam pedissequæ illius, satis morosa epistola ad Demetriadem de virginitate: sic Commentaria quædam in Epistolam ad Romanos, non sic conformia Orthodoxæ doctrinæ Patrum falso Diuo Ambrosio proiecta sunt: ô effrænem audaciam! De opere Imperfecto in Matthæum constat item falso errore Ioannis Constantinopolitani opus esse creditum, cùm sit Chrysostomi alterius, vix noti: sunt & alia opera falsò suis non auctoribus tributa, sed aliis, quæ videre habebis apud S. Hieronymum Bellarminum, Trithemium, & alios, qui de viris illustribus, & scriptoribus Ecclesiasticis egerunt. Sic lusère homines aliquando vt fallerent auctores, prouidendo libris similibus ob spurcitiam hæreticorum, & hominum, à quibus compositi erant, ea nomina, & titulos, qui Catholicæ ex voce eis gloriam aliquam, & plausum comparare valerent, non certè dedecus, & infamiam.

B. ps. Petri.

S. August.

S. Hieron. Bellarmin. Trithem.

7\. Ergo cùm omnis veritatis amatores fuissent semper ex animi sui constantia, veteres illi Carmelitæ (absque vanitate & iniuria id est dictum) de suo nihil addidisse, aut immutasse quidquam in appingendo Ioanni libro *de Institutione Monachorum*, &c. & eo falsò adscribendo inter egregios, & veros Carmeli Professores, par est credere, & affirmare omni exceptione [illegible] Quod [illegible] colore [illegible] in depingendo, [illegible] inscriptione hoc libro, pro quo certamen istud excitauimus amicum, & Ioanne suo inter Carmelitas commendando studuissent, & studere studuissent, qui, amabo, mercede digni fuissent? quo honoris, & decoris præmio remunerandi venirent qui cùm possent, si [illegible] ess, alium Ioannem, Iustum, Leui, Valentem, Dolichianum, siue ex cæteris Hierosolymitanis Patriarchis vnum nulla vnquam hæresis nigredine maculatum, & eum talem suos inter adscribere, non adscripsissent, & libri [illegible] *de Institutione Monachorum*, &c. [illegible] præcipuum præbentis antiquitatis Carmelitanæ fundamentum, & [illegible] sunt bases totius [illegible] Carmeliticæ œconomiæ [illegible] quemdam ab hæresis [illegible] designare, non dedignantem, imò tot relictis sanctitate; & sapientiâ suâ clarissimè notis Patriarchis, hominem publicè aliquando suspectum, quamquam ex [illegible], vt probatum est primo Tractatu, discursu 1. cap. 6. non satis firmis [illegible] delegerint qui [illegible] item à capite illo Heliades [illegible], nec alia decorare Carmeli valebant, si verè vtique famâ, vel opere [illegible] fuisset de Origeniano hæresis [illegible] signo denotatus. Certè prudentiores fuere semper filij Solis (hoc sonat Helias, iuxta sensum à Doctoribus communiter acceptum, vt diximus in Elogio eius) in generatione sua, & non est cur tantopere improbandi, quasi ob [illegible], vt & deliri censeantur, & sugillentur, multâ auitæ nobilitatis, velut cupidine oppressi, vt homini de hæresi suspecto [illegible] libram, [illegible] non erat verus auctor, adscriberent, & ad Carmelitarum [illegible] album aduocarent. Hæc dicta sufficiant pro hac ratione, certè nobis munitissima & validissima semper.

8\. Præterea nihil esset, cur in tanto viro Ioanne nobilissimus Ordo Carmeli non glorietur, eo quod (vt illustrissimus Baronius asserere voluit, iuxta illa quæ 1. Tractatu hîc disceptata mansère) quondam fuerit hæreticus Origenista reputatus, cùm dignus excusatione, vel ab ipso Baronio Tom. [illegible] ad annum CCCXCIX. numero 18. censitus sit ex epist. S. Hieronymi ad Theophilum, quæ est numero [illegible] enim hæc dat verba ad eundem Doctor Maximus Ecclesiæ Christi de Ioanne ad Theophilum [illegible] cætera loquens: *Macte virtute, macte zelo fidei [illegible] quod huc vsque taciturnitas dispensationis fuit, non consensus. Libere enim reuerentiæ tuæ loquor. Dolebamus te nimium esse patientem & ignorantes Magistri gubernacula [illegible] in interitum perditorum. Sed vt video, exaltasti manum diu, & suspendisti plagam vt ferires fortius. Super susceptione cuiusdam nō debes contra vrbis huius* Hierosolymitanæ *dolere Pontificem* Ioannes XLIV. erat *quia nihil tuis literis præcepisti, & temerarium fuit de eo quod nesciebat ferre sententiam: tamen reor ne nec velle te aliquando [illegible]*. Hæc S. Hieron. apud Baroniū queis talia subiungit verba

Baronius.

S. Hieron.

Cardinalis Eminentissimus, vt apertè Ioannem excusatum depingat omnino ab Origeniana illi imiecta nota, sed quia iam illa expressè, & latè dedimus Tractatu 1. Disc. 3. c. 1. n. 3. ab illis repetendis hic meritò supersedemus, ne repetitis inutiliter grauare velle lectorem censeamur. Vlterius Baronius idem tom. 5. Annalium ad annum 402. num. 26 ad excusationem Ioannis huius, post Anastasij Papæ verba, subnectit: *Ista quidem præfatus est Anastasius: quæ haud otiosè putes nos referre voluisse, sed vt declaretur ex his etiam, sicut ex aliis superius enarratis Ioannem Hierosolymorum Episcopum abeuntem post Origenis errores, ad meliori frugi redditum fide vbique Catholica his temporibus saltem exterius innotuisse.* Illa Baronius, ex quibus satis liquet illud quod asserere satagebamus, videlicet nihil esse cur in tanti viri Ioannis XLIV. Carmeli conspicuus Ordo nō glorietur: nam certè non ex eo quod ipse fuisset quondam hæreticus (fingamus sic, vt id multis nonnulli ex Baronio ad illum, vt visum est supra, detorquent), par esset abeius scriptis nomen eradere, qua, quæso, ratione? Nam à Tertulliani, & Origenis operibus, hucvsque saltem, suorum sunt auctorum nomina abrasa; dato quod aliquando isti in aliquibus ab Ecclesiæ sacra doctrina, & Catholica fide defecerint. forte ne nomen Catholicum pessima aliquâ labis nota lituarent? absit, absit.

Sed demirati sumus Ioanné Bonifacium, nobilem Iesuitam quidem, suo Mariali, lib. 2. c. 1. nimium tremulú in sententia Baronij quasi anonymum adduxisse Ioannis librum, sed credidimus honoris Carmelitici gratia (sic glorias, & decores & honores nostros sēper & vbique exaltare, & sublimare nititur nobilissima hæc IESV SOCIETAS, tam sibi fœcunda decoribus, nobilitatibus prægnans, fœta virtutibus, & sapiētiâ Mater est; quæ à cæteris Ordinibus Ecclesiæ Dei nihil egeat emendicatú sibi adquirere gloriæ vllius munus, aut pignus) sibi persuadens pius ille Pater, & Doctor egregius forsan aliqua labe candidum Carmeli cœtum aspersurum, si Ioannem quondā de hæresi, iniustè suspectum Patriarcham Solymum Carmeli quondam ante Infulas alumnú, expresso nomine daret libri sui auctoré *ad Caprasium* quem fratrem Ioannis, Bonifacius vocat, *de Institutione Monachorum*, &c. Quia ait (sibi piè credens auctor pius, & omnibus certe Bonifacius, vel benefaciens) Baronium optimè meritum esse de Religione nostra, in eo quod ab albo Carmelitico delere studuerit Ioannem. Verùm quā ratione id fecerit exoptauimus nosse, vt mereretur ex facto illo Baronius de nostra optimè meritus censeri Religione, non ea certè qua pius Iesuita Bonifacius, & si qui sunt alij multi candidæ, religiosæque eiusdem mentis, & farinæ. Nam dato etiam quod, vt Baronius contendit verè Ioannes fuisset hæreseos inustus igne, certè non optimè merendi de nostra Religione causâ Baronius ipse dictitauit, sed vt antiquum initium, & originem Religionis nostræ (vt fuit semper, vt notat Wastelius, Carmelitarum parum studiosus & amans) fucis offunderet, & nebulis obtenebraret. Id quod satis apertè demonstrant conuitia illa in nostros illata quibus tanquam superbos delirósque priscos Carmelitica Religionis Patres insulse sugillat? qui pacato quidem, & temperato animo si tranquillitas fuisset in eo cordis, quæ liberum suæque prudentiæ compotem [illegible] sententiam [illegible] expostulasse, & [illegible] mentis, vt [illegible] vita, leniùs, mitiùs, & pacatiùs reprehendisset: quo, quam multi nobiles [illegible] laudis palmam, ob [illegible] in reprehendendo comitatem, mansuetudinē, & modestiam compararunt [illegible] negotio comparare [illegible] rerum scrutator [illegible] Rem tamen iam redeamus ad nostram.

Sectabimus ergo fideliter, & iure multo Ioannem [illegible] XLIV. Hierosolymitanum [illegible], qui [illegible] hæretico (sic fingamus & [illegible]) [illegible] bri *de Institutione, &c. ad Caprasium* [illegible] *Carmeli priorem.* Qui nihil nisi pietatem, Dei summam [illegible] Orthodoxorum Patrum, & sacræ Scripturæ dogmata eructat, vt sibi qui liber esse possit summa laus, gloria, decor: eo quod plura bona, mala nulla, ex hoc suo nostro Propheticus Ordo accumulare possit, ex quo [illegible] ingens, & [illegible] conterat [illegible]. Eterum immaculati Agni, sine macula Sponsa, Catholica inquam, & fidelis Saluatoris Christi Domini Ecclesia, sic eis, qui probè, & proba scripserunt lætibunda, & [illegible] & gloriatur [illegible] de ingenijs [illegible] acquisitis, contristata tamen, & lugens [illegible], & errores subsequutos, sibi meritò [illegible] S. Hieronymi Patrocinium illum Apologiæ vltimæ contra Ruffinum: *In Tertulliano laudamus ingenium, sed damnamus hæresim: in Origene laudamus scientiam scripturarum, & tamen dogmatum non recipimus falsitatem. In Didymo vero memoriam prædicamus, & super Trinitate fidei puritatem: sed in cæteris quæ Origenes malè credidit nos ab eo retrahimus.* Ita nos Heliades antiqui Pugiles fidei, diuinæ Sponsæ vestigia sacri tenentes, cur non, Ioannis (etiamsi Origenisticæ labis defensor fuisset aliquando) librum, aliàs pium, Catholicum, doctum, & sacra dogmata dantem ambabus vel manibus suscipiemus, hæresim (si quam sapuisset quod absit, Patriarcha tantus) abiurantes, & anathematizantes (vt mos fuit Carmelitarum perantiquus) *non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.*

Demum, ne quis posthac ob Origenistæ vnius nomen euulgatum (si doctrinam, & non solùm Origenis ingenium Ioannes aliquando laudauisset, à quo seipsum purgasse visus est, libro pro se Apologetico, de quo meminit Gennadius, fuisse elucubratum à Ioanne XLIV.) aliquam putet iacturam esse passum Ordiné Carmeli (à Virgine Magna Matre sibi singulariter electú, & decoratum) quę candidissimum nitoré suum aliqua labe, aut squalore conspergere possit, præposterum opus est, timorem excutiat in verbis, & doctrina epistolę vnius, quę est numero 137. S. Augustini, quâ demónstrat S. Doctor, vnius delictum, haud posse totam maculare familiam. Rem ergo ad hæc late describit vnam Doctor egregius contigisse, memorans in quodā

Baronius.

9.
Ioan. Bonif.

Sacra Societatis Iesu commendatio illustris.

Vvastelius in Apologia.

10.

S.Hieron.

Matth.18.v.22.

11.

Genn. de vir.

S. August.

Regularium Canonicorum Monasterio, in quo sub eis Regul. S. Augustini [illegible], & quibus Patriarcha latissimus præsidebat: scilicet, quod, eo absente, cùm de falso crimine [illegible] Presbyterum quemdam secum [illegible], rés vel per compita, & plateas ciuitatis Hipponensis, in qua ipse S. Augustinus fuerat constitutus Antistes, [illegible], sic vt [illegible] omnes scandalum passi essent in crimine ficto. Re [illegible] ad absentem Episcopum Augustinum delata, ipse ad fratres dilectissimos, ad Clerum, & seniores plebis vniuersæ, & [illegible] Hipponensis epistolam scribere decreuit, hortans omnes, ne temerè iudicarent, aut ob paucorum delicta, vel ipsi deficerent à pietate, vel de omnibus malè suspicarentur: & [illegible] [illegible] Antistite & Doctore, [illegible] *vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter* [illegible] *homines reprobus vnus inuentus est: aut melior sit* [illegible]

[illegible]

dicerot, quod superius commemoraui: Foris pu[illegible] [illegible] *decim bom, perfidum & furem Iudam toleraue- runt: aut melior sit postremò quam cælum, vnde* [illegible]

[illegible] *profecerunt, ita non sum expertus peiores, quàm qui in Monasterijs ceciderunt, ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum: Iustus iustior fiat, & sor- didus* [illegible] Et concludit [illegible] Doctor: [illegible] *Nolite ergo propter aliquos eam, quæ oculi vestri of-* [illegible] Hæc Augustinus, notanda sane epistola [illegible] verò *Paucorum*, vt S. Hieronymus admonebat [illegible] aduersus Vigilantium scribens [illegible]

[illegible] [illegible] & [illegible] rationibus istis, & præ- [illegible]

S. Hieron.

Matt. 13. 43.

Ex D. Aug. [illegible] habetur tom. [illegible]

[illegible]

2. Reg. [illegible]

[illegible]

Philip. [illegible]

Deut. 12. [illegible] 6. Isai. c. 14. v. 12 Iud. ep. can. v. 6.

Apoc. 22. 11.

liste, vt & nou[illegible] item alijs stabilire curabimus infrà.

CAPVT V.

[illegible] de institutione, [illegible] Ad Caprasium, *[illegible] translationis antiquitatem, ex testimonio S. Cyrilli Con- [illegible].*

1.

BEnè suprà, cap. [illegible] num. 6. istius 2. tractatus [illegible] [illegible] Attamen quis non queat de se dicere illud? *Homo sum, & humani* [illegible] 3. Reg. 8. [illegible]

3. Reg. 8. 46.

Nostis habentes [illegible]

[illegible] cæ origine describenda, atque vt in Monachi[illegible] [illegible] XLIV [illegible] nostri XLIV. librum de institutione nondum [illegible] retur, Commentarijs tantummodo imbibitus [illegible] ractere, aut editione peruulgatis: qui libri, etsi historicorum, aliquando ad manus illustrium [illegible] te obtutus. [illegible]

Baldus. I. 1. nsc.

Vvastelius.

2.

Licet autem [illegible] quod olim Baronius illustrissimus Cardinalis [illegible] tauerit quamdam S. Antiochi Monachi ad Eustachium epistolam, & similiter S. Porcarij Abbatis [illegible] vitam, de quibus [illegible] Tomo 9. Bibliothecæ Veterum Patrum (atque vt etiam nunc nuper in postrema sua editione [illegible] Martyrologio Ro[illegible] eadem [illegible], ex quo colligi videtur

In notis ad Martyrolog. Rom. [illegible] 12. August.

apertam de libro Ioannis XLIV: Caprasium Montis Carmeli Priorem habere potuisse notitiam. Ast non te hoc amice moueat lector, cùm & Appendicem tomi octaui La-Bignæi pro tomo vsurpauerit nono; enimvero Margarinus de La-Bigne Bibliothecam suam in octo tantùm tomos diuiserat, at postea admonitus æstimabilibus aliis diuersorum ingeniorum, lucubrationibus, eas cæteris tomis, loco appendicis, adiungere decreuit: rursum nactus alia multa, quibusdam correctis, & additis aliis, ad secundam, tunc postremam properare curauit editionem, in tomos distribuendam nouem. Sed ne ex dictis (precamur) à nobis fidem facias, candide legens, tu ipse ea perspice; & inuenies epistolam Sancti Antiochi, & vitam Sancti Porcharij Abbatis Carmelitæ quondam [illegible] haberi in Appendice illo, non tamen in tomo 9. Ergo tomum illum nondum Baronius huius te potuerat oculis tuis. Perspice igitur ex istis, quantum id quod posterius vrgebamur militet pro nobis, cùm & postremâ adhuc suâ editione, citationem haud correxerit illam, nec ad certam editionem aduocauerit; forsitan quia nec visa, neque lecta fuerit ab eo Tomi illius noui vulgatio. Si enim legisset, non posset, nisi præpostero animo, in notis conniuisse. Hæc nobis perspicaciter adnotata ministrauit Doctus Wastelius.

3\. Ergo cùm certa ista sint, quod haud gnarus fuerit, ex solido fundamento, Baronius de antiquitatibus Carmelitanis: & multus sit tamen ipse, vt illas acerrimè impugnet, nec mirum, neve insperum erit quod multi simus nos, in coreuincendo, cùm aliquando, ex iure, vt suprà dicebamus, sententiam magnæ auctoritatis assertoris excutere, & expungere liceat: & quanquam ipse Baronius, vel ex sua dignitate, vel ex notissimo historiarum studio, magnam sibi comparauerit apud homines auctoritatem, certè id à nobis, Doctoribus item, non quid irreprobabile fiet, in illo, vt docuit Thuscus Cardinalis. Practicarum conclusionum iuris, tomo. 2. conclus. 557. ex 9. distinct. [illegible] & Federicus, de sen. cons. 236. in fin. & alij, vbi ait Thuscus: *Doctores magnæ auctoritatis aliquandoque reprobare licet, quia quandoque bonus dormitat Homerus. & quando in Beatus Augustinus errauit*, [illegible] ad historiam, & constituta [illegible], non immorabimur in designando qua [illegible] Caprasi Ioannis nostri charissimus discipulus (vt eum vocat S. Cyrillus epistol. ad Euseb. [illegible] Carmelitam, & Eremitam, & Priorem Nigri Montis) ad quem Ioannes scripsit librum de *Institutione Monachorum*, cùm satis de illo dilucidemus in cor. [illegible] nostri Paradisi Carmelitici decoris in Elogio eius & Nota post [illegible] logium præfixa, Statu 3. Ætate 6. ad annum 455. At quota sit tractationis Ioannis antiquitas, opus est nunc discutere apertè.

4\. Interea tamen, aliam vocemus rei opportunam satisfactionem, præter adductas præcedenti cap. 4. quæ præterquam quod maximè pro Ioanne dimicat nostro, intentam quoque Carmeliticæ professionis, ex libri antiquitate, persulcit, funditùsque aduersantium argumentorum tela refringit, & eneruat; eorum, inquam, qui Baronium sequuntur, potius viri tanti auctoritate concussi, quàm rationibus suis solidati; vt tenuit latis, melius diceremus nullo. sal[illegible] rationis, & auctoritatis constructi dicerent, Heliadum Ordinem in Aymerico Antiocheno Patriarcha exordia sua felicissima sumpsisse. Non adducimus Eminentissimi Cardinalis verba, quæ vt hos describeret Tomo 12 Annalium suorum ad annum 1181 de sit (ne fusi [illegible] lectoribus adducimus), cùm hic non [illegible] nostræ Religionis describere antiquitatem, quæ quidem satis latè, apertè, & [illegible] vinco, vel totius nostri Paradisi Carmelitici decoris [illegible], lippientibus adhuc oculis, & oscitantibus animis, probata remansit: At peigemus, vnum hoc, vel alterum non omittentes, scilicet: Hoc esse in primis ad lucem [illegible], [illegible] adducio ostendere, & [illegible] fundamento [illegible] velle nouam adhuc, & fallacem structuram erigere: secundò constare apertè, quòd potior eorum [illegible], qui [illegible] nota [illegible] assertioni subscripsére, aut ex hæreticis fuerit compacta, aut ab his, qui sunt semper malè meriti de Monastica antiquitate in Ecclesia Christi. Etenim ex eis [illegible] instans, & importunus monuimus auctor Magni Theatri [illegible] vitæ. Franciscus Modius [illegible] fer[illegible] pro, qui ex Polydori Virgilij libro, commentis hæreticorum conspersio à Simone Grynæo, vt suspicati sunt nonnulli venena rabida exsuxit: &, vt prætereamus alios, sententia illa de ortu Religionis Carmeliticæ nostræ, sub Aymerico Patriarcha Antiocheno, & Pontificis Summi in terra sancta Legato, Michaelis fuit quoque Bac[illegible] hungeri in sua Ecclesiastica historia ad annum Domini M.LXXI. vtpote qui docuit ante Bertoldum Monasticum nullam fuisse: ex quo flocci est hæc habenda sententia, quæ vel [illegible] gratis est item multo iure & merito deneganda & contemnenda.

5\. Post hæc ex D. Cyrilli sententia probare paramus nostrum assertum, & validissimo quidem eius Constantinopolitani Antistitis testimonio stabilire constituimus eam. Etenim quis certior alius & [illegible] hoc testis ipso poterit adduci? Quive rem apertius, & firmius demonstrare poterunt, quàm Carmelitæ qui eadem Carmelitarum negotia tractauerit hausère oculis, & auribus suis, & vt ut propriis manibus contrectauerint. Nam

Nauta de ventis: de tauris narrat Arator:

Enumerat Miles vulnera: Pastor oues.

Iste ergo Presbyter Cyrillus (qui floruit annis 1260 vel circa, & de quo illustrissimam tradunt memoriam Molanus, ad Vsua. di Martyrologium sub die 6. Martij, Leander à Granada Dis. 4. S. Gertrudis, Euerhardus Carthusianus in fasciculo temporum, ad annum 1[illegible]4. Bartholomæus Pisanus lib. de laudibus S. Francisci, Philippus Bergomensis lib. 13. sui Chronici. & alij plures) affirmat, vt illico videbimus infrà, quòd eo ipso tempore ad quod aduersarij prima illa Religionis nostræ limina vocant, iussu Aymerici præfati veterum Ioannis nostri *de Institutione Monachorum*. &c volumen, & opus è Græco Latinum redditum sit Cum igitur S. Cyrillus vir fuerit doctrinâ nobilissimus suâ, *copiosus miraculis*, vt eu vocat Hermanus Schedelius, *ex procuratis gloriam, & mundo stuporē*: quique multo tépore

Baron. f. 762. & [illegible] imprel Rom. ann. 1607.

Franc. Mod.

Thuscus.

Federicus.

S. Cyrill.

Vide de eo infra ad cap. 11. n. 19.

Molanus. Leand. Gran. Euerhard.

Pisanus. Bergomens.

Schedelius.

ve.bis

verbis, pietate, sapientiâ, moribúsque conspicuis currum in ipso Carmeli Cœnobio generalé rexerit Heliæ (vt scribunt Bergomensis lib. 13. Chronici, & alij) secundi ibidem constituti Prioris S. Brocardi successor effectus, & tertius à Primo indidé per Aymericum constituto Priore, S. videlicet Bertholdo à Malesayda Aymerici Reformatoris Apostolici germano fratre: nullo equidem pacto ignorare potuit Ioannis nostri volumen procurante Aymerico è Græco Latinum reddi. Quod si rescita fidelem hanc latuisset Dei amicum Cyrillum, quomodo Sanctissimus vir omni ab[illegible] dubietate, & cunctatione, ad fratrem suum Eusebium Neroitam Abbatem, tàm seriò scripsisset, & affirmasset, quod Ioannes XLIV. temporibus Arcadij, & Honorij Imperatorum librum illum ad Caprasium idiomate Græco composuisset: & quod liber idem Aymerici dispositione è Græco Latinus redditus esset. Certe adversùs hoc Cyrilli assertum, quid nisi veritati sinistrum suspicari poterit: & quidem piaculum indicibile quis non diceret in eos, qui vitæ nobilitatis cupedine cæca, posteris nobis & orbi toto quasi contestent gratia, hanc sibi emendatam antiquitatem effinxissent? Verène ergo probus quisque, de viris Sanctis, quorum memoria communiter in benedictione est apud Deum, & apud homines suspiciosam istam, calumniosamque vocem poterit extulisse. Cùm *magnus prædicat quæ virtutibus suis*, vt Melchior Canus de legendis historiis edocebat, *viri antiquissimi atque optimi id consequi meruerint*, vt in rebus huiusmodi, quas vel spectasse se, vel ab aliis fide dignis qui spectasse & audiuisse affirmarunt, fides omnimoda adhibeatur, & præstetur.

Canus.

6.

Fidem ibeamus ergo iam Sanctissimi Cyrilli verbis, & sententiâ, sententiæ nostræ ex satis eleganti epistola illa, in qua Religionis nostræ inconcussam successionem à Ioanne, vsque ad sua tempora fidelissimè describit ad Eusebium Priorem Neroitam. *Erat autem* (en verba Magni Antistitis Constantinopolitani Cyrilli, post alia à nobis partim adducta & partim adducenda) *in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in terra S. Apostolicæ Sedis Legatus, vir quidam amabilis Deo, & hominibus, nomine Aymericus Malefayda; natione Lemouicensis, de villa appellata Salamacum, qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum fratrum B. Mariæ de Monte Carmeli laudabilem conuersationem attendens, eos multum specialiter suo tempore in Domino enutriuit. Intelligens autem quosdam eorum, qui ex Occidente superuenerant, spretis seniorum monitis non rectè ambulare iuxta veritatem religiosæ vitæ Eremiticæ in prædicto Ioannis libro descriptæ, & perpendens hoc ideo maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes nesciebant codicem illum legere, fecit librum* (Ioannis subaudias *de Institutione*, &c.) *de Græco in Latinum transferri.* Ista Cyrillus ad fidem in epistola dicta, quæ contigisse intelligis annis Christi 1099. sub Innocentio III. Pontifice O. M. Ex quibus, & illâ totâ, cuius bonam partem habes in Speculo Ordinis fol. 58. impressionis anni 1507. correctæ per Baptistam Venetum de Cathineis, satis liquidò lectori poterit patere quàm sint futilia, quæ de origine Ordinis Carmelitarum

S. Cyrill. Const.

Spec. Ord. Carm.

circa Alexandri Papæ tempora scripserit Baronius, dum ex dictis innotescat, quod Aymerici iussu iam fere ante annos CCCCLXXXVIII. (annis scilicet, in quibus non Alexander III. qui sedit anno M.CLIX. sed Calixtus II. Burgundus, qui sedit anno M.C.XIX. Clauiger æthereus erat, iuxta Claudij Roberti computa.) Ioannis XLIV. volumen fuerit è Græco Latinis donatum. Intercessisse autem inter Calixtum II. & Alexandrum III. Pontifices sex, scilicet Honorium II. Innocentium II. Cælestinum II. Lucium II. Eugenium III. & Anastasium IV. ex Chronologis Pontificum, & serie eorundem patere poterit facile versantibus temporum Chronologias, & historias fideliores.

Baron. tom. 12. annal.

Claud. Rob.

7.

Ex his ergo positis, de inscriptione libri Ioannis XLIV. de antiquitate præfati voluminis, eiúsque Monachatu illius in Carmelo nemo meritò, aut iure aliquo ambigere poterit, nisi priùs de sanctitate; & antiquitate dubitauerit S. Cyrilli: quoad sanctitatem, certè comprobant, immò & antiquitatem Patris Apostolica ad minus tamen calcula Pontificum summorum, qui vniuerso Ordini Carmelitarum concessêre festum illius sub duplicis officij solemnitate celebrare, sub die sexta Martij Cyrillum S. Carmelitam vocando, ex eo quod Montem Carmeli adueniens *ibi* [illegible] *orationibus, & charitatis officijs Deo gratissimus esse studuit*: post quæ subiungunt [illegible] *Ordinem suum viginti, & septem annos summâ cum laude rexisset, migrauit ad Dominum*, cùm claruisset Philippo, & Othone Imperatoribus, circa annum Domini M.CC. Hæc ex lectione 2. Nocturni, proprij Officij S. Cyrilli.

Eccl. Hierosol. in offic. S. Cyril. die Martij 6.

CAP. VI.

Varia alia proponuntur argumenta siue rationes ex dogmatibus libri Ioannes XLIV. petitæ, vt probent illius antiquitatem, & factie genuinum auctorem præfati operis, & lucubrationis.

INtentam libri istius à nobis antiquitatem in quam incassum quidem nonnulli inficias, aut verbo, aut scripto ire parant, & contendunt, præter illa quæ suprà à nobis relata sunt, sequentia hæc satis nostro iudiciò, argumenta probabunt. Etenim si fixâ, puta tamen acie mentis, & obtutu fideli, orationis claritatem, & rei exponendæ quisque perspexerit stylum, cum & allegoricorum sensuum mysticarúmque interpretationum segetem fœcundam, quibus Adamantius claruit Origenes (id quod satis erit apertum versantibus seriò paginas, & opera eius) stylum stylo similiorem, ingenium ingenio nullum similius dicet. Cùmque in obtrectatores studij sui Ioannes noster librum scripserit vnum, Gennadio teste de viris illustribus in quo non fidem, sed Origenis ingenium, & stylum se laudasse, & esse sequutum probauit,

1.

satis apertum erit argumentum, quod quemad- [illegible] Ioannis scripta stylum, & in- [illegible] Origen [illegible] ipse Patriarcha [illegible] Origenis [illegible] Ioan- [illegible] Origenis, operi [illegible] visus est, vt cum Maximus E- clesiæ Doctor S. Hieronymus [illegible] torum esse, dicere non dubitauerit, & se Biblia vniuersa [illegible] voluminis [illegible] te- stimonium. Postremo, quis non videat [illegible] Origenis [illegible] Ioannes [illegible]

S. Hieron.

2\. [illegible] tis illius aperienmus. Ecce, Ioannes libro suo in [illegible] Regum cap. 17. sub versu 3. *Factum est verbum* [illegible] *contra Orientem, & abscondere in torrente Charith,* [illegible] Lucam, quam habet Tomo secundo operum [illegible] loco eodem Ioannes idem, sic admonet, *per Ior-* [illegible] *tur*, id ab Origene ebibens, qui variè pro Iorda- [illegible] quenter. At maximè ea arguunt, & redolent [illegible] eodem capite [illegible] tur à Ioanne de descensu hominis à dignitate imaginis Dei [illegible] Origene Ioannes [illegible] non dicit animas in aliam [illegible] immutari, aut in eis per idem, Dei imaginem amitti; sed sordidari. His adiicias illa, quæ ca- pite 44. ferè ad initium Ioannes adducit (videli- cet: *Quoniam remanente Elisæo in terra Helias receptus in curru* [illegible] *per turbinem ignis in cælum, scilicet in Paradisum vo- luptatis, qui in longo spatio, & terra tractu à no-* [illegible] *Henoch, qui longè ante illuc præcesserat Heliam,* [illegible] locum Paradisi posuit, sine dubio, ab Origene [illegible] Paradisum, vt fecit Origenes [illegible] torrida Zona, quæ vt crediderè nonnulli, fuit [illegible] cap. 47. Apologetici [illegible]

3 Reg. 17. v. 3.

Ioan. Pat.

[illegible] suo opere, & Commentario de Paradiso volu [illegible] Thomas Maluenda, ex [illegible] Benedictus Pererius [illegible] in Genesim, [illegible] (quæ à nobis facilè hic producerentur, nisi fa- [illegible] Origenis [illegible] Patriarchæ nostri, quibus his libri Ioannis antiquitas sua [illegible]

Maluenda.

Pererius.

S. Thomas.

3\. Aliud stet argumentum, quo plurimum sta- biliatur, iudicio nostro, intenta libri eiusdem, & optata vetustas: ad quod conficiendum præ- [illegible] cendis multis sacræ paginæ testimoniis, & ver- bis, itavt ipsius frequens axioma, sic sit verbis [illegible] tur in scribendo: Omittamus quod exceptis di- uini instrumenti oraculis, & scriptoribus sacris, [illegible] eum cogebat opportunior enarratio, nec Philo- nem dicimus, dum verba eiusdem de Esseno- [illegible] Ioanne [illegible] Iose- [illegible] mus fuit apud antiquos. At super hæc, nec [illegible] Non debeamus tamen, paucula saltem [illegible] exempla. Vbi [illegible] Tertij Regum sub cap. 17. deducit, & vocat, Regno- rum illum librum appellat, sic: *Legimus* (ait) *de hoc ita scriptum in libro Regnorum.* Vbi c. 16. [illegible] Paralipo- menon sub cap. 35. recenset, *librum* absolutè vo- cat, non tamen primum, aut secundum desi- gnans: [illegible] cap. 25. ad- ducit [illegible] Paralipomenon sub cap. 2. [illegible] quod idem [illegible] Machabæorum li- bris, Epistolis Pauli, Petri, Ioannis, aut aliorum. [illegible] capite 2. 4. & 6. & ferè per capita 41. quibus totus iste Ioannis compo- [illegible] Euan- gelij locis, vix memorat Euangelistas, sicuti nec [illegible] *dixit Moyses, Propheta, Euangelium, Apo- stolus.*

4\. Aliud nobis satis opportunum [illegible] argumentum [illegible] Ioannes de [illegible] Patriarcha [illegible] & Car- melitarum famigeratissimo Reformatore (vt eum vocant Onuphrius Panuinius, in Chronico Ecclesiæ ad ann. 1141. & Guillelmus Tyrus lib. 5. continuation. belli sacri cap. 3. & alij) memo- riam tradat; imò id maius censemus, quod de [illegible] Pontifice [illegible] institutum nostrum, aut Regula Alberti confirmata fuerit sic vt im [illegible] Ioannes, vt nec vel leuissimum [illegible]

Panuinius.

Tyrus.

vestigium

vestigium in vniuerso libro de institutione Monachorum, vno vel verbulo, tradat; nec Indulgentias, aut priuilegia, quibus Ordinem Carmeli commendarunt, & illustrarunt Pontifices Optimi Maximi prodit, cùm hæc omnia, vel eorum singula, dignitati nostræ commendationique nobilissimæ maximè conducere potuerint: sic vt gloriemur nos Carmelitæ vel propter concessiones [illegible], vel propter [illegible] infensissimos Ecclesiæ Christi hostes, maximè aduersùs Indulgentias sacras à Pontificibus concessas, Sergium II. Pontificem Opt. Maxim. qui sedit anno 844. concessisse, vt omittamus alias innumeras concessiones Indulgentiarum antiquissimo tempore Ordini factas, vt Leonis IV. qui anno 848. & Adriani II. qui anno 867. sedit, Stephani V. qui sedit ann. 816. & aliorum, qui pro Carmelitis, & Confratribus eorum, vt adnotat Cor[illegible] lib. 1. cap. 14. in Dilucidarij Carmelitici sub titulo fratrum, & Confratrum S. Mariæ Virginis de Monte Carmeli [illegible] largas Indulgentias concessere [illegible] Romæ Ecclesiæ in Cœnobio Carmelitarum, dictorum S. Martini in Montibus, sub die [illegible] eiusdem Ecclesiæ, trium annorum, & trium quadragenarum Indulgentiam, vt patet ex memoria [illegible] antiquissimis characteribus excisa in eadem Ecclesia, vt produnt Bellarminus lib. 1. de Indulgentiis cap. 3. Suarius tomo 4. de pœnitentia disputatione 49. sect. 2. Et Gregor. de Valentia tomo 4. in 3. part. D. Thomæ disp. 7. q. 20. puncto 1. Ex quo ergo consequi videtur Auctorem libri de institutione, non modò Aymerici, vel Alexandri, qui sedit ann. 1159. tempora dignouisse, sed neque vllatenùs vidisse Leonis IV. qui sedit ann. 847. Adriani, aut illorum plurium sæcula, qui à Sixto IV. & Gregor. XIII. referuntur, concessisse Ordini B. Mariæ de Monte Carmeli, eorúmque fautoribus largas Indulgentias. Huc aduoces, quod nec meminerit Alberti Patriarchæ, qui Carmelitis Regulam dedit, sub Pontifice Opt. Max. Alexandro III. iuxta exactiorem temporum supputationem anno Domini M. CLXXI id quod ex ipsa Data Regulæ patet manifestè vt præter [illegible] sententiarum varietatem Polydori, qui lib. 6. de inuentoribus rerum cap. 3. credit datam fuisse circa ann. Domini 1210. Sabellici, qui ann. 1210. Pontaci Burdegalen. qui 1198. Rebardi Florentini, qui 1205. Wastelij qui inscriptionem referens antiqui Nummi adseruati Antuerpiæ, ab ipso vt ipse refert Wastelius Apologiæ suæ c. 22. Alberto Patriarcha excusi, & à Philippo II. Hispaniarum Catholico, & Prudentissimo Rege, dono accepti in quo sequentia ex vna parte leguntur: ALBERTVS PATRIARCHA HIEROSOLYMITANVS ANNO MCCVI. Ex altera verò: HIEROSOLYMA A SARRACENIS CAPTA, ET SEDE ACONEM TRANSLATA; MVNVS PEREGRINORVM, sequens Doctissimum virum Aubertum Miræum, credit in numeris Regulæ mendum esse, quia ibi pro M. CLXXI. legendum putat Wastelius cum Miræo M. CXCIX. Huius ergo Regulæ Alberti quòd non meminerit Ioannes mirum est immò nec eius, quæ obligatoria est, rationem aliquam habuerit, dum scriberet

Sergius II.
Leo IV.
Adrian II.
Stephan V.
Diluc. Cor[illegible].
Bellarmin.
Suarius.
Valentia.
Sixtus IV. in Bull. [illegible] Greg. XIII. in Bulla.
Polydorus.
Sabellicus.
Pontacus.
Rebardus.
Wastelius.

ipse, suam quæ tantùm suasoria videbatur, & nullis certis designata capitibus. Hoc pro nobis militare manifestè apparet argumentum.

5. Ioan. Patr. cap. 41.

Erit aliud argumentum confectum ex eo quod capite 41. finali scribit Ioannes in illis: *Baculum etiam se gestasse primos huius Religionis Professores, Elisæus, qui vnus fuit ex ipsis docet. Mittens enim [illegible] ad [illegible] Sunamitis [illegible] dixit ei: Tolle baculum meum in manu tua, & vade & pone baculum meum super faciem pueri.* Hæc Ioannes ibi, vbi sibi coæuos Carmelitas Heliæ, & Elisæi Patrum in morem gestasse bacula ostendit; cuius consuetudinis vel leuissimum vestigium non dignoscebatur temporibus S. Cyrilli, [illegible] Patrum posteriorum Carmeli incolarum: vt non credatur liber inscriptus ab [illegible] te Latino, &c.

4. Reg. 4.

6.

At intereà demus aliud validissimum argumentum à Ceremoniis, & antiquo Carmelitarum habitu desumptum. Tradit auctor libri sub finem, scilicet ad caput 40. sic: *Pallio quoque Monastico primum [illegible] huius Religionis [illegible] Scripturæ auctoritate monstratur.* Et infrà: *Hoc quoque pallium misit ipse super Elisæum, quando [illegible] Pallium autem istud fuit [illegible] superiùs angusta, inferiùs amplitudine expansa. Hoc pallium Helias [illegible] Docuit autem per hoc Helias Monachos hanc Religionem profitentes, debere pallio supernè tegi albo,* &c. hucvsque Ioannes. E quibus extat, auctorem libri designasse Carmeli Montis suæ ætatis Monachos, chlamyde quoque indutos incessisse alba. At ex ipsius Cyrilli aperta [illegible] patebit in epistola ad Eusebium, quod non albâ, sed barreatâ, aut lineatâ, virgata si velis, aut versicolore variegata veste dictâ, fuerint induti tempore suo, & adhuc dum sacer, & nobilissimus Doctor illius variegatæ Vestis mysteria delineat annis ante se quadringentis sexaginta; dicit & seriò affirmat, quod Patres nostri, albo relicto mantello, eo quod ad id eos cogeret impius Humarus, virgatam siue variatam vestem assumpserunt. En verba Magni Cyrilli: *Dum Humar, Rex Arabiæ cum ingenti multitudine Sarracenorum terram Sanctam cepisset, & Christianos in ea degentes suo dominio subiugasset; Sarraceni molestè ferebant, quod nostræ Religionis professores, veste albâ desuper induti incederent, cùm soli eorum Satrapæ, huiusmodi coloris habitu desuper uterentur. Propter quod gestationem pallij albi dictis professoribus interdixerunt: pro quo professores prædicti pallium barratum tunc vnanimiter sumpserunt. Quod pallium sicut scis, ex septem partibus duplicis coloris adinuicem distinctis, sed consutis ipsum totaliter integrantibus perpendiculariter a collo vsque ad talos descendentibus constat: quarum tres sunt nigræ, siue griseæ, aliæ verò quatuor sunt albæ, quæ sic existunt in pallio ordinatæ: indutum siquidem pallium antè, à pectore descendendo vsque ad pedes est totaliter fissum, seu apertum, & partes [illegible] sunt albæ: secunda autem pars à latere dextro est nigra, & etiam secunda à latere sinistro: tertia vero pars à*

Ioan. Patr. cap. 40.

S. Cyrillus Epist. ad Euseb.

Forma & figura antiqui [illegible] variegati Carmelitarum [illegible] à S. Cyrillo descripta [illegible].

De pallio antiquo Carmelitarum vide Trithem. de laudib. Car. c. 6. ante cũ Io[illegible] 44. de institut. Mona c. 4[illegible]. Paleonid. lib. 2. cap. 9. & Thom. à Iesu lib. 1. antiq. Carm. cap. 6. & in Tractatu apologetico [illegible] Romanis [illegible] propositione 3. à f. 51. vsque 56.

latere

latere dextro est alba, quem colorem retinet tertia à latere sinistro, sed vltima pars retrò in medio pallij existens est nigra. Hoc pallium professores huius Religionis antiquitus appellabant carpitam, [illegible] vero [illegible] ipsum [illegible] mantellum. Ita Cyrillus in epistola dicta, vbi videndus quomodo expendit barratæ vestis antiquæ mysteria latè. Sed [illegible] tempo[illegible] nominati [illegible] dederint, segmenta illa quæ [illegible] albi pallij chlamydem reddebant cærulea [illegible], cum certè, ex testimonio D. Cyrilli validissimo, grisa siue nigra, aut ad nigredinem tendentia reputanda sint, quæ [illegible] Latini vocant *[illegible]*, nos verò Hispanicè *Castaño, depaso, aquileño, [illegible]*.

7. Nunc ergo id vnum constet ex antiquis, & [illegible] Carmelitarum monumentis [illegible] omittam [illegible] exteros auctores recensere, S. Antoninum, Guillelmum Tyrium, Chronicon [illegible], Polydorum Virgilium, Nauclerum, Sabellicum, Pontacum, & alios, quos Thomas à Iesv [illegible] lib. [illegible] antiq. Carm. [illegible] nouâ hac chlamyde, siue mantello variegati coloris vsos fuisse Maiores nostros, ab [illegible] imperio Arabico longè post S. Cyrilli obitum vsque ad tempora Honorij Tertij qui sedit ann. Dom. 1216. & Alberti Regulam pro Carmelitis approbauit, post Alexandrum III.) vt sentiunt Polydorus Virgilius de inuent. [illegible] rerum, lib. 7 cap. 3. Sabellicus lib. [illegible] Æneid. 9 Theatrum vitæ humanæ, vol. 2 [illegible] lib. 3. fol. 4114. Garibaius, tom. 1. histor. lib. 12. cap. 28. & alij: imò vsque ad tempora Honorij IV. qui sedit ann. Dom. 1285., vt melius sentiunt S. Antoninus in Historiali 3. part. tit. [illegible] cap. 5. Tyrius Episcopus continuationis belli sacri lib. 5. cap. 3. Nauclerus tom. 2. Gen. 41. & alij) in quibus, Honorio IV. procurante, & considerante, quod ritum magis, quàm deuotionem erga nouos ad Europam traductos Carmelitas à Syria variegata illa & versicolorata vestis suscitatura esset, in albam omninò, vt eam quondam detulerat S. Pater Helias, commutata est, sub Petro Emiliano Ordinis Generali Magistro Priore, & in Capitulo generali salutis anno 1287. in Montepessulano celebrato iussa præcepto ab omnibus Orbis Carmelitis deferri; Contigit decretum illud, tribus ante erectionem nostri huius illustrissimi Cæsaraugustani Cœnobij annis. Vide de his infrà, cap. 10. num. 12.

8. Ex quo, furore, & irâ concitî in Carmelitas (ob pallij scilicet variegati in album mutationem, eo quod in eo assimilari viderentur Satrapis, siue Præfectis Prouinciarum Persiæ, quibus solis credebatur licere albenti vti, & candido pallio Terræ Sanctæ infideles & inter eos maximè Ægypti Sultanus Melechsaytes, referente Tyrio Episcopo, vbi supra, decreuerunt, vt antiquum diruerent Carmeli Cœnobium, & templum eius anno 1292. vsque ad quem illud perstiterat inconcussè per MM CC XXI. & amplius annos: Et tradunt ab Ordinis verissimis monumentis multi, in Virginis Mariæ Magnæ Dei Matris honorem primum fuisse Orbis Sacellum in Carmelo à Carmelitis Heliæ filijs erectum, id quod certum sentit Sacra Rota de R[illegible] tionis, vt habes in lectionibus 2. Nocturni Officij solemnis Commemorationis Virginis Mariæ de Monte Carmelo pro die decimasexta Mensis Iulij) nostrorum Monachorum alios, ex his qui Carmelum incolebant ferro trucidarent, alios ab antiquissimâ illâ & primâ Carmelitarum sede ducerent extorres, alios verò, vt fame, verbere, & verbere [illegible] affligerent. [illegible] Martinus Polonus, Continuatæ Vrbis Episcopus [illegible] anno Domini 1280. Iacobus Philippi Bergomensis in Chronico. Wernerus Rouelinkus, in Fasciculo [illegible], Bartholomæus, Cassanæus, [illegible] Mundi par[illegible] & alij[illegible].

Officium solemn. Commemorationis.

Mart. Polon.

Bergomens. [illegible] Cassanæus.

9. Post hæc [illegible] ad nostram redeuntes [illegible] aduersarios noster [illegible] placueat, & [illegible] in [illegible] & [illegible] Honorij, [illegible] ex duobus tertius qui sedit ann. 1216. aut quartus, qui sedit anno 1285. At qui contingere potuerit, vt [illegible] Pontifices istius tempora tenuit, eum librum, tot laudibus [illegible] dum est volumen de Institutione Monachorum [illegible] lo illo antiquissimo, quo albo non variegato colli [illegible] Maiores nostri Carmelitæ [illegible] perfidus Mahumetan[illegible] vt eum vocat Baronius, tomo [illegible] locis Palæstinæ præesset, & [illegible] Quod si tandem posteriori [illegible] ætate [illegible] compositum, & attextum (cum jam inquam & Græcis, & Græcia, Patres nostri ad Latinos, & Latinam erant Europæ plagam traducti) vt quid, Græco esset idiomate cum Latinis agendum? Edisserant hæc nobis, qui aduersa veritati sequuntur, vt ambulent in tenebris, & victitent lilio, siue cæcutiunt, vt opprimerent nos.

Baronius.

10. Suffug[illegible] nonnullos aduersantes [illegible] videlicet, quod liber (vt ex ipso Illustrissimo accepisse sibi Baronio videntur, non modò in inscriptione auctoris Ioannis, & alijs verâ fide vacillet; sed etiam quod stylus eius Latinus cùm sit, & nullatenus Græcus, (contra quod sequens subscribitur caput specialim adstruere videatur falsitatem, adeóque non à Græco, sed à Latino auctore, & fonte fuisse deductus. Atquin noua hæc sunt, & ab eis orta, qui ex more fingunt inaudita, vt noui, & nouitatum auctores habeantur, similes hominibus eis de quibus sacer textus Actorum 17. dixit quòd *Ad nihil aliud intendebant nisi audire, aut dicere aliquid noui,*) citò ad statuendum iudicium prosilientes, & similes illis effecti de quibus rectè sic Bernardus Sanctus scribebat, in epistola ad Fratres de Monte Dei: *Quosdam, aiens, esse, qui cum manifestum veritatis lumen obnubilare non queunt, de solo nouitatis nomine cauillantur*, sunt enim multi *homines* qui (vt docebat Nazianzenus, oratione 20. *rerum nouarum solum studio delectantur*. Eorum ergo argumentiolis neglectis, oporteret eos omittere, & contemnere, sed quia vt Publius in mimis habebat *Inimicum, quamuis humilem, docti est metuere*, ad aliud nouum iam in eos argumentum deflectamus, Auctorem

Actor. c. 17. v. 21.

S. Bernard.

S. Gregor. Nazianz.

Publius.

Margin (left): S. Antoninus. Tyrius. Chronic. [illegible] Polydorus. Nauclerus. Sabellicus. Pontacus. Thom. à Iesv. Honor. III. Polydorus. Sabellicus. Theatr. v. h. Garibaius. S. Anton. n. Guil. Tyr. Nauclerus. Guilielm. Tyrius.

libri

libri ad Caprasium *de Institutione Monachorum*, &c. Græcè scripsisse demonstrantes vt ipsi faciles in asserendo apprimè discant à S. Hieronymo, quæ docuit ipse ad Rusticum, epistolâ, agens, in istis: *Multo tempore addiscere quæ alios docturi sunt*, quam sententiam nos in nostris, quantum fas, & factibile fuit, scribendis studuimus operari.

S Hieron. ep.

Cap. VII.

Librum Ioannis controuersum à Græco fuisse ortum auctore, ex Græcismis nonnullis vel in ipso Interprete eiusdem deprehensis; & rationibus alijs denuò comprobamus.

1\.

QVanquam ex Sanctissimi Cyrilli auctoritate & fide multa tanto debitâ Doctori, satis de Ioannis libri stylo Græcò constare posse, simus arbitrati, vel saltem in illis Cyrilli ipsius verbis: *Scripsit enim* (supple Ioannes XLIV.) *eloquio, & litteris Gracis, in quodam libro primariam nostræ Religionis institutionem, & fundatorum eius dignitatem, atque priscorum professorum gesta sancta, & gloriosas virtutes, exterioremque habitus ornatum*, &c. quæ habes suprà data, cap. 1. num. 8. ex Epistola D. Cyrilli ad Ioachimum Abbatem. In gratiam tamen luculentioris reddendi testimonij à tanto accepti Doctore Cyrillo, Carmeli Præsule, Græcismos aliquos in libro ipso deprehensos inuestigare suscipiemus, vt tutior fiat fides his, qui verbo, aut scripto veritatem istam obnubilare contendunt, asserentes *libri stylum totum esse Latinum*. Igitur satis apertè, plus quadringentis retrò abhinc, & amplius annis, Sanctissimus Presbyter præfatus Cyrillus Constantinopolitanus, & quidem Græcus auctor annum, causam, & studium pro quibus Ioannis liber ad Latinos è Græco fuerat translatus aperuit: ex quo, fatemur, superuacaneum fore, vel leuissimè pedem, vel pennam in his repetendis, & probandis admouere: & post tot secula elapsa in contentiones vocare libri huius Græcum stylum, tanta olim auctoritate tanti Patris comprobatum; sed tamen vt luce clariùs innotescat aduersarios in suo sensu fuisse deceptos (adhuc vt visi sint optimè moratis viris aliquibus, mendacij coarguere voluisse in suis assertis Cyrillum Diuum, quasi si eius scripta ipsi vidissent, & visa præmeditassent) probationem vltra dicta protrahimus vt ex dicendis appareat quàm sit efficax, & constans librum *de Institutione Monachorum*, &c. *ad Caprasium* Græcum fuisse, Græcéque confecisse Regulam auctorem suum, siue sacras monitiones illas, quas pro Carmelitis Græcis adaptauit. Græcismos igitur nonnullos (sunt enim in ea Atticismi non pauci, & totus sanè liber Atticam sapit eruditionem, & eloquentiam vt crediderimus, vix ampliùs Atticas esse Athenas) in ipso sparsim opere deprehensos iam placeat obtestare

S Cyrillus.

2\.

Ex quibus multis, quos facilè deprehendet, legentis erudita seria, & sedula mentis attentio, nonnullos illustriores hic tibi, candide lector ministramus. Sit primus ille in initio capitis 1. deprehensus, vbi Ioannes apertè se Carmelitam (si attenderis) coram Caprasio profitens, Caprasium alloquitur sic: *Quamuis namque conuersationis huius ratio in sola experientia consistat, & nequaquam posset hæc ratio plenè verborum doctrina nisi ab experto tradi*, &c. vbi pendas pro aperto Ioannis Monachismo verba illa, *nequaquam posset nisi ab experto tradi*. Ex quibus manifestè sapientissimi quidam viri Patres, ex sanctissimo Capucinorum Ordine, vt virtute, sapientia quoque multâ clarentes, quos iam tibi dedimus suprà cap. 2. num. 2. huius 2. Tractatus, sibi Ioannis Monachismum indubitatum in Carmelo crediderunt, dum rem, & alia ad librum Ioannis, & Ioannem attinentia, vt erant familiarissimâ nobiscum amoris necessitudine coniunctissimi, cum eis vt dicebamus conferremus. At pro re nunc nostra pende in verbis eisdem à Ioanne datis Græcismum à Latino vsurpatum traductore in illis: *verborum doctrina* pro *verbis*: Huic similis alius est è vicinio, capite eodem, post pauca, ibi: *Nisi capari studio, & sudore per experientiam apprehendere laboraueris*. In eis est: *apprehendere laboraueris*: quæ Latinus propriùs vertisset *studueris*, vel *conatus fueris apprehendere*. Haud his impar est alius, capite eodem, in illis: *Antiqui huius nostræ conuersationis sectatores ante nos intellexerunt, & nobis tam in veteri, quàm in noua lege doctrinis, & exemplis philosophati sunt*. Dixisset potiùs Latino rigore, pro *doctrinis, & exemplis philosophati sunt*: *Monasticam nos disciplinam edocuerunt*. Sed Græcorum more à Latinis aliquando Basilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, & alij, dicti sunt Philosophi, eo quod Monachi fuerint; quia Philosophus, qui Hebræis est חכם *Chakam* Græcis verò φιλόσοφος, amator sapientiæ dictus est: veri autem veræ sapientiæ amatores Monachi sunt, qui pro vera animæ adquirendâ salute, quæ verissima sapientia est, impensiùs, dicati Deo, militant, & decertant.

Io.44.c.1.

3\.

Capite 2. & alibi sæpissimè, Græcorum in morem, qui non sic dicendi æstimant elegantiam, vt Latini, pronomina reciproca pro absolutis, & ex aduerso, nimis vsurpant. Similiter singularis illa vel auctoris, vel interpretis loquutio, quâ vt loca ex Regum libris multoties citet dicit: in libro Regnorum: ibi: *Legimus de hoc ita scriptum in libro Regnorum*: certè Græcismus est, & olet maximam loquutionis antiquitatem, vt est videre de consecratione distinctione 1. Can. *Consecrationem Ecclesiarum*, vbi Felix Pontifex *Regnorum* pro *Regum* dicit, & sanè redolet multam Antiquitatem hæc loquutio. Et fuit quoque vt omittamus alias, Origenistica phrasis. Item ad finem eiusdem cap. 2. Græcismus est ille: *formam ad hoc perueniendi per Deum in dictis verbis B. Heliæ propositam*; nam propositio *per* ibi pro *à*, vel *ab* vsurpatur, contra Latinorum rigorosiorem syntaxin, licet propositio hæc, quæ est Græcis διά, Hebræis על *bal* à Cicerone pro Roscio Amer. & ad Terentiam pro beneficio ab aliquo accepto

Felix PP.

Cicero.

vsurpetur

vsurpetur. cap. 7. ad medium ibi: *Potabo te, & tuos sodales illo torrente*: Græcismum quoque habes, poto enim quod Græcis est πίνω, his potum do sonat cum accusatiuo personæ. & generis actiui: Latinis autem sæpiùs Latinam quærit vocem. Est huic similis alius Græcismus cap. 9. ad medium ibi: *quod Deus potat diligentes se*: dixisset rigorosiùs iuxta Latinos, *quo a Deo potantur diligentes eum*, sed græcizauit Græcum Latinus interpres, traducens opus. Capite 31. ibi est alius: *nihil religioni eorum attinere*: Latini dixissent: *ad religionem attinere*: imitati Terentium in Adelphis. *Iámne vis dicere, quod ad te attinet*, Sed græcizauit verbū ἀνήκω cum datiuo construendo. Cap. 33. ecce etiam Græcismum ibi: *quorum memoratus fui*: Latinis memoro verbum, vt est apud Liuium lib. 1. ab Vrb. & Virgilium 1. Æneid. & in Amphitheatro, accusatiuum regit, vt & apud alios plures. Capite 30. deprehendes Græcismum alium repetitum, & notabile satis in illis: *Audiebant Apostolos linguis suarum Regionum loquentes, & Deum magnificantes*: propriùs ibi dixisset, si vt rigorosius Latinus vertisset: *quod loquerentur & magnificarent Deum.* Et indidem sim liter alius est in illis: *Et propterea Religiosi in igis stupebant scientes Apostolos Galilæos*: Vbi fidus Latinus, iuxta Latinos compositiùs conuertisset *eo quod scirent*: Et indidem alius in illis: *Alij autem ex Iudæis, qui superuenerunt audientes Apostolos loqui diuersis linguis, & eos maximè intelligentes, irridebant dicentes, eos esse ebrios*: Dixisset potiùs rigorosa Latinorum loquutione: *cùm audirent Apostolos*: & : *cùm non intelligerent eos*: & : *irridebant, & dicebant ad eos, quod ebrij essent.* Et huius generis multa indidem, & alibi sparsim in libro reperies, vt est frequens apud Laurentium Vallam, & Quintilianum loquutio. Item sæpissimè inuenies propositionem *ad*, pro *coram*, more Græcorum traductorem vsurpasse, cùm nihil simile Latinis elegantioribus contingere soleat, vt habet, & docet Alciatus (ne multa ad hæc congeramus; *L. coram Titio*, de verbis significatiuis. Item sæpe *suus* primitiuum pro *sua* possessiuo multus est auctor, siue traductor, vt vsurpet in libro hoc; sed certè id non est frequens Latinis melioribus, sed circa Græcos frequentissimum. Capite 13. ponit ablatiuum loci quemdam, vtens figura Græcorum, dictâ Ecthlipsi; cùm verbum deest in oratione necessarium committitur ista: Ibi: *adduxit ad Regem Israel in ciuitatem Samaria.* Dixisset potius nisi Græcorum Ioannes vestigia sequutus esset Græcè agens, *qui erat in ciuitate Samaria*, sed deficit *erat*, Græcorum more, qui sæpissimè hac vtuntur figurâ Ecthlipsi Cap. 15 in initio est ille Græcismus: *Alter vero Propheta discipulus Helia*: quia *alter* pro *alius* ponitur ibi, & alibi satis frequenter: quod quidem etsi apud Latinos vnumcè aliquando desumatur, sed elegantiùs id apud eosdem contingit cùm in numero plurali ponimus rationem, vt, *alij virtutem præponunt, alij voluptatem, alij dolorem*; nec aptè dixissemus, *alteri virtutem præponunt*, &c. Sed in singulari non est in apto vsu *alter* pro *alio* vsurpare frequenter, inter Latinos, ita tamen apud Græcos.

Terentius. Liuius. Virgilius. Valla. Quintilian. And. Alciat.

4. En Græcismos igitur illustriores, & frequentiores in traductore libri Ioannis deprehensos à nobis, ne, lectoris fastidio, alios plures, quos omittimus, congeramus inutiliter. cùm isti sufficiant, qui rem probent affatim nostram, dato quod similes alios multos indidem, & identidem facillimo negotio lector sedulus deprehendere potsit. Nunc videant aduersarij, an ratione, & iure firmo Græcum agnoscere possint libri nostri auctorem, & Græcè scribentem, quem Latinum reddidit Latinus interpres. Græcis formulis tantis ex necessitate multoties inhærens, eo quòd à Græco fonte illa aliquando traducens, Græcismos multos committere compulsum se deprehenditur.

5. Accedat, multa auctorem aucupasse à Græcis auctoribus: inter ea illud cap. de Seminario, & studiis Monachorum, ex Philone de vita Theorica supplicum cap. 27. ex Egesippo libro 5. Commentariorum, illud de S. Iacobo Sacerdote, & Rechabita: & cap. 40. illud de Sabitha Patris Sanctissimi nostri Heliæ Parente, & somnio eius, est etiam apud Græcos, non autem apud vetustiores adhuc Latinos: ex Iosepho habet multa, vt videre est in dicto Ioannis libro, à capite 25. in cap. 26. 27. 28. & aliis. Demum hoc vnum nulli non mirum erit in opere isto, vt vir sic Encomiis laudum Sanctissimi Patris nostri Heliæ, Elisæi, & filiorum Prophetarum deditus, sicque apud Græcorum traditiones, & opera litteraria diuersatus, SS. Patrum Latinæ Ecclesiæ scripta nobilissima de Helia, Elisæo, filiisque Prophetarum, omnium manibus frequentissima, prætermiserit omninò, & nec legerit, exsuxeritque clara laudum Encomia, quæ de Prophetis istis, & filiis Prophetarum, clarissima orbis, & Ecclesiæ lumina, scilicet S. Hieronymus, S. Ambrosius, S. Augustinus, & similes alij scripserunt, immò omninò, vt videre est, præterierit, dimiseritque quod quidem haud fecisset credibile est, si Latinus auctor fuisset, vt sibi effingere volunt aduersarij.

6. Ad hæc item notabile aliud accedat, quod à nonnullis scimus oppositum fuisse, videlicet non aduocari in Ioannis libro Sacræ paginæ loca iuxta Græcam, sed iuxta Latinam editionem, id quod (aiunt) primus operis *de Institutione Monachorum ad Caprasium* auctor, si Græcus fuisset haud omisisset. Verùm, vt huic opposito satisfaciamus non erubescemus, huc transcribere ad vnguem, quæ capite 26. suæ Apologiæ contra Baronium pro Ioanne Doctissimus Vuastelius fuerat ante nos eleganter præmeditatus, scilicet id, ait in primis, non primi auctoris libri sed Interpretis vitio factum esse.

NOTA.

7. Vuastelius. Namque, dicit Vuastelius, Interpres pro contextu Græco, quem in Ioanne reperit, nimis scrupulosè contextum nostrum supposuit: forsassis errore inductus, quod putarit, reiectâ Hebræâ, & Græcâ, solam editionem nostram esse authenticam. Sed nec iste interpres solus in ea praxi fuit. Siquidem, & apud antiquiores interpretes, cæterorum Græcorum, exempli gratiâ Origenis, Eusebij, Pamphili, Chrysostomi, Cyrilli, Alexandrini, Theophylacti, atque aliorum contextus noster reperitur, verùm abusu

ime

ture non tolerando. Ita enim in primis fit, vt non appareat quid Græci in suo contextu legerint: deinde multus labor interpretes manet, vt Græcorum expositionem textui nostro accommodent: si quidem tandem accommodari queat. Nam sæpè sæpiùs fit, vt sermo relinquatur mancus, & hiulcus: imò interdum prodigiosus: Vt inter limites maneamus: Interpres Ioannis, cap. 34. monstrum nobis magis dedit, quàm interpretationem, dum sic transtulit: *In vna vice ecce nubecula parua, scilicet B. MARIA, quasi vestigium hominis descendebat in Carmelo. Quæ ideo visa fuit quasi vestigium hominis, ascendere in Carmelum; quia in hoc suo spirituali ascensu, non feminam quam imitaretur, sed hominem habuit in exemplum.* Et rursus: *Ad hunc quoque Carmelum, id est, ad hanc altam circumcisionis scientiam, nubecula illa, scilicet B. MARIA, ideo quasi vestigium hominis ascendebat, quia non femina, sed homo, id est, Helias, exemplum ascendendi ei præbebat.* At, quæ est illa tam bella antithesis? an ergo femina sacræ Scripturæ non est homo? Quid dici potuit, quid cogitari absurdiùs? Ad rei ergo propositæ elucidationem obseruandum est, Græcos commentatores exponere Scripturam iuxta Interpretes septuaginta; qui lib. 3. Regum, cap. 18. vers. 42. quem Ioannes hic explicat, non verterunt, *vestigium hominis*, quod habet vulgata editio, sed *vestigium viri*, sic enim scripserunt: καὶ ἰδοὺ νεφέλη μικρὰ ὡς ἴχνος ἀνδρός. id est, *Et ecce nubes parua quasi vestigium viri.* Quem versum si Interpres in Ioanne isto modo, quo fieri potuit, transtulisset; quis negarit antithesim? Atque ad hanc absurditatem necessitate compulsus est, cùm nollet tantillum à Latinorum editione recedere. Nec volo quis dicat dictionem *homo* Gallico more sumi pro viro, & inde auctorem fuisse Gallum suspicetur. Hoc enim qui dixerit, malè se sanum fateatur oportet. Cùm in hoc eodem libro nusquam nisi in hoc hypotheticæ necessitatis casu, ea dictio vbi virum tantum significet, reperiatur, at verò passim quidem pro specie, seu vtroque sensu indifferenter. Vnum locum propter rudiores adducam ex cap. 4. vbi omnes homines nasci in peccato originali docet: *Quemadmodum*, inquit, *persona cuiuslibet hominis genita à viro ex femina, ait Propheta: Ecce in iniquitatibus meis conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ab hoc autem originali peccato in quo concipitur homo, illud prouenit quod caro hominis aduersus spiritum concupiscit.* Maximi itaque ponderis est hoc argumentum, & planè indissolubile. Subiungam tamen, & alia non minoris firmamenti. Capite enim 5. ex Ecclesiastici 7. *Nec enim* (inquit) *eris in vno immunis.* Deinde scripturam explicans addit: *Sed quis, vt ait Sapiens, in mono?* sic enim ibi legitur, id est, *in vno, seu in singulari degens, manerit à peccato immunis.* Hic obserua sapientis pronunciatum allegari iuxta vulgatam editionem: Deinde in explicatione eius liquido significari libri auctorem longè alia lingua illud legisse. Legit enim id quod ab interprete vides Latine redditum. Non *in vno*, sed *in mono*, quod explicatur per vnum seu singulare. Quanquam suspicor legendum esse, non *mono*, sed *μία*, in feminino. Quod minimè intellectum transcriptor in *monos* mutauerit: sicuti eodem vitio pro *femineo* scriptum erat *fenino*. Pergamus: cap. 38. legit auctor ex Matthæi cap. 11. *Hominem mollibus vestimentis indutum.* *Vestimentis* autem in Latina editione non legitur, at verò habet contextus Græcus, leguntque Græci auctores. Item cap. 5. ex Matthæi cap. 19. *Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, &c. centuplum accipiet iam in hac vita, & vitam æternam possidebit.* Vbi aduertendum est omnia ad vnguem recitari sicuti nobis est apud Matthæū, nisi quod ex Marci cap. 10. explicationis gratiā additum sit, *Iam in tempore hoc*; non quidem secundùm dictiones, sed secundùm sententiam, quam cùm nō aduerteret Interpres in Euāgelio legi, suis ipse verbis reddidit. Rursus c. 6. cùm ex 1. Petri 4. dixisset: *Charitatem continuam habentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Mox subiungit pro quantitate dilectionis fieri peccatorum remissionem: fortassis occasioné nactus ex eo quod in Græco pro *continuam* legatur ἐκτενῆ, id est, *propensam*, seu *vehementem*. Addo c. 42. ita ex 3. Reg. c. 18. legi, *Iunge currum tuum* & addi, *Currus quidem à currendo est dictus: est enim vehiculum circularis formæ, & habile ad portandum onus: significat autem diuinam filij Dei naturam, quæ est circularis, id est, æterna, carens, instar currus, principio.* Lector mi, quis vnquam audiuit currum esse circularis formæ? carere principio & fine? Vnde certum est auctorem non scripsisse *currum*, sed rotā, maximè quia rota Græcis à currendo dicitur, & locum valde esse corruptū, vel interpretem mirè lusisse, dum non voluit à vulgata editione paululùm recedere. Denique c. 6. Scriptura adducitur ex Prouerb. c. 14. *Miseros facit homines populos peccatum:* idque vt declaretur per *descensum*, benè intelligi peccatum: quod homines à dignitate sua faciat descendere. Atqui verbis istis nihil dicitur de *descensu*. Quid ergo ad sensum quem vrget? Rursus in culpa est Interpres, qui indiscreto zelo nimis adhæsit vulgatæ editioni. Septuaginta sic habent, ἐλαττονοῦσι δὲ φυλὰς ἁμαρτίαι, id est, *diminuunt autem populos peccata*; prout vertit in Commentariis Iansenius; pro *diminuunt* verti etiam poterat, *inferiores faciunt.* Hoc enim etiam verbum Græcum significat: & præcedentia suadent præcedit namque immediatè, *Iustitia eleuat gentem.* Quāquàm eadem sint *diminuere*, & *inferiorem facere*, & vtrumlibet subseruiens instituto Ioannis. Vnde subdit etiam verba Moysi, *Descendes, & eris inferior.* Hucvsque ad litteram Wasselius.

Quæ omnia ab eodem sumpsisse nec erubuimus, nec grauati sumus, quia satis sunt nobis ad propositum oppositum, apposita & apta, vt tollere possint ex eis, qui obiecerunt in libro Ioannis *de institutione Monachorū, &c. ad Caprasium.* Sacræ paginæ loca, non iuxta Græcā, sed iuxta Latinam editionem tradita nobis Latinis fuisse, quo conabātur adstruere aduersarij nō à Græco, sed Latino auctore produxisse præfatū opus. Sciant ergo nūc, non id ab auctore, sed ab interprete natum esse. Satis igitur ex his probatū remanet libri genuinū auctorem Ioanné Græcum fuisse, vt viderint aduersarij, quàm inania, & veritati fuerint aduersa mediati, dum dixère, totum libri stylum fuisse Latinum. In quo sibi ipsis & nobis satis clarissime ostendunt, haud magnos forsitan eos fuisse Græcos, vel etiam faciles fuisse prætereuntes

3. Reg. 18.

Pf. 50. v. 7.

Eccli. c. 7. v. 8.

Matth. c. 11. n. 8.

Matth. c. 19. n. 29.

Marc. c. 10. n. 30.

1. Pet. 4. n. 8.

3. Reg. 18. n. 44.

Prou. c. 14. v. 34.

Prou. c. 14. v. 34.

Deut. c. 28. n. 43.

ponderatores veritatis, & negotij: sic vt *dum alienam imperitiam* (vt Sanctus Hieronymus ad Pammachium, de optimo genere interpretandi docebat) *volunt arguere suam prodant*. Et *docentes se esse sapientes, stulti facti sunt.*

S. Hieron.

Opus erat illis vt sic insurgerent in stylum libri Græcum commonstrasse quibus in locis totum libri stylum Latinum deprehendissent; nam certè à seriò perpendentibus eum Græcus potiùs quàm Latinus deprehensus est in multis, vt affatim ex datis suprà percipi valet manifestè. At enimverò si gratis effinxerimus stylum esse Latinum (id quod sibi aduersarij exoptant) quid inde? Si id factum est eo quod fuerit Latinus Interpres, quique sententias illius sic patri nouit venustate traducere, vt tanquam fidus translator, eloquentiæ Græcæ Latinum ex alia parte respicere fecerit eloquium, certè ex hoc non multum liquidò constat Latinum fuisse libri controuersi auctorem; nam lex fidelis interpretantis rigorosa, non est verbum ipsum reddere verbo iuxta Horatij illud in arte poëtica:

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres. ——

Euagrius.

Ad idem Euagrius, in prolog. vitæ Sancti Antonij ad Innocentium, sic: *Ex alia in aliam linguam ad verbum expressa translatio, sensus operit, & veluti latum gramen sata strangulat. Dum enim casibus & figuris seruit oratio, quod breui poterat indicari sermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, vitam B. Antonij, te petente, ita transposui, vt nihil desit ex sensu, cùm aliquid desit ex verbis. Alij syllabas aucupentur, & litteras, tu quære sententiam.* Ita Euagrius ad rem nostram. Sed rectissimè ad eandem monebat famigeratissimus omnigenæ eloquentiæ Princeps Sanctus Hieronymus, qui Epistolà ad Pammachium de optimo genere interpretandi, sic monet: *Ego enim non solùm fateor, sed liberà voce profiteor, me in interpretatione Græcorum absque Scripturis sanctis; vbi & verborum ordo mysterium est, non verbum è verbo, sed sensum exprimere de sensu. Habeo huius rei Magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis, & Oeconomicon Xenophontis, & Æschinis, ac Demosthenis duas contra se orationes pulcherrimas transtulit. Quanta in illis prætermiserit, quanta addiderit, quanta mutauerit, vt proprietates* (nota lector) *alterius linguæ suis proprietatibus explicaret, non est huius temporis dicere.* Hæc Hieronymus. Et paulò inferiùs sic: *Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes*, &c. *nec conuerti, vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis, tam figuris quàm verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo* (hæc volumus cum suprà adductis te pendere lectorem vt videas, quàm sit facilè librum è Græco ad Latinos transductum, stylum sapere Latinum in aliquo) *necesse habui reddere, sed genus omne verborum, vimque seruaui.* Et post alia Doctor Maximus idem: *Difficile est alienas linguas insequentem non alicubi excedere: & arduum quòd quæ in alia lingua benè dicta sunt, eundem decorem, & translationem conseruent.* Hæc S. Hieronymus, & adhuc alia ad rem, quæ, ne molesti simus legentibus, prætermisimus.

S. Hieron.

9. Inde volumus cum D. Hieronymo, monitum omnem aduersantem libri Ioannis stylo habere, in eo quod Græcus illius non fuerit auctor (ex quo Latinus in multis stylus eius appareat,) scilicet interpretem omnem quantumuis disertum, non sibi debere ad verbum transferre sermonem, *nec assidere*, vt S. quoque docuit Hieronymus ibidem, *littera dormienti*; nam aliquando, immò sæpissimè continget absurdè translata sonare: sed sic affectare sermonem, vt lingua illius ad quam traducit opus, suà illibatà proprietate persistat, sensu tamen, & sententià idiomatis, à quo transfert scripturam quantum liceat intemeratè seruatis.

S. Hieron.

10. Ex his quicunque iudicet, & censeat quàm friuolè vrgeant aduersarij tantoperè stimulantes nos in stylo libri Ioannis, quod Latinum sapiat, ex quo (vt volunt) non Latinum, sed Græcum redoleat & opus auctorem; siquidem Interpres, iuxta regulas Sancti Hieronymi, transferre sermonem Græcum non dubitauit; vt mirum non sit quod, in multis, quæ ex Græco fonte deduxerat, quasi è Latino fonte fuerint vocata, Latinas resonent orationes, & phrases, vtpote traductas ab eo, qui dormienti litteræ non assedit, verbum quodammodo verbo reddens aliquandò; aliquando autem & sæpiùs vt Latinus agens. O vtinam eà animi magnitudine traductor libri Ioannis, fidelissimi obtinuisset munera rigorosioris interpretantis, vt verbum verbo singula fidelissimè de Græco ad Latinos reuocasset; quia id fecisse satis opportunum esse censuissemus, saltem in interpretatione sanctarum Scripturarum, quas passim aduocat, vt eas nobis prout legebantur in Græco, ad verbum exprimeret, Latinis Doctoribus vulgata nostra editione conseruata.

11. Iam capiti huic colophonem adiiciamus in isto. Non nimis mirum multis esse debuisse, quod aliquantulò libri stylus Latinum redoleat, vel ipsius, non, inquam, interpretis, sed adhuc auctoris Græci studio, si verum est id quod certè indubitatum à S. Hieronymo habemus, in epistola ad Theophilum, dicente de Ioanne XLIV. Antistite Hierosolymitano, quod ex assidua cõfabulatione, & quotidiano Latinorum consortio non ignorauerit Latinum sermonem. Quò fieri facilè poterat, vt Græcè scribens Græcus auctor, aliquantulum de Latino sugeret stylo, qui cum Latinis familiarissima, vt ait Sanctus Hieronymus, consortia commiscebat, vt posset vel tantillum ex calamo Græco prodire, quæ redoluissent aliquibus Latina, quasi essent non à Græco, sed à Latino fonte vocata, siue distillata. Maneat igitur satis ex his librum controuersum Ioannis XLIV. ad Caprasium à Græco duxisse originem auctore, non obstante quod aliquantulum sapiat Latinam phrasim in aliquibus, cùm tot Græcismi reperiantur in eo; & his rationibus suffulciatur affatim nostra sententia.

Nota.

S. Hieron.

Cap.

Capvt VIII.

Obiectionibus nonnullis aduersus à nobis asserta exurgimus; extricamus eas: & ex occasione, affectu nostro, S. Thomam Angelicum Doctorem à semi-Christiano quodam sugillatum tuemur, & laudamus.

I. Satis nobis pro re in dictis nostra egisse visum erat, vt libri auctorem ad Caprasium, Græcum fuisse, scripsisseque Græcè probauissemus: Sed tamen vt satiùs res hæc constabilita persistat, nonnulla in nos denuò nos ipsi ex nostris opponere decreuimus, & extricare illa, vt constantissimam mentis nostræ rationem valeant exhibere, & nihil in re quod iuxta fieri nostrum deficere possit, aut desideretur relinquatur intactum. Igitur ex actoris in gratiam intelligentiæ subiectis vlterius procedemus. Sunt qui ampliùs vrserint; capite 10. auctorem non citasse scripturam iuxta Latinorum editionem, vt est videre illo capitis 48. Ecclesiastici desumpto in illis: *Et Prophetas facis successores post te.* Huic obiectioni, sicut & alteri illi in qua nonnulli Græcum recusare contendunt auctorem, eo quod capite 5. explicare assumpserit quid Græcis essent verba hæc, [illegible], & [illegible], & quemadmodum à Latinis dicerentur, id quod verè (aiunt) Græcus haud curasset auctor, maximè qui ad Græcos Carmelitas scribebat. Vt satisfaciamus, reuocatum & te volumus lectorem ad responsiones Petri Wasteliji nostri, quas pro his duabus obiectionibus, non minus eruditè, quàm studiosè meditatus est capite 27. & capite 28. libri Apologetici sui contra Baronium, idque bonâ tuâ pace fecerimus, ne debito nimis hic te inopportunis detineamus verborum ambagibus. At tamen nunc non grauabimur cursim saltem hic attingere vnum quod constans est, nimirum quod Interpretum aliquando nimia facultas, has nobis pepererit, & similes alias molestias nolumus in hoc eos arguere, in eo quod se non fideliter intra limites singularum dictionum continuerint Atticâ fide, at verò desiderandum esset quod eâ, quæ eis concessa est in vertendo facultas, minimè abuterentur, aliquando vel sensum retorquentes auctoris, vel id quod maius nobis fecit in versione libri Ioannis incommodum, sacrarum Scripturarum loca, non sic vt inuenerant in libris, quos sibi vertendos assumebant, nimis licentiosè transferentes, ex quo aduersarius fuit forsitan oriundæ suspicionis occasio suborta, vt dicerent quod liber Ioannis XLIV. non à Græco, sed potiùs à Latino prodierit auctore, & quod compulsi ad multas absurditates, Commentarios protulerint, aut absonos à diuinæ paginæ stylo, vel casus, à mente alienos auctoris; idque satis notè contingere potuit Interpreti libri cuius suscepimus Græcum defendere inscriptionem. Et dolendum equidem est, quod non modò id contigerit nobis, sed & Origeni cum Interprete suo (antiquissimo quanquàm) quisquis ille sit, vel fuerit. Videre id tibi erit, candide lector, in illo qui è Græcis ad Latinos transmisit Commentarium illius in epistolam ad Romanos: namque is ad cribrum loquens, & traducens nimis liberè multa committit, quæ in Origenistico textu haud habebantur, præterquàm quod inseruerit sacras Scripturas potiùs secundùm Latinos, quàm secundùm Codices Græcos, patet hoc volenti omni ad rigorem contextus Græci perpendere rem.

2. Pro obiectione autem secunda, cùm te ad legendum doctum Wastelium inuitauerimus (de ea namque eleganter agit cap. sui Apologetici 28. vt dicebamus) sufficiat hic insinuasse, quod forsan opus fuerit aliquando Interpreti nostro, vel ista mutare, vel illa adiicere de propriis, vt proprietates peregrinæ loquutionis suis domesticis verbis latiùs exponeret: ne si verbum verbo traduceret, inuolucrisculis obseptum lectorem ad tædia concitaret. Ex quo, vt videmus (quasi si, non interpres, sed Latinus extitisset auctor ille, qui è Græco ad Latinum transtulit Ioannis XLIV. antiquum opus) explanauisse constat apertè interdum nobiles Patriarchæ Hierosolymitani lucubrationes, & studia. Monachos Carmeli veteres instruentia, ad Monastica Heliæ Patris sequenda vestigia, &c.

3. Obiici etiam potest, nonnulla in Ioannis nostri volumine deprehensa esse quæ ad verbum ex Latinis Patribus aucupata videbantur. At in hoc facilis est ad manum euasio, eaque euidenti, & notissimâ veritate subnixa. Videlicet, & adnotatam illam quòd nō leui liber iste aduētitus, & insertis falsò (quibus omnibus nunc iam prodit repurgatus) opprimeretur iniuria. Vide si iuuat Margarini La-Bignæi Bibliothecam, deprehēdes in ea Ioannis opus hoc graui mutilum, & defraudatum extare membro, si illud cum vetusto, & antiquo cōtuleris exemplari mendis deformatis, doctus ait Wastelius, causam fuisse præcipuam quosdam antiquos Venetos Chalcographos, de arte sua pessime meritos, absurdos equidem Impressores, dixissemus, & melius, stupidos librorū oppressores, qui magnū illud Carmelitarū Speculum à nostro Philippo Ribboto, viro (vt Trithemius de viris illustrib. Carmelitarum fatur) & probat in diuinis Scripturis studioso, & erudito diligenti solertiâ compilatum, ita vitiarunt, vt vix interdum in eo syntaxin verborum comprehendere valeas: etenim frequenter hic scripturas, ibi auctores omiserunt; nunc ista transponentes, nūc illa sufficientes ineptè. Ex quo monitum volumus lectorem amicum circa Parisiensis Editionis mendum, ex mendoso illo compositum exēplari, quod cum verbis non Ioannis nostri, sed potiùs suffuratis à Diuo Hieronymo in epist. ad Paulinu[m] ... datum sit cap. 27. Etenim illud quod sic se habet: *Reor & septuaginta Psalmi titulum id fieri ... Filiorum Ionadab, &c.* Ioannis sanè non est, sed S. Hieronymi dicta ad Paulinum epistola, *de institutione Monachi* Incipit hoc iniuria quadam Typographorum, aut alio, ... in Ioannis contextu. Præterea quoq; habes sub editione Parisiensi, initium capitis 29. certè non Ioannis XLIV. cōpositum verbis, sed inseq; furto accepta sūt, ab Ambrosio S. Ecclesiæ Doctore, in epist. ad Vercellenses, c. 14. ... *Hæc ...*

Eccl. 48. n. 8

Vide Wastelium c. 29.

Wastelius.

Trithem.

processerunt Helias, & Elisaus, Ioannes, & Elisabeth, qui pelliceis tunicis, & caprinis induti inopes, atque egentes, angustiis, & doloribus afflicti in solitudinibus errabant inter alta, & condensa montium, inter speluncarum horrenda, & fouearum vadosa, &c. hæc certè, inquam, Archiepiscopi sunt potius verba Mediolanensis, quàm Hierosolymitani Patriarchæ Ioannis. Insuper 29. hoc capite libri eiusdem, apertè deprehenditur mendum aliud, siue altera superpositio; nam caput inchoandum est ab hisce verbis: *Hic Ioannes venit in testimonium*, &c. & omittenda cætera verba, quæ desumpta apparent ab auctore citato, vel ex commentario S. Hieronymi in Matthæum. Hæc omnia ex libro 5. cap. 2. Concordantiarum in lib. Ioannis à Philippo Ribboto in contextu Ioannis irrepsisse, incuriâ grandi haud dubitamus Chalcographorum, occasione, vt arbitramur, acceptâ ex eo quod cùm Philippus ille annotationibus, & commentario, quem Concordiam nominauit, Ioannis librum elucidasset, desumptis à Patribus verbis, aut doctrinis capita initiauit ab eis, & eorum auctorum nomina calamo rubro designauit, vt patet in antiquissimo exemplari Manuscripto, quod habetur in hac illustrissima nostri Carmelitani Cæsaraugustæ Ciuitatis Cœnobij Bibliotheca, imò de hoc ipse Ribbotus libro quarto, capite octauo Concordiæ suæ præmonuerat lectorem, scilicet quod non omnia capitum initia Ioannis XLIV. essent, sed aliorum. Ex hac ergo factum est causâ, vt malè meriti de debita solicitudine Chalcographi Veneti quidam, non eâ, quá par erat, puritate nobis dederint Ioannis nostri librum, & Ribboti Speculum Magnum, vnde facilè factum est, quod nonnulla in libro Ioannis deprehensa sint, quæ à Latinis Patribus aucupata videantur, alia autem immutata, & mutilata nonnulla, quam iacturam, vel sacrorum Patrum scripta, temporum euentu vario, perpessa sunt quoque, vsque dum nouis castigationibus, & reuisionibus antiquorum exemplarium factis à doctissimis, & peritissimis viris post diligentissimas lucubrationes ad pristinam sunt puritatem restituta, quà, illis hodie beneficio ingenti nos professores eorum gaudemus, & perfruimur.

Io. c. 1. v. 7.

4.

Præterea, perstruxère nobis sic patentem aditum aduersarij aduertantes in libri Ioannis inscriptionem Græcam, vt lacessiuerint nos, ne lapidem vllum non moueremus, vt satis expurgatum ius nostrum de antiquitate libri istius innotesceret vniuersis Pro quo obiectionem alteram subterponere non dubitauimus, quæ quanquàm cum aliis explicandi gratià, reposita potius diiudicetur, credimus vero nos non inopportunè lapsantibus verbis defluxos esse diiudicandos.

5.
Obiectio notanda.

Alij ergo aliter obiicient, auctoris nostri sententiam de deriuatione, aut etymo nominis *Melota* à *Melo* animali, Taxum quod Latini vocant. Etenim capite trigesimo octauo, dum de Melota, quæ à professoribus Religionis nostræ olim gestabatur, peragere pararet, sic in initio illius capitis scripsit: *Dicitur enim Melota propriè à Melo animali, quod etiam Taxus appellatur, de cuius pilis, vel pelle facta vestis, quæ est valdè hispida, Melota propriè vocatur.* Certè hoc sic abest a Græco auctore (non nemo dicet) & scriptore, vt ex eo solo percipi possit, auctorem libri *de institutione* Græcum non fuisse.

6.

Hoc solùm argumento de plaustro loquutus, pro innato sibi Rhetorico fastu audax semi-Christianus Erasmus Roterodamus, Græcæ imperitiæ linguæ sanctissimum Angelicum Doctorem Thomam de Aquino, Orbis, & Ecclesiæ Dei prominentissimum Solem redarguere non dubitauit, quòd in caput II. Epistolæ ad Hebræos Melotam à Taxo arboris nomine deuocauerit. Sed quæ patietur Christiana pietas, virum Doctorem tantum (de cuius plenitudine sapientiæ, velut à perennissimo scientiarum fonte omnes Theologi meliores affatim epotant, melioris scientiæ facti cùm sint amatores fidelissimi) à calumnia nô vindicare hominis impuri, qui profanus, vt alter Esau, vni incusatæ coctioni, futili, inquam, colocatæque linguarum notitiæ primogenita sacra posthabuit, Theologiam, & in dilectum Deo Iacob, hoc est, Theologorum Principem Thomam Sanctum, etiam cum indigno [illegible], aut hostili insultatione inuehere non dubitauit.

Gen. 25 vers. 33. & Hebr. c. 12. v. 17.

7.

Ære sane nostro hic (quanquàm breui aberratione à proposito abstitamus) occasionem emissemus collaudandi Doctorem meritò Angelicum ab omnibus appellatum, pro eo quo erga illum afficiamus amore, & innatâ ardemus illius affectione. Fateamur ergo fortasse Doctoré sanctum, cuius doctrinæ cælestis sublimitatem, & nobilitatem, optimi quique, omni tempore, & sæculo sapientes admirati & venerati sunt: &, iure multo suo, hoc felicissimo, sapientia, & eruditione, tempore nostro, inter alios, diuinarum scientiarum strenuissimos professores, Salmanticense Excalceatorum Carmelitarum Patrû (nobile iam, tùm Religiosæ Ascetica disciplinæ suæ professione, tum illustrissimis omnis eruditionis sacræ lucubrationibus in Orbe toto; quia vtriusque militiæ exaltatissimum strenuè vexillum erigere nouit, doctis manibus ad virtutum prælia, vt & adaptatis digitis ad studiorum, & scriptionum insignium bella) Collegium SS. P. Nostri Heliæ, ad initium sui Theologici cursus, Tomo I. eandem collaudauit, comprobauit, & multis testimoniis & auctoritatibus, ad vsque sydera sustulit sublimiora, commendans Angelicam eam doctrinâ lucidissimi istius Ecclesiæ Solis, ab illustrissima ipsius Angelici Doctoris prosapia: à gratiæ ipsius sanctitate: ab ingenij præstantia: à veritatis splendore: ab incôcussa firmitate: ab antiquitate, antiquitatisq; veneratione: ab eius pulchrâ varietate & copiâ: ab eius indeficienti vnitate: ab admirabili claritate in obscuris sensibus exponendis & enodandis: ab styli, & methodi venustate: ab insigni & vniuersali, vel ab illustrissimis approbantibus Academiis, approbatione: à Religionum sacrarum decretis suscipientibus eam: à Summorum Pontificum de ea elogiis, & panegyricis, de quibus nonnulla dabimus infrà: à Conciliorum veneratione: & tandem à cælesti & diuinitus elapsâ comprobatione, vt tacuisset insolens Erasmus: cùm prætéream tantæ doctrinæ, & sapientiæ mirabilis tanti doctoris commendationem non vulgatem esse poterant Summorum Pontificum

calculi

calculi facti, inter quos Ioannis XXII. qui, referente Gersone, hæc de illa dictitauit: *Quælibet quæstionum, quas determinauit, & quælibet articulorum, quos scripsit, vnum est pro se miraculum: tot igitur miracula fecit, quot articulos scripsit, & qui eam impugnauit, semper fuit de veritate suspectus.* Et alibi Pontifex idem affirmauit Sancti Thomæ doctrinam, *ex speciali Dei infusione venisse.* Innocentij VI. in sermone de laudibus Diui Thomæ, cuius initium est: *Ecce plus quàm Salomon hic.* Vbi sic: *Huius Doctoris doctrina præ cæteris, exceptâ Canonicâ, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, varietatem sententiarum, ita vt nunquam, qui eam tenuit, inueniatur à tramite veritatis deuiasse, & qui eam impugnauit semper fuit de veritate suspectus.* Clementis VIII. in Breui ad nobiles ciuitatis Neapoli, super electione Sancti Thomæ in eius Patriç Patronum: vbi scribit Pontifex Sanctum Thomam omnia scripsisse *sine vllo prorsus errore.* Vrbani Quinti qui in Bulla translationis corporis S. Thomæ, de Monasterio Fossæ Dei ad Tolosam, dixit Doctorem Angelicum doctrinam scripsisse *vniuersam Ecclesiam Dei illustrantem*; Pij V. qui in Bulla, quâ sanctum Doctorem annumerauit inter Doctores Ecclesiæ celeberrimos, dixit esse *Hæreses confundentem, & conuincentem*, vt dixerit in Concilio Tridentino Hæreticus insignis, Surio referente, dato tamen à nostro Iosepho Bardaxi in quadam concione de laudibus Sancti Thomæ Aquinatis, habitæ in Collegio eiusdem Sancti Thomæ Dertusensi Ordinis Prædicatorum: *Tolle Thomam: & dissipabo Ecclesiam Dei*: vt similiter alius in anteriori Concilio: *Tollantur scripta Sancti Thomæ, & non dubitabo cum omnibus subire certamen.* Hæc hæreticus insignis. Clemens item VIII. qui in Breui ad Neapolitanum Protegem eam Diui Thomæ doctrinam *cælestē, & diuinum eloquium* nuncupauit. Et tandem (ne plures huius generis congeramus laudatores, & testes nimis aberrantes à proposito nostro) Pauli V. qui in quodam Breui, quo præfatum Patronatum confirmauit, vocat Doctorem Angelicum, virum *hæreticorum tela feliciter eludentem.* Vt illuditet semel & iterum in malam abiens crucem Erasmus, dum audacter tam sublimem sublimissime tantæ sapientiæ, & doctrinæ Doctorem, auctorem & Magistrum, Græcæ imperitiæ linguæ sugillare nitebatur.

Gerson.
Ioan. XXII. à Gersone laus & in Bulla Canoniza S.T. an. 1325
Innoc. VI.
Clem. VIII.
Vrban. V.
Pius V.
Surius. Bardaxi.
Paulus V.

8. Ergo fateamur Græci lemmatis fortassis Sanctum Thomam gnarum haud fuisse, ex quo tamen id colligat Erasmus Sanctorum derisor sempiternus, nobis sanè refugit: namque etsi sapientissimus Doctor in Commentariis in Epistolam ad Hebræos, Melotam dicat *esse vestem de pilis Camelorum, aut melius, quod Taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis, quæ dicitur Melota*, stare deberet Censor hirsutus in eo quod Doctor Angelicus non Etymologicam deriuationem nominis, sed vocabuli nudam significationem exponebat; aliter enim neutiquam Melotam à Latino vocabulo Taxo, cum quo haud vlla parilitas reperitur, deriuari dixisset, sed à *mele*, aut alia Græca dictione, quæ ex cognatione aliqua similitudinis Melotam delinearet. Quidquid sit, difficile adducemur credere, quòd intenderit Angelicus Doctor nouam Melotæ adducere significationem, sed illam immò proponere, quæ in Primasio, Isidoro, Haymone, & aliis forsan adinuenerat scriptam: vt Leberide cæcior ierit Erasmus, virus efflans suæ malignantis naturæ, de more (omissis antiquioribus illis) in Angelicum Doctorem: In eis quanquam nec quid reprehensibile fuerit, Melotam docuisse deriuatam à *Melo*, cùm fortassis Amanuensium incuriâ, pro *melo mele*, aut pro *mele melo* obtigerit scriptum reliquisse.

9. *Quis* (optimè id adnotauit Wastelius, cap. 3.) *qui Græcè aliquid nouit vocculam μηλις Græcam esse ignoret, eamque deductam ἀπὸ τοῦ μέλιτος, hoc est, melle, quod nimirum animal istud mellis auidissimum aluearibus insidiatur?* Olaus Magnus Gothus, Vpsalensis Episcopus, Sueciæ, Gothiæ Primas, historiæ suæ Septentrionalis capite 18. animal illud pellem putat habere villosam setis suis hispidam, atque tenacem: ex qua habitus integri conficiantur contra frigus, & imbres, & omnem aëris intemperiem. Vnde Tacitus Nicolaus Zegerus Melotæ à μηλις deductionem hisce amplectitur verbis, alterâ non reiectâ: *Melota est*, (docet in Epistola ad Hebræos, cap. 11.) *propriè pellis ouina, & cuiusuis quadrupedis. Nam μηλον ouem signat, & quadrupedem. Huiusmodi autem Melotis propter asperitatem vsi leguntur veteres Monachi, idque exemplo Heliæ Prophetæ. Nonnulli Melotam dici existimant ab animali quodam hirsuto, quod Melus siue Melis dicitur, eo quod sit auidissimum mellis, & alio nomine Taxus appellatur.* Hucvsque Zegerus. Alij aliter sentiant in re, tu Lexicos, lector erudite, recole Græcos, tum quoque Latinos, nam certamen indissolubile apparet, ex Græcis enim quisque in suo sensu superabundat; & de hac re tot sunt penè capita; quot sententiæ. Ex hoc omni deducimus, quam malè quisque obiiciet Latinum fuisse libri auctorem *de Institutione Monachorum*, &c ad Caprasium, eo quod Melota ab animali Melo, quod etiam Taxus dicitur, deriuauerit, non tanquam Græcus, sed vt Latinus potiùs agens auctor, & quidem cum Græcis agens quasi morem gerere Latinis videatur.

Vvastel.
Olaus Mag.
Zegerus.

CAP. IX.

Amplius libri Ioannis antiquitas nouis à rationibus elucescit: & satisfit illi asserto: quod Gennadius libri Ioannis Patriarchæ non fuerit recordatus, cùm cæteras eiusdem lucubrationes recensuerit.

1. Delibatis sedulè illis, quæ ad libri Ioannis stylum pertinere videbantur, cùm iam de eo satis, videri nostro, disceptatum sit; nunc ad eiusdem impugnatam similiter deuenimus, est opus; antiquitatem comprobandam. Carmelitani nominis in priscam originem

facto vt irruerent impetu aduersarij nostri, libri Ioannis XLIV. antiquitatem in ambiguo constituere parauerunt, in illis: *Multa sine maiorum auctoritate, & fide ambigua huic operi inserta satis arguunt alium auctorem quàm Ioannem, & quidem recentiorem.* Hæc La-Bignæus in adnotatione præcapitulari ad librum Ioannis, insertum Bibliothecæ Veterum Patrum, Tomo octauo Editionis Parisiensis, anni 1610. quem nouissimè sequutus est, transpositis ab eo verbis eisdem, nuperus quidam, sapientissimus aliàs Doctor (de quo suprà mentionem fecimus, huius Tractatus 2. cap. 3. n. 6. & 7. per totos capitis 2. Cantici Canticorum, illa exponens verba: *Introduxit me Rex in cellam*, &c. & illa alia: *Fulcite me floribus*: & de versibus 4. & 5 Vestigatione 22. in Explanatione mystica, sub sectione 2. & n. 43. dum à num. 38. in Ioannem inuehi acriter assumpsit, tingens eum maculis multis, quo certè zelo nescimus, cum patens ei via esset assumptam Canticorum Expositionem prosequi, & vt quę scripsit, si cautius egisse voluisset, omittere vt saltem Patriarchalem Hierosolymitanam infulam, post translactos ab ea, plus M.CCXXX. annos reuereretur in viro Ioanne, quem iam inueniebat, adhuc in ipso Baronio, bene & sedulè meditato, & alijs, post controuersias cum S. Hieronymo, & Epiphanio, à S. Paulino *Sanctum* cognominatum, à S Augustino adductum tanquam *fidei Orthodoxæ professorem egregium*: à Sancto Pontifice Anastasio I. *virum omnium præstantissimum*: à S. Chrysostomo *Religiosissimum*: à S. Gamaliele, atque Luciano in reuelatione Reliquiarum S. Stephani, postremo vitæ suæ anno, aliquotiens *Sanctum*: Post mortem verò à Theodoreto: *Virum planè insignem, admirabilem, & admiratione dignum*: à Nicephoro Xantopulensi, *diuinum*: ab Ithacio item in Chronico *Sanctum* appellatum: & tandem (vt prætereamus alios, & alia de nostro Hierosolymitano Patriarcha Ioanne XLIV. encomia laudum, quæ latè suprà iam relata sunt, Tractatu 1 per totum) à Ioanne Molano in Ecclesia Dei publicè saltem ab anno M. D. LXVIII. inter Sanctos & Diuos Ecclesiæ Dei designatum, & lectum vt eum quem multa virum Ecclesiarum diuersarũ diuersa Breuiaria, *Sancti* quoque titulo iam ab antiquis, vt suprà dedimus, temporibus, hoc eodem titulo illustrarunt: quanquam nunc haud contendere velimus an titulus illi *Sancti* debeatur, néne.

Margarin. — Baronius. — S Paulin. S. August. — Anast. Pont. S. Chrysost. — S. Gamaliel. Lucianus. — Theodoret. Niceph. Calixt. Ithacius. — Ioan. Mol. — Tract. 1 disc. 4. c. 6. à n. 5. & seqq.

2. Libri ergo vt Hierarchæ nostri istius ad vetustatem, & antiquitatem origi[n]is deueniamus, scire gestiremus, vnde vel ex quibus principijs cõsequutionem illam aduersarij inferre pararint? Sic, amabo, solidâ fuêre veritate subnixa, quæcumque ab antiquis tradita tenemus? Certè suo aliquis aliquando somniat arbitrio, & Arnobio, lib. 1. contra Gentes edocente, *errorum aliquando antiquitas plenissima mater fuit.* Et licet veritatem vniuersa, quæ in libro Ioannis reperiuntur ab eo, iuxta optimorum sensum, & sinceram mentem contineant; tamen scimus non sic omnibus perspicuâ rutilantia veritate proponi; quia non omnibus, omnia scire, & de omnibus attentius sentire datum est: ex quo, neque mirum, neque nouum, quod nonnulla in Ioanne nostro, prisco nimis auctore *fide* (nonnullis) *ambigua inserta reperiantur.* Quod si inserta sint ab alio cultore, in quo est culpa Ioannis? Discutiant qui solidè loqui cogitant veritatem, & forsitan nec fide ambiguâ aliquâ, nec ab aliquo falsa esse inserta deprehenderit: sed *qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quærit*, S. Hieronymus dicebat epist 62.

Arnobius. — S. Hieron.

3. At quia leue nimis assertum est illud: *Multa esse auctoris nostri incerta, indigna fide, & absque Maiorum auctoritate conscripta*: quænam illa sint vellemus aduersarij demonstrassent, at cùm ea potiùs carpere quàm probare suscipiant, nugas has decreuimus præterisse; hoc tamen vnum ab inimicis postulantes enixè, vt suggerant nobis, quis omnium fuit, ex omnibus scriptoribus (si dempserint eos, qui *Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt* verbum Dei.:) cuius sint certa omnia, & firmâ constantia fide? Quippe, quamuis Doctoribus insignioribus vna fuit in fidei rebus vnio, & confessio vna, tamen in exponendis Diuinis Scripturis, diuersitas multa sensuum, iuxta mentium diuersitatem, semper apparuit. Ad rem Persius Satyra 5.

2. Pet. 1. 21.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Persius.

Accinit Iason de Sanctis:

Diuersis studiis mortalia pectora gaudent,
Nec via discursus omnibus vna placet.

Iason.

Dictum audiant Augustinum, de Petri Apostoli reprehensione, ad Sanctum Hieronymum scribentem, opportunissimè ad rem: *Ego enim fateor*, inquit, *charitati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur didici hunc timorem, honorémque deferre, vt nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam*, &c. *Alios autem ita lego, vt quantálibet sanctitate, doctrinâque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliquid aliter existimo.* Sic ergo si de probatioribus, & selectioribus scriptoribus sentiebat Augustinus, de cæteris quid dixisset? ipsi nouerint aduersantes in nos, & rectè iudicent.

S. August.

4. Quis neget, & dubitet vetustos olim scriptores, nec sibi fuisse pares omnes, aut neque singulos eadem eloquentiæ nituisse vi, aut nec fidei eiusdem, & sinceritatis arte in scribendo esse donatos? At inter eos quinam extiterint præstantiores, quive fidei præpolluerint excellentioris puritate in scribendo, diiudicet antiquitas, quæ sedula singula probabiliora quæque, & opportuniora magis, posteritati venturæ litauit. Contigisse fatebimur, quod aliquorum φιλαυτία, sine sui ipsius amor impensus, & multus eos deuoluerit, vt ea quæ minùs solida per omnia essent asseruarent, vel quia aliena à propria mente sua haud fuerint diiudicata, vel quia ea tanquam certâ, & firmissimâ veritate producta crediderint; quisque enim in sensu suo aliquoties, vt dicebamus, abundat. E quibus omnibus patet, ratiocinationẽ illam leuis fuisse ponderis certè, vt dicerent *multa sine Maiorum auctoritate, & fide ambiguâ*

Margarin. de La-Bigne.

libro fuisse Ioannis inserta: vt pessimè educant, & colligant: *Igitur auctor illius, non est Ioannes, nec quisquam ex antiquis scriptoribus, & auctoribus.* O ridiculam Dialecticorum consequentiam! ó sine capite corpus! & sine initio conclusio futilis, & vaga.

5. Perinde, non sic inuiti concedimus, quod in libro Ioannis nostri nonnulla habeantur incerta omninò, aut non sic solidè confirmata, quod verò id pacto aliquo inscriptioni præiudicet, non censemus. Sed cordatus quisque priusquam ad ferendum iudicium de re sibi forsan incognita procedat, non nisi supputatâ id faciet temporis ratione, aut discussione multâ, si res fuerit valoris, aut ponderis nonnulli. Quis non nouit vsu maximo fuisse, etiam in sublimioribus sapientibus, à traditionibus, à verisimilibus, & concessis aliquando sua quoque argumenta desumere? Et quod habita audientium, & instruendorum ratione, stylum sublimem temperauerint, vt facilius ea quæ docuissent, dixissent, aut scripsissent, perciperentur. De præclarissimo illo Græcæ Principe eloquentiæ S. Ioanne Constantinopolitano, ex Metaphraste, id Baronius eminentissimus Cardinalis docuit apertè tomo 4. Annalium ad ann. Christi 386. num. 48. his verbis: *Rursum refertur de illo quod cum sublime aliquando dicendi genus arripuisset, atque ob eam causam a simplicioribus minus intelligeretur, redargutum fuisse à pia muliercula, quod eius orationes infrugiferæ essent; ipsum verò mutasse è vestigio immensis animi, cuius est alta petere institutum, dictionémque faciliorem suis auribus accommodasse, quâ ex parte illud est consequutus, vt ab omnibus facillime audiretur, atque publicis frequentibúsque acclamationibus OS AVREVM diceretur. Quod, perinde ac inditum diuinitùs nomen, veluti egregius Titulus in eius scriptis hactenus perseuerat.* Hæc de Chrysostomo Baronius.

Metaphrast. Baronius. *Nota quare S. Ioannes Constantinopolitanus dictus sit Chrysostomus.*

6. Qua de re, sustinentè mordicùs multa esse in Ioannis libro *fide ambigua, & incertè asserta*, ad auctorem (quisque ille sit) illud opus scribentem amandauimus illum, vt consideret concionem illam, siue sacras illas admonitiones in Ioannis XLIV. libro exaratas, & compositas pro Carmelitis Monachis simplicibus fuisse quibus erat facillimi negotij opus persuadere, stylo illo, ea quæ à Ioanne scribebantur de laudibus, & vetusta priscorum Carmelitarum institutione: vtpote quæ docebantur ab eo Doctore, & sapiente, qui apud eos, vt erat eruditione simul, & professione religiosa conspicuus, magnum dicendi, & docendi illa pondus haberent: ex quo non est certè cur ὀβελας & linguas tanquam adulterino, & perperam scriptori Ioanni adhibeant vexéntque eum, qui in hoc haud reprehensibilis deprehensus est, vt foret ex aduerso, obiurgandus optimo iure antiquus auctor, si ea ipsa, quæ simplicibus Carmelitis dictitabat, coram aduersariis scripsisset: propter quod hi detractores alium quercum excutiant, vt cessent reprehendere Ioannem, quod librum scripserit vel fide ambiguâ nutantem, vel sine auctoritate Maiorum multa disserentem.

7. Nimis nos res ista fatigat scire vt cupiamus, quænam sint ista ambiguâ fide nutantia? Expositionibus ea loca premit diuinarum scripturarum, quæ de Carmelo, & primis Ordinis Mariani Institutoribus, professoribus & propagatoribus Monachismi Carmelitici recordantur: timemus ne in hoc mundi antiquitates nostræ eâ gloriâ macerentur, vt nolumus cesset delator aut συκοφάντης sycophanta noster nocere nobis, sibilans in gloriosam Carmelitarum vetustatem: at fas erit blatteronem quemque tanti in hoc suo facere asserto, quanti facit culicem Indicus Elephantus: & piaculum certè diiudicaremus inter detractorum virulentas obtrectationes nimium demorari; sed cedere libeat eorum omnium inuidiæ, qui ab vno solo Baronio ebibère quæ eructarunt indigesta, velut si dicamus ab stomacho fastidiente:

(*Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat*) dum conuitiorum in nos furoribus grassabantur, non modò iacturam ostentionis, sed naufragium aliis agentes detrimentosi in multis, ex hoc molimine facti.

Tibullus lib. 1. Elegia 4. ad finem.

8. Liqueat nunc quoque ex dictis apertè, quam inaniter offerant illud: *Auctorem*, scilicet *multa tradidisse absque Maiorum auctoritate*. Certè latrauunt in hoc tantummodo verbis indignis viris sapientibus, luminibus effutientes; sed non capimus quæ dicere velint. An auctor contra Maiorum scripserit auctoritates? Maiorum innon suffragiis innixus? Si primum, velint, liberè tradant, quorsum illa spectent, vtrùm ad dogmata fidei: an verò ad disputationes quasdam Doctorum virorum exercitamento concessas? Quod namque si id possint in isto opere demonstrare, Maioribus benignè concedant, qui eâ ætate floruerunt, quâ res omnes fidei non sic, vt nunc sunt, erant patefactæ: qui quidem si subortas hæreses vidissent, aut aduertentium nouas insultationes præmeditassent, cautiùs, ab dubio, suos sermones limitauissent. Et adhuc, quod si sine Maiorum auctoritate Ioannes Patriarcha, Maiores non citans, suum confecerit opus ex hoc in culpa non est; tum, quia, vt adnotauit Ambrosius Calepinus, verbo *Catechesis*, prisci quondam auctores *nefas arbitrabantur, arcana sua Religionis committere scripto, satiúsque illis visum fuit eos, qui illorum mysterijs vellent initiari, viuâ voce instituere, & ita Religionis suæ ceremonias veluti per manus ad posteros propagari.* Propter quod vulgò catecheses, id est, institutiones rerum sacrarum, quæ viuâ voce tradebantur dicere solebant, maximè Ægyptij, & Palæstini: tum etiam quia sæculorum illorum fides humana simplicior, & purior erat; quocirca, ea quæ à sapientibus, & viris grauitate, & auctoritate pollentibus vel dicebantur, vel scribebantur, aut annuntiabantur, sine multa alia discussione recipiebantur ab omnibus, & quidem sapientibus item. Conniueant ergo ex istis ad Ioannem, & hanc illi vnam (si quæ est) culpam ignoscant, si forsitan, sensu eorum, errarit in isto.

Calepinus.

9. Quod si ea quæ aduersum Maiorum auctoritatem dicuntur in opere isto, ad fidei negotia non spectant: quid inde quod qui Maioris cognomento merito gaudere valebat, tum ex doctrinâ, & sapientiâ sua, tum ex suæ dignitatis auctoritate prominenti propria sententia militaret, à castris aliquando Maiorum forsitan segregatus, & semotus? Num. auctorum omnium, aut Docentium antiquorum vna, eadémque fuit

de fingulis cuiufque fententia rebus? Nonne licuit fapienti cuique viro aliquando iuxta mentem, & fenfum fuum, docere, & dicere? Hoc eft puluerem ob oculos velle offufum habere. Vincentij Lirinenfis noftri pro hac pugna, de fide antiquâ, & Catholicâ defumere arbitrium ad manus fit: *Antiqua*, ait ipfe, *Sanctorum Patrum confenfio, non in omnibus diuinæ legis quæftiunculis, fed folum certe præcipue in fidei regula magno nobis ftudio, & inueftiganda eft, & fequenda.* De quo fine dubio multa alia adduceremus, nifi pertimuiffemus tædio afficere lectores.

Vincent. Lirinenfis.

10. Quis fciat, an velint hoc vnum contendere aduerfarij, videlicet, non quod Ioannis affertiones antiquorum opponerentur aflertis, at quod in illis non fint fatis fubnixæ, namque verba ita edita enim videntur fenfum expofcere, propter illa, quæ ab eminentiffimo Cardinale Cæfare Baronio, contra multorum mentem, vt infrà videbimus, fubiunguntur, fcilicet: *Neminem antiquorum cultus Carmeli mentionem feciffe.* Sed quid hoc mirum, quidve nouum? Ergone funt omnia falfa quorum vnus tantummodo meminit ex antiquis fcriptoribus, etiamfi cæteri frontibus in illa aduerfis non infiliant? Quis Maiorum hac lance perpenfus hac trutina difcuffus, de fide fcripturarum fuâ non periclitetur? Certè hæc calumnia infuperabilis effet aduersùs antiquitatem, & antiquos fcriptores, & Patres: abfit ergo rem talem excogitare. Quod fi ad integrum Maiorum velint, vt demonftretur auctoritas, accipiant eam ab ipfius Ioannis limine libri, cui titulus eft: *De inftitutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perfeuerantium, ad Caprafium Montis Carmeli Priorem* Et fi nec ifta fufficerint nouis, à nobis inferiùs addendis, vel reluctantibus, fatisfiet.

11. Nunc iam ad fingularia illa Margarini Laignæi verba deueniamus, quæ tanquam potiffimum contra fententiam noftram argumentum loco primo ipfi reponere placuit, inter rationes quas adducit, vt probet in præcipitulari adnotatione ad librum Ioannis XLIV in limine, infixa: Ioannem non fuiffe libri *de Inftitutione Monachorum*, &c. genuinum auctorem. Sic enim ait: *Primum, quod Gennadius, qui huius Ioannis lucubrationes recenfet, huius libri nullo pacto meminit.* O pulchram argumentationem! Summa certè vanitas eft, ex teftimonio hominis non dicentis, certi erroris, & fabulofitatis conuincere velle ingentem nobilium fcriptorum, & dicentium (non modo ex domefticis noftris, fed & exteris vt fuprà vifum eft) chorum & nobilem coronam, teftantem apertè & fcribentem ea, quæ omififfe fuit Gennadio neceffitas, vt dicemus.

Margarin

12. Meminiffet fapientiffimus ifte Sycophanta, fiue delator, argumentum ab auctoritate negatiua à Dialecticis, & Topicis reprobatum meritò iri, tanquam inutile ad faciendam probationem de re dubia: non vidi Petrum, nec noui hominé Ioannem, ergo talis Petrus, aut talis indiuiduus Ioannes homo, non exiftunt, aut extitère in rerum natura; ridicula eft confequutio: Non meminit de libro ifto vllo pacto Gennadius: Ergo talis liber non eft vllatenus fcriptus à Ioanne? Peffima fanè enthymematis finitio. Quia, notante Eminentiffimo Cardinale Roberto lib 2. de Rom. Pontifice cap 8 *Nihil concluditur ex argumentis ab auctoritate negatiua, non enim fequitur: Lucas, Paulus, & Seneca non dicunt Petrum fuiffe Romæ, igitur non fuit Petrus Romæ. Non enim ifti res omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus teftibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus* Ifta Bellarminus. Cuius approbarunt fententiam Gemin. *conf.* 117 *In quæftione vertente in pr.* Alex. conf. 73. *Non puto, in pr.* quod eft Ant. de Prato veteri, lib. 1. Caftrus *conf.* 81. col. 2. ver. & plus credibile, 2. Iafon *rubr ff. de iureiurando num.* 8. Curtius *in tract. de teftibus conclus.* 2. Iaf *in te, e, vt vim. col.* 2. *ff de iuft. & iur.* Felin. *in cap. in noftra de teftibus.* Et cum his, & aliis Dominic. Cardin. Thufc. *practic. concl. iur.* concl. 260. Quis enim omnia nouit, aut fciuit, aut dixit, vel dicere debuit, voluit, aut potuit? Negligeremus meritò, vel obiter, huic fabellæ, & ratiunculæ refpondere, nifi vereremur ignaturum nonnullum aliquid habere roboris ex fe; propter quod eam primo argumentationis loco repofuit Margarinus inter multa illa argumenta quæ dixit ponere in ambiguo opus hoc de inftitutione Monachorum, effe Ioannis XLIV. lucubrationem, qui fedit tempore S. Hieronymi.

Bellarmin.

Geminian. Alexand. Ant. Pratus Caftrus.

Iafonius. Curtius. Felinus. Thufcus.

13. Pro quo ergo vt breui fatisfaciamus, edifferat nobis Margarinus; quomodo componatur nomen illud plurale, fub nexu recto, fcilicet *Gennadius qui huius Ioannis lucubrationes recenfet*, cum eo quod legitur in Gennadio antiquo Doctore, qui hæc folummodo verba de Ioanne XLIV. Hierofolymitano Antiftite profert: *Ioannes Hierofolymorum Epifcopus fcripfit in obtrectatores ftudij fui librum in quo oftendit fe Origenis ingenium, non fidem effe fequutum.* Iftæ funt lucubrationes Ioannis à Gennadio recenfitæ? Certè apud auctorem hunc, tantum inuenimus à Ioanne pro fide fua librum vnum fcriptum, vnam hanc lucubrationem exaratam. Nifi dixeris Margarinum per Enallagen figuram, Latinorum more non infrequenti, effe loquutum plurali numero, pro fingulari vfurpato; fed hoc quid ad rem? tantùm valeat, quantum fonauit euafio ifta. Ad rem ergo, quid mirum, quod Gennadius non omnia quæ elucubrarunt Græci, non potuerit affequi? Tum addas, quod opufculum hoc *de Inftitutione Monachorum*, &c. pro Carmelitis tantummodo editum erat, & apud eos in partibus Eois, tunc præcipuè inter Græcos commorantes habebatur, & feruabatur, & fic non ita facile operis illius notitia accederet ad Gennadium: librum verò Apologeticum recenfuiffe faciliùs ei fuit, quia eum reperit apud S. Hieronymum Doctorem cum Latinis agentem. Hæc breui dicta fufficiant, pro argumentatiuncula, de filentio Gennadij, Epifcopi Maffilienfis, qui floruit annis 490. vt fcribunt Bellarminus, & Sixtus Senenfis.

Gennadius.

Bellarm. in de fcriptor. & b. Sixt. lib. 4. Biblioth. Sacræ.

Cap. X.

Secundæ aduersantium argumentatiunculæ resistimus, antiquitatem, & cultum Monasticum in Carmelo à filijs Prophetarum, siue Carmelitis, dilucidantes apertè à litteris Episcoporum terræ Sanctæ: decreto Vniuersitatis Cantabrigensis: & summorum Pontificum auctoritate, &c.

1. Margarin.

SEcundam produxit Margarinus La-Bignæus, loco adducto, argumentationem contra Carmelitanam antiquitatem, & scriptionem libri Ioannis XLIV. *de Institutione*, &c. in illis iam supra satis repetitis à nobis: *Deinde auctor se facit Monachum Carmelitam, & de primis institutoribus professoribus, propagatoribus Monachismi Carmelitani: eorúmque opus ex instituto componit.* Et vt stabiliat suum assertum, virum vocat audiri disertum Baronium, qui tomo 6. Annalium suorum ad annum 444. num 18. sic scribit: *Sanè quidem respuimus, & exsufflandus figmentum illud incerto auctore proditum, Chronico nimirum, quod extasse fingunt apud quemdam Franciæ Regem, quo tradunt S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum, Monachum fuisse Montis Carmeli, cui quidem assertioni Trithemius, leuiter nimis, fidem præstat. Vnde hæc, quæso, incerto auctori, si qui certi, atque probati sunt auctores eiusdem Cyrilli æquales, eiusdémque res gestas, quàm diligenter prosequuti, hæc nescientes, obruta silentio reliquerunt? Vel quæ apud huius temporis scriptores mētio de culto Carmelo a vita Monasticæ professoribus? Etenim cum apud S. Hieronymum, Palladium, Euagrium, Cassianum, Theodoretū, Cyrillum Monachum, & alios saculi huius scriptores frequens mentio fit de Monachis in Palæstina degentibus, nusquam penitus apud eos de Monachis Carmelitis. Facessat igitur*, &c. vt habes suprà capite 1. huius 2. tract. num. 1. ad litteram ex Baronio ipso. Post hæc autem, de proprio Margarinus apponit sic: *Hactenus Baronius, ex quibus, & auctor huius libri fuisse Ioannes XLIV. Hierosolymorum Episcopus facilè refellitur, & liber ipse fide vacillare deprehenditur, cùm multa de Monachis Carmelitis, primis Ecclesiæ temporibus iam vigentibus, prodat*, &c. Hæc La-Bignæus.

Baronius.

Margarin.

2. In quibus multa congessisse, pauca verò digessisse visus est, singularis iste pedissequa Baronij, at verò cùm ea, castigatione digna diiudicauerimus, suo ordine, potius ipsis hic primum, responsiones exhibendas distribuemus. Primò ergo ait in libro Ioannis agi de primis in Carmelo institutoribus, &c. id quod satis reprehensibile ducit, quasi si loquutus fuisset in suo libro Ioannes de subiectis non supponentibus, aut viris Monastices professoribus, qui nusquam, saltem eo tempore in orbe, aut in Carmelo perstitissent, vel ab vllo vnquam mortalium hominum cogniti essent, ex hoc, par censet, Ioannis reiiciendum librum, inscriptionémque eiusdem de medio tollendam. Secundò virum pro se disertum Baronium audiendum adducit. Tertiò, ex eiusdem illustrissimi scriptoris auctoritate refellibilem facilè iactat inscriptionem præfatam libri Ioannis: & quartò tandem ex eiusdem scriptis Baronij, librum colligit vacillare fide: sed præcipuè inuehere videtur in Cyrilli Monachatum in Carmelo, pro quo singulari capite decreuimus posthæc militare, præter ea quæ suo iam loco in corpore Paradisi nostri dictitauimus de illo.

3. Hæc omnia à Baronio, & Margarino hîc prolata, sæpè in vno tantum coincidere videntur: vt irruere tantummodo hi hic velint in antiquitatem Carmelitanam, & Monasticum à filiis Heliæ cultum in Carmelo; Cui vt satisfaciamus proposito, cùm iam de veritate, & firmitudine libri Ioannis ex stylo, & aliis satis supra disceptauerimus, oportet antiquitatem, & cultum Monasticum à filiis Prophetarum, siue Carmelitis comprobare hic, & ampliùs stabilire eum: quibus, libri controuersi Ioannis antiquitas, & veritas assertionum eius, & inscriptio in posterum magis, & ampliùs iam constabilita persistat, & pateat scriptiunculam Cæsaris Baronij Cardinalis Eminentissimi, & Margarini ex illa illationem, fide planè vacillare, & facillimè refellendas esse vtrasque. Certè mirati sumus viros, & affectum eorum, quo inducti fuerunt ista sic facilè composuisse in nos, quæ vllo pene sine labore dissoluere possemus. Credebantne, nos Carmelitas Lethæo sub puluere iam iacere, vt non responsuros ad ista respicerent, & retunsuros tam debilia etiam vt vltronea in nos aduersantium iactata tela? Certè certamina hæc hucvsque neque formidamus, nec abhorremus illa.

4. Nostri hîc non est Ordinis antiquitatem Heliæ repetito, & nimis effuso calamo stabilire. (Dicta iam supra toto hæc Paradiso Carmelitici decoris pro re ista sufficiant. Sed satis erit ex promissis in titulo capitis huius antiquitatem Monastici cultus in Carmelo demonstrare: vt ostendamus, quod non *quidem*, vt loquitur Baronius suprà datus *Flagrans cupido nobilitatis auita* coegerit *interdum* Carmelitas *homines delirare*. Sed quod potiùs flagrans, equidem, cupido non auitæ antiquitatis, sed nouitatis progignendæ, coëgit interdum alios, etsi cordatos aliàs viros, delirare. Quorsum probrosa illa iactabat Baronius verba? quorsum sua tam sic acerba facundia? Et quorsum Patres nostros Carmelitas antiquos tam lethalibus confodere spiculis decreuit, hostiliter obtrectans, tanquam deliros, quasi mendaces, & dictitantes vacillantia fide? Certè meminisse oportebat tantum Eminentissimum virum, clarissimúmque Ecclesiasticarum rerum Historiographum, se esse Baronium, se esse virum nobilem suis scriptis, & dignitate prominentissimâ nimis, vt tanquam talis aueruisset Maiorum suorum probè (multorum ex sensu) dicta tali repellere contemptu tantâque refellere iniuriâ, ne forsan ab aliis similiter, & ipse contemptu reprobaretur. Sed generosiùs vt erat in omnibus animo generoso pollens, decore eorum scriberet, qui strenuissimi

fuerant

Ioseph. Antioch.

fuerant vt verbis vtamur Magni Iosephi Antiocheni libro de Perfecta militia primitiuæ Ecclesiæ cap.12.) viri solitarij: Perfectissimi milites Christi contemplationi dediti de Carmelo descendentes, vt fidem Catholicam, facti Apostolorum coadiutores, per vniuersum Orbem propagarent, & Ecclesiæ Christi fideliter inseruirent in opere Euangelicæ prædicationis, tanquam fidelissimi Patrizatores, Magni Parentis Heliæ: quique à summis Pontificibus Ecclesiæ sublimissimis decoris, & gloriæ titulis suo merito frequentissimè sublimantur. *At dolemus equidem*, aiebat vnus Carmeli nostri Pater, & eius splendidissimum lumen datus Anonymus auctor, ab Wastelio nostro cap. 35. sui libri Apologetici, *tantum virum antequam ad Cardinalatus officium assumeretur à quodam ex nostro Carmelitico instituto scriptis offensum fuisse, indéque occasionem assumpsisse, vt in nos sic magno dedecore scriptitaret, Patres nostros doli, fraudis, mendacij, lucri, ambitionis, criminúmque aspergens, vt patet in illis: Flagrans quidem cupido auitæ nobilitatis cogit interdum homines delirare.*

5. Sed nolumus plagam plagis inferre, nec vim repellere vi; auertere tamen hæc à Maioribus cuperemus nostris, & à nobis eorum hæredibus, ex illis vt cognoscat generatio altera, quæ ventura est, quid credere debeat. Ergo iam ad promissa deuenientes adimplenda, extant pro re nostra literæ Episcoporum terræ Sanctæ RR. Nicotiensis Archiepiscopi, Episcopi Ebronensis Venerabilis Patris Domini Patriarchæ Hierosolymitani Vicarij, Guilhelmi Tyberiadensis Episcopi ad Papam Bonifacium VIII. ex Accone anno Domini M. CC. LXXXII. die 13. Septembris datæ, quarum initium est: *Gustato frequenter amaritudinis calice super desolatione Terræ Sanctæ*, &c. Similiter Fratris Nicolai Lorgini, domus hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magistri, & pauperum Christi custodis, ac fratris Guilhelmi de Belloloco pauperis militiæ Templi Magistri humilis ad eundem Pontificem Bonifacium VIII. anno Domini M CC LXXX V. 12. die Mensis Iulij, quarum initium est: *Sede tes super flumina Babylonis* &c quæ quidem pro Ordinis Carmelitani roboratione respectiuè directæ sunt, rationé statuendi in Concilio Lugdunensi, contra statum Mendicantium Religiosorum. Declaratum in eis Carmelitanam Religionem in terra Sancta siue Palæstinæ, a tempore cuius memoria non extat, extitisse, quod latiùs videri poterit, apud nostrum Thomam Waldensem tomo 3. de Sacramentalibus Titul. 9. cap. 89. vbi nostri Ordinis institutorem egregium fuisse probat, & defendit (contra impudentissimum Hæresiarcham Wiclephum) Sanctissimum Domini Prophetam Magnum Heliam Parentem nostrum.

Habes eas in Speculo Magno Carmelitarum fol. ...

Conc. Lugd.

Waldens.

6. Præterea iam olim, scilicet anno Domini M. CCC. LXXIV. Indictione 13. Pontificatus Gregorij Papæ XI. Ioannes de Donelbico (celebris quondam Cantabrigensis Lycei Cancellarius, præsentibus aliorum Ordinum Doctoribus Rogero Falsley Ordinis Eremitarum S. Augustini, Ioanne Bernebacho, Ordinis fratrum Minorum, & aliis multis artium, Iuris, & Sacræ Theologiæ Doctoribus, & Magistris prout in litteris Cancellarij eiusdem, atque publico instrumento Notarij, eâ de re confecto, continetur eiusdem nomine Vniuersitatis, decidit Fratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Heliæ, & Elisæi Sanctorum Prophetarum imitatores, hæredes, & legitimos inconcussos successores esse. Huius exemplaris publicum instrumentum hîc ad litteram expressissemus nisi pertimuissemus rem nimis esse lectori prolixam, habes id in Magno Speculo Carmelitarum relatum fol. 80. & 81. eséque in Conuentu nostro Londonensi, Speculi eiusdem auctor affirmat, adducitúrque item, vt omittamus alios, ad litteram ab Wastelio nostro libri sui Apologetici cap. 41.

Io. Donel.

7. Quod si nec ista sufficiant incredulis ad Apostolicam Romanam, veritatis Magistram Sedem eos reuocamus, cuius auctoritas, vt maxima est, sic & irrefellibilis quidem: Itaque Ioannes XXII. Sixtus IV. Sixtus V. (qui Carmelitis concessit recitare officium Duplex Maius, de S. Helia tanquam de vero eorum Patrono, Parente, & Duce Maximo) Iulius II. Gregorius XIII. Pius V. Clemens VIII. & Paulus V. in diplomatibus suis apertè fatentur, & vocant nos Carmelitas, Sanctorum Patrum Heliæ, & Elisæi successionem hæreditariam tenentes. Vnius vel alterius inter hos tantùm verba dabimus hic: sed Clementis VIII. primùm, qui in Epistola quadam ad Sciliabam Persiæ Regem, de Carmelitis agens hæc grauissima ad eum remisit: *Habuerunt olim huius Religionis professores (sicuti à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est) sui instituti auctores, Sanctos Prophetas Heliam, & Elisæum*, &c.

Clem. VIII. Habetur 4. Par Pontific. sub fine Leon. XI vitæ.

8. Quis ergo nunc tam socordis animi erit, qui visis istis, & similibus alibi aliis credat, negato Summorum Pontificum iudicio, & testimonio, Baronio, & Margarino solis, esse fidendum. Perpendant, & videant, qui huc peruenerint, eorum quantum fecerit iudicium Apostolica sedes. Sufficiant sed tamen Sixti verba retulisse (quæ sunt in posteriori ab eo pro Carmelitis Diplomate Dato: quibus Gregorius XIII. quoque adhærere non hæsit) dum ita prorupit. *Inter cæteros Regularium Ordinum professores in firmamento Catholicæ fidei militantes tanquam Religionis speculum, & exemplar specialis charitate fulgentes: Sanctorúmque Prophetarum Heliæ, & Elisæi & Henoc, necnon & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem, inhabitarunt successionem hæreditariam tenentes*: Iisdem verbis loquutus est in priori Bulla præterquam, quod Henoc non meminerit. Ista supersint vt constet apertè Ioannem XLIV. auctorem libri *de institutione*, &c. in eo agere potuisse de primis Carmeli institutoribus, propagatoribus, & professoribus Monachismi Carmelitani, eorúmque opus ex instituto, tanquam vnus ex illis, componere, & multa de Monachis Carmelitis iam primitiuæ Ecclesiæ tempore vigentibus prodere, vt non sic facilè refellatur, Ioannem fuisse auctorem operis, & libri prædicti, germanum quidem, & genuinum. Sed iam ad cætera discutien la procedamus.

Sixtus IV.

9. Amos c.1. v.2.

Præter hæc contendunt aliqui, ætatibus priscis illis de quibus per Amos prædictum erat, exsiccandum esse verticem Carmeli, exsiccatam quoque omninò in eo fuisse Religionem Carmelitarum, ab Helia primo, & Maximo Principe eius, ibidem institutam, & propagatam ab Helisæo, & filiis Prophetarum. Contendunt illud probare ex nonnullis diuinæ paginæ locis, in prauum suum detorsis sensum, vt promissam à Christo, & Magna eius Matre Virgine Maria inconcussam, vsque ad finem mundi durationem Ordinis demoliantur, & dilacerent. Et quia à multis opus est præsenti in hoc capite nos abstineamus, ne repetitis vocibus inutiliter canere diiudicemur, (cum iam latè ista in Præambulationibus variis ad Paradisum Carmelitici decoris peracta sint,) cursim nonnulla hic pertingemus, quæ sufficiant satisfacere Titulo capitis istius, loca ab aduersariis ex Sacra pagina in nos producta faciliter enodantes.

10.

Quod vt præstemus, & eleganter quæ hic proposito mentis nostræ dicere decet, Carmelitanam stabilientes antiquitatem, & Carmelitarum Cultum antiquum in Carmelo demonstrantes, aurea insignis Minoritæ Ioannis Carthagenæ verba, ex homilia 2. obiectione 9. per totam in, qua apertè, & latè rem probat, desumere ad fidem non grauabimur. En illa:

Ioan. Carthagena.

Nonam obiectionem, vt conuellam præsupponere oportet: inter alia, pleraque magni momenti priuilegia, quibus B. Virgo sacrum Carmelitarum Ordinem cohonestauit, illud singulare esse, quod ex ipsius Deiparæ cælesti oraculo, Ordo iste in finem mundi duraturus esset. Etenim Philippus Macerius, & Ioannes Feuardentius (*alij Fauentinus*) in vita S. Petri Thomæ, huius Religionis obseruantissimi Professoris, affirmant, quod illo à Beatissima Virgine postulante, vt suum conseruaret Ordinem Marianum oraculum responderit: *Vsque in finem mundi, Petre, Religio Carmelitarum permanebit.* Nam Helias illius institutor filio meo apparens in transfiguratione id postulauit, & impetrauit. Congruentem autem huius durationis eam crederem esse rationem, quod huius antiquissimæ Religionis auctor Helias adhuc viuat, vt multæ sacræ Scripturæ testimonia comprobant Malachiæ 4. Ecclesiastici 44. & 48. Apoc. 11. & Matth. 17. venturúsque sit in fine Mundi, vt Christi Ecclesiam defendat, & publicè contra Antichristum, à quo est interficiendus, prædicationis vocem exaltet: rationi ergo consentaneum est, vt huius Religionis alumni, tanquam legitimi eius filij in aduentum eius conseruentur, vt pariter cum illo, sub tanti Ducis vexillo, contra Antichristum acriter dimicent, fideles doceant, debiles confirment, ac tandem Christi gloriam, & honorem tueantur. Deinde nonne rationi consonum est, vt Religio alicuius tamdiu salterm duret, quamdiu durat Patronus, & institutor illius. Si ergo huius Religionis Parens Helias adhuc viuit, viuétque vsque in finem mundi, vt sacra Scriptura testatur, congruit sane sacrum Ordinem hunc vsque in finem mundi durare. Quare in alumnos huius Religionis, qui & à Rechabitis originem trahunt ad amussim, mihi conuenire videntur verba Hieremiæ cap. 35. vers. 18. *Domus autem Rechabitarum dixit Hieremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel pro eo quod obedistis præcepto Ionadab Patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ præcepit vobis; propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.* Certè non defecit hactenus de stirpe Heliæ, neque in posterum deficiet multiplex successor. Etenim ab Heliæ raptu, vsque ad tempus primitiuæ Ecclesiæ continuata fuit per Prophetarum filios, aut per eos Religiosos, qui Esseni, vel Elisæni, ab Elisæo vocati sunt, à quo tempore vsque ad annum CCCC. in quo fuit Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus, eadem via, nunquam fuit interrupta: à tempore verò huius Patriarchæ, vsque ad Aymericum Patriarcham Antiochenum, qui fuit anno M. C. XX. perdurauit, quo tempore multa in Ægypto, & Syria fuêre Cœnobia huius Religionis, quæ à Summis PP. Leone IV. Adriano II. Stephano V. Ioanne X. & XI. Gregorio V. Sergio VII. Alexandro II. & Gregorio VII. fuêre maximis priuilegiis exornata, & amplificata: Iam verò ab Aymerico, qui Regulam, quam tradiderat Ioannes Patriarcha è Græco in Latinum transferre curauit, vsque ad S. Albertum Patriarcham Hierosolymitanum qui fuit anno M. CLXXI. etiam durauit. Is regulam Religiosis tradidit, breuiorem quidem, sed perfectissimam, & arctissimam. Sic mansit Religio vsque ad Innocentium IV. anno M. CC. XLVIII. à quo petierunt Religiosi, vt in quibusdam mitigaret Regulam, quod quidem factum fuit, in quibusdam rebus parui momenti, mansit tamen in suo rigore. Hac autem ratione perseuerauit vsque ad Eugenium IV. anno M. CCCCXXXI. Cùm autem aduerterent Religiosi, Regulam S. Alberti esse asperrimam, & arctissimam, supplices rogarunt, vt eam temperaret, annuit ille, durauitque hæc mitigatio in tota Religione, vsque ad annum M. DLXI. quo tempore adueniente singulari illo, ac stupendo diuinæ gratiæ prodigio, inclytâ scilicet Virgine, ac Viragine B. Theresia ad pristinum illum rigidum statum omni ex parte reduxit.

Macerius. Feuardentius.

Nota argumentum durationis Religionis M. P. Heliæ

Malachias 4.v.5. Eccl.44.16. & 48.v.10. Apoc. 11.3. Matthæus 17.10.

Hierem. c.35.v.18.

Nota pulchram descriptionem continuationis Carmelitani instituti Heliæ Patris nostri.

11.

Nec quidquam nocent huic sacræ Religioni, canini maledicentium latratus, qui quibusdam sacræ Scripturæ locis perperam intellectis durationem huius Ordinis in finem mundi in hunc modum lacerare moliuntur, obiectantes illud Hieremiæ cap. 4. vers. 26. *Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt.* At quis non videat hîc de Religione Carmeli sermonem non esse, sed de Iudæa, quæ, vt ibi adnotat noster Lyranus, in Carmelo denominata est, eo quod erat locus fertilis, & amenus. Deinde sagittam aliam aduersus eandem mittunt ex Pharetra Haamos eductam qui cap. 1. vers. 2. ait: *Exsiccatus est vertex Carmeli* quasi vaticinari voluerit, per hæc verba exsiccandum, & extinguendum esse Ordinem Carmelitarum; sed & hoc ineptè dici nemo tam mentis inops est, qui non agnoscat. Nam ibi Propheta inter supplicia futura populo Dei commemorat Montem Carmelum, alioquin vberrimum, & multis fontibus, & riuulis affluentem, exsiccandum

Hieremias c.4.v.26.

Haamos c.1.v.2.

Abacuc ibid. c. 2.

dum esse, non in totum, sed secundùm verticem, vt & verba præcedentia satis indicant: *Et luxerunt speciosa Pastorum, & exsiccatus est vertex Carmeli.* Ac tandem telum aliud ex Isaia contorquent cap. 37. v. 24. *Succidam saltum Carmeli.* Quod impletum fuit quando Sarraceni Carmelum inuadentes permultos habitatores eius extinxerunt. Sed nec obiectio hæc quidquam prodest: Primò, nam verba illa non sunt Dei, nec ad Religionem Carmeli diriguntur, sed sunt Regis Sennacherib, qui minabatur deprædaturum montem Carmelum in quo magna erat pecorum copia, ibi pascentium. Non obstante autem Sarracenorum persequutione cruentâ, Monachi Carmeli sine defensione defensi, sine munimine muniti, & in eremo inermes, solius orationis, silentij, spei, pacis, & charitatis vallo constipati, vitam cælestem agebant. Vnde Esaias postquam cap. 32. v. 16. & 17 prædictæ persequutionis populi Dei meminerat, subdit hæc verba: *Et erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur: Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit, & opus erit iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium & securitas vsque in sempiternum.* Licet enim temporibus Iudaicarum captiuitatum esset desertum in Carmelo, ita vt in saltum verè reputaretur, populus tamen Monachorum ibi commorantium, faciebat in solitudine illa iudicium Dei, & seruabat in Carmelo iustitiam, de qua dictum est: *Iustitia iusti saluabit illum.* Ecce opus eorum erat pax, quâ vnanimes adinuicem se diligentes summâ animi tranquillitate viuebant, & cultus iustitiæ erat silentium, quo vitabant multiloquia, & securitas, quà à corde fugabant inimicorum, tam visibilium, quàm inuisibilium pauorem omnem; ita erant in corde quieti, & securi, vt cor eorum non reprehenderet eos, & adeò confidentes in Deo eos protegente, cuius beneplacita faciebant semper, non timebant millia populi circumdantis eos quia Dominus cum illis erat, teste enim Sapiente. Prouerb. 16. 7. *Cum placuerint Domino viæ eius, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* Deus enim licet armet vniuersam creaturam ad vltionem inimicorum, amicorum autem suorum neque permittit capitis capillum perire, atque adeò cùm transierint per ignem flamma non nocebit illis.

Isaias c. 37. v. 24.

Esaias 32. v. 16. & 17.

Prouerbior. c. 16. v. 7.

12. Atque hinc est, quod cùm de alijs dixisset Dominus Isai. 32. *Plangite super regione desiderabili, super vinea fertili*, &c. de Monachis tamen Carmeli ait: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.* Quod si quispiam dicat, quâ ratione credi possit, vt grassante bello per totam illam Carmeli plagam, hostes immunes relinquerent Monachos multos? Audiat Michæam, c. 7. v. 13. dicentem: *Terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum.* Mox tamen de ipsis Monachis subdit: *Pasce Domine populum tuum in virga tua* (id est æquitatis) *gregem hereditatis tuæ habitantes solos in saltu in medio Carmeli pascentur Basan, & Galaad, iuxta dies antiquos.* Vbi ponderatione dignum est verbum illud *gregem tuum.* Nam Gregorius Nyssen. de Monachis explicat Cantic. 4. v. 2. *Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro*; quia naturali ouium colore, quorum lanis induebantur, incedebant. Et illud: *habitantes solos in saltu in medio Carmeli*, per *solos* significat Monachos, quia *Monachus* idem est quod *solus*, vel vnus. Addo vlteriùs ad explicandum loca in quibus docetur Carmelum fuisse desertum, & exsiccatum, de persequutoribus Sarracenorum intelligi posse. Etenim, vt tradunt Trithemius, de laudibus Carm. cap. 8. Paulus Morigia, de Origine Religionum lib. 1 cap. 30 Carolus Tapia, super authentica *Ingressi* verbo, *Monasteria*, cap. 17. dupliciter iam fuerunt Carmelitæ sæpius vexati priùs à Cosdroa Rege Persarum, circa annum Domini DCXXXIV. qui cùm caperet Syriam, etiam Hierusalem occupauit, & ferè omnes Monachos, quos in finibus illis inuenit, gladio percussit, præcipuè in deserto Carmeli, Iordanis, & Montis Nerof, inter quos fuit specialiter insignis S. Anastasius Persa de quo agitur officium die XXIII. Ianuarij ex Apostolico indulto tamquam de S. Ordinis Carmeli, & cum illo turba multa Monachorum Iordanis, & Montis Nerof. Licet autem Heraclius Imperator, postquam Cosdroam deuicit quàm plurima Monasteria reparauit circa annum Domini DCXXXVI. Eodem tempore surrexit secunda Carmelitarum persequutio ab Humar Rege Arabiæ, & Mahometi discipulo, qui totam terram sanctam, Syriam, Phœniciam, & Palæstinam suo Imperio subiugauit: quo tempore, vt refert S. Petrus Cyrillus, tertius Latinorum Generalis, in Epistola ad Abbatem Ioachimum c. 7. & 8. in Carmelo pauci Monachi remansère superstites; quia Rex Humar biliosâ rabie in Carmelitas inuehebatur. Hæc oppressio durauit vsque ad tempora Caroli Magni Galliæ Imperatoris. Tunc Sarraceni ægre ferentes quod Carmelitæ illi, sicut eorum Sacerdotes vestibus albis induerentur, vi compulère illos, vt vel album amictum deponerent, vel à finibus eorum exules recederent: qui, ne antiquam Heliæ, & Elisei hæreditatem, & successionem in illa amitterent, elegerunt vestes albas variegatas mutare, ad imitationem illius, quam Helias misit Elisæo. Durauit hæc habitus mutatio vsque ad tempora Honorij IV. qui violenter habitum eis à Sarracenis ablatum continuò restituit.

Isai. 32. v. 12. Isai. ibidem n. 18.

Michæas c. 7. v. 13.

Michæ. ibid. v. 4.

Greg. Nyss. Cant. 4. v. 2.

Trithem. Morigia. Tapia.

S. Cyrill. Constantin.

13. Illo calamitoso tempore maximos labores pertulit Carmelitarum Religio, adeò vt omnes Carmeliticæ Religionis Historiographi referant ab anno DCXXXVI. vsque ad annum MCXC gladio impiorum occubuisse Monachos Carmeli centum quadraginta millia Martyrum; de quibus non obscurè loquitur Lyra, super Apocalypsim cap. 19. Vbi ait Humar Regem Arabiæ obtinuisse sibi Syriam, Ciliciam, Africam, & Hispaniam; in quibus erant quàm plurima Monasteria Monachorum, & Virginum, & ex eis centum quadraginta millia Martyrum occidisse. Omnes autem Monachos, & Virgines sub Heliæ Patriarchæ disciplina degere nullus potest ambigere, cùm tunc non esset alius Monachorum cognitus Pater cui possent hi filij adscribi, prout Sanctissimi Patres frequenter docent. Circa annum autem Domini M. CXXVI. Calo Ioannes Græcorum Orientis impiissimus Imperator, vt refert

Lyra.

Otho

Otho Fris. Hier. Rom.

Otho Frisinghensis lib. 7. cap. 28. & Hieronymus Roman Augustinianus 1. p. lib. 5. cap. 10. cœpit Carmelitas (qui quasi semen Dei in Carmelo remanserant) ita affligere, vt cùm contra Mauros inueheretur, nec voti compos euasisset, in Religiosos Carmelitas omnem suam euomit rabiem, quosdam flagellando, alios exulando, multos occidendo. Circa annū verò Domini M.C.C. Tempore S. Cyrilli tertij Prioris Generalis Latinorum, iterū fuit à Saracenis, magna ex parte, euersa Carmelitarum Religio in Monte Carmelo: dixi, magnâ ex parte, & non funditus; quia circa annū Domini M.D. Baptista Mantuanus, & alij Itinerarij testantur, post annum M.D. in Monte Carmelo perseuerasse adhuc aliquos Monachos Carmelitas, & tunc potest verificari illud Ieremiæ cap. 4. vers. 26. *Et ecce Carmelus desertus.* Nihil ergo Prophetæ Dei aduersum sacram hanc Religionem fortiter [illegible]; imò in omnes eius filios præclare mihi conuenire videntur verba illa Ecclesiastici cap. 44. *Viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defecerunt: cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum & in testamentis steterit semen eorum: & filij eorum propter illos vsque in æternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur.* Sanè B. Virgo non dereliquit, sed speciali sua protectione mirificè fouit. Nam vt legitur in Officio, à sede Apostolicâ approbato, Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, lectione 5. *Cum olim in Europa hic Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione instarent, adstitit Honorio noctu purissima Virgo Maria, planéque iussit vt institutum, & homines amplecteretur.* Ex quibus clarè innotescit, quàm singularem curam Beatissima Virgo gesserit diuturnitatis, & conseruationis huius sacræ Religionis.

Mantuanus. Ier. c. 4. v. 26. Eccli 44. v. 10. 11. 12. & 13. Officium Comm. solemnis V. Mariæ de Monte Carmel. die 16. Iulij.

14. Hucvsque sapientissimus Carthagena, quæ quidem omnia sic ad litteram ponere retulisse hic non erubuimus, nec grauati sumus tum propter præclara equidem, vt habet de more, quæ de Religione nostra, notatu digna recensēt, hac præsertim obiectione: tum vel maximè, quia stabiliendam quam curamus libri Ioannis antiquitatem, & auctoritatem (ex antiquitate Monastici cultus à Carmelitis filiis Heliæ in Carmelo datâ à se sic eleganter inconcussâ, & infractâ Ordinis Carmeli successione: cuius originē ab Helia Magno Principe Carmelitę gēns, hæreditatam ab eo, vt & ab Elisæo, successionem, per eosdē Carmelitas multùm probat esse, tota hac suâ præsertim homiliâ 1. de laudibus Carmelitarū & maximè obiectione 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. & 10.) maximè roborat, & confirmat. Ex quibus omnibus restitisse nos satis censemus argumentatiunculæ Margarini in initio huius decimi capitis numero 1. designatæ; vt constet apertiùs sole, nō esse quid facile refellibile, Ioannem fuisse auctorem controuersi operis, & *Libri de institutione Monachorū in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium: ad Caprasium Montis Carmeli Priorem*: eo quod & Monachis Carmelitis, primis Ecclesiæ temporibus vigentibus multa prodat: se faciat Ioannes auctor Monachum Carmelitam, & de primis institutoribus, [illegible] moribus, progenitoribus Monachorum Carmelitarum, & demum eorum opus ex instituto componat. Cum vel ante Ecclesiam Christi D. Iesu ipsi, de quibus ibi Ioannes agit, iam extiterint ab Helia Propheta Magno instituti, & propagati per Essenos vt latè vidimus suprà.

In initio Paradisi Carmelitici decons.

CAP. XI.

Monachatum S. Cyrilli Antistitis Alexandrini, in Carmelo, contra illustrissimum Cæsarem Baronium comprobamus: & de duobus alijs nominis eiusdem Carmeli Professoribus insignibus edisserimus, Appendice vna.

1. INter multa ingentis gloriæ, honoris, & decoris Carmeli Montis pignora illustria, Eminentissimus Cardinalis Cæsar Baronius Carmelitanæ totæ inuidere Religioni Magni illius Antistitis Alexandrini Monachatum in Carmelo: *Erat huius viri memoria*, vt legitur ipse Baronius Tomo 6. ad annum 444. numero 11. *post eius obitum vigens ingens, & florens semper ore omnium Orthodoxorum frequentata: & cuius præconia laudum non vnius tantum, vel alterius adhærentium testimonio comprobata, sed duorum Oecumenicorum Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis actibus celebrata, atque firmata.* Quâ ratione nihil mirum, quod tam nobile pignus iure nobis cooptare studeamus & tam egregium virum inter filios; itaque contra Baronium ipsum, connumerandum tueamur inter Carmeli honoris & gloriæ gazæ Patres.

Baron.

2. Fuit enim, præterea, Antistes Alexandrinus Cyrillus ille, qui vt Græcorum Menologium, die Iunij 9. Liberatus Diaconus in Breuiar. cap. 10 Nicephorus in Chronico & Acta Synodi in Concilij Chalcedonensis [illegible] referentur; Ecclesiæ [illegible] XXXII. ... [illegible] Catholicæ fidei propugnator exhibitus egregius vt iudicatus sit à Cælestino I. Pontifice O. M. idoneus, cui vices suas in Concilio Ephesino (anno CCCCXXXI. congregato pro vnitate personæ in Christo Iesu, contra Nestoriū, vt tradit Baronius Tomo 5 ad ann. 431.) delegaret: sic enim fuit eruditissimus, & sapientiâ mirabili clarus, vt Gennadio teste, c. 57. de vir. illustr. variarum hypotheseon tractatus & homilias (quæ ad declamandum à Græcis Episcopis memoriæ commendantur.) plurimas composuerit: tum etiam libros de Synagogæ defectu, de fide aduersus hæreticos, & librum contra Nestorium, cui titulus inest ἔλεγχος, in quo omnia occulta Nestorij panduntur: præterea iuxta numerum annorum eiusdem totidē Patriarchales epistolas, quæ Græcè scriptæ, & nondū editæ, vt Baronius dixit Tom. 6 ann. 444. n. 9. in Bibliotheca Vaticana custodiebantur. Meminit tamen dorœ aggressus est Cassiodorus in Instit. lect. præf. Cyrillum hunc nobilem vt est Baronius asserit tom. 6 ann. 444 n. 10 inter eos adnumerauit, qui diuinam Scripturam à principio vsque ad finem, sermone Græco exposuerunt. Ex quo patet plurima Cyrillum composuisse volumina, & quod præter

Menol. Græc. Liberatus. Niceph. Conc. Chalced. Baronius. Gennadius. Baronius. Cassiodor. Baronius.

præter opera illa quæ à Bellarmino in de scriptoribus in Cyrillo Alexandrino ad ann 430. referuntur, nósque iam in suo dedimus Elogio, multa alia desiderentur opera Græca, totidem eruditionis, & sapientiæ Patris mirabilia argumenta Sic tandem tantus iste Antistes, & Græcus Doctor dicendi & disputandi elu at validissimâ vi, vt prolabentem ad hæresim Melchisedechianorum magnum Anachoretam (de quo in Vitis Patrum, cap. de prudentia, & contemplatióne) summæ dexteritatis, prudentiæ, sapientiæ, ardoris, & zeli sui speciminibus exhibitis, reuocauerit. Demúmque is fuit, quem sanctissimis viris solito honoris cultu, coluit semper tum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesia, & tanquam virum maximè pium assiduis sunt vtræque benedictionibus prosequutæ. Nihil mirum ergo quòd iura quę Carmelus super Cyrilli Alexandrini Monachismum, repetere potest, iure debito & optimo defendamus.

Vitæ Patrū.

3. Ergo vt perpulchrum hoc sydus Carmeli sydereo ab æthere Baronius auelleret, scripturam quandam (cui fidem facere decreuère multi sapientes, nobilésque plurimi scriptores acceptarunt Chronicon nimirum vetustum Gallorum) fastidiens, sequentia, vt dedimus suprà, c. 16. n. 1. Tractatus istius verba, deceptus omnino scriptitauit: *Sanè quidem respuimus*, &c. tu huc reuoca illa lector: sed tamen accipe hic iterum ea quæ iam tibi 1. c. huius 2. tract. n. 2. ex ipso dedimus auctore Baronio, *Facessat igitur huiusmodi de Monachismo Cyrilli in Carmelo fabella. sicut.* &c. Ista Baronius, aduersus quem pro Monachismo Cyrilli in Carmelo eiusdem, plurimæ nobilium scriptorum, non contemnendæ notæ, auctoritates validissimè militarunt.

4. Itaque cùm Baronij verba in causa Sancti Cyrilli Alexandrini merè verba diiudicauissemus, & nec vllam in eis rationis, aut iuris vmbram inuenissemus, visum erat, ea quæ de Cyrilli Monachatu in Carmelo, quasi fracto rationis fulcro, argumentulo suo ab auctoritate negatiua efformato, nisus ipse fuerat comprobare, sicuti si nihil dixisset, aut statuisset in eis præterire. Sed causati intemperatâ tanti scriptoris loquutione, quâ de figmento aggressus est arguere Patres nostros, in adducenda pro Cyrilli in Carmelo Monachatu scriptura illa, quam testantur multi se vidisse Gallicè & Latinè conscriptam, in Chronico quodam extante apud Bibliothecam Galliæ Regis, cohibere nos haud potuimus, etiamsi hic nostri non esset nisi solummodo partes de Monachismo Ioannis in Carmelo, & inscriptione libri eius peragere) nisi vt rei veritatem studeremus, hac in re de Cyrillo dare omnino, etiam inuidis, manifestam, cùm ab hoc Cyrillo Alexandrini Monachismo denegato; ad denegandum etiam Ioannis Antistitis Hierosolymitani deuenerit ipse illustrissimus & eminentissimus Cardinalis.

5. Nullus certè illo melior nosse poterat ex latissimis rei historicæ experimentis à se habitis, quis auctor ille esset (sibi soli Baronio incertus, nostris verò non sanè effictus sed cognitus, & certus;) qui equidem quanquàm nostris incognitus fuisset, sic vt oculis ipsis haurire haud potuissent dicta, & asserta, suffecisset tamen multis grauissimis mortale esse scriptoribus, immò & ipsi Baronio, non modò ea scribere, quæ ipsi oculis conspexère, sed & illi, quæ ex aliquo Historiographo, verbo tenus, siue ex probabili maiorum per manus traditione perceperant: id quod, teste Sigeberto Gemblacensi, de viris illustribus, cap. 100. docuit nos facere tanquam rem memorandam, & imitandam Hincmarus Rhemorum Antistes egregius, qui in vitâ S. Rhemigij fatetur *se, secundum historiæ leges, nec alia prætermisisse, quæ vulgata didicerat ratione.*

Sigebertus

Hincmarus.

6. Ad hæc, iactitat Baronius, tanquam quid sibi mirabile, quod *qui certi, atque probati sunt auctores, eiusdem S. Cyrilli æquales, & qui eiusdem res gestas quàm diligenter sunt prosequuti, hæc nescientes* (scilicet S. Cyrillum Monachum fuisse Carmeli) *obruta silentio reliquerunt?* Et Socratem autumat, Theodoretum, Acta Concilij Ephesini, Euagrium, Nicephorum, & alios qui tam diligenter Cyrilli acta fuisse prosequutos: at enim si viderit attentè, deprehendet apertè eos Cyrillum introducere Episcopum nulla factâ memoriâ eorum, quæ ante Episcopatū ab eo gesta fuissent. Probè eorum aliquos nouisse gesta S. Cyrilli non dubitamus, at præcipuarum eius laudū vix aliquid ab eis recéssitum habemus. Antiquorum doleamus consuetudinem, & non laud andum morem, videlicet Sanctorum acta, non nisi summatim interdum scribendi, pręcipuis aliquādo omissis circunstantiis, quæ quanquàm scriptę fuissent non mirum esset, quod temporis diuturnitate ab hominum memoria excidissent. Ergo, nunc, quia prædicti auctores non sunt recordati, vt scriberent S. Cyrillum in Carmelo, aut aliâ qualibet eremo vitam Monasticam egisse, proptereà ritè Baronius educat, & inferat, neque Carmelitam, neque Monachum fuisse? Optimane est quidem isthæc consequentia, lector? Rufinus, Socrates (cui de Cyrillo sæpiùs obloquenti lib. 7. cap. 13 14. & 15. non multa est fides adhibenda, vt adnotat Baronius in Martyrologio ad diem 28. Ianuarij, in adnot. f ad S. Cyrillum Alexandrinum, quia Nouatianæ sectæ addictus homo erga S. Cyrillum parum rectus ostenditur, eo quòd acre bellum, statim vt electus fuit Episcopus Alexandrinus, aduersus Nouatianos excitauerit. Theodoretus, Sozomenus & alij actorum Magni Athanasij scriptores insignes, inmemores fuère posteritati de eo consignare, non pauco tempore Monachum esse & fuisse ministrum Magni illius Abbatis Antonij in solitudine Ægypti, ergo figmentum reputandus Athanasij Monachismus, & ad Antonium discipulatus? neutiquam, quia ipse de se id palàm affirmat in vita S. Antonij, ne forsan in posterum certissimā istam veritatem ab alijs scriptoribus vel oblitam, vel neglectam, quis denegare posset, aut ambigere prorsus? Nunc videant quàm facili fulcro nitantur qui negant Cyrilli in Carmelo Monachismum; eo quod eius æquales, qui Patris Alexandrini res gestas scripserunt hæc obruta silentio reliquissent.

Baronius.

Baronius.

7. Argumentum hoc Baronianum, satis simile alijs ab eo confectis, certè paruì meritò nobis ponderis visum est; namque argumentari auctoritate negatiua, vt iam suprà dicebamus, parum, aut nihil tutū est, cùm ex hoc facilis fallacia consurgat, & in rebus historicæ veritatis facillimè

lectores

lectores in errores adducat. Liquet ergo, quod id quod ab scriptoribus, iuxta Baronij sensum, adnotandum erat, & tamen omissum est, ab aliis tam apertè fuisse suppletum. Etenim historia illa Latina, de qua supra vidimus, Latinè & Gallicè exarata (quæ habebatur apud Galliæ Regem, vt tradunt Cotin lib. 9. cap. 19. Dilucidarij Carmel. Emanuel Romanus, sacræ antiq. Carmel. de viris illustrib. in Cyrillo Alexand. & aliis) quam intercedito Baronius fastidite, & facessere voluit, cùm à grauissimis antiquitatum Carmelitanarum scriptoribus tanquam fide dignissima, vel ambabus manibus suscipiatur, S. Cyrillum in Carmelo Monachatum attestatur apertè, verbis cuiusdam Legati aut Ambasciatoris pro Galliæ Rege in Ephesino Concilio residentis, qui ab illo redux ad Regem suum, alloquutus est, in exéplari primo suo quod nos vidimus & legimus in antiqua Bibliotheca Religiosissimi Cistercieñsis Cœnobij de la Oliua, Gallico sermone prorumpit sic: *Au Concile d'Ephese, qui se celebra par deux cens Euesques, l'an du Seigneur 418, au lieu du Pape Celestin y presidoit le Bien-heureux Sainct Cyrille Moine du Mont Carmel: lequel pour sa sainctetè, admirable science, & doctrine, disputant contre Nestor Patriarche de Constantinople, qui mit tache en l'honneur de la Vierge Marie, & en celle de Iesus Christ son fils, emporta la victoire sur luy.* Quæ nunc sic iam traducta Latino verba tenemus: *In Concilio Ephesino, quod fuit celebratum per CC. Episcopos, anno Domini CCCCXVIII. præsidebat loco Papæ Calestini I. B. Cyrillus Monachus Montis Carmeli, qui ob sanctitatem vitæ, admirabili scientiâ, & doctrinâ disputans contra Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum, qui maculam posuit in B. Virgine Maria, & in eius filio Christo Iesu, eum superauit.*

8\. Ioannes Trithemius Abbas Spanheimensis, nó leuis quidé, sed grauissimus, & disertissimus auctor, lib. de scriptor. Eccl. in Cyrillo Alex. sic loquitur: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, Doctor Græcus, Montis Carmeli quondam decus, & cultor insignis*, &c. Quid clarius ad rem dixisse potuit, nisi velint aduersarij cultorem Monachum Carmeli Cyrillum, agricolam fuisse, cum ligone & vomere aratri laborantem, & proscindentem prata Carmeli.

9\. Trithemij nobilissimi scriptoris sententiam sequutus est Ioannes Rioche, insignis Minorita, lib. 2. de factis Doctorib. Eccles. cap. 24. cuius hæc sunt verba: *Hic B. Augustinus fuit vitæ Monasticæ, vt & B. Hieronymus, Basilius, Gregorius, & Cyrillus, qui fuit ex Congregatione Montis Carmeli*, vbi apertè non alterius Cyrilli Constantinopolitani, aut Hierosolymitani, loquutus esse videtur, cùm de temporibus proximioribus S. Hieronymo, Augustino, Basilio, &c. qui Synchroni fuêre huic S. Cyrillo, & æquales, verba commisceat.

10\. Suffragatur Arnoldus à Villanoua S. Theologiæ Professor. Is enim in epist. ad Aragonum Regem sic ait: *Tempore præfati S. Ioannis XLIV. Patriarcham Hierosolymitanum* (subaudi, *mortuo Patriarcha Alexandrino Theophilo, anno Domini CCCCIII. Cyrillus Eremita Môtis Carmeli, Episcopus Alexandrinus XXVIII. ordinatur: Vir vitæ sanctissimæ fideique Catholicæ Adiutor, & propugnator strenuus, que Heretice prauitatis debellator, fuit vero contra Theophilum, qui ad Patriarchatum adspirabat, totius populi agente suffragio, qui apud Alexandriam accumulatus, & Christianis ortus parentibus, ab auunculo suo Theophilo Athenas missus, adeò profecit vt in breui adipisceretur Doctoris insignia. Auunculus autem S. Ioannis in Hierusalem bonam famam, dum ipsius præcepta aliquamdiu fruitus, fuisset tandem fratribus Carmeli in Religione speculum dedit illis fulgentissimæ sanctitatis.* Hæc Arnoldus, quæ ad verbum recitat Paleonydorus lib. 2. c. 7.

11\. Qui cùm fuerit antiquitatis, & gloriæ omnis Carmeliticæ indefessus inuestigator, loco eodem pro re quam contendimus de Cyrillo hæc a se habet: *Hic ergo Cyrillus Doctor Græcus, Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Alexandrinus Patriarcha, ex mandato Domini Cælestini Papæ I. (iubente Dei Genitrice) loco eius in Concilio Ephesino præsidens contra Patriarcham Constantinopolitanum Nestorium.*

12\. Thomas à Iesu Excalceatæ Carmeliticæ familiæ decus, pro multis opitulator est noster. Etenim antiq. Carm lib. 1. c. 12. sic scripsit Hispanicè: *Fue contemporaneo de Iuan Hierosolymitano el gran Cyrillo Patriarcha Alexandrino, el qual presidio en el Concilio Ephesino, en tiempo de Celestino Papa I. y alli destruio la eregia de Pelagio. y el error, y pertinacia de Nestorio, contra el qual como tan hijo de la Virgen boluio a su Madre diziédo el titulo tan honroso y cierto que tiene de ser Madre de Dios. Que este glorioso Padre fuesse Monge del Monte Carmelo lo affirma Trithemio varon insigne, y en historias digno de gran credito, y autoridad; lo mismo siente Guillermo Eysengreneo, en su historia eclesiastica, el qual pone a este glorioso Super Monte Carmelo; lo mismo pone Paleonydoro lib. ... y ... dize que consta haber sido S. ... de las historias de Ierusalem, Alexandria, y de otras muchas historias de los Griegos, de Ioan Cassiodoro, Thomas Noruicense, y finalmente de Thomas Waldense, y entre los autores de nuestro tiempo, lo affirma por cierto Basilio Sanctorum, y el Mantuano en su Martyrologio, o fiestas de los Santos no se olui da de S. Cyrillo, como se colige destos versos:*

> Producente diem Phœbo, gelidamq. fugante
> Exangui hyemem fert annua festa Cyrillus,
> Vrbis Alexandri Pastor defluxit ab alto
> Vertice Carmeli: sanctæ primordia vitæ
> Heliæ de fonte tulit: &c.

Et post pauca idem Thomas hæc addit: *Y en el principio de las obras de este S. se pone del, entre otros testimonios, que fue Monge del Monte Carmelo: y es euidente confirmacion el habello concedido la Sede Apostolica a la Religion para que reze del como de S. proprio, y ansi en la orden se celebra su oficio a 28 de Enero. Florecio este gran P. S. Cyrillo en los tiempos del Emperador Theodosio el menor, cerca de los años del Señor de CCCCXXXII.* Hucusque Thomas, qui vno in se, eorum omnium quæ legisti, assertiones comprehendit.

13\. Præter hos eandé fuêre sententiam prosequuti, de Cyrillo Alexandrino in Carmelo Monachatu, Io. Carthagena hom. 2. de laud. Carm. obiect. 1. Iacobus Philippus ab eodem datus, lib. 2. sui Chronici, Gulielmus Eiselingrenæus centur. 1. Eccles. hist. p. 3 dist. 1 tit. de Monach. Carmelitis

Historia ex Chronico Francorum. Cotin. Roman.

Ambasciatoris Galliæ Regis scriptura à Baronio fastidita ...

Trithem.

Io. Rioche.

Arnoldus.

Paleonyd.

Thomas à Iesu.

Mantuan.

Carthag. ... Eisingren.

Ioan Hild. Ioan. Cassiodor. Ioann Iuo. Hist trip. Oliuanus.

Ioannes Hildunus, ad illud, *Datus est ei decor Carmeli*, Ioannes Cassiodorus, D. Ioannes Iuo, in magno volumine Decretorum, seu Conciliorum, ex quo Gratianus plura desumpsit, Historia Tripartita, Antonius Oliuanus à Maldonato, in Regimine animi morali, Tomo 2. disceptatione 22. §. 4. numero 4. noster Guadalaxara in Thesauro spirit. Carmel. vbi de Sanctis Ordinis Carmel. Episcopus Aiguerensis in stimulo suo, in notationibus ad Regulam primitiuam Alberti Patriarchæ, & in Manuscripto de viris illustribus Carmeli, Philippus Santiago, Catalogo scriptorum Carm. V. Pater Lafontius ibidem. Coria libro 9. capite 18. Dilucidarij, latè vitam Sancti Cyrilli describens, Martyrolog. Carmelitarum, sub die 28. Ianuarij, Rubricâ 33. & penè id apertè constitisset ex ipsius Cyrilli testimonio, titulo Epistolæ 1. suæ præfixo, quæ circumfertur Tomo 2. operum eius. Hoc idem assertum tenuère de Monachatu Cyrilli Alexandrini in Carmelo, & alij plures, ita vt hic solùm supersit ad Apostolicam auctoritatem peruolare, vt rem manifestissimam præstiterimus.

Guadalax. Ep. Aguer.

S. Tiague. Lafuente. Coria.

Mart. Carm

14\. Extat ergo, vt signabamus ex Thoma à Iesu, ad rem confirmandam, vltimò, Apostolica auctoritas, quæ insuperabilis est, ex qua testimonium damus omni maius humana exceptione, & indissolubilem argumentationem, cum qua non præualet nec æquiualet quantacunque potuerit esse Eminentissimi Cardinalis Baronij auctoritas, & assertio. Etenim ex illius approbatione (præter totius Ordinis Carmelitani immemorialem traditionem, quâ Sanctum Cyrillum Alexandrinum, tanquam Monachum Carmeli inconcussè agnouit, & teneritus est) natalem illius celebrat, sub duplicis officij solemnitate, tanquam de sydereo vno splendore ætheris Carmelitici, die vigesima octaua Ianuarij, & præter lectionem præfati Martyrologij, lectione quarta secundi Nocturni sequentia publicè legit: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus clarus parentibus ortus, Theophili item Episcopi Alexandrini ex fratre Nepos, à quo adolescens Athenas studiorum causâ missus, cùm plurimùm profecisset ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum* (is erat ille qui postea fuit Quadragesimus quartus Patriarcha Hierosolymitanus, pro cuius innocentia Tractatu primo huius Apologematis militauimus) *vt Christiana vitæ perfectione imbueretur, se contulit. Cuius consuetudine in Carmelum Montem secedens, ibi cum aliquot piis viris illic degentibus cælestem vitam in terris aliquandiu egit.* Clariúsne nostrum valet assertum proponi vel firmiùs stabiliri ab Ecclesia? Vt videant manifestè asseclæ Baronij, quàm sine iure, & auctoritate Cardinalis Eminentissimus adimere conatus sit à Carmeli Religione Sanctum Cyrillum Alexandrinum Antistitem, quem meritò inter illustrissimos Carmeli viros nominauerunt tot, tàmque nobiles huius veritatis assertores.

APPENDIX.

De duobus alijs nominis eiusdem Patribus.

15\. Opportuna hîc nobis visa est occasio, postquam sic sufficienter, & abundè de Monachatu in Carmelo S. Cyrilli Antistitis Alexandrini, aduersus Eminentissimi Cæsaris Baronij dictum pertractauimus, & tùm ex nostris, tùm etiam ex his, quæ ab adductis auctoribus aucupati sumus probauimus illum, de duobus alijs viris illustrissimis item nominis eiusdem, qui Carmelum ipsum, & vniuersam illius Religionē Carmelitanam suâ sapientiâ, virtutibus, & dignitate nobilitarunt, saltem summarim peragere: quantùm sit opus vt aboleatur omnino ambiguitas, quam inter nonnullos quosque, aliàs sapientes viros, aut verbo, aut scripto dignouimus esse, qui quidem agentes de hoc Alexandrino Antistite Cyrillo, & alijs duobus distinctissimis ab eo, quibus florentibus, tempore diuerso, gloriata est hæc nostra Heliadum Mariana nobilissima Religio, vnius, & alterius acta, & sæcula ita commiscent, & confundunt: vt ignorent alij, an tres huius nominis floruerint in Religione Carmelitana Patres illustres: alij quæ cuique conueniant nobilia facinora, & acta virtutum, ex quibus ipsi sese inter ostendant, & exhibeant diuersificati: alij verò tempora, & ætates, quibus vnus quilibet floruerit nobilissimus in Orbe.

15\. Vt ergo in posterum hæc omnia luce clariora vniuersis monumenta, & decores, & honores Carmelitarum amatoribus, & prosequutoribus innotescant (præter illa quæ suis quibusque eorum virorum elogijs in corpore Paradisi delibata relinquimus) scire oportet in primis: Tres huius nominis viros tanquam proprios sui Propositi Prophetici hæredes, professores, & propagatores strenuos illustrissimam sibi Carmelitanam Religionem agnouisse, & veneratam esse.

16\. *S. Cyrillus* HIEROSOLYMITANVS *Patriarcha Propheta dictus.*

Primus est præclarus ille Cyrillus HIEROSOLYMITANVS dictus Antistes, eo quod sede in ea confirmatus fuerit salutis anno CCCLXXXII. vt constat ex Synodali epistola, II. Constantinopolitani Concilij, missâ ad Synodum, quæ Romæ illo eodem anno agebatur, quam recitat Baronius ex libro 5. & cap. 9. Theodoreti, Tomo 4. Annaliū, ad annum Dom. CCCLXXXII. à numero 9. vsque 15. Obiisse Cyrillum hunc anno CCCLXXXVI. ibidem numero 57. refert Baronius idem ex S. Hieronymo de scriptoribus Ecclesi. in Cyrillo, (qui ait annis 8. inconcussum sub Principe Theodosio Episcopatum Hierosolymitanum, Cyrillum istum obtinuisse quanquam sæpè fuerit pulsus ac sæpè receptus in sua sede, quas vices passus est Constantij Imperatoris temporibus:) sub Siricio Papa II. & Imperatoribus Theodosio & Valentiniano. At tandem quantum temporis in sua sede Hierosolymitana perstiterit haud exploratum haberi posse Baronius affirmat. Porrò in adolescentia Cyrillum hunc Hierosolymitanum Catecheses

erudi

eruditiſſimas ſcripſiſſe, & illius in ſede ſubrogatum eſſe Ioannem XLIV. ex eodem Baronio, loco ſuprà dato, ſatis liquet.

17. Ioan. Grod.

Ioannes Grodecius Iuris vtriuſque Doctor & Glogouienſis Decanus in vita S. Cyrilli Hieroſolymitani (quæ ante Catecheſes, ab ipſo Grodecio interprete in lucem datas Pariſiis, anno 1564. præfertur) affirmat recenteri Cyrillum hunc Antiſtitem Hieroſolymitanum inter veteres Eccleſiæ Patres illos ſanctos, verè Catholicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ aſſertores clariſſimos, ac propugnatores ſtrenuos: compluribus ex illis Eccleſiæ columnis fuiſſe æqualem; multis antiquiorem: claruiſſeque temporibus Conſtantij Imperatoris, & aliquot eius ſucceſſorum: eiuſque honorificam mentionem feciſſe quàm plurimos grauiſſimos ſcriptores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vt Socrates, Sozomenus, Theodoritus, & alij. Eius coæquales multo inſignes viros Nicephorus recenſet libro nono, capite quarto, Orthodoxiorıs Doctrinæ Magiſtros egregios. Legitur, ait Grodecius idem, inter alias virtutes vero Epiſcopo dignas ſpiritu Prophetiæ claruiſſe Cyrillum, vt habet Socrates lib. 3. cap. 29. Epiſcopatum eius Deus illuſtrare dignatus eſt, nam, Præſide illo Sacrorum, Hieroſolymis ſignum crucis in cælo ex lumine ſuper ſacrum Montem Caluariæ diebus Pentecoſtes, horâ ferè diei tertiâ, apparuit magnitudinis tantæ, vt quindecim ſtadia excederet, & ab ipſo Golgota Monte, vſque ad Montem Oliueti protenderetur, ſic lumine ingenti circumfuſa cruce illa, vt Sole tunc lucente, Solis radios illius crucis fulgores longè præcellerent, quemadmodum ipſe Cyrillus optimè id deſcribit (affirmante Grodecio) in epiſtola ſua, quam de eodem admirando ſigno ad Conſtantium dederat Imperatorem, & Nicephorus in ſua hiſtoria pluribus commemorat. Quam præclaram autem & ſanctam memoriam, etiam apud poſteros Cyrillus iſte Antiſtes Hieroſolymitanus reliquerit, tùm ſcripta illius, quæ extant, tùm Orientalis Eccleſiæ faſti, ſiue Calendaria abundè teſtentur. Nobis hæc hìc, ſuper ea quæ in ſuo dedimus elogio pro Cyrillo Hieroſolymitano, dicta ſufficiant, alia fuſiùs, dantibus ſuperis, alibi daturi. De hoc illuſtriſſimo, & ſanctiſſimo viro agunt, præter exteros Eccleſiaſticarum rerum ſcriptores omnes, Ioannes Paleonydorus lib. ſuo Trimeriſo antiquitat. & ſanctimon. Eremitarum Montis Carmelitici, capite ſexto, late Coria, Dilucidarij ſui libro nono, capite decimo, & alij multi, qui omnes à Valente Imperatore Ariano multa paſſum eſſe recenſent, & ſæpe ab Eccleſia, & ſede depulſum, ſæpèque receptum, ſubrogatóſque interim alios hæreticos in ea; proh mœror!

Nicephor. Grodecius. Socrates. Grodecius. Nicephor. Paleonyd. Coria.

18. S. Cyrillus Alexandrinus Epiſc.

Secundus nominis eiuſdem famigeratiſſimus ille eſt Sanctus Cyrillus ALEXANDRINVS dictus, de quo hoc capite, tum ex noſtris, tum ex alienis diſceptauimus, præter illa quæ in ſuo Elogio, in corpore Paradiſi Carmelitici decoris poſito, ſcribebamus: ſed tamen hoc non grauabimur, pro maiori claritudine, nonnullorum iam prædictæ loquutionis (quâ res, & verba commiſcent de tribus iſtis inſignibus viris, nominis eiuſdem, vnius acta cum alterius actis ſatis inappoſitè confundendo) adnotare ex ipſo Baronio, Tomo Annalium quinto, ad annum quadringenteſimum duodecimum, Cyrillum hunc Antiſtitem Alexandrinum, eum ſic eſſe dictum, quia (Theophilo eius Patruo, Epiſcopo Alexandrino, vitâ functo) poſt triduum in eadem Alexandrina Sede Epiſcopus ſubrogatus fuit ſub Summo Pontifice Innocentio Secundo, Imperantibus Honorio, & Theodoſio: ſediſſe verò in Sede Alexandrina annis triginta duobus; Liberatus Diaconus, Nicephorus, & Acta Synodalia tradunt, vt diximus ſuprà numero ſecundo. Sed obiiſſe ait Baronius Tomo Annalium ſexto, numero nono, ſalutis anno quadringenteſimo quadrageſimo quarto, quinto Idus Iunij, ſub Pontifice Leone Primo, Imperantibus Theodoſio, & Valentiniano. Iſte eſt ergo, cuius in Carmelo Monachiſmum facceſſere vult Baronius Cardinalis illuſtriſſimus Tomo ſexto, ad annum quadringenteſimum quadrageſimum quartum, numero decimo ſeptimo, vt obſcuret etiam Monachatum Ioannis Quadrageſimi quarti Patriarchæ Hieroſolymitani in Carmelo, ex eadem futili a ſe data ratione: quâ quoque ſimiliter faceſſeret, & fatiſcret Monachiſmum Sancti Cyrilli Patriarchæ Hieroſolymitani, & illius alterius Conſtantinopolitani, de quo illicò ſermo erit. At mirum ſit, quod Monachiſmum, non Cyrilli Hieroſolymitani, ſed Alexandrini Cyrilli Baronius leui ſuâ ratione delere contenderit, qui Summorum Pontificum calculo comprobatus erat, ſicut & illud Cyrilli Conſtantinopolitani. Certè *ſi flagrans cupido nobilitatis abuta interdum Carmelitas*, vt illuſtriſſimus voluit Cæſar Baronius, *delirare coëgiſſet*, potiùs, iudicio noſtro, deliraſſent, vt vnum ſibi Hieroſolymitanum Patriarcham applicuiſſent (qui illis ex eminentiori, & ſublimiori infulâ & ſede ſaltem, glorioſior eſſet,) quàm Patriarcham vnum Alexandrinum. Sed ſint nunc nugæ aſſerta iſta Baronij. Porrò de iſto Cyrillo Alexandrino officium duplicis ſolemnitatis ex auctoritate Apoſtolica vt iam diximus ſæpè, Eccleſia celebrat Hieroſolymitana apud Carmelitas, ſub die 28. Ianuarij: De eo, vt omittamus nunc alios, tractant latè Coria lib. 9. Dilucidarij ſui Carm. c. 18. Paleonydorus lib. 2. cap. 7. ſui Trimerici, & cæteri Ordinis Annaliſtæ.

Liberatus. Nicephor. Act. Synod. Baronius.

Coria. Paleonyd.

19. S. Cyrillus CONSTANTINOPOLITANVS. Huc reuoca quę diximus ſuprà agẽtes de iſto Cyrill. Tract. hoc 1. c. 1. à n. 6. & cap. 5. n. 5.

Tertius autem Sanctus Cyrillus ille eſt cognomento vocatus CONSTANTINOPOLITANVS, ex eo ſolùm, quòd Conſtantinopoli præclaris fuerit parentibus prognatus, ab infantia Ioannis Baptiſtæ & Samuelis exemplo deditus Deo. Sed dictus eſt impropriè à nonnullis (de hiſtoriis, & actibus vtriuſque Cyrilli Hieroſolymitani, & Conſtantinopolitani peſſimè meritis) *Hieroſolymitanus* aliquando, eo quod, abs dubio, vt auguramur, Cæleſtinus Papa III. (aliis Innocentius III.) anno Domini, vt Paleonydorus ſcribit lib. 3. cap. 4. ad medium, M.C.XCI. Pontificatus ſui I. auditâ viri Patris famâ, ſuſcipere eum admonuerit Hieroſolymitanum Patriarchale Epiſcopium: quod ille libentiſſimè renuens, ex humilitate, ſic ad Pontificem Summum, ſcripto loquutus eſt his verbis: *Beatiſſimo Patri Cæleſtino pedum oſcula, Cyrillus famulus Chriſti. Sufficit mihi*

Ex Paleon. lib. 3. c. 4.

thesaurum Domini mei, id est, animam pro qua magnus ille Mercator Christus aduenit, & proprium sanguinem fundens, portare in hoc vase fictili. In Monasterio, nempe Carmeli, terrestres Angelos reperi, quorum veraciter in cælis conuersatio est, &c.

20. Huius Patris illustria virtutum facinora latè, vt prætereamus alios, suprà datus Paleonydorus dictitauit, scripsit & Coria noster, lib. 6. cap. 6. latè & effusè; nostri hîc non est illa contexere ad vnguem (alibi enim multa de illo sumus, dante Deo, daturi, & nonnulla libauimus tum in corpore Paradisi nostri: tum item in cap. 1. huius 2. Apologetici Tractatus, à num. 6.) sed solùm signare virum primis à duobus diuersum. Floruit ergo, vt ex Paleonydoro habemus lib. 3. c. 4. Cyrillus iste Constantinopolitanus, tēporibus Emanuelis Imperatoris Constantinopolitani, & Alexandri III. Pontificis Romani, ad quem legatione functus est pro Imperatore. Post hæc, & alia, Græcorum errores cupiens vitare Cyrillus, Virginis almæ Mariæ ei noctu apparentis, vitam Monasticam Heliadum in Carmelo profiteri aggressus est, habitum ei, & professionem ministrante Brocardo Sanctissimo Carmeli Montis Priore. Cucullo igitur amictus Monachorum, item Virginem Mariam audire Cyrillus meruit noctu alloquentem, & dicentem sibi: *Hic tutus eris Cyrille*. Post hæc noctu item apparente sibi Basilio Magno Episcopo Cæsariensi, per eundem à Deo est hisce verbis instructus: *Ne timeas Cyrille, sum etenim Basilius quondam Montis Carmeli eremicola, Cæsariensium Pastor, veniens hæc tibi nuntiare à Deo quatenus in Armeniam pergens, verbum Dei illic prædices, & lucernam Christi accendas*. Quo audito, & visione ad Priorem Carmeli narratâ, de eius benedictione, vt scribit idem & ibidem Paleonydorus, cū fratre Eusebio, Armeniam pergens, & ibi semen Dei spargens, eam totam ad fidem Christi reduxit, & Regem, & Armenos omnes Vicarij Dei in terris Lucij III. Pontificis O. M spirituali Ecclesiastico subiugauit Imperio. salutis à Christo Iesv datæ anno M. C. LXXXI.

Paleonyd.
SS. V. Maria.
S. Basil.
Ex Paleony.

21. Inde ad Carmelum, decennio elapso, reuersus, postquam Angelicis afflatibus, & aspectibus, crebrisque diuinis reuelationibus fruitus esset, Brocardo Sanctissimo Priore Generali, à viuis ablato, salutis anno M. C. XCVII. vt supputat Paleonydorus, totius Ordinis vniuerso suffragio, ad summam Carmeli regiminis arcem euectus est, III. inter Latinos Carmelitarum Prior Generalis agnominatus. Multis miraculis clarus, & maximis virtutibus illustrissimus, cæcum quemdam mente & animo illuminauit, quem ipsum post triduum à viuis abscedentem, ad viuos, viuum iterum reuocauit. Demum vniuerso virtutum suarum madidus splendore, annis datæ à Christo salutis M. CC. felicissimum in Carmelo spiritum tradidit astris: sepultus inter Bertholdi, & Brocardi, prædecessorum eius, in officio Generalatus Latini, corpora diua: naturam defunctum super tumulum. Cyrilli Constantinopolitani collocatum secundò viuere fecit. Tertius iste est in Carmelo Cyrillus diuersus omninò, vt vides, à duobus primis Hierosolymitano scilicet & Alexandrino. Eius solemnitatis festum sub duplici officio, tanquam de sancto Carmelita, celebrat Ecclesia Carmelitarum Hierosolymitana, Apostolico sane Indulto, sub die sexta Martij. Eiusdem vitam & acta descripsit eleganter, vt nullos agamus cæteros scriptores nunc, noster Paleonydorus suprà datus & Didacus Coria lib. 10. cap. 6.

Paleonyd. Coria.

22. Vides ex dictis quàm sit apertum, tria ista Carmeli lumina, & Orbis, sub nomine eodem, sed operibus diuersis sydereum Carmeli Polum illustrasse tempore vario; & quia de illis (annuant Superi) sermo iterum est rediturus à nobis effusior (dum dilucidemus, & lucidemus Paruam Chronicon Exordij Carmelitici, quod Latinè elaboratum, & penè iam ad vltimam limam reuocatum habemus) ista nunc de trino in Carmelo Cyrillo dicta superent hoc capite vndecimo; vt ex dictis, & delibatis, qui fuerint; & quando floruerint tres isti illustrissimè Patres, inter eos Cyrillus ille dignoscatur, cuius Monachatum gratis respuere voluit Baronius Eminentissimus pariter, & Illustrissimus Cardinalis contra vniuersi Ordinis Carmelitani traditionem inconcussam, & grauissimam tot illustrium Doctorum mentem, immo & Apostolicæ sensum auctoritatis militando, & pugnando in incerto.

Cap. XII.

Secundum rei rationem ipsam, plures antiquos scriptores de instituto Heliadum egisse Carmelitano.

1. Post hæc, nunc iam ad hemistichium illud Baronianæ propositionis deueniamus: *Vel qua apud huius temporis scriptores mentio de cultu Carmelo, à vita Monasticæ professoribus?* Nonnullos recensendos scriptores, qui Carmelitani instituti Heliadum secundùm ipsam rei rationem meminerunt: id quod non leuiter aduersæ partis argumentationem deneruabit, iniectaque tela confringet. At esto ij, qui hic recensebuntur à nobis de Carmelo expressiùs nō meminerint, aut posteros Heliæ Patris filios *Carmelitanos* haud designarint; satis tamen luculenter, & clarè sermonem alias de eisdem immiscuisse constabit, secundùm ipsam rei rationem, & æquipollentem Carmeliticæ nomenclaturæ appellationem. Et parum referat, quod hoc, illóve nomine scriptores antiqui Heliades appellauerint nostros, cùm non de nomine, sed de re, nostra hæc disceptatio, & altercatio procedat: an scilicet Ioānis Hierosolymitani, aut S. Cyrilli Alexandrini temporibus, qui σύγχρονοι fuêre, in Carmeli, Palæstinæ, aut Ægypti solitudinibus Monachi superfuerint, qui instituti Prophetici Heliadum fideles fuerint professores, & legitimi Heliæ Magni Patris, & Prophetæ filij, qui (vt Ioannes ipse XLIV. loquitur, exemplo filiorum Prophetarū, eorum, inquam, qui tēpore legis antiquæ floruerunt, diuersis in partibus, & solitudinibus terræ promissionis, sub Monastica degentes disciplina Carmelitici facti propagatores instituti) ad

Baron. tom. Annal. 6. ad ann. 444 n. 17.

Ioan. XLIV. c. 21.

imitationem

imitationem SS. Patrum Heliæ, & Elisæi Monasticam, Eremiticam, aut Anachoreticam vitam profiterentur?

2.

Creuerat ergo in gentem multam, & magnam Gratiosum Deo, & hominibus delectabile cæleste hoc propositum vitæ, per omnes solitudines illas effusum, Orientis tempore legis gratiæ, à Christo IESV, ita vt præ multitudine Carmelitanus populus vix adnumerari ab vllo valeret: (quod vidimus in præambulationibus ad Paradisum Carmelitici decoris.) Sed quid mirum, si priscis veteris illius sterilis Testamenti temporibus, sub habena quondam Magni Principis sui Heliæ, eiúsque Ducis, Elisæi maximè, & filiorum Prophetarum hæredum eorum proximiorum (quos fuisse Monachos in vetere illo Testamento testatur auctoritas Patrum, vt expresè docuisse visus est Doctor illustrissimus; ille Societatis IESV Sol Franciscus Suarius Tomo 4. de Religione lib. 11. cap. 10. hisce grauissimis verbis: *Est autem valde recepta, & satis antiqua traditio, Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & signatim ab Helia institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem vt veram suscipimus præcipuè, quia septem Summi Pontifices Sixtus IV. Ioan. XXII. Iulius III. Pius V. Greg. XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordinis concessis de professoribus huius sacri Instituti, ita loquuntur: Tanquam Religionis speculum, & exemplar, speciali charitate fulgentes, Sanctorúmque Prophetarum Heliæ, & Elisæi, & aliorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem habitarunt, successionem hæreditariam tenentes*, &c. Hucvsque Suarius, quæ eadem expressis scripsit quoque verbis Doctissimus ex illustrissima eadem IESV Societate Iacobus Salianus, Tomo Annalium suorum ab orbe condito 4. ad annum 3139. variis numeris; sed maximè num. 45.) non modò in ipso Carmelo, sed & in Galgala, Bethel, Hiericho, Iordane, Monte Ephraim, Samaria, aliisque locis Regionum Orientalium mirabiliter auctus, effusus, & dilatatus fuerat Ordo iste Propheticus: Quanto ergo ampliùs credes, sese effudisse, & effusurum adhuc, feruli hoc nouo, & gratiis affluentissimo cælestibus, tempore gratiæ, cui verè promissum, erat sessuram in Carmelo iustitiam? Vnde factum est, vt omnes ferè (id iam alibi dicebamus) non modò Palæstinæ, sed & Ægypti, Monachi Carmelitæ, siue Heliani fuerint propositi legitimi professores.

Notãda pro Carmelitarum antiquitate multa R. P. Francisci Suary verba, vt sileant qui crediderunt tãtum Doctorem nobis aduersarium esse in re antiquitatis Carmelitica Religionis.

Suarius.

Salianus.

3.

At verò si id nunc non sic clarè probatum est, quia generaliùs dictum, ad singularem rei nostræ delineationem accedamus, eorum recensendo nonnullos, grauissimæ notæ assertores, & testes qui Heliam Monachorum Principem omnium, & Antesignanum professi sunt, vt secundum rei rationem ipsam de instituto eosdem egisse iudicetur Carmelitano. Auspicemur iam, & exordium accipiamus ab insigni illo, & Magno in Ægypto Monachorum Duce & Abbate, Antonio dicto. De eo enim S. Athanasius Magnus Alexandrinus Antistes, Catholicæ veritatis propugnator illustrissimus (vt eum Græcorum Menæa vocant, die 17. Ianuarij in vita S. Antonij) in eiusdem vita scribit: *Secum reputasse, ex instituto Magni Prophetæ, & Patris Heliæ debere se exemplum capere, & ad illud speculum se, vitamque suam debere componere.* Auctor vitæ S. Pachomij apud Heribertum Rosvveydium lib. 1. de vita, & verbis Seniorum c. 1. sic: *Erat per id tempus B. Antonij vita cunctis admiranda præclara proposita, qui Magni Heliæ, atque Elisæi, necnon & S. Ioannis Baptistæ æmulator existens secreta interioris eremi studio sectatus est singulari, vitámque cælestem in terris gessit amore virtutis.* Ipse & idem Antonius (S. Hieronymo in vita S. Pauli primi Eremitæ Thebæi referente) sic de Paulo ait: *Vidi Heliam, vidi Ioannem in deserto, & verè vidi Paulum in Paradiso.* Magnus Basilius, homil. in Martyrem, & Eremitam Gordium, memorat, Gordium in vita Eremitica sectatum esse Magni Parentis Heliæ vestigia: & Basilius idem, epist. ad Chilonem, hæc habet: *Hic Mons celeber Carmelus in quo Helias perplacuit Deo, &c. Hic sita est eremus in qua B. Ioannes esitans locustas, formulam pœnitentiæ hominibus perpetuandæ sua prædicatione præscripsit, & euulgauit.* Gregorius Antistes Nazianzenus, oratione funebri in laudem Basilij, affirmat, eum cum Helia, & Ioanne philosophatum in solitudine esse, hoc est Monachi vitam egisse. Nam, vt habetur ex S. Amphilochio, & Historia Tripartita, in Monasterio Heliotarum (sic fuere aliquando dicti, qui nunc Carmelitæ) sacris erant mirabiliter vtrique eruditi Basilius scilicet, & Gregorius, vt primus duriorem illum, Basilius, antiquorum Monachorum ritum ad meliorem formam, magisque Religioni congruentem, iuxta antiquissimum monasticum Heliæ Patris institutum, redigeret. Idem Gregorius Nazianzenus Orat. 1. siue Apologetico post reditum ex fuga hæc habet. Ἠλία [illegible] τὸν Κάρμηλον, καὶ Ἰωάννου τὴν ἔρημον: id est, *Heliæ Carmelum animo agitabam, & Ioannis desertum.* S. Ioannes Chrysostomus hom. 69. in Matthæum, vestium, inter Monachos, vsum ad Heliæ, & Elisæi, & Ioannis Baptistæ exemplum refert. Cassianus Collat. 18. cap. 6 *Vastos eremi recessus penetrare non timeant, ad imitationem scilicet Ioannis Baptistæ, qui in Eremo totâ permansit ætate: Heliæ quoque, & Elisæi.* Sozomenus: *Hanc præclaram viuendi rationem vti quidam memorant, instituit Propheta Helias, & Ioannes Baptista.* Et Hist. Ecclesiasticæ lib. 3. cap. 13. loquens de Monachis quibusdam Ægypti, hæc habet: *ad exemplum Heliæ Tesbitæ, pellibus se induebant.* Idem habet Nicephorus Calixtus lib. 8. cap. 39. de Helia, & Ioanne Baptista solitariam vitam agentibus (præter illa quæ dixerat S. Hieronymus epist. 13. ad Paulinum, & nos alibi notata præstitimus in illis: *Noster Princeps est Helias, noster Elisæus, nostri Duces filij Prophetarum*, &c. in quibus expresè ab Helia, & Elisæo Monasticum delineat institutum.) Agit idem S. Hieronymus in cap. 7. Michææ, & S. Isidorus lib. 2. cap. 15. de Diuin. officiis.

Menæa Græc.

S. Athanas.

Menæo Græc.

Heribertus.

S. Antonius.

S. Hierony.

S. Basil. Mag.

S. Greg. Naz.

S. Amphilog.

Tripar. hist.

Nazian.

S. Chrysost.

Cassianus.

Sozomen.

Nicephor.

4.

Sed luculentissimum præter ista expectes inter vitas Patrum rei nostræ prototypon, testimonium, & exemplar, ibi enim introducens Paphnucius ille nobilissimus Abbas, & Sanctissimus (qui Onuphrium S. sepeliuit, vt habetur in Vitaspatrum, & refertur ab Heri-

S. Hieron.

Heribertus ex Anonymo interprete.

S. Onuphrius Rex & Anachoreta se Heliæ filium profitetur.

berto Rosuveydio de vita, & verbis seniorum lib. 1. Sanctissimum illum primò Regem, & secundò, septuagenarium Anachoretam Onuphrium, sic loquitur cap. 3. & 4. *Quoniam te, frater dilecte, auidâ mente vitæ meæ longas ærumnas scire velle video, repetere me tibi non dubites nas ab exordio. Ego itaque immeritus vocor Onuphrius, & ecce non minus sunt quàm septuaginta anni* (alij habent sexaginta) *quod in hoc deserto laboriosè vixi. Cum feris conuersatus sum crebrius, pro pane comedi iugiter herbarum fructus, in montibus & speluncis, & in vallibus meum reclinaui miserabile corpus. Tot annis neminem nisi te solum aspexi, alimentum à nullo hominum sumpsi. In Monasterio Hermopoli dicto nutritus, in prouincia Thebaida nominata, vbi simul penè centum Monachi degebant*, &c. Et post pauca cap. 4. sic prosequitur: *Profectò vitam Patris nostri Heliæ venerabiles fratres meos audiui frequenter laudare, qui se in eremo in tanta abstinentiâ, & oratione studuit affligere, vt maximam virtutem à Domino meruisset accipere, & igneo curru transuectus, Spiritus sancti dona, quæ habuerat discipulo impartiri, ac adhuc longæuus senio, mortis portam non videre. Insuper ad exemplum B. Ioannem Baptistam protulerunt, qui noui Testamenti serie clarissimus effulsit*, &c. Ex his Græcorum Menologium, & Menæa testimonium simile accipiunt. Et Paulinus Nolanus Tomo 4. aliàs 9 operum S. Hieronymi in Epistola ad Sebastianum Eremitam laudat Onuphrium ipsum, vt strenuum Heliæ, & Elisæi Patrum, filiorúmque Prophetarum æmulatorem. Gregorius Patriarcha Alexandrinus, in vita S. Ioannis Chrysostomi, affirmat Doctorem Sacrum solitum fuisse Monachos hortari, cùm ipse Monachus præesset eis: vt Sanctorum conuersationem piâ æmulatione imitarentur, præcipuè quidem Heliæ, & Elisæi Prophetarum.

Martyr. Ro. Menolog. Græca Menæa & Metaphrastes.

Menolog. Græc. Menæa. S. Paulinus.

Greg. Alex.

5.

S. Hierony.

Cassianus. Nyssenus.

Palladius. Theodoret. Pelusiota.

Missos dare liceat hic ad rem nostram, sæpè à nostris Scriptoribus datos, S. Hieronymum epist. ad Paulinum de forma viuendi, & de institutione Monachi, Ioannem Cassianum lib. 1. de habitu Monachi: Gregorium Nyssenum, Basilij Magni germanum fratrem homil. 7. in Cantic. Palladium in Lausiaca, num. 15 & 56. Theodoretum in Sanctorum historia sect. 4. Isidorum Pelusiotam, epistola 498. Theodorum Studitam, oratione funebri in S. Platonem, & alios plures, ne in re præsentissima multis, de qua latè alibi relinquimus multa dictata, in initio scilicet nostri Paradisi nimium, lectori fastidiosi facti, demoremur. Hi ergo pariter hæc in re nostra bellè dixêre dum eximiè celebrant Heliam, Elisæum, & Prophetarum filios, vt Monachorum omnium strenuos Principes, scribúntque formam fuisse eis sæculo suo, & vitæ equidem Monasticæ, aut Eremiticæ siue Anachoriticæ prototypon egregium. Quid namque aliud hi Patres, & Doctores ingenui, nisi Præceptoris, & Ducis Heliæ vestigiis inhæsisse Monachos omnes fatentur, & scribunt? penéque omnes sterilis sæculi illius Ascetas, & Eremitas Heliadum fuisse propositum vitæ sequutos, & professos? Attamen audi bellè ad rem Nyssenum lib. de Virginitate describentem, cap. 6. Heliæ, & Baptistæ Ioannis Monasticæ viæ institutum: *Hæc porrò non sine causa, sed vt est apud Apostolum, quæcumque scripta sunt ad nostram sanè doctrinam scripta sunt, nempè vt ad illorum vitæ institutum nos item* (supple ibi, *Monachi*, Lector) *vitam nostram dirigamus. Ergo quid ex ijs documentis percipimus? Id sanè vt proposito sanctorum virorum illorum exemplo, ijs rebus quæ ad hanc vitam pertinent animum nec adijciatis, qui se cum Deo iunctum esse studet*, &c. In quibus suasisse Nyssenus visus est, omnes Monachos debere mores suos ad exemplum componere Heliæ omnium Monachorum Principis: vt appareat in his, & aliis Nyssenum, aliósque antiquos Scriptores propositi Monastici secundum rectam rei rationem apertè satis esse loquutos.

Greg. Nyss.

1. Cor. 10. n. 11.

6.

Quod si dixeris, iuxta horum Patrum assertiones non modo Heliam Prophetam Magnum Dei in veteri Testamento, sed & in nouo Baptistam Præcursorem Christi fuisse imitatos Ascetas. Quid aliud, quod gratius auribus nostris sit, percipere nos Carmelitæ poterimus? Etenim ex hoc nobis nouum aliud decus exurgit, & Ordinis nostri is decor eximius est. Est planè id quod toto suo nisu Ioannes noster Hierosolymitanus Patriarcha XL. V. c. 29. sui libri contendit: Ioannem ad integrum probás verum fuisse imitatorem Heliæ: ab ipsóque Prophetarum filios, hoc est, Carmelitas primitiuos gratiæ legis Heliæ Patris germanos successores, & hæredes baptizatos fuisse, & ad Christi fidem suscipiendam mirabiliter instructos. Et quidem S. Gregorius Nyssenus oratione de S. Baptista & alibi probat vnum vtriusque Heliæ, & Ioannis, qui in spiritu venit, & virtute Heliæ, institutum fuisse. Is decor est, & gloria Carmelitarum insignis, de quo Euangelista Virgineus Isaias vaticinatus dicens, *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron*, &c. Sed generaliùs de his multis egit capitibus Chorarcha Hierosolymitanus XLIV. sæpè videndus à nobis.

Ioan. 44.

Nyssenus.

Isai. c. 35. v. 2.

7.

Vlterius si institeris in his: Vnus si omnium eorum Monachorum, & incolarum Carmeli fuit Ordo, & vitæ propositum, quînam fiet, quod non sint Carmelitæ vnâ omnes illustrati nomenclatura? At obiectioni huic ad manum esse poterit ista solutio: nec mirum, videlicet, neque nouum cuique esse debere, si priscis sæculis illis, in quibus plura, eáque indistincta erant; & vt sic dixerimus, quodammodo incomposita, multi, quanquàm Carmelæis in Castris sub vno Duce Magno Helia militantes, non tamen ab vno primæuæ originis loco Carmelo Monte Carmelitæ fuerint nuncupati. Intuere, & mentis aciem reuertere tuam, nouissima ad sæcula illa Magni Patris Monachorum illustrium Occidentis, & inter nobilissima spiritualia multa tanti strenuissimi Ducis agmina Monachorum Cælestia, videbis alios Cassinenses, à Monte Cassino suæ latissimæ Religionis perenni, & limpido fonte, vocatos: alios Camaldulenses: Cluniacenses alios: rursúsque varia tot in nomina tantum Ordinem subdiuisum, vt alij Affligenenses, Marchianenses, Aquicinctini, &c. nuncupati videantur: & alij, à Sanctis ipsis Reformatoribus suis, appellatione deducta, Vedastini, Amandini, S. Petri aut S. Bertini, vt multos alios omittamus, dicti sint; qua non obstante

diuersâ

diuersa nomenclatura cognominationúmque variarum appellatione, vnius sunt tamen instituti **Benedictini nobilissimi**, ab strenuissimo Principe suo S. Benedicto vocati.

8. His adiuce nullam fuisse apud scriptores illos insignes, ab Eminentissimo Cæsare Baronio citatos, consuetudinem, siue morem, vt Monachos à nomine locorum, aut Sanctorum particularium appellarent. Sed vt firmiorem illis fidem exhibeas adhibeas, si muat, differentem optimè rem istam nobilem Thomam Bosium lib. 1. de signis Ecclesiæ cap. 8. Sed en Bosiij verba perspicua: *Quamuis, ait, ante plurimi sequerentur instituta Antonij, Hieronymi, Benedicti, Basilij, Augustini, non videas tamen Monachos vllos ferè ab scriptoribus nominari à nomine illorum. His temporibus* Sanctorum scilicet Francisci, & Dominici, *cœperunt distingui familiæ, quasi membra vnius corporis ab vno principio contenta, & gubernata. Prius vniuersi Monachi communi nomine nuncupabantur, mox ad gloriam suorum Sanctorum voluit Deus esse membra distincta, vtróque inter se spiritu fidei, & charitatis cohærentia, diuersis tamen cognominibus separata.* Bosius hucvsque. Cuius nos vestigiis inhærentes id quod ipse de nomine Sanctorum dictitauit, potius ad locorum particularium nomina reuocamus.

(Margin: Bosius.)

9. Breuibus cuncta præasserta cingamus. Quamquam Carmelitici instituti prisci professores, siue Monasticæ, Eremiticæ, & Anachoriticæ disciplinæ (quarum fuit omnium institutor, & fons Originalis Magnus Helias) sectatores, qui Palæstinâ, Syriam, Ægyptum, alia vel Orientis loca incoluêre, fors, non se Carmelitas cognominassent; sed immò aliis sese nominibus discreuissent, vt Synaitarum, Thaboritarum, aut aliorum; tamen id certè sine vllo incolarum Monachorum Carmeli præiudicio facere potuerunt, dum fatebantur apertè se omnes vnam, eandémque Principis propositi sui disciplinam imitari. *Locus enim* (dicebat Basilius ille Magnus homil 43. in Genesim) *virtute nos non facit præditos, sed mens, & mores.* In quam eandem sententiam deuenit, de veste Clericorum agens, Cælestinus II. epist. 2. ad Episc. Galliæ dicens: *Discernendi à plebe, vel ceteris sumus doctrinâ, non veste; conuersatione, non habitu; mentis puritate, non cultu.* Et bellè quidem quia nec locus disiungere poterit, neque vestis, quos amor Christi congregauit in vnum. Patentibus id vnum comprehenditur quarti, vel quinti sæculi scripturis: etenim seduli eorum scriptores, nullum Monachorum appellasse Sinaitam, Charitam, aut alio quopiam deducto nomine à loco vsque dum Ioannes Patriarcha, forsan à Sacris litteris appellationem istam transposuit, Carmelitas Heliæ Patris filios agnominans: cuius appellationis rationem exhibens idem cap. 17. Caprasio sciscitanti: *quare potius Heliæ filij Carmelitæ quam Charitæ fuerint vocati*, cùm constet in Carith initia prima Religioni, à se institutæ, Heliam dedisse: in hæc verba prorumpit inter alia digna videri: *Deus autem non iussit quod Helias inchoaret hanc conuersationem Monasticam, in Carith, vt illic eam plantaret, hoc est, vt diuturnam mansionem ipse, vel eiusdem discipuli in loco illo facerent: quoniam locus ille erat ineptus habitationi Monastica propter carentiam aquæ*, &c. Et post ea pergit sic: *Quamobrem, cùm tunc in Carith vel alibi iugiter non manserint: non potuerunt à Carith dici Carithæ, neque ab alio loco denominari congruè, quoniam propter persequutionem quam patiebantur, nullius loci fuerunt tunc incolæ, quæ teste Apostolo compellebantur hinc, & inde vagari, ac fugere.* Hæc Ioannes, & alia eodem capite ad rem videnda. Qui capite 10. rationem reddens cur Heliæ Discipuli primitùs fuerint appellati Prophetæ, ait; eo quod eos prophetare docuisset: *Id est, ad laudem Dei Cantica, Hymnos, & Psalmos cum instrumentis musicis cantare.* Et paulò inferius, capite eodem: *Propterea appellati sunt Prophetæ (id est psallentes) & horum vita dicta est Prophetica, id est ad Psalmos cum instrumentis Musicis Domino canendos dedicata.* Post hæc autem cur filij Prophetarum vocati fuerint, renunciat vndecimo capite hisce verbis: *Et propterea in Monachi qui prius (vt prædixi) vocabantur Prophetæ, fuerunt postmodum appellati filij Prophetarum: quia dictorum excellentium Prophetarum huius Religionis erant discipuli, & in Prophetica, ac in Monastica disciplina sub regimine ipsorum tanquam Patrum suorum Prophetarum. Et suo hoc titulo quo dicebantur filij Prophetarum, fit sæpe in libro Regnorum de ijs Monachis mentio.* Hæc Ioannes.

(Margin: S. Basilius. — Cælestin. II. — Io. Patriarc. — Io. 44. Patr. — Io. Patr. 44.)

10. Deinde sciendum alios ex iis non fuisse dictos, ab scriptoribus antiquis, Carmelitas, eo quod in ipso Carmelo non habitarent, verumtamen non negarunt, obscuriùs vt eos Carmelitas adnominarent, aut à Carmelo descendisse, aut Cunei alicuius fuisse Carmelitani, sub aliis tamen nominibus, dissiti à Carmelo Monte, militantes, qui omnes primordia sua Carmelo concessère libenter omni suo iure, tanquam qui ab eo quasi primo initiali suæ originis fonte Monastico, Eremitico, aut Anachoritico lineam suam deduxissent. Qua ratione Iosephus Antiochenus grauissimus auctor, qui floruit, iuxta Posseuinum, Apparatus sacri tomo 2. annis Christi Iesv 130. & alij plures loquuti sunt.

(Margin: Ioseph. Antioch. in spec. perfect. militiæ primitiuæ Ecclesiæ c. 12.)

11. Sed nouis auctoribus præfata constabiliamus decidentes: num ij Prophetæ, aut Prophetarum filij dicti, siue Carmelitæ, aliis recensiti nominibus reperiantur. Stat in primis S. Ambrosius, sub nomine Discipulorum Heliæ Patris, more Patriarchæ Ioannis, patres nostros agnominans. Etenim lib. 10. epist. 82. ad Vercellenses, vbi cùm de Helia Duce filiorum Prophetarum plura, eáque vetustis temporibus acta peregisset, ad discipulos Maximi Vatis, suo adhuc Ambrosij tempore superstites, sermonem dirigens, sic eos elogizat: *Sed satis de Magistro dictum puto, nunc ad discipulorum vitam persequamur, quia in illam se laudem induerunt, hymnis dies, ac noctes personant. Hæc nempe Angelorum militia est semper esse in Dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atque exorare Dominum student, lectione vel precibus continuis mentem occupant, separati à cœtu mulierum, sibi ipsi inuicem tutam præbent custodiam. Qualis hæc vita in qua nihil sit quod timeas, & quid imiteris plurimum adsit: ieiunij labor compensatur mentis placiditate, leuatur vsu, sustentatur otio aut fallitur negotio, non atteratur mundi sollicitudine, non occupatur alienis*

(Margin: S. Ambros.)

molestijs; non vrgetur vrbanis discursibus. Hæc de filiis Heliæ, vt mens fuit Waltelij, S. Ambrosius scribens ad Vercellenses. Quibus sane demonstratur aperte loqui Doctorem Sanctum & sublimia illa profecto de filiis Heliæ suo tempore vigentibus adhuc, & incorruptam Prophetiæ, seu Monasticæ disciplinæ [illegible] ab eximio Dei Vate, inspirante Deo, successionem, & hæreditatum legitimè ius.

12.

Sic etiam Ruffinus Presbyter Aquilegiensis, qui illo in sæculo tertio S. Hieronymi Synchronos, & quondam multa cum eo coniunctus [illegible] necessitudine dilectionis. Historiæ [illegible] Ecclesiast. lib. 1. capite 5. de S. Episcopo [illegible] Spiridione verba communicans asserit [illegible] fuisse ex Ordine Prophetarum: *Ex eorum, ait, numero (& si quid adhuc eminentius) fuisse etiam dicitur Spiridion Cyprius* [illegible] *de Ordine Prophetarum.* Quis [illegible] Ordo ille Prophetarum erat, non Monasticus ab Helia Principe eius sacro filo [illegible], & ab Elisæo eius discipulo, & post eum ab Essenis successoribus inuiolabiliter propagatus, nemo qui non velit ambigere ignorat. Is ergo monasticus Ordo siue Propheticus, [illegible] Monastica dictus est: vt videre est apud S. Hieronymum [illegible] Machaæ, & S. Ambrosium Officiorum lib. 1. cap. 30. Et tunc Ruffinus [illegible] Ordinis nomen in eo ipso sensu quo nunc communiter accipitur, accepit: sic est antiquum Monastici Ordinis nomen. Quod vt clarius luce monstretur, accipe Theodoretum Historiæ Religiosæ lectione 25. & Ecclesiasticæ historiæ lib. 1. cap. 19. Sozomenum libro 7. hist. cap. 28. &c, vt ad Apostolorum tempora, & sæculum ascendamus, Areopagitam Dionysium, lib. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, part. 1. cap. 6. Monachismum Ordinem Monasticum [illegible]. Hinc Vsuardus in Martyrologio suo ad [illegible] Kalendas Iunias Ruffini verba [illegible] historiæ [illegible]: *Apud Cyprum Natalis S. Spiridionis Episcopi, qui [illegible] Maximianus dextro oculo effosso, & sinistro poplite succiso ad metalla damnauerat: quique cum Propheticam duceret vitam, etiam [illegible] gloria inclytus fuit.* Ante eum sic scripserat Beda, Venerabile lumen [illegible], & antiquiora quæ extant Romana, aut Græca Martyrologia. Quo fit, vt certò constet, Ruffinum non modò dicere voluisse Spiridionem esse spiritu Prophetico clarum, (namque si id solum intendisset non carmentalibus, & iam planè obliteratis, & inusitatis verbis fuisset eloquutus, sed pinguiori egisse Mineruâ, & dilucidius, vt historici est, asseruisset quod S. Spiridionem Deus spiritu Prophetico illustrarat, aut breuius, quod Propheta erat, vt sic de Ioanne Thebaidita lib. 2. cap. 19. fuerat loquutus) sed quod fuerat professor Ordinis Monastici Heliæ, qui quondam Ordo fuerat communiter Propheticus, vt vidimus, [illegible] appellatus. Et imò diximus, quod illud à mente Ruffini satis dissonum erit, vtpote qui loco citato de Ioanne illo, & Constantino [illegible] verba demittens [illegible] Deum Constantinum fecisse, *vt ipse in Thebaidos partibus Monachum quendam Ioannem nomine spiritu Prophetico repleuerit.* Cumque vnius tantummodo Prophetæ, sub Constantini meminerit Imperio, non sine fundamento diximus quod incognitus prorsus fuerit Ruffino Spiridionis spiritus prophetandi: aliter enim qui [illegible] merita expendere Constantini Imperatoris, data opera, si sensisset plures eo tempore fuisse Prophetas non eos silentio compressisset: & multò minùs spiritum propheticum Sacri vnius Concilij Patris, cuius res gestas cum laude describit, adnotans plures vitæ [illegible] sub Imperio Constantini ipsum gloriose [illegible].

13.

Porrò non leuiter, aut incongruè suspicari volumus Ruffinum Aquilegiensem [illegible] (cui familiarissimus erat Ioannes dum librum *de institutione Monachorum*, &c. scribebat, vt innuere videtur S. Epiphanius, in epist. ad Ioannem, id quod idem ex verbis S. Hieronymi in epist. ad Theophilum [illegible] potest, præter [illegible] eadem colligitur familiaritas Ioannis cum Ruffino ex prœmio eiusdem in Apologia Pamphili pro Origene, & omnium [illegible] ex epistola Anastasij Summi Romani Pontificis ad ipsum Ioannem, de qua Baronius Tomo Annalium 5. ad annum 402. num. 16. 27. & sequentibus, quæ habetur Tomo 1. epist. Rom. Pont. & inter opera S. Hieronymi Tomo 9. & nos suprà Tract. 1. Disc. 3. cap. 3. num. 5.) illam Ordinis Prophetarum appellationem ex Ioannis Hierosolymitani XLIV. Patriarchæ libro faciliter hausisse, cùm totus in eo existat egregius Antistes, vt probet, sui temporis Carmelæum Monachismum, à Prophetis Helia, & Elisæo, & Prophetarum filiis (quorum pars potior prophetico etiam clara spiritu relucebat) originem traxisse: At ne mutuam illam Ioannis amicitiam cum Ruffino lateris, & Ioannis veteris viro, scias oportet, Ruffinum magnam præ se tulisse virtutis speciem, adeo vt omnium laudes in se vno promeruerit: pro quo videas, si placet, epistolam gratulatoriam D. Hieronymi ad Ruffinum, quæ est numero 66. inter sacri Doctoris Epistolas, de qua Baronius Tomo Annal. 5. ad ann. CCCXCIX. sub num. 34. & epistolam S. Augustini pro pace Ruffini & epistolam 9. quæ est ad Seuerum, S. Paulini Nolensis, in ea enim Ruffinum Presbyterum vocat *S. Melaniæ spiritualis vitæ Comitem, verè sanctum, & piè doctum, & ob hoc sibi pia affectione coniunctum,* vt testis est Baronius Tomo Annal. 5. ad ann. CCCXCVII. vbi per plura capita legendus. Videas quoque Palladium in Lausiaca cap. 33. apud Lippomanum Tomo 3. Ex delibatis ergo hic seriò, luce clarius innotescit Carmelitanam Religionem sæculis quarto, & quinto, inuiolabili duratione perstitisse, quantumuis ratione temporis id petente, ab externis ætatum earum elapsarum scriptoribus Carmelitano nomine haud inueniatur communiter insignita; sed tamen secundum rectam rei rationem ipsam, constat, plures antiquos scriptores de instituto Heliadum Carmelitano peregisse.

Margin notes: S. Epiphan. S. Hieron. Baronius. S. Hieron. Baronius. S. August. S. Paulinus. Baronius. Palladius. Lippoman. S. Hieron. S. Ambros. Theodoret. Vsuardus. Beda. Ruffinus.

Cap. XIII.

Amplius in illa Baronij verba: Vel quæ apud huius temporis scriptores mentio fit de culto Carmelo à vitæ Monasticæ professoribus? *&c. protrahimus discussionem: scriptores quarti & quinti sæculi vix meminisse de Cœnobijs, & antiquos sæpissimè Monasteriorum loca non nominasse, decidentes.*

1. La-Bigne. VRsit nos tandem Margarinus de La-Bigne, suo supra loco citatus, ex illis Eminentissimi Cardinalis Cæsaris Baronij verbis, Tomo Annalium suorum 6 ad annum 444 num. 17. Edit. om. Moguntinæ ann. 1601. *Vel quæ apud huius temporis scriptores mentio de culto Carmelo à vitæ Monasticæ professoribus? Etenim apud S. Hieronymum, Palladium, Euagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum, & alios sæculi huius scriptores frequens mentio fit de Monachis in Palæstina degentibus: nusquam penitus apud eos de Monachis Carmelitis. Facessat igitur*, &c. (Baronius.)

2. Mirum equidem, sine dubio, videbitur, & magnum omni lustranti hanc amplissimi Baronij designationem, quod vt suam conficeret argumentationem re in ista adduxisset mutos (sic liceat nunc nobis loqui) illos pro se testes S. videlicet Hieronymum, Palladium, & alios, cùm planum sit omni eos legere volenti, vix simul omnes vniuersam Palæstinam elegantibus calamis, & pennis suis peruolantes, vel quinque distinctorum Cœnobiorum meminisse. Etenim eos tantum describere assumpsère Anachoretas, qui magno temporibus illis habebantur in pretio, & quorum clarissima vox, & nobile nomen omnium peruaserat aures, & ora: tum quoque Sanctissimos nonnullos Abbates, siue Priores qui à Græcis ἀρχιμανδρῖται Archimandritæ vocabantur, iique qui à Cœnobiis semoti in propinquam quampiam eremum solitariam vitam agebant.

3. Respice S. Hieronymi clarissimas lucubrationes, & peruigilia eruditionis suæ sacra, & adinuenies Doctorem diuinum frequentem tantummodo Bethleemitici sui Cœnobij fecisse mentionem. Vide Cassianum, qui libro 4. de Institutis renunciantium, memor est solùm Bethleemitici eiusdē Monasterij, in quo ipse felicem vitam peregerat: *Non longè, vt ipse loquitur, ab spelæo in quo IESVS Christus nasci dignatus est.* (Cassianus.) At quid mirum, si quemque ducat amor in id quod ipse sibi selegit habitaculum, mansionem, & quasi patriam? *Nullus locus est domesticâ sede iucundior*, dicebat Romanæ illæ Princeps Cicero eloquentiæ, ad Quint. post reditum, & 4. in Catilin. (Cicero.) Et Ouidius lib. 1. de Ponto ad Rufinum: (Ouidius.)

Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.
Cùm bene sint clausæ caueâ Pandione natæ
Nititur in syluas quæque redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.
Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor,
Vt volucri vacuo quidquid in orbe patet.

Nihil igitur nouum, quod vterque illi Patres Hieronymus, & Cassianus Bethleemiticum locum istum, quem sibi pro habitaculo, mansione, & quasi patriâ elegerunt silentio non prætermisissent, dum sese illis facilis de eo loquendi offerebit occasio. Idem Cassianus meminit item col. 6. Eremitarum quorundam, ne Cœnobitas eos vocemus, qui in quadam solitudine Palæstinæ, sese à vico Techue extendente, vsque ad Arabiam, & mare mortuum, habitarunt. (Cassianus.) Palladium verò, Euagrium, & Theodoretum, quos suis nominibus aduocat pro se amplissimus Cardinalis Baronius, necdum Cœnobij vnius terræ Sanctæ mentionem inde comperimus. Vt quid ergo sic ingenuo scriptori in mentem venit eos adducere in testes, qui nec mira sanè, nec multa, imò paucissima de diuersis terræ Sanctæ Cœnobiis, scriptis suis tradiderunt, imò verò nec saltem vel de vno Cœnobiali habitaculo recordati fuere, vti saltem tecerunt duo illi priores Hieronymus, & Cassianus.

4. Quid ergo putentne actum egisse isthinc aduersarij in re, cum tam parum præstant ij, quos nominatim testes adducunt expressos dum sic breuiter de vita monasticа scribunt? Absit, absit. Quid (edifficeant nobis) præstabunt illi, quorum nomina Eminentissimus Baronius sub silentij velo contecta præteriuit? Malè rem scriptor tantus discussisse videtur, dum ij, qui specialiter ab eo suis sunt nominibus designati plus adhuc præstiterint, quam ipse sibi credidit, vt ex illis patet verbis apertè: *nusquam penitus apud eos de Monachis Carmelitis*: vel è prioribus illis: *vel quæ apud huius temporis scriptores mentio de culto Carmelo à vita Monastica professoribus?* (Baronius.) Etenim, ex citatis scriptoribus, habemus duo ferè Cœnobia; ferè dicimus, quia vnum verius est; ast ex non citatis en tibi tria ab eis designata vnum in Monte Oliueti, apud Hierosolymam, alterum, & tertium in Geraris. (Vrbaal Hebræis dicta, quæ est Metropolis Palæstinæ, & cuius est apud S. Hieronymum crebra mentio, vt tradit Christianus Adrichomius in Tribu Simeon num. 47.) de quibus latiùs infrà dicemus. (Adricom.)

5. Terruisset penè nos illustrissimus Baronius cùm pariter Carmelum Montem desertum facere omninò, & niteretur antiqua Carmelitici Ordinis fundaméta & ædificia omnino abscondere, vel æquare solo secum, & pro se tā belligerosos viros, strenuos quidem, adducens vt erant S. Hieronymus, Palladius, Euagrius, vnius omnes sæculi Scriptores: & alterius Theodoretus, & Cassianus, queis non designatos Ruffinum, Socratem, Sozomenum, & tandem Tripartitam adiice historiam. Sed enimuerò cum vniuersos istos diuersorum sæculorum scriptores ad arctam trutinam reuocauimus, animi nostri rescidimus commotionem, inuenientes, non nisi quinque ad summum dari ab eis Cœnobia,

videlicet

videlicet à S. Hieronymo & Cassiano, Bethleemiticum, Montem Oliueti, & Hierosolymam, à Ruffino, Geraram, à Sozomeno, cæterisque non sic mirabilem frequentemque eorum memoriam præstitisse. inter eos ergo Ioannes noster Hierosolymitanus S. Hieronymi, Cassiani, & Ruffini in morem, suum quoque protulit Carmelæum Cœnobium, ne cæteris hac in re inferiore cen seretur. Certe ista sic breuiter delibata, nostro sensu, sufficiant vt desumpto à Baronio argumento, nihil Margarinus, siue alii, quisque sit, in nos proficere possint.

6. Quod si quis dubius forsan hærens in dictis hic à nobis, se falso nos crimine Baronium omnigenâ Ecclesiasticâ historia disertum, & versatissimum auctorem coarguisse forsitan excogitauerit, consulere famæ Baronij, memoratos consulat auctores, eorumque sedulus scripta perlustret, vt quantocyùs videat, quantopere nostro nos animo imperauerimus, ne leuite satisfacientes pro illata nobis in suo asserto iniuria, cum lacessiti non leuiter, ad summora rationis, & argumentationis veridicæ omnino munita arma, calamos, & manum admouerimus ita vt à nonnullis etiam cordatæ mentis, & sensus viris reprehensi simus in hoc. Dicta sed tandem stabiliat clarus auctor Matthæus Galienus, qui (Galienus.) epistola nuncupatoria operis sui Monastici, sequenti nobis, & posteris aptissima rei nostræ constabiliendæ verba reliquit. *Scriptores* ait, *veteres vel obiter tantum instituti huius* (Cœnobitici subaudias candide lector) *vel certè solius Eremiticæ professionis meminerunt.* At cur id non sit mirum? Sed tamen id eos fecisse certò credimus hac sola ratione subnixos; quod videlicet ad posteros ipsi eos tantum transmittere decreuerant, quorum peruulgata vox, & famigeratissimum nomen suo illo tempore inter solitarios præstantissimè inoleuerat, & dissipatum erat: vt erant strenui Anachoritæ, quorum vitæ conuersatio omnem humanæ vitæ conditionem superare videbatur. De Cœnobitica verò vita non placuit illis vltra contexere, tum ob ingentem sectatorum eius classem cuius tantus, & talis numerus erat, vt præ multitudine vix ab vllo hominum supputari posset, tum item, eo quod perpenderent eam esse vulgatiorem, & minoris habendam, quasi ea, quæ gradus tantummodo esset, & dispositio pulcherrima ad Anachoresim. Hæc, faxit Deus, pro prima capitis parte dicta sufficiant, vt totam argumentationis vim à Baronio desumptam, verbis nostris strenuè strauisse videantur.

7. Nunc iam ad secundam capitis partem accedamus, quæ scriptores quarti, & quinti sæculi vix meminisse de Cœnobiis, & sæpissimè Monasteriorum loca non nominasse commonstrare contendet. Pro hac ergo parte secunda ad amussim nobis perscrutandi videntur singuli signatorum sæculorum historiographi, & scriptores alij à Baronio dati Tomo 6. Annalium ad ann. 444. num. 17. (Baronius.) Anne, aut quid de Palæstinæ Monachis sacræ posteritati consignarint? aut quæ sub silentij velo contexerint? Et in primis hac in re attendere te volumus candidum lectorem, quod dum laboriosâ inuestigatione Palæstinæ rem omnem membratim discuteremus hoc vnum inuenisse nos credas, quod scriptores illi, qui de Palæstinæ Monachis sacro aliquid scripsêre non nisi in regiones, & propria nomina maximè Palæstinæ Monachos, & Ascetas diuiserint, & designarint, vt sic certò Carmelitas Palæstinæ, cum Phœniciæ Monachis incluserint. Itaque planum est, quod auctores a Baronio dati, & cæteri ab eodem subindicati, qui frequentem dicuntur de Monachis Palæstinæ mentionem egisse, non fuerint memores designare peculiaria loca Anachoretarum, seu Cœnobitarum; sed vt tempora potiùs, & regiones obseruarent, quibus Monachi, vera orbis, & Ecclesiæ Christi lumina, per fidem, spem, & charitatem Christo connexa, Æthereo Carmeli vertice quasi intra sydera commorabantur.

8. At hisce designatis ad singulatim alios expendendos deueniamus auctores, eos inquam, quos pro argumentulo suo auctoritate negatiuâ, non negante confectô, vt Dialectici loquuntur, Illustrissimus Baronius (Baronius.) aperta voce produxit, scilicet *S. Hieronymum, Palladium, Euagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum*, & dum suppressis nominibus subindicare vellet alios, sic addidit: *& alios sæculi huius scriptores*, in quibus cum frequens reperiatur de Monachis in Palæstina degentibus mentio facta, nusquam tamen (affirmat) apud eos inuenitur facta de Carmelitis mentio vlla.

9. A Diuo ergo Hieronymo, & Cassiano cohortis Baronianæ Ducibus primis probationem, & discussionem nostram auspicemur. Quis non admiretur quod eos in medium aduocauerit Baronius, quasi qui mira Palæstinæ loca vel obseruauerint, vel describere assumpserint? Rubor est tale sibi proposuisse Baronium egregiè sapientem. Etenim S. Hieronymus quanquam in vita S. Hilarionis affirmet visi Patris exemplo per totam Palæstinam innumerabilia fuisse Monasteria constructa, & erecta, in quibus floruêre ouantium Monachorum sacra germina multa verum ex omnibus illis, nedum vnum leges recensitum in specie Cœnobium, vnum si dempseris alibi ipsius Hilarionis Eremitorium adnumeratum, siquidem id inter particularia Eremitoria descripta siue Cœnobia designata iure aliquo solum indicari aut connumerari potest: etenimverò cum ad describendum illud S. Hieronymus appropiat, non tam in eius designanda solitudine sistit, quàm vt variis, iisque incertis locis sæpiùs S. Hilarionem delituisse commoneat.

10. Pro Cassiano quoque dictum est suprà, cap. isto numero 2. nullum eum Monasticum locum in vniuersa Palæstina descripsisse, præter Bethlehemæum illud Cœnobium, vt mirum sanè sit quod tantus vir nobilisque scriptor Baronius, hos duos Patres, & diuinos scriptores obtruserit nobis, velut ij, qui mira, & singularia de Monasteriorum Palæstinæ pertractauerant, aut enarrarent: cùm hoc pro certo teneri possit, quod si vtriusque Patris scripta solers lector fuerit perscrutatus cum notitia Prouinciarum Orientis, vnum tantum te inuenturum

Bethlehe

Bethlehemiticum Monasticum locum firmissime tibi persuadeas.

11. Palladius. Latinis iam discussis ad Græcos à Baronio ipso allegatos auctores deueniamus est opus, itemque primum tibi locum inter eos vendicaturus Palladius Helenopoleos in Cappadocia Episcopus, cuius vniuersa ferè historia, vt erit facile volenti videre, apud Thebaidæ, Nitriæ, & Ægypti Monachos diuersatur: de paucis tamen Palæstinis nonnulla pertractat: Horum vero particularia loca non sic frequentius scribit: sed rei, & mentis suæ rationem reddere non est oblitus, in verbis finalibus cuiusdam epistolæ ad Lausum Præpositum, (cui post diuinum auxilium demandata est custodia diuinitus afflati, & religiosi Imperij, vt loquitur ipse Palladius) En Palladij verba, vt ab Heriberto Rosvveydio libro octauo de vita, & verbis Seniorum referuntur: *Incipiens itaque tibi narrare vitam sanctorum Patrum, neque eos qui sunt in vrbibus, vel vicis, vel speluncis, vel solitudinibus tibi ignoti, prætermittam oratione, adiiciens eos etiam qui sunt in Cœnobiis: neque enim locus quæritur, in quo se rectè, & ex virtute gesserunt, sed modus rectæ eorum institutionis, per quam, Christi auxilio, vitam egerunt Euangelicam.* Hæc Palladius, qui præ aliis Palæstinæ loca obscurare videtur. Etenim capite septuagesimo septimo, in quo vitam Possidonij Thebani describit, vno cum eo in Bethlehem Monasterio gloriatur se anno esse diuersatum: *Vixi (ait) enim cum eo vno anno in Bethlehem*, &c. Et amplius infra, Bethlehem memorans iterum addit: *Hoc autem miraculum fecit B. Poss. domus in Bethlehem*, &c. Capite 105. in quo vitam dictitat Abbatis Innocentij, sic incipit, vt memoret Montis Olueti Monasterium: *De Beato Innocentio Presbytero Oliueti*, &c. Et infrà: *Nam nunc quoque est in Monte Oliuarum.* Cap 106. in quo Elpidij Abbatis Cappadocis vitam pertractat, & simul cap. 108. in quo Eustathij Abbatis delineat vitam, speluncas recenset Amorthæorum, *quæ sunt in Jericho, quas olim construxerant fugientes Jesu Naue:* Capite 110. in quo Gadianæ Abbatis: cap. 111. in quo Abbatis Heliæ: & capite 112. in quo de Sabbatio, de Monachis scribit, qui in Iordane demorabantur. Et si præter hæc assignata de loco aliquo in Palæstina sito mentionem tradit, is erit obscurior, & ignotior sanè, vt non sic facilè, vel à Doctis, valeat discerni. Et adhuc attendas oportet, hic à Palladio non adnotari Cœnobia, sed tantùm casas Anachoretarum. Et gratis demus loca ista tamquam particularia ab auctore fuisse designata; certe notum est Iordanem locum particularem non esse, nam vt scribit Adrichomius, in Tribu Nephtalim, numero 59 *Vniuersa eius longitudo, quæ ab ortu suo sub monte Libano vsque ad desertum Pharan se extendit, centum circiter milliaria conficit*: & Bethlehem sumitur ibi, vt & in aliis similiter pro Bethlehemitico iure [illegible] quod satis apertè designare potest Adrichomius [illegible] à Paulo illo nomine, Deo dilecto [illegible] ratione præclaro, Montis scilicet Vagi- [illegible] [illegible] loco [illegible]

Herib. Rosv.

Adrichom. ibi de Iordane viculus.

designata, scilicet Montis Oliuarum, Anachoresis, & speluncarum aliarum sedes. Hæc adduximus vt videas quà serio resistas exploraueritis.

12. Euagrius. Iam discutiendus accedat Euagrius, quem quorsum cohorti suæ adscripserit Baronius, haud scimus; Etenim etsi is, ex instituto, varias edisserat Monachorum Palæstinorum disciplinas, quas iteratis laudibus adnumerat, nec loci vnius singularis in tota sua historia recordatur, præter quam quod lib. 5. c. 33. Monachi Palæstini suis litteris memorias contexant de Monachis Hierosolymitanis, siue in vrbis Solymæ continuo degentibus: at at credemus ipsum cogitasse alterum illum Euagrium Ponticum Hyperboritam, de quo fertur scripsisse de vitis SS. Monachorum, sed certè in hoc, nobis nihil oppositum offert; namque iste, vt testis est D. Hieronymus auctor est, cuius plurima sunt fictitia, & ementita deprehensa: etenim epistola ad Ctesiphontem, hæc S. Hieronymus habet: *Librum quoque scripsit quasi de Monachis, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuisse scribit, Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est*, &c. At quisquis libri eius de vitis Patrum auctor sit siue Rufinus, siue Magister eius Euagrius, nihil ab eo aduersum sententiam nostram statuitur, vel de mentis nostræ auctoritate detrahitur. Quod mendax auctor, in nos veritatis studiosos, & quibus totus animus est, vt non auferat de ore nostro *Deus: verbum veritatis vsquequaque.* Præterea in tribus libri istius, siue Euagrij siue Rufini, nisi nos non studia fallant, describi in eo designat Partes Ægypti, Scythiæ, Thebaidæ, & Mesopotamiæ, & has regiones quæ ad Palæstinam pertinere magis dignoscuntur: ergo nihil aduersus nos, cum adducto auctore Euagrio, præstat Baronius.

S. Hieron.

Ps. 118. v. 43.

13. Nunc Theodoretus expendendus adsistat, de quo id vnu firmatum, & certum habemus, quod in vniuersa sua sacratiore Ecclesiastica historia, nec vnius Monachi, aut loci Palæstinæ singulariter assignati recordetur: ergo iure excutiendus est iste, cum Euagrio à numero eorum, quos nobis tanquam idoneos testes Baronius opposuit.

14. Baronius. De Cyrillo Monacho qui inter singulatim nomine designatos cohortè terminat Baronianam sequentia dent gnamus, obscurú equidem vt ipse Baronius annotauit tom 6. Annal. ann. 511 sub n. 22. & incognitum fuisse scriptorē & auctore (licet insignem virū aliàs) vtpote qui inter Monastici Ordinis defensores haud citatus reperiatur, vt videre erit in Catalogis editis ex professo de Scriptorib. Ecclesiast. à Gennadio, Ildephonso, Isidoro, Honorio Augustodunensi, Trithemio, Sixto Senensi, Bellarmino & Epitome Conradi Gesneri confectis, qui omnes nullam viri mentionem omnino dedere. Sed tam en id quod ab scriptoribus, quorū erat aliquid de Cyrilli istius Monachi scriptis adnotare, omissum est; supplementum inuenimus in Ioannis Molani adnotationibus ad Vsuardi Martyrolog. sub Non. Decembris, vbi hæc habet: *Sabba gesta scripsit tempore [illegible] Cyrillus quidam Lauræ Monachus, [illegible] in hac vita Laurentius Aelatus, [illegible] apud Metaphrasten* [illegible] in notis ad Martyrologium Rom. & in Annotationibus Baronij habetur expressè auctorem fuisse [illegible] Cyrillum, vitæ Sanctorum Sabbæ & Euthymij,

Gennadius. S. Ildephons. S. Isid. Honor. [illegible] Bellarm. [illegible]

In Mart. d. 5. Decemb.

& secundùm coniectionem eiusdem Theodosij, Ioannis Silentiarij, Cœnobiarcharum, & Quiriaci Anachoretæ: Hæc enim habet Baronius Tomo 6. ad annum 491. sub numero 15. *Liceat absque inuidia dicere me neminem reperire post SS. Athanasium, atque Hieronymum, qui maiori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, digerens eas, atque distinguens accuratè per tempora, ac ipse Cyrillus, dum quæ ipse vidit, vel Sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque vllа suspicione mendacij, sinceram veritatem, veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe acta Euthymij, itémque Sabbæ, & Ioannis Silentiarij, de quo est sermo: sed & eiusdem auctoris creduntur esse vita Theodosij Cœnobiarchæ, necnon Quiriaci Anachoretæ, qui iisdem temporibus claruêre viri sanctissimi.* Hæc Baronius, qui eadem confirmat Tomo eodem, ad annum 511. sub num. 22. At non possumus non illud vnum in Eminentissimo Baronio demirari, quod scriptorem de quo constat scripsisse post annum quingentesimum à Christo, vt ipsemet verbis designat Baronius apertis loco nouissimè adducto eiusdem sæculi faciat quo scripsêre Euagrius, Palladius, & alij quidam, quos certum est centum annis ante Cyrillum scripsisse: & quis dubitauit Cassianum ad sæculum S. Hieronymi non pertinuisse? cùm Sole constet manifestius, floruisse, vt S. Prosper adnotauit, vsque ad annos 436. simile esto de Theodoreto iudicium.

Baronius. Prosper.

15. Verùm redeamus ad Cyrillum, de quo Baronius *nihil de Carmelitis scripsisse* affirmat. Certè quidquid de hoc sit asserto, nihil in eo aduersum nos apponi videtur. Multi enim sunt, etiam Carmelitæ, qui cùm multa de aliis scripserint, nihil de Carmelitis dictitarunt: præterquā quod Baronij assertum non satis esse firmum ex eo constare potest, quod multi testati sunt scriptores, scilicet S. Sabbam fuisse Monachum Heliana professionis, quod si, vt tenemus, verum est, constat aliquid saltem de Carmelitis scripsisse, licet eo nomine forsan nō eos designauerit. Quid tunc ergo? dicésne propterea & educes ex hoc non habitasse Monachos generis Heliani, aut Carmelitici in Carmelo, maximè cùm Sarracenorum sæua efferuesceret, & dira in eos irruptio? Quod si dixeris & eduxeris, inconsequens erit, & à vero aberit. Insuper quid huic Cyrillo cum Ioanne Ierosolymitano, aut Cyrillo illo Alexandrino, quorum tempore natus non fuit? Siccine Baronius non poterat aliter exsufflare Cyrilli, & Ioannis illius Monachismum, nisi corradendo tantos è tam longè, dissitis temporibus & locis, scriptores? Hoc certè non est respuere, & exsufflare; (*respuimus, ait, & exsufflamus*) sed vim facere, & ineptè figmenta componere, vt quæ iniustè, vt ficta figmenta censita ab eo sunt, nō sine iniuria nostri, vt talia cùm verissima sint, licet ab anonymo penè auctore producta, non tamen incognito aut confìcto opere, figmenta omnibus, sola ex cupiditate, & animi angore eminentissimi Baronij, diiudicentur. Apage, apage has notæ veritatis obnubilationes. Post hæc (vt rem de Cyrillo hoc Monacho finiamus) testamur nos omnia seriò Cyrilli istiusmet litteraria monumenta, quæ extant, percurrisse, vt negare non possimus, multa in eisdem Cœnobitis inuenisse, quæ pro Baronij sententia nihil facere indicentur; benè sic, quæ nostrā possint validè mentem stabilire, etenim etiamsi de Cœnobitis plurima agat, eorum tamen Cœnobia vix facilè designat, & nulla fere certo loca determinat nisi quæ obscuriora sunt, & ignoriora, sicuti Phara, Catila, Ruba, & alia generis eiusdem, vt cum videris hæc tam incognita loca Monachis fuisse fœta, haud suspiceris, vnibi vnquam sterilem, aut exsiccatu fuisse Carmelū, de cuius fructibus abs dubio, Cyrillus egisset, si ij, vt adnotauit Wastelius noster c. 50. Apol. quorū officiosissime persequitur vitas, circa Carmelum fuissent diuersati.

Wastelius.

16. Postquam ergo de his, quos nominatenus expressis pro sua palæstra Baronius subministrari tatis abunde peractum est, ad eos nunc etiam pergamus, quos non tunc designatus est, aster dere suo, immò sub inuolucro veriorum velo fulnegere illo, *Et ab omnia sæculi scriptores.* Primum inter eos locum sibi Ruffinus vsurpat, cæteris antiquior, qui subsequuntur ordine suo Græci cæteri scriptores. Ille igitur lib. 2. inuectiuarum in S. Hieron. ex occasione meminit sui Cœnobij Montis Oliuarum, & Ecclesiasticæ historiæ lib. item 2. cap. 28. eorumdem meminit Monachorum, qui ab Hierosolymis ex Monasterio cuiusdam Pauli peruenerant. Sozomenus lib. 1. cap. 12. & 13. ex professo de pia Monachorum conuersatione, & eorundem institutione pertractat; at locum vnum in Palæstina nedum à longè salutat, fatentur, etsi c. 32. libri 5 meminisse Casularum aliquot (quia ibi ei est specialis de Monachis mentio) scilicet circa vicum Besanducē, qui in Nomo Eleutheropolitano situm est, in quo Epiphanius, Sozomeno lib. 6. c. 32. & Nicephoro lib. 11. c. 39. testibus, vitam Monasticam Heliadum duxit, circa Bethleem vicum in agro Gazeno, & prope Schopharchombram: sed quę nō pertineat ad Cœnobitas, sed ad Anachoretas aut recessores. Has casas memoriæ prodere voluit, quia erant nimis remotæ, & incognitæ multis, sic & alij fecêre plures. Vt videas, vel ignotissima quæque loca Palæstinæ haud fuisse vnquam cultu Monastico orbata, & destituta.

Baron. tom. 6. ann. 444. n. 17. Ruffinus. Sozomen. Sozomen. Niceph.

17. Præterea, ne aliquid in re subterfugisse censeamur, vnicum tantum in tota historia sua Cœnobium, quod constitutum ad Torrentem Geraris, Syluanus agnominabatur, recensuisse Sozomenum adinuenies, cuius laudibus multum assistit. At verò quàm fuerit curæ auctori hinc loca singula distinctè seruasse, vel inde addiscere cupias, quod cùm admirandam Sanctorum Antonij, & Pauli dicti Simplicis, vitæ rationem, ex instituto, multis descripsisset, de conuersationis eorum loco singulari, nedum verbum protulit vnum Socrates de Palæstinis nihil, quod ad rem nostram attineret, adnotauit. Ex his iam habeas responsionem exactam ad Tripartitam historiam, quā ex Sozomeno, Socrate, & Theodoreto compilatā perfruimur: eam tamen percurrisse & discussisse membratim non fuimus retardati, & quanquàm plurimos compererimus in ea diuersis ad sydera laudibus Monachos sublatos, verùm de Palæstinis perpauca adnotauimus delibata fuisse: & sicubi aliqua de eisdem mentio habeatur, non tamen vlla de eorum habitatione comprobatur designata possessio.

18. Ergo nulli mirum poterit esse, quod rara, aut

nulla inter historiographos illos sit reperta monasteriorum memoria: & comperimus, datâ operâ, se ab iis recensendis abstinuisse; quod satiùs duxerint incognita potius præterire silentio, quàm incerta enunciando, mendaces, cum dispendio forsan fidei, & famæ suæ, se præbere quibuslibet. De auctore libri de vitis Patrum, quisquis sit ille, siue Euagrius, siue Rufinus, (qui ambo per annos plures in Ægypto floruêre) non est opus dicere quod is inter Ægyptios agens, nedum ibi à mendaciis, Sancto Hieronymo Epistol. ad Ctesiphontem dicente, saltem in libro primo potuerit abstinere. Palladium scimus pauco tempore in Palæstina commoratum esse: vt & Sozomenum, & Socratem nunquam vidimus ibidem habitasse. Cassianus aliquanto tempore deprehenditur Monachus vixisse in Palæstina, sed præcipuam eius demorationem fuisse in Ægypto, ex collationibus Patrum satis inspicienti liquet apertum. Addimus Euagrium Scholasticum, non ad præsens institutum attinere, nec ad Hieronymum, aut Theodoreti sæculum esse reuocandum.

S. Hieron.

Nunc iam pro capitis, & Operis vniuersi coronide Baronium Cardinalem Eminentissimum compellamus, dicentem apud expensos iam veteres hos auctores frequentem scilicet factam fuisse de Palæstinis Monachis mentionem. Edisseruisset nobis vtrumne singularibus intellexerit locis adnotatis illi historici mentionem illam frequentem effecerint: namque si id asserere intendisset, alienissimum quid fuisset à tanti scriptoris fide profitenda veritatis: etenim compertissimum est, quod dum apud Sanctum Hieronymum, Palladium, Cassianum, Socratem, Sozomenum, & alios frequens de Monachis in Palæstina degentibus accedit memoratio, vix reperiri, vt dictum est iam, quinque diuersa in ejs commemorata Cœnobia, adiuncto Palæstinæ quoque loco generali. Hoc probatissimum habeas à nobis, serenissime hæc lustrans, & candide legens post solertissimam factam in auctoribus istis, qui nominatim producti fuêre à Baronio, discussionem, non te inuenturum in omnibus omnium scriptis de Monachis, nisi vnum solummodo Cœnobiticum locum ob reuerentiam fortè præsepis Domini Bethlehem adnominatum, cæteris omnibus sub silentij velo compressis, & nec vel à limine speciali nomine salutatis. In Rufino leges Cœnobium Montis Oliuarum, & apud Hierosolymam, etsi tamen prius illud ab aliis inter illa quæ sunt Hierosolymis constituatur, vnde à Sancto Hieronymo Rufinus Hierosolymita vocatus est. In Sozomeno Cœnobium vnum inuenies circa Gerarìs. In cæteris verò auctoribus (quos nomine non designauit sed vt pauorem, terrorémque solùm sciolis incuteret, designauit, generalitate quadam ostendit) nullam diuisim Cœnobiorum memoriam factam accipies. Eremitoria fortè quatuor aut quinque solummodò occurrent, vel si malueris adhuc addito decem casas conscriptis recensitas locis.

19.

His delibatis, huc huc Cardinalis & scriptor Eminentissimus (si placuisset) accederet, vt nobis edissereret, si designata exigebat loca, qui mente, & animo istos omnes scriptores sic inutiliter & incassùm coagmentabat, velut aggere facto? aut vt quid frequentem apud eos Monachorum Palæstinæ mentionem factam inculcabat? Anne de Cœnobitis intellexit, vel potiùs de Anachoritis? Dictum est hos omnes auctores, vel diuisim adnominatos, vel silenter subintellectos ad summum de quinque Cœnobiis specitim memores fuisse. Hæccine frequens est mentio? Absit, absit, inclyte Baroni, si iuuat. Commemorarunt Cœnobitas tui auctores quidem interdum; sed eorum Cœnobia (si Deo placet) sub silentio compressêre. Forsitan apud te Anachoriticæ Casæ decem, si quando commemoratæ, inter innumerum numerum structarum, numerus frequens diiudicatus est? Haud credimus, censentes te opulentissimum ingenio, iudicio, prudentia, & scientia virum. Quod si non postulabas designata suis nominibus alia loca, vt quid specialem Carmeli mentionem essiagitatis? At at, si eras nominatis audiendi auidus honestè eras, seriò crede in apertis esse quod scriptores illi tui, è Palæstinæ Monachis non excluserunt, sed incluserunt Monachos Carmelitas, quibus vt alueare Dei Palæstinæ nemora, & prata luxuriabantur, quorum fertili virore virtutum deserta adhuc & inuiæ solitudines omni Orientis illâ plagâ pulcrescebant, reflorente in eis, & renascente nouis in dies fructibus, & plantis Magni Parentis Heliæ, & Ducis Elisæi spiritu Monastico, Cœnobitico, Anachoritico, & Eremitico cælesti, sicut lilium: & germinante palmites egregiæ sanctitatis, qui in vinea Carmeli selecta Deo, Deum nobilissimum sacri germinis propagatorem, collaudarent, velut altera maranatha vno ore cum Vate Euangelico Isaia conclamantes: *Gloria Libani data est ei, Decor Carmeli, & Saron.*

Isa. c. 35. n. 2.

COLOPHON APOLOGEMATIS.

20.

HÆc sunt (serenissime lector) quæ ex paupere ingenioli nostri penu, pro Ioannis XLIV. Patriarchæ Hierosolymitani, & huius nominis II. vitæ innocentia, in Carmelo Monachismo, & inscriptione, genuina sibi, libri *de Institutione Monachorum, &c. ad Caprasium Montis Carmeli Presbyterum*, tibi nouimus produxisse: pauca quidem, & pusilla (Dij dent aliis plura) fatemur nos esse talia, pro cognita pusillitate exilis ingenioli nostri. Qualiacunque sint & quantacumque cum admiratione nostri. met in propheticum incidimus illud Isaiæ cap. 49. n. 21. *Quis genuit mihi istos? ego sterilis & non pariens: & istos quis enutriuit? ego destituta, & sola; & isti vbi erant?* At noscimus fecisse Deum, quòd pareret *sterilis plurimos*: conceptus inquã, fidelissimæ veritatis amatores, sectatores, & dilectores. Namque fatemur ingenuè, in hac suscepta prouincia pro Patriarchæ vitius Ierosolymitani innocentiâ tuendâ: stabiliendo Monachismo sacro in Carmelo, & libri inscriptione à se genuinâ roborãdâ pro veritate dimicare animũ fuisse, & spiritum rectũ anhelasse. Si quid in hoc

Isa. 49. n. 21.

1. Reg 2. n. 5

dignum egimus laude, propitius respiciat Deus, & quod negligenter, aut ignoranter actum sit, clementer ignoscat; vt quæ ipse præstitit, & à quo omne bonum profitemur acceptum, coronet & ipse, influátque, vt fluant in nobis gratiarum suarum vberiora fluenta, quæ fiant *fons aquæ salientis in vitam æternam*, & gloriæ *portio in terra viuentium*. Qualiacumque, inquam, ergo hæc sint, & quantacumque à nobis toto in hoc opere Paradisi Carmelitici decoris dicta, & operata, Deo Patri bonorum vniuersorum auctori primo, & maximo: Filio eius, humani generis Redemptori: simúlque Donorum omnium Largitori nobilissimo Spiritui sancto: necnon Sanctissimæ Virgini Dei Genitrici MARIÆ, vt Diuini Numinis Conciliatrici grandi referimus, pro gloria eorum, honore simul sanctissimæ Religionis Magni Parentis Heliæ (in cuius lætissimæ nobis solemnitatis sacratâ luce conficimus hoc opus, decimo tertio Kalendas Augusti) necnon decore immaculatorum Elisæi, Ioannis Baptistæ, Angeli, Cyrilli vtriusque, Alberti, Euphrasiæ, Euphrosynæ, Theresiæ, & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & plurimorum aliorum, quorum splendoribus nobilissimæ sanctitatis sibi electum, & dilectum Ordinem Carmeli ad sui gloriam, & Matris Virginis honorem Altissimus Orbis vniuersi Opifex coronauit.

Ioan. 4. v. 14. Ps. 141. v. 6.

Faxit. Amen. Fiat, Fiat.

Id quod S. Augustinus lib. 22. de Ciuit. cap. vlt. dixit, nos ex toto corde dicimus in istius Operis coronide, & fine.

S. Aug. Tomo operum 5. impress. Colon. ann. 1616.

Videor mihi ingentis huius Operis debitum, adiuuante Domino, reddidisse: quibus parum, vel quibus nimium est, mihi ignoscant: quibus autem satis est, non mihi, sed Domino mecum gratias congratulantes agant. Amen.

Protestatio Catholica.

Omnia mea, méque ipsum S. Matris Ecclesiæ, & sapientissimorum iudicio, & correctioni perquàm reuerentissimè & humillimè submitto libenter: Annuant, innuant.

Ex Psalmo 26. vers. 3. & 6.

Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

R. P.
FR. MARCI ANTONII
ALEGRE DE CASANATE
CARMELITÆ TVRIASONENSIS, ET THEOLOGIÆ SACRÆ DOCTORIS,

IN CELEBRATIONE COMITIORVM Prouincialium Prouinciæ Aragoniæ, Encomiastica Carmeliticæ Marianæ Religionis Declamatio.

HABITA IN CARMELO REGIO Valentino, quinto Kalendas Nouembris, Anno ſalutis à Chriſto Ieſu M. DC. XVII.

EXORDIVM.

1\. TRICIPITEM, atque adeò trilinguem (Clariſſimi, & celeberrimi Auditores) ſapientes olim Nili fluminis accolæ (quorum in peruestigandis, & varia ſenſilium rerum exprimendis imagine mortalium moribus, ſummâ cum laude inſudauit induſtria) Mercurium illum Deorum nuntium, ac voluntatis interpretem ita pingebant, vt tribus capitibus multiplicem ſapientiam, tribus linguis ter geminam adumbrarent eloquentiam, quâ pollere debet is, cui, vel diuini nutus hominibus indicandi; vel ad præſtantiſſima quæque mortales ſuadendi cura ſit à Prouincia dem[a]ndata. Tricipitem me in hunc locum prodere oportuit, nec niſi tribus ornatum linguis in veſtrum grauiſſimum me dare conſpectum, quem, ex tribus video linguis, ex tribus dixerim ampliſſimis Regnis Celtibero, Valentino, & Nauarro, tantâ in hunc [loc]um frequentia, tanta cæleſtis obſeruandi nutus auditate, tanto, támque diuino animorum ardore, & Religionis, & creditæ Prouinciæ incrementis ſublimioribus adaugendis conueniſſe.

Claud. Minoë ad Emblem. Alciat. 8.

2\. Nec minùs mihi triceps vertex, ter geminúmque caput optandum eſſet, qui apud eos dicere inſtituo, quorum & multiplici ſapientiâ, & rerũ maximarum cognitione conferta capita video. Cuius igitur tanta dicendi vis, tantáque copia, quantumvis animum commentatione diuturna, & linguam oratione excoluerit, vt digna Vertice Carmeli prolaturus, digna Prouinciarum Hiſpaniæ Viſitatore integerrimo, digna veſtro ſpectatiſſimo conſeſſu, digna veſtris auribus, & ſapientiâ aliquid dicendo conſequatur? Onus Ætnâ grauius me ſuſtinere ſentio, cui Theopompus, Milo Crotoniates, & ipſe Atlas, qui caput inter nubila condit, ſuccumbant: altero Cicerone Romani eloquij maximo Patre: Demoſthene Atticæ facundiæ Principe: Pericle, qui in concionibus tonare, ac fulgura emittere dicebatur: lacteo eloquentiæ fonte Liuio: Suadàque illâ Deâ, ac flexanimi Pitho, quæ in labiis Xenophontis, & Platonis ſediſſe fertur, opus eſſe video. Quod ſi exiguo ineptioris miniſterio, aliquid me poſſe conſequi dicendo ſperem, oportet me optimis diſciplinis excultum pectus, rerum, Cicerone teſte, pulcherrima-

Lucan. lib. 7

rum scientiâ : verborum aptâ compositione, cognitione motuum, iocorum, facetiarúmque eruditione, subtilitate lacessendi, vrbanitate, historiâ, iurisprudentiâ, actione, cum pronunciatione & cunctis illis quæ in excellenti Rhetore requiruntur, præditum esse; vel certè nihilo plus agere, quàm si dem operam vt cum ratione insaniam; nam & Soli lucem, mari aquas addere, noctuas Athenas γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, Crocodilos Ægyptum deferre, idémque pulsantes littora fluctus, & Libycas numero comprehendere tentê arenas. Id sine dubio me facturum suspicarer; nisi meis nihil fretus vnguibus arripuissem, qui diuini illius Numinis afflatu supremi innixus, omnia suscepi.

Mantuan. Eglo.7.

3. Cæterùm, vbi tanta vis, vbi tantum ingenium, quod non in tam grauissimorum adstantium Patrum candidata corona timeat, perhorrescat, magnitudine tanta percutiatur, pondere opprimatur, & obruatur? Quod cum ita sit, quid ipse faciam inter micantium istam luminum varietatem multiplicem, & variam multiplicitatem : dum multos hac dicendi facultate satis apprimè excultos, timore, & tremore oppressos, passim audiam viros? Si summus ille Peripateticorum Antistes Stagirita Aristoteles, qui in omnis doctrinæ genere excellens, in rebus abditis inuestigandis solers, in inueniendis facilis, in enodandis subtilis, medio maris æstu, atque Euripis naufragium fecit? Si summus Philosophus, annuente Martyre Iustino, difficilium quarumvis rerum causam consequi non valens, spiritum in vndis reliquit, & postremos labores fluctibus consecrauit? Si Plinij illa mens, quæ assiduâ quadam indagine, per abditissima quæque, & abstrusissima naturæ arcana Vesuui cacuminis agnoscendi desiderio flagrans, mortalibus erepta est : Si Homerica illa tuba, quam Atticæ Musæ, summo omnium recollecto spiritu, feliciter non minùs quàm luculenter inflarunt, non Sphingis vocibus conticuit, quas velut alter Oedipus elusisset, sed piscatorio problemate obiecto, nec soluto, Orcum morte, modulatiorem clangorem in occasu emittendo, & suas, & Musarum fauces, magno litterarum detrimento compressit? Si tantorum virorum mens, tot litterarum præsidiis fulta, in ludicris, & nugatoriis rebus enucleandis, his tricis, & irretitur, & implicatur, quibus cùm se explicare nequeat rerum veluti difficultate deuictâ, & quodam quasi pudore contracto, hominum declinare conspectum, vitare frequentiam, & societatem subterfugere, etiam per interitum moliatur? Quid meus tandem sensus erit ad tantarum rerum magnitudinem, & maiestatem enodandam? ad nostri sacri Ordinis, grauissimi Patres, & auditores celeberrimi, præconia laudum, pro maxima eorum dignitate, celebranda, & ad admonendos vos in agendis, gratulandósque in actis, etsi non nomine meo, sed Reuerendissimi Patris, vigilantissimique Pastoris THEODORI STRACTII, intra vnius horæ compressus angustias? Cederem huic grauissimo dicendi stadio, grauissimi Patres, nisi memet in ipso circumuoluens mentem, ad lectissimum, & auspicatissimum vestrum omnium cœtum aduertens vnam obtemperandi necessitatem inspexissem; ita vt Mantuani nostri decantatissimum illud ad vos, ô Prouinciæ nostræ Principes, iure optimo adducere valeam :

Iustin. Dialog. contra Triphon.

Silius Italicus.

Non ego me ingessi, processi à Iudice iussus.

Et etsi imperitiam meam excusare oportuerit, persuasum est tamen mihi ab his, queis non acquiescere nefas, ista transire, ne excusationibus immorando tempus sine fructu transcurrerem, viderérque magis consuetudini, quàm necessitati fauisse: Principis enimverò imperium, non excusatione, sed obedientia adimpletur.

4. Sed heu! quod si ad bene dicendi facultatem, tanquam ad sacram anchoram in fluctibus, & ad asylum in tumultu, si ad schemata confugero, & oratorias amœnitates; non vernantibus, non latè patentibus Rhetorices campis flores, tantâ audientium maiestate digni prælibantur, non chorea leguntur, non gelidæ fontium perennitates eloquentiæ, tantâ copiâ scaturiunt, vt meracissimos latices effundendo, æquo amne tam magna intersecando, decurrant. At, si fas esset Atticos illos fontes suaui murmure decurrentes, mellitas Tulliani fluuij aquas, festino alueo, aurea ramenta deuoluentes, Salustianum illud & rapidum flumen, iocundam copiam, & copiosam iocunditatem longo alueo deducere conari, Taciti etiam perpetui sales, Euripidis lepos, & stylus, ad optatum horæ istius perficiendum finem, à me desiderarentur: Verùm ne in Tantali horto decerpendis fructibus nimium immoremur, ad nostri impositi muneris subeundum onus, cælesti vtinam afflati Numine, deueniamus.

ORATIO.

5. EXploratissimum fuit semper Vniuersi huius præclarum opus, non solùm communibus quibusdam administrari sanctionibus, sed quasque nationes propriis, has municipales appellant, regi & gubernari legibus sapientium virorum iudicio, & certissimo eruditorum constitit experimento. Cæterùm cùm eædem, singulis, quos in dies euenire conspicimus casibus prospicere, ac opportunum remedium nequeant adhibere, Iudicum, Rectorum & Principum munus, illud esse affirmant, vt velut viuæ leges, legúmque interpretes, peculiaribus eas applicent euentibus; ambiguas enucleent, obliuioni deditas ad memoriã reuocent: easdem amplificent: quandoq. restringant, nonnullas abrogent, & annullent : quippe qui oderunt boni virtutis amore peccare; mali autem formidine pœnæ scelus aggredi non præsumant. Id quod Horatius hoc disticho dixit:

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Nam, teste Gregorio, A praua actione formidata legis pœna prohibet: & leges, Isidorus S. aiebat, sic latæ sunt, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutáque sit inter improbos innocentia, Egregiè Cicero : *Nihil tam aptum est ad ius, conditionémque naturæ, quàm lex: sine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus, nec rerũ natura omnis,*

Horat. 1. Ep. epist. 16. S. Greg. PP. in pastorali. S. Isid. relatus à Minoe sup. emb. Alciat. 98. Cic. lib. 4. de legibus.

Euripides.

nec ipse mundus stare potest. Et Euripides: *Nihil est Ciuitati præstantius, quam leges rectè positæ; nam & inferioris homo sortis, & qui ditior est æquale ius experiuntur, vincit autem seruata lege minor maiorem, si iustam causam habet:* Et belle equidem Mantuanus noster:

Anser aquis gaudet: sylvis, aper: aëre Falco:
Legibus humanum consilióque genus.

Psal. 118. v. 15. S. Isidor. 5. Ætym. cap. 3. & 21.

Eo igitur lex quædam quasi lux dicta est à Vate Diuino, vt ab Isidoro *regula & mensura bonarum actionum, iuxta quam illustratur vnusquisque & ad benè ducitur agendum, & ab operando malè deterritus reuocatur.*

6.

Quocircà id ipsum sibi statuentes sacræ Religiosæ Respublicæ pro temporum, ac locorum varietate, è re communi fore duxère, quod Moderatores, sui atque Rectores, & sanctitatis perfectione summa, & Religiosissima obseruantia præclarè meriti: tum ad antiquorum statutorum declarationem, necessariam aliorum abolitionem, vitiorum expulsionem, seminariorum virtutis, & religionis propagationem, studiorum litterarum incrementum, tum denique, vt multo plura missa faciamus, ad emergentium rerum prouidam dispositionem, statuto tempore conuenirent. Quod laudatissimum studium ab initiis erumpentis ætatis suæ, è primis, sic dixerim, crepundiis, vt ex sacra constat Scriptura diua Heliadum Religio obseruauit; (à qua meritò, velut à primogenia orbis, cæteræ assumpsêre:) hácque perenni legum obseruantiâ suarum, ad eam laudis gloriam ineffabilem, quâ perfruitur hodie nobilissima peruenit.

7.

Sed iam vt vnde sacratissimæ Carmeli familiæ decus, originem, inde initium nostra sumat oratio, & quibus illa gradibus ad summum celsitudinis, & maiestatis sese fastigium extulit, eisdem hæc, perpetuis velutì inhærendo vestigiis, sese conetur attollere (cùm natura ipsa sic côparata sint omnia, quæ vel ab hominibus, vel hominum interuentu perficiuntur vt quantumuis in magnâ, decursu tempori magnitudinem excreuerint, ex paruis tamen & humilibus exordiis fuerint exorta: nec quid infra Lunæ orbem conspiciatur magnum, quod à primo suo ortu resculum non fuerit; nam docente Tullio, *Omnium rerum principia parua sunt, sed suis vsu progressibus augentur.*) Illa I de sacratissima, & diuina Carmeli progenie singularum primis liceat cû gloria prædicate: decore, gloria, celsitudinéque maiestatis omnigenæ, paruulâ nunquam eam extitisse. Ea quidem supera Carmelitici Ordinis excellentia est, quæ non modò meâ, sed & cuiusuis, vel disertissimi, copiâ longè perfacile superet: Verùm ne singula quæ penè infinita sunt consequi tentem, vel quæ magnitudine, ac venustate mirabili, culpâ deterâ, & obscurem ingenij, Timanthem eum imitabor, qui quod penicillo pingere non poterat, velo côtexuit. Malo enim, & verè id mihi opus est, ex multis multa debita admiratione, & silentio prætertire, quàm nimium temporis, loquens, inutilibus, & raucis vocibus insumere, Ordinis excellentissimi dignitatem, & splendorem offuscando; quasi terere vellem imperitorum Oratorum vestigia, qui res eximias imperitiâ suâ maximo suo nominis deturpauêre decremento: certè enim

Cic. de finib. voluntatis, & malorum natura li. 6.

Plin. lib. 35. c. 10.

Omnia non nostro comprehendi carmine possunt.

Et præstat persæpe silentium, quod verbis grande denegat encomium: maximaq; est virtus, maximus nolle præstare silentia rebus. *Est enim admiratio præconiû gloria, & silentiû plaus interpres maiestatis.*

Natal. Comes de Venatio lib. 1. Adrian. æquit. Ca. D. 1. Q.

8.

Stirpem igitur, & generosam propaginê voce paruulâ significe, quæ obstringere possunt quinq; nunc tâ sit opus exhibere. Sorté, date aures Auditores celeberrimi Sanguinis humilé, nulla Parentum gloriâ commendatâ Humilé domunculæ sedé, Non multiplicatam natorû. Heroûmque propaginê. In nitido & fulgenti orbam esse clarissimorû facinorum splendore Et tandem Principum fecundâ manum denegatam, quorû subsidiis, & honore singulari præmunita glorietur.

1. 2. 3. 4. 5.

9.

Quæ te ergo, ô generosa Heliadum progenies, tam læta tulêre sæcula Qui te tâ magni genuêre Parentes? Non Idomeneos duros propriam perimentes filiam: non Athamantes Thebæos Reges, qui furore correpti Tearchum & Eurycleam pro Leonibus occidere, nouisti. Sed iam tuos prædicent Progenitores tanquam maioris fidei supremi testes & Orthodoxæ veritatis Ecclesiæ asyli Priores, Summi Pontifices Honorius I V. Ioannes XXII. Greg. IX. Innocentius IV. Alexander I V. Vrbanus I V Nicolaus I V. Bonifacius V I I I. Gregorius X I. Gregorius X I I I. Sixtus I V. Iulius I I. Clemens VIII. & Beatissimus Paulus V. vt missos agam alios Eorum penè vltimus Clemens, intra de te fatus, nobilissimorum Parentum gloriam, & splendorem in Helia ponit & Elisæo tuo, multorum Patrum vestigia sequutus: quem etiam imitantur assertò, alij, vel Pontificia quoque suprema sua dignitate conspicui, vel Sanctitatis, & doctrinæ gloriâ corusci testatores; adeò vt temerarium sit, in aduersam nunc tam aliquem deflectere sententiam: Testatur noster supremus Cantabrigiæ Mutæus, cum quo sapientissima quaque Doctorum phalanx immensa, quorum si seriem attexere vellem, longissimam sine dubio nominum harmoniam irretirem. Sed non opus opere in isto.

A Parentibus potissi laus. Textor in offic. 5. Filicida.

10

Dem iam vobis laudû præconia detantis Parentibus prædicata nonnulla. Thesbites ipsus est tibi Pater Helias magnus, ille sine Prophetarum prototypon, cum monstri factore Elisæo: Helias inquam ille, qui, vt incredibile Camartus habet ex Epiphanio, Dorotheo, Ioanne Hierosolymitano, & aliis cum Metaphraste, in ipso est matris vtero sanctificatus, & purgatus ab originis labe: (Id quod albicantes Angeli Sobacho Patri ostendi salutantes puerum priusquam ex matris vtero à natura eniteretur, quasi amicitiæ, & germanitatis ostenta præbentes, & pusionem Heliam familiarem Angelorum ex ipso habitu innocentiam, & puritatem Angelicam in matris vtero haben tem ostenderunt.) Rei præbet auctori tanto (vt multa omittamus) etiam experimentum, igneus cibus quo pascebatur, ab ei dem Spiritum sanctum adumbrans qui sordes ablueret, & animes suis donis informaret: præbet & ignea zona quam lumbis Heliæ (vbi ex Sanctis Patribus præcipua Originalis culpæ sedes adest) ante ortum Doctores adhibitam narrant Et verè decebat, vt is totus à peccato nasceretur immunis, qui peccati stimulum, id est mortem erat per multa sæcula euasurus Ille est tibi Pater Helias, cuius fuit tanta spiritus plenitudo, vt non solùm

Helæ præconia la... in Alba in Elesi... & Præambula... Ægid. Camar. in Elia Tesbite c. 3. sect. 16.

Act. 2. 4. Deut. 32. 6. Psal. 38. 4. Ierem. 20. 19. S. Gregor. hom. 9 in Euangeliâ & Bernard. ser. de S. Io. Bap. Vide S. Chrysost. de As... & Ægid. Camartum loco citato & sect. 17.

animâ illâ, ſed corpus etiam repletum haberet; quâ plenitudine ſacra non ſolùm in nullum incidit peccatum, ſed in ſemel adepta gratia, non ex vi ſanctificationis in vtero, ſed ex vi confirmationis vſque ad extremum vitæ halitum ex tremis mundi temporibus habendum perſeueraturus ſit. Ille eſt tibi Pater Helias, Deo maximè charus, ſignis potens, meritiſque felix, quem grandibus olim Maximus ille rerum ſator, & auctor Deus tantis adauxit, vt non tam homo, quàm Angelus, in humano ſit à nonnullis habitu cenſitus(ſed ineptè; quanquàm nihil vir tantus iſte proferret, quod Angelico miniſterio non firmaretur; vt ex illius conſtat in Sacris hiſtoria) quibus Iacobus S. occurrens dixit *Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis*. Ille eſt tibi Pater Helias, qui in veſte cilicina, in horrido ac neglecto capillo, in Prophetico pallio, in melote, pelliceâque zona, ſolum, terramque lachrymis irrigans, mundi tenebras, diuinarum illuſtrationum copiâ, Solis radiis lucidiores effecit. Ille tibi eſt Pater, charus Cælitibus, qui dum horridam terræ famem experiretur, coruo vtitur miniſtrante cibum. Ille tibi eſt Pater qui viduæ deficientem farinam ſufficere fecit, oleumque in hydria manare. Ille tibi eſt Pater, qui fuſis Deo precibus, reductum è mortis faucibus tenellum puerum, dulce matris ſeneſcentis ætatis, lætumque leuamen parenti reddit viduæ. Ille tibi eſt Pater, qui nubes velut vectibus reſerando, verbo retinuit: quo Tribubus decem ſacrilegæ reis impietatis, duorum & quadraginta menſium ſterilitate compreſſit: & properanter ad tempus imbres fecit decidere è cælo, vt ſitientem, ſterilem, inhiantémque tellurem fertili nouo fœtu prægnantem horrea implere, frumentis faceret. Ille tibi eſt Pater Helias, qui Domini Sabbaoth zelans diuinos honores, nequiſſimos Baalis Pſeudovates, vanitatis Architectos, Magos, Ariolóſque, victos ire, mortique addictos octingentos, ſupra quinquaginta compulit. Ille eſt tibi Pater, qui propharum ipſum Regem in ſui perniciem coniuratum, increpuit palàm & verborum pondere afflictum, ad ſaccum, cineres, & infimam ſui abiectionem adduxit. Ille eſt tibi Pater Helias, qui Iezabelis diræ noxium, ferúmque furorem vitans; Iunipero decumbens Angelum Lympham ſibi, victúmque proferentem adſpexit, quo cibo refectus, quadragenariâ inediâ ſeruatâ, Orebeum verticem tenuit. Ille eſt tibi Pater Helias, qui ſub auræ tenuis ſibili murmure, recondita audiit Domini verba, iuſſus inſequi nefanda Iezabelis improbæ, Achabique ſui ſcelera ſæua. Ille tibi eſt Pater qui corda filiorum ad omnium Parentem conuertet Deum, & per medios iniquitatis torrentes, lectos Prophetarum, Religioſorúmque ſuorum in Carmelo, vniuerſàque Cananitide manipulos, ſui æmulos, imitatoréſque inſtituti, ad cæleſtem vitam mundo ignotam, contemptámque traducendam adduxit. Ille tibi eſt Pater, qui medios inter tempeſtatis ſonoræ fragores, concuſſos, & flagrantes in Orebo Montes ſuauiſſimæ auræ ſibilum operto vultu pallio, excipit attentus. Ille eſt tibi Pater Helias, qui proprio findens flumina pallio, ſicco pede pulſat vndantia Iordanis flumina, & ſecuro veſtigio oppoſita eorumdem littora tenet. Hic tibi eſt pater, quem triumphali vectum ſuper alta curru cærulea nimium micantem luce, ſuperna alites ad æthera tollunt. Ille eſt tibi Pater, qui vnico Patris luminum filio teſtis adfuit, ſocio Moſe, in vertice Taboris. Ille tibi eſt Pater, qui deficientibus, & ad interitum mundi iam iam labentibus annis, contra veſanam cruentiſſimi, importuniſſimique Tyranni Antichriſti rabiem, diſtricto zeli gladio ſui, cum ſuis ipſe inſignis Agonotheta, dimicaturus aditabit: &, poſt multa, cum conſorte prædicationis Enocho morti datus, poſt triduum rediuiuus recipietur in cælum; cuius exangue, exanimeque corpus, ad Solymam plateam per tres dies cum dimidio inhumatum occumbet. Ille tibi eſt Pater, cuius effuſus pro fide Chriſti vectigando è corpore cruor, Antichriſtum ipſum ex templo, ſuperi fulminis igne conſumet inmiſſo. Ille tandem, vt compendio vtar, eſt tibi Pater Helias, qui inter veteris inſtrumenti Prophetas, vitæ ſanctimonia, inuicti animi fortitudine, Virginalis pudicitiæ caſtitate, laborum tolerantiâ, dicendi libertate, corporis maceratione, paupertatis amore, ſolitariæ vitæ inſtitutis, diſcipulorum multitudine, & celebritate, indefeſſo orandi ſtudio, & orationis efficaciâ, diuinæ gloriæ zelo, miraculorum ſplendore, rerum geſtarum copiâ, poſtremo exitu mirabili, longeque mirabiliori regreſſu refulget."

S. Iacob. Can.c. 5.v. 17. — 4.Reg.c.1.8. — 3.Reg. c 17. 1. — 3.Reg.c.17. 14. — 3.Reg.c.17. 22. — 3.Reg.c.17. 13. — Reg.3.17.1. & Eccli. 48. Reg.3.17. 41. — Reg.3.18. 40. — Reg. 3.22. 17. — Reg.3.19.3. Reg.3.19.5. — Reg.3.21. 19. Eccli. — Iacob. Salian. tom. 4. Annal. in ſeculo Eliæ. Reg.3.19. 13. — Reg.4.2. — Reg.4.2. — Matth.17. 3. Lucæ 9. 30. — Apoc.2.

11\. *Eliſæus Ductor Carmelitarum primus præclara virtutum exempla.*

Quid nunc? Ductor primus tibi quoque Eliſæus, Eliſæus inquam ille Magni Præceptoris Heliæ maior ſi fas eſt dicere, Diſcipulus. Ille qui quanquam ſede humili in Abelmeula ſatus, ab aratri tractatione, ad nobilem animarum de Carmelitica propagine curam, ad Prophetæ ſcientiam, & dignitatem, ad prodigiorum effectionem Heliani iniectione pallij cæleſti monitu euectus, pernix ad vnam Patris voculam euolauit: omniáque in Euangelicæ paupertatis proluſionem à ſe eliminans, contempſit. Ille tibi Ductor eſt, qui impios bellis, obſidione, ſeperenni fame, cædibúſque mulctauit. Ille, cuius vna oratio totum profligauit exercitum, & cuius meritis vniuerſus hoſtium numerus concatenatus occubuit. Ille qui vrſos ad paruulorum diſcerptionem in parentum diſciplinam admouit. Ille, qui iuueni turpis cupiditate Giezi ſordidum, perenni, fœdaque lepra contaminauit. Ille, qui Religioſæ pauperiei theſauro diues, virgo perdurans, egentes, obæratáſque viduas, inopes Prophetarum cohortes, adeóque militum copioſos exercitus in paſcuis, & in turribus ſiti enectos, diuinâ benignitate locupletauit. Ille, qui innumeris Religioſorum cohortibus Parens, propagator, & ſingularis benignitatis factus exemplar, ea ſemina annis fermè iecit octoginta, quæ ſuperueniens Euangelij gratia, eduxit, excoluit, & ad debitam maturitatem ex toto, inconcuſſa ſucceſſione pertraxit. Ille tibi primus Ductor eſt Eliſæus poſt Heliam, qui vti clades populi præuidit, atque prædixit, ſic populi eiuſdem ſalutem ac libertatem, moriens, feliciter parturiuit. Ille, qui in vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt: qui in diebus ſuis non pertimuit Principem, & quem nemo potentiâ, ſiue verbo vincere valuit, cuius inane corpus prophetare pótuit, rediuiua reddens ſepulchro ſpoliato, vel ſolo

Salianus citat. Reg.3.19. 19. — Salianus cit. ex Patrib. ſacra varias locis. Aug. ſerm.2. de Domin. poſt. Trinit. — Iacob. Salian. in ſeculo Eliſæi. to.4. annalium ante Barg.

attactu,

attactu, iacentis auri furis offa: Ille tandem tantus, & talis eft tibi Elifæus Ductor, cuius prima laus eft, quod tantum, taléraque Patrem fuperare voluerit, dum dari fibi poftulat ampliùs, quàm fcit apud eum effe qui poffidet.

S. Ambrof. ferm. 87.

12. Nec in hac tantorum claritudine Patrum decorem tuum adeffe contendo, Carmelæa progenies: etenim, licet ex tam præclaro eorum ftemmate originem ducas, à multo clariore præexcelfæ Virginis Dei parentífque facræ Mariæ maternitate clarior exurgis. Nam compertum habeatis, Auditores celeberrimi, *Deiparam Virginem non modo hunc Ordinem genuiffe, fed & tanquam prolem ab ea ortã lacte fuo aluiffe, & nutriuiffe.* Sixti funt verba I V. Pontificis fummi, qui Sacram Virginem Mariam fingularem huius Helianæ familiæ productricem, genitricem, & altricem agnouit. Peruolemus ad alia.

Idẽ Bulla Dñ. attentà.

13. *A loco erectionis Prima laus.* Quid fi locum natalis tui, eiúfque aliquales glorias, huc tibi reuocem? Immenfum inde in te erumpere tibi videbis fplendorem rutila lucidiorem Solis luce, ô Heliæ clara progenies. Quæ ergo Erectionis Carmelidæ, & lactefcentis, vt fic loquar, ætatis fuæ florida cunabula Patres? Linquo, quod prima Carmeleæ limina domus à Domino electæ excelfa prius cælorum aula fundamenta iecère, Nam noua veluti è cælo defcendens quæ in Carmelo fixam erat fedem acceptura, Heliæ Magno ad Carith præcipitur à Domino inchoanda, ibi: *Abfcondere in torrente Carith, & ibi de torrente viues, coruífque præcepi, vt pafcant te ibi:* Et iam nunc ad terrenæ fedis folium & fedem accedo. Fuítne Carmelus ille Mons, cui facrum Sponfæ in Canticis caput affimilatur? Ille Carmelus, ille Phœniciæ mons, cuius mare cingit pedes, cuius vertex, cælum ofculari videtur? Ille Carmelus ille, cuius fertilia arboribus floribúfque, & fructibus prata peruenuftiffimè depinxit Natura mater? Ille; cuius amœna & virentia nemora protoparadifum redolere videntur? Cuius fontes, ftagnáque lympharum fulgentiora cryftallis, fpectatiffimum confeffum, deliciofiffimúmque confpectum cunctis adftantibus addunt? Ille; Carmelúfne ille, cuius diuerforum animalium innumera varietas, & varia innumerabilitas, ad cælum vfque mortalium euehit animos? Ille. Carmelus ille difciplinæ Monafticæ exordium, perfectionis Magifterium, omnigenæque virtutis iubar fulgentiffimum? Ille. Carmelus ille Magni illius Prophetæ Heliæ Chrifti in aduentu fecundo Præcurforis domicilium, vbi aufteritatis, & pœnitentiæ, cæleftiumque arcanorum delectatione ipfe detentus prima Cœnobitico, & religiofo greffui limina pofuit? Ille. Carmelus ille vbi fub plenitudine temporis, vox illa clamantis in deferto, in medio hominum confpectu fe dedit, pœnitentiam exigens, Regnúmque cælorum celebri animarum lucro rependens? Ille. Carmelus ille, vbi armorum fpiritualium dulcis fragor, ftrepitúfque refonuit, bellicáque Religiofæ militiæ ad victoriam de fubiugatis hoftibus inftrumenta comparata per tot fæcula perftrepuère? Ille. Carmelus ille, in quo qui fortes facti funt in bello, vt fuperam expugnarent arcem, fe mundi contemptores oftenderunt? Ille. Carmelus ille qui primus in fe Magnæ Matri Mariæ dicatum Semnion excepit? Ille. Carmelus tandem erectionis tuæ locus eft, ô Heliada generatio, ex quo tanquam ex equo Troiano prodiit is nofter candidus Ordo, qui inconcuffus ad vfque Chrifti tempora durans, vfque ad hanc noftram ætatem perduraturus in fæcula multa, gloriofam ducit hæreditariam fucceffionem ab Helia.

Camillus Auxilias fummarij cap. 6. Ioan. 44. lib. de inftit. cap. .. Speculum ordinis. Hieron. Gratian. Canticorum 7.

14. Quid vltra? (Date animos inuicti Carmeli Heroes) Carmelus ille nofter Phœniciæ Mons, Hierofolymis vicinus prima fuit fedes, vbi illuftria Religiofæ militiæ tentoria fixit Magnus Pater Helias, ex quo vicinio ingens nobis gloria refurgit; ex eo enim excelfum quoddam omni fuperius auguror eloquentia. Nam prope Emporium orbis, Solymam vrbem quæ ob fingularem cæli temperiem, aëris falubritatem, vbertatem foli, pecorum, auium, pifcium, frumenti, vini, olei, faccari, ficuum, malorum granatorum, herbarum, florum, frugum, omnífque generis copiam Dei ore lacte, & melle fluere, fæpenumero dicta eft: tantôque fore, vt propter infignium Montium, Camporum, Fontium, fluuiorum, Nemorum, Vrbium, Caftellorum, Pagorum, & hominum frequentiam, ob rerum denique vniuerfarum abundantiam, ceu Paradifus Dei, ac cæli figura, reliquas fub cælo mundi plagas, longè excellere dicenda fit.

15. Strauiffe hic igitur noftræ primæ limina domus, quid non indicat illuftre? Strauiffe iuxta Ciuitatem non immeritò, præ cæteris totius orbis, electam, vt Patri fidei noftræ Abrahamo, & femini eius (eiecta inde Cananitide) in typum cæleftis Patriæ vnico vel etiam & electo Dei populo poffidenda daretur. Iuxta Ciuitatem quæ præterquam quod Patriarcharum fuit Colonia, Prophetarum Domus, & fedes, Deum Opt. Maximum, & à Prophetis Saluatorem promiffum, nafcentem in carne excepit, natum aluit, cum hominibus portauit conuerfantem: dum fedenti folium, oranti fcabellum, dormienti culcitra, & cerulcal fuit: quæ fola anguftiarum eius arbitra, diuinis lachrymis, & fanguineo fudore Chrifti rigata, & auguftiffimis quinque vulneribus fanctificata meruit ite: etfi magna funt hæc, longè eft maius, quod quem viuum femper portarat, mortuum vifceribus fuis triduo amplexari, & viuum hominibus reftituere, denique & Angelis gloriofum Triumphatorem reddere datum fit. Nec eft quod memorem Apoftolos, qui hîc, ceu in Euangelicæ prædicationis theatro ftupendâ miraculorum virtute, innumeram languentium multitudinem aptatæ, & incorruptæ faluti reftituerunt, atque nullâ vi, & humana potentiâ nixi, fupra tria hominum millia, vnâ die, immò horâ, & aliàs infinita Iudæorum millia, fub fuaui Chrifti iugo, diuini folùm Verbi prædicationis gratiâ, pertraxère.

16. Hîc igitur prope nobilem, fanctam, & tam decoram Ciuitatem limina pofuiffe prima Domum Parentis Heliæ, & primam erectam effe, inter tottantáque laudis, & celfitudinis examina, quidni fupremum celfitudinis, in cunctis gloriæ donis, obtenturam propaginem Heliæ ominabitur? nifi quòd de Heliæ propagine Pfaltes Dauid, fic Regius Vates canebat: *Et erit firmamentum in terra in fummis montium, fuperextolletur fuper Libanum fructus eius.* Et

florebunt

florebunt de Ciuitate Et cur in summis montium superextolletur, & florebit de Ciuitate Solymæ, firmamentum domus Heliæ? Quia de Carmelo proditurus erat qui montium culmen, Patriarcharum Militiæ Regularis primus censeretur Helias, cuius ante solem nomen erat permansurum: radios suorum emissurus ante ortum Christi diffusos in orbem Regulari illa, quæ lux prima fuit Orbis obseruantia fons hortorum puteus aquarum viuentium fluentium de Libano seu Carmelo, adeò vt amœnus de ea caneret vates:

Mantuan. in Eglog. 6.

Nos dedimus leges, pascendi ostendimus artem.

Et idem ibidem:

Hinc radix, alij rami.

Et ibidem etiam idem.

Tradidit Helias certam pastoribus artem.

17. Erat enim Carmeli illa Clarissima fax, in qua benedicerentur omnes Tribus terræ: & Deum gentes omnes erant magnificaturæ: cuiusque celsa gloriæ maiestas, terram omnem repletura, vt postea Matre nostra offerente Maria, adimpletum est in illo, quod dixit:

Simon Spiharius de gloria Car.

Non Syria, aut Solymæ est tantum Carmelicus Ordo

Splendor: sed lumen totius Orbis erit.

Erat certè illa Heliadum progenies permansura cum Sole, & ante Lunam in generationem, & generationem, vt Taborios inter fulgores à Christo promissum habuimus. Sed quid permansura monstratur? Quia descensura ab Helia Patre de Carmelo, sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, vt Orbem totum cælesti madefaceret sapientiæ, & sanctitatis rore. Et dominatura à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, (cuius sacra progenies, & propagines diuæ, quæ iam

Phil. op. Macerius.
Io. Laurentinus.
Antoninus Saluator. lecturis ser. de S. Teresia, & alij.

Diffusa latè terras atque æquora complent) celsa diuini cuiusdam spiritus dominatione, velut rotifera nubes, salutem inhians, animarum, discurrendo cuncta peruaderet; non quidem imperioso dominatu, sed humili virtutum procinctu, quo vel Imperatorum, Regum, & Principum orbis nobilia colla submitteret: iuxta illud Regij spiritus: *Coram illo*, siue Helia, siue Ordine eius, *procident Æthiopes & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & Insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent.* locupletem Heliæ filiam acturi venientes, nobili sanguinis serenissimi sui, & suorum thesauro.

Psal. 83. v. 9. & 10.

18. Anne ergo parua hæc, vel in primordiis suis Religio? anne domuncula breuis! nónne potius, vel à loco, sede, & vicinio Ciuitatis Solymæ magna? Dum vel in loci imagine sacra adeò præfiguratur excelsa? Sed quid mirum si erectam aspexistis in monte; & monte à Deo præparato Domui Domini id est Heliæ qui *Deus Dominus*, interpretatur, quò fluant ad eam omnes gentes diuinæ salutis In montibus enim quæ celebriora in orbe conspiciuntur, erecta sunt. Si igitur adeò super excelsa gloriæ cacumina domus ista sua limina posuit quomodo parua, vel à loco dicetur?

Petr. Dam. de consec. ep. 12. c. 2.

19. Sed iam ad propaginis domus extensionem, & filiorum numerum properemus. Adeò incolarum eius, & filiorum innumerus numerus est, vt faciliùs solis radios ad numerum adducere ducam, quàm ingentia gentis Heliæ capita multa numero comprehendam. Angustus est nobis locus ad habitandum nuntiarunt Prophetarum filij honorabundo Elisæo Patri, cùm multò amplissima spatia Carmelus habebat. Deficiet me tempus enarrantem de Filiis Prophetarum, quibus dignus non erat mundus, qui nec domos quidem habentes, vasta sibi ligna exscindendo angustissima tuguria pro habitaculis construxêre. Plura vultis? intentas præbete mentes. Quotquot ab Helia in speluncis, montibus, cauernis, desertis, & Ciuitatibus Ægypti, Thebaidæ, aliarúmque Eoarum regionum Monasticam vitam amplexati sunt, Heliani fuisse instituti cultores, huiúsque Religionis Marianæ sectatores, quàm plurimi testantur Auctores, vel exteri. Audite Trithemium nostris de laudibus agentem: *Tot Sancti sub Ordine Carmelitano fuerunt, vt penitus adnumerari nequeant; etenim si quis stellas cœli dinumeret, & Sanctos huius Ordinis numerare poterit* Celabo sacram illam, & innumeram Sanctorum Carmelitarum aciem sexus vtriusque immani, & ferâ gladij Hæreticorum vtriusque Alemanniæ, Angliæ, & Scotiæ sententiâ cæsam. Prætaribo Atlantæum melytam illam centum, & quadraginta mille Virginum, & Martyrum turmam, quæ ob Christi fidei defensionem feroci Perfidis Ahomari Tyranni ictu & aliorum ab anno 412. & Eutychianorum infestatione, vsque ad Cyrilli Constantinopolitani tempora, & annos 1181. (in quibus ipse ad Obedientiam Ecclesiæ totam aduocauit Armeniâ, vt annotat Paleonidorus) feliciter, vt exurgeret amplius, occubuit. Quid memorem innumeros eos, quos sola diuina scientia cognouit, quique à cruciformi tribulationum mari plumescentes, non reptantes humi, sed verè pennati virtute grandi, venturo in nubibus cæli Christo suo, cum potestate summa, obuiam in aëra coronandi procedent? Quid tandem referam candida illa examina Patrum, quæ candentior ille cæli arce Teresia Sol, diuina facti Numinis prælucida luce præuidit; ex Heliæ familia susceptura aliquo (ipsa testatur) gloriæ, & Martyrij Lauros, tam fœcundo ea militum numero, vt solùm à diuina sapientia numerabilia sint. Et quidem velo opus est contexere plures. Namque fratrum numerus, Trithemio teste, in Carmelo valde multiplicatus est, in tantum, vt præ multitudine Montes implerent, & Vrbes. Etenim quis Tabennam illam innumerabilem Pachumij nostri, quis Ammonis Nytriam, Machariique recenseat Scethem, cùm in his, & aliis Carmelæis classibus, numero immensi sint, & virtutibus incomparabiles, viri qui inter Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Pontificum, Doctorum, Confessorum, Virginum, Cælibatorúmque choros eluxêre, ex hæredibus domus Heliæ. Mare est quidem magnum, & spatiosum manibus, in quo reptilia sunt cernere Sanctorum, quorum non est numerus. Audite Sabellicum, & Maturum Iesuitam, se vidisse testantes in antiquis quondam scriniis Religionis Heliæ, septem mille & quingenta Cœnobia, in quibus, Alitum cælestium instar, vitam felicissimâ Sanctitatis laude, supra centum & octuaginta mille

A multiplici natorum Elia incremento laus. 4. Reg. 6. 1.

Io. Trith. lib. de laudib. Carm. vnico cap.

S. Cyrill. Constantinopolitanus relatus à Meneshali. lib. 8 serm. de sacra. In serm. B. V. M. de Carmelo. Paleonidor. lib. 3. c. 7.

S. Teres. cap. 40. vitæ suæ cuius exponens verba Ephr. Turia. son. de religione exponit futuros Carmelitarum in ser. de S. Ermenigildo fol. 387. Trithem. de laud. Carm. cap. 8.

Sabellic. li. 9. Ænead. 9. tom. 2. in vita Innoc. 4. Petr. Maturus 3. p. hist. S. Antoni. in scholiis.

Troch.c.8. cit.lib.

Sacerdotes agebant; *O si videres* (Spanheimensis ille celeberrimus Benedictinæ Craftis splendor Abbas inclamat *tunc Ordinem Carmelitici in sua Maiestate decorem! Nunquam fuisse similem alium exclamares.* Erat videre delectabile fratres innumeros circa Carmelum inhabitantes.

20\. Quid si his nostros addidissem Discalceatos Patres, iam nunc adeo in omnem vrbem, diffusos, & orbem vt veluti roriferæ cælestes nubes, vniuersas Orbis plagas (facti mundo sanctitatis, austeritatis, & doctrinæ in fexu vtroque miracula) diuinâ obstetricante manu, feraci fructuum partu repleuerint: Sat sit dixisse, vt multam tantæ, tamque illustrissimæ Congregationis omittam gloriam, & decorem, quod nostrâ hac felicissima arcâ ad instar Antiquissimorum illorum Carmelitarum excreuerint, tota iam Europa, tam breui temporis decursu occupatâ iravt ad Indos illis fuerit opus conuolasse, exteras quærere, barbarasque nationes, vt saluti solùm animarum, & Ecclesiæ contulerent incrementis melioribus, igneo semper Magni Patris Heliæ & Seraphico Matris Almæ Teresiæ zelo combusti.

Vide in præloquus huius Paradisus. 9. 17. n.2. Encomia laudem multa de iis Patribus.

21\. O Felix Heliæ Domus! Contemplabar te (non possum ista sitere aliquando in tam nobilia gloriæ culmina conscendisse, & mecum ipse componens (cum viderem te ab exiguis excitatam exordiis, téque inspicerem, in tam sublimi gloriæ vertice eleuatam, adeò te totum diffusam per orbem, vt dubio deuicto viarum tantarum anfractu, ancipiti itinerum ambage explicatâ, immensis propemodum terrarum spatiis emensis, in tot orbis penetralia regiones, vt faciliùs ducerem quas non incolas recensuisse, quàm vbi gentium degas enarrasse) sobrius inquirebam, quæ causa tanto extiterit filiorum incremento? & mihi merito dubia erat. Sed etsi aliquando credidissem beneficia à Deo, Virgine Matre, & soli Proceribus collata, in tantam te gentem accrescere fecisse: tamen aliâ iam nunc aliò ratione deducor: scilicet quod cùm à iuuenili tui ortus flosculo primo, te viderem labores exantlantem, his credidi, oppressam non modò non occubuisse, non defecisse oppugnatam, non profligatam interiisse, sed semel, & iterum cùm premereris solo, cùm premereris salo, nascente, & Occiduo Phœbo victricis instar palmæ sursum niti & attollere caput, denuoque reficere vires: adeò vt illis molliter enutrita (vt teneræ quædam plantæ humore prætetlabentis aquæ) ita adoleueris & efflorueris, vt si oculos à te paulisper auertant, retorqueántque denuo, vel dignoscaris omnino, vel agnita sicut miraculum suspiciaris ad horam, facta quasi *lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dedit in tempore* cuncto. Sed quid non felix, quid non fetax præsagiisset Ordininostro vicinium tantæ Ciuitatis, in cuius Carmeli campis sedem fixit pulcherrimam hæc celebris domus Heliæ?

Ierem. 17. v.8. & Ps. 1. 2.3.

22\. *A præclaris facinoribus laus.*

Post hæc fulgenti, & clarissimo facinorum splendore nobilitatam stirpem hanc, & Heliæ progeniem fuisse, quis ignoret? Multa ex his equidem intacta præterire graui tempore arctatus cogor angustia: parcite silenti grauissima auditores ingenui. Mittam enim in primis inaudita illa, & stupenda Patrum nostrorum, ô generosa Heliæ, & Elisæi progenies, facta, quorum in Sacris cælestem habemus spiritum enarratorem. Vidistis enim iam quales, quantique fuerint Rengiolæ Principes vitæ, quapropter ad filiorum facinora orationis filum adducens, illud sese primum intuendum oculis offert. Non solùm sanguinis generoso, & perenni compendio, armorum districtione dexterâ, sed voce, & calamo velut strenuos Cæsares Carmeli filios inimicorum contorsisse tela, confregisséque potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum, mirabilia agentes, & terribilia in eos operantes. Omne spatium diei in studiorum exercitus, & eruditione Euangelij Christi occupantes: & post lauacra puri purgiris, sensum eos Scripturarum non Marte proprio sed ab Apostolis ipsis edoctos, Scripturæ arcana penetralia, & allegoricos calluisse sensus, Testis est nobis in his Patriarcha Ioannes. Et in hoc quidem nostra hæc familia cæteris Orbis sapientioribus non impar habenda, omnia námque quæ in virtutum laude fecère cæteræ, fecit: *Et sicut Carmelus filios habuit Prophetarum*; sic hanc omni tempore doctissimorum scriptorum libris nobilitatam merito nobis quidam lesinta. Et verè in hac scriptorum Palæstra, & librorum laude, hoc sæculo, vt in primis illis nascentis à Christo lucis, hi Heliæ filij non modò æquarunt longè alios, sed euicère cunctos, vt asserit Harpsfeldius. Et quis ignorat, innumeros habuisse hanc Heliadem Doctores, Philosophos, Rhetores, Medicos, Dialecticos, Iurisconsultos, & Theologos, etiamsi eorum maximè qui in Palæstina floruère, nobis opera multa incognita sint, quæ in Europa etiam aliquando clarissimum emisére splendorem, quémque nunc quoque silenter aliorum celatis auctorum nominibus, credimus emittere.

De his qui Eliæ acta scripsere. V. Camararum. de reb gestis Eliæ.cap.10. sect.1.& 2. Reg.3. à c.17. vsque ad 4.Reg.2. inclusiue. 2 Paralip. 21.12. Malachi.4. Eccli.48.1. Matth.17. 3.10. Marci 9.3. 11. Luc.9.31. Iacobi. can cap.. Apoc.11.3. Io Patr. lib. instit. Monach.c.3. Io. Patr. cap.34.cit.à Laur. ab Aponte Commentin Sapientiam cap.1 n.4. digress.2. Didac. Bezza tom.1. Com. moral lib 14. cap.16. Nicolaus Harpsf. in hist. Anglicana sæc.15. cap.18.

23\. Hi vtrique quidem fortes, & prudentes, perfectissimi, strenuissimique Milites, in Hæreticos perduelles, & Ecclesiæ teterrimos hostes, vt & in hæreses omnes, stetère validissimè. Dionysius Papa, in Sabellium: Serapion Antiochenus Episcopus, in Montanum: In Arrium Spiridion: Serapion, in Manichæum: contra Eutychen, Caprasius: In Nestorium, Cyrillus Alexandrinus: Palladius, in Pelagium: Angelus, Albertus, Simeon, tria lumina mundi, & tria stellantia sidera clara Poli, in Waldenses, vt Bosius & Sarracenus notauère: In Hæreticos omnes Bacchonius, quo doctiorem, & feliciùs expugnantem hæreses omnes, nunquam Angliam produxisse, nulla parem in orbe sæcula cognouisse, Pitsæus attestatur: In Wicleffum, Richardus Lauinhamus, Ioannes Keninghalus, Petrus Stokes, Richardus Maydestonus, Walterus Dysfæus, & alij, teste Sandero, qui sæculo eodem doctissimi effloruère: & inter omnes, super omnes ab humero & sursum eminens, Diuinus Thomas Valdensis, qui eruditione fulgidus, & pietate venerandus, non solùm Wicleffum Lernæum monstrum, sed & in eo, posteriores omnes Hæreticos acri calamo confutauit, euicit, & deprædatus est, Guillielmo testante: Hubertus Leonardus Belgicus, Dauensis Episcopus, fideique Censor, cum aliis; in Niuellenses Hæreticos, gladio quoque Spiritus sancti dimicauit

Thom Bosius de sig. Eccle.tom.1. Thom. Sarracen. in Menologio. Io. Pitsæus in descript. Angl. in Bacchone. Sanderus in Monarchia.

Guilielmus à Pitsæo citatus in descript. Anglie in Valdensi.

dimicantem? Et quid non Thomam Beauxamitum, Bertatum, Bulletum, Petrum Lupum, & Annatum Kokeletum, de Poitvandio Caluini pedisseq. [illegible] triumphantem meruerint? Quid non ex Anglia (vt omittam innumeros alios patres,) [illegible], qui ab impiissimo Henrico, & Elisabeta Regibus, pro fide Christi laurealibus Martyrij coronati sunt? At quid mirum? fuere illi, vt Trithemius affirmat, viri fortes, atque prudentes; potentes à sæculo quos perfectissimos, strenuissimósque milites, Apostolorum coadiutores, & in eorum nutritos scholis vocauit Iosephus Antiochenus, qui sola in hostes Ecclesiæ mouêre bella, orationem, & salutis sapientiam, tanquam *Sanctorum Prophetarum Heliæ, & Elisæi imitatores: quique de monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæstinam Christi fidem constantissimè sparserunt, & in Virginis Mariæ honorem, in Montis Carmeli decliuio oratorium fabricantes, Saluatoris Matri specialissimè famulati.*

Quid gloriosius? Plura vultis? Adiicite Carmeli filios (quos primos, & Nouissimos Hildegardis [illegible] fidei defensores. A primo Ecclesiæ Christi [illegible] in eius quoque tute[illegible] in Concilijs pene omnibus [illegible], fubueniséque [illegible] Ecclesiæ hostes debellasse; Namque quemadmodum vetustissima illa sæcula, Heliam Patrem, Iudæis deficientibus, & à diuina recedentibus religione, in eos gladio [illegible] & zeli digladiantem aspexere mirata: [illegible] Patris in morem, nouissimo hoc tempore [illegible] strenuissime filios Carmeli, penè in Concilijs omnibus; adstantes videbitis, & neruosè in hostes Crucis, & fidei Christi sapientiæ cælestis, & Catholici spiritus ardore dimicantes. Namque in primo illo Hierosolymitano [a] ab Apostolis ... *fuerunt Prophetici Ordinis viri* [illegible], pro fide pugnantes. Anno Christi 280 vidissetis Dionysium Papam, Paulum Samosatenum in Prouinciali Concilio [b] condemnantem, annis Christi [illegible] 40 Spiridionem Cyprium, in Synodo Nicæna [c] disputantem. In Chalcedonensi [d], Heliotas sapientissimos, & Sancto in Ephesino [e] S. Cyrillum, vitia Cælestini Papæ Præsidentem, damnantémque Nestorium, & Pelagium. In Constantinopolitano [f], Pheoctistum, & Sillam. In Lateranensi [g], sub Innocentio III. Albertum Patriarcham, qui Carmelitis Regulam præscripsit. In Lugdunensi [h], Ioannem de Sublouio. In Ferrariensi [i], anno Christi 1408. Guilterum Venninium. In Turonensi [k] anno Christi 1180. Obtinuere Carmelitæ ibi adstantes, confirmationem Regulæ Alberti. In Turaconensi, & Lugdunensi sub Innocentio IV. S. Simonem Stokium [illegible] vbique illum publicam [illegible] habentem pro sedandis tumultibus Ecclesiæ. In Viennensi [m] Guilielmum Radingium, iussu Clementis V. pro Templariorum discutiendis articulis. In Albiensi [n], Ioannem Vvalsinghamum. In Basileensi [o], Ioannem Teutonicum. In Constantiensi [p], Robertum Mascalum [illegible] ab Anglie Henrico Rege. In Pisano [q] Thomam [illegible] qui fundamenta [illegible] Carmelitis [illegible] Benedicti, [illegible] Harpsteldium [illegible]. In Florentino [r], Vvalterum Huntum. In Senensi [s], postea Pauanij [t] sinuto, [illegible] Martino V. Ioannem Beltonium [illegible] Pontificis iussu hæreses ex Transalpinis depullulantes. In Lateranensi [u] secundo Bernardinum Landucium. In Tridentino [x] demum, vt cæteros omittam Nicolaum Audectum, Baltassarem Lympum, & alios, qui omnes in fidei tutelam tam stupenda facinora patrauêre, vt sint mirabilia satis. Quid plura? satis sint ista, tanta me vbi temporis premit angustia.

Superest demum [illegible] hanc Carmeli propaginem, Imperatorum, Regum, & Principum, sanguine serenissimo, & fulgentissimo [illegible], nobilem ostendere. Et quidem quoad primum (multorum ambage relicta) compertum habete, felici iugo Carmeli libera multorum ex regali serenissimo, & nobilissimo sanguine cretis colla subiecta venisse, ita vt in ea sit Dauidæum illud: *& adorabunt eum omnes Reges terræ.* Habuit enim Diademata pro cucullo, & purpuras pro Heliæ Melote, & sceptra pro virga religiosæ directionis [illegible] in primis [illegible] Græcorum Imperatoris, [illegible] Constantinopolitani Conuentus [illegible] Anadalti, vel vt alius Artemij Græcorum Imperatoris, Thessalonici Conuentus filij: Theodosij, Conuentus cuiusdam in Græcia filij, Michaëlis Curopalatæ, Conuentus Insulæ Prote: Michaëlis Paphlagonij Rectoris, & filij cuiusdam Græci Cœnobij: Michaëlis [illegible] filij Thessalonici Conuentus. Michaëlis Stratioti, viri quidem, qui cum diutius peccatorum multorum vitijs in Deum [illegible], Diuina postea clementia cum eo misericorditer agente, subitò circumfusus luce de cœlis, inter Beatiores Carmelitas annumeratus est. Michaëlis Ducas, qui ex filio Conuentus S. Saluatoris Constantinopolitani, suffectus fuit, nisi muneri nouo cessisset, Ephesinus Antistes: Nicephori Botoniatis filij eiusdem Græci Cœnobij: Isaacij, vel vt alijs Alexij Comneni, filij cuiusdam Græci Cœnobij; & Imperatorio omnes diademate insigniti. Præter hos habuit etiam Onufrij illius celeberrimi, Regis diademate clari, at sanctitatis stemmate clarioris ornamentum: qui, sceptro dominij relicto, abditus eremo, in Heliotarum Cœnobio, notus cunctis, celebris vitæ lauro redimitus, cessit è viuis: Habuit etiam, Saturnini Achaiæ Regis filij &, vt ad recentiores accedam, Eduardi III. Anglorum Regis, Ludouici Gallorum vtrorumque ex ordine tertio. His adiice decorem Nicolai Cantilupi illustri Deuinnetarum Comitum prosapia creti Henrici Angli et Lancastriæ Ducis Henrici item alterius Nortubriæ Comitis Alphonsi de la Cerda filij altissimi Infantis Ferdinandi, & Nepotis sapientis Alphonsi Pronepotisque Alphonsi illius Hispalis Aquitatoris qui Tertij Ordinis professus ex Gallia nostros in Hispaniam adduxit: Nunnij Aluari Pereiræ cognomento Comitis Sancti Angeli Cœnobij Macedonum Principis, & huius Valentini Cœnobij decorus, cuius sacrum corporis [illegible] omne felici, cóspicientum [illegible] Diuinus Pater in [illegible] Deum vt multos præter [illegible] serenissimarum & Regiarum [illegible] quam [illegible]

&

Trith. de laud. Carm. cap. 3.

Ioseph. lib. de perfec. mon. cap.

21.

S. Hild. ...

a Euseb. ... lib. ... cap. ...

b Euseb. ...

c Ruffin. lib. ...

d Bal. Santorum ...

e Euth. de ...

f Extat in ... Concil. Constan...

g Bergo. lib. ...

h Paleonid. ...

i Nicol. ... Anglic. ... 14.

k Spec. Ordin. c. 7.

l Menolog. ...

m Pitsæ. in de script.

n Pitsæ. cit.

o Bergom. in ...

p ... 142.

q Arpsfel.

r ...

s Pitsæ. cit.

t ... Concil. ... & ... Binius tom. 4. Concil. ...

x Idem Binius.

Isai. 59. 21.

25.

A Serenissimo Regum sanguine laus.

Ps. 71. v. 11.

Ex Ordinis Chronico ... in locis.

Didac. Cotia lib. 1. c. 17.

& sanguinis serenitate Bohemiæ Regis filiam:& Beatã Franciscam de Ambrosia Britannam, Petri Britanniæ, & vtriusque Armoricæ Magni Ducis vxorem, primùm, posteàque Conuentus filiam Nazaretæ. Verùm ne in immensum agat oratio, silentij velo huius generis est opus multos, multasque celare; namque si vniuersos recensere aggrederer, pugillo potius Solis radios, & numero maris arenas comprehendisse me viderem.

26. Ioh. c. 9. *A n[illegible] sancti[illegible] desauro, à Regibus, & Principibus elargitis, laus.*

Quid vltra? Magnine hi *qui portant orbem* Heliadem fecerunt, magnisque Carmelæam muneribus adornarunt? quis id ambigit? Etenim nulla cæteris Religiosis Ecclesiæ familiis fuère concessa, quibus à generosa Pontificum, Imperatorum, & Regum, & Principum manu careat Regalis ista Heliæ Patris propago: Omnes equidem semper se Carmelitarũ propugnatores exhibuerunt: si improbi nos odio sunt prosequuti, illi amplectebantur amore: Contempsère illi obseruarunt, oppugnarunt, & propugnarunt isti. Bellicarunt in nos? isti fouerunt. Intorsère illi telo[illegible] retorsère. Si ignotam quondam gentem nos dictitarunt: isti lapsam è cælis, Sole clariorem, vel in ortu suo è Carmelo prædicauère, totúmque ire per orbem, & vniuersas eius peruadere plagas coronatam gloria, honore, & pace curarunt: Certatimque certe Reges elaborabant, quisquis primus Cœnobia nobiliora esto Ordine Heliæ in Occidente construeret, de quibus fœcunda habetis Ordinis monumenta meliora.

Vide Ordin. Speculum f. 6. Impressi facte anno 1507. & emendatæ à Bapt. Veneto & Firman Romã Elucid. 22.

27.

Verùm, vt quid ad terrestrium Principum descendo fauores? Vt quid ad munificas eorũ manus mea sese conuertit oratio? Vbi æternus [illegible] adest Rex, Reginàque Mater magna MARIA tãti suos Carmeli filios habentes, vt in Carmelum Nazareth sæpissimè etiam cum Iesu pusillulo suo adueniens, eos familiariter alloqueretur, curas eis suas explicaret, cum [illegible] & [illegible] cordis, medicinamq. suoque erat cordi [illegible] quido ipsi cum ea pariter afficerentur [illegible], & mutuò collacrymabantur, restabat ei sola solatium istud, nam nullos alios sibi [illegible] habebat, cum quibus loqui liberè, aperte lamentari & suspiriis posset mitigare suæ [illegible] dolorem & ardorem. Tandem moritura aduocauit eos, Mantuano testante: Vt in medio eorum traderet spiritum, eos deprecans, & adiurans, vt sui haberent memoriam æternam: qui lacrymantes, sepulturæ interfuère, & vale æternum dixère.

Mantuan. citand.

Bapt. Mant. in Apolog. pro Carm. ad finem. & Partem 1. Marianæ c. 3.

27.

Quid tantæ Matris singularem referam protectionem: Deliciæ illi erant esse cum filiis Heliæ, quos singulariter proprios adscripserat, quasi sublactati à lacte, nutriti à suo sanguine forent: namque inter cæteros Religiosos Ordines, hunc in[illegible] dilexit [illegible], & assiduis magis amoris sui signis prænotauit. Audite canentē:

Carmelum [illegible] texit sacra Virgo sub alis:
Fecit & auxilius hunc renitere gregem.
Hu[illegible], sacro [illegible] honore.
N[illegible]

Vultis id aperiam? Date aures referenti verba quæ [illegible] Carmeli Patres in sui singulare signum amoris erga Ordinem nostrum ad ipsum Ioannem XXII. [illegible] est, vt dantur fideliter ab ipso: *O Ioannes,* Ioannes Vicarie mei dilecti Filij, [illegible] imple, si te [illegible] eripiam [illegible] te solum Papam, atq; Christianorũ Vicarium meis coadiuuantibus supplicationibus faciam:& si quid à meo dulcissimo Filio petieris gratiosè, ac benignè impetrabis. Itavt ergo gratiarum amplam *meo sancto, ac deuoto Carmelitarum Ordini* debeas confirmationem pie concedere *per Heliam, & Elisæum in Monte Carmelo inchoato.* Quod vnusquisque professionem faciens & Regulam à meo seruo Alberto Patriarcha Hierosolymitano ordinatam, & obseruandam traditam custodierit, & inuiolatam obtinuerit, per meum dilectum filium Innocentium verè Filij mei Vicarium, dignè approbatam: ita debeas in terris assentire, quæ in cælis semel statuit, & ordinauit ipse Filius meus: Quod qui in sancta perseuerauerint obedientia, paupertate, & castitate, vel qui sanctum intrabunt Ordinē, saluabuntur. Et post alia addidit maiora confestim vobis efferenda si post amoris signa monstrata verbis; operibus etiam exhibita desideratis.

Ioann. XXII. ex Bulla sub Datum Auenion. 3. die Maij 1322. [illegible]

6 approbata P. Petrum de Terranoua, Ordinarium Maroticen. Ioann. Barceto Ordin. Valentinum. & D. Io. Ribera Patriarcham Antiochenum, & alios de quibus latè videndus Lezana noster in compendio lib. 3. a c. 1. vso. 10 Innoc. IV.

Singulare adid animabus donum (tot sæculis ab inuidis tantæ gloriæ neruose oppugnatum, quot victricis palmæ victoriis acclamatum est) referam, quo:

28.

Virgo animas fratrum medius ex ignibus aufert,
Carmeli Montis: quos sacer Ordo tulit.

Dic amoris signũ, ô trophæorum tuorum Carmelida progenies cum audis Virginē & Matrem talia pro te ad eundem Pontificem Summũ alloquentem. *Et à die quo isti recedunt ab hoc sæculo & accelerant Purgatorium, ego Mater gratiosè descendam* (sua subaudias [illegible] intercessione) *Sabbato post eorum obitum primo. & quos in Purgatorio inuenero, qui habitum meum dignè portauerint & meo amore Religionem, vel Confratriam, seu societatem meam intrauerint, & in hoc sæculo [illegible] sunt, à pœnis Purgatorij liberabo, & eos in montem sanctum vitæ æternæ reducam.* O amoris vim! impatiens Matris amor est, & vix maternus tantæ Genitricis erga hunc dilectum suum Ordinem, q. è priuilegio amoris præcipui cæteris honorauit. Nunquam simulatorius amor.

Accedunt vt breui enarrẽ singularissimi huius amoris Christi, & Dei erga Matris suæ vineã dilectissimã Carmeli signi breui ora. Quid singulare depingam illud, & pretiosum munus, quo Carmelitarum Antesignanũ Baptistam suum, in gratiæ lege, decorauit, eius manu lauacra puri gurgitis ad Iordanis sacra vada recipiens (Quid) eo antè, sublimē illam monstrabo dilectionem, quam in principe nostri propositi fecit Heliæ, cũ aduocans Prophetarũ vice, in testē suæ Transfigurationis, & viuum e Paradiso reducēs, vt Taborios fulgores spectaret intētus in Christo Pro quo exultabit Abrahā, vt videret diem, cōcupiuère Isaac, Iacob, Dauid, & Ioseph castus eligendus erat. Gloriosũ nomen nimis est, & ineffabilis gratiæ munus, vt vnus ad id inter tam præclaros Patres secerneretur cælestis Helias? Vela contrahamus, auditores nobilissimi, in hoc fauorũ à Christo & Virg. Matre erga Propheticũ hũc Ordine cōcessorũ genere claro, ne in immensũ crescat, & diuagetur oratio, & fastidio nimis vobis sim, dum gestio vos cũctos gratissimos habere. Honoranē vero nõ possumus silentio celē. Magnificã scilicet illã de mẽbrana Ordinis Heliæ donatione concessionē factã à Christo in ipso Taboris vertice [illegible] Propositi nostri Principi exponentis, cui sic petenti annuens Christus, dicit vt cecinit Vates:

29.

[illegible]

Dum fluet unda Maris, curretque per æthera Phœbus:
Viuet Carmeli candidus Ordo Mihi.

29. Hucvsque orationis filo deducto, peractisque his de Ordine nostro breuibus trophæis: iam ad alia properare nitor. Hoc si primum compertum vobis reliquero: leges illas, earúmque obseruantiam & custodiam fidissimam effecisse vt ad tantam magnitudinis donorum gloriam noster conscenderet Carmelidus Ordo. Hæ quidem fuère quæ multorum sanctorum Patrum, & Principum cieuêre corda, vt Heliades summis ditescerent fauoribus Hæ, quę ad sanctitatis celsiorem apicem, tot ex nostris viros aduocarût, quos nullus vnquam numerus præcinget. Hæ, cùm veluti prototypa quædam sint, in genere se habentia causæ, innatámque ad suos depromendos effectus habeant respectionem, & quemadmodum naturale agens aliquá aliquando formá indiget naturali, quam ad eruendos effectus respiciat; non secus morale, vt cum Philosophis loquar, nonnullam appetit formam, vt ad ea quæ ad mores spectant pernici propensione recurrat. Hanc censui legem omni impositam Reipublicæ; quæ quidem ad illud maiestatis fastigium perfectionis omnis in gloriam omnem cuncta mortalium corda deducit. Quis enim in Ordine nostro tam sublimibus sanctitatis, imò & sapientiæ, nostros fecisset clarere Cyrillos, Angelos, Albertos? quis doctrinæ maiestate vtrosque Thomasios Beauxamium, & Waldensem, Aygnanum, Spittam, Mantuanum? Quis nitido regimine Landucium, Malesaidam Regio ex Salomonum Hungarię genere satum, Baptistas, Rubeos? Quis ad vniuersæ Ecclesiæ summum verticem nostrum Diuum Dionysium euexit? Quis Benedictum, & Telesphorum ad eundem? Quis (vt missos agam breuitate deuictus, & temporis arctatus angustiis alios) Prouinciæ huius Aragonicæ Mæcenates, multos & pręstãtissimos Coryphæos, nostri temporis Leones, Carrancas, Bustamantes, Sifres, Sanczios, Hæredias, hęredes equidem Salomonicæ prudentiæ; quã cũ splenduissent, nitidius tandem religioso candore, sempiterno marmore digni, felicissimo munere functi, Ordinis maximo eiulatu, & decremento abfuère à viuis nobis, vt inter superos adscriberentur? Quis tandem Ripolum nostrum huius nunc Prouinciæ nostræ caput, & Principem ad tãtam nominis laudem aduocauit; qui (non vt morem illi geram dico) Religionis puritatem, literarum ornatui nectens, omnibus amabilis lucet, lucebitque in æua ventura eius regiminis Sol. Quã prudentiã, qua in subditos benignitate, & æquitate rexerit (id quod mihi ob rei magnitudinem difficile est) promptius expediam.

Innoc. IV. in Bull. Quæ honorem Conditoris. Dat. Eugen. IV. in Bull. Romanæ P. Dat. Romæ, an. 1431

30. Scite loquar si seruatis in legibus illis laudis eius iura posuero. Cuius in Obseruantiæ clarissimæ suæ norma, post alios, excelsum hunc nobis Diuinus ille rerum sator & auctor exẽplar præstitit sæculo nostro. Is enim tantus vir quadriennis regiminis sui nunc expleti virgam habens vigilantem, non cessauit, die, noctuque nostrum vnumquemque ad legum nostrarum obseruantiam monere: non destitit pecoris sui diligenter vultum agnoscere, pascens, dilatãs, & custodiẽs, qui in eo erat gregem Dei, & Heliæ Maximi Pastoris; non coactè, sed spontaneè, secundùm Deum, infirma consolidans, ægrota sanans, confracta alligans, reducens abiecta, quæ perierant quærens, non cum potentia imperans, & austeritate, sed mitem bonis, rigidum malis se præbens, sapientium fouit, obseruantiam auxit, ignorantiæ caliginem, si qua adesse poterat, à finibus nostris penitus eliminauit, mirincè extollens, quos Doctrinæ laude excellere viderat viros, vt certe decet Religionis & Prouinciæ Coryphæos personas literarum scientiis præditas, ac maximis, longis, immensisque laboribus in componendis & edendis libris, ex quibus Christiana Respublica incrementa recipiat, indefessas, prærogatiuis, & singularibus gratus cohonestare, quo feruentius in eisdem laboribus perlistant, atque cæteri eorum exemplis ad huiusce generis virtutes peramplius excitentur. Id quod sedulè curauit pro suo fieri Ripolus noster, vel intra Ordinem, vel in publico Cæsaraugustano Musæo, vbi sapientiæ prima sede, & cathedrá donatus ad annos est plures. Is fuit tantus, in quo mira verè apparuit fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, experientia, æquitas, philanthropia, & prudentia, quæ semper in eo omnium domina, & omnium magistra fuit. Quarum iucunda rerum & placida vox non solùm in angulo Prouinciæ nostræ, sed totú diffusa per orbem, omnium ad sui amorem corda vocauit, vt dignum censuissent Patrem Philotropolentem, Carminis nostri decantandum laude:

S. Petri 5.

S. Hilar. can. 20. in Beath. ad finem.

Cic. pro lege Manilia.

Auctoris.

Pandite formosum graciles Helicona sorores,
Nectar Hyanthæum, ne prohibete, bibam.
Pandite Parnasum, crepitantes pãdite riuos:
Nec desint labris pocula vestra meis.
Pro his rebus gestis liceat persoluere grates
Ripolo: at video non opus esse mea.
Roma sub Augusto Saturnia sæcula vidit:
Nec timuit tumidas publica nauis aquas.
Dumque gubernantem adspexit Salomona peritum
Iudæa in terris sola beata fuit.
Præsule Ripolo Carmeli lucida Puppis,
Quanquam asris fureret flatibus vnda vorax,
Felix facta fuit: tempestas dira quieuit:
Puppis enim Rector Nereus alter erat.
Ipse equidem Magnis Heroibus æquiparandus,
Semideis visus æquiualere procis.
Est huius Regionis honos, in quo omnia sũma,
Cui natura suas concumulauit opes.
O Ripole domus Magni Patris incrementum
Heliæ: ô nostræ nobilitatis apex!
Vertice sublimis cupressifero Carmelo,
Maior Atlanteo, quod tenet astra iugo.
Te regnante putat se calica tangere posse
Sidera: & Empyreas carpere posse vias.
Nestoreos ætas vtinam tua compleat annos,
Non obstent superi, nec tibi parca nocens.

Sed iam hoc vno in tanto viro (impatiens enim est ad hæc audiẽdũ in eo innata modestia) coło-

phonem adiiciam: nullum ex clarissimis Prouinciæ Patribus, pleniorem obsequio posteritatem meruisse, quàm Ripolum: quibus, namque, non charitatis pyropis splenduit? quo non affulsit Religionis decore? quo litterarum manipulo caruit? nullo. Igitur ab eius laudibus abscedam.

31. Vsque huc oratione vocatâ, superest Prouinciæ nostræ selectissimi Æquilibrij, vigilantissimique Pastores & Magistri, qui tanto iam nudandi Protopastore Ripolo accessistis, felicissimè expleto sui regiminis stadio, vt ad ea quæ vestri sunt muneris, ad similem deligendú, alium solitæ prudentiæ vestræ, æquitatis, & zeli viribus innixi conueniatis: ne semel acquisita obseruantiæ vi gloria, & lucratus in Ordine, & Prouincia vestra decor ille, deficiat. Ad quod te primùm Conuenio ô Carmeli nostri decus, qui Generali præes Visitatoris meritissimi solio: & postmodum ô vos, Christi & Mariæ Virginis omium Prouinciæ Aragonicæ Pastores (ad quos non sanè docendos, immò neque monendos, sed de Comitiorum more Dei, & Religionis voce alloquendos accessi; non enim vestra singularis sapientia, ab imperito doctrinam, prudentiam, consilium à iuniore: eximius vester Religionis, & pietatis ardor, à tepidiori calorem; sed vestra incredibilis humanitas alloquium dumtaxat, à fratre, filio dicam, vobis omnibus quàm reuerentissimè subiecto requirit.) vt sciatis, vobis maxima solicitudine curandum esse quod is, qui de cæterò omnibus est instituendus Prior Prouincialis, sapientiâ simul, & religione decoretur. Non ille ad Prouinciæ nostræ gubernacula ascendat, cui nulla de animarum salute cura sit, amor Dei, & Religionis nullus, nulla virtutum exercitatio. Tales enim non tam Pastores quàm lupos intra sacratissimas Carmeli nostri sepes, nec ferendum sanè, nec reperiri credendum est. Nec tam vobis, ne similes reperiantur verendum, quàm quòd nulli penitùs existant gaudendum immortaliter, & lætandum est.

S.Greg. li.4. c.4. in c.10. lib.1.Reg.

Illi ergo vt in Actis habemus ad animarum Regimen, & Conuentuum moderamina eligantur, *qui sint religiosi, integri, amici iustitiæ, obseruantes, bonum Zelum habentes pro conseruandis constitutionibus nostris, timentes Deum. Et non eligatur Pastor praeceps, ambulans in tenebris per nimium, neque qui ambitu regnandi, & præsidendi sit affectus.* *Oculi mei*, Psaltes diuinus aiebat, *ad fideles terræ vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.* Psalm. 100. Si enim adeò est periculosa, & difficilis animarum custodia, quæ non pueris, non rudibus, non carnalibus, & imperitis: sed prudentibus, sapientibus, prouectis, & spiritualibus committenda: nam, Stagirita Philosopho teste, *est ars artium, & scientia scientiarum:* eos seligere debetis, qui possint, velint, & sciant, animas regere, fratres affectione, & voluntate diuersos, in vnitate Monastica conseruare: non imperiosis, sed amicis verbis, charitate plenis, in dura etiam, & laboriosa obsequia trahendo: sciant omium infirmitates tolerare patienter, & à nemine supportari, prudentibus æquè, ac imprudentibus succurrere, & quod difficillimum video, omnium sese moribus sine offensione attemperare; ne his noceant dum in illos liberales sunt. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij, sic qui dat insipienti honorem*, monebat Spiritus sanctus Prouerb. 26. vbi Lyrano teste legit Hebræus: *Sicut qui ligat in funda lapidem sic*, &c. aptissima sanè ad rem nostram metaphora fundæ & lapidis: qui si lapidem adieceris illi, è terra leuatum, dum vires adsumit brachio leuantis & circumferentis manu, insanissimo facto impetu pedem brachium & aliquando caput findit, qui si terræ hæsisset nulli nociuus esset: Sic insipiens est ad munera elatus & potentioris brachio coadiutus, ô nefas! Non ergo æligatis Præsules improbos, qui non obsequantur, sed immò dominantur: id enim adeò perniciosum est, vt Plato dicat: *Interitum paratum esse illi Vrbi in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus præsunt.*

Acts Prouinc. Arag. ex cap. Prouinc. Valcelebr. anno 1567. tit. de Regim. &c.

Arist. Politic. 1.

Plato 4. de legibus.

Itaque de bono Præsule potiùs quam de bona lege sit cura vobis; ô Prouinciæ nostræ Principes, nam velius est optimi Regis exemplum, quàm legis optimæ munimenta maiora. Eos eligite, qui pascendas, non premendas vtique subditorum ouiculas suscipiant: qui tentationes earum paternâ solicitudine in propriam, vt ita dixerim, personam transferant, singulisque conuenientia remedia adhibeant: qui scitè sciant, & opportunè delinquentes arguere, quandoque punire. Scitè, dixi, & opportunè, nam periculosus est gladius in cæcutientis manu: sæpissimè is occidet, quos viuere oporteret, & vulnerabit partem, quam mille deberet custodire vigilius. Meritò rudi, & ignaro Petro gladiú recondere præcepit in vagina Saluator, quando Malci abscindebat auriculam, tanquam rudi tunc, & ignoranti quasi Pastoris baculum solummodo tradendum tunc Petro caueret Iesus, quando sic solum oues pascere iubetur: verùm cum iam diuini Spiritus aduentu potarat diuinæ plenitudinem sapientiæ Petrus, linteum videt reptilibus plenum, & subitò audit: *occide, & manduca:* Quasi: Iam sapientiâ plenus es, ne gladium condas, sed stringe, & occide: solis enim sapientibus gladius porrigendus est. Non quidem opportunè delinquentes arguere; quandoque prudenter dissimulare, non rudium, carnalium, aut puerilium est, sed prudentum, deuotorúmque virorum, qui sunt experientiâ cauti: Enimuerò si carnali, rudi, & inexperto regimen animarum committitur, citò Monastica disciplina dissipatur; quia dum vitia vitiosus arguit, non corrigit, nec curat infirmos, sed iniquo eos suo potius perimit exemplo. Adhibeantur tales animarum Pastores, qui periculum suum considerantes soliciti caueant, vt eos, quos verbo sanctæ prædicationis ædificant, etiam bonis moribus præcedant:

S. Bern. lib.2. de consider. ad Eugen.

Ioann. 18. v. 11.

Actor. 10. 13

> *Rex amet honesta, nemo non eadem volet.*
> *In vulgus manant exempla regentium.*

Seneca.

Et:

> *Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.*

Sed elegantius Sanazarius:

> *Publica nimirum tum res sibi constat, & æquum*
> *Imperium est; cùm Rex quod iubet ipse facit.*

Claudianus in Honor. & Sanaz. lib. 1. ep. 2. 21 Federicum.

32.

S. Bern. lib. 3. de Consid.

Adhibete ergo ad Regimen eos, qui, vt Bernardus aiebat, *Præsint, vt prosint, vt prouideant, vt consulant, vt dent illis escam in tempore opportuno.* Fugite, Patres, eos, qui prece, pretio, rogatu, vel vi, ad munera anhelant: audite Bernardum libro quarto de Consideratione, capite quinto, sic ad Eugenium Pontificem loquentem: *Pro quo rogaris sit suspectus; qui ipse rogat pro se, iam iudicatus est, nec interest per se an per alium quis roget.* Et post alia concludentem etiam audite: *Itaque non volentes neque currentes, sed renuentes etiam coge illos, & compelle intrare.* Ij ergo præficiendi sunt, qui auctoritate regiminis præsidentes, vitæ quoque vtriusque necessariorum ministratores sint: qui sint irreprehensibiles, qui doctrinâ, & sanctitate præemineant, qui cæteros zelo rectitudinis excellant, qui fortitudine præstantiores sint, charitate locupletiores, consilio maturi, conuersatione deuoti, benignitatis amatores primi, castitate & innocentiâ puri, obseruantiâ regulari strenui, scientiâ profundi, discreti zelo, vigilantiâ cauti, sermone accincti, sanctâ operatione diffusi, imperio temperati. Qui se in omni actione prudentes, & maturi exhibeant, vbique leuitatem, & indecentia vitent, multiloquium, immoderatúmque risum suæ non congruere sciant dignitati. Is demum inter tantam decerpendorum florum, ex his Carmelæis hortis varietatem, in Priores eligantur, in quibus & eruditio, & scripturarum doctrina, discretio, & experientia eluxisse videatur: vt noscant singulis apta adhibere remedia; ne inexperientia scientiam destruat, & ignorantia remedia malorum eliminet: adsit itaque saltem artis discretio, donec sine periculo experientia discatur: *Quia nihil facilius*, Xenophon dicebat, *hominum gubernatione, si in Principe moderatio eluceat, & prudentia.* Est ei, iuxta magnum eloquij Principem Latini, cui Respublica commissa est, necessaria oratio, & sapientia, quâ populos regat, stabiliat leges, castiget improbos, bonos tueatur, claros laudet viros, edat laudis & salutis ad persuadendum præcepta suis ciuibus, quo hortari ad bonum, reuocare à flagitio, consolari afflictos, factáque & consulta fortium, & sapientum cum improborum ignominia, sempiternis monumentis prodere possit. Quod si non fecerit, legibus est opus subiaceat. Nam vt Aristoteles censuit: *Commodum est vt animi Magistratuum pendeant, nec eis quidquid velint efficere liceat, nam licentia quidqualibet agendi, non potest malum quod in quocumque homine est cauere.*

Cic. 1. de legib.

Arist. lib. 6. Politic. c. 4.

33.

Hæc & similia multa, tibi clarissimæ Patrum horum coronæ & decori optimè nota, ad perfectissimum attinent Pastorem, vt gratus Deo, & amabilis subditis fiat. Sed proh Deus immortalis! ad animarum curam quidam ascendere tentant adeò rudes, & imperiti, qui nihil de sacris scripturis intelligunt, medendi animas artem haud norunt: se Dominos fratrum, non Patres exhibere cupiunt, semper præcipere, rogare numquam didicère. Chilonis omnimodo illud obliti ne dicam ignari: *Potentiam mansuetudini adiungendam, vt à suis Princeps, non tam metum extorqueat, quàm impetret reuerentiam.* Ad quod bellè quidem ille cecinit:

Chilon.

Ioachimus Vilsteruael in tractatu de optimo Iudice.

Regi plura licent, non vt tamen omnia possit:
Sed veniæ tantum, vbi spes salutis habet.

Alij qui cum austeritate imperantes, dum discretionis moderamen adhibere nesciunt, ad impatientiam, & rebellionem pusillanimes impellunt, & per reprobos mores ire in interitum permittunt: cùm legum similes, vt Cicero dixit, ipsi esse deberent, quæ ad puniendum non iracundiâ, sed æquitate ducuntur. Alij bonos, & deuotos subditos habentes, dum ab eis paternum affectum ex ignorantia, & elatione subtrahunt, paulatim in grauissimam sui compellunt auersionem, sæpéque contemptum pro reuerentia reportare cogunt; quando imitari debuissent diuinum, superñúmque Spiritum sanctum, qui dum igneis linguis Apostolis apparuit non vtcumque super eorum capita sedit, sed *apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.* Quid hoc diuinitas significabat? Certè hunc illis cælestem Spiritum lenem simul vehementemque futurum esse, non vrentem sine perfusione lucis, nec illuminantem sine adustione venisse, ita feles spargens, vt mellifluis Apostolos illicibus traheret: ita mella stillans vt felles propinaret, pungens simul, & vngens.

Cic. Offic. 1.

Actor. 2. 3.

34.

Verùm væ, væ istis canibus mutis, væ Pastoribus similibus illis, qui semetipsos pascentes, oues Christi pascere renuunt. Væ inquam illis, quibus per Hieremiam dictum est: *Pastores tui vulpes fuerunt.* Et per Ezechielem: *Sicut vulpes in desertis Prophetæ tui.* Hos ad electionem fugite Patres, eminùs cernite, pellite procul: & dum tam diuersorum venustam, & suaueolentem florum varietatem ante oculos habetis, lectiores legite, suauiores gustate, digniores imperare iubete: eos, inquam, qui si lateritiam Religiosam suam Rempublicam acceperint, marmoream reddere curent: *Imitemur*, Cicero clamat, *nostros igitur Brutos, Camillos, Hallas, Decios, Lentulos, & Æmilios, quos in Deorum immortalium cœtu, & numero repono.* Eiadum, ô clarissima Prouinciæ, & Religionis nostræ lumina, audite Isaiam dicentem: *Qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum, attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis.* Attendite, inquam, vos, ô viri ex Carmelida propagine clari, ad Heliam Patrem, Petram quidem ex qua venitis excisi, ne proferat ipse filios se enutrisse, & exaltasse, à quibus denegatus est. Attendite maximè ad Theotocon sacram Matrem Virginem, Altricem, Genitricem, fautricémque singularem Mariam: illam, inquam, quæ non solùm (vt verba Gregorij Summi Pontificis Decimi tertij referam) *Ordinem sibi electissimum genuit, sed & tanquam prolem ab eo ortam, suis filios nutriuit, lacte suo aluit, & exaltauit amore precipuo.* Estote memores sacratissimæ illius Obseruantiæ antiquissimorum Præpositorum vestrorum, quorum quilibet altero iustior, benignior, & clementior, patientior, & humilior apparere gestiebat, &, iuxta Dominicum præceptum, omnium se minimum præbebat, & seruum, & ministrum: Eorum ergo puritatem

Hier. c. 1. 2.
Ezech. c. 13. 4.

Isai. c. 51. v. 1.

Greg. in Bul. Vt amaes.

&

Ioann. c. 8.

& ſinceram ſanctitatem inſpicite. Si filij Abrahæ fuiſſetis, ad Abrahæ opera patranda teneremini: Heliani eſtis, Heliades oſtendite vos: Mariani eſtis in gratiæ lege, Mariana æmulamini chariſmata meliora. Habet neſcio quid ſecretæ energiæ vocabulum omne magnum, quo poſſeſſoris mentem ad omnia magnifica aggredienda acuit & ſtimulat. Lepida ſemper mihi fuit Lampridij narratio de Alexandro Mammæ filio, qui cùm Romanus eſſet Imperator, poſt multa inſignia trophæa, victoriis coronatus multis, cùm Romani repeteret oblatum ſibi Antonini nomen fortiter recuſauit, ne quid illo indignum operaretur timens.

35. Lamprid. in vita Alexandri.

Eluceant inter vos (ad neotericos accedam, & miſſam faciam tantam interpoſitam vobis nubem Carmelitarum inſignium, miſſa illa antiquioris lumina Carmeli Caprafios, Agabos, Eutytios, Solymóſque Patriarchas Ioannes, & alios) Leones noſtri, Buſtamantes, Carrancæ, Sancij Herediæ, Sifres, & Ripoles, huius noſtræ Prouinciæ ſpecula clariſſima ſapientiæ. Emicet cura, labor, zelus, & doctrina, cum prudentia coniuncta illius noſtri omni æuo venerabilis, & amabilis Magni Patris Sebaſtiani Fantonij Religionis totius apicis celſiſſimi, qui huius noſtri ſeculi meritò miraculum vocatur, quemque non ficta, ſed afficta religio, ſapientia, doctrina, candor, & puritas ad ſummum Religionis cacumen, multâ meritorum ſupellectile ditem, extulêre. Emicet ardens ſuus in nobis regendis, & augendis incremento meliore deſiderium. Maximi pendatur opus, & honos mittendi ad nos R. A. P. M. Viſitatorémque digniſſimum Theodorum Stractium, virum nulli laude ſecundum.

36. Eluceat viri huius magnitudo animi, quam in ferendis iudicijs omnibus fecit apertam hoc ſuæ viſitationis decurſo iam penè per vniuerſas Hiſpaniæ oras ſtadio: Præfectorem agens, & inueſtigatorem Generalem æquiſſimum. Eluceat eius manſuetudo cum grauitate coniuncta, quæ viro digna eſt Principe, prudentia in gerendis, pietas, religio, beneficentia, quas & innumeras alias, eximiáſque, eius corporis, & animi dotes, ſi recenſere accepero, rudi meo orationis, iam latiſſimæ, filo, adeo mihi difficile eſſet, vt [illegible]

Bapt. Pius.

Promptius expediam quot fulgeat ignibus æther
Et quota in Oceano bellua mole natet.

Illud tamen non prætenibo, quod paucis mortalium obtigiſſe, cum ſplendore nobilitatis, virtutem, cum virtutis præſtantia, prudentiam; cum prud[e]ntiæ laude, morum ſuauitatem, & in ſubditos omnes beneficentiam mirabiliter coniunxiſſe.

M[u]ſa nunc oro celebrare laudes,
[illegible] per cunctas [illegible] Magn[illegible]
[illegible] noſtros H[illegible] Patris
[illegible] Patrem.

Surgat in altum propriúmque munus,
Dignus hoc extat: teneátque felix
Laude præcelſa probus, & triumphum
Sumat honore.

Quo fruens dono probitate plenus,
Rectius tradat facienda nobis
Filius: cuius decus inſequatur
Candida turba.

Nobilis natus ſpolijs auorum,
Orbis exultat celebrans tuorum,
Signa geſtorum ſpecioſa multum,
O Theodore.

Præſidis gaudes nitidâ coronâ,
Clarius dicam pietate ſanctâ,
Ac tuæ famæ radiis coruſcat
Inclyta Parma.

Hinc & Aſtræam vitijs fugatam,
In ſolum ſummo trahis ex Olympo,
Illa congaudet quia tu gubernas
Omnia iuſtè.

Téque Carmelus viget, & vigebit,
Candidæ turbæ Pater intonaris,
Namque concedis potiatur almâ
Religione.

Iam Parens noſtris precibus benignus
Filios charos, ſimul & Clientes
Supplices dextrâ famulos tuoſque
Protege ſemper,

Nec (tui magno Clypei fauoris,
Ac tua magna b[o]nitate fret[i])
Sortis infauſtæ capimur timore

SCRACTIO [illegible]

Tandem, non qualia, quantaque ſint eius excellentiſſimi animi ornamenta recenſebo; quia libellam hanc laudum, flagella exiſtimat ipſe: ſatis ſit hoc vnum non [illegible]; Sanctiſſimi Patris, Summique Pontificis Pauli Papæ V. grauiſſimum iudicium de illo, vt eum per totam Hiſpaniam, tot inter celeberrima Carmeli lumina, tanquam ſplendidiorem ſapientiæ, & prudentiæ facem elegerit Viſitatorem agere, in vniuerſis Hiſpaniarum fidiſſimis Regnis. Sed quid demirabor, dum ſplendidiſſimas virtutes Patris, non ſolùm noſtrum fideliſſimum Celtib[e]rorum Regnum, Valentinũ hoc nobile, & Nauarræ pium, ſed & omné Hiſpaniæ, Italiæ, & Galliarum vrbé, & orbé, ad quos eius nominis celebritas permeauit illuſtraſſe cognoſco: ex quo Matuſalami ſæcula felicem viuere optabũt ſummum Religionis [illegible]

STRACTIVM *præfecit Theodorum*
Omni virtutum genere micantem,
Religionis nobile decorum,
Flammeoli coloris adamantem
Diuinis modis omnes impiorum
Pessimos omnium mores expugnantem,
Hostis iniqui magno detrimento,
Et summo pietatis incremento.

37. Non minoris habeatis prudentiam, sapientiam, zelum, & laborem, celeberrimi Magistri, & Patris nostri *Octauiani Christophori*, indiuidui tanti Præsidis & Visitatoris Collegæ, qui lucidâ sapientiæ suæ face, & pietatis viuidâ vi, post totam illuminatam Italiam, Vlyssipponentium præclara limina (vbi Religione, & litteris prælucida lumina lucent) effulgere fecit, omnem validissimè defendens Angelici Thomæ doctrinam, Lusitanorum obstupefacta corda, & animos admiratos relinquens, dum audirent, & viderent virum, tam eximiâ variæ doctrinæ supellectile ditem: qui, totâ pietatis, & litterarum studiis iuuentute contritâ, Tyrio nimis aptus honori, studiorum quondam Neapolitani Carmeli dignissimè moderator electus, studia fouit, enutriuit sapientiam, & sapientiæ amatores ad æthera summa tulit.

Eluceat compendium, ne dispendio sit, tanti laboris à Patribus nostris, & à vobis omnibus impensi, qui nedum frigoribus, æstubus, pruinis, imbribus, & grandinibus (quæ omnia passim, longa itinera carpentibus, tempora præbent) pepercêre: insomnes ducentes aliquando noctes, nec moram, nec vllum nocte, diéque temporis articulum prætermittentes, quo cessarint à vigiliis, in Heliæ Patris commisso sibi grege pascendo. Appareat, & elucescat dextera Prouinciæ nostræ sors, in tanto agnoscendo, & habendo Chorarcha & Visitatore, ac optimè meritam fuisse de tantis Patribus, qui mille abs dubio ducent celebrandam Encomiis, non solùm apud Religionis nostræ Generalem Magistrum, sed & apud Purpuratos Principes Vrbis, vbi miris illam perfectionum integrarum coloribus relatu suo depingentes venustabunt.

Hæc vniuersa, ô fidissimi Heliades, quæ vobis rudi quanquam, & incompto stylo obtuli, eluceant in vobis pro bonis eligendis Pastoribus, & dirigendis ad maiorem gloriam Christi & Virginis Matris, cuius estis filij, & SS. PP. Heliæ & Elisæi, quorum estis hæredes comitiorum horum operibus cunctis. Et ad mentem quæso, reuocate verba Eminentissimi Cardinalis S. R. E. Mellini, Constantissimi Religionis nostræ Protectoris, quæ in Comitiis generalibus nostris Romæ proximè celebratis, non sine multorum, quâ digna erant, animaduersione protulit, dicens: *Eligite Patres in Pastorem Religionis Mariæ vniuersum eum in quo summa sapientia, prudentia, & pietatis vestræ pignora se ostendant: in quo & puritas, & Religio, & electorum elucescat animus.* (Em. Cardin. Mellinus.) Diuum quoque tandem Athanasium audietis: *In omni actu vestro, quasi in speculo relucente fulgete*, operantes vt propriâ cuiq: suum referat formam opus; viri enim boni, actus, & opera (S. Athan. in exhort. ad Monachos.) specula sunt, in quibus, vt in speculo, totus ipse refulget, quis, qualis, & quantus animo, & mente sit clare demonstrans. Vno verbo cuncta resumam: *Date Pastores iuxta cor Dei*: dirigite (Hierem. 3. v. 15.) vniuersa, sic vt grata sint diuinis oculis, quæ in his Prouincialibus Comitiis perfeceritis.

38. Tu Deus virtutum conuertere, respice de cælo, & vide & visita vineam istam: perfice eam quam plantauit dextera tua: super turres eius & ad sepes constitue custodes vigilantes: & laborantes agricolas primos fac de fructibus edere pinguissimæ terræ Carmeli. (Ps. 79. v. 15. & seq.) Recordare Deus quod eam de Ægypto transtuleris, vt plantares in Occidua terra, quando exterminauit eam Ahumar aper de Sylua Carmeli, & singularis ferus Malectates aggressus est depascere eam: & sicut Dux tunc itineris eius fuisti quando plantasti radices eius in terra nostrâ, vt impleret terram, operiret montes vmbra eius, & extenderet palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines filios: Sic fiat nunc, & semper sit manus tua super eam & super hos viros dexteræ tuæ: viuifica eos, inuocabunt nomen tuum, & quærent gloriam tuam. Emitte Spiritum tuum, vt ostendas quos in Pastores elegeris cordis, & voluntatis tuæ, ex his qui congregati sunt, dirige eos in semitam mandatorum tuorum, ne excludant eos qui probati sunt argento: dissipa qui bella, & munia volunt, vt in omni Comitiorum horum actione quæ tibi placita sunt totâ dilectione perficiant.

Et tu præsentissima Mater, quæ Virgo manens enixa es puerpera Regem, qui regit in sæcula orbes: Tu Libani gloria, tu Carmeli decor & Carmelitarum genitrix & altrix, excelsa Maria, ostende faciem indeficientis protectionis tuæ, & indeficientis quoque dexteram auxilij super filios quos confirmasti tibi demonstra, & quos congregauit in vnum diuinæ legis adimplendæ, & augendæ hæreditatis tuæ ardor refoue Virgo in nomine tuo: Sperant in te qui nouerunt nomen tuum super quos fuit ab initio, En vineam, en selectos filios, en quos ab incunabulis protexisti, dilexisti, & toto corde prosequuta es, protege, dilige, faue.

39. Sed iam noua, vt dicendi finem agam, ad vos, ô clarissimi Heliades sese conuertat oratio. Pastoribus talibus electis, ad leges sanciendas vos video pro meliori regimine recursuros. Sed vos primùm deprecor, ne quas elapsi sæculi Maiores nostri sanxerunt diuino Numine recti, mutandas facilè ducatis nam

Moribus antiquis Res stat Romana. (Cæsar August. ad Senatum P. Q. R.)

Et qui veteres audent ritus mutare seniorum, suóque arbitrio nullis ducunt sub legibus æuú, hi sunt qui sæpe bella gerunt domestica: id quod pristini Patres seduli intuentes, viam vnam in legum antiquarum obseruantia studiosissimè seruabant, scitè docti, Tullio docente, quod maior hæreditas vnicuique nostrum à iure, & legibus venit potiùs quàm ab iis, à quibus bona illa relicta sunt. (Tullius 1. de legib.) Quapropter antesignani, ductoréfque nostri vigilantissimi, doctrina, religione, & sanctitate excelsâ nituêre, multósque ab iniquitate ad iustitiám conuerterunt, obseruantes effecti Regulæ vnius, & legis optimæ (quæ

primitiua

primitiua propter excellentiam appellatur) latè comprehendentis, breui tamen verborum procinctu, quidquid ad maiorem sanctitatis augendæ perfectionem poterit pertinere: Illius inquam Regulæ quam Albertus noster ille Hierosolymitanus Patriarcha vniversis Carmelitis præscripsit: Et ij quidem famigeratissimi Heliades (tanquam cælestis quidam exercitus in procinctu positus, & in tabernaculis degens, in obedientia præceptorum Regi, & legi sempèr intentus) armis imprimis orationis assiduæ pugnantes, scuto legis, & obedientiæ suæ ab inimico, semper insidiante; protecti, cæleste sibi mille facinoribus Regnum compararunt. Vnde proficientibus meritis, ad Ecclesiarum gubernacula innumeri eorum sunt promoti, & quò altiùs positi sunt, tantò virtutibus innotuêre celsiores. Quæ rogo Ecclesia in primis illis Christi nascentis ætatibus, & inde Præsulem de Ordine nostro? Quæ gens, Christiano nomini deuota, Doctorem non cuperet ex nostris. Multis sanè annis viri nostri in omni doctrina, & sanctitate claruêre: itavt reuera (vana absit & inuida insultatio) facilè præcellat Ordines omnes diua hæc Religio Carmeli si dignitatem, si latum in orbe Dominium, si viros doctrina, & sanctitate insignes, si denique filiorum Heliæ, & Elisæi multitudinem innumeram attendas: & non tantùm primo illo tempore gratiæ, ætatibus illis, in quibus sicut cælum stellis, sicut apibus aluearia fœcundiora, abundabat Heliæ sacris cœtibus orbis, tota Ægypto, Palæstinâ, Thebaidâ, Scythiâ, & Tabenâ (nunc Europâ totâ) Monachorum Carmelitarum Choris occupatâ, Ecclesiâ Præsulibus, Patriarchis, & sanctis ornatâ: adeò vt nullus fermè quondam ad dignitates extra Ordinem Carmeli assumeretur, ex quo tantam sibi gloriæ laudem accepit in Orbe vniuerso, mediâ illâ legum obseruantiâ suarum, vt vel comparatione illius:

Cessent Annales celebrare Phari
Opus excellens, & prodigiosum,
(Cui nec vis dira temporis auari
Detrahuns quidquam) taceat Colossum
Cui nullus potest labore æmulari
Et Murum Babylonis portentosum:
Cessent vana Romulidum trophæa,
Et in cælos minantia Mausolea.

Vt eius gloriæ Cedro dignæ æterno
Omni posteritati referantur.
Dum Sol & Luna lumine fraterno
Ambiant Orbem historijs legantur,
Rebus dignis honore sempiterno
Historicorum libri compleantur.
Vt quid læua Thalia tanta paras
Desine Chelym quia littus aras:
Nondum gustasti imprudens Hippocrene
Aganipodos vndas effluentes
Nec te v[illegible]rant pretiosæ arenæ
Fulgore aurato lene colluentes,
Nec murmur delicatum & perenne:
Non audisti sorores eloquentes,
Temerarium memento Phaethonta,
Ne ruas in profundum Acheronta.
Quibus te cælo laudibus æquabo
Sed sanè nullo tota inesset mundo
Sufficiens: sed lætus memorabo
Inclytam plectro, ignarus in iocundo
Gloriam, vel tuas laudes extenuabo.
Obruar quidem Pelago profundo.
Igitur tua laus prætermittetur
Ne tam gracili visu maculetur.

Nullus ergo, rem iam redeamus ad illam, ex vobis, lectissima Heliæ proles, pristinum illum & illustrissimum Ordinis repellit statum *Æmulatores estote legis & date*, vt Mathathias loquebatur ad suos, *animas vestras pro testamento Patrum vestrorum: & mementote operum Patrum quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum*. Et iterum idem: *Confortamini, & viriliter agite in lege.* Sic enim scriptum est: *Exurge Domine in precepto quod mandasti: & synagoga populorum circumdabit te.* Leges illas semel positas seruare studete, obseruandas statuite, & nec inutiliter nouas non obseruabiles sanciatis, huiusmodi enim contemptum sibi, & veteribus aliquando pariunt:

40. 1. Machab. 2. v. 50. & v. 64.

Psal. 7. v. 8.

Moribus antiquis res stat Romana.

Et si pro temporis exigentia nonnullæ sunt vt seruentur ferendæ, in his sanciendis illud vnum vos maximè, ô vigilantissimi Patres, studuisse ostendite: conseruationem scilicet, imò, & incrementa maiora Marianæ stirpis Carmelidæ: is est scopus Comitiorum. Ex quo Romani videntes Pontifices, & Generalium etiam Conciliorum Præsides Ordinem nostrum, vt & cæteros hoc destitutos fulcimine vix diu stare posse in Regulari perfecto proposito vitæ; per Comitia Generalia, & Prouincialia, mediásque Congregationes, illi decreuêre succurrere. Vt in his, ex Præsidum solertia, omnes secundum certam, temporique commodiorem instituerentur degere regulam, ne vllus ab incerto Regularis vitæ proposito deflectere valeat. Sancita ergo cautissimi tenete Patres, & ad necessaria sancienda pios animos adducite antiquorum Carmelitarum vestigia tenentes.

Nunc autem (quia iam omnino demittere vela tempus tam prolixæ orationis, (in qua dum vrceum facere cogitaui, amphoram manus effinxit vasto verborum æquore enauigato; sed certè in gratiam Tyronum, vt seligant ex multis sibi commodiora prout tempus & occasio dictet, & hac nostrâ prolixâ oratione regulam habeant alias conficiendi sibi) gratulor vobis totius Religionis ore, ô Prouinciæ nostræ Præsules; Tibi in primis Ripolo Prouinciæ nostræ præclaro decori, & singularis obseruantiæ incremento, & apici: Vobis Consiliariis integerrima vndique sapientiâ, prudentiâ, & zelo præcinctis:

41. Mantua. lib. 3. Parthenic. S. Hierony. ep. 7. ad Lætam de institut. filiæ.

Cœnobiorum quorumcunque strenuissimis, & vigilantissimis Præsulibus; quod adeo felicissimè vestris de gregibus, & Prouinciæ commissis, permerueritis: O quanta à superis vnicuique gloria, quanta ab hominibus commendatio exhibenda! Vos veros extitisse Pastores, iuxta cor quidem Dei, cælestia simul, & terrestria clamitant ora: vos vigilem animarum curam egisse lætissimi agnoscunt, qui erga vos gratissimi lætantur: Vobis custodes Angeli, muneris, & subiecti in terra filii dilectionis vestræ & fraternitatis Religiosæ vtramque felicitatem exoptant: Solicitudinem vestram non tam in æneis, argenteis, aureis, & vel lateritiis operibus augendis, quàm instruendâ virtutum, & obseruantiæ omnis arce firmiori, mirabiliter impensam, ad sidera tollunt. Hæc fatentur libens vniuersa Cœnobiorum Prouinciæ phalanx: hæc sydera intonant: Hæc posthumæ perennis gloriæ vestræ buccina conclamitauit in sæcula seræ posteritatis, Fiat fiat, & fiat, vt vobis gratum dederim, perfecerimque pro meritis Trophæorum fausta Carmeli, ne ante oculos maiestatis, & peritiæ vestræ, infausta naufragij signa præstiterim. Quod si fluctibus, immensi huius maris magnitudinis vestræ, pro ingenij inopia iactatus, orationis nauem deuastatam ad littora torsi, non me audacem, Peritissimi in Sapientiæ, & Religionis vasto mari Nautæ, sed obedientem aspiciatis: fateor, ingenuus, nec ad vsque temeritatem euulgatâ dignatione vestrâ promouisse, sed fiducia Paternæ charitatis vestræ mater extitit remittendę insontis iniuriæ, ruditatis, & imperitiæ, meæ.

DIXI.

REVEREN

REVERENDISSIMI DOMINI

IOANNIS TRITHEMII

ABBATIS ORDINIS SANCTISSIMI PATRIS BENEDICTI

DE LAVDIBVS CARMELITANÆ RELIGIONIS

LIBER.

CENTESIMO POST, ET AMPLIVS ANNO diligentiſſimè recognitus, & fideliſſimè archetypo ſuo reſtitutus,& nunc denuò dedicatus

RR. AA. Patribus, Doctoribus, & Concionatoribus Carmelitis Antiquæ Regularis obſeruantiæ, Sacratiſſimi Ordinis S. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Dei Matris, & ſingulariſſimæ omnium Carmelitarum Patronæ.

PER FR. MARCVM ANTONIVM ALEGRE de Caſanate eiuſdem Ordinis, Hiſpanum Celtiberum Turiaſonenſem, Sacræ Theologiæ Doctorem.

NVNCVPATORIA RR. AA. PATRIBVS, DOCTORIBVS ET CONCIONATORIBVS CARMELITIS

ANTIQVÆ REGVLARIS OBSERVANTIÆ, Sacratissimi Ordinis S. Mariæ Virginis Dei Matris de Monte Carmelo:

FR. MARCVS ANTONIVS ALEGRE de Casanate, Carmelita Hispanus, Turiasonensis, & eiusdem Ordinis Theologiæ sanctæ Doctor, & Professor; Salutem, & æternam felicitatem exoptat in Christo JESV.

1. NOBILES, nobisque Carmelitis omnibus æstimabiles valdè, diligentissimi Scriptoris, & Doctoris Sapientissimi, Reuerendissimi Abbatis Spanheimensis de Benedictinorum nobilissimâ classe, IOANNIS TRITHEMII lucubrationes, *de laudibus Carmelitarum*, vnico hoc, ab eodem auctore, libro præcinctas sub Anno Christi IESV M.CCCC.XCII. & iam iam nunc ad obliuionem tendentes: necnon peruigilia sacra voluminis secundi, in quo *de illustribus viris, & doctis Patribus Carmeli* peregit (quos omnes ego in corpore mei Paradisi comprehendi, excerptos à Bibliotheca Petri Lucij Belgæ) Posteritatis Carmeliticæ in gratiam, ad nouam lucis, & temporis auram (innato quo Religionis meæ augendæ accendor amore) vocaturo, dignúmque nunc illis quæsituro Patronum, non diu mihi fuit (ô inclyti Heliades,) in ancipiti deliberatio. Enimuerò, quot nominibus Trithemiana ista omnia & alia selectissima peruigilia, ad illustrationem, & splendorem totius Heliadæ gentis suscitata, vestro meritissimo & Religiosissimo nomini debeantur, vel me tacente profitebuntur & ipsa: vtpote quæ, vt ipsemet in limine libri de laudibus Carmelitarum profitetur apertè, solo posteritatis Carmeliticæ amore ab ipso auctore Trithemio (facilè post D. Bernardum Abbatum Doctissimo; quem vt Ioannes Busæus insignis Iesuita, & Collector operum Moralium grauissimi istius auctoris, in Epistola ad D. Ioannem Suichardum Archiepiscopum Moguntinum refert, *Germaniæ decus, totiusque arcam sapientiæ* Ioachim Marchio Brandeburgicus appellauit) Herculeo labore composita sunt. Iis ergo maximum erat, vt suum currerent inuentura vbique præsidium inter eos, quorum sunt in hono-

rem, & decorem consignata posteritati. Quocirca (clarissimi Carmeli sapientes & Religiosissimi Patres mei) vt ea manibus vtrisque veneranda suscipiatis, de duobus vos ante alia proposui facere certiores. Primò quis, qualisque vir iste TRITHEMIVS sapientia, & religione suá fuerit: qualitérque pro Ecclesia Dei euigilauerit illustrissimis lucubrationibus suis: Secundò autem, quantum de Religione nostra (quam summis nisibus suis decorare, & illustrare contendit, quasi si fuisset vnus ex nostris, fuerit optimè meritus vir tantus: Vt dignoscatis quantum apud vos existimationis, omnia Trithemij scripta debeant habere, & quantâ affectione dignissimum Abbatem; immò & vniuersam nobilissimam Benedictinorum Religionem (quòd tot viros de Religione nostra optimè meritos protulerit) prosequi debeatis, verbis, & scriptis vestris, vtrosque ad vsque sydera extollentes; Id quod nobiles multi Benedictini pro nobis fecere sapientes (nihil alienæ mundi gloriæ) libris editis integris de laudibus Ordinis nostri; quod testantur aperte nobilia litterarum monumenta Trithemij, & (vt omittam plures alios nobilissimos Carmelitani decoris, & gloriæ ex Benedictina familia præcones & scriptores) Caroli Fernandij, item Benedictini, Teutonici, vel à puero cæci, *liber* specialis *de laudibus Carmelitarum*.

2\. Quantum ergo ad primum de Trithemij Abbatis grauitate virili stant (præter gloriosissimum de viro hoc nomen, toto iam in orbe diffusum) varij & grauissimi Doctores, qui virum tantâ sunt veneratione prosequuti, vt facile sit ex eorum dignoscere testimoniis, quantus fuerit Trithemius noster pietate, sapientia, prudentiâ, & religione: quantúmque cæteros sui Synchronos corporis, & animi dotibus multis facile euicerit. & superauerit omnium piorum, sapientum, prudentum, & religiosorum nobilissimorum effectus facilè Princeps. Stat in primis inter eos Ioannis Boutzbagij Piemontani, Lacensis in Euphalia Cœnobij Reuerendi Prioris, testimonium; immò & de virtutibus Trithemij nostri asserta multa, quæ (superstite adhuc hoc nobilissimo Abbate) vnico de laudibus eius volumine præcingere Boutzbagius idem non dubitauit. Stant summi Germaniæ Principes (quos longum esset omnes adnumerare) apud quos maximâ in gratiâ, & pretio fuit, vt affirmat Ioannes Busæus Epistola supra citata. Et non prætereibo Philippum Comitem Palatinum Bauariæ Ducem, & Principem Electorem, qui crebertimè, vt ferunt, apud Budoras eius colloquiis, & familiaritate in dies multos vtebatur: Non Ioachimum Brandeburgicum Marchionem, Principem item Electorem, qui quotiens Comitiorum causa Coloniam, Francofurtum, vel ad alias viciniores Vrbes à Cæsare euocabatur Trithemium à latere discedere haud pati poterat. Nec minore amore, & beneuolentiâ eum complexus est Romanorum Imperator Maximilianus I. qui non solùm Trithemij consuetudine delectabatur impensè, vt multis eum muneribus, & honoribus afficeret, quod liquet ex Spanheimensi Chronico, sub anno 1505. sed magnopere etiam optabat, eum in suam adsciscere familiam, & Imperialem Aulam vt hac ratione commodius in Reip. bonum, tum consiliis communicandis, tum conscribendis historiis opem qualem, qualem vnà secum conferret.

Chronicon Spanheim.

3\. Secundum autem vt vobis manifestum exhibeam, ad anacephalæosim nonnulla reuocabo (ex his quæ habentur in Chronico Spanheimensi, quod circumfertur Tomo operum historicorum Trithemij, & ex historica relatione, quæ legitur in limine tomi alterius operum Trithemij piorum, & spiritualium à Ioanne Busæo nobili Iesuita collectorum, & ad vnum volumen molis redactorum ingentis) quò Patris illustria virtutum acta, & nobilia facinora obiiciam oculis vestris.

4\. Fuit ergo in primis Ioannes Trithemius, cui tantum honorem, & decorem debet omnis Carmelitica classis, vt habet Chronicon Spanheimense sub anno 1483. patriâ Mosellanus, ex Villa *Tritheneim* honestis Parentibus oriundus: quibus inuitis, annorum quindecim litterarum tactus amore, & quadam mirabili visione de futura scientia sua certificatus, cùm esset puer ingenij docilissimi, viuacissimæque memoriæ, litteras furtiuè (vt mihi ipsi contigit in sæculo, reluctante Parente, qui me ad sæculi vitam inuitare contendebat seruiturum in supremo Aragonum Consilio pro Patruo meo, Philippo III. Hispaniarum

Trithemy patria. *Parentes.* *Indoles.*

Catholico Regi dicto Pio) ducere cœpit. Etenim, vt narrat adductum iam Spanheimense Chronicon, cum ad vnius anni spatium ieiuniis & orationibus continuis à Deo scripturarum scientiam vehementissime postulasset, *Ecce quadam nocte iuuenis, claro habitu sibi dormienti adstare visus est, qui habebat duas tabulas in manibus, quarum altera scripta litteris, altera depicta quibusdam imaginibus fuit, qui dixit ad eum: Elige ex his duabus tabulis vnam, quam volueris. Qui mox amore litterarum, quas adhuc penitus illo tempore ignorabat, etiam dormiendo, flagrans, eam tabulam, quæ scripta videbatur, elegit. Cui iuuenis, qui apparuerat, dixit: Ecce Deus orationes tuas exaudiuit, dabitque tibi vtrumque quod postulasti, & quidem plus quàm petere potuisti. Alterâ mox die nihil eo de visione cogitante, mirabili occasione, data fuerunt vtra ipsa litterarum cupienti.* Sic Chronicon Spanheimense, & Historica relatio Busæi.)

Studia prima.

Visio.

Anno Domini M.CCCC.LXXXII. in Monasterio Spanheimensi Monachus, satis miraculose, & præter eiusdem intentionem, vt Chronicon narrat, effectus est, in die Sanctissim. Patris Benedicti. Factus autem Professus inter Fratres suos sine querela conuersatus est, studiumque litterarum, & solitudinem celiæ omnibus orbis prætulit deliciis; nihilque in hoc mundo amplius quam Scripturarum scientiam post cælestia quæsitauit. Optimos nactus præceptores Hebræas, Græcas, & Latinas litteras apprime percepit. Rhetor, & Poëta sublimis effectus. Octo mensibus, diebusque septem post professionem suam transactis, omnibus Professis coæqualibus suis in Ordine iunior, a tempore assumpti habitus nouitiorum anno vno, mensibus tribus, & diebus septem, & non amplius, cùm esset annos natus xxii. vt refert Ioannes Duracleuius, epistola ad Nicolaum Hamer, omnium Comprouincialium vnanimi consensu, Spanheimensis (ipso reluctante, at non præualente) Abbas electus est. Eodem anno a Bertholdo Episcopo Pariadensi munus benedictionis accepit, felicitá solemnitate in Ecclesia S. Iacobi prope Moguntiam, in die Assumptionis Virginis Mariæ (in quo nos post habitam ad populum concionem solemnem, in Ecclesia S. Pauli Cæsaraugustæ huius ciuitatis, scribimus ista) Hoc in munere sic se laudabiliter gessit, vt in spiritualibus, & temporalibus summa Cœnobium susceperit incrementa per eum, illustrauitque maxime illud pretiosissimis diuersorum Sanctorum reliquiis, quas à diuersis Principibus, Episcopis, & Abbatibus Galliæ accipere, & colligere curauit: tum item & nobilissimâ Bibliothecâ, in qua Latino, Græco, & Hebræo characteribus conscripta, plus duo millia, sexcenta, & quadraginta sex volumina compilauit, & auxit.

5. Monachus fit.

Studia Maiora.

Duracleuius. Electio.

Vt verò Benedictini sapientis scriptoris, & Doctoris ingenui, eruditionem, ingémque litterariam incumbitionem iam habeatis (clarissima Carmeli lumina Patres) ad Bibliothecam a se, & ex penu nobilissimi ingenij, & studij sui productam, & eductam deueniam: non tamen hic suis titulis consignata vobis opera dabo, quæ facile inueniri sunt, & legi apud Trithemium ipsum (qui quatuor in locis librorum, & opusculorum à se scriptorum catalogum ipse pertexuit. Primò, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, edito in lucem anno Domini 1494. Secundò, in libro illustrium virorum Germaniæ, edito in lucem anno 1495. Tertiò, in epistola 51. libri 2. ad Rogerium Sicambrum, Herbipoli data anno 1507. Et quarto in Chronico Spanheimensi, perducto vsque ad annum 1511. Et præterea illustrem eorum Catalogum habebitis suismet titulis, operibus omnibus designatis in eo, immò & anno quoque, in quo quæque opera confecit auctor, Tomo scilicet operum eius piorum, à Ioanne Busæo Iesuita collectorum) sed vno verbo designabo, vt cognoscatis ex vngue leonem, adnumerari inter illustrissima opera, & peruigilia diua ingenij sui, suis titulis designatis speciatim plus centum & nouem Tractatus, & libros de diuersis sublimibus assumptis, tanquam sapientis Doctoris, qui ingenuarum artium in omni genere versatissimus fuit, Latinis, Græcis, Hebræis litteris valde peritus. Rhetor, Poëta, Dialecticus, Philosophus, (adhuc & Medicus peritiâ celebris suâ) Theologus, Concionator, diuinarum litterarum luculentus Interpres, Chronicorum strenuus scriptor, Mathematicus, diuersorum operum idiomate vario tradactor fidelissimus, Stenographus: vno verbo, Vir qui totum penè scibile sciuit.

6. Eruditio varia.

Scripta à se.

Facultates.

7. *Affectio in Carmelitarum Religionem.*

Inter hæc,vt optimè meritus fieret de Religione Carmeli, quam in viſceribus ſuis ſemper habebat,& corde protegebat,ſcripſit de laudibus Carmelitarum librum I. de Viris illuſtribus Carmeli lib. I. Præterea de miraculis factis in Vrticeto(iuxta Heilbronam VVirtzburgenſis Diœceſis oppidum quod eſt Cœnobium Carmelitarum ad inuocationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ,libros III.in quorum ſecundo,inter alia,capite 8. probat,quod non ſine myſterio Prouidentiæ diuinæ locus iſte Carmelitis fuerit conceſſus, & donatus pro Monaſterio ſuo ſtruendo, vbi etiam plura pertractat de Religione Carmelitarum, ſcilicet antiquitatem, & approbationem eius a Pontificibus ſummis.Capite 11.eiuſdem libri agit de variis Indulgentiis Ordini Mariano Carmeli conceſſis a Pontificibus ſummis. Cap.12. de variis ſcribit Sanctorum Reliquiis, quæ in Eccleſia illa Carmelitana Vrticeti continentur,& venerantur Cap.13.de Confraternitate S.Annæ in eadem Eccleſia inſtituta,& ab Apoſtolico Legato confirmata Et cap.14. dat laudes,& nomina Priorum,qui per annos ibi 68 currum Heliæ rexere Et cap.15 quod eſt vltimum,agit de illuſtribus Carmelitis,qui ſpecialiter in iſto Cœnobio S.Mariæ Virginis de Monte Carmelo apud Heilbronam in Vrticeto eruditione,& Scripturarum doctrinâ beryllarent.Et tandem libro tertio per totum, 49.miracula patrata ibi ad inuocationem B.Virginis Mariæ de Vrticeto,Ordinis Carmelitarum commemorat,vt videatis,RR AA Patres mei quantum nobis cordis ſui affectionem exhibuerit manifeſtam illuſtriſſimus iſte Benedictinæ familiæ Abbas: & quam optimè meritus fuerit de vniuerſo Ordine Carmelitarum Obſeruantium.dignus equidē vt vos omnes,& quotquot proceſſerint à vobis de Ordine noſtro ex præcordiis & viſceribus virum(& Religionem,quæ eum, & ſimiles alios multos Patronos,& laudatores noſtros produxit egregios ſemmá habeatis veneratione ad vſque ſublimiora ſydera ſcriptis,verbis,& operibus ſemper illum extollētes & illam.tū quoque, vt in concionibus, & libris edendis a vobis auctoris tanti ſtudiis & doctrinis vtamini frequenter: vt ſunt equidem ad grandem Carmelitarū gloriam exarata peruigilia & lucubrationes inſignes eius, & vos aſſidui vt amatores omnis ſapientiæ melioris)verſatores optimarum litterarum, & inconcuſſi omnis litterariæ Palæſtræ nobiliſſimi Profeſſores:Id quod ſatis emonſtrant abunde fertiliſſimæ vel ſolius adhuc Prouinciæ huius noſtræ Doctorum,Concionatorum,& Sapientium claſſes,tot viris illuſtribus ſapientiâ,& Religione compoſitæ,adeo vt hoc ſolo noſtro Cæſaraugustano Carmelo,dum ſcribimus iſta,floreſcant ſapientiâ probi,& Religione,& pietate ſuâ conſpicui,publici duo in almo ciuitatis Auguſtæ Muſæo Theologiæ ſtrenui Profeſſores quorum primus,qui Primariæ Cathedræ ſedem regebat iam huc vſque ſuperſtes, & Prouinciæ noſtræ bis Prouincialis)exauctorato,& donato rude illâ potitur.Secundus autem veſpertinâ Theologiæ quoque Cathedram moderatur: vndecim in eodem præcincti Theologiæ ſacræ priori tempora Lauro: (omitto Magiſtros,& Lectores,qui Carmeli eiuſdē Clauſtra coronant,) plus viginti quatuor Diuini Verbi Præcones egregij Quot Prouinciam noſtram decorabunt omnem? Quot Religionem vniuerſam toto iam in Orbe diffuſam? Quot in ea his ſimiles, vt ſydera beryllabunt, tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates ad iuſtitiam plurimos verbo,exemplo,ſcripto,populos Chriſti vbique gentium erudientes? Non eſt numerus.

Sapientes Carmeli.

8. *Trithemij obitus.*

Sed iam dicendi ad vos finem faciamus (ô nobiles,ô ſtrenui Patrizatores Magni Heliæ.) Ergo(poſt Spanheimenſem Abbatialem infulam, per annos 23. ſtrenuè decoratam, vt Herbipolitanam per annos decem) glorioſus iſte Patronus gloriæ Carmeli,& Benedictinus ſanè Profeſſor,& decus Trithemius Abbas,conceſſit fatis;anno Domini M.D XVI. die XIII.Decembris.Herbipoli,in ſua Abbatiali domo. Cui honoris,amoris, & venerationis ergò Dominus Georgius Flachius,Herbipolenſis Antiſtitis in Pōtificalibus Vicarius, quartus in Abbatia S.Iacobi poſt Trithemij noſtri ſucceſſor exceſſum,Theologiæ Doctor Ordinis S. Benedicti, vir pietate, & doctrinâ conſpicuus, à RR. Conrado à Bibra Præſule VVirceburgenſi electus,ad S.Concilium Tridentinum, & miſſus, Lapidem ſepulchralem erexit,& ſic mœrens poſuit,venerando Trithemio ſuo.

IOANNIS TRITHEMII
Epitaphium Heptastichon.

Hanc meruit statuam Germanæ gloria gentis,
ABBAS TRITHEMIVS, *quem tegit ista domus.*
Quam fuerit literis, simul & virtute celebris,
Admiranda sui dant monimenta styli.
Arguit hoc etiam multorum gratia Regum,
Ex quibus in primis MAXIMVS ÆMILIVS
MAXIMVS ÆMILIVS *Romani gloria sceptri*
Qui fuit Austriacæ clara propago domus.
Huius magnifica fuit acceptissimus Aulæ,
Et primum tribuit docta caterua locum.
Absit suspicio de Dæmonis arte Magiæ,
Contra quam magnum scribere cœpit opus.
Vt viuit famâ, sic viuat mente beatus,
Et videat summi cælica Regna Dei.

Is est Maximilianus I.

Libri 12. de Dæmonibus & malis artibus.

Ad Patres adhortatio pia.

Iste est, sciatis, (Clarissimi Patres, notissimique sapientes) vir nobilissimus ille Trithemius, cui summa honoris, decoris, & gloriæ fastigia, ex scriptis suis, debet Carmeli Religio nostra: is, cuius librum *de Laudibus Carmelitarum*, ab iniuria temporum vindicatum, & penè iam iam ad obliuionem tendentem, vobis offero, dico, dedico, do, vt in eo, & per eum semper manibus vestris circumlatum, Carmeli nostri nobiliora sciatis. Placido ergo illum, & me animo suscipite, semel, & iterum illum perlegite, vt quæ iuris vestri sunt, apprimè addiscatis; nam *turpe esset nobili Patricio ignorare ius in quo versatur.* Quæque in eo de Ordine nostro dictata sunt, omni tanquam securitate, & firmitudine veritatis suscipite affectibus vestris subnixa, & enixa, tanquam ab extero auctore producta, obstetricante ea fidelissimi amoris manu eius, qui absque vllius inuidia, & iniuriâ, quæ didicit, & inuestigauit, dictauit, scripsit, & misit generationi alteri, quæ ventura est, tantâ certissimi, & solidissimi testimonij securitate, vt nullo nullatenus ab altero auctoritatis fulcimine indiguerit auctor; quâ ratione hic Petri Lucij Belgæ Apologiam pro libro Trithemij *de Laudibus Carmelitarum*, omisisse censuimus, tanquam superuacaneam.

Lege 1. 6 fernus autem, ff. de orig. iuris.

Vos interim mentem, zelum, & animum meum suscipientes Religiosissimi, sapientissimique Patres, & Doctores, quæ hic accipitis æqui bonique facite; & pro me ad Deum continuas effundite preces, memores vnius magni peccatoris. Valete in Domino, iterum dico Valete. Ex Carmelo nostro Cæsaraugustano, die 17. Kal. Septembris, anno ab Orco euerso M. DC. XXXVIII.

PP, VV. admodum,

Humillimus & minimus Sodalis,

Fr Marcus Antonius Alegre de Casanate, Turiasonensis.

D. IOANNIS EMPOLIDIS
Canonici S. Petri Dunetensis, in lib. D. Ioannis Trithemij Abbatis Spanheimensis, de laude Ordin. Carmelitarum, Carmen.

Codice præsenti laudantur lumina sacri
Ordinis, alma Parens, quem tenet atque fouet.
Carmelus dedit his nomen Mons Patribus: unde
Carmelitarum profluit omne decus.
Fratribus insignes titulos præclara vetustas
Ordinis istius, vitáque sancta tulit.
Laudibus hos dignis stylus ornat Trithemianus
Fratres, nec tetris sustinet esse locis.
Laudis ad augmentum tam claræ Religionis
Ingenio miro cuncta vetusta capit.
Et probat antiquos mores Patrum Reuerendos,
Atque nouos veterum pergere suadet iter.
Nec parcit vacuis virtutibus, & probitate:
Sed tales verbi diriter ense ferit.
Sic probat ingenuos meritis, aut actibus almis,
Vt fragiles scriptis ad meliora vocet.
Sic mos expertis iuuenum solet esse Magistris,
Vnius vt discat cætera laude cohors.
Hoc animo facili carmen mi suscipe Lector,
Codicis & celebris orsa probata lege.

D. RVTGERI VENRAI SICAMBRI Regularis in Hoyna, Carmen in librum Ioannis Trithemij Abbatis, de Laude Ordinis Carmelitarum.

Collaudare Deos veteres suevere Poetæ.
Versibus, & resonâ personitante Lyrâ.
Sed quid non reprobum, non vanum, non sceleratum
Solliciti ingenijs composuère suis?
Volue libros Lector, & magna volumina vatum.
Priscorum inuenies friuola multa cani.
Perspice Virgilium: bellare Deas animosas,
Iunonem, & Venerem sepè videbis ibi.
Multa liber ficta recinit præclarus Homeri:
Sincerum nihil est, nil graue, nilque pium.
Egregius Plautus, necnon Terentius acris
Lusibus incestis dedecorisque probant.
Pamphilus obticeat, concedat Maximianus,
Cesset & imparibus ludere Naso Metris
Hi residem incendunt ignem modulatibus atris
Nec iuuenes castis moribus esse sinunt.
Trithemius noster non ludicra vana sequutus,
Nititur egregiâ tollere laude viros.
Non quoscumque viros, sed claros moribus, almis
Artibus, & varijs, & probitate grauis.
Et merito dictos Confratres Virginis Almæ
Qui vitâ, & meritis promicuère suis.
Eximiam laudem pro Relligione vetusta
(Præ cunctis fati promeruère Patres,)
Moribus antiquis modo clara scientia semet
Miscuit, & bellum cum probitate gerit.
Non quod eam superet, mage sed superatur ab illis
Quæ fuit antiqua non violata manet.
Namque videre datur nonnullos Ordinis huius
Non minus arte scios, quàm bonitate probos.
Ista videns Dominus TRITHEMIVS *inclytus Abbas*
Binos insignes edidit ipse libros.
Eximios Patres, & laudes Ordinis almi,
Et mores priscos attigit, atque nouos.
Carmelita tuo iam nunc gratare Poetæ:
E tenebris etenim te radiare facit.

EIVSDEM SAPPHICVM
Carmen de eodem.

ECCE Carmelus quibus attulisse
Nomen, & Mater Domini probatur,
Hoc libro laudes capiunt vetusti
Relligiosi.

Quem vir insignis Spanhemensis Abbas
Edidit pulchro calamo Ioannes,
Litteras callens Latias, Hebraeas,
Atque Pelasgi.

Moribus claros, probitate pulchros,
Luce doctrinae rutilos corusca,
Ordinis Fratres probat, & Magistros
Ritè sacrati.

Laudibus Fratres ideò Mariae
Comprobat magnis venerandus Abbas,
Quatenus prisci memores decoris
Turpia vitent.

Parciùs semper magis arguendos
Esse decreuit fragiles, modestos
Fortiùs iusto fore comprobandos
Teste libello.
Huius in grates faciles futuros
Ordinis Patres reputo sacrati,
E situ nigro, tenebrîsque caecis
Iam radiantes.

IOANNIS TRITHEMII
Carmen Elegiacum alloquens librum ſuum Carmelitarum.

I Nunc, chare Liber, præſenta te Venerandis
Patribus, in quorum laude creatus ades.
Ne metuas doctos, & honeſtos moribus, atque
Claros deuotâ mente videre viros.
Non eſt quod paueas: comes ſunt, atque ſuaues
Et mites, potes audacter adire viros.
Talibus in primis noſtram memor eſto ſalutem
Ferre, nec addubites, ſpondeo, gratus eris.
Inuidiæ ſtimulis ſi quis pungatur, obaudi:
Si quis te quærit rodere dente, fuge.
Semper in aduerſis patiens præclara trophæa
Obtinet: impatiens turpia probra refert.
Impius, & prauus loquitur mala pectore clauſo:
Talia, mi codex, ne vereare precor;
Defendent etenim te Patres Ordinis almi,
Quem Mater Domini Virgo Maria fouet.
Carmelus quibus inſignis Mons Patribus aptum
Impoſuit nomen Relligione ſua.
O Mons Sancte tuos tam cernis ritè ſequaces,
Et ſtabilis durat iugiter Ordo ſacer.
Quiſquis erit Bibliæ qui te veneretur honore,
Hunc tu principio gratus amore cole.
Si quis te vultu conſpexerit aſper amaro,
Indignans fugias illius vltrò manus.
Impreſſura vocat? facilem te dede premendum,
Multis vt valeas vtilis eſſe viris.
Sed tamen obſerua, ne demutare, vel vnquam
Diſsideas calamo, ſenſibus atque meis.
Pro mercede, Patres, veſtros depoſco precatus
Ad Dominum fuſos, purget vt omne nefas.

DE LAVDIBVS ORDINIS CARMELITARVM,

REVERENDO IN CHRISTO PATRI DOMINO IOANNI VVIRICI DE NVSSIA ORDINIS FRATRVM B. MARIÆ SEMPER VIRGINIS DE MONTE CARMELI,

Per inferiorem Alemanniam Prouinciali, ac cæteris Patribus in Conuentu Agrippinensi capitulariter congregatis,

IOANNES DE TRITHEM, ABBAS SPANHEIMENSIS,

SALVTEM, ET CHARITATEM.

FAMA refert, veterum Parthos neminem salutauisse absque muneribus, at mihi quidem Religiosissimi Patres, vestrum salutandi Collegium animus est, sed munera condigna officio desunt, quibus amoris in vos mei sinceritas declaretur. Quid igitur facerem? Namquid propter inopiam muneris, fœdus rumpitur charitatis? Absit; Vacuus ergo salutabo? Nequaquam; Quid igitur feram? Munera; Quæ munera pauper, & inops? Charitatis, non aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed verba, & literas, quibus nutritur Ordo pietatis. Nuper itaque, precibus, & instantia Religiosorum Patrum Ioannis Lapicidæ de Colonia Prioris Creutzennacensis, & Iacobi de Cuba Lectoris impulsus, scripsi in laudem Carmelitici Ordinis breue Opusculum, quod loco munusculi vobis mitto examinandum, & quanquam verecundum mihi satis fuerit coram eruditissimis in omni eruditione, & doctrina viris, tanti Ordinis voluisse laudare excellentiam: cum inter vos plures nouerim eloquentissimos, qui id melius quam ego facere possint: malui tamen iudicari sermone imperitus, quàm charitate infructuosus. Nam etsi laudibus tanti Ordinis opusculum nostrum longe sit inferius: poterit tamen afferre nonnihil vtilitatis: dum is qui laudator Religionis vestræ esse voluit, nullam propriæ laudis suspicionem acquisiuit. Credo enim quod laudes, & honorem excellentissimæ Religionis vestræ ab alienis potius, quam à propriis debeatis accipere. Suscipite nunc itaque, optimi Patres, destinatum paruitatis meæ Opusculum, in quo non quid fecerim, sed quantum voluerim pro honore Ordinis Carmelitici pensate. Si quid verò emendatione dignum duxeritis, vt libet corrigite, vel si placet, mihi emendandum demandate. Variæ siquidem occupationes rei familiaris, non sinebant me limam omnimodæ venustatis apponere, neque secundum institutionem meam singula ordinare. Sicubi erratum est: nec negligentia causam dedit, neque voluntas. Vos autem venerandi Patres, Apologiam facile suscipitis, si amorem in vos meum, & solicitudinem pastoralis curæ pensetis. Pro maximis autem computabo delitiis, si vobis affectum meum erga Ordinem vestrum cognouero non displicuisse. Opto vos in Domino semper valere, memores nostri. Datum ex Monasterio nostro Spanheim. IX. Kalendas Maij, Anno Domini M.CCCCXCII.

IONNIS TRITHEMII Abbatis Spanheimensis Ordinis Diui Benedicti,

IN LIBRVM DE LAVDIBVS SACRI Ordinis Fratrum Carmelitarum.

PRÆFATIO.

1\. PRECIBVS & instantiâ quorumdam Patrum de Ordine Fratrum B. MARIÆ semper VIRGINIS, de Monte Carmeli subiectum opus aggressus sum: in quo breuiter laudes Sacratissimæ Religionis, quantum rei familiaris curæ, ingeniique vires perexiguæ sinebant, describere constitui, & quemadmodum à fundationis suæ principio vsque in hunc diem profecerit demonstrare compendiosius elegi. Verum, cum non sit speciosa laus in ore peccatoris, vehementer timeo, ne Ordinis tam excellentis dignitas mea tarditate offuscetur, itaque mihi quod imperitis oratoribus contingere solet, qui præclaras res suá imperitiâ solent deturpare Enimuerò cum parciùs alicubi scripsisse videor, non sum æstimandus rebus defecisse, sed verbis. Maxima quippe Carmelitici Ordinis excellentia est, quæ non modò meam, sed Demosthenis quoque facundiam, & eloquentiam procul excedere videatur. Varij sunt in Ecclesia Dei Ordines: Huic tamen præ omnibus tantum conceditur, vt titulo Beatissimæ Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ decoretur. Cum ergo maximis rebus laudandis ingenia parua non sufficiant, quid mirum si ego in laudando præclarissimum Ordinem videar deficere? Satisfeci quidem amicis vrgentibus, quanquam minus potuerim quàm volebam. Adhuc Carmelitani Ordinis in pectore viget amor, adhuc laudandi superabundat materia, sed præ rei excellentia deficiunt verba.

2\. Magnam huius Ordinis institutio laudem promeruit, quam Regina cæli suo vocabulo insigniuit. O verè beata vnio, quæ tantæ Parentis munita præsidio in æternum firma consistit! Sub Dei Matris protectione Carmeliticus Ordo quiescit, & idcirco nulla vnquam aduersa formidabit. Gaude decus Carmeli, te mundi Sator ob Matris honorem diligit, te Domina Mundi Virgo Maria vt oculi pupillam custodit: te supernæ Patriæ ciues colunt, amant, & laudant, nomen & honorem Imperatricis tuæ in te se solo venerantes. Recti quoque diligunt te, memores pulcritudinis tuæ. Te nemo veraciter diligit, nisi bonus: nemo institutionem tuam odio habet, nisi peruersus. Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis Euangelij pacis: quámque venusta facies, quámque elegans forma, quámque decorus aspectus! Beati cultores tui, qui ambulant in semitis veritatis: qui contemptis mundi rebus, tua præcepta deuotâ sinceritate custodiunt.

Maior es, ô Carmeli sacra Religio, quàm vt verbis meis valeas prædicari. Silere à tuis laudibus non valeo, quoniam quod negat infirmitas, charitas subministrat. Iam nunc igitur, vos Amici, præsentis operis assidui exactores, de manu amici vestri, Ordinisque Carmelitici amatoris diu optatum munus suscipite, & Deum Maximum pro meis reatibus sedulò exorate. Habetis ex me postulatum opusculum, in quo vestris petitionibus satisfeci, sed minime nostræ voluntati. Plus enim pro decore vestri Ordinis volumus, quàm possumus. Deinde vos fratres sub Virginis Matris chlamyde militantes compello, vos precor, & oro, vt si deuotio in Ordinem vestrum nostra vobis videtur laudabilis, pro nostris ad Dominum culpis interueniatis, nobisque Dei Genitricem vestræ Religionis Patronam placabilem reddatis, atque propitiam. Hoc, inquam, agite, vt nostri merces operis, amor fraternus sit, & oratio vnitatis.

IOANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEIMENSIS DE LAVDIBVS ORDINIS FRATRVM CARMELITARVM LIBER.

CAPVT PRIMVM.

De Principio Ordinis Carmelitarum.

1. DE Ordine Fratrum Beatissimæ Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ de Monte Carmeli, auxiliante Domino, tractaturi, ab illo disserendi sumimus exordium, qui eiusdem Religionis obtinet principatum. Tunc enim iocunda poterit esse Lectori Sacratissimi Ordinis huius cognitio, si eum instituentis non lateat celsitudo. Enimuerò singuli Ordines suos habent præceptores, & principes, Fundatores, & viuendi sub regula moderatores. Alij Basilium sui Ordinis habuêre Principem, alij Augustinum, alij Pachomium: nos Benedictum, Prædicatores S. Dominicum, Fratres Minores S. Franciscum: At huius sacratissimi Ordinis institutor fuisse Helias Propheta Maximus dicitur: Principes filij Prophetarum ex veteri Testamento memorantur: cuius Propagator S. Propheta Elisæus extitit, quem Beatissima Dei Genitrix Virgo MARIA, suo vocabulo insignitum ab æmulorum inuidia defendit. *Qui gloriatur in Domino glorietur*; Ordinis sui Principes vnusquisque imitari pro posse desideret, suos institutores moribus quisque sequatur, non friuolis sermonibus. Nemo in Ecclesia Dei de Ordinis sui excellentia contendat: nemo æmulationis studio alium prouocet, nemo alteri detrahat, nemo famam alterius elationis malo corrumpat. Stultum est de alterius sanctitate gloriam quærere, & de aliena potiùs quàm sua virtute præmium expectare. Sunt nonnulli bonorum studiis inuidi: qui sacrum Carmelitarum Ordinem impudenter corrodunt, & lacerant: qui de prærogatiua Virginei Tituli plurimùm indignantur, Carmelitas velut indignos iudicantes, qui *Fratres Beatissimæ Dei Genitricis, & Matris* appellentur. Alij antiquitatem huius sacratissimæ Religionis ignorantes Prophetas Dei summi, illius negant Fundatores extitisse, & Principes, tanquam apud Veteres nulla fuerit Religio, quæ in posteros cum Ordinis nomine deriuetur. Istorum in primis fauente Virgine MARIA, sermones obstruendi sunt, & sic demum ad laudem Ordinis continuanda oratio. Nisi enim in principio istæ opiniones stultorum elisæ fuerint, semper nobis quasi quidam latrunculi parabunt insidias.

2. Nunc ergo quid nobis, stolide laudator tui, opponis? Quid Ordini Sancto imponis? Quid habes contra Religionem hanc vnde moueri queas? Profer vt audiamus. Putasne iuste indignaris fratribus Carmelitis, similis Genitricis Dei MARIÆ: Quid est quod tibi in eorum ordine displicet? GENVS, an SPECIES? NOMEN, an VIRTVS? VITA, an MERITVM? Si GENVS, audi Scripturam: *Dei enim & genus sumus. Vos*, inquit Archiapostolus Petrus, *Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* 1. Petri 2. *Domini plantatio est ad glorificandum*, Isaiæ 61. Caue ne quid contra Sanctos asperè loquaris. Elegit sibi Deus Ordinem Carmelitarum ob suum, Matrisque honorem: qui si tibi displicet Omnipotentis ordinationem impugnas. Si SPECIES displicet, audi quid Dominus dicat: *Species agri mecum est*. Hic est ager *cui benedixit Dominus*, in quo crescunt virtutum lilia & flores pietatis. Huic agro tam sancto, tam fructifero támque Deo dilecto, nemo benedictus maledicere potest.

1. Petri 2. — Isai. 61. — Psal. 55.

3. Si NOMEN Virgineo tropæo splendidum displicet, stultus es, qui rerum maiestate posthabita de vocabulo altercaris. Nomen benedictum Carmelitæ possident, cui qui maledixerit maledictionibus subiacebit. Si VIRTVS Fratrum ad æmulationem permouet, inuidus es, qui alterius bonitate torqueris. Denique qui virtutem odit in proximos, iniuriam facit Deo, qui gloriam largitur, & præmia. Si autem VITA Carmelitarum tibi displicet, dic quorum: Quorundam, an omnium? Si omnium, temerarius es, qui tot fratres vna sententiâ condemnas, à

quorum Sancta conuersatione tu quoque adhuc procul distas. Omnibus enim historias veterum legentibus perspicuum est, quàm multi sanctissimi viri in hoc Ordine claruerunt. Nec dubium est hodie, quàm plures deuotissimos fratres inueniri, qui Ordinem istum suis virtutibus gloriosissimè illustrant. Si verò quorumdam fratrum infirmitas te scandalizat, impius es, qui culpam paucorum diffundis in omnes, teque longè à perfectione Sanctorum iacere indicas, dum aliorum defectus impatienter portas.

4. Sed scio quamobrem contra sanctum Ordinem Carmelitarum mouearis. Duo sunt, quæ tibi in eo displicent: quorum alterum est, quod se *Fratres* B. MARIÆ *semper Virginis* appellant: Alterum quod HELIAM [illegible] Ordinis sui Fundatores, & Principes [illegible]. Hæc sunt capita [illegible] fundamenta [illegible]. Sed o [illegible] humanæ conditionis præsumptio: quæ in suæ humilitatis [illegible] consistere, sed [illegible] æmulationi [illegible] Carmelitis [illegible] Fratribus Carmelitis [illegible] Regina [illegible] Domini [illegible] Carmelites [illegible] voluit, quis ei contradicere potest? Annon licet ei quod vult facere? An oculus tuus nequam est, quia ipsa bona est? Noli tardare, noli [illegible] noli [illegible] dentibus: nemo Reginam cæli MARIAM prohibere potest, quominus Carmelitas suos fratres appellet, & filios. Non friuola loquor, non falsa, cum summi Pontifices Romani Petri successores, Carmelitas non aliter appellare consueuerunt quam Fratres Dei Genitricis MARIÆ. Reuolue Generalium Conciliorum Acta, & Bullas Apostolicas, & numquam præter honorem *Mariani* Tituli Carmelitas appellatos inuenies. An hoc tibi parum esse videtur, & maius à me testimonium requiris? Non est maius testimonium Ecclesiâ Dei: quoniam quidquid approbauerit illa, alterius testimonio non amplius indigebit. Quod si te quoque huius excellentia tituli delectat, quid Sanctis Fratribus Carmelitis indignaris? Assume, ostenta, prædica, ipsi te [illegible] prohibebunt [illegible]. Veruntamen scias, quoniam quidquid assumitur, proprium non [illegible]: sic opera [illegible] roris, & frater eris. Sanctissima etenim Dei Parens Virgo MARIA, communis fidelium Mater est, nullum penitus aspernatur deuotum. Age itaque, vt licet soli Fratres Carmelitici Ordinis hunc Virginis Patronatus titulum auctoritate vniuersalis Ecclesiæ meruerunt, quem nullâ vnquam æmulatione amittent. Quamobrem verò Fratres B. MARIÆ semper Virginis appellati sunt, suo loco consequenter tractabimus. Ad secundam calumniatoris positionem nunc respondendum est, quâ fratres Carmelitas de ELIÆ ac Prophetarum successione impudenter exasperat.

CAP. II.

Quemadmodum Helias Propheta Domini, fundator extiterit Ordinis Carmelitarum.

1. HELIAS Propheta Domini eximius rectè, Catholicæ Fundator Carmelitanæ Religionis dicitur, [illegible] ex Regum voluminibus, absque [illegible]. Enimuerò ipse Montem Carmeli primus inhabitasse legitur, à quo Fratres CARMELITÆ nominantur.

2. Triplici autem ratione ostenditur, quod istius Obseruantiæ Princeps Helias habeatur, à LOCO videlicet, ab HABITV; & CONVERSATIONE. Cum ergo nomen Ordinis à LOCO sumitur, meritò Carmelitarum Princeps Helias memoratur; quia Mons Carmelus cuius ille habitator extitit, huic Ordini vocabulum dedit. Non loquor vana, sed testimoniis Scripturarum comprobata profero; cùm HELIAM Prophetam [illegible] Christi [illegible] dico, qui Fratribus Carmelitis, Religionis [illegible] nomen dedit & exordium. Denique si veterum testimoniis credendum est, post Heliæ [illegible] & Elisæi [illegible] Prophetarum per successionem generationis, montem Carmeli inhabitantes [illegible] numquam [illegible] cultoribus. [illegible] superfluè. [illegible] cum ea quæ [illegible] doctus [illegible] ignorare. [illegible] dubitanti subiectos voco in testimonium.

3. Sanctissimus ille Patriarcha Hierosolymorum Ioannes XLIV. qui claruit temporibus Hadriani Papæ I. quid aliud in libro suo de professione & principio huius Ordinis exprimit, nisi quod Helias Fundator eius fuit: Cyrillus Græcus Episcopus Alexandrinus, Vvilhelmus de Sanuco, Sibertus de Beka, Philippus Ribbott, Ioannes Groth, Ioannes Paleonidorus, & innumeri similes alii viri [illegible] quid aliud [illegible] hoc Ordine, quam quod ab Helia exordium sumpserit? Si nobis in his quæ de hoc Ordine scribimus fidem adhibere dissimulas, ad scripta prædictorum Patrum recurras, & nos falsitatis arguere non poteris. Consentit ergo nomen loci, vt HELIAS sit Fundator Ordinis Carmelitici. Vnde non sunt vituperandi Fratres huius sacratæ Religionis, quod Heliam, & filios Prophetarum sui Ordinis Fundatores, & Principes asseruerint.

4. Quantum verò ad rationem HABITVS pertinet in Heliam Ordo Carmelitarum pulchrâ transfiguratione consentit. Legimus ipsum amictum fuisse pallio, quo tangente Iordanis obstupuit & se pedibus transeuntis calcabilem dedit. Sic Elisæus, sic filij Prophetarum imitatores Heliæ facti sunt, qui non solum ei loco, sed & Habitu similes permanserunt. Quod si de colore habitus putaueris inferre calumniam, quan-

quam

quam sit vile argumentum, quod de mutatis coloribus disputat ad veterum historiæ te vero, quibus in primitiua Ecclesia Fratres Carmelitæ, instar Heliæ Patris sui virgulatis palliis leguntur fuisse induti. Nec te offendat mutatio coloris, cùm non sit de substantia Ordinis; potest enim mutari Habitus, Ordinis integritate manente. Sic etenim Cistercienses griseum habitum commutantes, nigrum assumpserunt, religione pristina nihilominus permanente.

5. Ratione autem CONVERSATIONIS Helias Fundator Ordinis Carmelitarum extitit, qui eos in Monte Carmeli sanctis moribus præcessit. Quid fecit Helias quod Fratres Carmelitæ pro posse non imitentur? Incoluit ille Eremum, vasta solitudinis dilexit, soli Deo & sibi vacauit: at Fratres Carmelitæ ab exordio suæ institutionis vitam solitariam in Monte Carmelo duxerunt, soli Deo vacare per contemplationis exigentes secretum, donec tandem nouissimis penè temporibus, Saracenorum persequutione de eremo expulsi, iubente Sede Apostolicâ, in vrbibus sunt locati. Vnde & antiquitus *Eremitæ Montis Carmeli* vocabantur, qui nunc dicuntur communi vocabulo vno *Carmelitæ*. Insuper, sicut HELIAS Dei voluntatem annunciauit, tyrannos arguit, impios trucidauit; sic Fratres Carmelitæ, quantùm ad eos pertinet, verbum Dei omnibus prædicant, Tyrannos arguunt, impios carnalium desideriorum motus per monita salutis in se, & in aliis Dei virtute occidunt. Helias virgo mente, & corpore nullius corporei coitus macula inuenitur fuisse permixtus: sed tanta puritate coram Deo & hominibus emicuit, vt mortem iam per annos bis mille quadringentos triginta differre meruerit. Fratres autem Carmelitæ S. Principis sui exemplo instructi ad perpetuam se castitatem voto Religionis obligant *non nubentes, neque nubentur*. Ecclesiam Dei vitâ, & doctrina ædificant, fugatis, quantum permittit humana fragilitas, vitiis, in se, & in aliis, virtutes plantant. Et quanquam non sit eis Heliam quodam modo possibile in omnibus imitari: tamen si paritas conuersationis recta lance attenditur, Heliam Carmelitarum primus, & optimus fuisse, in filiis comprobatur.

6. Quid nobis iam æmulatio praua obiicies? Quid? Heliam Carmelitam extitisse neges? Si dicas Heliam Ordinis Carmelitarum idcirco non extitisse Principem, & Fundatorem, quia Regulam eorum non sit professus, non magnopere ad [illegible]. Quid enim si Regulam eorum non habuit, qui ante Regulam fuit? B. Nunquid si ante Regulam fuit Ordinis Carmelitarum, Fundator quomodo extitit? Fundator etiam Ordinis esse non potuit, si Regulam non dedit. Sed non est vera conclusio, quam contraria multorum consuetudo infringit.

7. B. Dominicus Ordinem Prædicatorum instituit, & Regulam Augustini non dedit, sed accepit. Sic Ordo Cisterciensis, sic Carthusiensis, sic cæteri penè innumerabiles, Principes suæ institutionis alios habuerunt, atque alios Regulæ datores. Sed ne causeris Heliam præcessisse Regulam Carmelitarum, & ideo non potuisse Ordinis esse Fundatorem: Noueris plures in Ecclesia Dei olim sine certa Regula Ordines extitisse, qui successu temporis Regulam assumpserunt. Multis enim annis Ordo S. Hieronymi in Ecclesia Christi viguit, qui tamen S. Hieronymi Regulam non accepit donec Frater Lupus Olmetus Hispanus eiusdem Ordinis Generalis tandem sub Martino Papa V. ex variis eiusdem Patris dictis nouam Regulam comportauit. Denique multos Ordines sub quorumdam Sanctorum titulis esse cognouimus, de quorum Regula nihil inuenimus. Sed de his hactenus.

8. Maximum Helianæ institutionis argumentum est, testimonium antiquitatis, multis veterum temporis celebratum. Fratres enim Carmelitæ prius extiterunt, quàm Regula, quoniam exemplo Heliæ, & Prophetarum ipsi sibimet viuendi Regula fuerunt. Lege vitam HELIÆ ac filiorum Prophetarum, & inuenies illos ante Regulam regulariter vixisse. Nec refert, si & alios quoque Religiosos ea facere dixeris, quia etsi moribus HELIAM, qui verè omnium SS. Religionum Protoparens meritò dicendus est, cæteri pro posse sequuntur; tamen soli Carmelitæ, non solùm moribus, sed & habitu, & loci vocabulo ipsum imitantur illius verè Religionem profitentes omninò.

Nota antiquorū Carmelitarum prærogatiuā mirabilē: in eo quod sine Regula regulariter vixissent.

9. Legimus in historiis, quod Sabacha Pater Heliæ eo dum nati videbat in somnis viros candidatos salutantes eum: per quos rectè Fratres Carmelitas accipimus, quos habitu, & conuersatione candidos esse cognouimus. Hi genitorem Heliæ Sabacham salutant, quia illius exemplo inhærentes, quasi fratres eius se exhibent, dum *Sabacham*, qui interpretatur *reticulum*, candidis moribus salutant. Quid autem aliud per Sabacham Patrem Heliæ intelligitur quam reticulum S. Religionis Carmeliticæ, in quo multi saluandi capiuntur? A tempore siquidem Heliæ, & Elisei Prophetarum Dei, vsque ad Christi Natiuitatem plures Montem Carmeli amore solitudinis incoluerunt, sicut ex veterum historiis aperte demonstratur. Nam post Passionem Domini, prædicantibus Heliam Apostolis inter multos, qui tunc conuertebantur, etiam Carmeli Montis Eremitæ conuersi sunt, qui deinde crescente numero fidelium in Carmeli Montis latere in honorem Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ Capellam extruxerunt: vnde vocabulum loci & Religionis recipere meruerunt. Nec mireris si etiam Monachos ante Christi Natiuitatem in Israël fuisse dixerim, qui Montem Carmeli, & deserta solitudinis inhabitarunt: quandoquidem & apud Gentiles in Gallia nostra Belgica Monachatus celebris fuit, cuius professores antiquitas Druidas appellauit. Horum in Vrbibus, & villulis aliqui morabantur; aliqui Montes, Syluásque inhabitabant: omnes de scientia rerum supernaturalium philosophabantur. Erant in maxima auctoritate populi, ad quorum nutum omnia gerebantur. Vita illis abstracta, & continentissima fuit, adeò vt nemo sinistrè aliquid loqui de eis præsumeret. Potestatem habebant excommunicandi rebelles, & rursum absoluendi obedientes. Omnimoda quoque immunitate gaudebant. Cæterùm ne multa agam, qualis illorum conuersatio fuerit, Cæsar in Commentariis expressit. Nam præter fidem & vnius Dei notitiam, actione se Monachos exhibebant. Si Druides ante

Natiuitatem Christi Gentiles, solitariam, & Monasticam vitam egerunt, quid mirum si ex Iudæa Fideles Montis Carmeli Eremitæ fuerunt? Denique si de Monachis, qui ante Christi Natiuitatem in Iudæa floruerunt, altiora scire desideras, historias Philonis Alexandrini, & Iosephi Hierosolymitani Iudæorum legas, & quales eo tempore fuerint inuenies.

CAP. III.

De conuersatione Filiorum Prophetarum, aliorúmque Eremitarum ante Natiuitatem Christi in Monte Carmeli.

1.

LEgimus in historiis veterum, primùm Samuelem Conuentum instituisse Prophetarum, quem & Cuneum appellabant. Deinde translato Helia per aera, eius duplex in Elisæo spiritus quieuit, qui & ipse cum Filiis Prophetarum Montem Carmeli temporibus multis incoluit, & viuere ad normam Heliæ Patris summoperè curauit. Ex his quidem Prophetarum Filiis multis suis nominibus per Patres recensentur, de quibus nostrum iudicium non inconsultè suspendimus, eorumdem testimonio contenti. Hinc de Monachorum institutione dicit S. Hieronymus: *Noster Princeps Helias est, Dux noster Elisæus, & Filij Prophetarum, qui in agris & solitudine habitantes, habitacula sibi construebant iuxta fluenta Iordanis.* Erant isti viri charitate maximi, multarum virtutum, deuotione, & integritate summi: qui in contemplatione suspensi mundum cum voluptatibus suis contempserunt: De quibus veraciter dicit Apostolus: *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ: qui per fidem regna vicerunt, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Isti sunt viri fortes, atque prudentes: qui Monasticæ conuersationis fundamenta iecerunt, qui post Heliam Montem Carmeli inhabitantes, se habitu, & conuersatione Deo dignos exhibuerunt. Ab his Ordo Carmelitarum initium sumpsit, & vocabulum. Ipsi enim Ordinis Carmelitici conuersationem legis tempore seruauerunt, à quibus veri Carmelitæ sub gratia, nomen, & ordinem acceperunt. Nihil in his omnibus nisi tempus discrepat: meritò vnus Ordo Carmelitarum, & Eremitarum sub lege, & gratia dicitur, qui vnius Dei fide & cultu coniungitur. Neque autem cæteris Ordinibus Titulus Helianus conuenit, cui etsi conuersatio vitæ congruat, tamen nomen loci non concordat. Antiquissimus ergo omnium Ordinum in Ecclesia Dei Carmeliticus est, à quo cæteri Ordines principium & formam suæ institutionis acceperunt.

Hebr. c. 11.

2.

Enimuerò quantùm attinet ad auctoritatem veterum scripturarum Monastici Propositi Princeps fuit Helias, & discipuli eius qui relictis vrbibus, sibi casulas circa Iordanis fluenta in deserto construxerunt. Huius sub gratia, Propositi primus Baptista Ioannes extitit, qui à teneris annis solitudinem deserti inhabitauit. Nec putes Sanctos Prophetas Domini, boni solitudinis ignorasse magnitudinem, cùm non fuerit minimus eorum qui dixit: *Bonum est homini cùm portauerit iugum Domini ab adolescentia sua: sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se supra se.* Sciebant viri sanctissimi diuino spiritu illustrati solitariæ vitæ vtilitatem, & ideirco ante legislationem operibus impenderunt, quod demum sub Regula constituti Carmelitæ pro posse imitantur. Et quamuis Helias Carmelitis Regulam scriptam non dederit, eis tamen, exemplo S. Conuersationis viuendi norma fuit, quibus post se & locum, & habitum concessit.

Threu. 3.

CAP. IV.

Quando & quemadmodum data sit Regula Fratribus in Monte Carmelo degentibus.

1.

Nota singularem Carmelitarum antiquorum prærogatiuã.

SAncti etenim Fratres, qui in Monte Carmelo, iuxta Fontem Heliæ, ante Christi Natiuitatem inhabitabant, Regulam conscriptam habuisse non leguntur, sed ipsi norma, & Regula sibi fuerant, qui exemplo Heliæ concorditer viuebant. Deinde post Passionem Domini multiplicatâ per Iudæam fide Christiana, hi qui in Monte Carmeli vitam ad imitationem Heliæ ducebant Eremiticam, secundum Euangelium Christi viuere cœperunt, sicut in Actibus Apostolorum scriptum est: *Erant vnanimiter in oratione perseuerantes & erat illis cor vnum, & anima vna*, nec quisquam inter eos aliquid habebat proprium, sed erant illis omnia communia.

Actor. 4.

2.

Nota Carmelitas pro regula in lege gratiæ Euangelium Christi habuisse, & fuit eis loco fecunda.

Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiua Ecclesia studiosissimè seruabant, Regulam super his Euangelicam in cordibus suis habentes conscriptam. Successu verò temporis cùm homines spiritum inciperent ab Apostolica vita recedere, & proprium sibi quisquam possidere: timentes zelosi Montis Carmeli habitatores, ne & ipsorum sancta conuersatio per successum temporis deficeret, de remedio in posterum cœperunt cogitare. Regulam ergo non propter se, sed propter posteritatem postulabant: scientes Ordinem suum iam deinceps non stare tantùm existere posse nisi Regulâ firmius stabiliretur.

3.

Et Reuera nisi hodie Carmelitæ approbatam haberent Regulam, vix quidem subsistere possent, nisi interueniente priuilegio à Christo in Monte Tabor transfigurato concesso Heliæ Patri de perpetua duratione Religionis Carmelitarum, vsque ad finem mundi. Regula enim sola est, quæ Ordinem præcedentium posteritati commendat. Tempore pacis, belli sumptus parandi sunt, ne aduersitas offendat imparatos. Nam si Fratres Montis Carmeli non accepissent Regulam tempore pacis, vbi, per Sarracenos de Iudæa expulsi manere potuissent? Anno igitur Domini millesimo, centesimo vigesimo

secundo sub Henrico III. Imperatore dicto Seniore, & Calixto Papa II. Brocardus Prior Montis Carmeli Regulam ab Alberto Hierosolymorum Patriarcha obtinuit, quam suæ posteritati obseruandam commendauit. Nec æstimandi sunt Fratres Carmelitæ eatenus irregulariter vixisse, qui ex Sancta conuersatione consuetudinem in Regulam commutauerunt, ita vt qui prius pro regula solum habuêre vitæ exempla Patris Heliæ, & Ducis Elisæi vsque ad Christi Domini aduentum, & post eum Euangelica consilia, & Apostolica dogmata, postea regulam accipere iudicarunt opus fuisse, quanquam cognoscerent quod non esset necessaria Regula perfectis, sed infirmis.

CAP. V.

De confirmatione, & approbatione Ordinis Carmelitarum.

1. SEd mordo dente bonos lacerare non cessat peruersus, dum alter sibi probitatis famâ non potest acquirere, si tamen minuitur aliena. Quantum enim crescunt bonorum studia, tantum & inuidia prauorum scintilla crescit. Etenim verò quanquam Fratrum Carmelitarum Ordinem vetustas ipsa comprobauerit, & quanquã multorũ Fratrũ sanctitate sublimatus ab initio fuerit: nequaquã tamen prauorum contra eũ persequutio quieuit. Dicebat enim Fratribus Sanctis detractores iniqui: Nõ est Ordo vester in Ecclesia Dei stabilis, quẽ S. Sedes Apostolica nõ probauit. Hinc orta sunt scandala, hinc seditiones in populo surrexerunt, dum peruersi homines S. Ordinem delere funditùs moliûtur. O stulta hominum abusio vt quod Euangeliũ Christi approbat, humana cõfirmatione existimet indigere! Dic mihi detractor bonorum legisti ne Bullas veterũ Ordines approbantes? Quis Papa cõfirmauit veteres Ordines Pachomij, Basilij, Augustini, & Benedicti? Nusquam inuenies hos Ordines literis confirmatos à principio. Enimuerò quos sanctitas multorũ approbat, quos longa vetustas confirmat, quis nisi mentis inops, & stolidus infringat? Si Ordines præfatos sancta confirmat antiquitas, Ordo Fratrum Carmelitarum qui omnium Ordinum Regularium Ecclesiæ Dei antiquissimus est, nullius confirmatione opus habet. Longè enim præcessit Romanos Pontifices, qui nongentis & amplius annis ante Christi Natiuitatem Saluatoris, ex Helia Propheta exordium sumpsit.

2. Hæc dixerim, non quod Ordo Carmelitarum Apostolico careat munimine, sed vt æmulos odio motos ostenderem, non ratione integritatis. Nam posteaquam Fratres huius Religionis in Europam venerunt expulsi de Palæstina, multi summi Pontifices Ordinem ipsum confirmarunt, de quibus Alexander Papa III. vnus extitit: post quem Innocentius III. idem fecit: amborúmque vestigiis inhærens Honorius III. multis adiunctis priuilegiis, & Ordinem, & Regulam denuo comprobauit. Sed de his ad modum satis dictum, qui certi nos priuilegia Carmelitici Ordinis non penitus lateant: tamen nostri non est propositi in lucem ea traducere. Hoc æmulis velim sufficiat, Ordinem hunc superprobatum extitisse ab initio, & deinceps stabilem mansurum Maria Virgine Matre sic ad S. Petrum Thomam Carmelitam attestante, ex Christi facta in Monte Tabor ad Heliam concessione.

CAP. VI.

De mutatione superioris habitus Fratrum Carmelitarum.

1. QVemadmodum in superioribus iam diximus, Fratres Carmelitæ suos Principes non solum moribus, sed & habitu pro sua possibilitate imitantur. Eliam vero pallio indutum fuisse sacra demonstrat Historia: quo transeunte Domino, vultum suum operuit, & tangens cum eo Iordanem, calcabilem fecit illum: Denique cùm Elisæum vocaret, pallium super eo misisse legitur: quo etiam donauit eundem dum ipse per æthera raperetur. Erat autem pallium si veterum scriptis adhibetur fides, rotundum, totum corpus à collo vsque ad medias tibias cooperiens, angustum superiùs, & inferius latum, at in anteriori parte apertum.

2. Color autem istius pallij albus fuisse dicitur per quem interior Fratrum munditia, & puritas designatur. Tali Heliam pallio amictum fuisse tradunt; tali habitu inuestisse Elisæum & filios Prophetarum. Si quis verò hanc habitus Heliæ descriptionem contendat esse apocrypham: nullam per hoc iniuriam nobis fecerit, qui nostram opinionem non scribimus, sed præcedentiũ Patrum: Cappa enim Ordinem non facit sed obseruantia pietatis. Nam quod etsi qui Monachi etiã vnius Ordinis in colore habitus aliquando vniformes non fuerint. S. Pater Benedictus in sua Regula innuit, qui Monachos de colore vestium caute prohibuit. Hæc dixerim, non quod album fuisse Heliæ pallium negem sed vt hæreticantibus occasionem murmurandi contra Ordinem præscindam. Post multos verò annos cùm Terra Sancta in manus deuenisset infidelium, coacti sunt Fratres mutare habitum, Sarracenis ad id vrgentibus qui solis Satrapis suis album portare vestem licere existimabant.

3. Publico igitur edicto Regis Fratres Montis Carmeli habitum album deponere compulsi sunt, & alium quem iubebat assumere. Reiecto itaque necessario habitu pristino cappas virgulatas assumpserunt quæ duplicis coloris à septem partibus virgulatæ existebant: quarum prima circa fissuram anteriùs alba erat ab vtraque parte altrinsecùs; sequens & vltima in medio dorsi nigra. Tandem cum post annos non paucos malitiâ infidelium crescente, de Terra Sancta Fratres coëgerunt recedere, denuo habitum compulsi sunt immutare. Venientes ergo, ordinatione diuinâ, in Europam ne populi risum peregrino habitu facerent, veterem habitum album super griseum resumpserunt, quo vsque in hodiernum diem in Ordine vtuntur. Denique ne mutatio hæc cuiquam friuola videretur, auctoritate summorum Pontificum mox legitur comprobata.

CAP. VII.

Quare Carmelitæ Fratres dicantur beatæ Mariæ semper Virginis de Monte Carmeli.

1\. SEd iam quærendum nobis est quare tot sanctis, nouis, & antiquis Ordinibus prætermissis, solus Carmelitarum Ordo B. Dei Genitricis, & Virginis Mariæ tituló decoretur, cùm ipsa non Fundatrix illius extiterit. Quæ ergo causa fuit vt Carmelitæ *Fratres B. Mariæ Virginis* ab initio dicerentur? Nunquid fortuito casu aut elatione aliqua factum est? Absit. Nam, sicut ex veterum lectione didicimus, titulum hunc Carmelitis conuenire maximè scimus quos ab exordio suæ institutionis Dei Genitricem semper in maximo honore, & reuerentia habuisse non dubitamus. Enimuerò non diu post Domini passionē, crescente per Iudæam fide Christianâ, Fratres Montis Carmeli Capellam in eiusdem montis latere in Dei Genitricis honorem construxerunt omnium in orbe primam, eamque in Ordinis sui Aduocatam, & Patronam singularem, & singulariter elegerunt, & Fratres eius deinceps ideo ab omnibus appellati sunt. Sicut ergo à Carmelo Carmelitæ, ita à Capella, quam ædificarunt vsq; in hodiernum diem *Fratres Beatissimæ Dei Genitricis, & Virginis* MARIÆ appellantur. Et digna quidem Carmelitis denominatio, vt qui Dei Matrem speciali semper amore venerati sunt ab initio, etiam illius sint titulo clariores. Quemadmodum enim Beatissima Virgo MARIA Paradisi nobis aditum prima omnium aperuit, ita Carmelitarum Religio principium, & formam cæteris Ordinibus dedit.

2\. *Nota prærogatiuam Ordinis Carmelitarum.* Nec dubium mihi est, quin Dei Parens MARIA hunc Ordinem speciali fauore prosequatur, quem & loco vicinum, & tempore primum sibi, & Filio in obsequium exortum recognoscit. Digni ergo profectò sunt Fratres Carmelitæ sacratissimæ Virginis titulo insigniri, qui ab exordio suæ institutionis ei per humilitatem, & innocentiam suo modo facti sunt proximi, & in obsequio eius parentelæ singulariter deuoti. NOTA. Lege & reuolue omnes transacti temporis historias, & nusquam inuenies Ordinem Fratrum Carmelitarum in Ecclesia Dei schisma suscitasse, vel scandalum, nec vllâ nouitate populum fidelem perturbasse, neq. de aliqua hæresi vnquam fuisse suspectum. Semper enim in humilitate, & tranquillitate Domino seruiuit, semper pacificus in Ecclesia fuit, semper sua innocentiâ contentus extitit.

3\. Qui ergo humilitate, & munditiâ, moribúsq; sanctis Beatissimæ Dei Genitricis semper deuotus extitit: eius titulo congruè sublimatus fuit. Hoc & ipse habitus sua munditia, & puritate indicat: qui Fratres Carmelitas continentiam & castitatem, summopere obseruare debere manifestat. Et quamuis locus ipse primus, qui nomen dedit Ordini, desolatus iam sit: vocabulum tamen Carmeli Fratribus manet vnà cum Patrocinio Dei Genitricis, & Virginis Mariæ. Nunc ergo satis dictum, probatúmque sit de auctore, & loco Carmelitici Ordinis persuasúmque velim sit omnibus, illius cultores *Fratres* B. MARIÆ *semper Virginis de Monte Carmelo* meritò & esse, & palàm prædicari.

CAP. VIII.

De transmigratione Fratrum Carmelitarum in Europam.

1\. CVm propter scelera populi Terra Sancta in manus perfidæ gentis Sarracenicæ redacta esset, anno post Domini passionem sexcentesimo trigesimo nono: Fratres Carmelitæ qui dudum in vrbibus etiam multiplicati habitabāt, nimiùm ab Infidelibus afflicti; ad Eremum Carmeli Montis redire sunt compulsi. Non enim in ciuitatibus manere diutiùs poterant; quia Sarraceni in tantum eos affligebant, vt nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui necessaria funditus negarent. Manserunt itaque Fratres in Monte Carmelo solitariam vitam in paupertate non modica ducentes, donec multis euolutis annis Terra Sancta per Christianos iterum fuit recuperata, & Peregrinis iter ad illam in pace compositum.

2\. Facta fuit hæc Terræ Sanctæ recuperatio, per Ducem Godefridum anno Domini M. XCIX. Deinde post annos paucos influentibus vndique Peregrinis, & maximè de regionibus Europæ, numerus Fratrum in Monte Carmelo valdè multiplicatus est; in tantum vt præ multitudine montes implerent, & vrbes. O si tunc Ordinis Carmelitici decorem in sua Maiestate vidisses, nunquam fuisse similem alium exclamares! Erat videre delectabile, Fratres innumerabiles circa Montem Carmelum habitantes, in cellulis, & cauernis petrarum Deo Maximo die, noctúq; quā deuotissimè seruire, mundum cum suis voluptatibus pro Christi amore contémnere. Summa tunc apud illos erat Religio, summa Regularis vitæ perfectio, cùm Fratres in carne manentes, carnem ipsam cum vitiis suis fortiter euicerunt. Floruit in pace Religio, quæ paulò antè turbata, perfidorum incursibus deficere putabatur. Venerunt ex omni Europa Fratres Peregrini, & colla Monasticis disciplinis in monte Carmelo, habitum Virginis MARIÆ induentes, humiliter submiserunt.

3\. Sed non diu durauit in Terra Sancta tranquillitas ista. Mortuo namque Ioanne Hierosolymorum Rege, Terra Sancta consueta subsidia habere à Sede Apostolica non potuit, Friderico Imperatore per suam rebellionem Summo Pontifici obsistente, donec iterum à Sarracenis capta fuit. Iam verò deinceps Fratres Carmelitæ ab infidelibus tanta tribulatione afflicti sunt, vt nusquam tuti amplius in Iudæa viderétur. Vnde anno Domini M CC. XXXVIII. coacto in vnum Concilio totius Ordinis in monte Carmeli, multi de Prioris licentia, & Concilio Fratrum, Palæstinam egressi sunt, & cū Regula, quondam eis à Ioāne Patriarcha Hierosolymitano præscripta, Ordinario suo, ac statutis, in Europam, vnde venerant reuersi. Venerunt ergo aliqui in Cyprum, alij in Franciam, & Angliam & Hispaniam, nonnulli verò in Germaniam, singuli vbi se locum pro conseruando Ordine putabant inuenire. Remanserunt autem, & plures in Monte Carmeli, qui tamen & ipsi per Sarracenos breui pòst expulsi sunt.

4\. O miseranda sanctissimi Ordinis calamitas: qui

penè infinitis pridem filiis èxultabat, iam necessitate vrgente in fratribus dirè premitur, & affligitur! Quem non, etsi lapideus sit, permolliat ista Carmeli desolatio, quando non vnius tantùm Montis, sed multorum Monasteriorum per vniuersam Iudæam Religio destructa est? Quonam enim modo locus Heliæ Carmelitarumque eius saluus persisteret, quando totus ille conculcatur à gentibus quem Dominus noster Rex Cæli suâ præsentiâ sanctificauit?

5. In Europam itaque venientibus Carmelitis, auctoritate summi Pontificis, loca in diuersis regionibus eis ad manendum disposita sunt, qui statim, licet cum difficultate, Conuentus plurimos instituerunt, & magnos magna tenebat homines Christi commiseratio fratrum, & quos sedibus suis expulsos condolebant, largâ munificentiâ fouebant. Ex hoc itaque tempore Fratrum Carmelitarum Ordo per vniuersam Europam valdè multiplicatus est, & magnos in Ecclesia Dei fructus suâ conuersatione, & doctrinâ attulit, & profert vsque in hunc diem.

CAP. IX.

De multiplici persequutione huius sanctissimi Ordinis, & eius contra æmulos victoria.

1. CRescente itaque per Europã Ordine, & numero Fratrum Carmelitarum multiplicato, inuidens bonorũ studiis Diabolus, persequi Fratres nõ cessabat, & quod per se agere non potuit, per malos homines subordinauit. Cõcitauit ergo contra eos Sacerdotes Ecclesiarum Rectores, qui eos in suam potestatem conabantur redigere, & veluti rusticos legibus Parochialibus subiugare. Vsque adeo hæc præsumptio inualuit, vt Carmelitis interdiceretur publicè, ne mortuos sepelirent suos in suis Cõuentibus, nisi Parochialium prius soluissent iura Ecclesiarum. Interdicebant prætereà inuidi Sacerdotes, ne quis paupertati Fratrum succurreret, quasi si non in ædificationem, sed in destructionem Fidelium transmigrassent. Conquerebantur Fratres afflicti Diœcesium Episcopis, sed frustra. Omnes enim sua quærebant: omnes delere Ordinem Carmeli Dilectum Christo, & selectum à Virgine Matre sibi, funditus cogitabant; sua, non Reipublicæ & Fidelium commoda præ oculis habentes.

2. Quid iam facerent Fratres tui, Virgo Domina mundi, quò se verterent vndique tribulati, quem calamitatum suarum aduocatum inuocarent? Inuocabant homines, sed non erat qui adiuuaret, singulis sua quærentibus. O quis metus tũc Fratres tenebat, cũ se de Iudæa expulsos inter Christicolas odio haberi cernerent! Desolati ab hominibus, te Matrem Misericordiæ inuocabant, spem suã in te post Deũ totam collocantes. Nec frustra. Quemadmodum enim cùm sis Fons pietatis, obliuisci potuisses, Fratres tuos, filios tuos, selectos tuos, viscera tua? Vocasti ergo vnum ex eis, quem cæteri sequebantur Ducem, eúmque ad Sedem direxisti Apostolicam, bonã de rebus confidentiam repromittens. Nec vana, sed certa promissio. Direxisti viam Apostoli tui, præuenisti eum in benedictionibus, Vicarium Filij tui quid faceret præmonuisti. O Sancta, & verè digna conciliatio, quæ originem non ex hominibus, sed ex Dei ordinatione recepit!

3. Auditis à summo Pontifice Fratrum Virginis Mariæ de Mõte Carmeli necessitatibus, æmulos, & detractores eorum Apostolica Maiestate cõpescuit, & Ordinis MARIÆ Dei Matris tranquillitati in posterũ prouidit, Beatissima MARIA Dei Virgine Matre iubente & ad Pontificem in visione loquente, & apparente. Quid nunc dicis tortuose Coluber, qui sanctum Carmeli Ordinẽ te posse delere sperabas? Vbi est præsũptio tua, quã Religionem Dei Genitrici singulariter consecratã conabaris euertere? Confusus es, & omnes cõsiliarij tui Dei virtute humiliati sunt in iniquitatibus suis, & tacet Ordo cõtra omnes aduersarios suos præualuit, & cõfortatus est, & vnus è quatuor Paradisi fluminibus factus, vniuersam terrã aquã eruditionis irrigat; tu verò cum tuis calumniis debitas rependes vltiones. Neque noua est ista peruersorum æmulatio, cùm ab exordio Mundi semper bonos persequuti sint mali, quatenus per multas tribulationes probentur electi. Sed dum boni à [illegible] impiorum afflicti proficiunt, semper ad peßima scelerati cadunt.

4. Tu autem Carmeli Religio, Cæli decus noli deficere noli à proposito sanctißimæ institutionis cessare, quatenus ad præparata tibi præmia sine fine queas pertingere. Si Mater obliuisci poterit dilecti alij filij, non tamen te Regina Cæli deserere poterit filiam sibi dilectam, & singulariter electam in Carmelitanam suam Religionem. Quod si Mater obliuiscatur fructus [illegible] tamen MARIA Virgo Dei Mater tui non obliuiscetur, sed Fratres suos, & filios suos electos [illegible] dies, & gaudiorum suorum participes [illegible] cõstituet. Hoc autem à te necessariò exigitur, vt Fratres, quos nomine, & habitu [illegible] vita, & cõuersatione [illegible]. Nihil enim prodest Dei Parentis [illegible] vocabulo, si contrariis moribus vitæ [illegible] Igitur vt sub titulo Reginæ [illegible] veraciter fulgeas, ad tria substantialia Religionis vota obseruanda, quæ in Parente tuo Helia data sunt, & à quo illa omnes filij Carmeli obseruanda [illegible], professores tuos, qui nunc sunt, & posthæc erunt ante omnia diriges, quia sine eorum custodia non saluat sed damnat Monasticæ professio. Dominus tecum est quamdiu fueris cum eo. Si vero semitas primæ institutionis tuæ contempseris, si vitiis aditum dederis, multis malis, & incommodis subiacebis: Eris in derisum omni populo, & quæ modo fulges in gloria, sub improperio, & ignominiâ confunderis. Caue itaque, ne primam institutionem transgrediaris, néve neglecto Dei cultu, post vanitatem ambules.

NOTA.

CAP. X.

De [illegible] Ordinis Carmelitarum in Europa, & de reduplicatione Conuentuum.

1. Io. c. 12. IN Euangelio Dominus loquitur: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,*

ipsum

ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Pulchre Fratribus Carmelitis hæc sententia conuenit, quæ illos granú esse Dei, & semen ostendit. Enimverò granum hoc Carmelitici germinis in terra cecidit, quando expulsum de Iudæa fuit. Mortuum autem extitit, quando multis tribulationibus attritum, suæ transmigrationis incommoda deplorauit. Multum verò fructum attulit quando ex æmulorum prauitatibus erumpens per varios, & nobiles in Europa Conuétus multiplicatú extitit. Sanè fructum multum Carmelitarú adfert Religio, quæ sese tota Dei seruitio ab initio mancipauit, & virtutum semitas semper amplexata est: per cuius exempla innumeræ gentes ad iustitiá Deique fidem, & amorem conuersæ sunt, ita vt montes impleuerint, & vrbes. Verè granum mortuum est Ordo Carmeliticus, qui cadens in Iudæa periit, sed multiplicatus in Europa surrexit vt fructum afferret cum centesimo. Malleo, & incude dilatauit eum Dominus; quia dum de Palæstina minor numero expellitur, crescens in Europa dilatatur. Nec sine ordinatione Diuinæ prouidentiæ id factum credimus, cùm paucos fratres Ordinis huius in immensum crescere videamus. Quemadmodum enim pauca legetis semina in terram proiecta mortificantur, & multum fructum afferunt: sic pauci Fratres de Carmelo expulsi, & ad tempus in terra peregrinationis afflicti, maximum in Ordine numerum Fratrum successu temporis protulerunt. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi: hæc prouidentia Gubernatoris altissimi, qui ex malis bona nouit elicere, & paucorum calamitatem in gaudium maximum cómutare. Sicut enim ferrum malleo extenditur: sic Ordo Fratrum Carmelitarum ferro tribulationis extensus, & multiplicatus est. Qui si manere in primo suo nidulo potuisset, non adeò multiplicatus hodie in Ecclesia Fidelium esset. Nam post felicem aduentum eorum in Europam, superatisque auctoritate Apostolica impiis persequutoribus, paulatim valde multiplicati sút. Videntes enim nobiles, & fideles conuersationem Fratrum Carmelitarum esse sanctissimam, multa illis beneficia contulerunt, & Cœnobia illis quam plurima suis expensis erexerunt. Hinc factum est vt Fratres Carmelitæ, qui pauca in terra S. Cœnobia amiserant multò plura in Europa reciperent. Et quemadmodum Apostoli fidem Christi prædicantes de Iudæa expulsi, multitudinem gentium conuerterunt: sic Fratres Carmelitæ, vnius Prouinciæ termino amisso, totius Europæ locum ad mansionem receperút. Vnius ergo montis desolatio, multarum fuit ædificatio Regionum.

2\. Nequaquam ergo se Carmelus vltrà plorabit desertum: quem per totum Orbem iam constat esse diffusum. Multiplicato verò in Europa Fratrum numero, & multis in diuersis locis erectis Cœnobiis: cernentes Romani Pontifices vitam eorum esse laudabilem, Ordinem ipsorum priuilegiis multis sublimarunt, cúmque ab Ordinariorum iurisdictione penitùs eximentes, cæteris Mendicantium Ordinibus adiunxêre: Et quanquam inter omnes Ecclesiæ Regulares Ordines antiquior sit Carmelitana religio, tamen in Europa quasi per mortificationem sui renouatus esse videbatur: sed iam de omni tribulatione sua conualuit; fortis factus in bello, omnes aduersarios suos superauit, & confudit. Non est quod sibi amplius noceat: non est qui eum dentibus contingere de cætero præsumat, Dei maximâ virtute confirmatum. Gaude felix plantatio, mundi triumphans illecebras, summa carpens præmia Regni, quæ nomen originis tuæ conseruas, & imitaris Principes Heliam & Elisæum.

CAP. XI.

Quàm vtilis, & fructuosus sit in Ecclesia Dei Ordo Carmelitarum.

1\. Cantic. c. 7. QVàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis! quam pulchra es, & decora vidéris! O Religio speciosa Carmeli. Tu hortus aromatum, quem dextera Dei plantauit in Monte Carmeli, cuius flores suauissimum odorem reddút, dum viros doctos innumeros protulisti, atque sanctissimos, qui numerari præ multitudine non possunt. Tu Prophetarú Principem Heliam habuisti: tu Elisæum à mundi negotiis ad obsequium Prophetæ vocasti: Tu Vatú scholastica norma disciplinæ, & præmium Monasticæ vnitatis. Tu sub lege gratum, sub gratia prædicas pietatem. *Verè Dei castra sunt hæc* in quibus vita Apostolica longe præcessit Apostolos. Ordinis itaque huius gressus ab initio pulcherrimi sunt, quando Fratres Deum amantes de virtute in virtutem proficiebant. Genes. c. 32.

2\. O Carmeli pristinum decus, ô verè Sancta, Deóque dilecta conuersatio, quæ Diabolum vincit, carnem exuperat, mundum contemnit, & vitia. Sancta etenim conuersatio Fratrum Carmelitarum, si ad puritatem suæ institutionis amet, Ecclesiam ædificat, insciros informat, ad pœnitentiam peccatores vocat, aduersarios Christi oppugnat, delinquentes castigat. Quid hac Religione Carmelitarum pulchrius? Quid vtilius Ordine in quo charitas imperat, obedit humilitas, zelus bonus vigilat, paupertas voluntaria regnat, continentia pugnat, castitas triumphat? Optimè Religio conseruatur, dum prouidentia consulit, dum iustitia corrigit, dum misericordia erigit, benignitas instruit, sapientia custodit. *O quam bonum, & quam iucundum sic Fratres habitare in vnum* qui Deo in humilitate deseruiunt, charitatis fraternæ iura custodiunt, mundum & vitia fugiunt, virtutes colunt, humilitatem diligunt, à malis omnibus recedunt. Hi sunt qui labentem Ecclesiam humeris excipiunt, & tam verbo quàm exemplo fideles populos ad iustitiam Christianam erudiunt. Qui tales se in Ordine exhibent, digni sunt vt *Fratres B.* MARIÆ *Virginis Dei Matris, & filij* appellentur. Psal. 132.

3\. Cæterum qui vanitates huius mundi sectantur, qui contemptâ obseruantiâ Regulari, vitiis, & voluptatibus dediti sunt: non Fratres eos B. MARIÆ Virginis dixerim, sed turpissima Diaboli mancipia. Quid enim turpius, quidve damnabilius, quàm sub Ordine Sancto inordinatè viuere? Non est ei in Dei Genitricis honore consortium, qui seruus est vitiorum. Magnoperè itaque Fratres Carmelitæ vobis curandum est, ne

dignitatem nominis quam à Regina Cæli accipitis, malis moribus amittatis.

4. Quid enim proderit vobis *Fratres* appellari *B. MARIÆ Virginis* si operarij fueritis iniquitatis? Enimverò nisi secundum Regulam vestram, & primam institutionem religiosè vixeritis, ad damnationem potiùs, quàm ad gloriam hunc titulum vsurpatis. Curate itaque, Dilectissimi Fratres Ordinis Carmelitarum, omnem à vobis iniquitatem repellere, curate bonis moribus insudare: quatenus ad eam quam Ordinis vestri dicitis meritò Sororem, per sancta exercitia peruenire valeatis. Nisi enim in communi siue proprio, castè, & religiosè vixeritis, ad Reginam Cœli MARIAM non peruenietis. Si sic viuere curaueritis, vtiles in Ecclesia Dei eritis. Enimverò sicut bonos Carmelitas religiosè secundum regulam conuersantes, omni laude dignos describimus: ita malos (si qui esse in tam sacratissimo Ordine possent,) & moribus deformatos, longè ab hoc volumine semouendos esse decernimus. Laudare enim nisi bonos non intendimus. Credimus autem multos ab initio bonos & sanctos in hoc Ordine viros innumeros claruisse, hodieque clarescere, & idcirco monemus Lectorem, ne propter deformitatem paucorum, totum Ordinem contemnere velit in quo plurimi boni sũt, quos certum est illum non ignorare. Neminem ex Carmelitis contemnendum Lector existimet, quoniam qui hodie iacere in deformitate cernitur, cras forsitan primus in acie regularis Obseruantiæ gradietur.

CAP. XII.

De Sanctis, & Canonizatis ex Ordine isto Carmelitarum.

1. O quàm vberes fructus, quàm suaues in Ecclesia Dei odores ager iste Carmelitici Ordinis protulerit neminem ignorare credimus, qui veterum historias legit. Nam, vt de his interim sileamus, qui in Monte Carmeli sub lege claruerunt, tot sancti Fratres sub gratia in Ordine isto fuerunt, vt penitùs numerari nequeant, enimverò si quis stellas cæli dinumeret, & huius Ordinis sanctos numerare poterit. Sed forsitan aliquis mihi huius Ordinis Æmulator dicat: Quid tu Carmelitas tantopere de sanctorum multitudine commendas, qui nullius haberi memoriam in Ecclesia Romana non ignoras? Ostende mihi quantos in Kalendario ex Ordine Carmelitarum sanctos inueneris. Quisquis alia dixerit, se aut inuidum ingentis gloriæ Carmeliticæ, aut gestarũ rerum penitùs ignarum ostendet. Quid enim (si adhuc verum esset, quod ab omni veritate alienissimum est) quod paucos ex Ordine Fratrum Carmelitarum sanctos Romana veneraretur Ecclesia? Num ergo ex hoc capite pauci existimandi sunt, quoniam non multi in Kalendario scribantur? Aut, numquid Ordo meus Diui mei Patris Benedicti sanctos idcirco paucos habuit, quoniam vix quindecim ad Kalendarium recipit? Enimverò quindecim millia ex eo sancti, nominibus propriis referuntur. Non consueuerunt veteres Ordines de multitudine sanctorum suorum inaniter gloriari, dum vnusquisque magis in se sanctitatem studuit amare, quàm in alio ad ostentationem suæ Religionis attollere. Ordo autem Fratrum Carmelitarum antiquissimus est, & nunquam vetustatis semitas in hac re dereliquit. Sanctos etenim, & multos, & præstantissimos habuit: sed more antiquitatis, paucos in Kalendarium suscepit, dum pristinâ humilitate semper contentus fuit.

NOTA.

2. Quod verò paucos expresso in eis Carmelitarum nomine veneretur huius Ordinis sanctos S. Romana Ecclesia, ideò factum credimus, quod cùm maxima pars eorum ante transmigrationem Ordinis in Iudæa claruerit, sanctitas eorum, siue specialis professio, intercapedine multa temporũ, & locorum, Romanæ Ecclesiæ incognita fuit. Nec opus erat eo tempore pro Canonizatione sanctorum ad Sedem confugere Apostolicam, dum in sua Diœcesi quilibet Episcopus sanctum, testimonio miraculorum, posset declamare. Postquam verò Fratres in Europam transmigrarunt, multiplicatisque diuersis in Ecclesia Dei Ordinibus, neminem pro Sancto haberi Romanæ decreuit Ecclesiæ auctoritas, nisi de consensu summi Pontificis deinceps fuerit canonizatus. Maximus autem Sanctorum numerus hoc decretum præcessit, quos vetustas miraculis inducta solum canonizauit. Quis Papa canonizauit Apostolos, & veteres sanctos? Nonne & Ordo Carmelitarum plures trans mare sanctos habuit, quorum in Europa memoria antiquitùs fuit nulla: Denique post aduentum Ordinis in Europam, sanctos complures habuerunt, quorum si omniũ nomina vellemus describere, volumen hoc in immensum extendere cogeremur. Scimus autem quod Fratres Carmelitæ sanctos suos in admirationem populi, non consueuerunt exponere, & ideo non fuit nostri propositi singulos per nomina recensere.

3. Denique si quis viros sanctissimos, qui in hoc Ordine claruerunt, ex nomine scire desiderat, historias, & Chronica dicti Ordinis legat, & illud præcipuè quod Frater Ioannes Mechliniensis Cõuentus, dictus *Oudem Vrater* multo labore composuit, & Carmelitici Ordinis *Fasciculum tripartitum* nominauit. In eo siquidem huius Ordinis tot sanctissimos viros inueniet, vt de cæteris Ordinibus paucos habuerit similes. Initium quoque Ordinis, & progressum apertæ lectionis modulo aperuit: & omnes Generales Priores à primo vsq; ad Pontium, qui Ordini modò, hoc scilicet anno dum hæc scribo M.CCCC.XCII. præsidet, per nomina descripsit. Nos verò, quos rei familiaris cura sermonem abbreuiare compellit, his finem facimus, & secundum de Laude Carmelitarum volumen ordinandum pro virili nostra assumimus: in quo de viris illustribus, & doctis in eo, qui varia ad Ecclesiæ vtilitatem conscripserunt, quantos scire possumus, mentionem facimus.

EORVM QVÆ IN HOC OPERE Trithemiano continentur, SERIES ET ORDO.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET VIRORVM illustrium in hoc Paradisi Carmelitici Volumine contentorum.

Nomina Heroum & Heroidum Carmeli, qui peculiare in hoc Opere Caput siue Elogium obtinent, charactere Italico scribuntur.

NVMERVS VLTIMVS PAGINAM INDICAT.

A

Index Rerum,

Index Rerum,

C

Capite

Index Rerum,

Quid

D

Annos

Ezechielis

Ioannem

N.

P.

Horum

Hæreti

Q.

Quænam

T

V

Z